AD 313/14

# ALSATIÆ
# ILLUSTRATÆ
## TOMUS II.

# ALSATIA
# ILLUSTRATA
# GERMANICA
# GALLICA

*AUCTOR*

JO. DANIEL SCHOEPFLINUS
CONSIL. & HISTORIOGRAPHUS REGIUS.



BIBLIOTHÈQUE S. J.
Les Fontaines
60 - CHANTILLY

*COLMARIÆ*

EX TYPOGRAPHIA REGIA.

M DCC LXI.

# PRÆFATIO.

Secundum *Alſatiæ Illuſtratæ* Volumen, Germanicam Gallicamque Periodos ad noſtra uſque tempora complectens, in lucem produco, atque adeo Operi propoſito finem impono. Tria ſunt luſtra, ex quo Magnus Franciæ Cancellarius, Henricus Franciscus d'Aguesseau, cui Rerum Alſaticarum Conſpectum Lutetiæ Pariſiorum obtuleram, auctor fuit, Regis ſub auſpicio ut aggrederer opus. Conſpectus ille tanto Viro ut poſſet offerri, aliquot annorum jam præceſſerat labor.

In Geographicam & Genealogicam partes Volumen hoc generatim diviſi. Ordo nempe rerum exegerat, formulam Ducatus indolemque Comitatuum ac Dominiorum Alſatiæ ut Lectoribus exponerem, antequam Comitum & Dynaſtarum, qui in illis dominati ſunt, Genealogias proferrem. Germanicæ Periodi primordia involuta ſunt tenebris. Undecimo ſeculo ſurrexit aurora. Enimvero certa & fixa Comitatibus nomina cum non adhæſerint olim, idem Comitatus eodem ſeculo nunc Adelberti, Luitfridi, nunc Eberhardi, Hugo-

nis, nunc Alberici, Guntramni Comitatus dicebatur; cum novo ſuo Comite novum ſemper nomen adeptus. Inconſtantia hæc & mutabilitas nominum Geographiam Alſatiæ ſæpe dubiam reddidit, quandoque obſcuram.

Nec in Genealogicis ejus rebus aliquid certi conſtituas, antequam Gentibus & Familiis certum aliquod & hereditarium adhæſerat nomen. Gentilitiorum autem nominum, uti & inſignium, uſus nonniſi ſeculi undecimi partus eſt. Tum demum Toparchiæ & Comitatus, Toparchæ & Comites à Caſtris, ubi conſederant, fixum & ſtabile ſibi nomen ſumere cœperunt; atque adeo Geographicæ & Genealogicæ doctrinæ clarius tandem lumen exortum.

Quo altius autem in Alſatica Geographia aſcendimus, eo ampliora Regum & Imperatorum reperimus domania. Tempus erat, quo flumina, ſilvæ, mineræ, moneta, vectigalia, telonia & potior terrarum Alſatiæ pars Regio fuerunt fiſco obnoxiæ; quo Magiſtratus Provinciales à Regibus & à Cæſaribus conſtituti ad tempus; quo numeroſus ex Ingenuis delectus eſt Miles, certis manſis inſtructus; ad arma pro Imperio capienda ſemper paratus; unde Ordo Equeſtris. Verum enimvero perpetua & immoderata Auſtraſiæ Regum & Germaniæ Cæſarum in Ordines Sacros atque Civiles liberalitate & conceſſione Regalium terræ fiſcales in territoria Procerum; Magiſtratus Provinciales in Toparchas regionum converſi ſunt, atque adeo delegata Rectorum Provincialium poteſtas commutata in propriam.

In libero hoc Procerum & Civitatum Alſatiæ ſtatu nullus dignitatum, munerum & officiorum, nullus Nobilitatis gradus eſt; nulla fere legum, judiciorum, pacis publicæ forma, formulaque feudorum; nulla oppidorum, arcium, munimentorum, nulla militiæ, nulla Rerumpublicarum ſpecies eſt, quam intra fines ſuos non viderit Alſatia; publici totius Germaniæ ſtatus & juris appellanda compendium.

Præcipuas Germanici Imperii vires ſemper conſtitiſſe ad Rhenum, ſuo jam tempore profeſſus eſt florentiſſimus ſeculi XII. ſcriptor, OTTO, Friſingenſis

genſis Antiſtes. Alſatia, quam Burgundiones, Alemanni & Hunni ſub Romanis everterant, Germanicæ Periodi initio Normannos Hungarosque exhorruit; fulminibus bellicis dein toties expoſita, quoties Germanos inter & Gallos exorta tempeſtas. Præpotens illa Rheni ſuperioris cuſtos, quæ ſuperiore ævo Germanis aperuit Galliam, noſtris Germaniam nunc aperit Gallis.

Difficiles in Genealogicis nodos Geometrarum & Phyſicorum imitator reſolvi. Aſſumpta hypotheſis tempori, loco, perſonis, ceterisque circumſtantiis rerum ſi bene reſpondit, eam adoptavi pro vera, donec veriora edocear. Ex antiquis autem Genealogorum ſuperioris ævi ſtemmatibus cuncta reſecui, idoneis documentis & Chartis quæ deſtituta inveni.

Neque enim tranſeundum ſilentio eſt, quod inter duriſſima temporum ſuperiorum Alſatiæ fata, fatorum tamen benignitas celebranda ſit Alſatis; quæ tot Regum & Imperatorum Diplomata & Chartas, tot Regiſtra & Codices integros & illibatos ſervavit. Reliquias has inter præcipua Alſatiæ ornamenta atque cimelia reputamus; quibus ea nulli apud Germanos & Gallos Provinciæ facile erit ſecunda. Theſaurum, ex omnibus Chartophylaciis & ſcriniis, privatis ac publicis à me ſollicite per tot annos collectum, exhibebit *Alſatia Diplomatica*, tertium & poſtremum *Alſatiæ Illuſtratæ* compoſitura Volumen, quod prelum jam ſubit. *Sacram* enim & *Literatam* Alſatiam Libri peculiares exponent.

Quod reliquum eſt, Perilluſtri Alſatiæ Intendenti LUCEO gratias, quas ei ampliſſimas debeo, publice jam lubens & lætus perſolvo, quod prona & prompta ſua voluntate ac ope labores noſtros tam benigne, tam liberaliter promoverit. Perpetuæ ejus in me benevolentiæ monumentum perpetuum Alſatia Illuſtrata perſtabit.

## REGII CENSORIS APPROBATIO.

Juſſu Illuſtriſſimi Galliarum Cancellarii legi hoc alterum Volumen Operis, cui titulus *Alſatia Illuſtrata*, nec in eo quidquam reperi, quod Celeberrimi Auctoris famæ & expectationi publicæ non reſpondeat. Datum Pariſiis XII. Kalendarum Jun. MDCCLXI.

BARTHELEMY.




ALSATIÆ

# ALSATIÆ
# ILLUSTRATÆ
# PERIODUS GERMANICA.

## SECTIO PRIMA,
## *GEOGRAPHICO - POLITICA.*

§. I.

Eptingentorum ſeptuaginta octo annorum Alſaticæ Hiſtoriæ Periodum, quæ à Procaſpidana Lotharienſis regni diviſione ad Weſtphalicam usque pacem progreditur, publica monumentorum fide deſcribendam ſuſcipio. Ferax Alſatiæ ævum, quod Geographicæ, Politicæ & Morum, quibus noſtra regitur ætas, origines detegit. Florentiſſimum ævum, quo Alſatiæ Duces, ejusdemque Landgravii, unde Habsburgo-Auſtriaca, Lotharingica & Badenſis, exortæ ſunt Domus; quo Advocati Provinciales, Comites, Barones, Equeſter Ordo, Civitates, Caſtra & Burgi; quo varia Alſatiæ fata & multiplices rerum repræſentantur eventus; quo Typographia denique & Literæ, apud Alſatas natæ, evolarunt ad exteros. Periodi Germanicæ conſpectus.

*Germanicam* hanc appello Periodum, quod omni ejus decurſu Germanici Imperii membrum Alſatia perſtitit; Germanicis inſtitutis & moribus recta; quæ ſuperiorum ſeculorum progreſſu Celticis, Romanis regebatur & Francicis; quæ ſub Merovingis Auſtraſii, ſub Carolidis Lotharingici regni, conſtituerat partem, quæque ab An. DCCCLXX. ad Pacem usque Weſtphalicam, (*a*) Germaniæ conſtanter adhæſit; (*b*) unde Periodi hujus initium & finis. Cur Germanica.



(*a*) An. MDCXLVIII. quo ad Galliam transivit. Schurtzfleischio vapulans *Diſſert. Principium Mo-*
(*b*) Neque negaverit hoc profecto Blondellus, *ſellæ Anſonii* §. XVII.

## §. II.

Ejus initium. Enimvero tres inter Ludovici Pii filios, omnem Franciæ Monarchiam inter ſe partitos, (*c*) conventum eſt, ut ſuum quisque regnum jure poſſideret ſupremo. Ludovico, fratrum ſecundo, Germania obtigit, & Procaſpidana dein Lotharienſis regni diviſione (*d*) pars hujus propinquior Rheno, adeoque & Alſatia, acceſſit; quæ Hugonem, Lotharii junioris ex Waldrada pellice filium, tum Ducem habuerat. Rhenenſis Lotharingiæ fatum Lotharingia Moſana, Carolo Calvo in Tabulis illis conceſſa, poſt decennium ſecuta eſt. Univerſi ergo Lotharienſis regni compos Arnulphus, Germaniæ Rex, Zuuentebulchum, (*e*) ex concubina ſibi natum, eidem Regem præfecit, qui ab An. DCCCXCV. ſub Germanici Regis clientela illud poſſedit; quinquennio poſt, Zuuentebulcho à Lotharingis occiſo, ad Germanos ipſos rediturum, apud quos deinceps permanſit.

Periodus non interrupta. Poſt mortem Ludovici Infantis, Carolingorum apud Germanos poſtremi, Carolus Simplex, Galliæ Rex, Lotharingici regni, à Germanis nuper occupati, maximam partem armis ſuis ad breve quidem tempus recepit, novam inde *largioris indeptæ hæreditatis* in Diplomatibus epocham (*f*) auſpicatus regiminis. Alſatia tamen Conrado, quem Germani Ludovico Infanti ſucceſſorem dederant, adhæſit; monumenta quædam licet ſuperſint, quæ Caroli Simplicis imperio eam vindicare videantur. Andlavienſi nimirum Cœnobio III. Non. Febr. An. DCCCCXII. in Caſtineto villa; (*g*) imo & octiduo poſt Tullenſi S. Stephani Eccleſiæ, in ipſa Alſatica Rubeaci villa, (*h*) Carolus hic Chartas confirmatorias dedit, ſupremæ ejus in Alſatiam poteſtatis, uti crederes, teſtes. Rem tamen ſi penitius inſpicias, Carolina hæc expeditio meros intra conatus ſubſtitit. Conradus I. enim, Germaniæ Rex, eodem anno Lotharingiam cum exercitu ingreſſus, (*i*) non anni tantum ſequentis initio Argentorati verſatus eſt, ſed & Alſatiæ Monaſteria privilegiis inſtruxit. (*k*) Neque ullum poſt hæc Caroli Simplicis aut ſucceſſorum in his oris imperii reperimus veſtigium. Germanicam dominationem omnia, quæ novimus, documenta loquuntur. Strazburgenſis Eccleſiæ Epiſcopatum Richvinus, ex illuſtri Lotharingica ſtirpe natus, (*l*) contra Canonum ſanctiones invaſerat. Hic ad Synodum Germanicam, à Conrado Rege Althemii, haud procul Nordlinga, An. DCCCCXVI. celebratam, cum cæteris Germaniæ Epiſcopis invitatus, quum non comparuiſſet, in eadem Synodo judicatus eſt abſens, & indignus Sacerdotio declaratus; niſi Moguntino Præſuli, Metropolitano ſuo, brevi ſe ſiſteret, perverſitatis ſuæ redditurus rationem. (*m*) Sed & Reginonis Continuator, de Hungarorum irruptione An. DCCCCXVII. locutus, Alſatiam à Lotharingia jam tum diſtinctam & avulſam fuiſſe, evidenter nos docet. (*n*) Anno ſuperiore Conradus Alemanniæ & Alſatiæ Ducatibus, à Carolino ævo carentibus Duce, Ducem præfecerat; qui pari poteſtate regeret utrumque. Poſt Conradi Regis obitum Carolus Simplex, ad Alſatiæ recuperandæ ſpem novam erectus, tractui Rhenenſi An. DCCCCXX. rurſus intulit arma, (*o*) & in pagum Wormatienſem, ſed non in Alſatiam, penetravit; quod Wormatienſes, Henrico Aucupi, Germaniæ Regi, faventes, Carolum repulerunt. Hujus in Galliæ regno ſucceſſor Rudolphus, Wigerici, Metenſis Epiſcopi, rogatu, Tabernas Alſaticas, præſidio Germanico firmatas, aggreſſus, poſt longam ſatis obſidionem, occupavit; nulla obſeſſis ab Henrico Aucupe præſtita ope. (*p*) Hic autem biennio poſt omni Lotharingiæ regno potitus eſt; uti ex Frodoardo, Reginonis Continuatore, (*q*) aliisque documentis elucet.

## §. III.

(*c*) Viroduni An. DCCCXLIII.

(*d*) An. DCCCLXX. prope Marsnam, haud procul à Moſæ Trajectu.

(*e*) Ita nomen ejus in Charta, Monaſterio Gregoriano An. DCCCXCVI. data, exprimitur.

(*f*) Epocham hanc in Diplomatibus Caroli Simpl. ab An. DCCCCXII. non vero DCCCCXVI. uti Obrechtus voluit, incipere, alibi probabitur.

(*g*) *Chaſtenay* in Lotharingiæ Ducatu, ubi Prioratus eſt S. Petri, heic intelligitur, non Caſtinetum Alſatiæ.

(*h*) "Actum villa *Rubeæ* II. Id. Februarii anno „ XX. regnante Karolo, Rege glorioſiſſimo, redintegranie XV. largiore vero hæreditate indepta I.

(*i*) *Chron. S. Galli*, in *Scriptor. Rer. Franc.* Chesnii, Tom. III. pag. 470.

(*k*) Autographum ejus Diploma in Abbatia Murbacenſi ſervatur, IV. Idus Martii DCCCCXIII. in Argentina civitate ſcriptum.

(*l*) Erckenbaldo, Epiſcopo Argentinenſi, paulo poſt Carmen ſuum de Epiſcopis, deceſſoribus ſuis, ſcc. X. ſcribenti, Richwinus *Lotaringenſis genere* dicitur.

(*m*) *Concilii Altheim.* capitulo X. apud Falckenstein *Antiquitat. Nordgav.* Tom. I. Cap. VIII. pag. 314. & Canone III. in Aventini *Annal. Boi.* Lib. IV. pag. 455. Mirum eſt, nec in vaſta illa Labbeana, nec in Harduiniana, quæ ſuccellit, Conciliorum Collectione, nec apud Baronium, Altheimenſis Synodi ullam occurrere mentionem. Burcardus, Wormatienſis Epiſcopus, qui ſec. X. floruit, Synodum Altheimenſem non tantum commemorat, ſed & duas diſtinguit.

(*n*) "Hungeri per Alemanniam in Alſatiam & „ usque ad fines Lotharienſis regni pervenerunt.

(*o*) Continuator Reginonis hæc ad An. DCCCCXXIII. refert; ſed quum minus accuratus ſit in definiendis illis rerum geſtarum temporibus, Frodoardum potius ſequimur, qui ad An. DCCCCXX. iſta reponit.

(*p*) Frodoardus ad An. DCCCCXXIII.

(*q*) Ad An. DCCCCXXIII. & DCCCCXXV.

## §. III.

Subdivisio Periodi.

Publicus hic rerum Alſaticarum ſub Germanis ſtatus tres ejus epochas ſubdiviſas producit. Prima ab An. DCCCLXX. ad An. DCCCCXVI. procedens quadraginta ſex annorum eſt, quibus, ob varias Lotharienſis regni mutationes, vacillavit Alſatia: cum Galliæ atque Germaniæ Reges de illo regno certarent; quæ lis, quamdiu Carolingi in Gallia regnarunt, identidem renovata, ut docebunt Annales. Omnis hæc Epocha Alſatiam ſub Lotharingis, ſed Germanico regno ſubjectam, & plerumque à Cameræ Nuntiis rectam, comprehendit.

Secunda Germanicæ Periodi epocha, trecentorum quinquaginta trium annorum, ab An. DCCCCXVI. ad MCCLXVIII. quo Conradinus, Alſatiæ Sueviæque Ducum poſtremus, capite plexus Neapoli, (r) ferie non interrupta procedit. Hujus initio Alſatia, à Lotharienſi regno avulſa, & cum Alemannia, uti ſub Auſtraſiæ Regibus olim erat, rurſuæ fuit conjuncta. Factum hinc, ut Alſatiæ Duces in Chartis vel Alemanniæ generatim, vel Alemanniæ Alſatiæque ſeparatim, vel etiam Alſatiæ Duces ſimpliciter vocarentur. (s)

Tertia denique, trecentorum octoginta annorum, epocha tempus illud omne exhaurit, quo Alſatia ad pacem usque Weſtphalicam, ſine Ducibus libera, Imperio paruit; niſi quod temporis progreſſu magnam ſuperioris Alſatiæ partem Auſtriaca ſibi Domus obnoxiam reddidit, poſtquam Landgraviatum, Ferretenſibus aliisque terris Alſaticis auctum, in ſpeciem Principatus vertiſſet. Humani enim quid paſſus eſt Augustus Thuanus, ſuperiorem Alſatiam *totam ditionis Auſtriacæ* fuiſſe perſcribens. (t)

## §. IV.

Alſatiæ Germanicæ limites.

Politici ſtatus mutatio ejusdem Geographiam mutavit. Quodſi enim Alſatiæ Germanicæ limites tibi ponas ob oculos, triplici quoque ſub Geographico habitu eadem ſe prodit Provincia. Vetus ille & primus, omniumque maximæ extenſionis, ad Trans-Jurani Burgundiæ Regni natales, hoc eſt, ad An. DCCCLXXXVIII. usque duravit. Secundus Alſatiam, verſus meridiem omni Raurico agro privatam, adeoque minimæ extenſionis, proponit. Tertius prolatationem finium ſeptentrionalium à Lutera ad Queicham usque promovit.

Limes occidentalis.

Orientalis & occidentalis Alſatiæ limites immoti ſemper fuerunt & ſtabiles; Rhenus nimirum & Vogeſus. Auſtralis vero & borealis mutati ſunt, poſtquam Arola & Lutera finitores earum eſſe deſierunt. Alſatiæ Ducatus, ſub Francica Periodo, Alemannicum inter & Francicum ſitus, ſub Germanica Periodo à Vogeſi latere Ducatum Lotharingiæ, à parte Juraſſi Comitatum Burgundiæ, limitrophos vidit. Poſtquam enim in auſtralibus regni Lotharingici oris Burgundiæ Trans-Juranæ prodierat regnum, in reliquis ejusdem regni partibus duo Lotharienſes Ducatus, ſuperior nempe inferiorque, hoc eſt, Moſellanicus & Moſanus, exorti ſunt; quorum ille Alſatico Ducatui ſemper fuit confinis, ita ut orientale Vogeſi latus ad Alſatiam, occidentale ad Lotharingiam, pertinuerit. (u) Liqueſcentium in Vogeſi dorſo nivium decurſus, (x) & defluentium inde rivulorum divortia, Alſatiam à Lotharingia ita diſtinguunt, ut fons, aquas ſuas in Lotharingiam demitteus, Lotharingico tribuatur lateri: Alſatico adſcribatur ille, cujus aquæ in Alſatiam deruunt. Non prætereundus hic ſilentio eſt error Blondelli; (y) qui, Lotharienſis regni partem olim fuiſſe Alſatiam videns, eandem Lotharingico Ducatui, qui ex regno exortus eſt, attribuendam exiſtimavit. Contenderat Chifletius, (z) Theodoricum II. Lotharingiæ Mofellanicæ Ducem, Alſaticum quoque

A 2

(r) Giovanni Villani Lib. VII. Cap. XXIX. Muratori *Annali d'Italia* Tom. VII. pag. 186.

(s) Conradus *Alemannorum & Alſatarum Dux gloriosus* in Charta Ottonis III. An. DCCCCLXXXVIII. Murbacenſibus data, vocatur. Martene *Theſaur. Anecdotor.* Tom. I. pag. 101. Friderieus Lafous, Conradi II. Imp. Chartæ An. MCXL. ita ſubſcripſit: *Fridericus Sueuorum Dux & Alſatie.* Miraei *Opera* Tom. I. pag. 689. Fridericus Friderici I. Imp. filius, quandoque ſolo *Alſatiæ Ducis* nomine ſignatur. Vid. Hugonis *Monaſteriolog. Prumuſtrat.* Tom. II. Probat. pag. 250.

(t) *Hiſtoriar.* Lib. II. pag. 54. Edit. Londin.

(u) Unde patet Pfalzburcum, quod fec. XVI. conditum eſt, prius vero *Lindarabhauſen* dicebatur, ad Alſatiam non poſſe referri, quod trans Vogeſum eſt: licet Eccleſiaſticæ Diœceſi Argentinenſi & Alſatico militiari gubernio ſubſit.

(x) Ita vetera paſſim documenta. In Charta quam Egenolfus de Ratſamhauſen à Sigismundo Imp. An. MCCCCXXXIV. ſuper jus in Abenarios, quod Electoris Palatini feudum Ratſamhauſiorum familia poſſidet, Balilææ accepit, legitur: *Zwiſchen der Forſt* (Vogeſus) *und dem Schwartzewald, als die Schmeſſebächlin ſchmeltzen in den Rhein.*

(y) *Genealog. Franc. aſſert. plen.* Tom. II. pag. 374. ſeqq. quem ſequitur *Lexicon Trevult.* in voce *Lorraine.*

(z) *Lamina præcogit. ad Vindiciar Hiſp.* Opp. Part. I. pag. 338. ſq.

quoque poſſediſſe Ducatum, huncque Gerardo filio natu minori An. MCXV. reliquiſſe, Simone primogenito Lotharingicum regente Ducatum. Hæc ut everteret Blondellus, Alſatiam Ducatum, à Lotharingico Ducatu ſeparatum, fuiſſe negat; unum Chiffetii errorem duplici ipſe errore confutans.

Alſatiam Alemannico Ducatui adhæſiſſe, eique tam firmiter adhæſiſſe, ut nulli Lotharingiæ Ducum unquam fuerit ſubjecta, veteres Annales cuncti, ut & Chartæ, loquuntur. Imo vero ex Comitibus ſuis Lotharingiæ Moſellanicæ Duces transmiſit Alſatia; quidquid in contrarium effutiat FRANCISCUS ROSIERIUS, (*a*) documentis innixus, quorum falſitatem gravi perluit pœna.

## §. V.

Limes orientalis.

Rhenus, ripa ſua ſemper inconſtans, inſulis varius, noſtræque Provinciæ plerumque damnoſus, omni tamen, quantum novimus, ævo conſtans Alſatiæ limes habitus eſt: atque à Suevico Ducatu, ſpeciatim à Brifigovia & Ortenavia, imo & ℞ Franciæ Ducatu Badenſique Marchionatu, illam diſtinxit. Omni hoc ævo inconſtantiam Rheni præ aliis Brifacum expertum eſt; quod trans Rhenum poſitum fuerat, ſuum Brisgoviæ quum nomen indidiſſet, quodque ſub Germanica Periodo ad ulteriorem ripam, quam & nunc occupat, rediit, poſtquam ſub Romanis & Francis in Gallica ripa ſediſſet; (*b*) quod ipſum & aliis locis evenit. Variatio Rheni ergo Alſaticum quoque litus noſtrum identidem variat. Dimidia illa pars Rheni, quæ Alſaticam oram alluit, ad Galliam, altera ad Germaniam refertur, ita quidem, ut gubernacula onerariarum navium, quæ Rheno ſecundo devehuntur, conſtituant limitem. Eadem Alſatiæ ratio fuit, quum Maximilianus I. eam Circulo ſuperiori adſcripſiſſet Rhenano. Non deſuerunt, qui Alſatiæ limitem ultra Rhenum, in Ortenaviam usque, proferendum eſſe falſo exiſtimarunt; quos inter SPECKLINUS & COCCIUS, de quibus actum jam alibi. (*c*) Alſatiæ ditionem ergo cum Argent. Diœceſi confudiſſe videntur graviſſimi quidam vetuſtiores Hiſtorici, qui Alſatiæ partes aliquas etiam trans Rhenum poſuerunt. Facit hoc, præter iſtos, quos ſupra (*d*) allegavimus, LAMBERTUS SCHAFNABURGENSIS, (*e*) ſeculi XI. Scriptor, Monaſterium Gengenbach in Alſatiæ partibus collocans. Facit & Jo. FROISSARDUS; (*f*) qui Carolum IV. in Cis- & Trans-Rhenana Alſatia pacis publicæ cuſtodiam Wenceslao, Luxemburgico Duci, An. MCCCLXV. credidiſſe memorat.

## §. VI.

Limes auſtralis.

Meridionalis Alſatiæ limes, qui ſub Francica Periodo ad Arolam usque extendebatur trans Juram, uti ſupra (*g*) oſtenſum, ſub Germanicæ initia cis Juram rejectus eſt. Variantia Lotharingici Regni fata auſtralem hunc Alſatiæ terminum expoſuerunt injuriæ. Rudolphus Trans-Jurani Burgundiæ Regni, Penninas inter Alpes & Juram, conditor, in Rauracenſes quoque Alſatici Ducatus agros, ab utroque Juraſſi latere ſitos, manum injecit; ita quidem, ut Baſilia denique civitas, quæ An. DCCCLXX. cum univerſo Alſatiæ Ducatu in Germanica Lotharienſis Regni portione fuerat, cum Baſilienſis Eccleſiæ terris, novi hujus Burgundiæ Regni membrum & limes ad boream evaderet: adeoque contra Alſatiam, cujus Ducatui nuper erat adſcripta, propugnaculum cenſeretur. Lotharius Imp. Grandvallenſe Monaſterium in Ducatu Helviſcenſi eſſe declarat: (*h*) Rudolphus I. Burgundiæ Rex, ejusdem Monaſterii jura Comiti Luitfrido concedit; (*i*) indicatque adeo, Rauricas illas Juraſſi regiones Alſatico ſe abſtuliſſe Ducatui, novoque ſuo adjeciſſe Burgundiæ Regno; id quod intra viginti quatuor annorum Rudolphini regiminis ſpatium evenit. Hugo enim, junioris Lotharii nothus, An. DCCCLXXXV. mortuus, Alſatiæ Ducatum adhuc poſſederat. Paulo ante

(*a*) *Stemmat. Lothar.* inter exempl. Diplom. num. 27. 28. & 29. Chartas dedit, quæ Raginerium, patrem Giſelberti Ducis, Lotharingiæ Sup. Moſellanicæ inferioris, Arduannæ . . . Alſatiæ &c. Ducem ſeculo IX. jam ſiſtunt. His fidem ſi tribuas, Sadlerus Mechtildem, ex Etichonidis Alſatiæ natam, circa An. DCCCXL. in matrimonio habuit; indeque filius ejus Raginerius prodiit, Alſatiæ quinque Dux appellatus. Sed, ut alia nimia taceam, Chartæ iſtæ, quas rei fidem facturas eſſe Roſierius cenſuit, apertæ falſitatis ſunt. Nec ſibi ipſi conſtat falſarius, quando Raginerii hujus, magna titulorum farragine ſuperbientis, ſuisque de parentibus mortuis verba facientis, Diploma An. DCCCLII. producit, eundemque poſtea nonniſi circa An. DCCCLX. vivo adhuc patre, paternam hæreditatem adiiſſe ſcribit. Vid. Diploma XXVII. & Tom. IV. fol 177.

(*b*) *Alſatia Illuſtr.* Tom. I. pag. 678.

(*c*) Tom. I. pag. 1.

(*d*) Tom. I. pag. 632 §. XXI.

(*e*) In *Chron.* ad An. MLXXVI.

(*f*) *Hiſtoire & Chron. memorable* Vol. III. Cap. XCVII. pag. 244. ubi: *Et lui bailla encores le dit Empereur une grande partie de la terre & pays d'Auſſay delà & deçà le Reine, pour la defendre & garder dedans & contre les Liufart.*

(*g*) Tom. I. pag. 611. ſq.

(*h*) In Charta Grandvallenſi An. DCCCXLIX.

(*i*) URSTIS. *Chron. Baſil.* Lib. I. Cap. II. pag. 7.

ante initia Zuuentebulchi, quem An. DCCCXCV. Lotharingorum Regem Arnulfus pater conſtituit, id contigiſſe verifimile eſt. Rudolphina hac uſurpatione Alſatia noſtra Baſelgoviam, Auguſtoviam, Fricgoviam, Sisgoviam, Alsgaudiam, quin & Sundgoviam forte perdiderat ad tempus. DAVID BLONDELLUS, (*k*) origines Rudolphini Regni exponens, non Baſilienſem modo, ſed & Laufanenſem, Genevenſem & Sedunenſem Diœceſes, Lotharienſi regno ab eodem Rudolpho Rege detractas fuiſſe exiſtimat; non menior eorum, quæ Annalium Bertinianorum enuntiat auctor, Lotharium nempe Regem jam An. DCCCLIX. quo Hucberto Abbati terras inter Juram & montem Jovis commiſit, (*l*) Genevam, Laufanam & Sedunum civitates, cum Epiſcopatibus, Monaſteriis & Comitatibus, fratri ſuo Ludovico II. Imp. & Italiæ Regi, tradidiſſe. Urbes ergo memoratæ, per totos triginta annos, à Lotharienſi regno avulſæ jam fuerant, Burgundiæ regnum quum conderet Rudolphus; qui provincias iſtas, poſt Ludovici II. Imp. mortem Ludovico Germ. An. DCCCLXXV. & ab hoc filiis ſuis relictas, Germaniæ regno, non Lotharienſi, detraxit. Quum An. DCCCCXVI. Conradus I. ob Hungaricas irruptiones Alemanniæ & Alſatiæ Ducatui, per tot annos vacanti, novum Ducem dediſſet, Baſilea, ab Alſatiæ Ducatu abrupta, regnoque Burgundico adjecta jam fuerat, ejusdemque adhuc membrum habita ſub Conrado II. ut ex Wippone & aliis documentis adſtruximus alibi. (*m*) Idem nos WIPPO docet, Conradum II. Imp. Baſileam Rudolpho Ignavo eripuiſſe; quod hic ſua, de Burgundiæ regno ad Henricum II. Imp. transferendo, promiſſa, (*n*) poſt mortem Henrici, ad Conradum extendere noluerat. Hic ergo Baſileam, futuræ ſucceſſionis pignus, occupavit, vivo Rudolpho. Ita Baſilea ſub Rudolpho I. ab Alſatia; ſub Rudolpho III. à Burgundia quoque, ante Reges ejus extinctos, diſtracta, urbs immediata Germaniæ tandem regno acceſſit, ſed nunquam ad Alſatiam rediit; (*o*) Epiſcopis Imperatorum jura, plurium ſeculorum decurſu, Comitum loco ibidem exercentibus, (quod & in aliis Germaniæ, Galliæ, Italiæque liberis civitatibus factum) donec ex Imperiali civitate An. MDI. Helvetici fœderis ſocia fieret.

Præter Baſileam & Baſilienſem Epiſcopatum, cum Pagis modo allegatis, qui ad Alſatiæ Ducatum nunquam redierunt, terras ſimul omnes, quæ Phirretenſem Comitatum deinceps compoſuerunt, Rudolphino quoque Burgundiæ regno olim annumeratas fuiſſe, WOLFG. LAZIUS (*p*) & Venerandus Rerum Habsburgenſium Scriptor, MARQ. HERROOTT, (*q*) cui profecto Alſaticæ res noſtræ plurimum debent, prodiderunt. Omni res dubio careret, ſi Phirretenſis Comitatus ab eo tempore in Actis publicis uſuque populari, quod aſſeritur, Burgundiæ ſuperioris nomine etiamnum veniret. (*r*) Sententiæ tamen favet Comitum Phirreti ex Burgundico Monbeliardenſium ſanguine origo, quam in Genealogicis oſtenturus ſum; quodque Monbeliardæ Comitatus haud dubie pars regni Burgundici fuit. Hinc enim verifimile fit, Phirretenſes quoque terras, Monbeliardenſibus olim junctas, communem cum illis Dominum habuiſſe ac Regem. Verum enimvero brevis modo temporis Burgundici hujus regni periodus fuit, quippe quod An. MXXXII. ad Germaniam rediit, atque adeo & terræ illæ, quæ An. MCXXIII. Phirretenſes appellari cœperunt, ad Alſatiam rediere; cui ſeculi XIV. initio Rothenburgi & Beltorti Dominia, à Burgundiæ & Monbeliardæ



(*k*) *Genealogiæ Franc. Aſſert. prim.* Tom. II. pag. 262.

(*l*) REGINO ad An. DCCCLIX.

(*m*) Tom. I. pag. 677. §. LXVI.

(*n*) Henricus II. jam An. MX. Epiſcopalem eccleſiam ſuis ſumtibus reſtaurari, atque An. MXIX. inaugurari juſſit, ipſo præſente; quunquam urbs in Rudolphi III. poteſtate adhuc fuiſſet. Scilicet Burgundiæ Transjuranæ regnum Germaniæ regibus ſemper obnoxium fuit; unde Ottones & Henricus II. Paterniacenſis monaſterii, in eodem regno ſiti, privilegia, à Regibus Burgundiæ data, vi juris ſui ſupremi circa ſacra, confirmarunt. HERRG *Genealog. Habsb.* Tom. II. num. 142. 151. 156. Hinc etiam Rudolphus III. ad Conradi II. inaugurationem Romanam vocatus eſt. WIPPO in *Vita Conradi Salici*, apud PISTORIUM *Rer. Germ.* Tom. III. pag. 472. Conf. SIM. FRID. HARNII *Diſſert. de Regno Arelat.* Cap. II. pag. 17.

(*o*) Memorabilia WIPPONIS pag. 470. verba: „ Baſilea civitas ſita eſt in quodam triviali confinio, „ id eſt, Burgundiæ, Alemanniæ & Franciæ, ipſa „ vero civitas ad Burgundiam pertinet. „ Germaniæ regnum tum Francia orientalis, Galliæ regnum Francia occidentalis dicebatur. Utrique ab Helvoticis partibus Burgundia fuit confinis. Eodem modo WIBERTUS in *Vita Leonis IX.* Cap. VIII. Leucorum quoque civitatem Tullum in *trium regnorum confinio* ponit. Lotharingiæ Moſellaniæ Dux quandoque *Marchiſus inter tria regna* vocatus eſt. CHIFLETIUS in *Commentario Lothar.* pag. 97.

(*p*) *De Migrat. Gentium* Lib. XI. pag. 777. ubi: „ Surrexerunt labentibus ſeculis & alii Comitatus intra „ limites nobiliſſimi regni: videlicet Aureacenſis . . . „ & verſus Alemanniæ fines Montisbelgardi. Salmenſis, „ Phyretarum, Neuburgenſis, Burgdorfenſis &c.

(*q*) *Genealogia Habsburg.* Tom. I. prolegom. pag. 51.

(*r*) Alſatiam Auſtriacam Ferdinando fratri quum Carolus V. dediſſet, Phirretenſis Comitatus cum eadem tranſivit. Burgundicus autem Comitatus omnis in Caroli poteſtate permanſit. GOLLUT *Memoires Sequan.* Lib. XI. Cap. XXXVI. pag. 1013.

Comitatibus abrupta, à meridie, ut infra docebimus, acceſſerunt poſtremum. Ita auſtro-occiduus Alſatiæ limes, in Burgundiam promotus, Burgundiæ Comitatui aliquid eripuit, ſed multo minus, quam Burgundiæ regnum olim Alſatiæ abſtulerat.

## §. VII.

Limes borealis.

Jacturam, quam verſus ſeculi IX. finem meridionalis Alſatia paſſa eſt, poſt quatuor ſeculorum intervallum, borealis Alſatia reparavit ex parte; limite ejus ab Lutera prolatato ad Queicham. Cum Conradino nimirum, Alſatiæ, Sueviæ & Franciæ orientalis Ducatuum poſſeſſore, An. MCCLXVIII. peremto, tres quoque Ducatus intermortui ſunt, eorumque urbes ſingulæ in Imperiales converſæ, ex mediatis immediatæ, uti publico ſtylo loquuntur, evaſerunt. (*s*) Tum vero Advocatia Alſatica, Hagenoæ nóx conſtituta, borealem Alſatiæ nuper Ducalis limitem, Luteram nempe transgreſſa, in extincti nuper Francici Ducatus terras ſe paulatim extendit; (*t*) Landaviam, quam perluit Queicha, ambitu quoque ſuo tandem complexa; conſentientibus Cæſarum Comitiorumque decretis. Landaviæ, ſub Advocatia Alſatica An. MCCCXV. jam comprehenſæ, documentum exhibent turbæ civiles, poſt Ludovici Bavari & Friderici Auſtriaci electionem in noſtris oris exortæ. Civitates Alſatiæ fteterunt pro Auſtrio; cujus frater Leopoldus Ottonem Ochſenſteinium, Alſatiæ Advocatum, cum militum præſidio, impoſuit Landaviæ, urbium Advocatiæ Alſaticæ ſubjectarum extremæ. Bavarus, Spirenſes ſibi nactus fautores, Georgium, Veldentiæ Comitem, Germershemii cuſtodem conſtituit, qui Spirigoviæ reliquæ fines contra Friderici aſſeclas defenderet. (*u*) In Pace publica, quam Ludovicus Bavarus inter urbes Rhenenſes Anno MCCCXXXII. compoſuit, ordinatur, ut " pro ſingulis carratis Alſatici vini, ſupra „ Landaviam provenientis, XXXII. Schillingi hellerorum; pro carrata autem vini, „ infra Landaviam in Spirigovia creſcentis, X. Schillingi hellerorum ſolvantur; „ (*x*) quæ verba Pax publica Caroli IV, An. MCCLII. Spiræ ſtabilita, repetiit. (*y*) An. MDIX. Maximilianus I. Advocato Alſatiæ (*z*) injunxit, ut Landaviam contra quasvis injurias tueretur; qui paulo poſt aliis literis (*a*) hanc urbem in Alſatia ſitam diſerte profitetur. Sed & ipſa Landavia literis ejusdem anni (*b*) Advocatiæ Alſaticæ ſe membrum enuntiat. Alſatiæ Status, An. MDXVI. Hagenoæ convenientes, communem inter ſe defenſionem firmarunt, quæ inclufit Landaviam. Pactum An. MDXLII. Seleſtadii repetitum. Carolus V. (*c*) & Maximilianus II. (*d*) eandem Landaviam Advocatiæ Inferioris Alſatiæ Civitatem appellant. In Ratisbonenſibus Comitiis A. MDXXXII. ut & in Spirenſibus decennio poſt, ac ſubſequentibus aliis, ad poſtrema uſque An. MDCLIV. Landavia ſemper ut Imperialis Alſatica civitas Receſſus Comitiorum ſignavit. Plures heic teſtes lubens præterco, ut parcatur Lectori; cujus oculis ſubjici quoque poſſent reverſales illæ literæ, quas Advocati provinciales & Sub-Advocati, munus ſuum ingreſſi, Landavienſibus dederunt. Teſtimoniis his pro Landavia Alſatica colophonem imponit Weſtphalica pax, cum Gallis Monaſterii concluſa, ubi hæc leguntur: (*e*) "Præfecturamque provincialem decem Civitatum Imperialium, in Alſatia „ ſitarum, ſcilicet Hagenau, Colmar, Schlettſtat, Weiſenburg, *Landau*, Obernheim &c. „ Agmen claudit Alſaticæ decem civitatum Præfecturæ proteſtatio, An. MDCLVII. contra ſupremum Enſisheimenſe tribunal facta, cui ſubſcripſerunt: *decem Imperialium Civitatum, in Alſatia ſitarum, ad hunc actum Deputati.* Hos inter Deputatos etiam Landavienſis comparet.

## §. VIII.

(*s*) Argentoratus Palatina & Imperialis urbs libera jam fuit ante Ducatum extinctum, adeoque nec Ducibus paruit, poſtquam hi ex magiſtratibus & adminiſtris provinciarum autocratores facti ſunt. Improprie ergo Argentinam Alſatici Ducatus caput appellavit DITMARUS in *Chron.* Lib. V.

(*t*) Fridericus II. Imp. in charta An. MCCXIX. proavum ſuum, qui erat Fridericus Luſcus, Friderici Barbaroſſæ patet, villam *Anweiler*, quæ ad Queicham ſita, ſub ſpecialem jam protectionem recepiſſe facetur; ipſeque eadem charta Anvilerenſibus capidi jura concedit. Conjiceres hinc ſeculo XII. jam, adeoque vigente adhuc Alſatiæ Ducatu, Ducatum hunc proceſſiſſe ad Queicham, quoniam Fridericus Luſcus Dux Sueviæ & Alſatiæ, non autem Dux Franciæ fuit; hunc enim poſteriorem Ducatum tum poſſederat Conradus. Hoc tamen exemplum limitem Ducatus Alſatici ad Queicham uſque nondum promovet. Neſcimus, quo pacto Ducatum Franciæ, quem Hohenſtaufii tenuerant, inter ſe diviſerint agnati, Charlem Friderici II. dedit JOANNIS in *Spicilegio Tabular. Vet.* pag. 463.

(*u*) LEHMANNUS *Chron. Spirenſ.* Lib. VII. Cap. XXIV. Idem Otto Ochſenſteinius An. MCCCXVIII. ſq. Advocatus Alſatiæ & Spirigoviæ ſimul fuerat. LEHMANN. Lib. IV. Cap. VII.

(*x*) Ibidem Lib. VII. Cap. XXX. pag. 682.

(*y*) Ibid. Cap. XLVII. pag. 709.

(*z*) Cæſaro Baroni de Mœrſperg & Belfort, in literis Ulmæ datis, apud LUNIG *Archiv. Imp.* Tom. XIII. pag. 1284.

(*a*) An. MDXI. apud LAGUILLE *Hiſt. d'Alſace*, inter Probat. pag. 108.

(*b*) Ibid. pag. 109.

(*c*) In Wormat. charta An. MDXXI. ibidem pag. 110.

(*d*) An. MDLXX. in privilegio Landavienſibus dato.

(*e*) Inſtrumenti Cæſareo-Gallici §. LXXIII.

## §. VIII.

Nova hæc Geographiæ Alſaticæ ad boream augmenta nec everſa, nec interrupta, fuerunt acquiſitione terrarum, quas inſequentibus annis Palatina Domus in veteri Alſatia ſibi paravit & nova; præſertim ex quo Ludovicus Bavarus & Rupertus Palatinus regium apud Germanos ſolium conſcenderant. Ab eo enim tempore factum, ut multæ Imperii terræ, in extinctо Franciæ Ducatu, & ſpeciatim in Wormsgovia, in Spirigovia, imo & in Alſatia veteri cis Luteram ſitæ, Palatinis vel oppignerarentur, (*b*) vel aliis jam oppigneratæ, Imperiali privilegio per Palatinos redimerentur. Hæc immutatio Dominiorum nec Geographicum locorum ſitum, nec Alſatici limitis rationes, turbavit; qui perſtitit immotus, quamvis terræ in eo comprehenſæ varios poſſeſſores acciperent. Novum ſibi paulatim tractum terrarum à Germersheimio Pfalzburgum usque Palatini acquiſiverunt; ſua tamen Spirigoviæ, ſua Alſatiæ, conſtitit ratio. CHRISTOPHORUS LEHMANNUS ergo, qui, ante exacerbatam de limitibus Alſatiæ litem, hoc argumentum tractavit, atque Landaviam in Alſatia poſuit, (*i*) ambiguus non eſſe debuiſſet, Spirigoviæ, (*k*) an Alſatiæ, adnumeraret Landaviam; quæ ſequiore ævo annumeranda utrique. Nec opus erat, ut ea, quæ de Spirigovia, ad Luteram usque extenſa, paulo ante perſcripſerat, confutaret deinceps. Sed & SCHILTERUS, (*l*) Palatinum territorium inter Alſatiam & Spirigoviam conſtituens, peccat, quoniam in Spirigovia & in Alſatia illud conſtituere debuiſſet: in eo quoque deceptus, quod Lehmannum accuſarit erroris, quem ſine documento Weiſenburgum Spirigoviæ male attribuere exiſtimat; cum Ottonis I. Charta An. DCCCCLXVIII. data Lehmannum defendat. (*m*) Præter Inſtrumenta, quæ protuli, MARTINUS ZEILERUS, (*n*) CHRISTOPH. CELLARIUS, (*o*) illuſtres Geographi; atque *Rerum Habſburgenſium* Scriptor HERRGOTTUS, (*p*) unanimi conſenſu omnes Landaviam in Alſatia ponunt. Palatinatus novus.

## §. IX.

Colliguus hinc, maximam Alſatiæ extenſionem ſub Francica, minimam ſub ſecunda Germanicæ Periodi Epocha, extitiſſe; quæ nempe à Conradi primi Regis temporibus adConradinum usque, poſtremum Alſatiæ Ducem, hoc eſt, ab An. DCCCCXVI. ad MCCLXVIII. usque procedit. Alſatiæ incrementa tamen, quibus in ſequenti ætate limes ejus ad Queicham usque promotus eſt, non repararunt jacturam, quam Alſatia vetus olim in Rauracis paſſa eſt; hæc enim plus quam XII. leucarum fuit; augmentum ad boream nonniſi ſex leucas complevit. Ita ſub Germanica Periodo non muneris tantum, ſed & regionis Ducatus intermortuus eſt, poſtquam per quadringentos ferme annos ſub eadem continuatus fuiſſet. Initia ejus in ſeculum ſeptimum, finis in tertium decimum, incidunt. Varia Alſatiæ extenſio.

Colli-

(*b*) Ludovicus IV. Imp. An. MCCCXXX. Rudolphi, fratris ſui, filiis, Rudolpho & Ruperto, Comitibus Palatinis Rheni, ob præſtita Imperio officia, præter alia Imperii bona redimenda, oppigneravit caſtrum *Trifels*, caſtrum & oppidum *Germersheim*, oppidum *Annweiler*, caſtrum *Guteneberg* & *Neucaſtel*, caſtrum *Wegelnburg*, caſtrum *Falckenburg* &c. cum omnibus terris & juribus, quæ ad ſingula caſtra & oppida pertinent, pro 6000. marcis argenti, ponderis Argentinenſis. Literas has, datas Tridenti, nobis exhibet GE. CHRIST. JOANNIS in *Miſcellis Hiſt. Palat.* pag. 75. Acceſſerunt dein Palatinis & alia bona, in Alſatia ſita, quæ in Diviſione terrarum Ruperti Palat. Imp. An. MCCCCX. Heidelbergæ inter quatuor filios ejus facta, memorantur; nempe pars in *Lauterſtein*, *Einbardtshauſen*, *Bergzabern* caſtrum & oppidum, pars caſtri *Ochſenſtein* & *Hunenburg*. Vid. TOLNERI *Cod. Diplom. Palat.* pag. 151. ſqq. Plerique ergo Palatinæ gentis acquiſitiones in Alſatia ab An. MCCCXXX. ad An. MCCCCX. adeoque intra octoginta annos factæ ſunt. In transactione enim Ludovici Bav. Imp. cum ſuis ex fratre nepotibus An. MCCCXXIX. facta, ex terris Alſaticis nihil comparet. Advocatia Alſatiæ à Luzelburgiis ſub Sigismundo Imp. ad Palatinos quoque transivit, & inde ad Auſtrios. In Conſtitutione Stephani Bipontini & Friderici Veldent. An. MCCCCXLIV. vicus Alſatiæ *Minfeld* occurrit. *Selza* oppidum denique acceſſit. Hæc in Alſatia. Spirigoviæ Advocatiam ſub Ludovico Bav. identidem geſſerunt Palatini. LEHMANN. *Chron. Spir.* Lib. IV. Cap. VII. Seculi præcedentis anno vigeſimo quinto Henricus, Wormat. Epiſcopus, Ludovico, Duci Bav. & Comiti Palatino, Comeciam *Stalbuhel* & caſtrum *Heidelberg*, cum *burgo* ipſius caſtri, conceſſit. SCHANNAT. *Hiſt. Wormat.* pag. 312. Carolus IV. ſuis quoque Literis An. MCCLXXV. Ruperto Palatino eandem oppignerata Imperii bona redimendi facultatem ſimavit. Incrementa Palatinatus ad Rhenum delineat FREHERUS *Origg. Palat.* Part. I. Cap. XIV. IRENICUS *Exeget. Germ.* Lib. III. Cap. LII. MUNSTER. *Cosmograph.* Lib. III. Cap. CCCL. ſqq.

(*i*) *Chron. Spirenſ.* pag. 669. conf. *Alſatia Illuſtr.* Tom. I. pag. 2. §. II.

(*k*) Ibid. pag. 258.

(*l*) *Gloſſar. Teuton.* pag. 29.

(*m*) Lauterb. in *Magdeb. Staupi Unſug.* num. 1610. exhibet Chartam, ubi: *Abbatiam Wiſſenburg in Pago Spirenſi ſitam* &c.

(*n*) In Libro *de X. Circulis* pag. 1144. ubi ita: *Landau an den Grantzen der untern Elſaſs, dahin ſie gleichwohl, wegen der Landvogtey Hagenau, noch gerechnet wird.*

(*o*) *Geograph. Nov.* pag. 238. ait: *In inferiore Alſatia ſunt Hagenoa, Landavium, Weiſſenburgum.* Idem pag. 247. Tabernæ Rhenenſes in Alſatico Rheni litore, pag. 246. Germersheimium ad Rhenum in Alſatiæ finibus ponit.

(*p*) *Genealog. Habrib.* Lib. I. Cap. III. pag. 20.

Cautelæ circa limites.

Colligimus porro, in limitibus noſtris definiendis præcipuam temporum eſſe habendam rationem ; quam qui probe diſtinguit, Documenta ille omnis ævi inter ſe conſpirare intelliget. Cavendum eſt denique, ne fines Pagorum, ex quibus Provincia componitur, & præſertim, ne novæ dominationis, in Provincia ortæ, limites cum Provinciæ ipſius confundas limitibus. Præfecturæ Alſaticæ accedens Landavia, quum occaſionem dediſſet, ut Alſatia à Lutera promoveretur ad Queicham, adeoque in ſupremam Spirigoviæ partem fines ſuos proferret, prolatio illæſis Spirigoviæ finibus facta eſt, quoniam ex pluribus Pagis, ſeu integris, ſeu partitis, concreſcit Provincia, cujus limites limitibus Pagorum non ſemper reſpondent. Pars illa Spirigoviæ ergo, quæ transivit ad Alſatas, ſive retinuerit priſtinum, ſive amiſerit, nomen, (q) novus Alſatiæ tamen perſtitit limes; qui à Spirigoviæ limite potuit eſſe diverſus. Scaphuſia, Suevicum olim pagi Cletgoviæ (r) oppidum, ab An. MDI. quo Helvetico fœderi acceſſit, non Suevica, ſed Helvetica civitas, Sueviæ confinis eſt, adeoque pars illa Cletgoviæ à Suevia receſſit, acceſſitque Helvetiæ ; nova Helvetia prorepente trans Rhenum. Landavia, Spirigoviæ civitas, cum illa Pagi ſui parte, temporis ſucceſſu civitas quoque evaſit Alſatica ; Provincia enim ſe dilatans non deſtruit Pagum. Cis-Luteranum veteris noſtræ Nordgoviæ oppidum Selza per omnes Periodos pars Alſatiæ fuit. Palatinatu in Rheni ſuperioris partibus orto, Selza cum aliis locis ad Palatinum jus denique transiit, illæſa Alſatia ; uti Spirenſis Eccleſia, Teutonicus Ordo, aliique bona ſua apud Alſatas poſſident augereque poſſunt, limite Alſatiæ ſalvo ; unde & in Comitiis Alſatiæ ſtatuum comparuere frequentes. Ad noſtras tamen has oras prorepens Palatinatus multos induxit, ut Alſatia exiviſſe crederent ea, quæ Palatino juri acceſſerunt ibidem ; Alſaticas Palatinorum terras ab Alſatico corpore citra cauſam reſcindentes ; id quod præcipue diverſitatem opinionum de Alſatico limite, quam ſupra (s) indicavimus, peperit. Quodſi ad ſeculum usque duodecimum aſcendas, in avia nos abducere poſſet Otto Frisingensis, (t) Benedictinum olim S. Walpurgis Monaſterium, in Hagenoenſi ſilva, haud procul à Sura flumine ſitum, *in terminis Alſatiæ* ponens. Nonniſi ad Suram flumen terminos ſuos Alſatiam tum extendiſſe crederes. At his Ottonis verbis ſi ſenſum iſtum affingas, affinges errorem, quoniam Selzam & Weiſſenburgum, contra omnem monumentorum fidem, excluderent Alſatia. Selzam enim in Nordgovia, vel Alſatia inferiore, ponit Odilo, (u) ſeculi X. Scriptor. *In terminis Alſatiæ* hinc idem eſt apud Friſingenſem, quod *in partibus Alſatiæ* apud alios denotat. Ita Columbarium *in Elſgarii partibus* reponit Bajonus. (x) Sigoltesheim vicus, nonniſi aliquot leucis Columbaria diſtans, *in Alſatiæ partibus* ſitus, ut Auctor vitæ S. Deodati apud Mabillonium (y) loquitur. Weiſſenburgum infra exponimus.

## §. X.

Alſatia num Terra Rhenenſis.

Ludovicus Tolnerus (z) tractum Inferioris Alſatiæ, ab Argentorato ad Queicham, membrum Terræ Rhenenſis, quam & Provinciam, Franciamve Rhenenſem, olim appellarunt, neſcio qua auctoritate fretus, conſtituit. Spiram, Wormatiam, Moguntiamque cum pagis ſuis, Ludovico Germ. pace Virodunenſi conceſſis, terræ Rhenenſis incunabula conſtituiſſe, publici Germaniæ juris Scriptores (a) unanimi fere tradunt conſenſu. A Ludovicianis illis Rhenenſibus terris diſtinctus ſemper fuit Alſatiæ Ducatus, ad Luteram usque flumen progreſſus. Francia Rhenenſis autem à Cameræ Nuntiis adhuc regebatur, Alemanniam & Alſatiam cum jam regerent Duces ; quod Conradi I. temporibus contigit, ut junior Ekkehardus (b) teſtatur. Inde Francia quoque Ducibus paruit, ex quibus Salici Germaniæ Imperatores ſunt orti ; qui Ducatum Franciæ ſibi retinentes, Comitibus fiſci adminiſtrandum dederunt ; donec ultimus eorum Henricus V. Conrado Hohenſtaufio, ſororis filio, Ducatum An. MCXVI. conceſſit. Ab hoc tempore Hohenſtaufia Domus cum Alſatiæ Sueviæque Ducatu terram quoque Rhenenſem, ut Francici Ducatus partem, poſſedit : donec ea, Conradino extincto, ad priſtinam quoque libertatem rediret ; unde Palatinis ſuas in Alſatiæ vicinia terras acquirendi fuit nata occaſio. Terra Rhenenſis ergo nonniſi pars modica fuit totius tractus Rhenenſis, quæ ab infimæ Alſatiæ partibus ſe ultra Moguntinum pagum extendit.

Sed

(q) Hinc variæ de limitibus Spirigoviæ opiniones, num hinc ad Queicham, Luteramve ſe extendat. Lehmann. loco alleg.

(r) Tschudi *Deſcr. Helvet. vet. Mſ.* pag 234.

(s) *Alſat. Illuſtr.* Tom. I. pag. 2.

(t) *De rebus geſtis Friderici I. Imp.* Lib. I. Cap. XXXIX.

(u) *Vita S. Adelheidis* in *Bibliotheca Cluniacenſi*, à Chifflio edita, pag. 367. conf. ſupra Tom. I. pag. 635.

(x) *Hiſtor. Mediani Monaſt.* pag, 296.

(y) In *Actis Sanctor. Bened.* Sec. III. Part. II. pag. 476.

(z) *Hiſt. Palat.* Cap. VII. pag. 176. ubi Hub. Th. Leodium, Frcherum, Aventinum, Blarerum à Geiersperg, allegat. Juniores hi omnes : Frcherus hac de re nihil.

(a) Struvius *Corp. Juris publ.* Cap. III. §. XXXVI. pag. 74. Kemmerich *Jur. publ. Imp.* Lib. I. Cap. V. §. I. pag. 122. Spener *Hiſt. Germ.* Lib. III. Cap. I. num. 10. pag. 187.

(b) Cap. I. apud Goldast. *Rer. Alemann.* Tom. I. Part. I. pag. 15. Verba ejus vide ſupra Tom. I. pag. 753.

Sed & colligimus hinc, Franciam Rhenenſem priſci Ripuariorum Ducatus olim partem extitiſſe. *Bertiniani Annales* (*c*) Ducatui huic *Wormazfeldon* & *Spirohgouui* affignant. Verum iſte Ripuarius Ducatus pridem intermortuus erat, quum veterum ejus terrarum exigua portio accreviſſet Alſatiæ. Quodſi audiamus CHRISTIANUM JUNCKERUM, (*d*) Ducatus hic vel à Baſilia, vel certe ab Argentorato, Spiram usque ſe extenderat olim. De Ripuario Ducatu jam egimus alibi. (*e*) Ceterum & monendus eſt Lector, Franco-Gallos, qui ſub Germanica Periodo commentati ſunt, Scriptores Alſatiam noſtram *Auſtraſys*, (*f*) *Auſtray*, (*g*) *Pays d'Auxois*, (*h*) appellare, unde GUILIELMI DE NANGIACO (*i*) *Alſatiam* prodiit. Latinas appellationes varias jam evolvimus ſupra. (*k*)

## §. XI.

Quodſi jam Geographicam totius Alſatiæ Germanicæ compagem ponamus ob oculos, in ea vel ante, vel poſt Ducatum extinctum, præter duos Landgraviatus, Præfecturam Hagenoenſem & Advocatiam Imperialem Keyſersbergenſem, plures Comitatus & Dynaſtiæ, in Ballivatus ſuos ſubdiviſi, occurrunt. In ſuperiore Alſatia, ſub qua Sundgoviam quoque complectimur, Comitatus Phirretenſis, Egisheimenſis & Horburgenſis, ſe ſiſtunt. A Phirretenſi Dynaſtiæ Belfortenſis, Roſemontana, Delenſis, Morimontana, Thannenſis, Altkirchenſis, Rubeomontana, & ab his aliæ minores Frobergenſis, Merſpergenſis, Monſtrolia, Granvilarienſis, Florimontana, Roppacenſis, pendebant. In Alſatia inferiore Comitatus Werdenſis, Luzelſteinenſis, Dagisburgenſis & Riedenſis, ſe exſerunt. Reliquæ ſuperioris Alſatiæ Dynaſtiæ ſunt Landſeriana, Maſoniana, Bollvilenſis, Haſtadienſis, Hohlandſpergenſis, Richovillana, Rappoltſteinenſis. In Alſatia inferiore autem Vilerenſis, Rupenſis, (*l*) Barrenſis, Liechtenbergenſis, Huneburgenſis, Ochſenſteinenſis, Fleckenſteinenſis, Oberbrunnenſis, Gutenbergenſis, Cleburgenſis, &c. Dynaſtiæ celebrantur. His omnibus ſuperior inferiorque Emunitas, Comitum Bannus, Maurimonaſterienſis Marca, Proprium Adelheidis atque Geraydæ, accedunt. Ex Pagis veteribus nonniſi Sundgovia, Hattgovia, Waſgoviaque ſuperſunt, quibus pars Spirigoviæ Weiſenburgum inter & Landaviam annumeranda. Sed & annumerandi Tractus plures, ad Electoralem & Bipontinam Palatinas Domos, ut & ad Argentinenſem Spirenſemque Epiſcopos, ad Eccleſias item Collegiatas, Abbatias, Civitates Imperiales, ut & ad Nobiles immediatos, qui ſpectant; quibus Caſtra Ganerbialia & non Ganerbialia accenſeas; quæ ſingula ſuo loco evolvimus.

Comitatus & Dynaſtiæ Alſatiæ.

# DUCATUS.

## §. XII.

ALſatiæ Ducatus, qui poſt Hugonem, Regis Lotharii filium, Duce carebat, (*m*) poſt initia ſeculi X. à Conrado, Germaniæ Rege, Burcardum, ex Suevicis Primoribus, Ducem accepit, cui Alemanniæ & Alſatiæ Ducatus An. DCCCCXVI. fuerunt commiſſi; quæ conjunctio ad finem utriuſque duravit. Ducatus hi, per totos CCCLII. annos, primo ſub Ducibus diverſarum proſapiarum, dein ſub Salicis & Staufenſibus præfertim, conſtanter floruerunt, donec cum ipſa Staufenſium gente conciderent. Creandi novi Ducis occaſionem dederunt turbæ, apud Alemannos eo intervallo exortæ, quo Alemannia & Alſatia à Nuntiis Cameræ procurabantur. Hos inter Berchtoldus & Erchangerus Salomoni, Conſtantienſi Epiſcopo, quum vim intuliſſent, in Concilio Altheimenſi damnati & paulo poſt Adingæ, qui Alemanniæ vicus eſt, truncati ſunt capite. (*n*) Acceſſerant funeſtæ Hungarorum per Alemanniam & Alſatiam late graſſantium irruptiones, quæ Conrado Regi Alemannici Alſaticique Ducatuum reſtaurandorum inſpirarunt conſilium; quorum Duces pars operis noſtri Genealogica exhibet.

Ducatus Alſatiæ reſtauratus.



(*c*) An. DCCCXXXIX.
(*d*) *Geograph. medii ævi* Part. II. Cap. IX. pag. 391.
(*e*) Tom. I. pag. 644.
(*f*) NIC. VOLCYR. *Hiſtoire & Recueil de la triomphante & glorieuſe victoire obtenue contre les ſedicieux & abuſez Lutheriens mecreans du pays d'Auſtrasys.*
(*g*) JEHAN FROISSART *Hiſtoire & Chronique memorable* Volum. III. Cap. XCVII. pag. 344. MONSTRELET *Chronique* Vol. III. ad An. MCCCCXLIV. pag. 1. *b.*
(*h*) Carolus Audax, Burg. Dux, in Literis ad Waldener. quæ Mſſ. in Archivo Wald.
(*i*) *In geſtis Philippi III. Franc. Regis* ad An. MCCLXXIII.
(*k*) Tom. I. pag. 35. & 633.
(*l*) *Steinthal*, Gall. *Bas de la Roche.*
(*m*) Adi Tom. I. pag. 772.
(*n*) Tom. I. pag. 752.

Invaluerunt tum apud Germanos, ſecundum quinque populos majores, (o) Lotharingicus, Suevicus, Francicus, Bajoaricus, Saxonicus, atque adeo quinque, Ducatus. Medius inter priores tres, ut minor inter majores, conſiſtebat Alſaticus; nec Lotharingico, nec Francico, adſcriptus, ſed Sueviço, quod Alemanni, pulſis Romanis, tenuerunt Alſatiam, quæ communem hinc plerumque Ducem cum Alemannia habuit.

Limites Ducatus ſub ſecunda hac epocha arctiores, quam ſub prima, fuiſſe, obſervavi ſuperius. Formula vero Ducatus utriuſque ſemper eadem perſtitit. Militiæ, politiæ, pacis publicæ, curam gerere, præcipuum Ducis, ceu Proregis aut Gubernatoris provinciæ, officium fuit.

## §. XIII.

Poteſtas ducalis.

Ducatus beneficio Regis commiſſus eſt Duci, ejusque hæredibus ſubinde conceſſus; id quod Alſatiæ Ducum indicabit laterculum. Unde REGINO (p) dixit: *Herimanno Ducatus Alemanniæ committitur.* Eadem Ducatus, quæ Imperij ratio fuit; in neutro hæreditaria obtinuit ſucceſſio, licet beneficio Regum filius patri plerumque ſuccederet. Fons poteſtatis Ducalis refidebat in Rege, quam primis temporibus Duces nonniſi vicario nomine exercuerunt, arctiores poteſtatis ſuæ limites indignati non ſemel; uti ex ipſo Burcardi, primi Sueviæ & Alſatiæ Ducis, exemplo addiſcimus; qui vix Ducatum adeptus Ducibus ſe rebellibus junxit. Suprematus eorum frequentibus interregnis pedetentim adauctus eſt, donec voluntaria vel coacta liberalitate Regum jura regalia ad Duces & ad reliquos Imperij ſtatus devolverentur. Ex jurium iſtorum complexu *ſuperioritas* illa *territorialis*, quam vocant, ſurrexit, quæ Duces Regibus fere pares conſtituit. Ceterum illa ipſa vicaria Ducum poteſtas feudali denique vinculo eis fuit conceſſa. (q) Innuit hoc Seculi X. Scriptor LUITPRANDUS, (r) Arnoldum, Bajoariæ Ducem, Henrici I. Aucupis *militem* factum eſſe perſcribens. Duces ad ſolium regale promoti Ducatum fratri, filiove, genero vel agnato, tradiderunt. Hodierna Ducatuum Germaniæ facies ab Alſatico Ducatu, ante quingentos annos extincto, quantum aberrat!

Supervacua igitur quæſtio: An Alſatiæ Ducatus clauſum vel non clauſum territorium fuerit, quæ nonniſi junioris ævi diſtinctio eſt. Nec ante Stauſenſes, (s) nec ſub Stauſenſibus, ullus apud Germanos Ducatus ita clauſus fuit, ut omnia poteſtati ejus ſubeſſent. Palatia, Imperiales & Liberas Civitates Villasque, propriæ directioni Reges ſuæ ſibi ſemper ſervarunt. Sed & Epiſcopatus ac Abbatiæ pleræque à Ducum poteſtate exemti fuerunt. Argeutoratus *Ducatus Hermanni caput* DITMARO (t) dicitur, quod princeps Alſatiæ oppidum, imo & ſedes Epiſcopi, non quod Duci ſubjecta, aut Ducis ſedes fuiſſet; quam hi nullibi in provincia fixam ſtabilemve, Imperatorum more, habuerunt, Hagenovia, Foreſtæ ſanctæ, quæ juris Cæſarei fuit, vicina, à Stauſenſibus inhabitabatur frequenter, qui venationis cauſa illam condiderant. Ex patrimonialibus fundis allodiisve, per matrimonia, per hæreditatem, vel pecunia in Ducatu acquiſitis, Duces ſubinde Monaſteria dotarunt.

## §. XIV.

Ducatus indolet.

Ducatus ergo Alſatiæ, ut reliqui Germaniæ Ducatus, primum adminiſtratorius ſimpliciter, deinde adminiſtratorius feudalis fuit, donec in proprietatem feudalem tractu temporis tranſiiſſet. Henricus VI. Imp. non Ducatus modo, ſed & omnia Principum feuda in allodia mutaturus erat, ſi hæreditarium ipſe jus in Imperium obtinuiſſet; verum conſilia ejus abrupta ſunt morte. (u) Nonnulla Magnatum extant

(o) WIPPO in *Vita Conradi Salici* ait: "Vota, „ Rudia, conſenſus Francorum, Lotharingorum, Saxo„ num, Noricorum, Alemannorum;„ Apud PISTORIUM Tom. III. pag. 464. Per Noricos intelligit Bavaros.

(p) Appendic. An. DCCCCXXVI.

(q) HENR. COCCEIUS in *Diſſert. de fundata in Territorio Jurisdictione* Tit. I. §. 1. Ducum poteſtatem regiam à primis Franciæ Regum temporibus propriam & feudalem jam fuiſſe exiſtimat. Eadem perſonatus ille FURSTENERIUS, ſub quo nomine LEIBNIZIUS latuit, in Libro *de Suprematu* Cap. XIV. ſeq. ut & Jo. PETR. LUDEWIG in *Diſſert. de Conrado I.* Hos tamen antefignanos ex aliis Juris Publici Germ. Doctoribus ſecuti ſunt pauci.

(r) *Hiſtoriar.* Lib. II. Cap. VII. fin.

(s) Memorabilis locus eſt apud WIPPONEM in *Vita Conradi Salici*, ubi Erneſto, Sueviæ Duci, Nobiles Sueviæ dicunt: "Cum liberi imus & libertatis noſtræ „ ſummum defenſorem Regem & Imperatorem noſtrum „ habeamus &c.„ Apud PISTORIUM Tom. III. pag. 474.

(t) *Chronicon.* Lib. V.

(u) GERVASII TILBERIENSIS *Otia Imper.* Decis. II. Cap. XIX. pag. 943. *Chronicon magnum Belgic.* pag. 305.

extant exempla, qui terras ſuas allodiales & latifundia cum honorario *Ducis* titulo ſine adminiſtratione Ducalis officii tenuerunt, quo Witekindus ille *Dux Saxonum* (w) & Berchtoldi, Zeringiæ Duces, referendi.

Suevici Ducatus olim prærogativa fuit, ut in omnibus Imperii bellis Dux cum Suevis ſuis Germanicum exercitum præcederet, atque in prima ſemper acie pugnaret, cujus rei memoriam LAMBERTUS SCHAFNABURG. (x) reliquit.

Archi-officium Palatii Ducatui Suevico nunquam adhæſit; Sueviæ Dux tamen non ſemel Archiofficiali functus eſt munere. In Ottonis I. coronatione Hermannus Dux Archi-Pincernatus officium geſſit; (y) in Ottonis III. hiſtoria Conradus, Dux Sueviæ, memoratur *ad Cameram*. (z) Ex quinque Germaniæ Ducibus ad finem usque ſeculi XII. electi ſunt Reges. Ex noſtro Alſatiæ Ducatu Staufenſes ſeculo XII. & ſequenti pervenerunt ad ſolium. Extra Ducum & Archiofficialium ordinem Germaniæ univerſæ primus imperavit Otto IV. ex familia Guelfica Brunsvicenſium natus, Philippi æmulus. Bellum inde natum civile Ducatibus Sueviæ & Alſatiæ debilitandis ſecundam occaſionem dedit, uti bellum quoque civile ſub Henrico IV. Imp. primam dederat occaſionem; ablato nempe Turicenſi oppido, quod Bertholdus Zæringenſis, Ducatum dimiſſurus è manibus, compenſationis loco accepit. Philippus autem, Henrici VI. Imp. frater, ſuam contra Ottonem electionem defenſurus, cum non haberet pecunias, verba ſunt CONRADI à LIECHTENAU, (a) " quibus ſalaria ſive ſolda præberet militibus, primus " cœpit diſtrahere prædia, quæ pater ſuus Fridericus late adquiſiverat in Alemannia, " ita ut cuilibet Baroni ſive miniſteriali villas ſeu prædia ruſticana, vel Eccleſias ſibi " contiguas, obligaret; ſicque factum eſt, ut nihil ſibi remaneret præter inane nomen " Domini terræ & Civitates ſeu villas, in quibus fora habentur, & pauca Caſtella.

## §. XV.

Interitus utriusque Ducatus An. MCCLXVIII. ſecutus eſt, uti ſupra docuimus. Tum vero plena Alſatiæ cœpit libertas: Comites, Dynaſtæ, Equeſter ordo & oppida, caput extulerunt, immedietatis jura paulatim adepti. Libertas hæc, in fatalia Interregni tempora incidens, nonniſi turbas inteſtinas, diffidationes & latrocinia per vicinam Alſatiam ac vicinas regiones peperit; quæ mala nec ſequentium ſeculorum Cæſares reprimere potuerunt, donec Maximilianus I. pacem publicam An. MCCCCXCV. Wormatiæ primus ſtabiliret perpetuam. Unde tot caſtella apud Alſatas, tot arces montanæ, inacceſſibiles & impenetrabiles fere, quarum pleræque in ruinis nunc jacent, quasque vulgus non ſine ratione *prædatorias* (b) appellat. Finis hic Ducatus Alſatici, cum Alemannico & cum Conradino Duce ſepulti. Interitus Ducatus Alſatiæ.

In alia tamen omnia cum junioribus pleriſque diſcedit OBRECHTUS, (c) qui hos duos Ducatus à Rudolpho Habsburgico, Germaniæ Rege, filio juniori Rudolpho commiſſos eſſe exiſtimat; poſtquam natu majori Alberto Auſtriacum conceſſiſſet Ducatum. Imo & Landgraviatui ſuperioris Alſatiæ, acceſſione Ducatus, hoc eſt, poſtquam dignitatem utramque poſſederant Habsburgo-Auſtriaci, dignationem Principatus acceſſiſſe, idem arbitratur Obrechtus. Verum enimvero in omni hoc argumento non caute ſatis verſati ſunt Auctores plerique. Diploma, quo Albertus & Rudolphus fratres An. MCCLXXXIII. in Comitiis Auguſtanis de Auſtriaco Ducatu ſimul inveſtiti ſunt, nondum prodiit in lucem. Extat tamen Codicillus Electoris Saxoniæ, quo is conſenſit, ut Ducatus Auſtriæ concederetur Habsburgicis. (d) In hoc nullam plane de Sueviæ Ducatu mentionem reperimus; nec ullibi Charta aliqua, de Suevici Alſaticive Ducatus inveſtitura loquens, occurrit. Sed & aliud ejusdem anni documentum confutat Obrechtum, quo Auſtriaca privilegia filiis ſuis Rheinfeldæ idem Rudolphus confirmat, his verbis: " Venientes ad nos ingenui Principes, dilecti " noſtri filii, Albertus & Rudolphus, Duces Auſtriæ & Stiriæ, Domini Carniolæ, " Marchiæ & Portus Naonis, Comites in Habsburg & in Kiburg, ac Landgravii " Alſatiæ. " Inter omnes hos titulos de Ducatu Sueviæ Alſatiæque nihil, ſed *Landgraviis Alſatiæ* titulus ſolus comparet. Conformes ſunt Ludovici Bavari & Caroli IV. Literæ, Error Obrechti.



(w) ALBERTUS STAD. An. DCCLXXXV. conf. Jo. HENR. BOECLERI Schediaſma *Witikindus Magnus*.
(x) An. MLXXV.
(y) WITICHINDUS *Annal.* Lib. II. ſub init.
(z) DITMARUS Lib. III. p. 349. ag.
(a) *Chron.* ſub Philippo Rege pag. 237.
(b) *Raubſchloſſer.*
(c) *Prodrom. Rer. Alſat.* Cap. XII. pag. 251.
(d) DU MONT *Corps Diplomatique* Tom. I. Part. I. pag. 247.

Auſtriacis conceſſæ. (*e*) Cum genuinis his fontibus ipſe Suevicarum & Alſaticarum rerum ſtatus concordat, in quo nec Ducum, nec Ducatus ab ullo unquam exerciti, veſtigia leguntur. Incaute ergo *Dominicanorum Colmarienſium Annales* (*f*) Rudolphum, Rudolphi Habsburgici filium, *Ducem Alſatiæ* appellant. Nec nos moveat, quod Guillimannus (*g*) alicubi ſe reperiſſe ſcribit, Regem ipſum Rudolphum antiquo titulo Alemanniæ & Alſatiæ Ducis inſignitum fuiſſe. Imperii feuda, adeoque & Ducatus, cum vacant ad Imperatorem Imperiumque redire, quis ignorat? Imo vero Auſtriaci ipſi in Alſatia & Suevia Duces ſe non eſſe profeſſi ſunt, quod ſpeciatim Leopoldus, Auſtriæ Dux, An. MCCCLX. in tabulis pacis cum Carolo IV. profeſſus eſt. (*h*) Fridericus IV. Imp. Auſtrius quoque, in præcepto de pace publica An. MCCCCLXXXVII. Sueviam ſine medio ſibi ſubjectam eſſe declarat. (*i*) Hæc omnia, ni fallor, anonymos Hiſtoriæ, ut & *Chronicæ Auſtralis* Auctores, (*k*) quin & Gerhardum *à* Roo, (*l*) Fuggerum, (*m*) aliosque, quos Obrechtus ſecutus eſt, abunde confutant.

Quod ſi quis haud incuriosus rerum ſcrutator requirat, quæ cauſa Rudolphum Regem impellere potuerit, ut Auſtriæ tantum, non Sueviæ Alſatiæque novum etiam Ducem præficeret? ille perpendat, quantam genti ſuæ invidiam conciliaturus fuiſſet Rudolphus, ſi duos hos quoque Ducatus alteri filio dediſſet. Alii autem quam Habsburgico Alſatiæ Ducatum committere incongruum videbatur, quod de Habsburgenſis ſui Landgraviatus apud Alſatas juribus augendis jam tum procul dubio cogitaverat. Auxerunt vero hæc plurimum jura Rudolphi poſteri, ſub quibus Landgraviatus ad ſpeciem Principatus aſcendit, uti infequens Tractatio docebit. Ubinam Suevici Ducatus reliquiæ quærendæ ſint, Suevicarum rerum Scriptores addubitant. (*n*) Idem Alſatico evenit Ducatui, cujus bona fiſcalia, Ducibus ſalarii loco conceſſa, poſt horum interitum, ad Imperium redierunt; aliis deinceps Alſatiæ Magnatibus concedenda in feudum.

# LANDGRAVIATUS SUPERIOR.

## §. XVI.

Nominis origo.

Judiciarium Comitis munus Comitiva vel Comitatus dicebatur; ex politico geographicus vocis ſenſus ſuam duxit originem. Comitatus officii vel in minorem, vel in majorem Pagum, vel etiam in plures minores ſimul ſe extenderat Pagos; inde Comitatus pagenſes, ſeu Gograviatus, & Comitatus provinciales exorti ſunt. Provinciales Germanis *Landgraffſchafft*, latiniſantibus *Landgraviatus*, dicuntur. Eadem Marchionatuum Burggraviatuumque origo, qui à Comitum jurisdictione, vel in Marcis, vel in Burgis exercita, ſuos trahunt natales. Alia Dynaſtiarum indoles fuit, quas Dynaſtæ vel Liberi Domini (*o*) proprio ſuo allodiali & libero jure poſſederunt: Germanis *Herrſchafften* appellantur; quam vocem latine ſcribentes *Dynaſtiam*, *Baronatum*, *Toparchiam*, interpretantur. Dynaſtiæ antequam regalia jura obtinuiſſent à Regibus, hoc eſt antiquiſſimo ævo, Ducum ac Comitum, ceu regiorum Magiſtratuum, jurisdictioni, (*p*) quæ in omnem ſe Provinciam extenderat, ſubſuerunt.

Gallia

(*e*) Steyerer *de Alberto II.* Addit. col. 32. & 148. Concordat etiam Rudolphi Regis ordinatio, tum Rheinfeldæ quoque facta inter filios ſuos ratione modi poſſidendi Auſtriacum Ducatum, apud Lambecium in *Commentar. Bibliothecæ Vindob.* Append. III. pag. 330.

(*f*) An. MCCXC. *Dux Alſatiæ Rudolfus, filius Regis Rudolfi obiit.*

(*g*) *Habsberg.* Lib. II. Cap. V.

(*h*) Mutius in *Chron. Germ.* Lib. XXV. apud Pistor. Tom. II. pag. 898.

(*i*) Datt *de Pace publica* Lib. II. Cap. VI. pag. 272.

(*k*) Apud Freher. Tom. I.

(*l*) *Hiſtor. Habsburg.* Lib. I. ad An. MCCLXXXII. ubi ait: " Rudolphus, alter Cæſaris filius, Sueviæ " Dux, Alſatiæ Landgravius & Ergoviæ Comes decla- " ratur.

(*m*) *Oeſterreichiſcher Ehrenſpiegel* Lib. I. Cap. XIII. pag. 115.

(*n*) Sunt, qui eas in Præfectura Sueviæ quærunt, *Landvogtiam* quam vocant, ut Lazius *de Rep. Rom.* Lib. XII. pag. 1048. Dan. Heiderus in *Aufzehlung der Reichsſtatt Landau die Reichspfandſchafft betreffend* pag. 192. Alii eandem in patrimoniali Guelforum antiquorum Comitatu Altorfino prope Ravensburgum & Lacum Bodamicum; alii in Sueviæ Auſtriaca, alii alibi eas requirunt. Kohlerus in *Diſſert. de Fatis Ducatus Alemannia* num. 14. ſqq.

(*o*) Domini & ſubinde Domicelli dicebantur. *Epitaphium Neoſilenſis Collegiatæ.*

(*p*) Fridericus I. Imp. in Conſtitutione ſua apud Radevicum Lib. II. Cap. VII. decernit: " Qui allo- " dium ſuum vendiderit, diſtrictum & jurisdictionem " Imperatoris vendere non præſumat, & ſi fecerit, non " valeat. " Dynaſtias has nonnulli feuda ſolaria (*Sonnenlehen*) appellant, quæ nonnili à ſole recognoſcerent. Meibomius in *Chron. Riddagshuſ.* ſub initium. De Hannonia dicebatur: *Pays de Haynaut tenu de Dieu & du ſoleil.* Spelmanni *Gloſſar.* in voce *Alnarius.*

Gallia mediæ ætatis & novæ, ut & Italia, ceteræque gentes Europæ, apud quas Comitum axioma viget, Landgravios & Landgraviatus ignorant. (q) Carolus Audax, Burgundiæ Dux, in Literis An. MCCCLXIX. quibus Hermannum de Waldener, Equitem Alſatiæ, Conſiliarium ſuum conſtituit, Landgraviatum Alſatiæ, Burgundico ſuo ſtylo, *Vicomté d'Auxois* (r) appellat. Potentes olim in Gallia Veromanduorum, Flandriæ, Campaniæ, Andegavenſium, Pictaviorum, Toloſæ & Provinciæ Comites, qui primæ Comitum provincialium imo & Ducum claſſi potuiſſent adſcribi, intra Comitum dignitatem ſemper manſerunt. Enimvero nec Carolina Germania ullam inter provinciales Comites atque pagenſes nominis diverſitatem ſua lingua agnovit; utrique communi axiomate *Comitum* (*Graven*) deſignati fuerunt. *Comitatus* illi *duo in Elſatio*, quos regni Lothariani divifionis tabulæ An. DCCCLXX. memorant, num quid aliud, quam duos noſtros Landgraviatus deſignant?

## §. XVII.

Antiquitas ejus.

Landgraviæ vel Landgraviatus vocabula, quibus Germanicum *Landgravſchaft* exprimitur, ante ſeculum XII. in monumentis Alſaticis non equidem reperi. Prima mentio fit in Neo-Caſtrenſi Ciſtercienſium inferioris Alſatiæ Charta An. MCXCVI. qua Henricus VI. Imp. Monaſterio huic *exactionem*, *quæ ad* LANGGRAVIAM *Alſatiæ in villa & hamo Dimenheim ſpectare videbatur*, remittit. Idem nomen in Charta An. MCCXXXVI. repetitur; ubi ipſe Henricus Landgravius de eadem villa dicit: *Ego vero ipſa villa tanquam aliis villis ad jus* LANTGRAVIE *pertinentibus uterer.* Cum autem Dietericus Comes Provincialis jam An. MCXXIX. Comitiis Provincialibus Alſatiæ interfuerit, uti Fleckenſteinenſia Monumenta (s) nos docent; qui & in Neoburgenſis Monaſterii Charta An. MCLIX. his verbis: *Beate memorie Provincialis Comes Theodericus &c.* comparet, dubitare non licet, Landgraviæ nomen ante jam in publicis Alſatiæ Actis invaluiſſe, quæ temporum nobis injuria abſtulit.

In ſuperioris Alſatiæ Documentis *Landgraviatus* vocabulum paulo ſerius comparet. Imo nec *Landgravii* mentio in iisdem ante annum MCLXXXVI. occurrit, uti noſtra de Landgraviis Diſſertatio docebit. Comites majores, qui per Alſatiam jus dixerant, *Landgravii* nomen ſumſerunt, poſtquam dignitas Comitis hæreditaria evaſit. Neque tamen tranſeundum ſilentio eſt, etiam poſt receptum Landgraviatuum Alſatiæ nomen, ſubinde tamen ſub ſimplici Comitatus nomine Landgraviatum veniſſe. Teſtis eſt Charta Diviſionis bonorum inter Rudolphi Placidi, Comitis Habsburgici, filios Albertum atque Rudolphum. In partitione hac quum Landgraviatus Alſatiæ indivifus manſiſſet, de ſilva Sundgoviæ *Harde* dubitatum, num ea Comitatus, (*Grafſchefte*) an bonorum allodialium Habsburgicæ Domus extiterit portio. Comitatus vocabulo heic Landgraviatum intelligi, nemo non videt. His ipſis ſeculi XII. & ſequentis temporibus, quibus Landgravios ſuos ſuperior inferiorque oſtentavit Alſatia, eadem Duces quoque ſuos ex Hohenſtaufiorum gente ad An. MCCLXVIII. quo Conradinus periit, conſtanter poſſedit; atque adeo Ducatus Alſatiæ cum utroque Landgraviatu per integrum fere ſeculum una floruerunt; uti ex Ducum, Landgraviorumque tabulis infra patebit.

## §. XVIII.

Errores plurium.

Judicet hinc Lector, num CHIFLETIUS, (t) BLONDELLUS, (u) SCHURTZFLEISCHIUS, (w) HERRGOTTUS (x) aliique bene multi aberrarint à vero, qui nonniſi poſt extinctos Alſatiæ Duces Landgraviatus noſtros ſurrexiſſe exiſtimant. Alberti Divitis chartam An. MCLXXXVI. quo ille *Alſatiæ Lantgravius* enuntiatur, ipſe produxit HERRGOTTUS. (y) Nec novi quid juris aut dignitatis, abolito Ducatu, Landgraviatibus accrevit.



(q) Apud Polonos, Suecos & Danos, Marchiones quoque ignoti; & apud Gallos nomen *Marquis* in ſenſum novum diſceſſit, diverſum à veteri, qui adhuc apud Germanos obtinet.

(r) Extant hæ literæ in Scrinio Waldnerianæ familiæ.

(s) Codex Mſ. cujus rubrum: *Beſchreibung der Adelichen Stammen von Fleckenſtein*, auctore FRIDERICO à FLECKENSTEIN, qui fec. XVI. ſua ex Chartis collegit. In Comitiis his Momenhemii (hodie *Mumlenheim*) habitis à Fleckenſteinio facta eſt Donatio Monaſterio S. Walpurgis. Addatur DEBUS apud SCHILTER. *Gloſſar. Teuton.* pag. 35.

(t) *Alſatia Vindicata* pag. 2. ubi: " Ducibus " Alſatiæ, qui univerſæ regioni præerant, ſucceſſere " Langravii, ſive Comites provinciales.

(u) Præfat. Apolog. *Genealogiæ Franc.* XXIII. *Fol. II.

(w) *Principium Moſellæ Auſonii.*

(x) *Genealog. Habsb.* Lib. I. Cap. III. pag. 21. ait: " Quo tempore Sueviæ atque Alſatiæ Duces præerant, " nulli adhuc exiſtebant Landgravii, qui priſtibus ado- " litis demum ſucceſſerunt.

(y) Tom. II. pag. 197.

Imo vero Landgraviatus auctoritas ab eo tempore magis magisque imminui cœpit, quum Alſatiæ Urbes & Proceres, Duce carentes, majorem indies libertatem adepti & juribus inveſtiti regalibus, ipſique terrarum ſuarum evaderent judices; reliquæ lites Auſtregis dirimerentur aut ferro. Epiſcopatus & Abbatiæ ſuos Advocatos habuerunt, qui inter ſubditos eorum lites dirimebant; unde Landgravius, Landgraviali ſeu provinciali privatus judicio, judex fine cauſis denique fuit & mallo.

## §. XIX.

Limites. Landgraviatuum limites cum Alſatiæ limitibus iidem primitus fuiſſe videntur. Superior Landgraviatus ambitu ſuo veterem complexus Sundgoviam, ſub Carolingis intima ſorſitan, uti Ducatus Alſatiæ, penetravit Juraſſi. Sub Periodo Germanica autem idem Landgraviatus nonniſi ramos quosdam & promontana Juraſſi complectitur; quæ in Sundgoviam decurtatam, qualis à Burgundiæ Transjuranæ Regni primordiis, ad noſtra uſque tempora durat, excurrunt. Lucellenſis Abbatia ſane intra Juraſſi montis ſinum, teſte ipſo Lucellenſi Abbate BERNARDINO, (2) ſita eſt. Aliam partem Juraſſi, ut Alſaticum limitem, ſed laxius, indicat Charta anni MCCCXV. qua Conradus à Wittenheim Auſtriaca Alſatiæ Landgraviatus jura ſe recepiſſe fatetur, ſpeciatim ab advenis, qui vel ab ea Juraſſi parte, quæ Petra ſciſſa (*Hamenſtein*) dicitur, vel etiam Sclzam amnem tranſiverunt. (*a*) Quodſi autem nonnullos Juraſſi ramos Landgraviatus Alſatici ad auſtrum finitores reperimus; hoc ita intelligendum eſt, ut urbs Baſilienſis excludatur & ager, quæ, uti paulo ante notatum, finibus Landgraviatus Alſatici, Seculo X. ineunte, jam dum exceſſerat.

Itaque non ſatis diſtincte hoc in argumento verſatus eſt præſtantiſſimus Rerum Helveticarum Scriptor AEGIDIUS TSCHUDIUS, (*b*) qui limitem Landgraviatus noſtri auſtralem ad Birſam conſtituit flumen; ſententiæ ſuæ cauſam non addens. Vidit ille fortaſſis Pacis publicæ formulam, quam Albertus I. Germaniæ Rex, An. MCCCI. (*c*) & Henricus VII. Imp. An. MCCCX. (*d*) cum Baſilienſi & Argentinenſi Epiſcopis iniverunt. Ex documentis his autem Landgraviatus noſtri limitem haudquaquam conſtitueris, quod Baſilea, ſupra quam Birſa Rheno miſceatur, ſœderibus his ipſa acceſſit. In Charta An. MCCCC. (*e*) quæ jurisdictionem Rappolſteinæ Dynaſtis in Miſicos firmat, eadem Birſa juris hujus exercendi laxior conſtituitur limes; quem Imperator ſi voluit, ultra Alſatiam quoque tali in re extendere potuit.

## §. XX.

Meridionalis. Limitem hæc meridionalem Landgraviatus ſuperioris, ubi ad ortum inclinatur, concernunt, qui limes, à ſeculi noni fine, ad noſtra usque tempora Juraſſum verſus ſtetit immotus. Aliud de illa ejusdem limitis parte dicendum, quæ verſus occaſum dirigitur, Vogeſoque vicinior eſt. Pars hæc ſeculo XIV. ſex leucarum aucta eſt ſpatio, quum Belfortenſis atque Delenſis (*f*) Dynaſtiæ à Comitatu Montisbelgardenſi avellerentur, acceſſerentque Alſatiæ. Acceſſio præcipua facta eſt occaſione matrimonii, quod Johanna, Raynaldi Montisbelgardenſis Comitis filia, cum Ulrico, Comitum Ferretenſium poſtremo, inivit, quæ Dynaſtias has fere integras ex paterna hæreditate accepit. Enimvero, quod Montisbeligardenſi tum Comitatui Elsgaudiæque (*g*) decerptum, id Comitatui Ferretenſi, adeoque Sundgaudiæ & Landgraviatui Alſatiæ ſuperioris

(2) BERNARDINUS BUCHINGER, qui ante hos centum annos ſcripſit, *Faſtor. Lucell.* Cap. II. pag. 12. ubi: "Lucella, Germ. *Lutzel*, Ord. Ciſterc. ... in » horrida & aſpera ſolitudine, intra Juraſſi montis ſi» num, quo olim regnum Burgundiæ à Landgraviatu » ſeu Ducatu Alſatiæ diſterminabatur.

(*a*) *Alle jrrunde lut, die uber den Hauenſtein kement, oder uber die Viejſe kement, oder uber die Sels kemont.* Qui in hoc loco *frunde lut*, apud Palatinos *Wildfangii* dicuntur.

(*b*) *Deſcript. Helvetiæ antiquæ* Mſ. pag. 163. ubi: *Die Landgrafſchafft des Oberen Eſſaſſes hat vor Zeiten ihren Anfang gehebt an der Birſi und hinab ſeiner Lenge nach das gantz Sungau u. obere Eſſaſſ begriffen biß an den Erckenbach, jetzt Eckenbach genannt.*

(*c*) Apud GOBELINUM in *Diſſert. de Imperii Germ. utriuſque Statuum foederibus* pag. 330.

(*d*) In SCHARD. MEIERI *Chron. Argent.* Mſ. quod in Alſatica mea Bibliotheca aſſervo, ubi pag. 42. *Heinrich Rœm. Kœnig . . daſs wir mit den erbarn Herrn dem Biſchoff von Straſſburg, dem Biſchoff von Baſſle u. mit dem Lantgraven in dem obern u. in dem nidern Eſſaſſ u. mit den Burgern von Straszburg u. von Baſile uberein ſint kommen eines gemeinem Lantfriden, von der Seſſen an unze an die Birſe, u. von dem Ryne unze an den Waſſichin &c.* Adde WENCKERUM *de Urburgeriis* pag. 39.

(*e*) SCHEIDIUS in *Diſſert. de Jure Rappolſtein. in Miſſicos* pag. 47. ubi: *Das Kunigrich wœrendet bete zwiſchen Hagenweer forſte und der Byrſe, dem Ryne und der Viejſ.*

(*f*) *Deele*, Germ. *Datteuried*. Teſtatur hoc locus ex Protocollo gravaminum Alberti prodigi Landgravii ſuper. Alſatiæ An. MCCCCXVI. in Conventu Colmariæ inſtituto, qui Codex Mſc. in Tabulario Civitatis Baſil. extat; unde hæc excerpſi: *Gerechtigkeit des Geleits durch ir* (Alberti Auſtr.) *Land und Landgrafſchafft von Baſel uuta gen Montpegart &c.*

(*g*) Ebeudia Romanico idiomate *Pays d'Agesis* dicitur. Lingua, mores & conſuetudines harum Dynaſtiarum cum Montisbelicardenſibus hodieque conformes ſunt.

ſuperioris accrevit. Sic Juram inter & Vogeſum prolatata Alſatia eſt, duobus Romanici idiomatis diſtrictibus aucta; quorum capita Belfortum & Dela, fortiſſima tum Caſtra, finium Alſaticorum, ad auſtro-occiduam plagam, devenerunt cuſtodes. Sed & incrementis his Alſatia ſacra, trium Antiſtitum Diœceſibus ad annum usque MCCCXXIII. ſubjecta, quartam tunc agnoſcere cœpit; cum Baſilienſi, Argentinenſi, Spirenſique Epiſcopis, qui Eccleſiaſticam in Alſatas jurisdictionem ad illud usque tempus exercuerant ſoli, nunc Veſontinus quoque Archipræſul accederet; cui XXIIX. Eccleſiæ parochiales Delenſis & Belfortini diſtrictuum parent. Ferretenſi Comitatui ergo ſua hæc augmenta Sundgovia, adeoque & Alſatia debet. Maximilianus I. Imp. in Literis inveſtituræ, quibus An. MCCCCXCII. Caſparo Baroni de Mœrſperg Belfortenſem & Roſemontanam Dynaſtias in feudum conceſſit, ad Landgraviatum Alſatiæ eas pertinere fatetur. (*b*) Incrementa hæc occaſionem dederunt, ut nonnulli (*i*) Comitatum Ferretenſem Burgundici Comitatus membrum olim fuiſſe exiſtimarent.

## §. XXI.

Reliquum eſt, ut ſeptentrionalis quoque terminus Landgraviatus ſuperioris paucis definiatur. Eſt is Rivus *Eckenbach* cum adjacente Foſſa provinciali, (*k*) quæ Alſatiam omni tempore in duas partes diſſecuit, Baſilienſemque Diœceſin ab Argentinenſi diſtinxit. Oetingenſes hinc Comites, Landgraviatus inferioris poſſeſſores, cum An. MCCCLIX. in Eccleſiam Argent. illum tranſtuliſſent, ſubvaſallos ſuos inter Eckenbach & Sornam à fide, ſibi debita, liberarunt. (*l*) Neſcio qui factum, ut in re, quam nemo unquam revocavit in dubium, Guillimannus (*m*) in alia omnia diſcedat, atque Ellum nobis flumen duarum Alſatiarum diſterminatorem obtrudat. Mediam quidem Alſatiam à meridie ad boream decurrens perluit Ellus, ſed rivus Eckenbach ab occaſu ad ortum eandem diffindit. Limes ſeptentr.

Ex hac ceſſionis formula nonnemo colligeret, Sornam, quæ Tabernas Alſaticas & Brocomagum alluit, Landgraviatus inferioris limitem conſtituiſſe borealem. Veriſimilis conjectura videretur, ſi Oetingenſes omnia, quæ tenuerant, Landgraviatus bona vendidiſſent Epiſcopo. Sed nonniſi ea cum *Landgravii* titulo vendiderunt feuda, quæ ad Eccleſiæ Argent. patrimonium pertinuere. Cetera, quæ ab Imperio, à Lotharingiæ Ducatu, à Dynaſtis Rappoltſteinenſibus &c. pendebant, ceſſionem hanc haudquaquam reſpiciunt. Landgraviatus ſane inferioris partem quoque conſtituerunt undecim illi vici, (*n*) cum Beinheimenſi caſtro & oppido, quos ab Oetingæ Comitibus, ceu Landgraviis, in feudum per aliquot ſecula tenuit Fleckenſteinia Domus, ut literæ inveſtituræ magno numero teſtantur. (*o*) Terræ hæ Landgraviales nos invitant, ut Landgraviatus inferioris eundem circiter limitem, quem Argentinenſis Diœceſis habet, Seltzbachium nempe flumen, definiamus. Ulteriora veſtigia non equidem reperi, indeque conjicio, Alſatiam inferiorem jam tum latius ſe extendiſſe, quam Landgraviatus ſe extenderat. Et quanquam paulo poſt Alſatiæ nomen ad Queichæm usque migraverit, quam Landgraviæ jam intercidiſſet officium, Landgraviatus tamen nomine ſignarunt Geographi non modo terras, quæ illum revera conſtituerunt, ſed & quæ deinceps acceſſerunt Alſatiæ, quod Geographicæ ſeculi noſtri Mappæ obſervant.

In neutro Landgraviatuum noſtrorum oppidum fuit, quod principem eorum locum caputve dixiſſes. Mallos & placita ſua Landgravii ſuperiores Enſishemii, Rubeaci, Meyenhemii, alibive habuerunt ſub dio, ut ex infra dicendis patebit. Inſignis ergo iterum eſt in hoc argumento Chifletii (*p*) error, qui Egiſhemium Landgraviatus ſuperioris, Argentinam inferioris, conſtituit capita. Egiſhemium ex Comitibus ſuis inferiori Alſatiæ transmiſit Landgravios, antequam Comites Werdenſes ejus eſſent potiti; Landgraviatus ſuperior ad Habsburgicos pertinuit ſemper. Argentoratus quidem in Landgraviatus inferioris jacebat diſtrictu, jurisdictionis ejus tamen princeps locus nec fuit, nec ut talis ab ullo veteri celebratur Scriptore. Egiſhemium exiguum illud oppidulum, ſuperioris Alſatiæ quis nuncupaverit caput?

§. XXII.

(*b*) *Unſer Landgravenſchaften Elſaſs und Sundgau.* Archiv. Mazarino-Belfort.
(*i*) Vide pag. 5.
(*k*) Adi Tom I. pag. 22.
(*l*) Obrechtus in *Prodrom.* Cap. XII. pag. 287.
(*m*) *Habsburgiac.* Lib. II. Cap. V. pag. 68.
(*n*) Vicos hos recenſebimus infra.
(*o*) Productæ in ſcripto: *Factum pour M. Albert Erneſt Prince d'Oettingue*, in Probat. N. I. ſiq. item Laguille *Preuves* pag 159.
(*p*) *Alſatia vindicata* Cap. I.

## §. XXII.

Landgraviatus alii.

Provincialibus judiciis, unde Landgraviatuum origo, olim abundavit Germania, quæ liberalitate Imperatorum in Ducum, Principum, Marchionum, Comitum, imo & in ipſam denique Landgraviorum propriam poteſtatem magna ex parte venerunt. In Suevia autem, Franconia, Alſatia, terris nempe Imperatori ſine medio ſubjectis, judicia hæc perſtiterunt diutius; quanquam & hæc temporis ſucceſſu debilitata, abolita; id quod Landgraviatibus Alſaticis ante aliquot ſecula quoque eveniſſe novimus. Quodſi vicinos Alemanniæ tractus cis & trans Rhenum alpicias, Brisgovienſes duo Landgraviatus (q) reperies, Alſatico ſuperiori contiguos. His Sauſenbergenſis, (r) Baarenſis, (s) Stulingenſis, (t) Nellenburgenſis (u) & Cleggovienſis, (x) accedunt. Cis Rhenum Sisgovienſis Landgraviatus ſuperiori quoque Alſatico prope adhæret; à Siffaco, agri Baſilienſis vico, nomen ſortitus, & ad Habsburgicos olim pertinens: Buchsgovienſis inter Juram & Arolam; Burgundicus item, Burgundiam minorem ſive Helveticam complexus, atque Turgovienſis, cujus malli Frauenfeldæ habebantur. (y) Plerique Landgraviatuum iſtorum judicia provincialia vere habuerunt, nonnulli nomine modo tales extitiſſe videntur; quo Sauſenbergenſem, Baarenſem, forte & alios, referas. Hochbergici Marchiones Landgraviatus characterem Sauſenbergicis terris ſuis communicare potuerunt, quod Brisgoviæ Landgraviatum aliquando poſſederant. Landgraviatus minoris vel Trans-Juranæ Burgundiæ, quem ab Auſtriæ Ducibus Comites Kiburgenſes tenuerant, Auſtriorum conſenſu à Berchtoldo & Egone, Comitibus Kiburgi, An. MCCCCVI. ad Bernenſes transivit; quam venditionem Sigismundus Imp. An. MCCCCXIV. confirmavit. (z) Landgraviatus hic in ſuperiorem, inferioremque diviſus, Wangenſem, Pippinenſem &c. Dynaſtias complexus eſt.

Præter hæc & provincialia apud Alemannos judicia (a) fuerunt, quibus Landgraviatus non competiit nomen. Hæc inter numerandum eſt *Cæſareum Sueviæ Judicium*, quod Ravensburgum, Wangam & Isnam, Civitates Imperii, reſpicit: *Altorfenſe* vel Weingartenſe, (b) quo privatus eſt Fridericus Auſtriacus, à Sigismundo Imp. in Concilio Conſtant. proſcriptus: *Rauckvillamon* in Veldkirchenſi vallis Rhenanæ Comitatu, haud procul Montfortio, in quo olim XII. judices ex Comitum & Baronum ordine ſederunt. (c) Cetera ſilentio prætereo.

## §. XXIII.

Homonymia vocis.

Landgraviatus cum vel munus ipſum Landgravii, vel Provinciam, in quâ munus exercuit, deſignet, politicus inde & geographicus vocis exoritur ſenſus. Munus *Landgraviam*, terras *Landgraviatum* appellaveris. Hic ipſe autem geographicus ſignificatus vel omnem ſuperiorem Alſatiam, in qua jus dixit Landgravius, (d) vel illas modo terras, quæ in Landgravii dominio extitere, indicat. Poſtremo nos ſenſu Landgraviatum jam ſumimus, de munere & jurisdictione illo demum loco acturi, ubi de Landgraviis ſermo. Quodſi ergo Landgraviales has Alſatiæ terras diſtincte examines, quadruplicia in illis bona, I. Gentilitia ex veteri patrimonio, II. Feudalia, III. Allodialia nova, IV. Fiſcalia reperies. Carolingis apud Germanos pereuntibus, Luitfridigenæ

(b) Uterque juris Auſtriaci eſt.

(r) In Silva Martiana, ad Marchionem Badæ-Durlacenſem ſpectans.

(s) In eadem Silva, complectens Danubii fontes, Furſtenbergenſis Domus domanium.

(t) Olim ad Comites Lupfenſes, inde ad Pappenheimios, ab his ad Furſtenbergios, qui primitus illum poſſederant.

(u) Qui & Heggovienſis. Heggovia inter Epiſcopatum Conſtant. Comitatum Furſtemberg. & Scaphuſianum civitatem, Auſtriacis paret.

(x) Inter Rhenum & Silvam Martianam circa Scaphuſium. Ab Habsburgicis ad Comites Sulzenſes; ab his per Annam Mariam hæredem ad Schwarzenbergicos Comites, nunc Principes, pervenit.

(y) Stumpf. *Chron. Helv.* Lib. V. pag. 98. *b.* & Lib. VII. paſſim. Spangenberg *Adelſpiegel* Tom. I. pag. 109. Turgovia ab Auſtriacis ad Helvetios anno MCCCCLX. transiit. Superioritas Landgraviatus hujus ad ſeptem veteres Cantones pertinet. Bernates pace Arovienſi anno MDCCXII. in ſocietatem admiſſi ſunt. Olim Conſtant. Civitati oppigneratus à Sigismundo Imp. Albertus I. Rex Friderico III. Leiningenſi quoque generale-judicium terræ ſuæ (*Landgericht*) An. MCCCXVIII. conceſſit. Privilegium à Carolo V. An. MDXXXIX. & ſequentibus ad Matthiam usque Imperatoribus confirmatum eſt. Fridericus III. Heſſoni, Leiningenſi Comiti, avitam Landgraviatus dignitatem confirmare, promiſcue Comitem Landgraviumque eum vocavit. Vid. Per. Illuſtris Crambri *Deduction des Graffich-Leining. Dachsburgiſchen Erbfolgt-Rechts* pag. 6.

(z) Diplomata & Chartæ Bernenſis Archivi.

(a) *Kayſerliche Landgerichte* vel *Landvogteyen*. Præſes judicii *Landvogt*, *Landrichter*, vocatur.

(b) Ordinatio ejus extat ſub tit. *Das freye Kayſerliche Landgericht im Ober- und Nieder-Schwaben.*

(c) Prodit Ferdinandi Archiducis ordinatio Rancke-villani judicii. Kieffferus *de Habsburgo-Auſtr. Dom.* pag. 217. Baldebertum, Langravium eius, memorat S. *Fridolini Hiſtoria* ap. Goldast. *Rer. Alemann.* Tom. I. p. 254. Landgravii vocabulum cum in hac Hiſtoria occurrat, auctorem ejus ſeculo XI. poſterioren eſſe colligimus.

(d) Hoc ſenſu Geographi, Vischerus, Sanſonius, Jaillotus, Homannus &c. in Topographicis ſuis Alſatiæ Tabulis *Landgraviatus* vocem intelligunt.

genæ Comites, Habsburgenſium majores, ante conditum Habsburgum gentilitia jam bona in Egisheim, Burgheim, Kunigshoven, Schowinsheim &c. adeoque in utraque Alſatia terras poſſidebant, uti Luitfridiana charta An. DCCCCIII. alixque teſtantur. Guntramus ille Dives, Lancelini pater, Radebotonis & Werinharii, Epiſcopi Argent. avus, multas quoque in Alſatia terras habuit, quod Ottonis II. Imp. Diploma Paternacenſe An. DCCCCLXXIII. indicat, his verbis: " Curtes *Columbra & Hitenheim*, cum „ omnibus eorum pertinentiis, & noſtri juris unum manſum in villa *Badelesbach*, & „ omnia, quæ Guntramus in Alſatia proprietatis viſus eſt habere, excepto Pruomad „ cum ſuis appertinentiis. „ Avitis his patrimonialibus bonis vetera illa Argentinenſis & Baſilienſis Epiſcopatuum, Murbacenſis item ac Lucellenſis Abbatiarum feuda, Habsburgicis collata, ſubjungimus. Ab Argentinenſi Enſishemium cum ſuo diſtrictu (*e*) & Advocatiam Rubeacenſem acceperunt, quam cum Rudolphus An. MCCLXIX. reſignaſſet Epiſcopo, reditus in banno Weſthauſen, Ebersheim, Scherweiler, ut & vicos Hohenwart, Petersholz, Hundsweiler & Tannweiler in compenſationem recepit. (*f*) Sed & à Murbacenſi Abbate Advocatiam vallis S. Amarini & villæ Wattewilre Habsburgenſes obtinuerunt, atque in ſub-feudum Horburgenſibus Dynaſtis dederunt, donec per Rudolfum & Gotfridum, Comites de Habispurc, An. MCCLIX. eidem Abbatiæ reſtituerentur. Inter Murbacenſia quoque feuda refertur Advocatia in Sennheim, in Blazheim, Banzenheim, Munchuſen, Teſſenheim, Bowoltzheim, Machtolzheim, Berwilre, Berolzwilre, Lutenbach, Retersheim, Iſenheim, Oſtheim &c. Murbacenſibus feudis Lucellenſia junguntur. Hæc Advocatiæ, quam Landgravii in Lucellenſem Abbatiam habuerunt, adhæferant. At major longe ditionibus Habsburgo-Alſaticis ſplendor acceſſit, ex quo Albertus Sapiens Johannam, Phirretenſis Comitatus hæredem, duxit uxorem, atque cum ea præſtans hoc Eccleſiæ Baſilienſis feudum Landgraviatui adjunxit. Inter bona alodialia vallis Vileriana, Albertinam quam vocant, & Landſeriana Dynaſtia cenſentur. Illam Rudolphus I. Habsburgicus cum Anna Hohenburgenſi accepit in dotem, (*g*) hanc Habsburgenſes partim à majoribus ſuis acceperunt, partim emptione acquiſiverunt. (*h*)

## §. XXIV.

Fiſcalia bona.

Ab his gentilitiis, feudalibus atque allodialibus, Landgraviorum bonis bona Landgraviatus fiſcalia debent diſtingui. Tabula diviſionis An. MCCXXXIX. quam ſupra (*i*) memoravi, oſtendit, Albertum atque Rudolphum, triplex bonorum Habsburgenſium genus jam agnoviſſe; (*l*) de ſilva *Harde*, Baſileam inter atque Enſishemium ſita, dubitantes, num bonum illa patrimoniale, an fiſcale, an feudale reputari debuerit; ignari, hanc ſilvam Eccleſiæ Baſilienſis patrimonium fuiſſe, quod Adalberoni Epiſcopo jam An. MIV. Henricus II. Imp. conceſſerat. (*m*) Bona Landgraviæ fiſcalia à patrimonialibus Habsburgenſium in Alſatia terris ſeparare difficile eſt. Diuturna poſſeſſio ea tandem Auſtriacis propria reddidit; quod nemo mirabitur, cum Habsburgicos in diſtinguendis illis indiligentes jam tum fuiſſe intelliget. Omnem hunc gentilitiarum, feudalium & fiſcalium, terrarum in Alſatia complexum, ſub *Comitatus* primum, dein ſub *Landgraviatus* nomine, poſſederunt Habsburgici, (*n*) qui & temporis progreſſu, ut reliqui Germaniæ Status, regalia ab Imperatoribus jura obtinuerunt; ita ut Landgravius non Judex modo Provincialis, ſed & inter præcipuos Alſatiæ ſtatus cenſeretur. Reliquæ per ſuperiorem Alſatiam, Emunitatis nempe Rubeacenſis, Comitatus Horburgi, Rappoltſteinenſis Dynaſtiæ, Abbatiarum, Ordinis Equeſtris & Civitatum Imperialium terræ, vel origine ſua, vel temporum progreſſu, ab omni Landgraviorum jure ac jurisdictione factæ immunes, à ſolo Imperatore Imperioque pendebant; unde & ortum eſt nomen *Emunitas*. (*o*) Landgravius ergo in ſuperiore Alſatia, quæ Landgraviatus ſuperior dicebatur, cujus dimenſio XVI. leucas à meridie ad boream, decem ab ortu ad occaſum, complectitur, vel florentiſſima ætate ſua nonnifi dimidiam ejus partem in ſuo dominio habuit,



(*e*) Teſte Burcardo de Fricka, qui Alberto I. Regi Germ. ab Epiſtolis, *Catalogum bonorum Auſtriacorum* An. MCCCIII. compoſuit, cujus Codex in Tabular. Argent.

(*f*) Herrgott *Cod. Diplom.* ad An. alleg.

(*g*) Albertus Argent. pag. 106.

(*h*) Burcardus de Fricka.

(*i*) Pag. 13. §. XVII.

(*l*) Verba Chartæ apud Herrg. *Cod. Dipiom.* Tom. II. pag. 255. ita: *Diu Hart iſt diu eigen, ſo iſt ſi des Graven Albrechtes u. des Graven Rudolphes. Horet ſi zer Grafſchefte*, (Landgrafſchaft) *ſo iſt ſi gemeine. Iſt ſi Lehen, ſo iſt ſi aber gemeine.*

(*m*) Ibidem ad An. allegat.

(*n*) In Literis feudalibus Dapiferatus Alſatici an. MDLXXXII. Lichtenſteiniorum familiæ datis: *Und ſo ſichs begiebt daß ihro Durchl. erben und nachkommen von derſelben landleuthen ihrer Landgrafſchaft ins Elſaß die erbpflicht aufnehmen &c.*

(*o*) Adi Tom. I. pag. 647.

## §. XXV.

Landgrav. superioris epochæ.

Landgraviatus hic Habsburgo-Auſtriacus, cum per tot ſecula ad finem uſque ſuum in eadem ſemper gente decurrerit, dividendus in Epochas eſt, quibus faciem ille ſuam pedetentim mutavit. Prima, quam *obſcuram* appello, ſub Francica Germanicaque Alſatiæ Periodis, ad ſeculi XII. usque finem duravit; qua ſimplici fub *Comitatus* nomine comparet, poſſeſſoribus ejus nomine gentilitio nondum ſignatis. Epocham ſecundam *Habsburgicam* dico; qua ille ſub Comitibus, à caſtro Argoviæ *Habsburg* nomen trahentibus, (*p*) ſub Albertis ſpeciatim atque Rudolphis, evaſit illuſtrior; donec An. MCCLXXIIII. Rudolphus Germanico ſolio imponeretur. Tertia Landgraviatus epocha *Habsburgo-Auſtriaca* eſt, qua ille nunc Duces, nunc Imperatores, nunc Archiduces, Landgravios habuit; ſub quibus in ſummum denique florem aſcendit. (*q*) Tum vero dignitas Landgraviatui ut major accederet, aulica Pincernatus, (*r*) Majoratus Domus (*s*) & Mareſcallatus, (*t*) officia à Comitatu Habsburgico, (*u*) per Helvetios ſec. XV. occupato, ad Landgraviatum Alſaticum translata fuerunt; quem deinceps Imperatores Auſtriaci, plura per ſecula, filiis natu minoribus, Oeniponti ſedentibus, in paragium dederunt. Brisgovienſis, aliique Landgraviatus vicini, Officialibus aulæ caruerunt, debiliores quod eſſent. Incrementum Landgraviatus noſtri nonnullos Imperii per Alſatiam Status, ſacros & ſeculares, induxit, ut & ipſi Landgraviis ſe traderent, atque adeo ad Landfaſſiatum paulatim tranfirent, dignitatis inde, honorum vel munerum ſperantes augmenta. Totus ſuperioris Alſatiæ Ordo Equeſter, immediatus olim, id abunde teſtatur. Hac de re non ſemel conqueſtus eſt Imperii Fiſcus; tum maxime, quum Rappoltſteinenſes Dynaſtas ex liberorum Imperii civium numero Auſtriaci eximere tentaſſent. (*x*) Sed & Murbacenſis Abbatia, Præceptoria Mulhuſina, idem fere expertæ ſunt fatum, ut ad Landfaſſiatum tranfirent. (*y*) Eadem conſilia cum apud Helvetios Albertus I. ex Auſtriaca gente Germaniæ Rex & Alſatiæ Landgravius, fuiſſet molitus, liberos Imperii cives Domui Auſtriacæ redditurus obnoxios; Helvetici fœderis conſtituendi inde nata occaſio eſt. (*z*)

## §. XXVI.

Regalia Landgraviatus.

Regalia, quibus Landgraviatus noſter tandem eminuit, ſunt majeſtatica illa rerum corporalium & incorporalium jura, quibus Germaniæ Proceres ab Imperatore inveſtiuntur: Jus belli, pacis, induciarum, fœderum, jus armandiæ, ſequelæ, munitionis & banni, jus teloneorum, metallifodinarum, monetæ, jus feudorum, tributorum, Advocatiæ &c. merum mixtumque Imperium, quod Landgravius ſuo tandem nomine in ditionibus ſuis exercuit, poſtquam cæterorum Imperii Statuum exemplo quoque evaſit Toparcha. Indubitata hujus rei teſtimonia ſunt Enſisheimenſis Regiminis Acta, (*a*) quæ ad omnes ſe has partes extenderunt.

In omni ergo Landgraviatus noſtri decurſu ratione Regalium duo temporum intervalla debent diſtingui. Primum, quo Landgravii, non induti Regalibus, delegata ab Impera-

(*p*) Primus Comes Habsburgicus An MCXIV. occurrit, *Wernharius* nempe, in Dipl. Henrici V. Imp. pro Murenſi Abbatia, apud HERRGOTT Cod. *Diplom.* num. 193. Caſtrum *Habsburg* ſeculo præced. Wernherus condiderat, Epiſcopus Argent. ex eadem gente oriundus.

(*q*) Sub epocha enim hac Comitatus Phirretenſis Landgraviatui acceſſit; cujus nomen Auſtriaci in titulorum ſuorum ſerie licet expreſſerint, ſub communi tamen ille Landgraviatus quoque comprehenſus eſt voce, uti pag. 15. §. XX. oſtendi.

(*r*) *Erb-Schenckens-Amt in der Landgrafſchafft Elſaß.* Feudum hæreditarium Conradi Sturzl à Buchcim, Equitis, una cum curia immuni in Thann; quam cum Maximiliani Imp. permiſſu An. MDIII. Caſparo de Mœrſperg vendidiſſet, caſtrum ſuum allodiale Buchcim in locum ejus ſubſtituit ac vicum, ut & dimidiam partem caſtri & vici Namſen. Inveſtitura facta d. 19. Oct. MDX. ubi poculum additur, quo primus potus Archiduci in Alſatia, vel in Sundgovia, vel in Brisgovia, offertur, relinquendum Pincernæ. *Vor Oeſterreichiſch Leben-Buch*, fol. 137. in Bibliotheca Klingliniana.

(*s*) *Erb-Land-Hofmeiſter-Amt im Elſaß.* Ferdinandus I. officium hoc Lichtenſteinenſi Comitum familiæ d. 16. Oct. MDXLIV. in feudum conceſſit. Ferdinandus Archidux in Charta inveſtituræ An. MDLXXXII. ait: *Solch Erb-Hofmeiſter-Amt ſoll den Vorgang, Seſſion u. Platz, vor allen andern Erb-Ämtern in der Landgrafſchafft Elſaß, wo die über kurtz oder über lang aufgerichtet werden, nach Ihro Durchl. Obriſten Hauptmann u. Landvogt im Elſaß, in Landtägen, Ratheu, Feld-Zügen u. allen andern ehrlichen Verſamlungen und Sachen haben &c.* Liber Mſ. feudorum modo alleg. fol. 201.

(*t*) Officium feudale Hallweiliorum, una cum hæreenſi feudo (*Seſslehen*) in Lenzburg. Id cum Helvetii occupaſſent, Albertus & Sigismundus Archiduces Turingo Hallwilio caſtrum & oppidum Burckheim ad Rhenum An. MCCCCLVII. conceſſerunt in feudum. Ibid. fol. 147.

(*u*) Hic ſua quoque hæreditaria Pincernæ, Dapiferi & Mareſchalli, officia habuerat. Arnoldum Dapiferum de Habesburg, & Henricum Pincernam de Habesburg, monumenta vetera produnt. Illi lebetem, hi cyathum in feudo & galea adhibere ſolebant. Vid. HERRG. *Geneal. Habsb.* Lib. I. Cap. XVII. pag. 202.

(*x*) CASIM. HENR. RADTUS in *Differt. de Comitum Rappoltſtein. Domo* pag. 90.

(*y*) LIMNÆUS addit. ad Lib. IV. Cap. VII. pag. 493. & 687.

(*z*) ETTERLIN *Chron. Helvet.* fol. 12. Part. I. Lib. IV. STETTLER Lib. I. pag. 28.

(*a*) Extant hodie Argentorati in Prætorio Provinciæ. (*Intendance*)

Imperatore poteſtate, ut nudi Magiſtratus Alſatis jura dixerunt. Alterum, quo iidem Landgravii, regalibus inveſtiti à Cæſare, in terris acquiſitis, ſibique obnoxiis, jura dictarunt, easque Principum inſtar, ſuo nomine rexerunt. Tranſitus à priore intervallo ad alterum non ſubitus fuit; Caroli IV. temporibus multa jam jura Landgravii acquiſiverant; quæ vero non ad omnem Landgraviatum Alſatiæ, ſed ad terras Landgraviales in Landgraviatu hoc ſitas, ſe tantum extenderant. Reliqui Alſatiæ ſuperioris Status, qui in plena Imperii libertate perſtiterunt, quos infra enumero, Landgravium ut Imperialem venerati ſunt Judicem, qui in Alſatia, non in Alſatiam, jurisdictionem exercuit. Ab ejus ſententia provocabatur ad Cæſarem, omnis judiciariæ poteſtatis ſcaturiginem, quam cum Germaniæ Statibus paulatim diviſit; præcipue ex quo Maximilianus I. Camerale Judicium eorundem quoque poteſtati ſubjecit.

Antequam Landgraviatus noſter omnem illum Regalium jurium obtinuiſſet complexum, jam inter vexillifera Imperii relatus eſt feuda, atque adeo in Comitiis feſſione ſuffragioque gaviſus eſt. Adelbertum Landgravium publicis Imperii Comitiis Argentinæ An. MCXXV. ab Henrico V. habitis, (*b*) ut & illis, quæ An. MCXXIX. Lotharius Baſileæ celebravit, (*c*) interfuiſſe cognoſcimus. Nec regerat quis, Adelbertum Comitiis ut Comitem aditiſſe Habsburgi. Comes enim in Comitiis ſi comparendi jus habuit, quanto magis Landgravius. Inferioris profecto Alſatiæ Landgravios Comitia quoque frequentaſſe, in propatulo eſt. In recentiore autem ſyſtemate, Matriculisque Imperii, nulla Landgraviorum Alſatiæ mentio, quod eo tempore, quo Matriculæ condi coeperunt, uterque Landgraviatus Alſatiæ jam in Auſtriæ Domus & Epiſcopi Argent. manibus fuit; qui ratione Comitatus provincialis in Comitiis non affectarunt ſuffragium. SCHURZFLEISCHIUS (*d*) Landgraviorum Alſatiæ veterum ſuffragium cum ipſa eorum gente periiſſe exiſtimat, inferiorem Landgraviatum haud dubie intelligens; Auſtriaca enim ſuperioris propago ad ſeculum usque noſtrum duravit. Suffrag. in Comitiis.

## §. XXVII.

Ad difficilius argumentum progredior, ubi de Auſtriaco-Alſatici Landgraviatus gradu dignitatis inſtituendum examen. Eadem nempe Landgraviatuum, quæ Burggraviatuum & Marggraviatuum ratio fuit; ut alii ad Principum, alii ad Comitum, relati ſint claſſem. Publici Germaniæ juris Doctorum ſi ſuffragia ſequar, Landgraviatus hic noſter in Principum ponendus eſt claſſe. Poſuit jam Anonymus ille Quaternionum Imperii auctor, (*e*) non novus, qui inter quatuor principes Landgraviatus primo loco Thuringicum, ſecundo Alſaticum, inde Haſſiacum & Leuchtenbergenſem collocavit. Quam fluxa autem Quaternionum horum ſit fides, ipſe teſtis eſt PETRUS DE ANDLO, (*f*) qui eos produxit. Hic enim alio loco (*g*) ſeptem gradus Germanicæ Nobilitatis, *Clypeos militares* (*h*) quos vocant, ex Libris Feudorum Friderici I. producens, primum poſt Cæſarem gradum Regi, ſecundum Ducibus, tertium Marchionibus, quartum Comitibus, quintum Capitaneis, qui Valvaſores dicebantur, ſextum Vaſallis, ſeptimum Valvaſinis aſſignat: Landgravios dein atque Burggravios in Comitum, adeoque in quartam, collocat claſſem. Eninvero quantuscunque Landgraviatui huic, cum ab Auſtriæ Ducibus regeretur, acceſſerit ſplendor, ad Principatus faſtigium ille tamen nunquam aſcendit, ſed eodem, quo Landgraviatus inferior, atque duo Brisgoici, Rheno tantum à nobis ſeparati, ſemper conſtitit gradu. Principatum non ſenſu Grammatico, quo & Comes ſubinde *Princeps* appellatur, ſed publico Juris Germanici ſenſu, intelligo. Landgravia-tus num Principatus.

Comitatus in ſublimiorem gradum duplici modo extollitur. Vel enim Principis axioma Comiti, poſſeſſori Comitatus, adjicitur, quod Hennebergenſi (*i*) evenit; vel abjecto plane Comitis nomine in Principem ſeu Ducem evehitur Comes. Promotio in Principem rarior fuit, in Ducem frequentior. Notandum hic, non tam moris fuiſſe, Comitatum in Principatum vel Ducatum, quam Comitem in Principem, Ducemve promovere; dignitas à Domino in Dominium defluit. Ferdinandus I. in Auguſtano



(*b*) GUILLIMANNUS *de Epiſcopis Argent.* pag. 224.
(*c*) Idem ibid. pag. 228.
(*d*) *Diſſert. de Rebus Badens. Opp. Hiſtor.* pag. 291. ſq.
(*e*) Sunt, qui originem Quaternionum Ottoni III. adſcribunt, cujus tempore Landgraviatus nomen ignotum. Res nititur præſertim fide Alſatici Scriptoris, Petri de Andlo, cujus gens ipſa inter quatuor Imperii Equites ponitur. Verum omnis hæc diviſio inſulſa hominis otioſi figmentum eſt. NAVOS ejus monſtravit CONRINGIUS *de Civ. Imp.* §. XL. ſq. EYBEN *de Scylo Cœtæ.*
(*f*) *De Imperio Rom. Germ.* Lib. I. Cap. XVI.
(*g*) Lib. II. Cap. XII.
(*h*) *Heerſchilde.*
(*i*) Bertholdo Comiti Henneberg. dignitas Principis addita eſt ab Henrico VII. An. MCCCX. Diploma exhibet MEIBOMIUS *Rer. Germ.* Tom. III. pag. 208. Conf. SPANGENBERG *Chron. Hennenberg.* Lib. V. Cap. V.

Receſſu An. MDLV. omnium gentis ſuæ primus *Principem Comitem Habsburgi*, (*l*) nullo Diplomate ſingulari præmiſſo, ſe appellavit, eumque ſucceſſores imitati ſunt. Nihil tale Landgraviatui noſtro contigiſſe comperior.

## §. XXVIII.

Exempla varia.

In axiomate Landgraviali innovaſſe quid viſus eſt Rudolphus, Dux Auſtriæ, qui cum in Charta, An. MCCCLVIII. Colmariæ condita, (*m*) inuſitatam titulorum affectaſſet luxuriam, circa Landgraviatum tamen tum nihil mutavit, ſed Comitatibus eundem poſtpoſuit, Landgraviumque Alſatiæ ſe ſimpliciter dixit. At anno ſequenti in Latina & Germanicis Chartis (*n*) ſtylum ordinemque in hunc modum convertit: „Rudolphus „ Dei gratia Dux Auſtriæ, Styriæ & Karinthiæ, Princeps Suevie & Alſatiæ. „ Caroli IV. ætate nimirum titulorum hæc inchoavit luxuria. Rudolphum Auſtriacum, Cæſaris generum, ſoceri indulgentia in titulis evagatum eſſe, num quis miretur? (*o*) At ab eodem *Principis Alſatiæ* titulo ſucceſſores abſtinuerunt. Carolus V. ut Hiſpanis ſuis plures Principatus, in Domo ſua cumulatos, oſtentaret, *Sueviæ*, ſed non Alſatiæ, ſe *Principem* dixit; Landgravium Alſatiæ autem Principi Suevie præpoſuit. (*p*) Ferdinandus I. vero, Romanorum Rex, priſtinum Landgraviatus Alſatici ordinem conſtanter ſervavit; (*q*) idemque à ſucceſſoribus factum; (*r*) qui titulum Principis Suevie ita retinuerunt, ut Landgraviatum Alſatiæ longe poſtponerent. Domeſticis Landgraviorum noſtrorum teſtimoniis exterum Ruperti Imp. ſubjungo, qui An. MCCCCI. Leopoldum Auſtr. de Landgraviali Alſatiæ Judicio inveſtivit, (*s*) nulla Principatus facta mentione.

## §. XXIX.

Errores plurium cum cauſa.

Quamvis autem Principali Landgraviatus noſtri faſtigio per ſeriem ſeculorum tot teſtes repugnent, plerique tamen, qui publicam Imperii Romano-Germ. Jurisprudentiam tradunt, eum inter Landgraviatus principes ſolent referre; ita quidem, ut alii quatuor, (*t*) alii quinque, (*u*) ſex (*x*) vel ſeptem, (*y*) alii denique Landgraviatus omnes, (*z*) in claſſe Principatuum ponant. Quicquid de Landgraviatuum Principum numero ſit, Ulricus Obrechtus, (*a*) Jo. Schilterus, (*b*) Jac. Mascovius, (*c*) Carolus Spenerus, (*d*) aliique, qui hos ſecuti ſunt, juniores, Landgraviatum ex Comitum ordine exemerunt. Seduxit eos Principatus novus, ſec. XV. ab Auſtriacis conditus, qui præter Landgraviatum Alſatiæ ſuperioris duos quoque Brisgovienſes, ſilvam Martianam, quatuorque Civitates ſilveſtres, ditione ſua complexus eſt, cujus Principatus Enſisheimium conſtitutum eſt caput; ubi Prætorium, Camera computorum, Officina monetaria, Curia Equeſtri ſuperioris Alſatiæ & totius Briſgoviæ ordini communis. Principatui novum nomen non additum; Regia autem ejus quum in Auſtriaco Alſatiæ Landgraviatu jaceret, ipſe quoque Principatus Landgraviatui adſcriptus eſt, Enſisheimium Regimen licet à Landgraviali judicio plane fuerit diverſum, neque Landgraviatus priſtinam mutaverit indolem; uti nec Briſgovici duo ſuum ſtatum mutarunt. Politica hæc rerum converſio Scriptores induxit, ut novam illam Diœceſin Civilem, ex Landgraviatibus tribus compoſitam, Landgraviatui Alſatico attribuerent ſoli.

## §. XXX.

Aliæ cauſæ.

Superflua igitur Conr. Sam. Schurtzfleischii (*e*) quæſtio eſt, cur Comitis Habsburgici nomen Landgravio, Principis dignitate, uti putat, ornato, à priſcis Habsburgi

(*l*) *Gefürſteter Graf zu Habsburg.* Occaſione Comitum horum Guillelmannus *Habsburg.* Lib. VI. Cap. II. profeſſus eſt, omnes Comites, ſolis Imperii feudis annexos, in Principum claſſem referri debere.

(*m*) Apud Steyerer in *Hiſtor. Alberti Sup.* Addit. col. 264.

(*n*) Ibid. col. 276. 281. 290. 299.

(*o*) Murius in *Chron. Germ.* Lib. XXV. narrat, Rudolphum dein datis Carolo IV. literis declarare coactum, ſe in Suevia & Alſatia Ducem non eſſe. Mutio conſentit Naucclerus; qui unde ſua hauſerint, ignoratur. Steyererus hæc, ut circumſtantiis rerum & temporum diſſona, rejicit. pag. 305. ſq.

(*p*) *Suevia Ducem* ſec. XIV. ſe vocavit Leopoldus Probus, ſi Alberti Argent. *Chronicon* Mſ. Kœnigshovianum audias, à quo Urſtiſianum & alii diſcrepant. Quidquid ſit de Leopoldo, ſucceſſores titulo hoc uſi non ſunt. De *Principis Suevia* axiomate, à Carolo V. uſurpato, vid. *Pax publ. Wormat.* An. MDXXI. *Ordinat. Crim.* MDXXXI. *Receſſ. Imp. Spir.* MDXLIV. *Wormat. Ratisbon. Auguſtan.* &c. annis ſequentibus.

(*q*) *Receſſ. Imp. Norib.* MDXLII. *Auguſt.* MDLV. &c.

(*r*) De Maximiliano II. vid. *Receſſ. Imp. Auguſtan.* MDLXVI. *Ratisbon.* & *Exſtort.* anno ſeq. &c. De Rudolpho II. *Augustan.* MDLXXXII. *Spirenſis* An. MDC.

(*s*) Schilter *ad Königshov.* pag. 1071.

(*t*) Reinkingius *de Regim. ſeculari* Lib. I. Cl. 4. Cap. XIII. n. 20. Gastellius *de ſtatu publico Europæ* Cap. XXII. &c.

(*u*) Noldenus *de ſtatu Nobil.* Cap. VIII. n. 160.

(*x*) Simonius Schützius *in Colleg. publ. de ſtatu Rei Rom.* Exercit. VIII. pag. 628.

(*y*) Limn. *Jur. publ.* Lib. IV. Cap. IV. n. 78.

(*z*) Rulandus *de Commiſſ.* Part. 2. Lib. V. Cap. IV. n. 26.

(*a*) *Prodrom. Alſat.* pag. 253.

(*b*) *Ad Königshov.* obſervat. XIX. pag. 1069.

(*c*) *Juris publ.* Lib. IV. Cap. V. n. 42.

(*d*) *Juris publ. Germ.* Lib. II. Cap. VI. pag. 278.

(*e*) In *Diſſert. de principio Moſchia Auſonii* Cap. XV. ſqq.

Habsburgi Comitibus fuerit prælatum. Quæsiveris rectius, cur simplicem Comitis titulum provinciali præposuerint Comiti, qui toti Provinciæ præfuit, Comitesque adeo sibi subordinatos habuerat? (*f*) Parata responsio est, Comitatum suum Habsburgenses ut patrimonium, Landgraviatum ab initio ut temporarium, inde ut hæreditarium, munus possederunt. Comitatum proprium autem Comitatui fisci prælatum fuisse, quid mirum? Obrechtus (*g*) dignationem Principatus ex Ducatu in Landgraviatum defluxisse existimans, rationem reddere debuisset, cur principatus ille in solum Landgraviatum superiorem defluxerit; quum inferior non minus ad Ducatum referretur. Præfecti Imperiales, in Ducum extinctorum locum suffecti, ex Ducali potestate nihil ad Landgravios transire sunt passi. Landgraviatum principale quid tractu temporis induisse, si nonnemini videbitur, quod in Imperatorum, Ducum & Archiducum, manibus per tot secula subsitit, (*h*) ille Brisgoicos Landgraviatus in ejusdem Austriacæ Domus potestate diu quoque perstitisse perpendat. Neque formula *gratia Dei*, qua Albertus atque Rudolphus Habsburgenses Alsatiæ se Landgravios professi sunt, (*i*) Landgraviali dignitati sublimius quid addidit. Comites Werdenses enim, inferioris Alsatiæ Landgravii, quos nemo unquam Principum ordini adscripsit, eadem formula frequenter sunt usi. (*l*) Sed & Kiburgii, (*m*) Honsteinenses, (*n*) Kirchbergenses, (*o*) Holsatiæ, (*p*) Blanckenburgi, (*q*) Wernigerodæ, (*r*) Comites eandem subinde formulam in titulis suis adhibuerunt. Seculo XIII. & sequenti apud Germaniæ Comites illa obtinuit; in reliquis autem rara prostant exempla. Barones, qui *Dei gratia* terras suas se possidere dixerunt, silentio transeo. (*s*) Formulæ hujus abusum mirabitur Lector, ubi intelliget, Joannem quendam, Ecclesiæ Surburgensis in Alsatia Canonicum, An. MCLXXXIII. scripsisse: *Johannes Dei gratia Surburgensis Ecclesiæ Canonicus.* (*t*)

Neque moveat porro quemquam, quod Landgraviatum inter feuda regalia vexillifera retuli. Comitum enim Baronumque, non minus ac Principum, feuda vexillaria erant, ut *Jus feudale Alemannicum* (*u*) ordinavit. In nummis hinc & sigillis suis Comites Flandriæ, (*x*) Geldriæ, (*y*) Sabaudiæ, (*z*) aliique cum vexillo comparent. Sigillum autem Equestre ante seculum XI. non facile occurrit; (*a*) quod in cerimoniis investiturarum insignia Comitatuum, in vexillis depicta, Imperatori offerebantur. (*b*) Hæc autem Proceres seculares vexillo, Ecclesiasticos sceptro, investiendi solennitas medio tantum obtinuit ævo, abrogata est novo. (*c*)

## §. XXXI.

De omni ergo Landgraviatuum numero, qui *Principis* elogio gaudent, si dicendum quod res est, solus Hassiacus hanc vere classem tuetur; quippe qui à primordiis suis Landgravium Principem habuit, ex Thuringico Landgraviorum Principum sanguine natum Landgraviat. vere principal.



(*f*) Landgraviali judicio Comites subsistisse ostendit Gruben *de Judiciis provinc.* Obtervat. II. pag. 653. & 664.

(*g*) *Prodr. Rer. Alsat.* Cap. XII. pag. 253.

(*h*) Comitatui Montbelgardensi tale quid contigit, quem principalem Comitatum, *gefreyſtete Grafſchaft*, agnoscunt Geographi; quod Comites illi per plura jam secula ex Ducum Wurtenbergentium Domo sunt, quos brevitatis causa *Ducet Montbelgardenſes* vocant, cum *Wurtenbergo-Montbelgardenſes* deberent vocari.

(*i*) Chart. An. MCCXV. & MCCXXVII. apud Herrgott *Geneal. Habsburg.* Tom. II. & Guilliman. *Habsburg.* Lib. VI. Cap. II. pag. 338.

(*l*) In sententia inter Marchiones Badenses & Brabantiæ Ducem An. MCCXXVI. legitur: *Sigebertus Dei gratia Comes de Werde & Henricus ſimul epiſc., Comites Alſatiæ* &c.

(*m*) Herrg. loco cit. ad An. MCCXXXV.

(*n*) Leuckfeld *Antiq. Walckenried.* Part I. Cap. XIX. §. 42.

(*o*) An. MCCLXXXI. Idem *Antiq. Ilfeld.* pag. 58.

(*p*) An. MCCVII. Spangenberg *Chron. Schaumburg.* Lib. V. Cap. II.

(*q*) An. MCCLI. Leuckfeld *Antiq. Blanckenburg.* pag. 53. & 55.

(*r*) An. MCCCXXIII. Paulinus *de Advocatis Monaſt.* §. XXXIX. in *Syntagm. Rer. Germ.* pag. 561.

(*s*) Conf. Sigismundus de Birkan *in Diſſert. de Jure Baronum* Cap. IV. §. LXXXVIII.

(*t*) In Charta donat. Collegiatæ Surburg. Hagenoam translatæ.

(*u*) Cap CXLII. §. II. ubi: *Alle die Vanlehn von dem Rich hant das nint Furſtenambacht ſint, die ſollent ſin von dem Pfaltzgrafen empfohen.* Adde Cap. CXXXIX. Philippus Imp. An. MCCVII. Thomam, Sabaudiæ Comitem, Basiliæ per tria vexilla investivit. Guichenon *Hiſt. de Savoye*, *Preuves* pag. 48. Vide etiam Monachum Weingart. Cap. XIII. Grimerus tamen *Opuſculor Juris publ.* Tom. II. ſect. 2. §. XIX. principalia tantum feuda vexillifera esse contendit. Contrarium cum Schilterо *ad Jus feud. Alemann.* Cap. XLII. defendit Gundlingius *de Feudis vexilli* §. XXII.

(*x*) Olivar. Vredius *in Sigill. Com. Flandr.* pag. 10. ſqq.

(*y*) Pontanus *in Hiſt. Geldr.* Lib. VI. pag. 252.

(*z*) Guichenon *Hiſt. de Savoye* Tom. I. pag. 130. ſq.

(*a*) Heineccius *de Sigillis* Part. I. Cap. X. pag. 124.

(*b*) Plurima exempla vide apud Herzog. *Chron. Alſat.* Lib. II. pag. 154. ſqq.

(*c*) Novo jure feudali Principes per Legatos plerumque comparent, qui præstito jurejurando Imperatoris gladium à Marcschallo accipiunt, capulumque deosculantur. Comites, Barones, Abbates &c. à Judicio Aulico stantes investiuntur. Ittebus *de Feudis Imperii* Cap. IX. §. XXXIII. Thucelii *Electa Juris publ.* Tom. I. pag. 240.

natum per matrem. Leuchtenbergicus Bavariæ Landgraviatus principis characterе fero ornatus eſt. (*d*) Inter Alſaticum vero & Haſſiacum Landgraviatus ab omni tempore hoc intercеſſit diſcrimen: I. Alſatici origo vere judiciaria fuit, atque adeo ab initio mere fuit Landgraviatus fiſcalis, quam indolem nunquam Haſſiacus habuit. (*e*) II. Landgravius Alſaticus in liberos Imperii cives, Cæſaris nomine; Haſſus in fubditos ſibi cives, jurisdictionem exercuit. III. Landgraviatus noſter in claſſe Comitatuum perſtitit; Haſſiacus ſuum inter Principes locum ſemper tuitus eſt. (*f*)

## §. XXXII.

Epocha Burgund. Landgrav.

Poſtremam Landgraviatus noſtri epocham, quam *Auſtriacam* dico, ſeculo XV. ad finem properante, interrupit *Burgundica*, quinque annorum. Archiduces non ſemel neceſſitas urſerat, ut de ſuo Alſatiæ Landgraviatu, duobusque Brisgoicis alienandis vel oppignerandis cogitarent. Extat Charta An. MCCCCLV. data Rhinfeldæ, (*g*) qua Albertus Prodigus terras illas nunquam ſe alienaturum promiſit, ſi certam illæ pecuniæ ſummam, quæ petebatur, perſolverent. Delegati ſunt ab eis Petrus de Mœrſperg, Præfectus Sundgoviæ, Jo. de Munſterol & Henr. de Ramſtein, ut pecuniam colligerent, colledam non in manus Archiducis, ſed in ejus uſus expenderent. At Sigismundus Archidux, promiſſorum deceſſoris ſui immemor, Landgraviatus hos Carolo Pugnaci, Duci Burgundionum, pro octoginta mille florenis aureis, rêtervato reluendi jure, vendidit. Koenigshovius An. MCCCCLXXIV. (*b*) Pontus Heuterus MCCCCLXVII. (*i*) Gollutius MCCCCLXIX. (*l*) id factum eſſe referunt. Ad violenta hæc conſilia, quibus Fridericus IV. Imp. ſe non oppoſuit, Sigismundum induxerant & debita, quibus obrutus erat, cum pleraque Alſatiæ Dominia illuſtribus familiis oppignerata jam eſſent, (*m*) & infeſtus in Helvetios animus, quem Nobiles quidam hujus oræ incenderant, Mulhuſio turbis occaſionem præbente. Ex hac Octoginta millium aureorum ſumma decem millia Helvetiis An. MCCCCLXIX. ſoluta ſunt Bernæ. (*n*) Paulo poſt Alſatia ceteræque ditiones in Caroli Pugnacis verba adactæ ſunt; (*o*) cui legationi Rudolphus Hochbergæ Marchio præfuit. Petrus Hagenbachius, ex nobili Sundgoviæ familia ortus, Burgundicis his præfectus eſt tèrris, ſedemque ſtabilivit Briſaci. Carolus ipſe fine An. MCCCCLXXIII. (*p*) per Vilerianam vallem cum quinque millibus equitum Alſatiam inviſit, & d. 3. Jan. An. ſeq. Enſishemio Veſontionem profectus eſt. Hagenbachius, qui à primis Præfecturæ ſuæ initiis ſuperbe & avare imperaverat, poſt hunc Ducis diſceſſum auſus pejora, omnium animos ad vindictam provocavit. Alſatia cum vicinis ſuis Sigismundi requirebat imperium, qui politicum, quem commiſerat, errorem intelligens, cum Helvetiis, in quos Burgundum nuper concitaverat, ipſe jam adverſus eundem fœdus decennale Conſtantiæ percuſſit. (*q*) Acceſſerunt ei Alſatæ, Brisgovienſes, Baſil. & Argent. Epiſcopi, aliique Rhenenſes. (*r*) Hagenbachius Briſaci à XXVII. Judicibus damnatur capitis; ex Landgraviatu Alſatiæ (*s*) ejiciuntur Burgundi; omnes ditiones

(*d*) Peffingerus *ad Vitriar.* Tom. II. pag. 624.

(*e*) Hallia primitus fuit Dominium, Thuringicis Landgraviis proprium, quod cum à Landgraviatu avelleretur, atque in Henricum Infantem tranſiret, qui per matrem Sophiam fuit Landgravius, characterem hunc Haſſiæ quoque impreſſit, quæ inde Landgraviatus devenit. Hertius *de jure Landgravior. Haſſiæ in Diocæſim Bremam.* Cap. I. n. 7. apud Kuchelbecker *Analector. Haſſiacor.* Collect. I. Illuſtr. Ezodius *Eleda Jur. publ. Haſſiac.* Lib. 3. Cap. XIX. §. LXXIII.

(*f*) Ludovici Barbati nepos Ludovicus III. ex ſimplici Comite Comes provincialis à Lothario II. Imp. creatus eſt An. MCXXX. Annal. Boxor. & Annalista Saxo ad h. An. Engelhusius & Albertus Stad. in *Chron.* An. MCXLIII. Martinus Polonus in cod. Chronici, quem allegat Sagittarius in *Epiſt. de antiqua ſtatu Thoringiæ* pag. 59. Accedunt nummi, in quibus *Ludovicus Comes provincialis* dicitur. Struvius in *Not. ad Hiſtor. de Landgrav. Thoring.* apud Pistor. Tom. I. pag. 1313. Henricus Infans, primus Haſſiæ Landgravius, ab Adolpho Rege Germ. in Principum numerum receptus eſt ſolenni Diplomate Francof. MCCXCII. Estor. loco cit. Cap. XVIII. §. LXVI.

(*g*) In Tabulario Civitatis Thann.

(*h*) *Chron. Alſat.* Cap. V. pag. 309.

(*i*) *Rer. Burgund.* Lib. V. Cap. X. ubi de ſumma pecuniæ cum Koenigshovio ceterisque convenit.

(*l*) *Memoires de la Rep. Sequanoiſe* Lib. X. Cap. XXXIX. Fuggerus in *Spec. Auſtr.* Lib. V. Cap. XIX. pag. 762. Tschudius, Stumpfius, Urstisius, Stettler, Khanius, Waldkirch aliique plures Gollutio conſentiunt.

(*m*) Gollutius id obſervat loco alleg. ubi ait: *Ferrette engagée pour 7000. Florins d'or à Meſſire Chriſtophe de Rechberg: Lauffen pour 14000. Flor. d'or à M. Thuring de Hollwil: Altkirch par M. Henry de Ramſtein pour 11000. Flor. d'or: Maiſonval (Maſevaux) par M. Loüis de Maiſonval pour 7000. Flor. d'or: Rotenburg engagée au Comte de Stals pour 2500. Marcs d'argent: Florimont tenuë par M. Marc de la Pierre pour 6032. Flor. d'or: Les Seigneuries de Belfort, Deie, Roſemont & de Newbeim par M. Pierre de Morimont pour 30800. Flor. d'or & de 2000. Francs d'or &c.*

(*n*) Die 23. Junii. In apocha ſcribitur: „ Illuſtriſſimus, Excellentiſſimus, Potentiſſimus & Inviciſſimus, Princeps & Dominus noſter metuendiſſimus, „ Dominus Carolus &c. „ Gollut loco cit.

(*o*) Die 28. Junii, ut & menſe ſequenti. Urstis. *Chron. Baſil.* Lib. VI. Cap. IV.

(*p*) Urstisius loco cit. Cap. V. Stumpfius Lib. XIII. Cap. XVI. ait, Carolum per vallem Monaſterienſem veniſſe, quod falſum.

(*q*) Die 30. Martii MCCCCLXXIV.

(*r*) Stumpfius loco cit. Stettler *Annal. vom Nuchtland* Lib. V. pag. 212.

(*s*) Die 9. Maji MCCCCLXXIV. Urstisius & Stettler locis cit.

ditiones, ante quinquennium venditæ, ad Auſtriacos redeunt; Hermannus ab Eptingen Eques, Sigismundi nomine, homagium ubique recipit, & Hagenbachio in Præfectura ſuccedit. Octogies mille aurei, Carolo reſtituendi, Baſilææ (*t*) deponuntur; id quod ei duo denuntiarunt Feciales, quos male excepit. Annus ergo, quo Carolus Alſatiam inviſit, initium fuit ejus malorum & occaſionem dedit proeliis, ad Granſonium, ad Moratum, ad Nancejum, commiſſis; quo poſtremo Audax, An. MCCCCLXXVII. ab Helvetiis cæſus, occubuit.

## §. XXXIII.

Præter alienationem Landgraviatus Alſatici, à Sigismundo Archiduce factam, idem quoque in dotalitium bis fuit conceſſus. Albertus I. Rex An. MCCXCIX. id fecit, cum filius ejus Rudolphus Blancam, Philippi Pulchri, Galliæ Regis, ſororem, duxiſſet uxorem. Iu literis dotalibus (*u*) legitur: " Affignamus prædictæ ſorori dotalitium ſeu " donationem propter nuptias Comitatum Alſatiæ & terram de Fribourc Lauſan. Diocefis,(*x*) " cum omnibus juris pertinentiis ſuis. " Albertus Electorum, Principum ac Baronum, Regni Alemanniæ conſenſum ſe impetraturum promiſit. Octoginta fere poſt annis (*y*) Leopoldus Superbus Philippi Audacis, Burgundiæ Ducis, filiam Catharinam in matrimonium adſcivit, Auſtriacasque ſuperioris Alſatiæ terras ei aſſignavit in dotem. (*z*) Quodſi Margarethæ, Friderici II. Imp. filiæ, Alberto, Thuringiæ Landgravio, cum nuberet, Burggraviatus Altenburgenſis, feudum Imperii, potuit concedi in dotem, quid mirum, ſi Blancæ & Catharinæ Landgraviatus Alſaticus in dotalitium traditus eſt? (*a*)

Landgraviatus dotalitium.

## §. XXXIV.

Sed jam ordo rerum ad Auſtriacum apud Enſisheimenſes Regimen deſcribendum me vocat, quod in anterioribus ſuis ad Rhenum provinciis conſtituerunt Auſtriæ Duces, regalibus juribus & ſuprematu in terris ſuis paulatim potiti. Ludovicus & Fridericus Duces An. MCCCXXV. communi conſilio ditionibus ſuis Aulicum præfecerunt Judicium. (*b*) At ſeculo ſequenti demum Enſisheimenſe prognatum eſt, cujus jurisdictioni non ſuperior modo Landgraviatus Alſaticus, ſed & Brisgoici duo cum Nigra Silva & quatuor Civitatibus ſilveſtribus, uti dixi, paruerunt. Sebast. Munsterus, (*c*) neſcio qua auctoritate commotus, Regiminis hujus origines poſt Burgundicam Landgraviatus noſtri epocham ponit. Scribit enim: " Anno Domini MCCCCLXXV. deputatus fuit ad " officium Advocatiæ Oswaldus Comes à Thierſtein, qui primus fuit regionis Præfectus, " habens ſecum in Ensheim Conſiliarios & conregentes. Antea vero nulla fuit ibi " Regiminis adminiſtratio, niſi quod Præfectus & Scriba regionis ibi habitabant, voca- " bantque ad ſe ex aliis aſſeſſores, quoties publicum fuerat celebrandum conſiſtorium. " Antiquiores autem Regiminis hujus eſſe origines, ex laterculo Judicum, qui ſub Burgundiæ Duce An. MCCCCLXIX. ejusdem aſſeſſores fuerunt, elucet. Nomina eorum enarrat charta, quam inter Belfortenſes inveni, ubi commemorantur: Bernhardus de Zilgemberg Præſes, Conſiliarii vel Aſſeſſores XII. Bernhardus de Bolwiler, Wernherus Hadmanſtœrfer, Herm. Waldner, Lazarus de Andlo, Frid. de Schweighuſen, Equites, Petrus Rich de Richenſtein, Stephanus de Hagenbach, (*d*) Conradus Schnewelin de Krantznow, Johannes de Hirzbach, Chriſtoph. de Schœnenberg, Jo. Wernh. de Pforr, & Ulricus Geminger, Rector Enſisheimenſis. (*e*) Hi ex Auſtriacis Senatoribus Burgundici facti ſunt, ab eisque non ad Oenipontanum Archiducis, ſed ad ſupremum, quod Philippus Bonus, Audacis pater, Mechliniæ inſtituit, provocabatur Tribunal. Ita Theodericus de Froberg, in lite ſua ſuper valle Grunenſi, cauſa cum cecidiſſet Enſisheimii, (*f*) Mechliniam provocavit. Sententiam, Germanice pronuntiatam, Johannes de Pino, Prior Monaſterii Frigidi Fontis, (*g*) per Officialem curiæ Baſil. in latinum idioma transferri curavit, ut Judicio Mechlinienſi, quod Germanicum ignorabat, exhiberi potuerit. Frobergenſis & Mechlinia victus diſceſſit.

Regimen Enſisheimenſe.

Burgundis

(*t*) Pecuniam non Baſilea, ſed Veſontione, ſolvendam eſſe, Carolus urgebat. Urstis. loco cit.

(*u*) Extant apud Leibnit. in *Cod. Juris Gent. Diplom.* Part. I. pag. 40.

(*x*) Intelligitur Friburgum Helvet. quod ex Zaringenſium hæreditate ad Kiburgios, ab his ad Habsburgi Comites pervenit.

(*y*) An. MCCCXCIII.

(*z*) An. MCCCLXXVIII. Pacta hæc dotalia in Tabulario Rappoltſteinenſi extant.

(*a*) Lanoii *Chron. Citicenſe* ad An. MCCLXXII. Fabricius Lib. VI. pag. 588. Albinus *Chron. Miſn.* pag. 182.

(*b*) Cuspinianus *in Auſtria* pag. 47.

(*c*) *Coſmograph.* Lib. III. Cap. CXXV.

(*d*) Frater Petri, qui Caroli Burg. Ducis nomine Alſatiæ & Brisgoviæ præfuit.

(*e*) Nomina hæc apud Gollutium quoque, ſed admodum corrupta, legunţur.

(*f*) Die 7. Junii MCCCCLXXII.

(*g*) Vallis Grunenſis (*das Thal an Grün*) inter feuda Froburgenſium Auſtriaca cenſebatur. Prioratus Frigidi-Fontis, qui curiam dominicalem ibidem habebat, eorum jurisdictionem recuſans, liti dedit occaſionem.

Burgundis anno MCCCCLXXIV. ex Alſatia pulſis, Enſisheimenſe Regimen ad Auſtriacos rediit, tractuque temporis octovirale evaſit. Præſidem egit ipſe Alſatiæ ſup. & Briſigaviæ Præfectus, qui una cum Conſiliariis tribus, ex Nobilitate deſumtis, totidemque ex Juris Conſultorum ordine, Doctorali gradu ornatis, & Cancellario, id tribunal compoſuit. Abſente Præfecto ex Nobilibus primus præſedit. Ferdinandus formam hanc dedit Regimini, poſtquam à fratre Carolo V. Germanicas provincias, atque adeo Alſaticas quoque An. MDXXI. regendas obtinuiſſet. (*b*) Biennio poſt novam ordinationem Regimini Enſisheimiano idem Ferdinandus præſcripſit; qui & Aulicum Imperiale Judicium in meliorem ſtatum redegit. (*i*) Tum vero Judices ſequentes illud compoſuerunt; Guillielmus, Rappoltſteinii Dominus, Regimiuis Præſes, Johannes Imer de Gilgenberg, Vicarius Præſidis, Nicolaus Pabſt, Cancellarius, Martinus Stœr, David de Landeck, Rudolphus de Plumeck, Conſiliarii, Jacobus Sturzel, Doctor Conſil. Jo. Jacobus Waldner, Conſil. quibus denique Fiſci Procurator acceſſit. Omnium cauſarum Regimini huic cognitio attributa; reſervata Judicio Oenipontano (*l*) reviſione, ut & collatione beneficiorum eccleſiaſticorum atque feudorum, de quibus Ferdinandus & ſucceſſores ipſi diſpoſuerunt.

## §. XXXV.

Judicia Landgrav. ſublata.

Nova hæc Regiminis Enſisheimiani conſtitutio Landgravialium Mallorum auctoritatem iuſregit; qui tamen aliquod temporis ſpatium adhuc durarunt. Apud idem enim Enſisheimii oppidum Landgravialis mallus, qui ambulatorius eſſe ſolebat, An. MCCCCLXXVIII. publice habitus eſt, cujus notitiam nobis reliquit JOHANNES KNEBELIUS. (*m*) Poſtremum id Judicii Landgravialis, quantum novimus, exemplum. Regimen non Cæſareus, ſed Auſtriacus, dirigebat Præfectus, quem in Advocati Imperialis, ſuper univerſam Alſatiam, poſt Duces extinctos, conſtituti, locum ſurrogarunt Auſtriaci, ut ſuperiori Alſatico & duobus Brisgoicis Landgraviatibus, Regiminique Enſisheimiano præſideret. Cum autem rerum militarium quoque curam habuiſſet Præfectus, *ſummi Capitanei & Advocati ſuperioris Alſatiæ* ei datum eſt nomen. (*n*) Suprematus Germaniæ Statuum in illis ipſis terris, ubi Magiſtratum olim egerant, invaleſcens paulatim, Landgravialia judicia quoque ſenſim extinxit; quum Status ſuo ipſi denique jure jus diceront; ipſeque Landgravius ſubditos ſibi cives ad novi ſui Regiminis tribunal potius, quam ad Landgravialem mallum, vocaret. Tribunal non ſub dio, ſed in Camera, toto fere anni tempore omnibus patens, cujus Aſſeſſores doctrinæ juris periti, in litibus tractandis exercitati, laborique huic unice intenti ſunt, prudentibus & doctis cauſarum patronis ſtipatum, Landgraviali mallo quantum debuit præferri! Et tamen reperiuntur homines, non ex plebecula nati, qui vetus illud rude informeque tribunal cultis noſtris, omni judiciorum apparatu inſtructis, tribunalibus hodieque præferrent. Quidquid fit, Landgravialia judicia pleraque lento morbo perierunt. In Suevia tamen vicina & alibi nonnulla eorum priſca fere forma adhuc dum ſubſiſtunt; de quibus abrogandis quoque in Pacificatione Weſtphalica & in Capitulationibus Imperatorum non ſemel eſt actum. (*o*)

## §. XXXVI.

(*b*) COLLUT loco cit. Lib. XI. Cap. XXXVI. annotat, pertinuiſſe Carolum V. quod fratri terras Alſaticas conceſſiſſet. Nuntius nitrebatur, donationem revocaturus; ſed cum adveniſſet, homagium jam præſtitum fuerat Ferdinando. Politicæ rationes, tardius intellectæ, monuerant Carolum, Alſatiam à Burgundiæ Comitatu ſeparandam non fuiſſe, ut ex hac quoque parte Rhenum attingeret. Ceſſio facta eſt occaſione nuptiarum, quas Ferdinandus cum Anna, Hungariæ & Bohemiæ Regis ſorore, celebraverat Lintzii. HEUTERUS *Rer. Austr.* Lib. VIII. Cap. XI.

(*i*) Ferdinandus III. in præf. Ordinationis Judicii aulici. Conf. UFFENBACH *de Conſil. Aulico* Cap. III. & MAURITIUS *de Judicio Aul.* num. 5.

(*l*) Oenipontum urbs, caput Comitatus Tirolis, paragiatorum Auſtriæ Principum ſedes, quibus anteriores provinciæ Auſtriacæ ſubebant concedi. Ad Oenipontanum itaque tribunal factæ provocationes, non ultra, quod data Auſtriacis privilegia obſtarent. Idem in Suevico provinciali obſervatur judicio. Vid. *Kayſerliche Land-Gerichts-Ordnung* Part. III. tit. 12. & Jo. FRANC. BALTHASAR *de Judiciis S. Rom. Imp.* VII. XI. 7.

(*m*) Knebelii verba ſunt: " Feria quinta craſtino Epiphaniæ Dn. An. MCCCCLXXVIII. fuit tentum in Enſisheim Judicium Lantgravicum &c. " Knebelius Catharinianæ Capellæ, quæ Cathedrali Ilabitentium Choro annexa fuit, Capellanus, poſt fec. XV. medium vixit. Chronici ejus autographum in Gazophylacio Farfhiano ſervatur Baſileæ.

(*n*) *Obriſter Hauptmann und Landvogt im Obern Elſaß.* Conſuetus hic Præfectorum Auſtriacorum in Alſatia titulus fuit.

(*o*) Gravamina adverſus ea in Osnabrugenſi Conventu d. 10. Nov. MDCXL V. exhibita proſtant: *Von Aufhebung der Kayſerl. Land-Gerichten in Francken, Schwaben und dem Rheinſtrohm.* Rationes allegantur, I. quod Sueviæ & Franconiæ Ordinum auctoritati noceant; II. Inſtantiarum numerum augeant; III. plerisque Germaniæ provinciis ignoretur; IV. quod via ad Cameram & Judicium Imperii aulicum pateat. Ferdinandi IV. Art. XV. & Leopoldi Art. XVIII. Capitulationes de eorundem abolitione loquuntur. Rationes pro non abolendis iſtis Judiciis vide apud BUCKISCH *Observat. ad Inſtrum. pacis Osnabrug.* pag. 425. SPIDEL in *Speculo observat.* pag. 760. JOH. PHANNER in *Hiſt. Comitiorum* An. MDCLII. Lib. VII. Cap. VIII.

## §. XXXVI.

Landgraviorum jurisdictio, per Provinciam diffusa, eos induxit, ut certos Diœceseos suæ districtus aliis administrandos concederent. Tale judicium provinciale fuit in valle Leimensi; cujus An. MCCCXCIII. prope vicum *Blom* ab Austriacis habiti, in Lucellensis Abbatiæ charta prostat exemplum, quæ præcipuos ordinis Equestris ex Alsatia super. Nobiles, huic mallo qui interfuerunt, exponit. Horburgenses autem Dynastas illud olim possedisse judicium, charta An. MCCCXXIV. docet, qua Waltherus atque Burcardus fratres Dynastiam suam & Comitatum Witkisouue, una cum judicio provinciali vallis Leimensis ad Blavium montem, (*p*) Ulrico, Wirtenbergiæ Comiti, vendiderunt. Inferimus inde, transactione quadam cum Wirtenbergensibus facta, ad Austriös rediisse judicium, quod Horburgenses procul dubio in subfeudum ab illis acceperant; uti Advocatiam S. Amarini vallis, quæ à Murbacensi Abbatia pendebat, iidem Horburgenses ab Habspurgicis in subfeudum tenuerunt. Id certum est, Leimense provinciale judicium, septuaginta post Horburgensium venditionem annis, in Landgraviorum manibus fuisse. Verum & hoc judicium provinciale minus cum altero majore seculi XV. fine extinctum est. Ensisheimense Regimen denique absorpsit utrumque. Jurisdictio. nis divisio.

Præter Regimen institutum quoque fuit Ensishemii Camera computorum, non nostri modo Landgraviatus, sed & Brisigaviensium duorum, œconomiæ intenta, de qua paulo post nonnulla subjungimus.

## §. XXXVII.

Germanicum tricennale bellum Germanicæ Landgraviatuum nostrorum epochæ imposuit finem. Cum enim Alsatia quoque belli illius evasisset theatrum, in quo Sueci primum, inde Galli comparuerunt, his denique in solatium conflictus, per tredecim annos sustentati, relicta Alsatia est. " Imperator, inquit *Formula pacis*, (*q*) " pro se, totaque serenissima Domo Austriaca, itemque Imperium, cedunt omnibus " juribus, proprietatibus, dominiis, possessionibus ac jurisdictionibus, quæ hactenus sibi, " Imperio & Familiæ Austriacæ, competebant in oppidum Brisacum, Landgraviatum " Superioris & Inferioris Alsatiæ, Suntgoviam, Præfecturamque provincialem decem " Civitatum imperialium, in Alsatia sitarum . . . Itemque dictus Landgraviatus utrius- " que Alsatiæ & Suntgoviæ, tum etiam Præfectura provincialis in dictas decem " Civitates & loca dependentia, itemque omnes Vasalli, Landsassii, subditi, homines, " oppida, castra, villæ, arces, silvæ, foreste, auri, argenti, aliorumque mineralium " fodinæ, flumina, rivi, pascua, omniaque jura, Regalia & appertinentiæ, absque " ulla reservatione, cum omnimoda jurisdictione & superioritate, supremoque dominio à " modo in perpetuum ad Regem Christianissimum Coronamque Galliæ pertineant, & dictæ " Coronæ incorporata intelligantur absque Cæsaris, Imperii, Domusque Austriacæ vel cujus- " cunque alterius contradictione. Adeo ut nullus omnino Imperator, aut Familiæ Austriacæ " Princeps, quicquam juris aut potestatis in eis præmemoratis partibus, cis & ultra Rhenum " sitis, ullo unquam tempore prætendere vel usurpare possit aut debeat. Landgraviatus ad Gallos transeunt.

## §. XXXVIII.

Quis verba hæc intuens, non facile intelligit, Landgraviatum omnem Austriaco-Alsaticum, cum regalibus juribus omnique majestate, ab Imperatore, Imperio & ab Austriaca Domo, in Galliæ Regem transferri? Sunt tamen illustres Jure Consulti Germani, Henricus Coccejus, (*r*) atque Fridericus Schragius, (*s*) qui nudos nobis illos Landgraviatus administratorio-fiscales, quales prima sua institutione fuerunt, offerre non dubitant. Num pro assertæ libertatis Germanicæ præmio, post Contraria opinio.



(*p*) *Das Lantgericht, so wir haben in dem Leimenthal an dem Blauen.* De monte hoc, qui inter ramos extremos Juralis est, vid. Tom. I. pag. 3.

(*q*) Num. 73. & 74.

(*r*) *Prudentia Juris publ.* Cap. V. Sect. III. N. XLI. his verbis: " Landgraviatus Alsatiæ cessus nudum nomen judicii est, *Landgericht*, uti reliqua in terris " immediatis &c. Etsi enim Landgraviatus in terris " mediatis in veros Principatus jam olim erecti sint, " in immediatis tamen mansere judicii & jurisdictionis nomina &c. Cum itaque (Alsatiæ) Landgraviatus sit jus ac nomen, à summo imperio distinctum, " illo solo cesso, hoc cessum intelligi nequit. Et quæ in " §. LXX. recensentur, illius, non hujus sunt regalia " & accessiones. Merito tamen Imperii consensu opus " fuit, sine quo nec judicium Imperii alienari potuit, nec transire jus, quod Imperio ex judicio competit, ut constituere Judicem & Præfectos, quibus tamen non absolvitur summum Imperium.

(*s*) In Tractatu: *Nullitas iniquitasque Reunionis Alsatiæ* §. XI. pag. 52. sqq.

violenta tredecim annorum bella, ubi de Galliæ Suecizque remuneratione agebatur, magiſtratus provincialis Alſatiæ munus acceperit Monarcha Gallіarum? Num Gallia nudum judicium, qualia Suevica illa ſunt, trigeſies centies mille libris redemptura fuiſſet? Contrarium docent ipſi Auſtriaci, qui quidquid terrarum in Alſatia tenuerant, ſub Landgraviatus titulo bona fide Gallis tradiderunt. Teſtis hujus rei eſſe potuerat Schragius, apud Alſatas natus. (*t*) Et tamen Pacis Monaſt. locum qui de Alſatia loquitur, ita exponit: (*u*) " Landgraviatus utriusque „ Alſatiæ non ſignificat territorium phyſicum, vel diſtrictum certum naturalem „ terrarum rerumque corporalium, in ſenſus incurrentem, ſed poteſtatem judiciariam „ certi diſtrictus moralis civilisque, intellectu comprehendendi: jus, inquam, judi- „ candi de factis & actionibus hominum rebusque certi diſtrictus &c. Alio in loco decernit: " Corona Gallica nonniſi ſimplicem jurisdictionem Landgravialem cum „ ſupremo dominio Landgraviali ſibi adſcribere poteſt, virtute cujus ſcilicet Rex „ intra diſtrictum Landgravialem Alſatiæ conſtituere poteſt Judices Landgraviales infe- „ riores, & per eos incolis Landgravialibus jus reddere. „ Schragii ſynchronus & concivis Obrechtus, qui poſt Pacem Neomagenſem, adeoque diu ante Schragium, calamum adverſus Galliam in Prodromo ſuo ſtrinxerat, maluit Landgraviatuum, in Galliam translatorum, indolem ficco pede transire, quam veterem ejus ſub Carolingis ſtatum ex orco reducere, Gallizque offerre.

## §. XXXIX.

Refutatur. Verum enimvero quo attentius ego Monaſterienſis pacis tabulas lego & relego, eo magis perſpicio, nec de adminiſtratorio illo primi ævi Landgraviatu, quem Coccejus Schragiusque huc trahunt, nec de territorialibus Auſtriacorum atque Werdenſium, Oetingenſiumque deinceps, Alſatiæ utriusque Landgraviatibus, Cæſarem inter Gallosque tractatum. De ipſa Alſatia, non de Landgraviatibus, agebatur. Nec equidem intelligo, qua ratione de his transferendis tum quæri potuerit, quorum alter decimo quarto, alter decimo quinto ſeculis, adeoque diu ante perierant. Priſtinum ergo muneris & dignitatis ſignificatum Landgraviatus vox pridem amiſerat, cum pax Monaſterienſis conderetur, ſolusque Geographicus manſit ſuperſtes; ita ut Landgraviatus Alſatiæ Alſatiam ipſam deſignarit, uti Thuringiæ Haſſiæque Landgraviatus Thuringiam ipſam Haſſiamque deſignant. Illi, qui pacis Weſtphalicæ acta evolvunt, manifeſta ubique indicia reperiunt, Gallos de utraque Alſatia, non de Landgraviatibus, qui nulli tum erant, comparandis cogitaſſe. Id ſane Cæſareis Legatis & mediatoribus Pacis Galliæ Legati diſerte declararunt; (*x*) id etiam Literæ Regis ad plenipotentiarios ſuos, (*y*) & Briennii Comitis pari tempore ad eosdem ſcriptæ, (*z*) teſtantur. Quam graviter Bavariæ Dux Cæſari ſuaſerit, ut Alſatiam Gallis relinqueret, ipſe Mazarinius Cardinalis ad Legatos Regis Monaſterium perſcripſit. (*a*)

Poſt varias difficultates, ab utraque parte ſuperatas, Servientes denique ſeptimo die Sept. An. MDCXLVI. cum Legatis Cæſareis convenit, ut duo Landgraviatus Alſatiæ transferrentur ad Galliam. Conventio ab utraque parte ſcripto firmata & apud mediatores pacis depoſita eſt. (*b*) ADAMUS ADAMI (*c*) inquit: " An. „ MDCXLVI. in vota Gallorum Cæſariani conveniunt, Regique Chriſtianiſſimo, „ præter Briſacum, Sundgoviam, utramque Alſatiam . . cedendam eſſe ſpondent. „ Res in hoc ſtatu ad diem XXII. Aug. MDCXLVIII. permanſit. Quum enim de pace generali tum concludenda ageretur, Ordinum Germanicorum Legati *Declarationem* obtulerunt Oſnabrugæ, (*d*) qua Alſatiæ translationem in Gallos, ante biennium factam, circumſcribere voluerunt. At reſtitit Servientus fortiter atque reſpondit: " Jam de ſatisfactione Gallica inter Cæſarem & Gallos ante biennium trans-

(*t*) Adami Schragii, Reip. Argentin. Conſiliarii, filius & Profeſſor Juris Argent. antequam Cameræ Imperialis iteret Aſſeſſor.

(*u*) pagg. 58. & 69.

(*x*) Literæ d. 6. Jan. MDCXLVI. ad Regem datæ: *Nous avons declaré nettement aux Bavarois . . . qu'il n'y a autre moyen de nous tirer de l'Alſace, que par la force, ſi on ne nous l'accorde par un Traité.* Conf. *Negociations ſecrettes de Munſter* Tom III. pag. 10.

(*y*) D. 26. April. MDCXLVI. Luetiis datæ: *Sa Majeſté ſe contentera des deux Alſaces, du Sundgan, de Neubourg & de Briſach, ſans que les Imperiaux puiſſent rien exiger de nous à preſent, ni à l'avenir, touchant les fortifications de cette place, pourvû que la France par ce moyen ait droit de ſeance & de ſuffrage dans les Dietes de l'Empire.* Ibidem pag. 162.

(*z*) Ibid. pag. 167. ubi: *Ceqtiel'on offrira, ſçavoir la Haute & Baſſe Alſace & le Sundgau, ſatisfait Sa Majeſté.* Adde CAR. WILH. GARTNERI *Weſtphaliſche Friedens-Canzley* Tom. IX. pag. 382.

(*a*) D. 12. Jan. MDCXLVI. his verbis: *Le Duc de Baviere conſtiuoit (à l'Empereur) de donner en toutes façons à la France la ſatisfaction, qu'elle prétend, quand meme il faudroit lui laiſſer deux fois l'Alſace.* Vid. *Negociationi ſecretes de Munſter* Tom. III. pag. 11.

(*b*) GODOFREDI A MEYERN *Acta Pacis Weſtphal.* Tom. III. pag. 723. PUFENDORF. *Rer. Suecicar.* Lib. XX. §. 175.

(*c*) *Relatio hiſtorica de Pacificat. Weſtphal.* Cap. IX. §. III. pag. 174.

(*d*) LUNDORP. *Actor. publicor.* Tom. VI. Cap. CCLV. pag. 375.

„ transactum; à Secretariis utrimque eam formulam ſubſcriptam, apud Mediatores „ depoſitam, Regi transmiſſam & ab eo probatam, nec ex eo tempore à quo„ piam in dubium tractam. Unde penes ſe non eſſe aliquam heic mutationem „ admittere, quod utraque pars contrahentium clauſulæ, ſalvo jure addendi, minuendi, „ mutandi, renuntiaverit. „ Imo & hoc addidit Servientus: " Si Cæſar, ut hoſtis, „ ejusmodi ſatisfactionem Gallis dederit, Ordines, velut amicos, eo nomine nihil „ invidiæ concepturos. „ (*e*) Legati Suecici denique, Salvius & Bicernclovius, opera ſua rem ita compoſuerunt, (verbis Puſendorfii iterum utor) " ut articulus ſatis„ factionis Gallicæ, prout ante biennium conceptus fuerat, inſtrumento pacis citra „ mutationem infereretur, & Servientus ab Ordinibus factam Declarationem neque „ admitteret, nec ipſe aliquam exhiberet.

Agitatio hæc Statuum, ut opinor, oſtendit, conceptam Pacis formulam ita intelectam ab illis, ut Alſatiam omnem virtute ejus in Galliæ Regem translatam fuiſſe, nulli dubitarent. Imperator ambiguus, reique geſtæ conſcius, nec Ordinibus dare repulſam, nec ea auſus eſt revocare, quæ ante biennium meditato conſilio cum Galliæ Rege concluſerat. Ad hunc ergo Ordines, rem à ſe ut removeret, remiſit. At Literæ hac ſuper re ad Ludovicum XIV. d. XXIX. Septembr. MDCXLVIII. Monaſterio ab Ordinibus ſcriptæ, (*f*) caruerunt effectu. In his probare ſtuduerunt, Alſatiæ ceſſionem nonniſi ad Auſtriacam Alſatiam (*g*) reſtringi debere, quam Cæſar, jam ante biennium, belli neceſſitate compulſus, toti ut Germaniæ conſuleret, conceſſerat omnem; acceptaverat Gallus & ſolennis denique formula Pacis, ſine ulla mutatione, in perpetuum firmavit.

## §. XL.

Quodſi quis, adverſæ cauſæ patronus, Alſatiam quidem omnem Articulo LXXIII. tabulæ pacis in Gallos translatam fuiſſe, ingenue fateatur, regeret tamen haud dubie articulum LXXXVII. laterculum continere eorum, quæ à ceſſione excipiuntur. Verba ipſa transſcribo: " Teneatur Rex Chriſtianiſſimus non ſolum Epiſcopos Argenti„ nenſem & Baſilienſem, cum Civitate Argentinenſi, ſed etiam reliquos per utramque „ Alſatiam Romano Imperio immediate ſubjectos Ordines, Abbates Murbacenſem „ & Luderenſem, Abbatiſſam Andlavienſem, Monaſterium in valle S. Gregorii Benedictini „ ordinis, Palatinos de Lutzelſtein, Comites & Barones de Hanaw, Fleckenſtain, „ Oberſtain, totiusque inferioris Alſatiæ Nobilitatem; item prædictas decem Civitates „ Imperiales, quæ præfecturam Haganoenſem agnoſcunt, in ea libertate & poſſeſſione „ immedietatis erga Imperium Romanum, qua hactenus gaviſæ ſunt, relinquere; ita „ ut nullam ulterius in eos Regiam ſuperioritatem prætendere poſſit, ſed iis juri„ bus contentus maneat, quæcunque ad Domum Auſtriacam ſpectabant, & per „ pacificationis tractatum Coronæ Galliæ ceduntur. Ita tamen, ut præſenti hac „ declaratione nihil detractum intelligatur de eo omni ſuprenii dominii jure, quod „ ſupra conceſſum eſt. „ Validum hoc contra omniniodam Alſatiæ ceſſionem propugnaculum videretur, niſi clauſula, in fine addita, ipſam exceptionem ita reſtringeret, ut ſupremo in Alſatiam omnem dominio Galliæ, ſupra conceſſo, nihil detraheretur. Statuum ergo Alſaticorum, qui excipiuntur, libertas, cum ſupremo Galliæ concilianda dominio fuit. (*b*) Succi in ea, quæ apud Germanos pace Oſnabrugenſi (*i*) illis tradita ſunt, ſuperioritatem territorialem tantum obtinuerunt; ſupremum dominium apud Imperatorem Imperiumque permanſit. Objectio.

Neque profecto Hiſpano-Auſtriaci Reges, alienationi Alſatiæ tam diu adverſati, duas Alſatias pace Monaſterienſi in Galliam translatas fuiſſe, unquam dubitarunt; id quod non tantum Chifletii *Alſatia*, (*l*) ſed & Inſtrumentum pacis Pyrenææ, An. MDCLIX. initæ, demonſtrat, quo Philippus IV. ſuis quoque juribus in *ſuperiorem & inferiorem Alſatiam* renuntiat, nulla Langraviatuum facta mentione. (*m*)



(*e*) Verba ſunt Pufendorfii Lib. XX. §. CLXXVI.

(*f*) Extant ap. Lundorp. *Acior. publ.* Tom. VI. Lib. III. Cap. CCLXI. pag. 379. Bougeant *Hiſtoire du Traité de Weſtphalie* Tom. VI. Lib. XI. pag. 150.

(*g*) Kulpis *ad Monzambon.* Cap. II. §. I. Cæſarei ab initio inferiorem duntaxat obtulerunt Alſatiam, cujus Landgraviatus ad Auſtrius pertinuerat nunquam. Meyern *Acta Weſtphal.* Tom. III. pag. 19.

(*h*) Conciliationem illam difficilem eſſe, ipſi Legati, negotio pacis intenti, ſenſerunt, eosque inter Isaacus Volmarus præſertim, Legatus Archiducum, Vir prudens conſilii, qui tempori & ſatis hæc relinquenda profeſſus eſt.

(*i*) Art. X.

(*l*) *Alſatia Philippo IV. vindicata*; edita Antverpiæ fol. 1654. Ex plurimis locis hunc annoto: " Franci Cæ„ ſarianes in Oſnabrug. conventu enixe folliciterunt, „ ut ſe obſtringerent ad obtinendum pro alienatione „ Alſatiæ Regis Catholici conſenſum.

(*m*) Art. LXI. " Sua Majeſtas Catholica renunciat „ tam ſuo quam hæredum . . . nomine omnibus juribus, „ quæ illi competunt in ſuperiorem & inferiorem Alſa„ tiam, Suntgoviam, Comitatum Ferretenſem, Briſa„ cum &c.

Ceteroquin monendus eſt Lector, quod in hoc Alſatiæ translatæ argumento Landgraviatuum & Præfecturæ Alſatiæ indolem nemo minus cognoverit, quam duo illi ipſi athletæ, qui pro ſuo quisque Rege hac ſuper re acerrime digladiati ſunt. JACOBUM CHIFLETIUM (*n*) atque DAVIDEM BLONDELLUM, (*o*) doctiſſimos Viros, intelligo. Ille Hiſpaniæ Regis in Alſatiam jura ab Alſatica Præfectura male derivans, Præfectorum poteſtatem plus juſto extendit: hic Landgraviatui noſtro nihil patrimoniale, nihil hæreditarium adſcribens, jura Landgraviorum plus juſto depreſſit; adeoque bonam, quam defendendam ſusceperat, cauſam hac in re male defendit. Blondellum contra Gallos, Chifletium pro Gallis ſcripſiſſe putares. Nec tamen Germanos inter Scriptores defuerunt, qui Alſatiam Pace Weſtphalica ad Galliam pervenisſe perſcriberent; quos inter TOBIAM PFANNERUM, (*p*) GOTTHELFUM STRUVIUM (*q*) atque CAROLUM SPENERUM (*r*) nominatim compello. Quodſi autem in Weſtphalica pace dubii quid ratione totius Alſatiæ ſupereſſe potuerat, id ſpontanea denique ſubmiſſio Statuum & pax Riſvicenſis An. MDCXCVII. delevit; quæ notas illas Cameræ Britacenſis *Reuniones*, (*s*) quas vocant, An. MDCLXXX. in Alſatia factas, Articulo VI. confirmat. " Per pacem „ hanc Riſvicenſem, inquit KEMMERICHIUS, (*t*) omnis Alſatia & cum hac Argen„ tina quoque, reſtitutis tantum Briſaco & Friburgo Auſtriacis, Gallo relicta eſt. „

## §. XLI.

Conſilium Regium.

Poſteaquam Alſatia tranſivit ad Gallos, Archiducum Regimen, quod Enſishemii federat, Friburgum conceſſit, atque in Brisgoviæ Landgraviatum & Civitates ſilveſtres jurisdictionem continuavit. Gallicum vero novum Alſatiæ Regimen Enſishemio tranſiit Briſacum, ubi ut *Camera Regia* (*u*) jus dixit, à qua provocare non licuit. Hæc An. MDCLVII. Enſishemium reducta, (*x*) *Conſilii ſupremi Regii* nomen accepit, cujus prima ſeſſio d. XIV. Novembris anni ſequentis habita. (*y*) Sed An. MDCLXI. à Conſilio hoc ad Parlamentum Metenſe provocare licebat. (*z*) Idem Conſilium An. MDCLXXIV. ob bellicas turbas Briſacum rediit, (*a*) atque poſt pacem Neomagenſem An. MDCLXXIX. ſuprematum ſuum de novo accepit. (*b*) Addita anno ſequenti togæ rubræ inſignia. (*c*) An. MDCLXXXI. Senatus hic provincialis ſupremus Briſaco in novum inſulare oppidum, Briſacenſi ſubjectum, cui à *S. Ludovico* nomen, deſcendit, ut civitatis, nuper conſtitutæ, incrementa promoverentur. (*d*) An. MDCXCIV. altera ei Camera acceſſit. (*e*) An. MDCXCVIII. denique, Briſaco pace Riſvicenſi Auſtriacis reddito, Colmariam tranſlatum eſt, (*f*) ubi etiamnum jus dicit Alſatiæ; oppidum autem S. Ludovici deſtructum.

Camera Computorum.

Præter Regimen Auſtriacum CAMERA quoque COMPUTORUM olim apud Enſisheimenſes periſtabat. Monaſterienſis pax (*g*) de debitis, quæ Archiducum nomine illa contraxerat, decrevit, ut tertia pars debitorum, quæ An. MDCXXXII. agnita fuerunt, ab Archiduce Ferdinando Carolo, reliquæ duæ partes à Gallis exſolverentur. Summa eorum ad tres librarum Francicarum milliones (*h*) aſcendit. Colmaria, Monaſterium, Keyſers-

(*u*) *Alſatia Vindicata.*
(*o*) Præfat. Apolog. ad *Geneal. Franc.* XXIII. 2.
(*p*) *Hiſtoria Foeti Weſtphal.* Lib. II. n. LXIII. Lib. III. n. LIV. LXXII. LXXV. Lib. V. n. CVIII.
(*q*) *Corp. Jur. Publ.* Cap. XIII. §. XLV. At Cap. VI. ſolas Civitates Imperiales excipit.
(*r*) *Hiſt. Germ.* Lib. V. Cap. V. n. XVII. ubi: " Sanctiſſimis loco Galliæ Rex accepit Alſatiam, „ Sundgoviam.
(*s*) Contra quas prodierat in Germania Libellus: *Nullitas Iniquitatuque Reuniones Alſaticæ*, cujus auctor FRID. SCHRAGIUS, Cameræ Imp. Aſſeſſor, qui & *Argentoratum ſtylo Riſvicenſi non expoſtulam* edidit.
(*t*) *Introductio ad Jus publ. Imperii* Lib. I. Cap. XVI. n. XXXIV.
(*u*) Titulus erat: *Nous les Gouverneur & Conſeillers du Conſeil d'Alſace & pays en dependans, etablis par Sa Majeſté Très Chretienne.*
(*x*) Vid. *Recueil d'Ordonnances du Roi & Reglemens du Conſeil Souverain d'Alſace* pag. 1. ſqq.
(*y*) Ibidem pag. 8.
(*z*) Ibidem pag. 21.
(*a*) Ibidem pag. 61.
(*b*) Ibidem pag. 97.
(*c*) Ibidem pag. 123.
(*d*) Ibidem pag. 139.
(*e*) Ibidem pag. 270.
(*f*) Ibidem pag. 326.
(*g*) Cap. XI. Art. LXXXIII. ubi: " Quod ad res „ alienum attinet, quo Camera Enſisheimiana gravata „ eſt, D. Archidux Ferdinandus Carolus recipiet in ſe „ cum ea parte provinciæ, quam Rex Chriſtianiſſ. ipſi „ reſtituere debet, tertiam omnium debitorum partem, „ ſine diſtinctione, ſive chirographaria, ſive hypothecaria „ ſint, dummodo utraque ſint in forma authentica, & „ vel ſpecialem hypothecam habeant, ſive in Provinciis „ cedendas, ſive in reſtituendas, vel ſi nullam habeant, „ in libellis rationariis receptorum ad Cameram Enſis. „ heim. reſpondentium uſque ad finem An. MDCXXXII. „ agnita, atque inter debita & credita illius receníita „ fuerint, & penſitationum annuarum ſolutio dictæ „ Cameræ incubuerit, eamque diſſolvet, Regem pro tali „ quota indemnem penitus præſtando. „ Conf. etiam Cap. XII. art. LXXXIX.
(*h*) Germani ea ad 1184133. florenos monetæ ſuæ adſcendere tradunt. *Manuſcr. Auſtr.* Ab his debitis Cameræ diſtinguenda ſunt Statuum provincialium, qui & ſuam quæſturam Enſisheimii habuerunt, debita, quorum ſumma An. MDCXVI. 2157000. florenos Germ. conficit.

Keyſersberga, Turckhemium, Thannæ, Friburgum, Briſacum, aliaque Alſatiæ & Briſgoviæ oppida, ut & Capitula, Monaſteria, Nobiles, plurimique privati, pecunias has temporum tractu Archiducibus dederunt in mutuum; qui ſingulas Comitatus Phirretenſis Dynaſtias atque Dominia reliqua creditoribus ſuis dederunt in pignus. Ferdinandus I. Imp. multa redemit, ſed inſequentes Archiduces debitis novis obruerunt Alſatiam; de quibus ſolvendis poſt pacem Weſtphalicam non ſemel eſt actum. Gallicum Regimen, quod Auſtriaco Enſishemii ſucceſſit, Nobiles quosdam ex ſuperiore Alſatia ſelegit, qui proficiſcerentur Briſacum, de cauſa communi cum Auſtriis acturi. (*i*) Caruit tamen res hucusque ſucceſſu; inſequentibus bellis ſemper interrupta, donec Vindobonenſis pax An. MDCCXXXVIII. eorundem debitorum ordinavit examen. (*l*)

## §. XLII.

Insignia Landgraviatus ſuper.

Supereſt, ut de Landgraviatus quoque ſuperioris Inſignibus pauca ediſſeram. Suum enim laterculum ſuperior, ſuum inferior habuerunt. Habsburgici Landgravialium inſignium prorſus incurioſi fuerunt, gentilitiis ſuis ſolis, (*m*) temporum illorum more, contenti, quo inſignia ſimpliciſſima erant & duplicata ignorabantur. Lapidea ſane & cerea eorum monumenta ſolum Habsburgicum ſiſtunt leonem. At Habsburgo-Auſtriaci Landgravialia inſignia ſeculo XV. exprimere cœperunt; in repræſentandis illis parum conſtantes; uti ſubjecta tabula oſtendit.

## LANDGRAVIATUS ALSATIÆ SUPER. INSIGNIA.






(*i*) Literæ d. 9. Febr. MDCLVIII. ad Joh. Jacobum Dominum in Rappoltſtein, Equeſtris Ordinis Alſatiæ ſuperioris in Curia Enſishem. tum præſidem, ſcriptæ in Tabulario Rappoltſt. ſuperſunt.

(*l*) Art. XV. his verbis: " Cum variis caſibus diſtri„ butio æris alieni, quo Camera Enſisheimiana olim „ fuerat gravata, & cujus articulo LXXXIII. pacis „ Weſtphalicæ lit mentio, dilata hucusque fuerit, „ hinc conventum inter partes contrahentes eſt, quod „ neutri liceat, necdum facta, ad normam præfati articuli, „ mutuo conſenſu diſtributione, alterius vaſallos ac „ ſubditos arreſtis aut quocumque demum modo mo„ leſtare, aut, ut à ſuis moleſtentur, permittere.

(*m*) Clypeo ſimplici in equeſtribus quoque Sigillis, Habsburgicum propter Comitatum adhibitis, uſi ſunt. Equeſtria Sigilla Landgravii inferiores nunquam adhibuerunt.

## §. XLIII.

Forma denique illis hæc conſtans perſtitit : Laterculus rubeus (*n*) cum baltheo aureo (*o*) ſiniſtro & tribus coronis ejusdem metalli, ad utrumque balthei latus poſitis. In balthei & in coronarum ſitu maxime olim variatum.

*Num. VI. V. VII.* Baltheum dextrum figilla Ernesti An. MCCCCXVIII. (*p*) & Alberti An. MCCCCXXIX. (*q*) quin & Friderici IV. Imp. An. MCCCCLXXIX. (*r*) exhibent. Idem tamen Fridericus in alio antiquiore ſigillo (*s*) baltheum ſiniſtrum jam adhibuerat, hujusque ut & Alberti Prodigi An. MCCCCLX. (*t*) exemplum Sigismundus Archidux, qui Alſatiæ Landgraviatum tam diu geſſit, in nummis An. MCCCCLXXXIV. & MCCCCLXXXVI. ſecutus eſt. (*u*) Siniſter itaque tandem prævaluit, uſumque hunc juniores Heraldicæ artis Scriptores (*x*) obſervant, niſi quod Jac. Spenerus (*y*) dextrum tamen propugnet.

*Num. II. Num. IV.*

*Num. III. III. IV. V. VII. Num. I. VI.* A clypeo baltheoque ad Coronas devenimus; quarum numerus ſenarius bipartitus eſt conſtans, at ſitus inconſtans. Coronæ enim triangulari quidem forma plerumque ſunt poſitæ, at apices earum nunc eandem diriguntur ad plagam, (*z*) nunc tres unam, tres oppoſitam reſpiciunt, adeoque ternæ ternis adverſæ. (*a*) Poſtrema hæc forma præ cæteris arriſit, eaque Erneſtus Dux uſus eſt An. MCCCCXVIII. quo antiquius Landgraviale non vidi. Eandem Carolus V. Imp. Ferdinandus III. (*b*) Leopoldus & Carolus, Archiduces, adhibuerunt. Sed nec idoneis caret exemplis alius coronarum ordo, quo tres ab utraque parte ſibi invicem parallelæ duabus lineis veluti baltheo inſident. Bilinearem hunc ordinem cum altero triangulari, quem modo expoſuimus, in eodem ſigillo majeſtatico, *Num. II.* neſcio quam ob cauſam, Fridericus IV. Imp. expreſſit.

## §. XLIV.

Origo. Ceterum ſex noſtras Landgraviales coronas Wolf. Lazius (*c*) à totidem Majoribus Domus, qui ſub Merovingis floruerint, inepte derivat, eique conſentit Theodorus Hoepingus. (*d*) Sed quid Majoribus Domus cum Comitatu provinciali Alſatiæ commune? Ethico, qui in eorum numero male collocatur, Dux Alſatiæ, non Comes provinciæ fuit; quamvis ab eo Landgravii ſuum ducere genus videantur. Inter tempora præfectorum Palatii atque inſignium originem minimum anni trecenti ſunt.

Landgraviali laterculo galea aperta cum lacinia, galeæ corona Ducalis impoſita, conſpicitur. Interdum galea deeſt & corona laterculo incubat. Forma prior in Friderici IV. Imp. ſigillo, poſterior in Caroli V. monetæ comparet. Cur Bernh. *Num. I.* Hertzogius (*e*) galeæ figuram, literæ T ſimilem, ſuperimpoſuerit, nec ipſe revelat, nec ego divino. Jac. Spenerus (*f*) autem galeæ noſtræ coronatæ plumatilem criſtam, (*g*) ventilabrum nempe octangulum, cujus anguli globulis & pennis pavoninis exornantur, imponit. Aſſerti ſui probationem ille quidem non affert; at formam hanc in judicii Landgravialis ſigillo An. MDXXII. quod ex Murbacenſi tabulario expreſſi, (*h*) procul dubio invenit. Tegumentum, (*i*) quod ſuper galeam clypeumque expanditur, duobus in ſummitate collectum eſt nodis. Rubeus ejus ex regulis heraldicis color, quæ eandem exigunt tegumenti tincturam & ſcuti. (*k*) Sigil-

(*n*) In nummo Caroli V. area tamen aurea eſt, baltheusque omiſſus. Vid. Herrgottt *Monum. Auſtr.* Tom. II. Tab. XIX. n. VII. & Tabulæ noſtræ n. III.

(*o*) Vid. Tab. n. IV. V. VII. In reliquis tamen Tabulæ noſtræ formis baltheus argenteus eſt. Neſcio cur Nic. Vignerius cæruleum ei colorem (*bande d'azur*) affingit in *Hiſt. des Comtes & Ducs de Luxembourg* pag. 951. Rectius alii apud eundem Vignerium ſcribunt *à la bande engralée d'or.* Colombiere *Science Heroique* Cap. XXIII. pag. 201. ait: *De gueules à une bande d'or.*

(*p*) Herrgottt *Monum. Auſtr.* Tom. I. Tab. VIII. n. VI.

(*q*) Ibidem Tab. IX. n. I.

(*r*) Ibid. Tab. X. ad n. II.

(*s*) Ibid. Tab. IX. ad n. IV. & Tab. X. ad n. I.

(*t*) Ibid. Tab. XI. n. I.

(*u*) Ibid. Tom. II. Tab. VII.

(*x*) Textor *de Arte Heraldica*, Germ. ſcripta, pag. 416.

(*y*) *Op. Herald.* Part. ſpecial. Lib. I. Cap. I X. §. LXIII.

(*z*) Ita quoque nummi allegati Sigismundi Archiducis.

(*a*) Vignerius l. c. ait: *Trois en chef & trois en pointe.* Alii apud eundem: *Les trois en pointe renversées.*

(*b*) Spener. l. c. Tab. II. Herrgottt *Monum. Auſtr.* Tom. I. Tab. XVII. XVIII.

(*c*) *Commentar. Genealog. Auſtr.* Lib. I. Cap. II. pag. 47. Sex illi Majores Domus ſecundum Lazium ſunt Leudericus, Athicus, Pipinus, Erchinoaldus, Grimaldus & Carolus Martellus.

(*d*) *De Jure Inſignium* Part. V. Cap. VI. pag. 367.

(*e*) *Chron. Alſat.* Lib. III. Cap. I.

(*f*) *Op. Herald.* Lib. I. Cap. IX. §. LXIII.

(*g*) *Pennacchet.*

(*h*) Monum. Landgravial. Tab. II. n. III.

(*i*) *Manteau, Lambeau, Volet.* Menetrier *Origines des Ornemens des Armoiries Chap. VI.*

(*k*) Vulson de la Colombiere *Science Heroique Chap. XLII. page* 436. Varennes *Le Roy d'Armes page* 530.

Sigillum, quo in Actis publicis judicium Landgraviale utebatur, non insignia Landgraviatus, sed laterculum Austriacum cum casside aperta coronata expressit, ex qua pennæ pavoninæ ascendunt, quamque lacinia utrimque comitantur. Charta Murbacensis, cui appendit, non à Landgraviali, sed à civitatis Ensisheimensis emanavit judicio; cui sec. XIV. jam sigillum à Landgraviis concessum, quod in ipsius custodia fuisse verosimile est, eo quod in tractibus illis malli Landgraviales (*l*) frequentius celebrati sunt. Extincto ergo Landgraviali judicio, sigillum ejus tamen adhibitum est; adeoque in errorem incideret, qui ex Charta, cui sigillum hoc appensum, concluderet, Landgraviale tum superfuisse judicium.

# COMITATUS.

## §. XLV.

Pagi nondum aboliti.

Ducatui & Landgraviatui succedunt Comitatus, illi nempe, quos Comitatus Provincialis comprehendit ut major, qui & ipse simpliciter, *Comitatus* appellatur haud raro. Comitatus nomen Geographico quoque sensu pro *Pago* sæpe sumtum fuisse, sub Francica jam annotavi Periodo. (*m*) Idem sub Germanica nostra accidit; in qua non Ducatus modo atque Landgraviatus, sed & *Comitatus* & *Pagi* nomina tribuuntur Alsatiæ. Memorabilis locus est, quem ex documentis Koenigshovius (*n*) attulit: " Scribebatur etiam pro tunc (seculo XI.) Argentina esse in Pago „ Alsatia, in Ducatu Almannorum Hermanni, in Comitatu Hugonis. „ In charta Neovillariensi inedita An. MLXX. *Pagus Alsacensis*: in Bulla Lucii III. An. MCLXXXIV. pro Abbatia Parisiensi (*o*) *Pagus Alsaciensis* & *Alsatiensis* memorantur. Sequentibus seculis Alsatiæ Pagi evanuit nomen, at Landgraviatus appellatio paulo ante invalescere cœpit, quam Ducatus interiit.

Sundgoviæ Pagus.

Sed & præter maximum Alsatiæ Pagum magnus Sundgoviæ Pagus fuit, de quo paucis agendum. Sundgovia, ad intima australis Juraſſi sub Carolingis penetrans, omnemque Alsatiam superiorem complexa, sub Periodo Germanica ad ramorum quorundam borealium ejus extremitatem reducta est, Thuramque amnem à septentrione limitem accepit, quæ ad provincialem sese fossam prius extenderat. Chartæ veteres & novæ Sundgoviam nunc Alsatiæ involvunt, nunc ab eadem distinguunt, prouti Alsatiæ vox latius strictiusque accipitur. Alsatiæ Austriacæ Rectores in Chartis distinctim Alsatiæ superioris & Sundgoviæ dicebantur Præfecti. Ex innumeris exempla Johannis, Comitis Habsburgici (*p*) & Wolfgangi Furstenbergii Comitis (*q*) An. MCCCLXXXIX. & MDVIII. allego. Tabulæ Pacis Monasterienſis utriusque Alsatiæ Landgraviatum cum Sundgovia transtulerunt ad Gallos. E contra Henricus II. Germ. Rex, ubi silvam Sundgoviæ *Haardt* Ecclesiæ Basil. An. MIV. concessit, eam *juris sui in Alsatia saltum* appellavit, ejusque terminos diligenter descripsit. (*r*) Henricus III. in Diplomate Einsidlensibus An. MXL. dato (*s*) *Bantenburn villam*, quæ haud dubie Sundgoviæ est, *in Elsazzo* posuit. Plura hujus rei exempla alibi (*t*) jam prolata fuerunt, ubi Sundgoviam *Comitatum*, in *Pago Elesazzem* situm, ostendi. Guillimannus (*u*) ergo, Sundgoviæ & superioris Alsatiæ nomina promiscua fuisse tradens, fallitur, nostram si Periodum species, quod Geographia hæc post Carolingos abolita est. Sundgoviam nostram Landgraviatus superioris membrum semper fuisse, ex Henrici II. (*x*) & Conradi II. (*y*) Chartis An. MIV. & MXXV. elucet. In illa silva *Haardt* in *Uttonis Comitatu* sita perhibetur; hac Einsidlensibus duodecim mansi in loco *Steinbrunno*, *in Pago Sundgouue*, in *Comitatu Ottonis*, donantur. Otto vel Utto filius extitisse videtur Radebotonis, fratris Werneri, Episcopi Argentinensis; (*z*) adeoque ex ea gente, quæ dein Habsburgica, in cujus potestate jam tum Comitatus provincialis Alsatiæ sub simplici Comitatus nomine fuit. Sundgovia autem heic loci Carolingico stylo totam Alsatiam superiorem designat.

## §. XLVI.

(*l*) Malli sunt distinguendi à Placitis. Malluc erat locus judicii publicus; nomen ipsi dein quoque judicio datum. Placita erant conventus publici, Reipublicæ causa instituti, quibus potiora Imperii membra intererant. Majores inter Status Episcopi, Abbates, Duces, Comites omnis generis, inter minores autem Vice-Domini, Vicarii, Centenarii, Actionarii, censebantur. Lehmanni *Chron. Spir.* Lib. II. Cap. III. & XXXVII.

(*m*) Tom. I. pag. 646 Adde pag. 613.

(*n*) *Chron. Alsat.* lat. MS. fol. 136. apud Schilter. *ad Kœnigshov.* pag. 1068.

(*o*) Hugo *Sacræ Antiquit. Monument.* Tom. II. pag. 282.

(*p*) Herrgott *Geneal. Habrb.* Tom. III. pag. 761. ubi: *Der edel Herr, Herr Walter, Herr zu der altten Klingen, Landvogt niner gnadigen Herrschaft von Oesterrich in Ober Elsaß, in Sundgauue.*

(*q*) *Landvogt in Elsaß, Sundgau, Brisgau &c.* Archiv. Rappoltstein. Leopoldus, Austriæ Dux, An. MCCCCIX. ait: *Die Land und Herrschaft Elsaß und Sundgau* &c. ibid.

(*r*) Herrg. loco cit. ad An. MIV.

(*s*) Hartmanni *Annal. Hirsaug.* pag. 131.

(*t*) Tom. I. pag. 613.

(*u*) *Habsburgiac.* Lib. II. pag. 66.

(*x*) Herrg. *Cod. Diplom.* num. CLIX.

(*y*) Hartman. loco cit. pag. 119.

(*z*) *Acta Murrensia* pag. 12.

## §. XLVI.

Phirretum in Sundgovia.

Arctior Sundgoviæ ſenſus, qui hodie viget, tum demum exortus eſt, ubi Phirretenſis Comitatus, maximam Sundgoviæ partem complexus, invaluit. Factum hinc, ut Sundgovia & Phirretenſis Comitatus pro ſynonymis haud raro ſumantur. Comitiſſa Johanna, poſtremi Comiti hæres, An. MCCCXXXVI. Comitatum iſtum Sundgovienſes ſuas terras appellat; (*a*) nec abludit KOENIGSHOVIUS. (*b*) Diſtinctius loquitur Rudolphus, Dux Auſtriæ, An. MCCCLXI. dicens: "homines reſidentes in noſtra provincia Suntgoviæ, in noſtro Comi„ tatu de Phirreto. „ (*c*) Comitatus enim in Sundgovia ſitus fuit, quæ Landferianam inſuper Dynaſtiam cum aliis, ut totum ſuas partes, comprehendit. Verba ergo memorata Comitatum Phirretenſem non excludunt Sundgovia, ut nonnulli voluerunt, (*d*) ſed eidem includunt. Pax Monaſterienſis (*e*) ſub Sundgoviæ vocabulo Phirretenſem quoque Comitatum, quod mentionem ejus omiſit, complectitur. Pax Pyrenæa (*f*) & Sundgoviæ & Comitatus Phirretenſis nomina ſimul expreſſit; adeoque hunc potius illi ſubordinat, quam ab ea excludit. Hæc de Sundgovia, præter quam nullus in Alſatia ſuperiore Pagus ſub Germanica Periodo comparet; unde ad Comitatus, ſub eadem occurentes, tranſimus. Occurrunt vero tres in Alſatia ſuperiore, Phirretenſis, Egisheimenſis & Witkiſavio-Horburgenſis, de quibus ſigillatim agendum. Rappolſteinenſis Dynaſtia Comitatus quoque nomen paulatim induiſſet, poſtquam Jacobus Dynaſta in Comitum claſſem ab Imperatore promotus fuit, niſi idem Jacobus gentis ſuæ extitiſſet poſtremus. Quod ipſum etiam apud inferiores Alſatas in Liechtenbergenſi Dynaſtia evenit.

# COMITATUS PHIRRETENSIS.

## §. XLVII.

Nomen.

Phirretenſes Comites, ex Montionenſibus orti, Dynaſtiæ ſuæ dignitatem Comitatus communicaverunt. (*g*) Nomen ille traxit à Caſtro Sundgoviæ, Baſileam inter & Delam, rupi impoſito, quod in chartis latinis *Phirrete*, *Fierritum*, *Ferreta*, vel plurium numero *Ferretæ*, *Phirretæ*, Germanis *Pfirt*, (*h*) Gallis *Ferrete* appellatur. Sub Comitibus tamen *Dynaſtiæ* ſeu Dominii, (*Herrſchaft*) ſub Auſtriacis Ducibus *Comitatus* plerumque nomine venire ſolebat. Memoriam ejus ante lec. XII. non equidem reperi. Prima occurrit in charta An. MCXXV. in qua *Fridericus de Ferretes* exprimitur. (*i*)

Caſtrum Comitatus caput.

Caput Dynaſtiæ atque totius Comitatus eſt Caſtrum Phirreti, cujus conditorem WOLFG. LAZIUS (*l*) Rapatonem, Habsburgicæ in Ergovia arcis auctorem, absque ulla documentorum fide, conſtituit. Primam & egregiam de caſtro noſtro mentionem reperimus in Charta fundationis Monaſterii Veldpacenſis An. MCXLIV. ubi *Fridericus Comes de Firretho* ſtatuit, ut ille, qui ex poſteritate ſua *profectioris ætatis in caſtro Firretho ſederit*, Advocatus hujus Monaſterii eſſet. Caſtrum itaque vera & primaria Comitum Phirretenſium apud Alſatas ſedes, ipſiusque Comitatus caput fuit. Moris erat, Comites, Dynaſtas & Nobiles, denominare à caſtris, non caſtra à Comitibus. Catena montium, quos Juraſſus in Sundgoviam dimittit, Phirreti arcem ab ortu coronæ inſtar in altum extollit, ut ſereno aëre longe lateque circumſpicere regiones, & ipſa è longinquo conſpici poſſit; unde & ſæpius *Hohen-Pfirt* nuncupatur. Sub Maximilianis Impp. præclara munitionum ſuarum augmenta accepit; procurante præſertim Jo. Jacobo Fuggero Comite, Raymundianæ Lineæ, *Speculi Honorum Domus Auſtriacæ* auctore; (*m*) à quo Fuggerianus Phirretenſis ramus, Dynaſtiæ hujus aliquando poſſeſſor, deſcendit, in varias iterum lineas ſubdivius. Sub belli Germano-Suecici initio maximam caſtri Phirretenſis partem ignis deſtruxit. Mœnia, foſſæ & turres, ab ignis furore immunes, quæ nunc ſuperſunt, vaſtum atque munitiſſimum opus loquuntur. Supereſt quoque præter alias habitationes abhinc renovatas, capella D. Catharinæ ſacra, armamentarium & puteus ſexcentorum pedum, in rupem inciſus.

## §. XLVIII.

(*a*) *Unſer Landt ze Suntgouue*, apud STEYERER. in *Hiſt. Alberti* II. Addit. col. CCXXXVIII.
(*b*) *Chron. Alſat.* Cap. V. pag. 172. ſcribit: *Das Land von Pfirt, das man nennet das Suncheuw.*
(*c*) HERRG. *Geneal. Habrb.* Tom. I. pag. 58.
(*d*) Ita ſane SCHURTZFLEISCHIUS in *Principio Moſellæ* §. V. Comitatum Phirretenſem nec Alſatiæ, neque Sundgoviæ, ſed Rauracis annumerandum eſſe, exiſtimavit.
(*e*) Art. LXXIII.
(*f*) Art. LXI.
(*g*) Conf. Tom. I. pag. 656. ſq.
(*h*) *Pfirdt.* CONRADUS SCHURTZFLEISCHIUS in Diſſ. *de Principio Moſellæ*, neſcio qua auctoritate, *Pincetas* prætulit.
(*i*) CALMET *Hiſt. de Lorraine*, Tom. II. pag. 276. inter Probat.
(*l*) *Genealog. Auſtr.* Lib. I. Cap. X. pag. 166. Lazius in hoc libro & Habsburgicas & Alſaticas antiquitates miſere tractat, fere ſomnis indulgens ima ſummis commiſcet. Rarbodus, cujus frater Wernherus Argent. Epiſcopus, circa An. MXXVII. jam obiit. Atqui Phirretenſium Comes primus, cui diverſæ ab Habsburgicis fuerunt origines, integro huic ſeculo poſterior eſt.
(*m*) *Spiegel der Ehren des Ertzhauſes Oeſterreich.* Vid. Lib. V. Cap. XXII. pag. 785.

## §. XLVIII.

Status antiquus Comitatus.

Geographico-Politicus Phirretenſis Comitatus ſtatus ſub Comitibus diverſus plane fuit ab eo, qui ſub Auſtriis viguit. In priore nulla in Dynaſtias minores vel Majoratus ſubdiviſio. Teſtis eſt Inſtrumentum, quo Ulricus I. Comes Comitatum ſuum Eccleſiæ Baſilienſi An. MCCLXXI. obtulit in feudum, ubi caſtra, oppida enarrantur & vici, his verbis: (*n*) " Caſtrum & oppidum de Phirreto, caſtra „ Sogren, Blochmunt, Levvenberc, Morsberc, Liebenſtein, caſtrum & oppidum „ Altchilche, Ameratsvvilre, Sphebach, Hohennac, Winneke, curtem in Senneheim, „ cum attinentiis, tam infra oppidum quam extra . . . item curtes Turlestorf, „ Buchsvvilre, Ruodensbach, Altkilche, cum villicationibus ſibi attinentibus, Sphe- „ bach, Ammeratsvvilre, Brunnehoubten, Schvveichuſen, villas Tarine & Domar- „ kilche, cum hominibus, advocatiis, villicationibus, vineis, agris . . . & generaliter „ omnia jure proprietatis ad nos pertinentia, quocunque jure vel nomine „ cenſeantur, excepto caſtro Schonenberc & curte de Illevurt. „ Pleraque ex his loca in Sundgovia, nonnulla extra eam in Rauracis, (*o*) & in Alſatia ſupe- riore, diſperſa ſunt, probeque diſtinguenda ab iis, quæ poſt oblationem factam Phirretano Comitatui acceſſerunt, quæque illum à meridie & occidente prolatarunt.

Acceſſiones novæ.

Florimontium ſeu *Blumenberg*, caſtrum cum oppido & vicis quibusdam, fine ſeculi XIII. Phirretenſe ailodium jure emptionis, & paulo poſt Baſilienſis Epiſcopi feudum evaſit. Caſtrum oppidumque Delenſe Ulrico II. poſtremo Comiti, per Auſtriacos Principes ſuit conceſſum. Rothenburgenſis Dynaſtia, quam perituræ mox Phirretenſium ſtirpi ſubjectam invenimus, at quomodo ipſorum juris facta ſit igno- ramus, allodium perpetuo manſit. De omnibus deinceps ſigillatim diſſerimus. Sed longe majus Phirretenſium ditioni augmentum acceſſit, ubi Reginaldus II. Montis- beliardi Comes, cujus filiam Johannam Ulricus II. duxerat uxorem, ad plures abiit. Tum enim Johannæ huic cuncta Belfortenſis Dynaſtia cum Roſemontanis & aliis terris hæreditatis lege obvenit; imo obvenerunt etiam nonnulla, quæ ad Delenſem, Altkirchenſem, Thannenſem & alias Præfecturas, referuntur. Nam & Phirretenſes in Montisbeliardenſium, & hi in Phirretenſium diſtrictu, antiquitus jura quædam, ſuosque hinc inde ſubditos habuerunt, qui intra alterius domi- nationis fines diſperſi in unum denique Ferretenſis Comitatus corpus coaluerunt.

Ordo Dynaſtiar. Phirret.

Augmenta hæc faciunt, ut vetus Comitatus ſit diſtinguendus à novo. Vetus ex allodio factus eſt feudum, ab Epiſcopo Baſilienſi maſculis primum, inde & fœminis conferendum. Inſequenti ætate Comitatus antiquus in tres Præfecturas (*Ober-Vog- teyen*) ſeu Dynaſtias, I. Phirretenſem, II. Altkirchenſem, III. Thannenſem, diviſus comparet; quibus IV. Belfortenſis, V. Delenſis Præfecturæ, atque VI. Dynaſtia Rothenburgenſis ex novo Comitatu additæ fuerunt. His denique Landferianam & Maſonianam Dynaſtias ſubjungimus, & Advocatiam Sennheimenſem, ex quibus primam, Phirretarum ſorte Comitibus aliisque ſubjectam, ære compararunt Habsbur- gici, antequam Phirretenſis Comitatus compotes fierent; Maſonianam vero Dyna- ſtiam Advocatiæ Maſonis Monaſterii, quam ex Phirretenſi hæreditate acceperant, tandem etiam adjunxerunt Auſtriaci.

# DYNASTIA PHIRRETENSIS.

## §. XLIX.

Primigenius hæc Dynaſtia veteris Comitatus Phirretenſis tractus eſt, in cujus medio caſtrum, unde Comitatui nomen. Ipſa à cæteris Dynaſtiis diſtincta, ſubinde Comitatus, ſed impropriie, dicitur; (*p*) uti contra univerſus Comitatus ſimplici *Dynaſtiæ* nomine à poſſeſſoribus ſuis inſignitus ſuit haud raro. Dynaſtia Phirretenſis, quam nunc deſcribimus, auſtralem Alſatiæ limitem facit, Baſilienſis Eccleſiæ terris confinem. Oppidulum, ab imminente caſtro, æque ac Comitatus, nuncupatum, & plures vicos, in ſex Majoratus diſtinctos, continet.



(*n*) Inſtrumentum hujus rei celeberrimum ex Tabulario Epiſcop. Baſil. dederunt STEYERER Lib. cit. pag. 209. & HERRGOTT inter Diplomata num. DXIV. qui etiam num. DXX. Ulrici antigraphum pro numerata pecunia exhibet. Conf. ALBERTUS ARGENT. pag. 101. & ANNALES COLMAR. ad An. MCCLXXI. quorum uterque tamen in pretio errat.

(*o*) Sogern & Lœwenberg, de quibus vide URSTISII *Chron. Baſil.* Lib. I. Cap. IV.

(*p*) Inſtrumentum donationis, quo Ludovicus XIV. in Nazarium Purpuratum ejusque hæredes Phirretenſis Comitatus proprietatem transtulit, Dynaſtiam hanc Phirretenſem diſtinctim Comitatum (*Comté*) appellat. *Ordonnances d'Alſace* pag. 17. Alia ſuperioris ætatis exempla transimus ſilentio.

Phirretum oppidum.

Oppidum Phirreti, in declivitate montis ſitum, poſterius eſt caſtro, cui ſubjicitur; uti oppida Altkirch & Thannæ caſtris ſibi impoſitis juniora cenſentur. Proximus vicus *Alt-Pfirt*, perinde ac veteres Thannæ, (*Alt-Thann*,) oppidi cognominis, in vicinia nati, manifeſto prodit novitatem. Homines in *ſuburbio de Ferreto reſidentiam facientes*, Epiſcopo Baſilienſi æque ac Comitibus An. MCCXXXIV. factos eſſe obnoxios, Charta hujus anni docet, quæ primum oppidi noſtri indicium profert. (*q*) Caſtrum & oppidum de Phirreto Ulricus I. Comes An. MCCLXXI. Eccleſiæ Baſil. obtulit in feudum; quam oblationem Theobaldus, Ulrici filius, cum ſeptennio poſt renovaret, & caſtrum & oppidum una voce *die Veſtene von Pfirrete* nuncupavit. Ita Rudolphus Dux Auſtriæ An. MCCCLXI. *die Veſte von Phirt, Burg und Statt*, Epiſcopi Baſil. beneficium ſe agnoſcere teſtatur. Oppidum nempe cum arce unum quaſi munimentum conſtituit. Mœnibus tantum, non foſſa, circumdatum, quod à meridionali præcipitiis, ab altera parte defendebatur à caſtro; quod tamen non ſemel ab hoſtibus occupatum & peſſime habitum fuit. Baſilienſes oppidum, ſalvo caſtro, poſt plurimos vicos combuſſerunt An. MCCCCXLV. (*r*) Caſtrum & oppidum Sueci An. MDCXXXIII. Auſtriacis primum, inde tumultuantibus ruſticis, eripuerunt. (*ſ*) Privilegia civitatis, à Friderico IV. Imp. An. MCCCCXLII. renovata, in compendio hæc ſunt: Magiſtratus eligatur ex civibus: monopolio ſalis per omnem Dynaſtiam & immunitate vectigalium gaudeant, ac tributorum ii, quibus extra muros nihil bonorum. Paſcua unius circa oppidum leucæ ſpatium, ligna vero quinque communitates vicinæ præbeant. Quatuor per annum mercatus majores inſtituantur, ut & hebdomadatim unus. Eccleſia parochialis extra oppidum, cum duabus filiabus Alten-Pfirt & Rœdersdorf Monaſterio Lucellenſi olim juncta, (*t*) jam in Præpoſituram converſa, incolis veteris Phirreti & Rœdersdorffii cum civibus communis eſt.

## §. L.

Majoratus lex.

Reliqua Dynaſtiæ loca vel aliis in feudum conceſſa, vel caſtro Phirretenſi ſine medio ſubjecta fuerant. Sub regimine Auſtriaco Phirretenſis Dynaſtia omnis in ſex Majoratus diſtributa fuit ſequentes:

I. *Wolfwweiler*, (*t*) ex inſignioribus vicis unus, *Lauter*, *Rederſdorf*, (*u*) à quo Majoratui huic aliquando nomen, *Kiffis*, *Sonderſdorf*, *Lützdorf*.

II. *Mernach*, *Alt-Pfirt*, quem locum oppidi Phirreti ſuburbium fere diceres, *Keſtlach*, *Dürkisdorf*, *Winckel*, (*w*) ubi Elli noſtri fontes, *Liebsdorf*, (*x*) *Mor*, cujus nomen in chartis Lucellenſibus ſeculi XII. ſæpius legitur.

III. *Pfaffenhauſen*, (*y*) inter plures vicos amplitudine eminens, cum minore vico *Biſel*. In prioris vicinia vicus *Gerſchweiler* pridem diſparuit.

IV. Majoratus *Muſpach*, in quo Thullieriis Nobilibus eximia jura pridem competunt, ſuperius, medium atque inferius *Muſpach*, (*z*) qui tres vici unam parochiam conſtituunt, complectitur, ut & *Knœringen* & *Volckensperg*, ubi Abbatiæ Lucellenſis Prioratus. Quæ ſequuntur loca, in peculiarem ſeculo ſuperiore Majoratum, à vico *Grentzingen* denominatum, abierunt: *Grentzingen*, *Steinſidtz*, *Rappoltzweiler* & *Waltighofen*. In hoc duplex caſtellum extat, quorum alterum Eptingenſium beneficium eſt; alterum à Ramſteinenſibus ad Dn. de Planta pervenit allodium.

V. *Rieſpach*, vicus unicus, qui novo Majoratui Grentzingen, cum formaretur, adjectus fuit.

VI. Majoratum *Buxweiler* ſeu *Fiſlis* componunt: *Buxweiler*, *Wverentzhauſen*, *Fiſlis*, *Lünſtorf*, *Betlach*, & *Oltingen*, omnium Dynaſtiæ vicorum maximus, in quo Mœrſpergenſes & FerretenſesNobiles jurisdictionem per curiam dominicalem exercent, æque ac in *Lauter*. Denique & in *Velspach*, quo vicus *Niederlarg* pertinet, Auſtriaci Majorem conſti-

(*q*) Herrg. *Cod. Probat.* num. CCCI.

(*r*) Ursitz. *Chron. Baſil.* Lib. V. pag. 395.

(*ſ*) Chemnitz *Schwediſ. Krieg*, Part. II. Lib. I. p. 44. ſq.

(*t*) Raph. Koendig *Elenchus Privilegiorum Ciſterciensium* pag. 706.

(*t*) Vulgo *Wolfschweiler*. Curtes in *Wolfwwiir* & in *Diepbrwiir* Fridericus Comes Phirret. jam anno MCCXXXII. Eccleſiæ Baſil. in feudum obtulit.

(*u*) *Curtis de Redustorf* pro Redersdorf legitur in Charta An. MCXXXXIV. apud Herrg. *Cod. Probat.* num. CCCI.

(*w*) " Eccleſia parochialis Larg, cum filiali ſua " Winckel Monaſterio Lucell. adunata & penitus " applicata eſt à Joanne Epiſc. Baſil. An. MCCCXLIX. Koendig loco cit. pag. 705.

(*x*) Vocatur *Lepentsorff* in Charta Monaſterii Gran. disvallenſis An. MCLXXIX.

(*y*) Alius vicus homonymus in Dynaſtia Belfort. Gallis *Peronſe* dictus.

(*z*) *Ober-Mittel-Nieder-Muſpach*, tria loca diſtincta.

1. Ecclesia Paroch. 2. Vetus Castrum. 3. Oppidum super. 4. Oppid. infer. 5. Præpositura S. Morandi.




1. Ecclesia Colleg. et paroch. 2. Cappella S. Mich. 3. Monasteri

ad pag 34




1. Ecclesia Paroch 2. Curia 3. Oppidum super. 4. Oppid infer. 5. Castrum. Wenc.




rium S. Franc. 4. Capucin. 5. Curia. 6. Suburbium. 7. Castrum Engelburg.

conſtituerunt, qui ipſorum ſimul ac Prioratus Veltpacenſis nomine judiciis præſedit. In Eccleſia Monaſterii plures ex ſtirpe Comitum Phirretenſium ſepulti. Ex enumeratis his locis omnibus tres modo curtes *Durlistorf*, *Buchswihre* & *Rudenſpach* ſeu Rieſpach iis in Literis memorantur, quibus & Comitatus Phirretenſis Eccleſiæ Baſil. oblatus & ab Auſtriacis plura per ſecula in feudum receptus eſt. Reliqua tempore oblationis minoris momenti fuiſſe neceſſe eſt, ſub *Villicationibus*, uti dicuntur, caſtri & oppidi comprehenſa.

## §. LI.

Feuda, ex Dynaſtiæ hujus terris collata, ſi ſpectes, Morimontanum Dominium primo loco deſcribendum occurrit.

Morimontana Dynaſtia.

Phirretum inter atque Brundrutum vetus in ſummitate montis caſtrum, quod Galli *Morimont*, Germani *Mœrſperg* ſeu *Mœrſperg*, appellant, inter prima Phirretenſis Comitatus domania comparet. Vetuſtatem ejus inſtrumentum oblationis anni MCCLXXI. ſæpius laudatum celebrat; uti inſequentes Auſtriacorum Chartæ dignitatem ejus teſtantur. Superioris ac inferioris caſtri An. MCCCLXI. fit mentio, ubi Rudolphus Dux nobilem Mœrſpergenſium gentem, in plura tum capita diſtinctam, de utroque inveſtivit. Inveſtivit quoque de vico *Isbendorf* ſeu *Isfendorf*, qui Gallice *Levoncourt* vocatur; cui deinceps *Ottendorf* (*Courtavon*) & *Weſchen-Larg*, (*Largue*) proximi caſtro vici, pari Archiducum liberalitate acceſſerunt. Ipſi vero caſtro novus paulatim vicus accrevit homonymus. Hæc Fridericus IV. Imp. An. MCCCCLXXXVIII. in peculiarem Dynaſtiam & poſſeſſores ejus, meritorum copia geſtisque muneribus præclaros, in Baronum claſſem evexit. (*a*) Sed Mœrſpergenſes ipſi, cum ære alieno gravati eſſent, Dynaſtiam ſuam Ortenbergæ Comitibus, qui *de Salamancka* dicti fuerant Hiſpani, An. MDLXXXII. vendiderunt, (*b*) à quibus extinctis, Morimontana gente nondum ſublata, Regis Galliæ dono ad Dn. de Vignacourt, Gallicæ turmæ Præfectum vicarium, ex Campania Francica oriundum, pervenit. Caſtrum autem, Dynaſtiæ caput, ſeculo ſuperiore incendio periit. (*c*)

## §. LII.

Blochmont.

Inclytus mons, quem accolæ Germani *den Blauen*, Romanenſes *Blomont* nuncupant, qui pars Juraſſi Baſiliam verſus, (*d*) caſtro nomen impreſſit, quod vulgo *Blochmont* ſeu *Blochmund* appellatur; montis, qua ſolem orientem aſpicit, ſummitati impoſitum, quodque in ruderibus vix ſupereſt; in quibus turris truncata eminet. Arx hæc ex Phirretenſibus terris in Thierſteinenſium & paulo poſt in Eptingenſium translata fuit familias, ut feudum. Henricum de Eptingen Equitem anno MCCCLXXIX. jam eam poſſediſſe, à Blomonte quippe cognominatum, reperimus. (*e*) Hermannus autem, Baſilienſibus infeſtus, An. MCCCCXLIX. & arci ſuæ ruinam, & captivitatem ſibi accivit. (*f*) Ab hoc tempore Blochmontium reſtauratum eſt nunquam. Conſtitit tamen bis mille quadringentis florenis, quum ex Eptingenſium manu anno MDXXIX. illud recepiſſent Auſtriaci. Villa cognominis ad pedes montis, cum duarum leucarum territorio, pendet à caſtro.

Lœwenberg.

E regione Blochmontii, trans Lucellam rivulum, arcis æque antiquæ rudera viſuntur, quam *Lœwenberg* vocant. Jo. Thuringus Monachus, Nobilis Baſilienſis, An. MDXXVI. Lucellenſi Abbatiæ vicinæ pro mille trecentis florenis illam vendidit; (*g*) qui octennio prius caſtrum Münchenſtein Civitati Baſilienſi vendiderat. (*h*) Utrumque Archiducum, ad quos utriusque dominium directum pertinuit, conſenſu eſt factum. Lœwenburgum, ne prædonibus receptaculum præberet, Lucellenſis Abbas Theobaldus munimentis nudavit.



(*a*) Urstisius in *Chron. Basil.* Lib. I. Cap. XVIII. pag. 58.
(*b*) *Codex Mſ. feudorum Regim. Enſisheim.*
(*c*) Bernardini *Faſti Lucell.* pag. 252.
(*d*) Conf. Tom. I. pag. 3.
(*e*) Urstisii *Chron. Basil.* Lib. I. Cap. VI. ab initio.
(*f*) Ibid. Lib. V. Cap. XLVIII. pag. 417.
(*g*) *Faſti Lucell.* pag. 205. & 251. Urstisius in *Chron. Basil.* Lib. I. Cap. IV. pag. 15.
(*h*) Urstisius loco cit. Cap. VII. pag. 26.

Liebenſtein

*Liebenſteins* prope vicum *Liebsdorf*, caſtrum in promontanis quoque Juraſſi, primo Nobiles ejusdem nominis, inde Mœrſpergenſes An. MCCCLXI. (*i*) & anno ſequenti Phirreti Nobiles, acceperunt in feudum, hodierni arcis, ex qua turris quadrangularis ſatis excelſa etiamnum ſubſiſtit, ac vici *Bendorf* prope Phirretum, poſſeſſores.

## §. LIII.

Feuda alia.

*Leinen, Pieterthal, Waldeck & Reineck*, prope caſtrum Landscron, à Ratpergiis An. MCCCCLIII. ad Reichenſteinios & Andlavienſes per connubia tranſierunt; conſentiente Domino directo. Reichenſteinii circa An. MDLXXX. cunctis his ſoli potiti ſunt; qui vicum *Buſchweiler* quoque ab An. MCCCLXI. conſtanter in feudum tenuerunt. (*l*) Pieterthal, (*m*) quod nobili Baſilienſium familiæ nomen olim dedit, (*n*) vetus caſtellum eſt, rami Reichenſteiniorum junioris aliquando ſedes. Ad Habsburgicos jure proprio, antequam Comites Phirretenſes fierent, pertinuiſſe, idque Albertum Comitem, Rudolphi I. Imp. patrem, Rattersdorfio Nobili oppigneraſſe pro equo, Burcardus de Fricka nos docet. Albertus Dives nimirum, Comes de Habsburg, Alberti Sap. avus, inter alia plura Nobilium, qui hæredibus carebant, prædia, *Biedertau* ſub Friderico Barbaroſſa acquiſivit, teſte Ottone de S. Blasio. (*o*) Epiſcopum Baſil. vero caſtrum hoc à Gotfrido Comite pro CCLX. marcis An. MCCLXIX. emiſſe, quod *Annales Colmar.* tradunt, Burcardus de Fricka, modo allegatus, refellere videtur. Caſtellum *Waldeck* Conradus III. Imp. Eccleſiæ Baſil. anno MCXLIX. donavit. Inde ad Habsburgicos delatum, Vicethumii Nobiles, una cum caſtro *Reineck*, quod ipſi Habsburgicis obtulerant, in feudum acceperunt. Poſterius Marcus de Reichenſtein, ut arcem Landscron reſtauraret, juſſu Maximiliani I. Imp. An. MDXV. deſtruxit.

Vicus *Rottersdorf* ſeu *Ratelsdorf* Phirretenſi noſtræ Dynaſtiæ pridem detractus eſt. Rotbergii Nobiles, quibus erat in feudum conceſſus, annuente Maximiliano I. Imp. Solodurenſibus illum venditerunt An. MDXIV. Ante Rotbergios familia nobilis, inde cognominata, hoc feudum poſſedit. Ulricum de Ratelsdorf Theobaldus Comes Phirret. An. MCCLXXVII. de eo inveſtivit. Vicus *Wentzweiler*, Baſileam verſus, ad eosdem Rotbergios ſimili jure nunc ſpectat.

*Ober-* & *Nieder-Hagenthal* Thierſteiniorum Comitum, dein Eptingenſium Nobilium, fuerunt allodia, donec per hos Auſtriacis An. MCCCCLXV. in feudum offerebantur. (*p*) *Neuweiller* & *Oberdorf* eorundem Eptingenſium allodia ſunt.

*Liebenzweiler* ad Weſembergios, (*q*) quibus mandato regio An. MDCLXXXIII. ablatum fuerat, cum aliis feudis rediit. Mentionem ejus plures ex Lucellenſis Abbatiæ Chartis ſeculi XII. faciunt.

*Durmenach* à multis retro ſeculis Flachslandii poſſident. Hennemannus de Flachslanden Eques An. MCCCXLIV. locum Auſtriacis in feudum obtulit. Caſtrum & vicum à Baſilienſibus An. MCCCLIV. combuſtos eſſe, tradit Urstisius; (*r*) de caſtro novimus inde nihil.

*Münchendorf* ſeu Münchhof, vetus caſtrum cum ſtagno, ſilvis & agris, Truchſeſſii; *Hegenheim* autem vicum Bærenfelſii Nobiles, ab Epiſcopo Baſilienſi accipiunt in feudum. Primus locus jurisdictioni Phirretenſi ſubeſt.

## §. LIV.

Obſervationes variæ.

Ceterum omnis hic Phirretenſis diſtrictus agrorum pratorumque fertilitate reliquis Comitatus diſtrictibus cedit; vinetis & ſtagnis piſculentis deſtitutus. Multa ille ab Helvetiis, Baſilienſibus (*s*) præfertim ac Solodurenſibus, in Auſtriacos olim exacerbatis, mala ſuſtinuit. Vici combuſti non ſemel reſurrexerunt ex cineribus; quod & in

(*i*) In Libro Feudorum Auſtr. An. MCCCLXI. ita: *Es hat empfangen Cuntz von Mœrſperg des erſten den hof zu Bendorf . . . und alle die guter, die die von Liebſtein do hatten . . . item die Berg zu Liebſtein* &c. Burcardus de Liebenſtein jam Chartæ Phirret. ſubſcripſit nomen An. MCCXXXIV. apud Herr. *Cod. Probat.* num. CCCI.

(*l*) *Cod. Mſ. Fend. Regim. Enſisheim.*

(*m*) Aliàs quoque *Bieterthal*. Literæ inveſtituræ An. MDXX. habent: *Pieterthan den Hof.*

(*n*) Conf. Urstisius *Chron.* Lib. I. Cap. VI. pag. 19. Weſſenbergios pro Reichenſteiniis poſſeſſores male indicat.

(*o*) Cap XXI. ad An. MCLXVII.

(*p*) *Codex Mſ. Feudorum Reg. Enſisheim.*

(*q*) Primam Weſſembergenſium inveſtituram An. MCCCCLXXVIII. reperio. Ibidem.

(*r*) *Chron. Baſil.* Lib. III. pag. 174.

(*s*) An. MCCCLXXXIV. cura Leopoldus Auſtriacus, Baſil. Epiſcopi fœderatus, Baſilium obſedißet, Baſilienſes Phirretum & Beſſortum incenderunt. Laufferi *Hiſt. Helvet.* Part. IV. Lib. VII. pag. 171. Poſteriores Baſilienſium irruptiones ſec. XV. refert Urstisius *Chron. Baſil.* Lib. V. Cap. XLIII. &c.

in Landferiano & Altkirchenſi diſtrictibus factum. Præ aliis hinc Alſatiæ incolis armis aſſueti corporeque robuſti, frequentia bellicæ indolis documenta dederunt. A Sigismundi Archiducis tempore, qui ſua fere omnia diſſipavit, Phirretum in Auſtriacorum poteſtatem, quoad dominium utile, vix rediit, aliis poſt alios creditoribus in pignus conceſſum. Pignus fuit Chriſtophori de Rechenberg An. MCCCCLXIX. quum Carolus Audax Sundgoviæ univerſæ poſſeſſionem adiret. (*t*) Sub eodem Sigismundo, poſt exactos Burgundos, Truchſeſſiorum de Wolhauſen pignus evaſit; quos Marcus Reich de Reichenſtein, ſoluto ita ſexies mille & centum florenorum pretio, impetrata à Maximiliano I. Imp. poteſtate An. MDIV. excepit. (*u*) Reichenſteinios Ferdinandus I. An. MDXL. numerata quidem pecunia ſummovit, ſed Dynaſtiam receptam non diu retinuit; Fuggeris Comitibus oppignerandam. Abrogato per Suecos & Gallos in his oris Auſtriacorum imperio, Georgius Chriſtoph. à Taupadel, in Sueco-Vinarienſi exercitu Major Generalis, & poſt ipſius obitum, Axelius filius, Phirretenſi per aliquod tempus ſunt gaviſi dominio; donec Mazarinus Cardinalis An. MDCLIX. regia illud obtinuiſſet. donatione.

## DYNASTIA ALTKIRCHENSIS.

### §. LV.

Dynaſtia hæc, in medio Sundgoviæ ſita, Comitatus quoque Phirretenſis mediullium fuit, ubertate agrorum, quos Ellus & Larga perfluunt, turgens.

Altkircham caſtrum, Dynaſtiæ caput, ei nomen communicavit. Collem, cui caſtrum impoſitum, à læva præterlabitur Ellus. Originis Germanicæ nomen vetus templum deſignat, quod primis Alſatiæ Chriſtianæ temporibus ibi extitiſſe creditur. Ante ſeculum XII. tamen in monumentis nulla ejus mentio eſt. *Altinchilcham villam* monaſterii S. Albani Baſilienſis Charta An. MCLXXX. memorat, ex qua villa oppidum prodiiſſe videtur. Ad *caſtrum Alchilche* Fridericus Phirretenſis Comes, qui in eo multum commoratus eſt, Henricum, Baſil. Epiſcopum, An. MCCXXXII. cepit. (*x*) Idem *apud Alkilchium* cum Bertholdo, Abbate Lucellenſi, de pluribus rebus anno MCCXXV. convenit. (*y*) Poſt Comites extinctos majorem hujus, præ Phirretenſi, utut nobiliore, caſtri rationem habuiſſe videntur Duces Auſtriaci; quippe qui, cum inviſerunt Alſatiam, Altkirchæ plerumque verſati ſunt. Lætior ejus ſitus, curandisque negotiis opportunior; difficilis tamen & caſtri & oppidi aditus; neutrum hoſtes, ante Suecos, admiſit. Sueci unius anni ſpatio bis caſtrum expugnarunt, unde multum priſtinæ dignitatis amiſit. Turris dejecta vix triginta pedes altitudinis nunc habet; opera reliqua vel everſa penitus, vel labefactata ſunt. Puteus, magno labore in rupem inciſus, injecta terra fere diſparuit. Caſtrum.

Oppidum, à caſtro ſola foſſa ſeparatum, ac ſitu declive, Fridericus II. Comes initio ſeculi XIII. condidit. Ipſe hujus rei teſtis in Charta An. MCCXV. qua Lucellenſi Abbatiæ *in municipio meo nomine Haltkliche, quod tempore meo ædificavi, . . . locum aptum* dedit, *in quo domum cum aliis manſionibus neceſſariis ædificent.* Bertholdus Abbas, *ad emendandam loricam*, ſeu vallum, *ejusdem villæ Burgenſibus*, tum marcam argenti contuliſſe, in eadem Charta ſcribitur; quæ data in *villa Haltkliche*. En veros Altkirchenſis oppidi, quod vicum quoque ſuo muro incluſit, natales. Caſtrum & oppidum *Alkilche* Inſtrumentum oblationis Comitatus Phirret. An. MCCLXXI. recenſet. *Curtis Altkilch*, ibidem memorata, villam propriam, Germ. *Hoff*, ut Theobaldus Comes in altero oblationis Inſtrumento An. MCCLXXVIII. id interpretatur, ſignificat. Albertus Sapiens, cum in locum fratris ſui Leopoldi de Advocatia Lucellenſis Monaſterii inveſtiretur anno MCCCXXVI. Altkirchæ verſatus eſt, ſeu *in municipio noſtro*, uti loquitur, *apud Altkilcham*; (*z*) unde apparet manifeſto, municipium vel à caſtro, vel à vico, mutuaſſe nomen. ALBERTUS ARGENT. (*a*) & ANNALES COLMAR. (*b*) *Altichilchin* & *Altkilch* ſimpliciter ſcribunt, ſine caſtri, oppidi, aliove epitheto. Oppidum ſemper fuit mediocre, Phirretenſi tamen majus, cum quo paribus privilegiis gaudet. Mercatus ejus, quater per annum inſtituendi, omnium in Sundgovia frequentiſſimi ſunt. Hic Officialis Epiſcopi Baſilienſis, qui res eccleſiaſticas in Sundgovia tractaret, rogatu Archiducum diu confedit, hodieque certis temporibus confidet. Oppidum.



(*t*) Supra pag. 22. not. (*m*).
(*u*) Literæ Cæſaris autographæ in Archivo Prætorii Alſatiæ Argentorati.
(*x*) SCHÖPFLIN. *Hiſt. Alberti Sap.* Addit. col. 203.
(*y*) Ibid. col. 207.
(*z*) Idem loco cit. col. 233.
(*a*) *Chron.* pag. 102.
(*b*) Ad An. 1275.

## §. LVI.

Majoratus fex.

Præter memoratum caſtrum & oppidum Majoratus ſex, inter quos duo reliquis longe amplíores ſunt, Dynaſtiam Altkirchenſem componunt:

I. Majoratus ad Largam, (*c*) ad quem referuntur vici ſequentes: *Largitzen*, vetus *Larga* Romanorum, (*d*) *Uberſtraſ*, *Friesen*, *Hundlingen*, *Strutt*, *Moritzheim* vulgo *Mertzen*, *Willer*, *S. Ulrich*, ubi Prioratus, *Altenach*, *S. Luckar*, (*e*) *Mauſpach*. Præter *Willer* Jo. de Munſterol vicum *Mendelach*, qui periit, à Comitibus Phirret. in feudum acceperat, & utrumque una cum *Bongarten*, viculo allodiali, pariter excifo, Joanni Majori de Huningen, civi Baſilienſi An. MCCCLI. in ſubfeudum conceſſit. (*f*)

II. Majoratus vallis Huntzbach, (*g*) ubi *Huntzbach*, *Berenswveiler*, *Jettingen*, de quo inter feuda, *Franckenheim*, *Weiler*, *Hantzauen*, *Schwobach*, *Zaſingen*, *Waldbach*, *Henwviller*, *Tagsdorf*, *Emlingen*, *Weitersdorf*, *Wahlen*. Qui ſequuntur tres vici, peculiarem à ſexaginta circiter annis Majoratum conſtituunt: *Tagolsheim*, *Ober-Morſchwveiler*, *Aſpach*.

III. Majoratus Bettendorf: *Bettendorf*, (*h*) *Hirtzbach*, *Henſingen*. In Hirtzbaci vicinia vicus *S. Leger* interiit.

IV. *Ballersdorf* ſeu *Balterſdorf*; V. *Illfurth*, & VI. *Hochſtett*, tres Majoratus, unico quisque vico conſtant. Majoratum Illfurth, quem Ulricus I. Comes Phirret. An. MCCLXXI. ab Eccleſia Baſil. liberum eſſe voluerat, Theobaldus filius ſeptennio poſt eidem in feudum obtulit. (*i*) In vicino abhinc colle juniperos inter ac dumeta vetuſtiſſimæ arcis rudera viſuntur, quam accolæ ſimpliciter caſtrum vetus (*das alte Schloſs*) nuncupant. Ægidius Tschudius, (*k*) ubi de Baſilienſium expeditione An. MCCCLV. loquitur, eam diſtinctius vocat *die Veſti Tſiurt*.

## §. LVII.

Feuda Nobilium.

Geographicæ Altkirchenſis Dynaſtiæ deſcriptioni ſubjungimus feuda, quæ continet. *Heimersdorf*, vetus caſtrum cum vico, ut & partem in *Hirſingen* & *Ruderbach*, ab antiquo Frobergenſes poſſident; ab eo nempe tempore, quo familia de Gliers, quam Codex Feudorum Auſtr. An. MCCCLXI. commemorat, periit. Juribus Frobergenſium in Hirſingen, cujus quarta modo pars ad eos ſpectaverat, An. MDCXXX. augmentum acceſſit, in compenſationem bonorum, quæ Delenſi Dynaſtiæ ab eis tum reddita fuerunt. Illuſtriſſ. Comes de Montjoye, Magnus Carolus, Ordinis S. Lazari Eques, collapſum Hirſingenſe caſtellum, noſtris temporibus egregie reſtauravit. Ramſteinenſibus extinctis An. MDCXCVII. Frobergenſes in *Jettingen*, beneficio Regis, ſucceſſerunt, in quo tamen ſuperior jurisdictio Mazarinianæ Domui competit.

*Hagenbach*, ad Largam amnem, caſtellum dirutum cum vico, nobiliſſimæ ac in rebus Alſaticis fec. XV. celeberrimæ genti, ſedem & nomen præbuit. Caſtellum, olim foſſa munitum, (*l*) præter aliquot muros jam nihil oſtendit.

In Dynaſtia Altkirchenſi illuſtris Reinachiorum proſapia quatuor caſtra cum tribus vicis poſſidet, quæ ſingulæ totidem ipſorum ramis & ſedem & agnomen dederunt, *Hirtzbach* nempe, *Heydvweiler*, *Freningen* & *Luemſchvweiler*. Primus locus dimidia circiter leuca ſupra Altkircham; reliqui infra, Mulhuſium verſus. Feudum in Hirtzbach Hackii de Schweighauſen amiſerunt An. MCCCCLVIII. quo in Theobaldum de Taxfelden & ejus hæredes translatum eſt. His ſucceſſerunt Nobiles Granvillarienſes An. MDLV. quos An. MDLXXI Joannes Wellinger excepit, Cancellarius Archiducis. Wellingerus id vendidit Beato Graſſio, dicto *Vay*, Cameræ Enſisheimenſis Aſſeſſori; qui feudum in allodium commutavit An. MDLXXXII. Hinc per matrimonium ad Reinachios mox pervenit; ex quibus Franc. Joſephus, Ludoviciani Ordinis Eques, obſoletam hanc arcem renovavit. Vicus cognominis ad Dynaſtiam Altkirch pertinuit, haud ita pridem permutatione ad Reinachios pervenit.

*Heyd-*

(*c*) *Meyerthum auf der Larg.*
(*d*) Conf. Tomus I. pag. 202.
(*e*) Stephania, Friderici Comitis Phirret. uxor, An. MCCXXXII. Eccleſiæ Baſil. decimas dedit *in villa, quæ dicitur S. Luckera* &c. Herrg. *Cod. Probat.* tom. CCXCVI.
(*f*) Apud eund. loco cit. num. DCCCIII.
(*g*) *Meyerthum des Huntzbacher Thals.*
(*h*) In notitia fundationis Monaſterii Haſcov. ſcribitur *Bedendorf*.
(*i*) Herrg. loco cit. num. DLXXVI. *Illefurt den hof und das Meyerthum.*
(*k*) *Chron. Helvet.* Tom. I. Lib. VI. pag. 442.
(*l*) In Libro Feudorum Auſtr. An. MCCCLXI. ita: *Das geſaſſe zu Hagenbach, als es mit dem graben umb. gviſſen iſt.*

*Heydweiler*, vicus cum arce, colli non parum inde diſtanti impoſita, quæ Gothicæ architecturæ monumentum inſigne. Familia nobilis de Heidweiler cum medio fere ſec. XIV. exarniſſet, caſtrum ad Principes Auſtriacos rediit; qui Conradum Waldnerum Equitem primum An. MCCCXCIV. dein Morimontanos Nobiles, de illo inveſtiverunt. Caſparus de Morimonte, neceſſitate compulſus, caſtrum & vicum Erhardo de Reinach An. MCCCCLXXXVI. cum pluribus aliis bonis feudalibus vendidit. (*m*) Pulcherrimus caſtri in receſſus Vogeſi pariter ac vaſtiſſimos Sundgoviæ campos proſpectus.

*Freningen* inter vera Alſatiæ caſtra, foſſis & aggeribus probe olim munita, debet referri. Ruinæ ſuæ proximum Jo. Chriſtophorus à Reinach hoc demum ſeculo magnifice reſtituit. Conradum de Flachslanden, Equitem, Ulricus II. Comes Phirretenſis de hoc feudo inveſtivit An. MCCCXII. ſervato ſibi ac ſucceſſoribus ſuis jure aperturæ. (*n*) Flachslandiis Leopoldus IV. Hartmannsdorfios An. MCCCCLVIII. caſtri & vici poſſeſſionem adituros, hisque Carolus V. Imp. ſub initium regiminis ſui Reinachios, ſubſtituit; apud quos ſolos ab An. MDXXXVIII. permanſit. (*o*) Vicus per Helvetios anno MCCCCLXVIII. igne deletus eſt; (*p*) ex cineribus tamen reſurrexit paulatim.

*Lutmſchweiler* vino rubro ſapidoque, quod ejus ager profert, præ multis Sundgoviæ locis commendabilis eſt.

## §. LVIII.

*Karſpach* vel *Carolsbach* (*q*) duplex caſtellum habet, quorum unum vernacula lingua *das Ober-Schloſſ*, alias quoque *der Freyhof*, alterum *das Unter-Schloſſ* dicitur. Utrumque cum ipſo vico à Nobilibus de Phirreto poſſidetur, ut feudum. Ulmannus de Phirreto locum Karſpach An. MCCCLXV. primus in feudum accepit; qui Waldneris & Hirtzbacenſibus modo oppigneratus fuerat. Ita Leopoldus Dux damnum compenſavit, quod Rudolphus frater Ulmanno huic intulerat. Alia feuda.

*Brunſtatt, Riedisheim & Pfaffſtatt*, vici, circa Mulhuſium ſiti, fata fere æqualia habuerunt. Brunſtadii caſtrum eſt ſatis munitum, in quo Portiana legio, trecentis modo conſtans armatis, quum eo ſub finem An. MDCLXXIV. configiſſet, triduanam Gallorum obſidionem ſuſtinuit. Feudum oblatum generoſæ Berckheimenſium proſapiæ ab An. MCCXCV. caſtrum tamen Theobaldus Comes Phirret. An. MCCCX. à Leopoldo Landgravio in feudum accepit. Ubi vero Wernherus de Berckheim (circa An. MCCCLXI.) ſine maſcula prole deceſſit, Nobilibus de Domo, (*von Hus*) Pfaffſtadii poſſeſſoribus, & An. MCCCCXCV. Thierſteinii Comitibus obtigit; ad quos *Riedisheim* pridem ſpectaverat. His extinctis Gabriel de Salamanka, Hiſpanus origine, ex quo Comites Ortenburgenſes prodierunt, An. MDXXIII. in utroque loco ſucceſſit, æque ac in Pfaffſtatt. (*r*) Omnes hos vicos, pluribus paulatim oppigneratos, Mulhuſina civitas è creditoribus una, An. MDCXXXII. à Suecis obtinuit. Suborta mox huic cum Dn. de Vignacourt, qui Dynaſtiam Mœrſpergenſem dono acceperat, lite, Conſilium provinciale vicos *Brunſtatt & Riedisheim* poſteriori An. MDCXLVII. adjudicavit; qui ſeptennio poſt Martino Beſenwaldio, Solodorano Patritio, ut creditoribus ſatisfieret, venditi ſunt. (*s*)

*Pfaffſtatt*, cum feudum ſit Eccleſiæ Baſilienſis, pereunte Ortenburgica ſtirpe, ad Eccleſiam hanc rediit An. MDCXL. Epiſcopus, negletis Mulhuſinis, id Sebaſtiano de Rheno (*Zerhein*) vendidit An. MDCLVIII. ita tamen, ut nexus feudalis porro ſubſiſteret. (*t*) Ante Ortenburgicos Comites in Nobilium de Domo manibus fuerat. Caſtellum ibi medias inter paludes combuſtione fœdum Zerheinii An. MDCCXXV. reſtauraruntur. Eorundem feudum eſt *Dornach*, (*u*) uno alterove teli jactu diſtans à Mulhuſio, quod ab Eccleſia Murbacenſi pendet. In veteris caſtelli veſtigiis, ſub elapſi proximæ ſeculi finem, Reinholdus Wilh. à Rheno palatium exſtruxit, compendiarium & ſatis venuſtum. Zerheiniis quoque Auſtriaci pridem contulerunt in feudum *Morſchweiler* (*x*) vicinum, cujus & fœminæ ſunt declaratæ capaces An. MDLXI.

*Biſ*

(*m*) *Cod. Mſſ. Feudor. Regim. Enſisheim.*

(*n*) Literæ reverſales Conradi de Flachslanden extant in *Cod. Mſſ. Feudorum Regim. Enſisheim.*

(*o*) Ibidem.

(*p*) Ussteri *Chron. Baſil.* pag. 431.

(*q*) Conf. Tom. I. pag. 726.

(*r*) Cod. *Mſſ. Feudor. Reg. Enſisheim.*

(*s*) Petri & Fürstenbergii *Chron. Mulhuſ.* Mſ. Lib. VIII. Cap. XII. XVIII. XXI.

(*t*) Ibid. Cap. XVIII. in fine.

(*u*) *Turnache* in Charta Arnoldi, Abbatis Murbac. An. MCCXVI. " Eccleſiæ parochiales in Dornach & " Stauffen prope Rottenburg, in quibus Monaſterium " Lucellenſe jàm dudum habebat jus Patronatus. . . . " menſæ & uſibus Lucellenſium annexæ fuerunt poten- " tes. Literæ Joannis Epiſcopi Baſil. An. MCCCXXXVII. " Sabb. ante feſt. Nat. Joann. Bapt. " Koenigii *Eleuch. Privileg. Ciſterc.* pag. 705.

(*x*) Ut ab alio vico homonymo, de quo §. LVI. pag. præced. diſtinguatur, alias *Nieder-Morſchweiler* dicitur. Conf. Tom. I. pag. 727.

*Biff* five *Beiff*, elegans in læto ceſpite caſtrum, nunc prorſus everſum, ut & vicum *Didenheim*, paulo ſupra Mulhuſium, Beſenwaldii, quos diximus, emptionis pacto An. MDCXLVIII. adepti ſunt. Ruoſtiorum, & ante hos Cræningenſium, Nobilium An. MCCCCLXXI. (*y*) allodia fuerunt.

*Zillisheim*, vicus inſignis cum arce, quæ An. MCCXCI. ædificari cœpit, (*z*) Hartmansdorfiis cum An. MCCCCLII. eſſet ſubjectus, à Mulhuſinis igne vaſtatus eſt. (*a*) Poſt Hartmansdorfios extinctos ſec. XVI. Ruoſtiorum, & An. MDCXX. Phirreti Nobilium pignus evaſit. Tum Joannes Adamus de Pfirt, Sundgoviæ Præfectus, in arcis exciſæ locum præſtans è fundamentis palatium excitavit, tot feneſtris inſtructum, quot diebus abſolvitur annus.

*Illzach* arcis cadaver juxta vicum homonymum, qui Wirtenbergiæ Comitibus olim, nunc ab An. MCCCCXXXVII. Civitati Mulhuſinæ pleno jure adſcriptus. (*b*) Arx vero penes Auſtriacos manſit, à quibus dimidia pars Rappoltſteinenſibus Dynaſtis An. MCCCLIV. collata eſt; altera pars caſtri & vicus Illzach, quem Sigismundus Archidux Mulhuſinis injuſte abſtulerat, Dieterico de Domo obtigit An. MCCCCLXIX. Vicennio poſt Joannes de Domo jus ſuum in Geilios de Geilſperg ſponte transtulit, hi vero transtulerunt in Hohenfurſtios An. MDII. Caſparus de Hohenfurſt, ultimus gentis ſuæ, cum deceſſiſſet, Chriſtophorus Streitt An. MDCXVI. feudum obtinuit, idque eodem anno Petro de Landenberg vendidit. In Illzachio veteres Romanorum *Urnæ* ſupra quæſivimus. (*c*) Alterum Mulhuſinorum vicum *Modenheim*, quem cum Illzachio emerunt, ſeculo XV. ignis adeo deſtruxit, ut inde reſurrexerit nunquam.

*Lauterbach*, vicus cum Prioratu, Lucellenſi Abbatiæ ab An. MCCCXXVII. ſubditus eſt; (*d*) quæ merum & mixtum imperium in eo exercet.

## §. LIX.

Fata Dynaſtiæ.

Uti Phirretenſis Dynaſtia Rechenbergiis atque Truchſeſſiis Nobilibus, ita hæc Altkirchenſis Ramſteiniis & Andlavienſibus, ſub Sigismundo Archiduce, pro undecies mille florenis oppignerata fuit. Eam ut redimeret Rudolphus, Sultzenſis Comes, ac per triennium poſſideret, à Maximiliano I. Imp. An. MDIII. poteſtatem accepit. Productus poſſeſſionis terminus ad Ferdinandum I. uſque, ſub quo Altkircha, perinde ac Phirretum, Raimundi Fuggeri Comitis ac hæredum ejus pignus evaſit. Betzius quidam, Alſata-Markirchenſis & equeſtris in exercitu Sueco-Vinarienſi turmæ Præfectus, hac donatus Dynaſtia An. MDCXXXIX. eandem poſt obitum ſuum fratri reliquit; Betzios excepit Mazarinus Purpuratus An. MDCLIX.

# DYNASTIA THANNENSIS.

## §. LX.

Dynaſtia hæc ab oriente Ellum fluvium & Lautenbach vicum, ab occidente Amarinianam & Maſonianam valles; à meridie Belfortenſem Dynaſtiam, à borea Sennhemium atque Steinbacum, terminos habet. Dynaſtia, ſi caſtrum Thannenſe, ſeu Engelburgum, excipias, tota trans Thuram, adeoque in Sundgovia eſt.

Engelburg caſtrum.

Caput Dynaſtiæ cenſebatur caſtrum Engelburg, (*e*) in ſuperioris Alſatiæ limine poſitum, quod Thura fluvius, (*f*) Sundgoviæ finitor, ab ipſo Thannarum oppido, à Dynaſtia & à Sundgovia, diſterminat. Caſtrum hoc, antequam Dynaſtia Baſilienſi Eccleſiæ obnoxia fieret, Epiſcopo Argentinenſi An. MCCLI. in feudum oblatum eſt. Teſtis ipſe Ulricus I. Phirretarum Comes, ubi inquit: " Noverint univerſi, nos caſtrum de „ *Tanne* cum ſuis pertinenciis, cujus proprietas ad nos pleno jure ſpectabat, in manus „ . . . Henrici, Argentinenſis Eccleſiæ Epiſcopi, libere reſignaſſe, & hoc ab eodem in „ feudo

(*y*) *Chron. Mulhuſanum* Mſ. Lib. IV. Cap. VI.
(*z*) *Annales Colmar.* ad An. MCCXCII.
(*a*) *Chron. Mulhuſ.* Lib. III. Cap. IX.
(*b*) Ibid. Lib. III. Cap. VI.
(*c*) Tom. I. pag. 201. §. CXLII.
(*d*) Eccleſia parochialis in Lutterbach unita eſt Eccl. Lucell. à Joanne Papa XXII. Bulla Avenione XIII. Cal. Febr. MDCCXXVII. KOENDIG loco cit.
(*e*) Sigismundus Comes à Lupfen, Præfectus Thannenſis, in charta An. MDVI. ſcribit: *Die Herrſchafft und Empter Thann, ſo zu dem Schloſſ Engelburg gehoren.*
(*f*) A flumine Thura nomen *Doroangni*, de quo Tom. I. pag. 720. §. CCIX. derivandum eſſe videtur.

„ feudo recepiſſe &c.„ (*g*) *Chronicon Novientenſe* (*h*) non Ulrico, ſed Ulrici fratri Ludovico, neque Henrico Epiſcopo, ſed Henrici deceſſori Bertholdo, qui An. MCCXLIV. obiit, hoc factum adſcribit. Henricus nempe, Rex Romanorum, Friderici II. Imp. filius, cujus ephorus fuit Conradus de Tanne, (*i*) *quidquid juris in caſtro de Tanne, novo vel antiquo, habuit . . .* jam An. MCCXXXIV. in Bertholdum Epiſcopum transtulit, eidem ſuam operam pollicitus, ut *ab impetitione & conqueſtione Ferracenſi* (Phirretenſi) *abſolvatur*. (*l*) Jus Henrici Regis ex profcriptione Ludovici parricidæ, qui caſtrum poſſederat, haud dubie derivandum. Ludovicus ille, de quo Chronicon Novientenſe loquitur, patrimonio ſuo mulctatus, in donationem hanc caſtri primus conſenſit. Ulricus, Ludovici ſucceſſor, quum illam evertere non potuiſſet, cum Henrico Epiſcopo & ipſe tandem transegit; ita quidem, ut caſtrum Tanne ſibi non proprio, ſed feudali jure, redderetur. Accepit quoque eodem modo *Hohenack & Wineck*, Alſatiæ ſuperioris arces, quas Epiſcopus compenſationis loco in feudum ei contulit. Inveſtituram Argentinenſem Johannæ, Comitatus Phirretenſis hæredis, ALBERTUS ARGENT. An. MCCCXLVII. memorat. (*m*)

Novum & antiquum Thannæ caſtrum jam An. MCCXXXIV. extitiſſe, Henrici Regis verba, quæ retulimus, docent. Quodſi cum Phirretarum Comitum originibus hæc compares, Engelburgum Phirretenſi caſtro non antiquitate, ſed dignitate, ceſſiſſe, reperies. Sub Auſtriacis integrum perſtitit, ſitu operoque munitum. In eo Capella, reditibus dives, S. Catharinæ dicata, fuit. An. MDCLXXIV. Fœderatorum exercitus caſtrum occupavit atque rurſus reliquit. Galli noſtri paulo poſt, eodem anno, pulveris pyrii ope disjecerunt; à quo tempore in ruinis jacet.

## §. LXI.

Radicibus montis, cui Engelburgum inſidet, Thannæ adſidet oppidum, in ipſo aditu peramœnæ vallis Amerinæ; quæ Vogeſum ibi pervium reddit, atque ad Lotharingos ducit, ad collium fertilium fauces inter vineta (*n*) & prata ad Thuram flumen poſitum. Geographi nonnulli pro *Diatamio* Ptolemæi male habuerunt. (*o*) GERVILERUS (*p*) latine appellavit *Pinetum*. Origines ejus non ultra ſeculum XII. aſcendunt, à B. Theobaldi, Eugubini in Umbria Epiſcopi, lipſanis, derivandæ. Ajunt, Camerarium Theobaldi, ex Belgio oriundum, Epiſcopo defuncto (*q*) annulum, quem mercedis loco ſibi deberi crediderat, abſtractorum, pollicem abſtuliſſe cum annulo, & utrumque baculo ſuo incluſiſſe, cum rediret in patriam. Vallis Amerinæ fauces Cal. Julii ingreſſus, requievit ſub pinu, ad quam baculum ſuum applicuit. Hunc cum reſurgens non potuiſſet avellere, vicini in auxilium vocati, reliquias Theobaldi in pretio habere cœperunt. Fridericus Junior, Ferretanus Comes, ex caſtro Engelburg, tria lumina noctu in pinu illa cum ardere vidiſſet, Capellam (*r*) ibi exſtruxit, ad quam frequens hominum mox fuit concurſus; quæque deinceps in nobile Fanum excrevit. Prognato paulo poſt Fratrum S. Francifci ordine, Theobaldus Comes An. MCCXCVII. coloniam eorum huc arceſſivit, eisque vivarium, ad Engelburgici montis pedes ſitum, condendo Monaſterio dedit, quod hodieque ſubſiſtit; extra muros Thannenſes portæ ſuperiori vicinum. Locus in vicum, mox in burgum & oppidum, brevi excrevit. *Univerſitas burgenſis opidi Thannæ* jam anno MCCCIV. ſigillum ſuum Theobaldi Comitis chartæ appendit. (*s*) Quæ Comites inceperant, ſub Auſtriæ Ducibus feliciter continuata ſunt. Johanna Princeps, ut novi Magiſtratus civici dignitati conſuleret, An. MCCCXLIV. vicinos quatuor vicos *Alt-Thann*, *Erbheim*, ſuperius ac inferius *Aſpach*; Rudolphus vero, Johannæ filius, *Hohenrodern*, *Rammersmatt*, *Orzenzweiler & Leimbach*, An. MCCCLXI. ejus ditioni

Thannæ oppidum.



(*g*) Charta apud BERLETUM in *Chron.* Mſ. fol. 317. *b.*

(*h*) MARTENE *Theſaur. Anecdot.* Tom. III. col. 1156.

(*i*) CONRAD. URSPERG. *Chron.* pag. 321.

(*l*) LAGUILLE *Hiſt. d'Alſace*, *Preuves* pag. 38.

(*m*) URSTIS. *Scriptor. Rer. Ger.* Part. II. pag. 141.

(*n*) Rangus mons ob vini præſtantiam celebris, vinum album, generoſum, facile effervefcens, producit.

(*o*) Conf. Tom. I. pag. 62. §. LIX.

(*p*) *Panegyr. Carolin.* pag. 11. *b.*

(*q*) UGHELLUS Theobaldi huius mortem ad d. 20. febr. 1171. ponit, in *Ital. Sacr.* Tom. I. pag. 638. ſed COLETUS cum ex Actis correxit in *Not. ad Ughellum*, ubi decennio prius Theobaldum obiiſſe oſtendit. PAPEBROCHIUS idem jam fecerat in *Vita S. Ubaldi*, *Act. SS. Maii* Tom. III. pag. 638. Vitam iſtam S. Ubaldi, deceſſoris ſui, cum quo ſæpius ipſe confunditur, Theobaldus exaravit & Friderico I. Imp. dicavit. Prodiit Perufiæ An. MDCXIII. & Germanico idiomate bis impreſſa Brundruti.

(*r*) In hujus rei memoriam quotannis in vigilia translationis B. Theobaldi tres pini lampadiformes ante Templum Theobaldinum ſolenni ceremonia accenduntur, Capitulo, Magiſtratu & civibus oppidi, præſentibus.

(*s*) Extat autographum hujus Chartæ, qua fundatio capellæ S. Michaelis continetur, in archivo Collegiatæ Thannenſis.

subjecit. Incolæ horum vicorum, jure civitatis donati, magno numero in ipſam civitatem migrarunt. Sed incrementa oppidi vicis damnoſa fuerunt, ex quibus Erbhemium & Otzenvveiler denique perierunt. Foſſæ ac mœnia circumduci tum cœptæ. (*t*) Veriſimile, Thannas inter veteres ſuos ab An. MCCCLX. quo porta inferior condita eſt, limites perſtitiſſe conſtanter, niſi quod duo ſuburbia, cis Thuram unum, quod vulgo *Kattenbach* nuncupatur; alterum trans Thuram verſus Amarinam vallem, acceſſerint. Duplicis enim oppidi, majoris atque minoris, (*u*) mentionem facit charta Alberti & Leopoldi fratrum, Ducum Auſtriæ, An. MCCCLXIX. quæ ſane diſtinctio etiamnum obtinet. Pro majore enim, quod verſus planitiem, oppidum *inferius*, & pro minore *ſuperius* dicunt. Utrumque foſſa ſeparaverat, quæ pridem ſolo æquata. Kattenbacenſe tamen ſuburbium quod attinet, Thannenſes ſi audias, oppido nequaquam recentius eſt. Nec ego negaverim, illud eo jam extitiſſe tempore, quo munitum eſt oppidum. (*x*) Huic à Reinachiis, Waldneris, Landenbergiis, Ruoſtiis, aliisque Nobilibus, qui ſuas ex rure ſedes eo paulatim transtulerunt, non parum decoris acceſſit. Profuit quoque plurimum translatio Collegiatæ S. Amarini in elegantem B. Theobaldi apud Thannenſes Baſilicam An. MCCCCXLII. cujus primus lapis angularis lateris borealis VIII. Kal. Auguſti MCCCCXXX. poſitus fuerat, teſte veteri inſcriptione. Templum cum choro tunc quidem, ſed turris, quam Argentoratenſis aliqua ex parte æmulam dixeris, An. MDXVI. demum abſoluta eſt. (*y*)

## §. LXII.

Privilegia oppidi.

Inter privilegia Thannenſium, quibus ſub Auſtriaca Domo gaviſi ſunt, jus aſyli, monetæ atque inſignium eminent. Aſyli teſtis eſt locus, haud procul à Curia ſitus, qui hodieque *der Freyhof* dicitur. Ab Imperatore proſcriptos in illo ſecuros eſſe voluit Wenceslaus Imp. An. MCCCLXXIX. Initium monetandi factum anno MCCCCXVIII. quanquam Albertus Dux privilegium jam An. MCCCLXXXVII. conceſſerit; (*z*) finis in An. MDCXXIV. cadit. Cunei monetales omnis moduli magno numero in Curia adhucdum viſuntur. Producimus aliquot argenteorum nummorum ectypa, æri inciſa; quæ Thannarum inſignia produnt, ex ipſo Civitatis nomine ſumpta. Sigismundus Archidux An. MCCCCLXIX. Inſignia hæc oppido dedit: (*a*) Maximilianus I. Imp. An. MCCCCXCVIII. in iisdem nonnulla mutavit. Inter præcipuas oppidi prærogativas numeratur, quod ſuit cuſtos theſauri atque redituum & Curia Computorum Auſtriacorum, vi privilegii, quod Erhardus de Rinach, Præfectus Thannenſis, à Sigismundo Archid. An. MCCCCLXXXVI. impetravit. (*b*) Hinc peculiari nomine *Legeſtatt*, (*c*) à pecunia Alſatiæ Auſtriacæ, ibi depoſita, dicebatur. Accedit jus nnndinarum, quod Fridericus IV. Imp. conceſſit, Maximilianus I. amplificavit; jus quoque divendendi per omnem Dynaſtiam ſalis, à Rudolpho Duce An. MCCCCXXXII. impetratum, & alia jura, quæ Thanna cum reliquis Sundgoviæ oppidis communia habuit. Fidem ejus Maximilianus I. adeo probavit, ut ſingulare beneficium de non alienanda, imo ne quidem oppigneranda civitate impertiretur.

Formam

---

(*t*) Rudolphus in charta Thannenſi An. MCCCLXIV. ait: *Da ſolen ſy veſthlich und trewelich an unſer Statt vviagnuren und graben legen und verbavven.*

(*u*) En verba chartæ: *Die unſer Statt und die minre Statt ze Thann .... unſer jetzgenannte beide Stette.*

(*x*) Id Literæ reverſales, quas Rudolphus Dux An. MCCCLXI. Epiſcopo Baſilienſi dedit, indicare videntur, ubi inter feuda hujus Eccleliæ recenſetur *Tanne, Statt und dorff, als es bie dithalb dem Waſſer lit, das da heiſſet die Thor.* Kattenbach trans Thuram eſt Sundgoviis, neque Baſilienſi Eccleſiæ unquam fuit obnoxium.

(*y*) Inſcriptionem in ſuprema Turris parte, ubi pyramis incipit, inſculptam ita lego: ANNO DNI. MCCCCXII. IST DIS ACHTOEC ANGEFANGEN WORDEN UND NACH ZEHEN JAREN .... UNTER DEM WOHLGEBOHRNEN HERREN GRAF SIGMUNDT VON LUPFEN VOGT ZU THANN UND DEM EHRSAMEN GABRIEL SURGANT SCHAFNER ZU THANN MIT DES IBLY GOTTES DUECH MICH RUMICT VALCH VOLLBROCHT MDXVI.

(*z*) Diploma ipſis Thannis conferiptum, ubi verba: *Das ſi in unſer Statt ze Thann nu forbas ewiclich unſer münin haben und mieſſen mugent* &c.

(*a*) *Geben in u. mit Kraft dis briefſi einen ſchild durch die mitten getelit aus der einen und geverbten feyten doſelbea ſchilds geleich dem ſchild, ſeu Oſterich, u. an der andern und linckeu ſeyten ein gemut Thann in einem weeiſſen feld.* Chartular. Thannenſe.

(*b*) *Ein Niederlag in unſerer Statt Thann in unſerm namen uff zerichten.* Ibid.

(*c*) Nomen apud Germanos uſitatum, qui *Legſtatt* illas civitates appellarunt, ad quas publica Imperii tributa mittebantur. Has uti vocant collectas, ad normam expeditionis Romanæ, ex donaniis ſuis Proceres Germaniæ primum præſtabant, inde à ſubditis quoque exigentes ſubſidium. Cum autem receſſus Imperii Noribergæ An. MDXIII. & Auguſtanus An. MDLXVI. Procerum exemiſſent dominia, onera Imperii in ſolos eorum devoluta ſunt ſubditos. Tributa hæc ad certas mittebantur urbes, quas inter Francofurtum, Noribergam, Ratiſbonam, Auguſtam, Lipſiam, percipiuæ fuerunt. Vid. *Receſſ. Imp. Auguſt.* An. MDLXVI. §. XXXVI. *Ratiſbon.* An. MDCXII. §. IV. De vocis *Legſtatt* ſignificatu conf. etiam DIETHERRUS in *continuat. Theſauri Beſold.* pag. 787. & KNIPSCHILD *de civitat. Imper.* Lib. I. Cap. II. num. 41.

Forma Magiſtratus oppidi non ſemper eadem fuit. Primis temporibus ſec. XIII. Quæſtor (*d*) præfedit, ut vicarius Advocati, (*e*) qui Dynaſtiam univerſam gubernavit. Mox Magiſter civium ſeu Conſul & Sculteetus, (*f*) cum Aſſeſſoribus octo, Senatum omnem compoſuit. Abrogatum eſt denique Sculteti nomen, & duo Conſules creati, qui hodie ſubſiſtunt. Dignitatem Senatus Thannenſis ut augeret Wenceslaus Imp. ſimulque civium commodis conſuleret, à judiciis provincialibus quibuscunque An. MCCCLXXIX. eos liberos declaravit.

Thannas Auſtriacis primum eripuerunt Sueci d. 30. Dec. MDCXXXII. ſed in poteſtate ſua non diu retinuerunt. An. MDCXXXV. Beruhardus Vinarienſis Ducem Lotharingiæ in fugam convertit ibidem, atque poſt diuturnam obſidionem An. MDCXXXIX. & oppidum & caſtrum, à Lotharingicis copiis defenſum, expugnavit. (*g*) Johannes à Roſen, Reinholdi frater, tum Gubernator utriusque conſtitutus eſt. Munus hoc An. MDCXLVIII. obtinuit Jo. Chriſtoph. von der Grun; qui cum rem imprudenter egiſſet, Thannenſibus novam obſidionem An. MDCLIV. attraxit, ſibique captivitatem. (*h*) Captus eſt à Mareſchallo de la Ferté, regii exercitus Duce, qui Comitem de la Suze Belforto quoque ejecit.

## §. LXIII.

Dynaſtia Thannenſis in Judicium (*Gericht*) oppidi, in duas Advocatias, (*Vogteyen*) & in quatuor Majoratus, diſtinguitur. Judicium, uti Advocatiæ, in ſuos quoque Majoratus minores ſubdividitur, qui unam eandemque cum oppidanis civitatem componunt. En ipſorum nomina: I. *Hohenrodern*, Majoratus antiquus, (*i*) qui præter vicum homonymum complectitur quoque *Leimbach* & *Ramersmatt*. II. *Aſpach*, id eſt, *Ober-Aſpach* & *Nieder-Aſpach*. III. *Alt-Thann*, vicus unior & unicus. (*l*) E regione ejus, cis Thuram, ſunt Rangenberg & Staufenberg colles, qui ſeſe aſpiciunt, optimaque vina proferunt. Dynaſtia Thannenſis.

Advocatiæ duæ ſunt, *Bernhamten* & *Trambach*. Prior in duos Majoratus abit, ſuperiorem & inferiorem, qui etiam Judicia (*Gericht*) dicuntur: Majoratus ſuperior conſtat ex *Ober-Bernhamten* & ex *Nieder-Bernhamten* ac vico *Gilweiler*: Majoratus inferior autem his ſeptem vicis: *Aumertzweiler*, ubi caſtellum allodiale Dn. Desmarais, *Bernweiler*, *Galfingen*, *Ober-* & *Nieder-Spechbach*, *Bremigbofen* & *Euſchingen*, ſeu *Enſchingen*. Quatuor poſteriores vici quinque caſtris ornati ſunt. In ſuperiore Spechbach duo ſita, quorum unum Reinachiorum, alterum Zerheiniorum allodium eſt. Præſtantius tamen inter utrumque Spechbach interiit, quod inter caſtra ſua Ulricus I. Comes Phirretenſis An. MCCLXXI. recenſet, ac Theobaldus filius ejus An. MCCLXXVIII. Altenachiis in dimidia ejus parte ſucceſſerunt Brunighofii An. MDXX. & his nuper extinctis Gorii. Altera dimidia pars ſubfeudum eſt Rathſamhauſiorum à Lapide, qui Bernholdiis illam contulerunt. In *Bremigbofen* arx paluſtri ſolo impoſita, quæ vetuſtiſſima ſedes fuit gentis cognominis. Wilhelmus Waldnerus Leopoldo Probo anno MCCCLXXIX. in feudum obtulit caſtrum dirutum (*Burgſtall*) in *Enchinſingen*. (*m*)

## §. LXIV.

Advocatiæ Traubacenſis quatuor Majoratus ſunt: I. *Dunerkirch* ad Largam, vicus præſtantiſſimus, cujus Nunditiæ San-Georgianæ per Suudgoviam maxime celebres. Pertinet ad hunc Majoratum porro: *Gommersdorf*, *Wolfersdorf*, *Ratzweiler*, *Oelbach*. II. *Trambach*, tres vicos complectens: *Ober-Trambach*, *Nieder-Trambach*, & *Gevenatt*. Inter duos priores caſtellum fuit, *Trambach* quoque nuncupatum, quod Schütziis in feudum obtigerat; ſub quibus jam An. MCCCCLIV. *Burgſtall*, id eſt, Arx diruta dicitur. III. *Falckzweiler*, *Hecken*, *Sternenberg*, *Linden*. IV. *Bretten*, vulgo *das Welſche Meyerthum*, quod Gallici idiomatis terras Belfortenſes attingit: *Bretten*, *Burckhardsweiler*, *Bernhardsweiler* & *Welſch-Steinbach*, Gall. *Ejteinbe*. Munus Advocati Traubacenſis cum



(*d*) *Schaffner*, *Innehmer*.
(*e*) *Vogt*, *Ober-Vogt*.
(*f*) *Burgermeiſter und Schultheiß*.
(*g*) Vid. Engelhuſii *Wormſiſcher Feldzug* pag. 114.
(*h*) Prodiit eodem anno apologia Grunii, ſub rubro: *Apologia und grundlicher bericht, wie es mit der eroberung der Statt Thann und erfolgter gefangnis des Oberſten Jo. Chriſtoph. von der Grun hergangen*, in 4to.
(*i*) *Hohenrodern den Hof und das meyerthum* charta Theobaldi Comitis Phirret. An. MCCLXXVIII. memorat, apud Herrgott num. 576.
(*l*) De vico hoc loquitur Notitia fundationis Monaſterii Hafcov. quæ ſeculi XI. opus, ubi: *in villa, quæ dicitur Dunne, manſionem unum* &c. *Galliæ Chriſt.* Tom. V. Inſtrum. pag. 474.
(*m*) Archiv. Waldner.

egregiis juribus pridem feudum peculiare componit. Poſt Schützios, qui ſeculi XVI. initio vivere deſierunt, Waltherus Schwendius, Claudiæ Archiducisſæ cubicularius, eo gaviſus eſt, cui Ferdinandus Archidux d. 5. Martii MDCXLVIII. quo Alſatiam Auſtriaci perdiderant omnem, vinculum vaſalliticum inani gratia remiſit. In Schwendii locum An. MDCLI. ſucceſſit Benedictus Glutz, Solodoranus; Glutzium Jo. Beatus Willemannus An. MDCLXXVII. & hunc Wolfgangus de Schoenbeck excepit An. MDCXC. A Schoenbeckiis Advocatia Traubacenſis An. MDCCXXVIII. ad Illuſtriſſimum ſupremi Alſatiæ Tribunalis Præſidem primarium, Dn. de Corberon, & triennio poſt ad Klebſattelios tranſiit, ut feudum maſculinum.

Sequuntur reliqui Majoratus quatuor Dynaſtiæ Thannnenſis: I. *Balſchvveiler*, *Uberkümm*, *Burvveiler* & *Eglingen*. Princeps hujus Majoratus locus Balſchvveiler magna ſui parte ad Nobiles de Huninga primum, inde ad Lichtenfelſios ſpectavit; qui jus ſuum An. MDXLIX. in Hervvartios pro octies mille & octingentis florenis transtulerunt. II. *Sultzbach*, quem Johanna Mompelgardenſis, ultimi Phirretarum Comitis uxor, cum Rothenburgenſi Dynaſtia & Advocatia Traubacenſi, dotalitium ſibi retinuit. (*n*) Romanice vocatur *Sope*. Pertinent huc *Ober-Sultzbach*, *Nieder - Sultzbach*, *Diefmatt* & *Morzvveiler*. III. Majoratus *Reiningen* & IV. Majoratus *Riſpach*, (*Reppe*) qui extremi ſunt, ille verſus Belfortum, hic Mulhuſium verſus: unico uterque vico conſtat. Prope Reiningen duo perierunt vici, *Deckevveiler* & *Urvveiler*, quorum poſterior jam circa An. MCCC. cum Reiningenſi coaluit.

## §. LXV.

Feuda. Feuda Dynaſtiæ Thannenſis, longe pauciora, quam Phirretenſis & Alt-kirchenſis invenio; eaque partim oblata. *Schvveighauſen* caſtrum Cunemannus Hackius de Schvveighauſen Auſtriacis in feudum obtulit, ut vicum acciperet cognominem, qui cum Phirretenſi Comitatu Auſtriacis obtigerat; (*o*) acciperet etiam *Ennvveiler*, caſtellum cum vico, & *Michelbach*, Hackiorum tum pignora, de quibus omnibus Cunemannus ille primum inveſtitus eſt An. MCCCXCVII. His ager derelictus villæ *Hauſen*, quæ perierat, An. MCCCCLXVIII. acceſſit, ut forte damnum refarciretur, quod Schvveighuſio tum intulerunt Helvetii. (*p*) Michelbacum deinceps Hackiorum confenſu Reinachiis traditum eſt An. MCCCCLXXXII. ſed Ennvveiler temporum quoque injuria prorſus interiit. In reliquis Maximilianus I. Imp. An. MDX. Waldneros Hackiorum, cum extinguerentur, ſucceſſores deſignavit. Extincti ſunt Hackii de Schvveighauſen in Jo. Ludovico An. MDLXXII. quo Waldneria gens feudorum illorum poſſeſſionem aufpicato adiit. *Vvittenheim* caſtellum in agro vici cognominis, (unde Milites de Witenheim appellati ſunt) vetus allodium fuit Nobilium de Domo, ex quibus Jo. Ulricus An. MCCCXXII. illud Auſtriacis obnoxium reddidit; Hartungus vero An. MCCCCXIX. amiſit. Tum enim Gualtherus de Andelo non tantum Wittenhemii caſtrum, ſed & vicos quosdam ejusdem Hartungi, qui jure ſuo excideràt, & inter hos *Kungersheim*, in feudum accepit; (*q*) quod etiamnum ad poſteros ejus ſpectat. Caſtrum à Suecis An. MDCXXXII. incenſum eſt. Aliud caſtrum exſtitit in *Burvveiler*, ab Hagenbachiis medio ſec. XV. exſtructum in area feudali; unde & ipſum inter feuda relatum. Hagenbachii quoque vicum *Vvitolsheim* in Thannenſi diſtrictu, ut feudum Eccleſiæ Baſilienſis poſſident; cujus Ruoſtii participes olim fuerant, & ante hos Stauffenſes ac Maſonis-monaſterii Nobiles. (*r*)

# DYNASTIA BELFORTENSIS.

## §. LXVI.

Dynaſtia hæc, quam Auſtriaci *Dominium* (*s*) appellarunt conſtanter, juniores Belforti, non ab oppido, nomen fortita eſt.

Belfortum caſtrum. Caſtrum, in medio fere Dynaſtiæ rupi (*t*) impoſitum, ab amœnitate ſitus, vel præſtantia munitionis, nomen ſuum traxiſſe videtur. Rupes ab ea parte, qua

(*n*) Schvvebel *Hiſt. Alberti Sap.* Addit. Cap. II. col. 227.

(*o*) *Chartis Schvveichuſen* legitur in charta An. MCCLXXI. qua Ulricus I. Phirreti Comes, Comitatum ſuum Eccleſiæ Baſil. in feudum obtulit.

(*p*) Conf. Urstisii *Chron. Baſil.* Lib. VI. Cap. IV.

(*q*) *Cod. Mſ. feudorum Regim. Enſisheim.*

(*r*) Patet hoc ex charta Murbacenſi An. MCCCCL.

(*s*) *Herrſchaft*, *Seigneurie.*

(*t*) Ipſum hinc caſtrum *Roche de Belfort* dicitur.

egregiis juribus pridem feudum peculiare componit. Poſt Schützios, qui ſeculi XVI. initio vivere deſierunt, Waltherus Schwendius, Claudiæ Archiducissæ cubicularius, eo gavisus eſt, cui Ferdinandus Archidux d. 5. Martii MDCXLVIII. quo Alſatiam Auſtriaci perdiderant omnem, vinculum vaſalliticum inani gratia remiſit. In Schwendii locum An. MDCLI. ſucceſſit Benedictus Glutz, Solodoranus; Glutzium Jo. Beatus Willemannus An. MDCLXXVII. & hunc Wolfgangus de Schoenbeck excepit An. MDCXC. A Schoenbeckiis Advocatia Traubacenſis An. MDCCXXVIII. ad illuſtriſſimum ſupremi Alſatiæ Tribunalis Præſidem primarium Dn. de Corberon, & triennio poſt ad [illegible]

feculi XVI.
cularius, eo
am Auſtriaci
ndii locum
atus Wille-
. MDCXC.
am ſupremi
a[d] [illegible]



1. Ecclesia Paroch. 2. Castrum. 3. Curia. 4. Porta franc. 5. Anfitet
Ab Occid. ad Orient. urbs constat. 22 Pals.




1. Ecclesia Paroch. 2. Porta Alsat. 3. Ri
Ab Ortu ad Occid. interius urbs constat

ad pag. 45.

## LEORTUM

*Spectus ab Occid.*



*Arcis. Eccles. Paroch. 5. Capel. B.V. Lauret. 7. Capucini.*
*Aqu. perticis. 99. à Septentr. ad Meridiem.*

## INGA

*ab Meridie.*



*18. 4. Propugnac. versus Basilcam.*
*port. 99. à Septentr. ad Merid.*

qua oppidum subjacens aspicit, præceps & elatior, quam ab oriente vel borea; unde à parte hac fossa rupi incisa. Forma castri quadrilatera est. Ad meridiem ejus turris magna rotunda, tribus cameris fornicatis olim instructa, quarum suprema seculo superiore dejecta est. Ab illa non Alsatiæ modo, sed & Episcopatus Basilienſis, Helvetiæ, Burgundiæ & Montisbelicardæ regiones, imo & Lotharingiæ fines, late circumspicis. In oppoſito latere, ubi ex oppido aditus, ſimilis turris rudera proſtant, junioris ædificii fulcra. Reliqua Præfectus caſtri & milites veterani nunc occupant. Theodoricus III. Montisbeliardi Comes, caſtrum hoc adverſus Burgundiæ Comitis & Archiepiſcopi Biſuntini muniturus inſidias, conciliata ſibi Matthæi II. Lotharingiæ Ducis, ope, Bellumfortem An. MCCXXVIII. eidem in feudum obtulit. (*a*) Quæ oblatio tamen caruit effectu. Sub Auſtriacis agri vicini incolæ caſtrum cuſtodiverunt. Anno MDXC. à Regimine Enſisheimiano perpetui ibidem ſunt conſtituti cuſtodes. Seculo ſuperiore ter expugnatum eſt. Auſtriacos inde primum ejecit Otto Ludov. Rhingravius d. 11. Martii MDCXXXIV. (*x*) & biennio poſt d. 29. Junii notiſſimus belli Dux Comes *de la Suze*, (*y*) qui Belfortum deinceps ac Delam gubernavit. Sed etiam hunc, Regi adverſum, Mareſchallus *de la Ferté* d. 13. Febr. MDCLIV. obſidione facta ſubegit. (*z*)

## §. LXVII.

Oppidum ad caſtri pedes jacens munitum & amœni ſitus, at mediocris magnitudinis eſt. Ibi promontana Juraſſi, à directione ſua verſus Rhenum recedentis, viſuntur. Viſitur ibi Vogeſus, ex Lingonibus prodiens, (*a*) ruptaque linea ad Rhenum procurrens, cui parallelus verſus Moguntiam deſcendit. Saporoſa amnis (*b*) ex valle Roſemontana feſtinat ad oppidum, illudque canalis ope perluit. Regiæ ſex viæ ab omnibus orbis plagis Belfortum diriguntur, ita ut Alſatiam ab occaſu adituris & auſtro portam & aperiat & claudat. Una via per Delam ad Brundrutum, indeque ad interiorem Helvetiam, altera ad Veſontinos, tertia per Veſulium ad Lingones atque Pariſios, quarta per Roſemontanam vallem Beleumque (*c*) Vogeſi montem ad Lotharingos, (*d*) quinta Colmariam & Argentoratum, ſexta Huningam & Baſileam procedit. Situs ergo Belforti opportunus commercio, quod pro modulo urbis ibi floret. Burgundiæ utriusque & Campaniæ merces, inter quas vina præſertim numeraveris, magno ibi numero quotidie appellunt. Montisbeliardæ Comitatus membrum quum adhuc extitiſſet hoc oppidum, Reginaldus de Burgundia, Montisbel. Comes, cum Guilielmina uxore & Othenino filio, An. MCCCVII. multis privilegiis illud ornavit; (*e*) quæ prima ejus in monumentis noſtris mentio. Privilegia illa Henricus de Montfaucon, Raynaldi ſucceſſor & gener, An. MCCCXXII. nova Charta firmavit. Belfortum oppidum.

Vetuſtiores Chartæ Belfortum in tres dividunt partes. Raynaldus caſtrum & burgum ab oppido diſtinguit. (*f*) Urſula, Raynaldi per Johannam filiam, Ulrici Phirretenſis Comitis uxorem, neptis, An. MCCCXLVII. oppidum vetus à novo diſcernit. (*g*) Johanna illa, tribus maritis ſuperſtes, (*h*) An. MCCCXLIX. Hoſpitale pro XII. pauperibus ibidem inſtituit, quod etiamnum floret. Hugo, Archipiſcopus Veſontinus, cum eodem anno inſtitutum approbaſſet, Hoſpitale in *Villa Belfortis* exſtructum eſſe ſcribit. Per *Villam* autem oppidum ſeu urbem intelligi, ſenſu vocis à Gallico in Latinum idioma detorto, (*i*) ex ſuperioribus apparet.



(*u*) Charta oblationis apud CALMETUM *Hiſt. de Lorraine* Tom II. Probat. pag. 440.

(*x*) CHEMNITIUS in *Hiſt. Belli Suecici* Tom II. pag. 350.

(*y*) Ibid. Lib. IV. pag. 1026. *Gaſpard de Champagne, Comte de la Suze, Gouverneur des places de Belfort & de Dole & Commandant du pays.* Monumentum cius ſepulchrale marmoreum extat in Eccleſia S. Maimbaudi apud Montpelgardenſes.

(*z*) In memoriam rei hujus cuſus eſt nummus Lutetiæ, in quo Alſatia & Lotharingia ſub muliebri habitu ſiſtuntur, cum epigraphe: ALSATIA ET LOTHARINGIÆ QUIES. In infima parte nummi legitur BELFORTUM CAPTUM MDC. LIV. vid. *Medailles de Louis le Grand.* num. 35.

(*a*) Conf. Tom I. pag. 4. §. V.

(*b*) *La Savoureuſe.* Conf. ibidem pag. 20. Saponaceam materiam amnis continet, quæ lintea candidiſſima reddit.

(*c*) Beleus hic, Romanice *Balon*, Germ. *Belchen* diverſus ab illo eſt, qui Murbacenſi vicinus. De quo Tom. I. pag. 6.

(*d*) Via hæc, omnium difficillima, per rupium & montium declivia & apices, imo & ducit per valles, quæ rupibus ſunt jungendæ per ponies. Opus dignum Romanis.

(*e*) Charta data eſt Idiomate Burgundico. Idem Raynaldus Montisbelgardenſi oppido maxima quoque privilegia conceſſit, forte quod gentis ſuæ prævidit interitum.

(*f*) In Privilegio memorato An. MCCCVII. ait: *Nous avons grand deſir, que le Chatel, le Bourg & la ville du dit Belfort ſoient creés, multipliés* &c.

(*g*) *Als er ſich heraths ziehet zum thor zwiſchen der alten Statt und der neuen.* HERRGOTT *Geneal. Habsb.* Tom III. num. 792.

(*h*) Vid. Genealog. Phirret. infra.

(*i*) Proſtant & contra exempla, quæ voculam *Ville* ad deſignandum vicum ſeu villam ſec. XIV. inſerviſſe, nos docent. Adelheidis, Johannæ Montisbel. filia, plures Dynaſtiæ Belfortenſis vicos An. MCCCLXII. *villes* appellat. Vide infra.

Eadem Johanna jam An. MCCCXLII. parochialem Belfforti Ecclefiam in Collegiatam XII. Canonicorum converterat, quorum numerus injuria temporum imminutus. Noftra ætate Ecclefia à pedibus caftri in medium oppidum translata eft, ubi fumptuofum & præftans publicis impenfis exftructum confpicitur templum, Balilicæ fimile. Ecclefiam S. Chriftophori, (*l*) in agro fuburbano, ad cœmeterium fitam, veteris Belforti parochiam fuiffe fama fertur incerta. An. MCCCC. oppidum magno ex parte incendio periit; infecutis Burgundicis bellis plurimum detrimenti accepit.

## §. LXVIII.

Privilegia. Incolis conceffit Raynaldus, ut Magiftratum ipfi fuum eligerent libere; qui novem membris conftaret, (*m*) uno reliquis alternatim præfidente. Sculletus, (*n*) qui Principis nomine confilio interfuit, ex civium quoque defumtus eft numero. Auctoritas ejus in judiciis criminalibus præfertim eminuit, quam Camera Imp. Spirenfis An. MDXLIV. ita firmavit, ut fine illo nihil in oppido potuerit decerni. Majeftatis læfæ, hereleos, fimoniæ & facrilegii crimina à Sculteto folo judicabantur. Geminum in Magiftratu fuffragium ei nunc competit. Sunt & extra oppidi mœnia cives, per agrum difperfi, qui pro jure fuo fervando duodecim folidos annuatim perfolvunt. Quin & folutis per annum mille libris Stephaniorum, (*o*) ab omnibus olim tributis immune fuit Belfortum, uti pactum ejus, cum Raynaldo Comite factum, oftendit. Tantis privilegiis quum interpofito jurejurando Raynaldus oppidum ornaffet, cavit fimul, ne fubditorum fuorum alii in civitatem reciperentur, fed exteri. Emigratio civibus libera fuit, modo non in Germaniæ Regis vel in Auftriæ Ducis terras transirent. Nundinæ publicæ quater per annum celebrantur Belforti. Salbertina foreſta, donum Raynaldi, pafcua & venatigalia quædam, præcipua Civitatis domania funt. Salis per omnem Dynaftiam vendendi jus civibus An. MCCCCLXIII. conceffum. Mercimonia, quæ ipfi conficerent, An. MCCCCXCVII. tributis exempta funt.

Præter Hofpitale Johannæ Comitis aliud, fub invocatione S. Barbaræ, à civibus inftitutum eft. Suburbanum Capucinorum Monafterium An. MDCXIX. Leopoldus Archidux exftruxit. Teli jactu ab urbe receptaculum aquarum eft, magnis fumptibus exftructum, in quo fcaturigines quædam pro ufibus oppidi colliguntur, tuborum ope in publica loca derivandæ. Nec prætereunda filentio turris, (*p*) vicino urbi monticulo impofita, quæ Belfortum accedentibus in oculos incurrit. Forma ejus quadrata & fere pyramidata. Belfortenfibus curæ eft, ne turris damnum patiatur, ufus ejus licet ignotus. Falluntur, qui eam Vefontinæ & Bafilienfis Dœcefium terminum credunt. In eo olim accenfi dicuntur ignes, cum hoftis immineret. Caftrum Phirretanum, novem inde leucis diftans, quin & Rhenus, ab illa turre vifuntur. Infignia oppidi componit turris munita, cum literis B. F. pofitis ad latus. Gleba Belfortenfis agri mediocriter fertilis eft; at dives minera ferri, unde in fuburbano ferrifodinæ magno numero & officinæ ferrariæ funt; ex quibus præftantiffimum ferrum, afperitate carens, in remotas quoque regiones transfertur. Ducenties mille libræ quotannis in officinis illis cuduntur.

## §. LXIX.

Dynaftiæ quinque diftrictus. Sed jam ad Dynaftiam ipfam progredimur. Dominium Belforti, ævo fuperiore & noftro, in quinque Romanici idiomatis diftrictus fubdivifum reperio, in Belfortenfem nimirum & Ingelfodenfem Advocatias, (*q*) Majoratum magnum Alfiſiæ, (*r*) in Rofemontanum atque Delenſe Dominia; (*s*) quibus fingulis datus eft Præfes. Diftincta enim Dominia hi diftricus omnes fuerunt, (*t*) inftitutis diverſis gaviſa & legibus; fed cum à communi Belfortenſis caſtri tribunali penderent, Belfortenſis Dynaſtiæ partes compoſuerunt. Eadem fere omnium fata fuerunt, ſolam ſi Delenſem præfecturam excipias, quam ex parte Phirretenſes Comites ante reliquas, de quibus nobis jam inſtituendus ſermo, acceperant.

Uti

(*l*) Vulgo *La Braſſe*.
(*m*) Hinc *les neuf Bourgeois* vernacule dicuntur.
(*n*) *Meyer*, *Maire*, *Schultheiſſ*, *Prevot*.
(*o*) *Mille livres Effeveuaux*. Libra Stephan. XVI. ſolidos & octo denarios pretio æquat.
(*p*) *Tour de la Miotte*.
(*q*) *Prevoté de Belfort & d'Angeot*, *Germ. Ingelfod*.
(*r*) *Grande Mairie de l'Alſſe*, *Germ. Effis*.
(*s*) *Seigneuries de Roſemont & de Ville*.
(*t*) In Chartis Auſtriacorum diſtrictus illi ſingulis dicuntur *Herrſchaften*, aut Gall. *Seigneuriet*.

I. Advocatia Belfort.

Uti vero Dynaſtia Belfortenſis in quinque diſtrictus, ita Advocatia Belfortenſis, quæ inter hos primum obtinet locum, in quinque Majoratus, (*u*) ut vocant, ſubdividebatur; qui ſinguli à nobiliore vico, confeſſus juridici ſede, ſua nomina traxerunt. Majoratus hi ſunt: I. *Peronſe*, proximus Belforto ad ortum, ad quem vicus *Offemont* quoque refertur. II. *Chatenoy*, Majoratus ad Saporoſam maxime flumen, inter Belfortum & Montembelicardum. Pertinent ad illum *Chatenoy*, (*x*) *Vourvenans*, *Bermont*, (*y*) *Botans*, & ex tribus Montisbeligardenſibus vicis *Nommay*, *Brognard* & *Dampierre*, (*z*) duodecim habitationes. *Villar-le-ſec* (*a*) & *Oye* (*b*) in Majoratu hoc perierunt. In Charta Adelheidis, Marchioniſſæ Badenſis, qua Majoratus hujus incolas ſervos libertate donavit, memorati vici omnes leguntur, (*c*) iisdemque adduntur duo, qui peculiarem deinceps in Majoratum abierunt, nempe III. *Cravanche* & *Baviller*, qui tertius Advocatiæ Belfortenſis Majoratus eſt. IV. *Bethonviller* & *la Grange*, quorum ille *Bethwoeiler* germanice dicitur. V. *Buc* ſive *But*, vicus unicus, cum parte quadam proximi vici *Mandreviller*, in Dynaſtia Hericurtenſi.

## §. LXX.

II. Advocatia Ingelſod.

Advocatia Ingelſodenſis, quæ ſecundus Belfortenſis Dynaſtiæ diſtrictus, duobus quoque Majoratibus conſtat. Primum vici *Angeot*, *La Riviere*, *Vautiermont*, (*Walterſperg*) *S. Cosme*, (*Sanct Coſmann*) ſecundum *Novillar*, (*Neuweiler*) *Rechotte*, *Autrage* & *Eſchene* (*zu der Eichen*) componunt. Poſtremi hi duo viculi Friderico Monſtrolio An. MCCCCLXXVIII. ejusque deinceps hæredibus in feudum collati ſunt. In Ingelſodo ipſo caſtellum eſt feudale, quod nobilis familia de Ingelſod cum multis juribus uſque ad An. MCCCCXXX. ſola, inde per quadraginta & octo annos cum Nobilibus de Sultzbach ſimul, poſſedit. Ingelſodenſibus circa An. MDXXX. Pancratius de Zſchaffoy ſucceſſit, cujus filius caſtellum illud, annuente Ferdinando Archiduce, An. MDLXXXIII. vendidit Theobaldo Maegerero, Murbacenſis abbatiæ Cancellario, (*d*) qui poſteros utriusque ſexus ejus hæredes reliquit. Advocatiam ipſam Ingelſodenſem quod attinet, Phirretarum Comitibus jam ante matrimonium poſtremi Comitis cum Johanna, Raynaldi filia, juris aliquid in ea competiiſſe, vel inde conſtat, quod Theobaldus Comes An. MCCXCV. Monaſterio B. Virginis in Valle Dei quasdam in Ingelſodi territorio decimas conceſſit. Veterum incolarum ſervitutis veſtigium eſt jus caduci, Germ. *der Fall*, quod hodieque obtinet.

III. Majoratus magnus Aſſiſiæ.

Majoratus magnus Aſſiſiæ duos Majoratus complectitur minores: I. Aſſiſiam Aquenſem, (*Aſſiſe ſur l'Eau*) in eadem cum Majoratu Chatenoy ad Saporoſam directione, quæ ſepteu vicis conſtitit: *Dauſouſin*, *Andelnans*, *Sevenans*, *Leuppe*, *Moval*, (*e*) *Tretudans*, *Dorans*. Hic ſolus à dextra fluminis vicus eſt. II. Aſſiſiam Altam, (*la haute Aſſiſe*) quæ idiomatis Germanicis terris vicinior, *Chevremont*, (*Geiſenberg*) *Petite Croix*, (*Klein Creutz*) & ex parte *Beſoncourt*, (*Biſchingen*) qui locus ad Parochiam Pfaffenſem, quam infra recenſebo, refertur. In Majoratus hujus diſtrictu viculus *Fontenelle* peculiare prædium eſt, à Theobaldo de Granvillario, cui Henricus Darol illud vendiderat, circa An. MCCCCLXXVIII. Auſtriacis oblatum. Andreas Teubler, Granvillarienſium in eo ſucceſſor, Adamo de Hohenfurſt, Caſparus vero, Adami nepos, Henrico Biſantzer, gallice *Beſançon*, civi Belfortenſi, An. MDCVIII. ſua ſponte id tradidit, maribus ac fœminis competens.

## §. LXXI.

(*u*) Gallice *Mairie*, Germ. *Meyerthum*.

(*x*) Germ. *Keſtenholtz*. Similis nominis burgus prope Seleſtadium eſt.

(*y*) Olim *Belmont*. Vicus id ſingulare habet, quod per rupis, cui impoſitus eſt, radices tranſeat aquæ limpidiſſimæ flumen, quod indigenæ *Fontaine de la Suze* appellant; quod Caſpari Comitis de la Suze uxor, literarum amans, murmure aquæ, umbraque imminentis ſaxi, quod ſpeciem cameræ præbet, inducta, hanc frequenter ſolitudinem adiit. Flumen in vicina Frigida-Valle oritur, ubi cum per dimidiæ ſpatium decurriſſet, terram & montem ſubit, in loco hoc, veluti novo fonte, proditurum in lucem.

(*z*) Cognomine *outre les bois*, quo diſtinguitur ab aliis.

(*a*) Territorium ejus nunc ad vicum *Chatenoy* pertinet. Alium hujus nominis vicum in Delenſibus videbimus.

(*b*) Inter *Chatenoy* & *Bermont* fuit, & cum poſteriore coaluit.

(*c*) *La terre & Seigneurie de la Mairie de Chatenoy près Belfort, de la Diocèſe de Beſançon, c'eſt à ſçavoir ces villes* (*villages*) *de Cravanches, de Baviller, de Biſſaut, de Belmont, de Oye, de Veiller-lon-ſec, de Chaſteney, de Neut-aneix*, (*Nammay*) *de Vourvenant, de Brognard, & de Dampierre, appartenants à la dite Mairie* Undecim hic ejusdem Majoratus vici enumerantur, quem nunc ſeptem, nec integri omnes, componunt.

(*d*) *Codex Mſſ. Fendorum Regim. Enſisheim.*

(*e*) Tria loca, quæ præcedunt, villis potius, quam vicis, ſunt accenſenda.

## §. LXXI.

IV. Rosemont. Dominium.

Rosemontanum Dominium, nobilior Belfortensis Dynastiæ portio, à Rosemontio castro, quod Germanis *Rosenberg* & *Rosenfels* dicitur, suum nomen accepit. Rupes ad pedes Vogesi se extollens, vetustæ hujus arcis reliquias ostendit. Dominium ipsum in superius atque inferius, (*le haut & le bas Rosemont*) adeoque in duos Majoratus, valde inæquales, distinguitur. Superius duodecim, inferius tres modo vicos complectitur. Illud inter montes, unde *Rosenthal* nuncupatur, hoc in planis situm. In utroque obtinent consuetudines diversæ; utrumque etiam ex Mompelgardensi hæreditate Austriacis An. MCCCXLVII. obvenit. (*f*) Superius Rosemontium componunt *Chaux* sive *Tschu*, unde Majoratui nomen, *Waldhoy*, *Sermamagny*, *Evette*, *la Chapelle*, (cognomento *sous Chaux*, Romanice *Cappelitscha*) *Giromagny*, vicus infignis amplitudinis, qui sua metallifodinis incrementa maxime debet, *le Puix* vel *Soda*, cum præcedenti prope cohærens, *Wesemont* seu *Wesenberg*, *Rougegoutte*, *Groumagny*, *Eloy*, & qui his omnibus recentior est, *Auxelle haut*. Originem huic vico metallifodinæ quoque deberunt sec. XVI. quare directori earum Heydemburgio in feudum obtigit, sed tantum cum infima jurisdictione. Vetustior est vicinus vicus *Auxelle bas* seu *Nieder-Assel*, quem inter Rosemontana feuda jam An. MCCCXLVII. reperimus, una cum castello. A familia nobili Asselia ad alios atque alios paulatim tranfiit. Johannes de Dige Sigismundo de Orsini id vendidit An. MCCCCLVIII. idemque Carolus de Wey obtinuit An. MD. Huic vicennio post succesferunt Ferretii Nobiles, (*g*) ad quos locus etiamnum pertinet. Quædam castri veteris rudera superstant ibidem. *Rongegoutte* & *Groumagny* pari feudorum conditione sub finem sec. XIV. Nobilibus de Masmünster concessa, & per hos Roppacensibus deinceps in subfeudum collata sunt. Illis vero extinctis Roppacenses ipsi Archiduces de utroque loco investiverunt. (*h*) Ad Rosemontium inferius seu Majoratum *Argesans* (*i*) spectant: *Argesans*, *Bavillar* & *Urserey*. Ad viam est illis, qui Belforto tendunt Vesontionem.

Rosemontanos omnes, uti plerosque Belfortensis Dynastiæ incolas, servilis olim conditionis fuisse, non nisi sub Austriacorum imperio manumissos, Sigismundi Archiducis Diploma An. MCCCCLXVII. quo illorum privilegia renovantur, nos docet. Rector Dominii hujus (*l*) duobus præterea Majoratibus vicinis præfuit, Mœrlingensi & Eytuffensi vel Staufensi. Ad illum *Meroux* (*Merlingen*) & *Vezelois*, (*Wesewald*) ubi magna rusticorum tumultuantium strages An. MDCXXXIII. à Suecis edita est; ad hunc *Ejtuffont le haut*, (*Ober-Staufen*) *Ejtuffont le bas*, *Autontey*, *Petit Magny*, *Bourg* & *La Magdelaine*, pertinent. Indicia sunt, posteriorem Majoratum, Phirretarum Comitibus subjectum, (*m*) ad Dynastiam Rothenburgensem spectasse, de qua agetur inferius, indeque avulsum esse, cum Austriaci, Phirretensium successores, Rothenburgum oppignerassent.

## §. LXXII.

V. Dominium Delense.

Dominium Delense variis ex partibus, à se invicem prorsus olim sejunctis, seculo XIV. in unum corpus conflatum est. Castrum & oppidum, Dominii capita, cum prædiis nonnullis, Austriacorum beneficio; Florimontium, Delensi castro subditum, parata pecunia; reliqua per Johannam Montisbelg. Phirretensi accesserunt ditioni; inter quæ Granvillaria, Munsterolium, Froberga, singularia pridem Illustrium familiarum Dominia, feudorum legibus adstricta, aliaque fuerunt.

Dela castrum.

Dela castrum, tribus olim turribus ornatum rupique impositum, oppido subjecto & regioni imperavit; seculi XIII. monumenta mentionem ejus jam faciunt. Ad Allanum rivum, cui rupes adjacet, si dimidiæ leucæ spatium ascendas, in Brundrutanis terris aliud castellum offendis, *Milandre* nuncupatum, quod Delensi videtur fuisse oppositum. Hoc Turenniani belli tempore An. MDCLXXIV. à Gallis ipsis eversum est, ut ex turribus nihil, imo ex omni castro vix solidum, nunc superstet vestigia. Sub Austriacis castellanus in eo judex sedit, Belfortensi subordinatus.

## §. LXXIII.

(*f*) Severer *Hist. Alberti Sapientis* &c. Addit. col. 242. fq.

(*g*) *Die Edlen von Pfirt.*

(*h*) Hæc omnia continentur in *Codice Mſ. Feudor. Regim. Ensisheim.*

(*i*) In Johanne Phirret. chabta An. MCCCXLVII. princeps inferioris Rosemontii locus dicitur *Bamlier*: *Das Marggerthum von Bamlier*, *Urserey*, *Argesans und Bandier*. Intelligitur sine dubio vicus *Bavillar*. Conf. Severer loco cit.

(*l*) *Lieutenant de Rosemont*, Germ. *Statthalter* sive *Amptsverwalter im Rosenthäler thal.*

(*m*) Jus patronatus Ecclesiarum in *Pfaffans* & in *Eytuffon* Theobaldus Comes Monasterii Lucellensi An. MCCXCVI. donavit. Severer loco cit. col. 237. conf. Kopp ig *Elench. Privileg. Cisterc.* pag. 704.

## §. LXXIII.

Dela oppidum primitus dictum eſt *Datira* latine ſcribentibus. Germani *Dattenried* vocant. Eberhardus Comes, Adelberti Alſatiæ Ducis filius, villam comparaverat *Datiram*, eamque cum Baſilica S. Defiderii & ejus prædiis omnique Datiræ agro Murbacenſi Eccleſiæ, à ſe conditæ, An. DCCXXVIII. donavit. (*u*) Prima hæc, quam novimus, Delæ & Majoratus S. Defiderii, qui ad Delam pertinet, nuntio. Agrum Delenſem Eberhardus *Dalarinſe* vocat, quem poſtea *Dattenried* (*o*) dixerunt; utrumque vocabulum ipſam fitus naturam, id eſt, regionem paludoſam deſignat. Recentior his latina vox *Dela*, cui Gallica *Dêle*, (*p*) in iſtis oris pridem recepta, haud dubie dedit natales. Advocatiam *de Duile*, Murbacenſis Monaſterii nomine, Fridericus I. Phirretarum Comes, ſeculi XIII. initio adminiſtravit, eamque An. MCCXXVI. Richardo, Montisbeliardi Comiti, ad tempus conceſſit. (*q*) Hugo inde, ejusdem Monaſterii Abbas, *villam Tattenried*, quæ, *cum omni integritate & jurisdictione*, ad Eccleſiam ſuam ſpectabat, Henrico Regi, Friderici II. Imp. filio, in *rectum feudum* An. MCCXXXII. contulit, cum *medietate omnium redituum & proventuum ejusdem villæ*, hac tamen addita conditione, *ut eodem in loco munitum oppidum* Henricus exſtruetur, quod nunquam *infeudationis, collationis, venditionis ſeu obligationis titulo* poſſet alienari. (*r*) Munita itaque & amplificata Dela vicinos induxit, ut ex rure frequentes in eam migrarent, & cum nova fede quandoque & Dominum ſuum mutarent. Id cum Baſilienſi Epiſcopo noxium eſſet, Rudolphus I. Imp. An. MCCLXXXIV. vetuit, ne Baſilienſes ſubditi, qui ſervilis eſſent conditionis, in oppidum illud recipierentur; reciperentur vero ingenui & Eccleſiæ hujus vaſalli. (*s*) Delæ origo.

## §. LXXIV.

Quo Delam fato Murbacenſis Abbatia amiſerit, non liquet. Fine ſeculi XIII. in manibus Comitum Montisbeliardi fuit, è quibus in Alberti I. Regis Romanorum, mox venit poteſtatem. (*t*) Extincta nimirum Hohenſtaufica gente An. MCCLXVIII. quo per-Germaniam omnia turbata erant, Montisbelgardenſes ad inſtar aliorum proximas ſibi ex gentis iſtius terris uſurpaſſe, credibile eſt. Uſurpata Regi Romanorum dein reddita ſunt. Leopoldus, Alberti I. filius, Delam Phirretarum Comiti Ulrico II. & ejus poſteris utriusque ſexus An. MCCCXX. in feudum contulit, à Friderico Imp. Leopoldi fratre, ſolenni Charta confirmatum. (*u*) Feudum hoc cum in Johannam, Comitatus Phirretenſis hæredem, mox devolveretur, Urſulæ ſorori pro MM. marcis argenti Delam oppigneravit; (*x*) at brevi tempore redimendam. Albertus enim Auſtriacus, Johannæ maritus, quum de fœdere quodam cum Duce Burgundiæ An. MCCCXL. conveniret, *in villa ſeu caſtro* ſuo *de Dela juſtitiæ complementum* promiſit. (*y*) *Villa* idiomatis Gallici ſignificatum heic fine dubio, uti & alibi, obtinet. Dela itaque, Auſtriacæ Domus beneficium, ad eandem per matrimonium rediit, per quod omnem Comitatum ſibi comparavit Phirretenſem Fata.

Rudolphus Dux, Alberti & Johannæ filius, *dilectis* ſuis *Burgenſibus oppidi in Dela*, accedente Caroli IV. Imp. confirmatione, privilegia concellit, & conceſſa à majoribus renovavit. (*z*) Per Scultetum & Conſules, à civibus ex ſuo gremio eligendos, vel per duelli examen, cuncta dirimantur. Civis anno ætatis ſuæ duodecimo, ruſticus autem & peregrinus nunquam adverſus civem, teſtis admittatur. Liberi quindecim annos nati, altero parentum ſuorum adhuc ſuperſtite, omnis generis bona & alienare poſſint & acquirere. Qui Principis gratia ob aliquod facinus exciderit, per ſex ille hebdomades & tres dies in oppido & alibi ſecurus maneat &c. Ex eadem privilegiorum Charta apparet, Nobiles quoque in civium ſeu burgenſium numero fuiſſe, ſed à conſuetis civium tributis immunes. Cum Sundgoviæ periculum immineret à Burgundiæ Duce, Carolo audace, Baſilienſes, adverſus hoſtem communem Auſtriacis tum junĉti, Delam An. MCCCCLXXIV. præſidia miſerunt. (*a*) Oppidum quidem Privilegia.



(*u*) Vid. Tom. I. pag. 719.

(*o*) Conradus Rex in Diplomate Murbac. anno DCCCCXIII. jam dixit: *Dadilla, id eſt, Dadenried.*

(*p*) Contracta forte ex *Dadilla.*

(*q*) Teſte Charta Tabularii Montisbel.

(*r*) Ita autographum Murbacenſe.

(*s*) Herrgott *Geneal. Habsb.* Tom. III. num. 626. ubi *Tannenried* pro Tattenried.

(*t*) *Tatterried Burg und Statt, und allet, das darzu horet, alſo es Kunig Albrechts ſelige hatte von dem Graven von Monpelgart.* Verba ſunt Johannæ, Ulrici II. uxoris, in Charta An. MCCCXXIV. apud Herrg. loco cit. num. 748.

(*u*) Ibidem num. 728. *Burge zu Tatterriet und allet ſo darzu horet. Burgum* hic & caſtrum & oppidum deſignat.

(*x*) Ibid. num. 748.

(*y*) Charta Archivi Baſil.

(*z*) Extat Charta in Regiſtro Tabularii Baſilienſis.

(*a*) Ursisius in *Chron. Baſil.* Lib. VI. Cap. VI. pag. 440.

quidem exiguum eſt, ſed veram illud Alſatiæ portam Brundruto venientibus dixeris. Magiſtratus, ſub Sculteti præſidio, (*b*) membris quinque componitur. Advocatum Dominii totius & Scultetum oppidi unus nunc agit præfectus.

## §. LXXV.

Dominium Delenſe. Dominium Delenſe, præter caſtrum & civitatem atque feuda quædam, plures Majoratus comprehendit. I. Majoratum S. Deſiderii, (*c*) qui civitati Delenſi ſubeſt, componunt *S. Dizier le haut*, *S. Dizier le bas*, *Croix*, *Feſche-Pegliſe*, *Villar-le-ſec*, *Lebetoin*, *Montbouton* & *Bauconart*. Duo poſteriores vici maximam partem ad Montisbeliardenſe Blamontii Dominium, pauci eorum incolæ ad Delenſe caſtrum, pertinent. II. Majoratus *Rechefſy*, Germ. *Raſchliz*, & III. *Seppois le haut*, (*Ober-Sept*) qui ſolus Germanico idiomate utitur, unico quisque vico conſtant. *Seppois le bas* (*Nieder-Sept*) Landenbergenſes Nobiles in feudum poſſident, poſſeſſum olim ab Hagenbachiis. IV. *Bouconart* ſeu *Bubendorf*, ubi Nobilis Stahlianæ gentis caſtellum, ad Baſilienſem Eccleſiam maxima ex parte; V. *Faverois* ſeu *Faverach* ad Florimontanos, & VI. *Boroyne* ſive *Bull* ad Brunighofios Nobiles, nuper extinctos, pro dimidia parte ſpectant. Ad Bœllenſe Judicium quinque aſſeſſores Auſtriaci, duos Brunighofii, totidemque Major ipſe, (*d*) delegerunt. Crimina ſoli Auſtriaci judicabant. Caſtellum Brunighofiorum, quod ibidem ſitum, omni munimento caret. VII. Majoratus *Joncherey*, vicus unus. VIII. *Froide-fontaine* (*Kaltenbrunn*) & *Charmois*. Major Auſtriacus hic ſolam jurisdictionem ſuperiorem vitæ & necis exercuit. Reliqua jura Prioratui Frigidi-fontis competunt. IX. Parochia ſeu Majoratus Grunenſis quatuor vicos *Grosne*, (*e*) *Recourvance*, *Boron* & *Vellecot* complectitur. (*f*) Duos priores vicos ab An. MCCCCXII. uſque ad ſeculi ſuperioris initium inter feuda Auſtriaca Froburgenſes poſſederant. (*g*) X. In Granvillario, (*h*) Delenſis caſtri feudo, Majorem quoque Auſtriacum fuiſſe, Cameræ Enſisheimenſis documenta nos docent.

## §. LXXVI.

Florimont. Jam ad caſtri Delenſis feuda, hoc eſt, ad Florimontanum, Monſtrolienſe, Granvillarienſe ac Frobergenſe Dominia, exponenda tranſimus. Florimontium caſtrum, in clivo montis, unde Dominio nomen, exſtructum, una cum oppido cognominі & quinque vicis, Præfecturæ Delenſi, quum formaretur, adjectum fuit Germani *Blumenberg*, *Florimont* Galli dicunt. Theobaldus, Phirretarum Comes, ab Ulrico de Blumenberg, qui matrem ex Rappoltſteinia gente habuit, Florimontium, anno MCCLXXXXI. jam venale, ſibi pecunia comparavit. Offendit hoc Epiſcopum Baſilienſem, qui eidem inhiaverat Dominio, & Theobaldum eo adegit, ut " caſtrum & „ oppidum de Blumenberg, cum omnibus villis & hominibus, jure alodii & hæredi„ tario ad ſe pertinentibus, „ Eccleſiæ Baſilienſi An. MCCCIX. pariter in feudum obtulerit, uti Comitatum ſuum omnem nuper obtulerat. (*i*) Albertus Argent. (*k*) ubi hac de re loquitur, Blumenbergam *munitionem* Comitis *propriam* vocat. Eccleſiæ Baſilienſis vaſalli itaque Phirretarum Comites, & poſt ipſos Auſtriaci Duces, propter Florimontium quoque fiebant, ac manſerunt conſtanter. Ferdinandus I. Imp. id Nicolao Baroni de Bollweiler An. MDLX. pro novem millibus ſeptingentis ac ſeptem florenis oppigneravit; quibus idem Nicolaus Dominium hoc è Reinachiorum manibus modo redemerat; uti Reinachii Barones Rathſamhauſiis à Lapide in ejus ſucceſſerant poſſeſſione. (*l*) Extincta Bollvillana gente An. MDCXVII. Florimontium Jo. Erneſto Fuggero Comiti, poſtremi Baronis genero, in decennium committitur, quo elapſo Leopoldus Archidux ad ejusdem Erneſti & filii ipſius natu majoris vitæ tempus terminum redemptionis produxit; quo factum, ut ultra viginti quinque millia florenorum denique ſumma aſcenderet. Tricennale poſt hæc bellum in Alſatia exarſit; quo Fuggeris

(*b*) Confuecta hinc ſub Auſtriacis formula: *Schult-heiſſ, Burgermeiſter und Rath.*
(*c*) *S. Didier*, Germ. *S. Stevigen.*
(*d*) Singulari nomine *Langmeyer* dicebatur.
(*e*) Germ. *Welſchen-Grun.*
(*f*) Nomina hæc in charta fundationis Monaſterii Frigidi-Fontis An. MCV. leguntur, ubi Ermentrudis, filia Guillermi Comitis de Burgundia, donat *Eccleſiam de Grono*, *Recovrantia*, *Nermano Villario*, *Boron*, *Vellecort*, &c
(*g*) Codex Mſ. feudor. Regim. Enſisheim.
(*h*) *Meyerthum Granweiler.*
(*i*) Vid. Charta apud Herro. *Cod. Probat.* num. 700.
(*k*) *Chron.* pag. 115. ad An. MCCCVIII.
(*l*) Gollut teſtatur Marcum à Lapide anno MCCCCLXIX. Florimontium tenuiſſe in pignus pro 6032. florenis aureis. Vide ſupra pag. 22. not. (*m*).

Fuggeris Florimontium (*m*) & reliqua ablata, quæ formula Weſtphalicæ pacis eisdem reſtituit. Tempus oppignerationis autem præſcriptum cum effluxiſſet, defunctо Chriſtoph. Rudolpho Comite, Ludovicus XIV. An. MDCLXXII. debitam pecuniæ ſummam pro pignore, imo & ſedecim millia florenorum pro comparatis alodiis, Fuggerianæ familiæ reddi curavit. Inde Dn. Barbaud, Hericurtenſis, Dominium omne retinuit, quod decennio poſt Jacobus *de la Grange*, ſupremus Alſatiæ Præfectus, à Rege in feudum accepit. Grangius vi conceſſæ ſibi poteſtatis mox idem Caſparo Barbaud, cui nuper ereptum fuerat, vendidit; unde nova Florimontii Dynaſtarum ſeries, quæ hodieque ſubſiſtit. Arcem, adſtructam oppido, quam Johannes Comes à Thierſtein An. MCCCCXXV. tenuit, (*n*) Gallicanus miles An. MDCXXXV. ſolo æquavit. Veteri oppido Duces Auſtriæ ſuburbium addiderunt, cujus jam An. MCCCLXI. fit mentio. (*o*) Florimontana Præpoſitura (*p*) à Præpoſito, Magiſtratum exercente, nomen habet, omnesque, Dominii vicos, præter unum, complectitur. Vici, ſeu villæ potius, ad illam pertinentes, ſunt *Courcelle*, *Courtelevant* ſive *Hebſtorff*, *le Puis* vel *Sood*, & *Chavenatte*. De aliis Præpoſituræ hujus vicis, quorum aliqua pars ad Delenſem Dynaſtiam pertinet, ſuo loco jam dictum. Vicus *Schwerts* Majorem (*Maire*) habuit ac judicium proprium, à quo, æque ac à Magiſtratu oppidi, provocabatur ad caſtrum Delenſe, ſeu, tempore oppignerationis, ad poſſeſſorem Dominii. Sed jam ordo rerum nos ad Monſtrolium vocat.

## §. LXXVII.

Monſtrolium.

Tria ſunt Monſtrolia, caſtrum & duo vici, qui ad unum idemque Dominium pertinent. Gallice *Montreuil* ſive *Montreux*, Germanice *Munſterol*, dicitur. Caſtrum, à quo reliqua pendent, paludibus & gemina turre munitum eſt. Adſtructis quoque manſionibus foſſa circumducta & mœnia formam oppiduli dederunt ac nomen. (*q*) Munſterolia gens, quæ feudum hoc ab antiquo poſſederat, (*r*) ſec. XVI. periit. In duos illa ramos An. MCCCCLVIII. cum abiiſſet, Monſtrolienſe Dominium in totidem diviſum eſt partes, ita quidem, ut *Cloeliere*, *Frais*, *Chavanne le petit*, (*s*) *Chavanne le grand*, (*t*) *Lutran*, (*u*) *Romagny*, *Magny* (*v*) & *Grun* (*x*) ramo ſeniori; juniori vero *Fouſſemagne*, (*y*) *Montreux le vieux*, (*z*) *Montreux le jeune*, (*a*) *Bretagne* (*b*) & *Fontaine*, (*c*) obtigerint. Caſtrum & oppidulum Munſtrolienſe utrique familiæ communia fuerunt. Priorem familiam quod attinet, Fridericus de Munſterol, maſcula prole deſtitutus, à Sigismundo Archiduce privilegium An. MCCCCLXXV. obtinuit, quo partem ſuam in filias, earumque heredes, transmittere poſſet. Generos ille tres habuit, Stephanum de S. Lupo, Chriſtophorum de Hadſtatt, & Ludovicum de Reinach. Hos omnes Domus Auſtriaca deinceps coinveſtivit cum ſocero, qui An. MCCCCXC. deceſſit. In ſolam tandem Reinachiorum familiam (*d*) omnia transierunt, extincta nempe priorum propagine maſcula. (*e*) Reinachiorum Monſtrolienſium quoque ramus ſub hujus ſeculi initium cum exarui ſſet, (*f*) ad dominum directum rediturum erat feudum, niſi Ferdinandus I. Imp. An. MDLX. aliam Reinachianæ gentis familiam ſubſtituiſſet priori. Subſtituti Jo. Henrici poſteri, in tres olim, nunc in duas ſtirpes ſubdiviſi, (*g*) feudum commune jam poſſident. Altera pars Dominii Munſterolienſis in alienas pariter manus, at paulo ſerius, pervenit. Poſt Mœrſpergenſes, Bollvillanos & alios, (*h*) Granvellani quoque illam à Maximiliano I. Imp. ſperare jubebantur. Guido de Munſterol, gentis ſuæ poſtremus, juſſu Ferdinandi I. Nicolaum



(*m*) An. MDCXXXIII. Florimontium Wurmbrando, & ſexennio poſt Joanni de Roſen, Tribunis militum Suecicis, dono datum fuit.

(*n*) *Scriptor. Rer. Baſil. minores* Tom. I. pag. 337.

(*o*) In Literis inveſtituræ Rudolphi Ducis, ubi: *Die Burg und die Statt und die Vorſtatt zu Blumenberg.*

(*p*) *Prevoté de Florimont.*

(*q*) *Munſterol die Burg*, *Vorburg und das Stettlein.* Verba in Literis feodalibus Auſtriacorum obvia.

(*r*) Deſiderius de Munſterol inter Vaſallos Johannæ Montisbeliardenſis, ultimi Phirretarum Comitis uxoris, recenſetur in Charta An. MCCCXLVII.

(*s*) Sive *Chavanne ſur l'eſtang*; Germ. *klein Schaffnatt.*

(*t*) *Gros Schaffnatt.*

(*u*) *Lutter.*

(*v*) *Mengiat*; *Mendelat.*

(*x*) *Grun im Gottes thal.*

(*y*) Germ. *Fieſſenen.*

(*z*) *Alt-Munſterol.*

(*a*) *Jung-Munſterol.*

(*b*) *Bretz.*

(*c*) Germ. *Brunn.* Ob delictum feudale vicus hic Johanni de Munſterol ablatus & Johanni de Kuttina An. MCCCCLXXV. collatus eſt in feudum, id quod Caſparus de Mœrſperg An. MCCCCXC. ære comparavit. Mœrſpergenſes idem Erneſto Fuggero Comiti An. MDCXVIII. vendiderunt; qui cum pactam pecuniæ ſummam non exſolviſſet, Carolus Polhemius Baro, ultimi Mœrſpergenſis Baronis gener, in ſuam vicum poteſtatem recepit, & poſt pacem Riſvicenſem quoque, ut regium beneficium, ſervavit.

(*d*) Unde *Reinach de Montreux* dicuntur.

(*e*) Ludovica, Stephano de S. Lupo nupta, jam An. MDXIX. absque filiis deceſſit. Hadſtadiorum gens omnis An. MDLXXXV. defecit.

(*f*) An. MDCCV. quo Philippus Carolus, Rinachio-Monſtrolienſis poſtremus, obiit.

(*g*) Reinach de Fouſſemagne, de Muntzingen & de Hirtzbach. Vid. *Arrêts notables du Conſeil d'Alſace* pag. 271. ſeq.

(*h*) Co-inveſtiti ſunt Caſparus de Mœrſperg, Conradus Stürzel D. & Petrus de Bollweiler anno MCCCCXCVIII. *Cod. Mſ. feudor Regim. Enſisb.*

Perrenotum de Granvella An. MDXLIX. in dimidiam ejus poſſeſſionem vivus immiſit, accepta quadam pecuniæ ſumma ; unde nomen exortum *Montreux-Grandvelle*. Granvellanis ſub initium ſeculi ſuperioris pariter extinctis, feudum hoc ad dominum ſuum rediit, mox ad Reinachios quoque emtionis pacto tranſiturum. Ad Granvillarium progredimur.

## §. LXXVIII.

Granvillarium & Morvillar.

Sub Granvillarii nomine Morvillarinm (*i*) quoque vicinum comprehendimus, quod rationes plerumque communes cum Granvillario habuit. Utrumque antiquitus feudum Montisbelgardenſe fuit; utrumque etiam duobus tantum locis conſiſtit, prius quidem Granvillario, veteri oppidulo, & vico *Thiancourt*; (*l*) poſterius Morvillario & *Meſrey* (*m*) vicis. Sita hæc omnia, Delam inter & Montembeliardum, ad Alanum flumen, in extremitate meridionalis Alſatiæ. Henricus de Granvillario jam anno MCCLXXXIV. inter Comitatus Montisbeliardi vaſallos occurrit, ubi Raynaldus Comes idem Granvillarium Eccleſiæ Baſilienſis beneficium, ſibi collatum, agnoſcit. (*n*) A Raynaldo defuncto primum in generum ejus, Henricum Montefalconium, dein peculiari quadam transactione circa An. MCCCXXXII. in Raynaldi filiam Johannam, (*o*) tum Marchioniſſam Badenſem, & ab hac in Urſulam Phirretenſem tranſivit, dum Morvillarium Johannæ, Urſulæ ſorori, adeoque Auſtriacis, fieret obnoxium. (*p*) Sub omnibus his Granvillarium familiæ nobilis, inde cognominatæ, ſubfeudum permanſit, quod & fœminas admiſit. Jo. Jacobus de Granweiler ſuo ac poſterorum ſuorum utriusque ſexus nomine inveſtituram An. MDXX. accepit. Neſcio qui factum, ut Waltherus de Andlavia Granvillarium cum vico Thiancourt ab Auſtriacis emerit, familiæ ſuæ deinceps auferendum. Abſtulit An. MDCLXX. Ludovicus XIV. quod pacto emtionis non ſatisfactum, idque Nicolao Barbaud pro triginta mille florenis vendidit. Sed & Nicolai hujus filii creditoribus, ſeculi præſentis initio, ut ſatisfieret, Granvillarium Baſinieriis, hodiernis ejus & Morvillarii poſſeſſoribus, ſupremi Alſatiæ Tribunalis juſſu, venditum eſt. Elegans abhinc ex veteris Morvillarienſis caſtri ruderibus domicilium prodiit.

## §. LXXIX.

Froberg. Baronia.

Extremus Sundgoviæ novæ diſtrictus Dominium liberum ſeu Baronia de *Froberg* cenſetur ; contiguum licet Sundgoviæ non ſit, ſed inde abruptum, ita, ut nonniſi per Epiſcopatus Baſilienſis, vel per Burgundici & Montisbeliardæ Comitatuum ditiones, poſſit adiri. Romanice *Montjoye*; in Latinis documentis *Montigaudium* (*q*) dicitur, à caſtro, quod præter capellam & rudera ſua jam nihil oſtendit. Froberga tamen vetuſtiores duæ aliæ arces fuerunt *Gliers* & *Mauron* ſive *Monron*, à quibus Baroniæ hujus poſſeſſores appellati, priusquam à Froberga nomen ſumſerunt. (*r*) Literæ inveſtituræ Tullieriorum ſec. XV. Frobergam ſuperioribus primum ſubjungunt. (*s*) Præter caſtra hæc & villas, eis adjunctas, quindecim vici partim & viculi Frobergenſe dominium conſtituunt. *Vaufrey* ad Dubim, à Frobergæ caſtro dimidiæ leucæ ſpatio diſtans, hodierna Domini ſedes eſt. Reliquorum nomina ſunt : *Indevillars*, *Bremoncourt*, *Montancy*, *Le Faulx*, *Montorſon*, *Le Bail*, *Fieſſe*, *Richebourg*, *Surmont*, *Beurweiller*, *Montnoiron*, *Bois du Plain*, *Vermois*, *Les Chefaux*. Dubis, diſtrictum perrepens, lignis, quibus illi montes abundant, Veſontionem transferendis inſervit; quod commercium, ut & paſcua, victum dat incolis. An. MCCCLXL Johannes de Gliers, liber Dominus, (*t*) à Rudolpho Auſtriaco inveſtitus eſt de curia, jure patronatus & aliis in *Horſingen*; item de *Gliers* & de caſtro *Mauron*, de *Hundelingen* & *Muſpach* Majoratibus. Ludovicus à Gliers, Dominus de Froberg, literis An. MCCCLXXXII. Leopoldo Auſtriaco datis, ſe atque hæredes ſuos ad aperturam caſtri Mauron obſtrinxit. Pleniores ſunt literæ inveſtituræ An. MCCCLIV. Dieterico de Tullier, Domino in Froberg, conceſſæ, quæ

(*i*) Germ. *Welſch-Morſweiler*.
(*l*) Ex charta An. MCCCLXXXIV. apparet, vicum hunc jam tunc Granvillarienſi Domino ſubjectum fuiſſe.
(*m*) Germanice *Miſerach*.
(*n*) Vid. inſtrumentum apud HERRGOTT. *Cod. Probat.* num. 624.
(*o*) Charta hujus rei in archivo Montisbeliard. ubi Henricus Montefalconius ita : *Voullons par eſpeſcial, M. Henri de Grantvillers Chevalier repraigne ſon fieſ, que tenoit de nous, de ma très chiere & bien aymée ſeur devant dite* &c.
(*p*) Charta habet : *Morſweilre*, *Miſerach* &c. apud STEYER.
(*q*) Jo. Ludovicus de Tullier *Dominus in Montiſgaudio* legitur An. MDXL VII. in *Collectaneis Veſtiſſianis* Mſſ. Cel. BRUCKERI, Prof. Baſil.
(*r*) *Richardus de Gliers Liber* in Ultici I. Comitis Phirret. literis An. MCCXXXIII. memoratur ep. HERRG. *Cod. Probat.* num. 297. *Wilhelmus de Gliers* ibid. occurrit An. MCCC. & MCCCXLVII. num. 691. & 792.
(*s*) *Codex Mſſ. feudorum Regim. Enſisheim.*
(*t*) *Johannes von Gliers ein Evig.*

quæ ſpeciali privilegio feudum hoc ad fœminas quoque extenderunt. Enumerantur in iis tria caſtra *Monront*, *Gliers* & *Froberg*, à quibus omnia Baroniæ loca pendent; item caſtrum & vicus *Heimersdorf*, vicus *VVelſchengrun* & reliqua. Vaſalli, ab Auſtriæ Duce moniti, feudorum horum virtute cum triginta equitibus comparere; arma tamen contra Burgundiæ & Lotharingiæ Duces, contra Comites Friburgenſes & Neo-Caſtrenſes, ferre non tenebantur. Sigismundus Archidux, inveſtituram à Tullieriis neglectam allegans, Johanni Comiti Eberſteinenſi Frobergenſe hoc dominium An. MCCCCLXXVI. conceſſit. Res tamen locum non habuit. Nicolaus Tullierius, Baro de Monron, Gliers & Froberg, ſuo ac ſuorum nomine An. MD. novas inveſtituræ literas obtinuit, addita rurſus clauſula, ut feudum quoque fœminas admitteret. In literis his, præter loca ſuperius recenſita, vici *Brubach*, *Peronſe*, *Beſoncourt* & *Zonvveiler* prope Kaltenbrunn, ac ſubfeuda memorantur, quæ Nobiles alii à Frobergenſibus tenuerunt.

A Frobergenſi hac Baronia diverſus eſt plane Froburgenſis Comitatus, qui à Sisgoviæ Rauracorum caſtro *Froburg*, (*u*) in tractu *Hauenſtein* ſito, magnoque terræ motu An. MCCCLVI. everſo, ſuam appellationem accepit. Froburgenſes Comites, inſigni apud Rauracos auctoritate pollentes, pace clari & armis, Zofingen, Bellævallis, Olſperg & alia Monaſteria condiderunt. Caſtrum *Vorburg* (*x*) in Salsgovia occurrit, quod Nobiles Vorburgenſes, ſeculo ſuperiore exſtincti, poſſederant.

Ceterum ad Barones de Froberg ſeculo ſuperiore pervenit contiguus illis Comitatus Rupenſis, quem etiam *de Rocha* appellant, (*y*) non ad Alſatiam, ſed ad Burgundiæ Comitatum relatus.

## §. LXXX.

Supereſt, ut de univerſa Dynaſtia Belforti adhuc pauca ſubjungam. Quinque ejus, quos enumeravi, diſtrictus, in Majoratus ſubdiviſi, ex ſuo ſinguli gremio Judices ſibi ordinarios elegerunt. Majoratus quisque ſuum judicium habuit. Ad cauſas civiles novem, ad criminales viginti quatuor ſelecti ſunt judices. His Majoratuum judiciis ſinguli diſtrictuum Præfecti, non modo ut Præſides, ſed & ut Procuratores ſiſci, interfuerunt, à quibus ad ſuperiora tribunalia, tum in oppido, tum in caſtro Belfortenſi conſtituta, provocatio fiebat. Belfortenſis caſtri tribunal ex quinque illorum diſtrictuum, quos modo memoravi, Rectoribus una cum Quæſtore & Actuario, (*z*) compoſitum fuit, quibus ſummus totius Dynaſtiæ Præfectus (*Grand Bailliſ*, *Ober-Vogt*) præſedit. Res, quæ ærarium Principis, domania & jura ejus ſpectabant, in hoc ſolo caſtri judicio deciſæ. In omnibus contentioſis denique ad ſuperius Enſisheimenſe tribunal, Oenipontano ſubditum, Auſtriaca dominatione durante, provocabatur. Privilegium de non evocando Sundgoviæ, Alſatiæ, Brisgoviæque ſtatibus Sigismundus Archidux An. MCCCCLXXXIII. ſimul indulſit. Ante Auſtriacos non Belfortenſis modo Advocatiæ, ſed & Roſemontani Dominii Majoratuum incolæ ad Belfortenſis oppidi provocabant fenatum, qui Advocato præſidente quadrageſimum intra diem ſententiam dixit. Sub Gallica periodo intermedii hi omnes judiciorum gradus ſublati ſunt. Diſtrictuum Judicia.

Ceterum auſtro-occiduus ille Sundgoviæ tractus, Comitatibus Burgundiæ & Montisbeliardæ contiguus, veteris Comitatus Phirretenſis appendix, ſtagnis piſcoſis, paſcuis, metallifodinis & ſilvis abundans, glebam tamen minus fertilem habet, atque hinc Indoles & fata eorum.



(*u*) *Froberg* & *Vrobvrg* promiſcue ſcribitur, ſubinde & *Vrobvrch*. Froburgi Comites latina appellatione, qua Frobergæ Barones quandoque Domini de *Montisgaudio* dicuntur, nunquam inſigniti ſunt.

(*x*) Haud procul à caſtro *Sogereti*, unde vetuſtis Comitibus Sogerenſibus nomen, diſtat. Urstis. *Chron. Baſil.* Lib. I. Cap. IV. Vorburgici caſtri poſſeſſores Comitum Vrobvrgenſium miniſteriales in chartis dicuntur. Ex Vorburgenſium familia prodiit Hiſtoriæ Germ. compilator diffuſus Jo. Philippus a Vorburg, quem Menckenius, aliique Hiſtoriæ literariæ ſcriptores ab urbe viciniore *Saldorenſem* nominant.

(*y*) Rupenſis Comitatus, qui Gallis *de la Roche*, Germanis *von der Feſten*, nuncupatur, à caſtro, rupi impoſito, quod ipſum quoque *Rupes* abſolute dicitur, nomen accepit. Præcipuus in eo locus eſt S. Hypoliti Burgus, à quo caſtrum hoc nonnunquam Rupem S. Hypoliti (*Roche S. Hypolite*) vocant, ut à Rupenſi ejusdem Comitatus Burgundici Dynaſtia diſtinguatur. Dynaſtiam cum Comitatu & Dynaſtas cum Comitibus noſtris Rupenſibus confundit Gurchenius *Hiſt. de Breſſe* pag. 295. Ex Dynaſtis illis Duces Athenienſes & Principes Thebani prodierunt. Primi Comitatus Rupenſis poſſeſſores ex Comitum Montisbeliardæ ſanguine prognati videntur. Dunod *Memoires pour ſervir à l'Hiſt. du Comté de Bourgogne* pag. 52. Ab his, ſeculo XIV. extinctis, per fœminas ad Falconienſem, (*Faucogni* ſeu *de Villerſexel*) Pfaffenam ſive Varambonium, (*de la Palu*) An. MCCCCXXXII. & ſub finem ſeculi XVI. ad Ryenſem (*de Rye*) pedetentim familias Comitatus devenit. Ferdinandus Jutus de Rye Comes cum An. MDCLVII. obiiſſet improlis, vidua ejus, Rupenſis Comitatus per teſtamentum ſcripta hæres, Tullieriis de Froberg illum vendidit, quorum majores cum Rupenſibus per matrimonia pridem fuerant conjuncti. Sed de his infra, ubi de Frobergenſium gente diſſeritur. Conf. Spenerі *opus Heraldi. Part. ſpecial* pag. 127. Urstisius in *Chron. Baſil.* Lib. I. Cap. VII. & Lib. IV. Cap. XXV.

(*z*) *Receveur & Greffier Controlleur.*

ceteris Sundgoviæ terris agriculturæ ratione inferior eſt; non inferior vicis numeroque incolarum. Regnant in eo idioma Romanicum & mores, Comitatenſibus Montisbeliardæ, à quibus diſtractus eſt, ſimiles. Dominium utile à directo ſeparatum aliquando per oppignerationes Auſtriaci, quibus utrumque competiit. (*a*) Fridericus IV. Imp. & Sigismundus Archidux Petro & Conrado de Morimonte An. MCCCCXLIII. Delenſe Dominium, eidemque Petro Sigismundus & Albertus patrueles Advocatiam Belforti ac Majoratum Aſſiſiæ An. MCCCCL. pro quadam pecuniæ ſumma in pignus dederunt; quibus An. MCCCCLVII. Rofenbergenſe Dominium acceſſit, & Ingelſodenſis Advocatia An. MCCCCLX. De redimendis his terris poſtquam Ferdinandus I. Imp. cum Jo. Jacobi Morimontani liberis An. MDLX. tractare cœpiſſet, in Domus Auſtriacæ poteſtatem An. MDLXIII. redierunt. Poſtquam vero pace Monaſterienſi ad Galliam tranſiviſſent, Ludovicus XIV. Julio Mazarinio Cardinali An. MDCLIX. Toloſæ non tantum Belfortenſem, ſed & reliquas veteris Comitatus Phirretenſis Dynaſtias, quas hactenus expoſuimus, in feudum fœmininum conceſſit. (*b*) Mazarinius Cardinalis ſuam ex ſorore neptem, Hortenſiam Manciniam, Armando Carolo, Meilleræo Duci, Parique Franciæ, (*c*) in matrimonium dedit, eumque cum uxore hæredem conſtituit, addita conditione, ut Meilleræus nomen & inſignia Mazariniana aſſumeret. Excepit Armandum hunc Paulus Julius filius, & Guido Paulus Julius nepos; cui ex filia neptis, Ludovica Joanna de Durefort-Duras, Marchioni de Villequier, Aumontii Ducis filio natu majori, ab aliquot annis nupta, auſpicato ſucceſſit. Inſigne hoc donum Mazarinianæ familiæ paulo poſt ita limitatum eſt, ut terrarum illarum curia feudalis penes Regem maneret, atque adeo vaſalli quondam Auſtriaci non Mazariniis, ſed Regi ſine medio ſubderentur.

## DYNASTIA ROTHENBURGENSIS.

### §. LXXXI.

Rothenburg. Dynaſtia.

Dynaſtia *Rothenburg*, & *Rothenberg*, Gallice *Rougemont* (*d*) dicta, nomen ſuum, ut aliæ, deduxit à caſtro, quod duplex, ſuperius nempe inferiusque occurrit; unum in montis apice, (*Ober-Burg*) alterum ad ejus radices (*Nieder-Burg*) in vico *Rougemont*, Belfortum inter ac Maſonis Monaſterium; quorum utrumque pridem deſtructum eſt. Extitit quoque oppidulum *Rougemont* prope caſtrum inferius, quod ex nonnullis ſeculi XIV. quas mox recenſebimus, chartis apparebit. Foſſa nimirum, ſeptem vel octo ædificia, quæ ad caſtrum exſtructa ſunt, cingens, oppidi appellationem loco conciliavit, quem vix inter vicos referres, quemque privilegia nonnulla à vici hodierni Rothenburgenſis parte, cum qua paulo poſt coaluit, etiam nunc diſtinguunt. (*e*) Dynaſtiam hanc ſex vici viculive componunt: *Rougemont*, (*Rothenberg*) *Le Val*, *La petite Fontaine*, (*Klein-Brunnen*) *Felon*, *S. Germain & Rouagoy*. In his omnibus idioma Romanicum obtinet. Parochiæ Pfaffenſis, de qua mox dicetur, incolæ & Prioratus S. Nicolai ſubditi Rothenburgenſis Dynaſtæ jurisdictionem quoque agnoſcunt.

Fata antiqua.

Rothenbergam Phirretenſi ditioni olim ſubjectam fuiſſe, ex indubiis, quæ ſub Comitum horum interitum condita ſunt, monumentis ediſcimus. Dotalitium fuit Johannæ Mompelgardenſis, poſtremi Comitis uxoris, quæ filiarum ſuarum natu majori, Alberto Auſtriaco nuptæ, An. MCCCXXIV. eam tranſcripſit. (*f*) Conſenſum Urſulæ, filiæ ſecundo genitæ, ejusque mariti, Hohenbergenſis Comitis, Judicium Rothvillanum An. MCCCLL. confirmavit. (*g*) Auſtriacis ergo Rothenberga paulo ſerius ac Phirretum, ſed meliore tamen conditione, obvenit, quod eſſet alodium. Vix autem Rothenburgenſem Dynaſtiam Auſtriaci acceperant, quum aliorum illa pignus evaderet. Albertus II. enim Johanni, Habsburgico Comiti, qui *Dominus à Rothenberg* inde appellatus eſt, pro bis mille & quingentis marcis argenti ſeu 17500. florenis aureis An.

(*a*) Maximilianus I. in Charta An. MCCCCXCII. ait: *Sloß, Statt und Herrſchafft Beffort, mit ſambt dem Roſenſeiffer thal, auch den Ämbtern Tingeſtot und Eglis, unſer und unſers Hauſs Oſterreich eigenthumb.*

(*b*) *Ordonnances d'Alſace* pag. 17.

(*c*) *Armand Charlet de la Porte, Duc de la Meilleraye & de Mazarin.* Vid. Anselme *Hiſt. genéal. de la maiſon royale de France & des Pairs* Tom. IV. pag. 624. & Tom. V. pag. 464.

(*d*) In vicini Burgundiæ Comitatus præfectura Veſulienſi vetus ac illuſtris familia de *Rougemont* floruit, de qua vid. Dunod *Memoires pour ſervir à l'Hiſt. du Comté de Bourgogne* pag. 112. Ceterum plura *Rothenbergæ* ſeu *Rothenburgi* nomine oppida & oppidula apud Haſſos, Verdenſes, Luſatos, Tirolenſes, Suevos & Lucerna-Helvetios, occurrunt.

(*e*) Noſtra adhuc ætate vernacule *la bonne ville* nuncupatur.

(*f*) Steyerer *Hiſt. Alberti Sap.* Addit. Cap. II. col. 226. ubi hæc Johannæ verba: *Wir verjehenn by unſerme eide, das die Herrſchafft ze Rotenburg und Statt und allet das gut, das darzu hort, das unſer Widume iſt, nach weiſerine tod . . genallen ſoll an unſer ſun Herzoge Albrechte und an Johannen ſin Huſfrowen, unſer tochter, vrouide ei zu der Herrſchafft ze Pfirte geberet.* Herrgottus num. 747. chartam hanc ex eodem archivo Oenipontano produxit, ſed minus accurate deſcriptam.

(*g*) Herrg. *Cod. probat.* num. 802.

An. MCCCLIV. eam oppignerávit. Nec unquam deinceps, nisi seculi XVII. initio, per Austriacos redemta est. Johannes ille patrueli suo cognomini, Habsburgensi Comiti ac Domino Laufenbergæ, (*h*) acceptis in compensationem castro *Krenckingen* & oppido Rinavienſi, An. MCCCLXXXIX. omnem Dynastiam commisit; (*i*) quæ ipso defuncto An. MCCCCVIII. Agneti, conjugi suæ, dotalitium obtigit, ad Sulzenses Comites mox transiturum. Ursula enim, Agnetis filia, Rudolpho nupsit, Comiti de Sultze, eique non tantum Rothenbergenſem Dynastiam, (*l*) sed etiam Cleggovíæ Landgraviatum, aliaque Domus Austriacæ pignora, in dotem attulit. His omnibus Sigismundus Imp. An. MCCCCXXXI. Henricum Schnezerum de Krenckingen, ut causas criminales Imperii nomine judicaret, præfecit. (*m*)

## §. LXXXII.

Sultzenses itaque Comites, per integra duo secula, Dynastiæ hujus dominio utili tam quiete gavisi sunt, ut officii sui obliti jura tandem Domini directi violarent; quo insicio partem Dynastiæ cum castro Jestetten, Caspari de Jestetten, ordinis Teutonici Commendatoris, alodio, commutarunt. Re cognita Ensisheimensis Camera Rudolpho Comiti possessionem Rothenbergæ interdixit; imo spretis Rudolphi, qui ad Cæsarem An. MDCIII. supplex se vertit, precibus, An. MDCIX. tandem decrevit, ut Dynastia hæc Sultzenſibus auferretur omnino, ac redderetur Austriacis. Nobilibus de Stadion in triginta annos eam rursus oppignerávit Ferdinandus II. Imp. An. MDCXXVII. jura tamen regalia sibi reservans. Termino triginta annorum elapso, Ludovicus XIV. Alsatia potitus, Dynastiam sisco suo adjecit, eamque An. MDCLXXXI. Huberto Nicolao de Reinach, Campi-Marescallo, in feudum contulit. Reinachius apud Catalaunos in bello An. MDCXCVI. cum sine prole decessit, Huxellius Marchio, postea Marescallus Franciæ, Rothenbergam à Rege obtinuit. Sed & hoc An. MDCCXXX. cœlibe mortuo, (*n*) Conradus Alexander à Rothenburg, Nicolai Friderici filius, Campi-Marescallus Franciæ, Legationibus clarus, Dynastiam hanc à Rege accepit & prole fratreque carens duabus reliquit sororibus, quarum una Romarici montis Canonissa, altera Nicolao Josepho Comiti de Vaudrey S. Rhemy, apud Burgundos Comitatenses, nupta filiam reliquit Johannam Octaviam, quæ Marchioni de Rosen, Marescalli Franciæ nepoti, marito suo, adeoque Roſiorum genti, dotem hanc attulit. Fata recentiora.

## §. LXXXIII.

Dynastiæ Rothenbergenſi Majoratum sive Parochiam Pfaffenſem (*o*) subjungimus; quod è tribus, quibus illa paruit, Dominis Rothenbergensis & in judiciis præfedit, & vicum principem, à quo Parochia denominatur, solus hodieque possidet. Duplicem Parochia hæc sensum admittit, ecclesiasticum, qui latior, & secularem. Sunt quidam vici, (*p*) qui parochum quidem, sed non jurisdictionem Pfaffenſem, agnoscunt. Hanc autem agnoscunt: *Pfaffins*, ubi Ecclesia parochialis & Major, *La Colonge*, *Besoncourt*, (*Bussingen*) *Menoncourt*, *Eguenigue*, *Roppe*, (*Roppach*) *Denney*, (*Düringen*) & *Vetreigne*. Quæ ad Rothenbergenſem Dynastiam, ad Comitatum quoque Phirretenſem, æque ac castrum Roppach, antiquitus spectarunt. (*q*) Reliqua, ad Montisbeliardæ Comitatum ac Dynastiam Belfortenſem spectantia, sub peculiari Majoratus *Pfeterhusen* nomine comprehensa fuerunt. (*r*) Parochia Pfaffenſis itaque, qualis ab aliquot seculis exiſtit, tum demum in aliquod corpus seculare coivit, ubi Austriaci cum Phirretenſi Comitatu totam Dynastiam Belfortenſem junxerunt. Nec obstat, quod Rothenbergensis pars jam An. MCCCLIV. cum Rothenberga Comiti de Habsburg oppignerata fuerit, (*s*) aliamque nobilis Roppacensis familia pridem in feudum acceperit; adeo ut nonnisi tertia Parochiæ pars penes Austriacos remanserit. Omnes enim vici enumerati uni tantum eidemque judicio, quod nunc abrogatum est, subditi fuerunt. Pfaffensis Parochia.

Castrum

(*h*) De Comitibus his agit Herrg. *Geneal Habsb.* Tom. I. pag. 248. sq.

(*i*) Verba chartæ apud Herrg. num. 879. hæc sunt: *Das Stettly und die Herrſchafft Rotteuberg mit allen ihnen rechten und angehörden, als das ihr pfandt iſt von unſerer gnedigen Herrſchafft von Oſterrich, ingenommen der obern Veſte Rotteuberg.*

(*l*) Ibid num. 928. ubi Agnes mater ita: *Alle die pfand-giter, ſo mich von ebrecht vorgen anbommen und gewallen ſint, mit ſunderheit die Herrſchafft Rotenberg, Krenkingen, die Graffſchafft im Cleggow mit dem Lantgricht &c.*

(*m*) Ibid. num. 936. verbis diſertis scribitur *Rottenberg bei Maſmunſter.*

(*n*) Anselme *Hiſt. Genealogique des Maiſons de France* Tom. VII. pag. 662.

(*o*) *Paroiſſe de Pfaffians*, Germ. *Pfaffingen.*

(*p*) *Peroiſe & Bathonvillers* in Advocatia Belfort. ut et *S. Germain* in Dynastia Rothenberg.

(*q*) Theobaldus Comes An. MCCXCVI. jus patronatus ecclesiarum in Pfaffans & in Eytuffen Lucell. abbatiæ donavit, uti supra jam diximus pag. 48. not. (*m*)

(*r*) Docet hoc charta Ursulæ Phirret. An. MCCCXLVII. in qua legitur: *Das Meigerthumb Pfeterhuſen, das unſer mutter hat von der Graffſchafft von Montbeligart, Pfeterhuſen, Tueringen und Buſſingen ... Eringen, Alnuingen, (Menoncourt) Wunteringen. (Vetreigne.)* Apud Herrg. num. 792.

(*s*) Chronographum Johannis Comitis de Habsburg An. MCCCLXII. ibid. num. 822. id evidenter asserit, his verbis: *unſere ſtuve ze Pfaffans bi Rotbach, ſo unſer pfandt iſt von der Herrſchafft von Oſterrich.*

Roppach. Caſtrum *Roppach*, ſeu, ut olim ſcribebatur, *Rotpach*, gallice *Roppe*, in ſolo paluſtri ſitum, ad veterem Comitatum Phirretenſem ſpectaſſe, Francifci de Roppach inveſtitura docet, quam An. MCCCXVII. ab Ulrico II. Comite eo pacto accepit, ut ipſi adverſus Gallos atque Burgundos, ſi opus fuerit, ſuppetias ferret. Arx plurium Nobilium ganerbialis fuit, quod ob paludes, quibus cincta eſt, apta credebatur defenſioni. Weſſembergii quartam ejus partem inter feuda ſua conſtanter ſervarunt. Aliam partem Grauvillarienſes An. MCCCCLXXVIII. aliam Domini de S. Lupo An. MCCCXCVII. hisque deletis Reinachii, Pfirtii, Mœrſpergenſes & alii paulatim ab Auſtriacis acceperunt. Roppacenſes non tantum de caſtro hoc & vico homonymo, qui ei ad latus eſt, ſed de jurisdictione quoque in Parochia Pfaffenſi An. MD. inveſtitos reperimus; ad quos vicus *Eſſert* prope Belfortum & triginta circiter homines in *Baſiller* jure alodiali cum pertinerent, poſtrema Francifci Conradi Roppacenſis filia, Maria Ludovica, Francifco Chriſtophoro de Klinglin, apud Argentinenſes Prætori, marito ſuo, eos attulit. Eſſertium, ubi caſtellum eſt, Comites Ortenburgenſes & ante hos Nobiles de Grammonte poſſederant, qui prioribus illud circa An. MDLXVI. vendiderunt. Tum vero feudum Auſtriacum erat, donec Ferdinandus I. Gabrieli Comiti Ortenburgenſi vinculum feudale remitteret. Poſt extinctos nuper Roppacenſes, quæ feudalia ſunt, Reinachiis & Weſſembergiis obvenerunt, qui vicum *La Chapelle ſous Rougemont* conjunctim quoque poſſident. Weſſembergii in dimidia ejus parte Johannı de Hirtzbach An. MD. ſucceſſerunt, cum quo à Sigismundo Archiduce An. MCCCCLXXXV. primum coinveſtiti fuerunt. Altera parte Laubgaſſii primum, dein per centum triginta & duos annos Stœrii, qui ſuperioris ſeculi initio perierunt, inter alia gaviſi ſunt. Hæc in Codice MS. *feudorum Regiminis Enſisheimenſis* plenius continentur.

## DYNASTIA LANDSERIANA.

### §. LXXXIV.

Landſeriana Dynaſtia. Orientalis hæc Sundgoviæ pars, Baſileam inter, Mulhuſium Rhenumque ſita, in ſuperiorem inferioremque Præfecturas (*s*) diſtinguitur; quarum illa, Baſiliæ propior, primigeniam Dynaſtiam conſtituit, quam Habsburgici ſuperioris Alſatiæ Landgravii, variis modis compararunt. Inferior ex Enſisheimenſi, Habsburgenſium patrimonio, detracta, Landſerianæ ſeculo XIV. demum adjecta eſt.

Caſtrum. Caſtrum, unde toti Dynaſtiæ nomen, in ſuperioris Præfecturæ medio ſitum, *Landefere*, *Landefer*, *Landſer*, (*t*) nuncupatur, uti vicus Rheno vicinus in illis quoque partibus eſt, *Landau*, quod *Augiam Provinciæ* notat. Præſtantiſſimum ſuo tempore caſtrum fuiſſe, ex appellatione ejus conjiceres. Primitus fuit alodium Nobilium de Butenheim, qui Civitatis jure apud Baſilienſes gaviſi, ſed ob rapinas infenſi, ab iisdem Baſilienſibus & Mulhuſinis obſeſſi circa An. MCCXL. Landſerium caſtrum amiſerunt. Reſtituta illud quidem eſt Johanni & Henrico fratribus An. MCCXLVI. ea tamen conditione, ut dimidiam caſtri partem, quæ ad Ottonem de Butenheim, turbarum auctorem, ſpectabat, offenſis civitatibus ad petitum earum concederent, aut ſi caſtrum ipſi totum ſervare vellent, quadringentas marcas perſolverent. Sponſores hujus pacti fuerunt Rudolphus junior & Hartmannus fratres, Habsburgici Comites. (*x*) Sed viginti & tribus poſt annis iidem Butenhemii domum ſuam ſive caſtrum *Landefere* Henrico de Nuvvenburg, Epiſcopo Baſilienſi, in feudum obtulerunt, de condendo prope caſtrum oppido jam tum ſolliciti. (*y*)

### §. LXXXV.

Oppidum. Oppidum hoc brevi poſt exſtructum, brevique dirutum eſt. Primam ejus mentionem facit Burcardus de Fricka An. MCCCIII. ubi & caſtrum & oppidum Landefer ab Auſtriacis coemtum eſſe perſcribit, id quod vel à Rudolpho Imp. vel à filio ſuo Alberto I. cum Eccleſiæ Baſil. conſenſu factum. Ruinam oppidi vel converſionem ejus in

(*s*) *Ober und Unter Ampt.*

(*t*) *Decus regionis* interpretarentur Latini, uti *Landt-Cron*, Corona regionis.

(*x*) Petri & Furstenbergeri *Chron. Mulhuſ.* MS. Lib. II. Cap. V.

(*y*) Exiat charta oblationis in Tabular. Epiſc. Baſil. ubique hæc præcipue verba leguntur: *Knaben Wir Johannes und Heinrich zuveen gebrüder von Butenheim, daz vvir unſer Hus Landefere, als es begriffen hat, von dem graben obe der Kilchen vvz an die mvlt vidervendig der Huſer &c. hand gegeben unſer Frovven und dem Gotzhus von Baſel &c. Wirt ein Stat da gebuvven, vvas unſer luten darin ziehet, die ſullen uns ſunderlich dienen ... vvas aber ander lutten darinn ziehet, der dienſt ſoll halber unſers herren des Byſchofs ſin &c.* Dat. Baſileæ An. MCCLXIX. De priore fratrum Annales Colmar. ad An. MCCLXXII. ſcribunt: *Johannes Miles de Landfere à ſervis ſuis occiditur.* Per vocem *Hus* caſtrum munitum deſignari, veteres chartæ perſuadent, in quibus *burg*, *veſte*, *ſchloſſ*, *hus*, promiſcue & eodem ſignificatu uſurpantur.

in vicum; aliud vetus cataſtrum Landfer. An. MCCCXCIV. me docet. (a) Manſit tamen ſedes præfecti (*Ober-Vogt*) & princeps totius Dynaſtiæ locus. Oppidula reliqua, quæ habuit, pariter cuncta paulatim deſtructa ſunt. Amplitudo Landferi & privilegia mercatuum, quibus fruitur, Burgi (*Bourg*) apud Gallos & Germanicum *Marckfleckens*, ipſi nomen ſervarunt. Monaſterium Capucinorum An. MDCLIV. heic conditum eſt. Caſtrum poſt pacem Ryſwicenſem renovaturus erat Herwartus, Dynaſtiæ poſſeſſor, ſi vixiſſet diutius. Sed jam ad Dynaſtiæ, quæ à caſtro pendet, deſcriptionem transimus.

## §. LXXXVI.

Præfectura ſuperior.

Hæc non, ut Comitatus olim Phirretenſis, in Majoratus, ſed in *Sculteratus* vel *Scultaſias* (a) dividebatur, quod judiciis præeſſent Sculteti, à Majoribus nomine ſolo diverſi. In ſuperiore Præfectura ſunt:

I. *Landſerium*, de quo egimus, *Randoltzweiler*, *Katzingen*, *Geiſpoltzheim* vulgo *Geiſpitzen*, *Waltenheim*, *Ober-Maglſtatt* & *Nieder-Maglſtatt*.

II. *Koppellen*, *Uſheim*, *Bærtenheim*, de quo plura inter feuda, *Stetten* & *Helfrantzkirch*.

III. *Ober-Michelbach*, *Nieder-Michelbach*, *Ober-Ramſpach*, *Nieder-Ramſpach* & *Attenmanſweiler*. In charta fundationis Monaſterii S. Albani An. MLXXXIII. & in Henrici Epiſcopi Baſil. confirmatione An. MCLXXX. *Ramiſpach* & *Michelsbach* nude leguntur, unde conjicere licet, tum nondum duos utriuſque nominis vicos extitiſſe. Extiterunt vero ſub initium Seculi XIV. quo Burcardus de Fricka eos reconſtet. Eccleſia parochialis in Michelbach An. MCCXLIII. juncta fuit Monaſterio Monialium S. Apollinaris in Michelbach à Lutholdo Epiſcopo Baſilienſi; jure Patronatus cedentibus Ulrico & Bertholdo fratribus, Phirreti Comitibus. (b) Septemdecim hæc, quæ enumeravimus, loca unum Sculteatum Landferianum habuerunt uſque ad An. MDCVII. quo in tres demum Scultaſias abierunt.

## §. LXXXVII.

IV. *Dietweiler* & V. *Schlierbach*, vici majores. Priori vicus *Meyenbært*, pridem deſtructus, ſeculi XIV. decurſu jam acceſſit. Nomen ejus in banno, qui cum Dietwilerenſi coaluit, hodieque ſupereſt. Curiam in Schlierbach Rudolphus Habsburgicus, Alſatiæ Landgravius, Beronenſi Eccleſiæ An. MCCXXVII. donavit. (c) Vicus ipſe, neſcio quo fato, à Murbacenſi Abbatia ad Habsburgi Comites pervenit. Rudolphum & Godofridum fratres de illo cum omni jure inveſtitos fuiſſe An. MCCLIX. Charta ipſorum in Codice feudorum Murbacenſium docet. Eccleſia parochialis in Schlierbach An. MCCCCXLIII. à Friderico, Baſilienſi Epiſcopo, Monaſterio Lucellenſi juncta eſt. (d)

VI. *Bladolzheim*, contracte Blazheim, vulgo Blozheim, (e) propugnaculis & foſſa munitum, Epiſcopus Baſilienſis, qui moniales Ord. Ciſterc. ex Michelfelden (f) anno ſuperiore huc tranſtulerat, An. MCCLXVIII. vi expugnavit. (g)



(a) Statim ab initio ejus: *das dorf Landſer, das vor zyten ein ſtatt geweſen iſt, als das alt Urborbuch weyſet.* Archiv. Enſisheim. Regim.

(a) *Schultheiſsthuner.*

(b) Literæ datæ VI. Id. Dec. Baſileæ. Monaſterium S. Apollinaris dein ad Lucellenſem Abbatiam pervenit. Korndio *Etenchus Privilegior. Regularium Ciſterc.* pag. 699. Vulgus vocat *Poitronis.*

(c) Herrg. *Habrb.* Tom. II. num. 281. & 286.

(d) Raph. Korndio pag. 706.

(e) Vicum hunc nonnulli ad Phirretenſem dynaſtiam malunt referre.

(f) "Monaſterium *Michelfeld*, extra muros Baſileenſes, de conſenſu Bertholdi Epiſcopi Baſileenſis pro monialibus Ciſterc. ex valle liliorum (vulgo *Tronnickem* in Helvetia) eo venientibus erectum, poſtmodum ob Rheni evaporationes, permiſſu Henrici de Novo Caſtro Epiſcopi Baſil. derelictum & Plotzheimium translatum, una cum Monaſterio ibidem conſtructo, tandem in cineres ſummamque pauperiem redactum, incorporatum eſt Monaſterio Lucellenſi, auctoritate Capituli generalis Ciſterc. d. 14. Sept. MCCCCL. Eccleſia parochialis in Plotzheim cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis applicata fuit Monaſterio de Lucella, à Nicolao V. Bulla emanata VI. Cal. Febr. MCCCCLI. &, quandoquidem Thyringus de Hallwiler jam dudum ceſſerat jus Patronatus, idque conceſſerat Lucellenſibus, etiam per ſententiam Præpoſiti Tannenſis ad S. Theobaldum. Hecque ſententia confirmata eſt ab Arnoldo Epiſcopo Baſil. Reſcripto 3. d. Maji MCCCCLIV. Korndio loco cit. pag. 707.

(g) Chron. Colmar. pag. 38. Albert. Argent. in fine pag. 99. *oppidum Bladolzheim* Rudolphi Comitis; Albertus vero Auſtriacus in charta An. MCCXCVIII. ſimpliciter *Plodoltzheim* vocat. Archiv. Waldner.

Civitati Basilienſi cum proximus ſit, quamdiu hæc cum Auſtriacis conflictabatur, plurima quoque mala perpeſſus eſt vicus. (*b*) Seculo ſuperiore caſtrum in Blazheim cum annexis Axelio Taupadel, Phirretenſi Dynaſtia ſpoliato, in jacturæ compenſationem conceſſum; inde ab ejus vidua Glutziis, patriciis Salodoranis, venditum, à quibus dein An. MDCCXX. ad Nicolaum Proſperum Bauhinum d'Angervilliers, togatum Alſatiæ Præfectum, atque deinceps Rei militaris in Gallia Adminiſtrum pervenit, qui An. MDCCXXVIII. illud nobili viro Jo. Henrico Antheſio vendidit. Hic demum caſtrum hoc ad generum Dn. d'Archiac tranſmiſit. Cæterum à caſtro in Blotzheim non pendet ipſius vici Blotzheim dominium; quod An. MDCLX. eodem Axelio Taupadel à Rege Galliarum in feudum conceſſum erat, hac conditione, ut extincta ejus familia ad Comitatum Phirretenſem reverteretur. Poſtquam vero hic, & poſt eum vidua, proles obiiſſent, Præfectus Alſatiæ Dn. de la Grange vicum hunc Gluzio vendidit An. MDCXCVII. quem tamen eodem anno & Herwartus, Landſerianæ Dynaſtiæ, & Mazarinius Dux, Comitatus Phirretenſis poſſeſſores, occupaverunt. Lis hinc mota, à Conſilio Status in favorem Mazarinii An. MDCCVII. dijudicata eſt, qui ad An. MDCCXXX. uſque vicum ipſe poſſedit; donec tandem illum Henrico Antheſio & ejus poſteris utriuſque ſexus, ita tamen, ut mares fœminis præferrentur, in feudum conferret. Locus ruſticorum ſeditione & infecuta clade An. MDCXXXIII. memorabilis. (*i*) Capucinorum Cœnobium anno hujus ſeculo trigeſimo ſeptimo ibi conditum. Cæterum in Præfectura hac ſuperiore, præter *Meygenhart* & *Hohenkilch*, quorum ſitum novimus, duos alios vicos, *Merzheim* & *Eſchweiler* ſeculo XIV. periiſſe, BURCARDUS DE FRICKA, cum alio Dynaſtiæ Landſerianæ, quod vocant, Urbario An. MCCCXCIV. collatus, nos docet.

## §. LXXXVIII.

Præfectura inferior.

Præfectura inferior XI. vicos, in quatuor Scultaſias diviſos, complectitur, quarum

I. *Habsheim*, oppidulum olim munitum, quod Helvetii, à Mulhuſinis in auxilium vocati, An. MCCCCLXVIII. igne vaſtarunt. (*l*) Villam *Habshimsheim* Podalus quidam Monaſterio S. Galli An. DCCLVIII. donavit. (*m*) Inde ad Habsburgenſes devenit. Chartæ ſeculi XI. *Habichesheim*, *Habchinsheim*, locum vocant. Inter vicos Alſatiæ maximos hodieque comparet, æque ac

II. *Rixheim*, ubi Præceptoria Ord. Teutonici. Hic ferius ac reliqui vici Dynaſtiæ Landſerianæ acceſſit; ab Enſisheimenſi detractus. Antiquitus *Richensheim*, *Richsheim*, ſcribebatur. Familia nobilis de Domo vicum hunc inter ſua feuda Auſtriaca An. MCCCLI. & inſequenti ſeculo computavit. Habsburgici vero ipſi advocatiam unius curtis in Richensheim Murbacenſis Abbatiæ feudum agnoverunt An. MCCLIX.

III. *Sawisheim*, *Battenheim* & *Baltersheim*. Baltersheimium, ſub finem ſeculi XIV. deſtructum, teſte *Urbario Lauſer*. An. MCCCXCIV. jam diu reviviſcit. Battenheimium Rudolphus Dux An. MCCCLXI. duobus fratribus de Wittenheim contulit in feudum.

## §. LXXXIX.

IV. *Othmarsheim*, (*n*) ubi in *proprio prædio* Monaſterium ſanctimonialium Comes ex Habsburgico, ut dein vocabatur, ſanguine natus, Rudolphus exſtruxit. (*o*) ANNALES COLMAR. *Caſtrum* appellant, quod Neuenburgenſes, Rudolpho Habsburgico infenſi, An. MCCLXXII. combuſſerunt. ALBERTUS ARGENT. (*p*) de iiſdem motibus loquens, *turrim in Otmarsheim* à Neuenburgenſibus deſtructam refert. Vicus tantum à BURCARDO DE FRICKA memoratur An. MCCCIII. nec deinceps ulla caſtri fit mentio. Vectigal, quod à pluribus retro ſeculis Othmarshemii exigitur, Dynaſtiæ univerſæ reditus æquat vel ſuperat. Cum minoris momenti eſſet, Vitzzumiis & Familiæ Monachorum de Landscron partim in feudum, partim in pignus datum, indeque Offenburgiis, Baſiliæ civibus, An. MCCCCXXXIII. collatum fuit in feudum. His tandem ceden-

(*b*) An. MCCCCXLV. Baſilienſes contra Eptingenſes in caſtrum irruerunt. Vid. URSTISII *Chron. Baſil.* pag. 432.

(*i*) *Theatr. Europ.* Tom. III. pag. 5.

(*l*) URSTIS. loco cit. pag. 422. & *Chron. Malbuſ.* Ms. Lib. V. Cap. IV. ubi *Habsheim die mit graben und wehren beſtaerme ſtatt* ſcribitur.

(*m*) Vid. Tom. I. pag. 723, §. 218.

(*n*) De origine nominis vid. Tom. I. pag. 74. §. 80.

(*o*) Henrici IV. Diploma pro Monaſterio hoc An. MLXIII.

(*p*) URSTIS. *Scriptor. Germ.* Part. II. pag. 100.

cedentibus An. MDLXVII. Maximilianus II. Imp. viciſſim centum Libras monetæ Baſil. (*Stabler*) annuatim ex ejuſdem vectigalis proventibus ſolvendas pollicitus eſt.

*Bantzenheim*, ubi caſtrum *Froſchbach*, per Rudolphum Comitem ædificatum, quod Neuenburgenſes An. MCCLXVIII. diruerunt, (*q*) juris Murbacenſis ſub eodem Rudolpho fuit, qui advocatiam ejus cum Gotfrido fratre à Monaſterio hoc in feudum accepit An. MCCLIX. *Rumersheim*, *Blodelsheim*. ANNALES COLMAR. pugnam Epiſcopi Argent. cum Phirreti Comitibus, Advocatis Imperialibus Alſatiæ, An. MCCXXVIII. in *Bladoltzheim* commiſſam, memorant. Fragmentum autem Urſtiſianum eandem pugnam inter *Bladoltzheim* & *Hirtzefeld* factam eſſe tradit. Uterque Anonymus *Bladolsheim* ſcribere debuiſſet. Ita enim monumenta Auſtriaca ſcribunt conſtanter. Bladoltzhemium enim, vulgo *Blotzheim*, non prope Hirtzfeldam, ſed prope Baſileam eſt, ut jam oſtendi. Bantzenheim, una cum Munchhauſen, à Monaſterio Murbacenſi ad Habsburgo-Auſtriacos pervenit. *Hirtzfelda*, *Teſſenheimum*, ceterique Scultaſiæ Othmarsheimenſis vici, ſculteum olim ſinguli habuerunt, donec bellorum calamitatibus devaſtati omnes uni ſubmitterentur ſculteto. *Sappenheim* & *Tiernheim*, vici infra Othmarshemium ad Rhenum ſiti, jam An. MCCCXCIV. perierant. Prioris loci mentio quoque fit in Rudolphi, Habsburgi Comitis, Charta An. MCCXXVIII. (*r*) & utrumque memoriæ prodidit BURCARDUS DE FRICKA. Capella *Tierhurſt*, inter Balgau & Heitern in dumeto ſita, ex veteri Tiernhemio ſupereſſe videtur. Sappenhemii nomen ager, qui inter Othmarsheim & Bantzenheim, ſervavit.

## §. XC.

Feuda Landſeriana, quæ hodieque in manibus Nobilium ſunt, Geographico ordine jam recenſeo. *Huninga* (*s*) prope Baſiliam, in confinibus Sundgoviæ, prouti veteres chartæ ſitum ejus deſcribunt, ſeculo XVI. *Gros-Huningen*, Huninga major, appellari cœpit, ut à minore, trans Rhenum ſito, diſtinguueretur. Burcardus, Epiſcopus Baſilienſis, S. Albani Monaſterio, à ſe exſtructo, *decimam in villa, quæ vocatur Huningin*, An. MLXXXIII. donavit; Joannes vero Epiſcopus eccleſiam ejus parochialem, S. Agathæ dicatam, cum filia ſua, eccleſia S. Martini Baſil. eidem Monaſterio An. MCCCLXII. adjunxit. Joannes, Habsburgi Comes, Dominus in Lauffenburg, Matthæo & Hugoni à Sole, (*t*) Baſileæ civibus, vicum cum omni jurisdictione in feudum contulit An. MCCCXCVIII. id quod nobis indicat, Huningam vetus Habsburgicæ domus alodium fuiſſe. (*u*) Defunctis prioribus vaſallis circa An. MCCCCXXX. Joanni de Gachnang & poſteris ejus feudum obvenit, quod An. MDLI. in Petri Neſeri, Juris Doctoris, familiam erat tranſiturum. Neſeris Ferdinandus II. decennio poſt indulſit, ut vicum integrum Baſilienſi civitati pro annuo quinquaginta florenorum cenſu locarent, eumque poſt triginta locationis annos reciperent. Vix Neſeri locum receperant, quum vi transactionis, cum Rudolpho II. initæ, prorſus illum amitterent An. MDC. Tum vero Huninga rediit ad Dominum directum, quæ Bernhardi, Saxo-Vinarienſis Ducis donatione, Joanni Henrico Herwarto circa An. MDCXXXVI. conceſſa, atque dein à Galliæ Regibus Ludovico XIII. menſe Majo An. MDCXLII. & Ludovico XIV. An. MDCXLVI. menſe Julio eidem confirmata eſt. Bartholomæus Herwartus vero, Joannis Henrici filius, qui An. MDCLXXIX. d. 18. Maji à Ludovico XIV. in poſſeſſione Huningæ confirmatus eſt, etiam cum fratre Joanne Henrico Dynaſtiam Landſerianam obtinuerat, uti infra docebimus. Huningam denique firmum Alſatiæ munimentum An. MDCLXXX. Ludovicus XIV. erexit; intra unius anni fere ſpatium incredibili cum ſtudio inceptum atque perfectum. Memoriam rei fervat nummus, in quo Huninga ſub muliebri habitu novi munimenti ſchema Palladi offert, applaudente Rheno, quem ſenex repræſentat, cum epigraphe: *Muniti ad Rhenum fines.* Infra ſcriptum eſt: *Huninga condita* MDCLXXX. (*x*) Huninga feudum.

## §. XCI.

In *Bartenheim* Otto Comes de Alſatia hobam unam Monaſterio Einſidlenſi donavit, ab Henrico III. Imp. An. MXL. memoratam. (*y*) Johannes, Habsburgi Comes, Bartenheim.



(*q*) ALBERTUS ARGENT. loco cit. pag. 100.
(*r*) HERRG. *Hiſtor.* Tom. II. num. 286.
(*s*) GUILLIMANNUS locum hunc nomen acèpiſſe credit à tranſitu Hunnorum ſive Hungarorum; qui Rhenum ibi traijecerunt, petentes Alſatiam.
(*t*) *Zur Sonnen.* De familia hac URSTIS. *Chron. Baſil.* Lib. III. pag. 150.
(*u*) Conf. Tom. I. pag. 640. §. 38.
(*x*) Inſcriptio hæc in porta legitur: LUDOVICUS M. REX CHRISTIANISSIMUS, BELGICUS, SEQUANICUS, GERMANICUS, PACE EUROPÆ CONCESSA HUNINGAM ARCEM, SOCIIS TUTELAM, HOSTIBUS TERROREM EXTRUXIT. MDCLXXXI.
(*y*) HARTMANNI *Annal. Heremi Deiparæ* pag. 111. coll. *Traditionibus Einſidl.* apud HERRG. Tom. III. num. 947.

Puliantum de Eptingen & Jo. Frevelet, dictum Braitſchad, de integro vico coinveſtivit An. MCCCLXIII. Horum genus cum in unica, quam Eptingenſis reliquerat, filia mox peritorum eſſet, Johannes III. prioris Comitis filius, Jerathco de Rathſamhauſen à Lapide pro centum & quinque florenis Bartenhemium vendidit An. MCCCII. (*a*) Inde dimidia ejus pars, neſcio quo fato, ad Habsburgo-Auſtriacos pervenit, Hammanno Offenburgero, civi Baſilienſi, (*a*) qui & alteram Rathſamhauſiorum partem pignoris loco tenebat, in feudum collata An. MCCCCXXIV. Hic pignus in peculium converſurus, Auſtriacis id in feudum-offerre debuerat. At promiſſo ſuo vel impar, vel ejus oblitus, quum decederet, Mœrſpergenſes An. MCCCCLVIII. ſucceſſores eſt nactus. *Brünckheim* viculus ex feudo Auſtriaco Nobilium Badenſium, & his nuper cedentibus Antheſiorum, qui & alia ſibi comparârunt, peculium evaſit.

Sirentz. *Sirentz*, ubi Palatium ſub Carolingis fuit, (*b*) Adalbero, Baſilienſis Epiſcopus, cum Meginradi cellam An. DCCCCXV. inviſeret, S. Bennoni, Meginradi ſucceſſori, adeoque Monaſterio Einſidlenſi donavit. (*c*) Einſidlenſes ſub finem ſeculi XIV. Burcardo Monacho de Landscron locum vendiderunt, una cum curia dominicali, *Oberhof* nuncupata, cui viginti quatuor homines tum fuerunt adſcripti. Hæc & alia Burcardus ille An. MCCCCVI. Auſtriacis in feudum obtulit, ad quos, præter incolas quosdam, ſuprema vici jurisdictio pridem ſpectaverat. (*d*) Johannes, Monachorum de Landscron poſtremus, Hallweilios Nobiles An. MCCCCXCV. ſucceſſores habuit, è quibus Burcardus in Jacobum Waldnerum, generum ſuum, pro quinque mill. flor. An. MDXXIII. feudum iſtud tranſtulit, approbante Ferdinando Archiduce, deinceps Imperatore, qui triennio poſt jus gladii, de quo peculiariter inveſtiuntur, Waldneris conceſſit. (*e*) Eccleſia parochialis dicitur *Hohkirch*, quadrante leucæ diſtans à vico. Scilicet ubi eccleſia eſt, vicus olim extitit, *Hohen-Kirch* pariter nuncupatus, quem ſeculo XIV. interiiſſe novimus.

## §. XCII.

Feuda alia. *Ober-Steinbrunn* & *Nieder-Steinbrunn* Reinachiorum feuda ſunt. Illud, quod in chartis antiquis ſimpliciter *Steinbrunn* nuncupatur, (*f*) caſtro & vico conſtat, unde Domini de Steinbrunnen, Horburgenſibus Dynaſtis æquiparati, nomen duxerunt. Cum vero pridem extincti fuerint, Nobiles de Zeſſingen An. MCCCLXI. locum jam poſſederunt, à quibus in Stauffenſes ac in Reinachios denique An. MCCCCLXXVIII. cum omni jure tranſiit. Ita vicus inferior Zobeliis primum An. MCCCLXI. inde Zerheiniis atque Reinachiis An. MCCCCLXVI. obtigit. Reinachiis mox ſubſtitutis eſt Jacobus de Regesheim, & hoc pariter ac Zerheiniis remotis, Truchſeſſii de Wolhauſen utramque vici partem circa An. MDXX. obtinuerunt. Cum Truchſeſſiis Ferdinandus I. iterum coinveſtivit Reinachios An. MDXLI. vi cujus inveſtituræ Franciſco Truchſeſſio, lineæ fuæ poſtremo, qui d. XIV. Febr. MDCXCIV. deceſſit, in feudo hoc ſucceſſerunt, nulla Rogerii Marchionis de Puiſieulx, regii apud Helvetios Legati, cui Ludovicus XIV. feudum donaverat, habita ratione. Hic enim litem, quam in ſupremo Alſatiæ Tribunali & in Conſilio Status propterea movit, in utroque perdidit. (*g*) Caſtrum ſuperioris æque ac inferioris vici, quod illo ignobilins, in ruinis jacet. Utrumque ſitum in planitie.

*Brubach* vicus feudalis Frobergenſium; qui, cum illum Johanni Rothio, Conſuli Baſilienſi, oppigneraſſent, ab ipſis Auſtriacis, Dominis ejus directis, An. MCCCCXLV. combuſtus eſt, ut Baſilienſes, hoſtes ſuos, afflígerent. (*b*)

*Eſcholtzweiler* & *Zimmersheim* verſus Mulhuſium; ut & caſtrum *Butenheim* ac vicos *Nuſern*, *Landau* & *Homberg*, ſive *Homburg*, (*i*) ad Rhenum Andlavienſes nunc poſſident, ad quos ab Ulrico de Domo, qui de iis omnibus An. MCCCCXVIII. inveſtitus eſt, circa

(*a*) Charta venditionis ibid. num. 916.
(*a*) De poſteris ejus vid. Ussris. *Chron. Baſil.* pag. 291.
(*b*) Conf. Tom. I. pag. 692.
(*c*) Hartmanni *Annal. Heremi Deiparæ* pag. 31.
(*d*) *Cod. Mſ. feudorum Regim. Einſidlenſ.*
(*e*) Archiv. Waldner.
(*f*) Conradus II. Imp. Monaſterio Einſidl. An. MXXV. duodecim manſos dedit *in loco Steinebrunnen, in pago Suntgowe, in Comitatu Ottonis.* Herro. Tom. II. num. 167.
(*g*) *Recueil d'Arrêts notables du Conſeil ſouverain d'Alſace* pag. 375. ſqq.
(*b*) Ussris. *Chron. Baſil.* Lib. V. Cap. XLI. pag. 190.
(*i*) Similis nominis caſtrum in agro Baſilienſium extitit, veterum Comitum ſedes, de quibus agit Ussris. in *Chron. Baſil.* Lib. I. Cap. X. & in *Epitome* pag. 14. In dynaſtia Landſter. illis quoque nonnihil juris competiiſſe, Burcardus de Fricka teſtis eſt An. MCCCIII.

circa An. MCCCCXXX. ex parte tranſierunt. Gualtherus de Andelo in Wittenheim (*l*) ac Butenheim caſtris & in duobus vicis, quos priores nominavi, tum Auſtriacorum beneficio ſucceſſit. *Niſern* autem, quem Rotliebus de Nuſar An. MCCCLXI. tenuerat, (*m*) poſt elapſum inde ſeculum Andlavienſium feudis demum acceſſit. Hombergam atque Landaviam iidem ſibi reddiderunt peculiares. Inter duo hæc loca Butenhemium caſtrum etiamnum ſubſiſtit.

## §. XCIII.

Feuda Eccleſiæ Baſilienſis, Auſtriacorum olim, nunc Galliæ imperio ſubjecta, in Dynaſtiæ Landferianæ ambitu ſunt *Hagenheim & Burgfelden*, vicus ac villa, prope Baſiliam ſiti, quos Bærenfelſii Nobiles poſſident. Vicus *Kembs* ad Rhenum, quem Bodalus quidam Monaſterio S. Galli An. DCCLVIII. donaverat, (*n*) jam An. MXLVIII. in Epiſcoporum Baſil. poteſtate fuit. (*o*) Burcardus Epiſcopus Cœnobio S. Albani An. MLXXXIII. tradidit *medietatem eccleſiæ in villa, quæ dicitur Kemiz, & medietatem villæ cum ſuis appendiciis*, id quod Henricus Epiſcopus An. MCLXXX confirmavit. Poſtea tamen omnis vicus ad Epiſcopum rediit, qui Ratpergios Nobiles, hodiernos ejus poſſeſſores, An. MCCCCLIX. de illo inveſtivit. (*p*) Quam Gladii vero penes Auſtriacos fuit. Iidem Ratpergii jus venandi in ſilva *Hardt*, quam Landferianus diſtrictus comprehendit, ab Eccleſia Baſil. in feudum tenuerunt. Hæc ex domanio Imperii An. MIV. illa dono accepit. (*q*) Feuda Eccleſiæ Baſilienſis.

*Hefingen*, leuca diſtans Baſilea, ad Murbacenſem Abbatiam ſpectat. Ex pluribus Dynaſtiæ Landferianæ, quos olim Abbatia poſſedit, vicis, hunc ſolum retinuit. Nobiles de Rheno inveſtiti de eo An. MCCCCI. arcem exſtruxerunt, in qua habitarent ſecuri. Hanc Catharina Burgundica, Leopoldi ſuperbi vidua, expugnavit An. MCCCCXII. eandemque Johanni de Rheno, Murbacenſi vaſallo, Enſishemii in feudum conceſſit. (*r*) Hinc diuturnæ Murbacenſibus cum Auſtriacis atque Zerheinii lites. Redimenda denique fuit Hefinga tranſactione peculiari An. MDXLII. quæ tamen non impedivit, quin Auſtriaci dominium ejus directum poſtea quoque ſibi arrogarent, & ab incolis loci tributa exigerent. (*s*) Murbacenſes illum Hieronymo Wallerio, Soloduenſi Patritio, pro quinque millibus imperialium oppignerarunt, eundemque reluentes Columbano ab Andlau, electo ſuo Abbati, quod loco ceſſit, ad dies vitæ tradiderunt An. MDCLXV. Obiit Columbanus VII. idus Febr. An. MDCCVII. Sed & Hefingam cum reditibus, Murbacenſi Abbatiæ valedicens An. MDCCXXXVII. accepit Cœleſtinus à Beroldingen, eodem anno Watvillæ mortuus atque ſepultus. Hefingen Murbac.

## §. XCIV.

Caſtrum & Dynaſtiam Landferianam, æque ac Pfeffingenſem, Henrici II. Imp. liberalitate, Cathedrali Baſilienſi Eccleſiæ, quam inſtaurari curaverat, obtigiſſe, gravioſſimi Baſilienſium Hiſtorici, CHRISTIANUS URSTISIUS (*t*) & JAC. CHRISTOPH. ISELIUS (*u*) tradiderunt. Landferiana Phirretenſibus, Pfeffingenſis Dynaſtia Thierſteiniis Comitibus deinceps in feudum collatæ ſunt. Pfeffingam Thierſteiniorum interitu ad Epiſcopos Baſil. An. MDXIX. rediiſſe nequit dubitari. Sed donationem ejus, per Henricum II. factam, URSTISIUS ipſe non ex documentis idoneis, ſe acceſſiſſe profitetur. (*x*) Nec firmiore fundamento ſane Landferiana donatio nititur. A Phirretarum Comitibus autem ad Auſtriæ Principes hanc Dynaſtiam tranſiiſſe, uti Comitatus Phirretenſis ad eos tranſiit, Urſtiſium dixiſſe, miror omnino. Aſſerto enim huic Dynaſtiæ origo.



(*l*) De hoc ſupra pag. 44. §. LXV.

(*m*) Ita *Cod. feudor. Auſtr.* ſub Rudolpho IV. Duce confectus.

(*n*) Conf. Tom. I. pag. 719.

(*o*) Henrici III. Imp. charta apud HERRG. num. 179.

(*p*) Archiv. Epiſc. Baſil. Brundruti. Literæ inveſtituræ hujus ita: *Dar dorff Kemps mit zwing u. bann... und dem weltpann zu dem bann und der Hart, und alnen nider bis uff die Hochſtraſſ, u. nit furer, da ein Landgraff von Elſaſs von unten uff in der Hart, bis auch an die Hochſtraſs u. nit furer jagen mag &c.*

(*q*) Conf. ſupra pag. 17. §. XXIV. & Tom. I. pag. 8.

(*r*) Literas inveſtituræ An. MCCCCXII. *Codex Mſ. feudorum Regim. Enſish.* exhibet.

(*s*) Status Auſtriæ anterioris, Enſishemii An. MDLXXV. congregati, in literis ad Ferdinandum Archiducem datis ita: *Wir wold das ſchloß u. dorff Hefingen, ſo noch vor wenig jahren die Edlen Zu Rhein von dem Pralaten zu Murbach zu leben getragen u. Abt Georg durch einen kauff wieder an das Stifft gebracht, unter Oeſterreich, Landesfreſtlicher Obrigkeit gelegen, auch ſolch ſchloß u. dorff Hefingen jederzeit mit dem Ritterſtand contribuiret &c.*

(*t*) *Chron. Baſil.* Lib. II. Cap. XI. pag. 97. & in *Epitome Hiſt. Baſil.* pag. 72.

(*u*) *Lexic. Hiſtor.* voce *Baſel Biſtum.*

(*x*) *Chron. Baſil.* pag. 22.

huic & BURCARDUS DE FRICKA, qui An. MCCCIII. Auſtriacas jam inter terras Landſerianam recenſet, & omnia, quæ ſuperſunt, monumenta repugnant. Immo ne ullum quidem juris Phirretenſis in Dynaſtia iſta veſtigium reperitur. Indaganda ergo ratio, qua Landſeriana ad Habsburgicos Dynaſtia pervenerit. Ex iis, quæ ſuperius prolata ſunt, patet, & Baſilienſem, & Murbacenſem aliasque Eccleſias diverſos Dynaſtiæ vicos poſſediſſe, quos Habsburgo - Auſtriaci deinceps ſoli poſſederunt. Landſerium ipſum, Nobilium de Butenheim alodium, inde feudum Baſilienſe, pecunia comparatum eſt, teſte BURCARDO DE FRICKA. (*y*) Schlierbach, Blatzheim, Bantzenheim, Munchhauſen & Teſſenheim, Murbacenſis Abbatiæ feuda, Rudolphus Comes, ad Imperii ſolium promotus, proprii ſui juris fecit, uti Albertus, filius ejus, Iſenheimenſe Dominium Murbacenſibus abſtulit. Alia vel ab aliis acquiſita, vel antiqua Habsburgenſium domania fuerunt, ita quidem, ut Dynaſtia Landſeriana, qualem BURCARDUS DE FRICKA refert, non ante ſeculi XIII. finem potuerit formari. De inferiore ejus Præfectura, quæ poſt Burcardi tempora demum prognata eſt, nullus hic ſermo. Superiorem Rudolphi Imperatoris opus diceres. Idem Rhinfeldam oppidum Genti ſuæ quum comparaſſet, præter Burggravium Rhinfeldenſem, Landſerianos quoque Judices ei præfecit, quibus ad ſeculi XVI. medium uſque cives manſerunt ſubjecti. Dominum de Landſer ſefe ſcripſit Rudolphus IV. Dux Auſtriæ, in charta Colmariæ exarata An. MCCCLVIII. (*z*)

## §. XCV.

Dynaſtiæ Fata.

Nobilibus Monachis de Landscron omnis Dynaſtia pro quinque millibus florenorum An. MCCCCVI. oppignerata fuit, quam Albertus Archiadux cum An. MCCCCL. reluiſſet, Thuringo de Hallweil, de quo Gollutius An. MCCCCLXIX. loquitur, (*a*) eandem mox oppigneravit. Pignus inde facta Johannis Truchſeſſii de Wolhauſen (*b*) & Henrici, ultimi Thierſteinenſium Comitis, cujus hæredibus creditam Auſtriacis pecuniam Truchſeſſius An. MDXIX. reddidit. (*c*) Truchſeſſiorum in locum ſucceſſit Gabriel Comes de Ortenburg, d. I. Febr. An. MDXXIX. commodatis Ferdinando I. ſupra octo millia quinquaginta & novem florenis Rhenenſibus, quibus decennio poſt & mille quingentos & quinquaginta octo florenos addidit. (*d*) Oppigneratio hæc duravit uſque ad d. XV. Sept. An. MDLXVIII. quo pecuniam Auſtriaci, Dynaſtiam Ortenburgenſes reſtituerunt.

Dynaſtiam hanc Ludovicus XIV. Alſatiæ potitus, Bartholomæo & Joanni Henrico, Herwartis fratribus & hæredibus eorum, An. MDCXLV. in feudum conceſſit. Pater eorum Joannes Henricus Herwartus, familia patricia Auguſtæ Vindelicorum, quam Jo. Georgius ille Herwartus ab Hohenburg, Maximiliani I. Bavariæ Ducis & Electoris Cancellarius, (*e*) illuſtravit, ortus; qui cum exercitu Suecico An. MDCXXXII. in Alſatiam venit, & à Duce hujus exercitus Bernhardo Vinarienſi Huningam, ob præſtita jam officia, dono acceperat. Transactione deinde à fratribus Herwartis & Philiberto, Joannis Henrici filio, cui pater vivus hæreditatem tradiderat, facta, Huningæ & Landſeriæ dominium ad Bartholomæum ſolum rediit. Hujus filii, Joannes Antonius & Annas, cum improles obiiſſent, ſucceſſio ad filiam Eſtheram, quæ Carolo à Turri, Marchioni de Gouvernet, nupſerat, pervenit. Natus ex ea Joannes Fridericus Marchio de Gouvernet Dynaſtiam hanc An. MDCCXVI. obtinuit, atque eandem ad filium Carolum Fridericum An. MDCCXXV. tranſmiſit. (*f*)

## §. XCVI.

Landscrona caſtrum.

Dynaſtiæ Landſerianæ caſtrum vicinum addimus, *Landscrona* nuncupatum, quod in Sundgoviæ, Salodurenſem & Baſilienſem agros tangentis, finibus, in præruptı undique & ſaxoſi montis cacumine, qui Blamontis veluti ramus in planitiem excurrit, è longinquo conſpicuum eſt; ſitu ſuo vera regionis corona, cujus conditor ignotus. ALBERTUS STA-

(*y*) Hunc cum etiam vidiſſet ÆGID. TSCHUDIUS, Urliſii & Iſelii errorem quidem effugit, omnem tamen Dynaſtiam ab Habsburgicis male credidit coemtam ſcribi à Burcardo, qui tantum de caſtro & oppido Landſere loquitur. Vide *Chron.* ejus *Helvet.* Part. I. Lib. IV. pag. 222.

(*z*) Apud STEYERER *Hiſt. Alberti Sap.* Addit. col. 264.

(*a*) Vid. ſupra pag. 22. not. (*m*).

(*b*) *Hans Truckſes von Wolhauſen, Pfandherr der Herrſchafft Landſer* Monaſterio S. Albani chartam dedit An. MDVI. *fur mich und alle meine erben, Pfandherren zu Landſer.*

(*c*) URSTIS. *Chron. Baſil.* pag. 17.

(*d*) *Archiv. Regim. Luſtrean.*

(*e*) Præſtans ejus ſcriptum *Ludovicus Bavarus defenſus* impreſſum Monachii.

(*f*) Acta Cancellariæ Landſerianæ.

Stadensis (*g*) Fridericum II. Imp. An. MCCXV. *Ladecronæ* cepiſſe declarat. Dynaſtarum Rœtelenſium patrimonium vetus cum Dynaſtia Rœtelenſi ad Hochbergenſes Marchiones, cumque horum Marchionatu ad Badenſes pervenit. Nobilis Monachorum (*Monch*) in agro Baſilienſi familia Rœtelenſibus Dynaſtis caſtrum hoc in feudum obtuliſſe videtur. Monachorum iſtorum ramus à Landscrona nomen per aliquot ſecula geſſit. Heuricus Monachus de Landscron An. MCCLXVII. comparet. (*h*) Burcardum Monachum de Landscrone Otto, Marchio Hochbergenſis, An. MCCCLXIV. cum caſtro illo inveſtivit; idemque Rudolphus Marchio An. MCCCCXV. fecit. (*i*) Monachorum vero ſtirps cum ad interitum properaret, Johannes de Flachslanden ſibi & poſteris ſuis utriusque ſexus An. MCCCCXXX. Landscronam acquiſivit; quam tamen annuente Domino directo Johannes, prioris filius, decimo quarto abhinc anno vendidit. Neque Rudolphus de Ramſtein, cui vendita eſt, eam diu retinuit. Vendita eſt tertium Petro de Reichenſtein An. MCCCCLXII. cujus penes poſteros ad noſtra usque tempora conſtanter permanſit. Idem Petrus Reichenſteinius ſexennio poſt Helvetiis, Alſatiam Auſtriacam invaſuris, hoc caſtrum ſuum tradere coactus eſt, ut à tergo eſſent ſecuri. (*l*) Auſtriaci, quantum id ſibi nocuerit, hoſtibusque profuerit cernentes, ibi præſidium collocarunt. Maximilianus I. mille & quadringentos florenos Reichenſteinius porrexit, ut ex veteris Reineckianæ arcis ruderibus Landscronam novis operibus firmarent. Ludovicus XIV. nobile hoc Alſatiæ propugnaculum ſibi comparaturus, An. MDCLXIV. Marchioni Bada-Durlacenſi annuam trium millium librarum Franc. ex telonio Othmarsheim. penſionem pro dominio directo Landscronæ conceſſit.

## DYNASTIA MASONIANA.

### §. XCVII.

Vallis & Dynaſtia Maſoniana iisdem finibus circumſcribuntur. Rivulus Hanebach & vicus Gewenheim ab ortu, montis Grazonis (*m*) ſummitas, quæ Alſatiam à Lotharingia diſterminat, utriusque ab occidente ſunt limites; in quo quinque circiter leucarum ſpatio Monaſterium, oppidum & quindecim vici vicuſive continentur. Maſonis Monaſterium, in medio vallis, quæ in ſuperiorem hinc & inferiorem dividitur, ſeculo VIII. conditum, toti Dynaſtiæ nomen ſuum communicavit. (*n*) Erronea plane ſunt, quæ poſt Peutingerum Irenicus (*o*) de hoc Monaſterio tradit; quippe quod prope Rhenum à Maſone, Suevorum Duce, exſtructum, vallem autem Maſonianam à Maſone Comite, S. Odiliæ nepote, nomen accepiſſe dicit. Nec Sueviæ Dux Maſo, nec Cœnobium Maſonianum ad Rhenum, unquam extitit. Caſtrum, quod ipſe Maſo Comes inhabitaſſe creditur, ſexcentos circiter à Monaſterio paſſus verſus planitiem diſtans, à rupe, cui impoſitum fuit, *Ringelſtein* nuncupatur. Epiſcopus Baſil. cujus feudum fuerat, Chriſtoph. de Maſmünſter pro 1200. flor. An. MDLXII. Chriſtoph. de Lingeville, ejus hæredum unus, Joanni de Bollweiler An. MDLXXV. id vendidit. Sebast. Munsterus (*p*) arcem hanc jam ſuo tempore, id eſt, ſeculi XVI. initio, vaſtatam fuiſſe perſcribit. Seculo deinde proxime elapſo mœnium, quæ reſtabant, rudera cum foſſa, circum rupem ducta, prorſus abolita ſunt, adeo ut præter nomen ex eis jam fere nihil ſuperſit. Aliud ejusdem nominis caſtrum prope Hafelach in Alſatia inferiore videbimus. Uti caſtrum Monaſterio, ita Monaſterium oppido contiguo ſuos natales dedit, quod Germ. *Maſmünſter*, Gall. *Maſevaux* vel *Moiſevaux*, uti Monaſterium ipſum, nuncupatur. Maſopolis hæc An. MCCXVII. muris cincta & civitatis forma primum donata eſt. (*q*) Cives, quorum centum & quinquaginta circiter ibi reperiuntur, ferrariæ potiſſimum & lignariæ rei peritia florent. Maſoniana Dynaſtia.

Reliqua Dynaſtiæ loca reſpectu vallis in duos Majoratus, in ſuperiorem & inferiorem, diſtinguebantur. Superior, quæ retro Monaſterium & oppidum eſt, Sebenia vallis (*r*) dici ſolet à vico *Seben*, ubi Tolræ ſunt ſcaturigines, & ſex vicorum Eccleſia parochialis. En nomina ipſorum: *Seben*, *Dollern*, à flumine præterlabente ita nuncupatus; *Rimbach*, *Oberbruck*, ubi ferrum in vicinis montibus effoſſum funditur; *Wegſcheid* & *Kirchberg*, ubi lamina ferrea conficitur, locus olim hujus parochiæ princeps. Quinque præterea vici Majoratus ſive vallis ſuperioris, oppido propiores, ad ejusdem parochiam pertinent: *Stecken*, *Niederbruck*, *Sicker*, *Hubach*, ubi capella, heremus minor Deiparæ dicta; (*s*) *Oberbrubach*. In valle ſeu Majoratu inferiore quatuor tantum Majoratus Dynaſtiæ.

(*g*) Apud Schilter. in *Scriptor. Rer. Germ.* pag. 301.
(*h*) Vid. Urstisii *Chron. Raſil.* Lib. I. Cap. VI. pag. 20.
(*i*) Extant chartæ in *Tabulario Marchionis Badæ-Durlac.* Baſileæ.
(*l*) Berler in *Chron. Mſſ.* fol. 162.
(*m*) German. *Krutzen*, Gall. *Graſſon.*
(*n*) Conf. Tom. I. pag. 666.
(*o*) *Exeget. Germaniæ.* Lib. XII. pag. 400.
(*p*) *Cosmograph.* Lib. III. Cap. CXIV.
(*q*) *Chron. Mſſ. Franciſcanor. Thanenſium.*
(*r*) *Seben-Thal.*
(*s*) Vulgo *Klein Einſidlen.*

tum vici sunt: *Arw*, ad parochiam oppidi quoque spectans, *Sendheim* & *Niderhwrbach*, qui unam parochiam constituunt; *Gebenheim*, suum solus parochum habens. (*t*)

## §. XCVIII.

Dynastiæ fata.

Vallem Masonianam, priscum Etichonidarum patrimonium, à Masone Comite Cœnobio, quod condidit, donatam esse, Diploma Ludovici Pii, An. DCCCXXVIII. Abbatiæ huic concessum, nos edocet. Proprietas hæc vallis totius in Abbatiam istam translata, pluribus etiam sequentium seculorum documentis asseritur. Comites Phirretenses Monasterii nomine, cujus Advocati fuerant, una cum Sculteti, (*u*) in ea jus dixerunt. Sua vero Advocatia cum abuterentur, lis inde prognata Lutoldi, Episcopi Basilienſis, ope ita compoſita eſt An. MCCXLI. ut emolumentis, quæ ex juſtitiæ adminiſtratione provenerint, in tres partes diviſis, duæ Monaſterio & una Comitibus iſtis adjudicarentur; ſingulis annis generale placitum in Gebenheim celebraturis, in quo jura tam Eccleſiæ, quam Epiſcopi & Advocati, publice recitarentur.

Advocatiæ hujus, æque ac Phirretenſis Comitatus, hæres fuit Johanna, poſtremi Comitis filia natu major, quæ marito ſuo Alberto Auſtriaco illam attulit dotem. Ab Auſtriacis autem ſibi ac Monaſterio ſuo timens Abbatiſſa Maſoniana, eorum forſan, quæ jam Phirretenſes tentaverant, memor, literas, quas vocant, reverſales obtinuit; quibus Johanna iſta præter Advocatiam, nihil proprietatis aut pignoris nomine ſibi ac hæredibus ſuis in valle Maſoniana competere profiteatur. (*x*) Sed literis his non obſtantibus, quod Abbatiſſa timuerat, brevi tempore contigit. Rudolphus ſane, Johannæ Phirretenſis & Alberti Auſtriaci filius, non Advocatum, ſed Dominum Maſoniarum ſe nuncupavit, (*y*) quo jure, neſcio. Tum itaque ex univerſa Dynaſtia ſolum jus patronatus & decimas Monaſterium retinuit; reliqua omnia juris Auſtriaci facta ſunt, nobili Maſonianæ genti pro ſeptem millibus florenorum (*z*) mox oppigneranda. Neque ex ejus manibus unquam redemta eſt Dynaſtia; imo cum Chriſtophorus de Maſmunſter, gentis ſuæ poſtremus, circa An. MDLXXII. obiiſſet, pignus in Bollvillenſes translatum eſt. Spem ejus obtinendi Ferdinandus I. Nicolao de Bollweiler An. MDLIV. jam fecerat, eamque quadriennio poſt in filium ejus natu majorem extendit; quo ipſo denique factum, ut Dynaſtia hæc, æque ac Floremontana, non Bollvillenſibus modo Baronibus, ſed & Fuggeris Comitibus, Bollvillenſium hæredibus, auctio paulatim ſupra viginti quinque millia florenorum pignoris pretio, obvenerit. Mox cum Auſtriacis Fuggeri quoque Comites Alſatia ejecti ſunt, & vallis Maſoniana in Suecorum poteſtatem redacta, qui Ratiſchinum quendam, Nobilem Bohemum, ea remunerarunt. Reduxit Fuggeros pax Monaſterienſis, cujus beneficio Dynaſtiam hanc deinceps ſub imperio Gallico pariter, uti ſub Auſtriaco, poſſederunt, donec illam d. II. Martii An. MDCLXXX. in Conradum de Roſa, Campi-Mareſchallum, libere tranſtuliſſent, acceptis ſupra quinquaginta ſex millia ſexcentis & ſex libris Francicis; id quod Ludovicus XIV. non modo ratum habuit, ſed & Dynaſtiam oppigneratam in feudum convertit. Roſius eandem conſenſu Regis d. I. Decembr. MDCLXXXIV. genero ſuo, Nic. Friderico de Rotenburg, ex Croſinenſi Sileſiæ Principatu oriundo, vendidit. Hic in juvenili ætate militiæ Gallicæ adſcriptus, virtutibus ſuis ad Campi-Mareſchallatum pervenit, & Comitis elogio à Ludovico XIV. ornatus obiit An. MDCCXVI. (*a*) Ex matrimonio ejus cum Anna Johanna de Roſa Conradus Alexander An. MDCLXXXIV prodiit, Gallicus ad Hiſpanos & Boruſſos olim Legatus, qui An. MDCCXXXV. deceſſit improlis, poſtquam Rothenburgenſem Dynaſtiam, Maſonianæ contiguam, ſibi & genti ſuæ comparaſſet. Utraque ad ſorores hinc ejus tranſiit, de quibus ſupra, ubi de Rothenburgenſi Dynaſtia egimus.

# SENNHEMIUM.

## §. XCIX.

Sennheim.

Primum cis Thuram, qui præterlabitur, amnem Alſatiæ ſuperioris oppidum eſt Sennhemium, (*b*) in ſerie Comitatus Phirretenſis ditionum, quas hactenus tractavimus,

(*t*) Conf. Tom. I. pag. 722. §. CCXVI.

(*u*) Chono, filius Sculteti vallis Maſonis, miles, inter teſtes memoratur in charta donationis Lucelienſi Abbatiæ per Fridericum Comitem Phirret. An. MCCXV. factæ.

(*x*) *Tum kunt, das das tal zu Maſmunſter und was darzu gehert, lut und gut, der H. Herren S. Leodegarien und ſines Gotzhuſes zu Maſmunſter rechter eigen iſt.* Dat. Aldolch An. MCCCXXXVIII.

(*y*) *Herre zu Roſenfels, zu Marmunſter, zu Landſer* &c. An. MCCCLVI. & ſeqq. apud Stetterer *Hiſt. Alberti Sap.* Addit. Cap. II. pag. 358. 359. 365.

(*z*) Hanc profecto pecuniæ ſummam Nobilibus iſtis debuerunt Auſtriaci medio ſeculi XV. uti refert Gollutius. Vide ſupra pag. 22. not. (*m*).

(*a*) *Lexicon. Hiſtor. Baſil.* male An. MDCCV. ponit.

(*b*) Romanice *Sernay*, *Cernay*, German. *Sennheim*, vulgo *Sennem*.



ENSI
aspect

1. Eccles. Paroch. 2. Curia. 3. Capucini. 4. Moniales Capuc. 5. Ec
Ab Oriente ad Occid. sunt 160. et

GEBV
aspectus

1. Eccles. Paroch. 2. Dominicani. 3. Moniales ord. S.ti Domin.
Ab Oriente ad Occid. 500. a Sep

ENSHEMIUM.
... Septentr.

...ecles. 5. S. Trinitatis. 6 Porta Colmarica. 7. Koenigsburg deſtructum.
...ol à Septentr. ad Meridiem. 320 porticæ.

HILLA.
...ab Oriente.



...Curia. 5. Porta Infer. 6. Porta ſup. 7. Arx Hugstein.
...tentr. ad Merid. 200. porticæ.

mus, ultimum. Vetuſtiſſima ejus mentio in Abbatiæ Lucellenſis documentis An. MCXLVII. & ſequentibus, ubi *Curia de Sennheim* iuter Abbatiæ hujus bona recenſetur. (*c*) Annales Colmar. ad An. MCCLXX. *Senhen* dixerunt. Munitus quando fuerit locus, & in formam oppidi redactus, ignotum. Primus oppidum prodit Ulricus I. Phirretarum Comes, ubi Comitatum ſuum Eccleſiæ Baſil. An. MCCLXXI. in feudum obtulit. (*d*) Prodit quoque Ulricus II. prioris nepos, in charta, qua dimidiam tributi (*Steur*) partem Ulrico, Nobili de Pfirdt, qui Sennhemii vixit, beneficii loco conceſſit. (*e*) Ulricus hic curiam propriam, quam Sennhemii habuerat, ab Auſtriæ Ducibus, Comitatus Phirretenſis hæredibus, An. MCCCXXXII. in feudum quoque recipere voluit. Ulricus & Gualtherus Hochſtetteri, Equites, quinquaginta ſex modiis frumenti, ex molendinis in Sennheim annuatim percipiendis, An. MCCCXII. donati ſunt, ſervata Phirreti Comitibus poteſtate, feudum hoc totidem marcis argenti Baſil. ponderis reluendi, quot modiis illud conſtabat. Simile beneficium Rathſambauſiis à Lapide An. MCCCCLXVI. ibidem obtigit.

Oppidum ipſum, quod à Præfecto ſeu Advocato Principis, unde diſtrictus hic Advocatia Sennheimenſis (*f*) dicitur, & à Magiſtratu civico ſex Aſſeſſorum (*g*) regitur, Domus Auſtriaca nunquam alienavit. Tempore belli tricennalis Ludovicus XIII. An. MDCXLII. Schœnbeckio, Campi-Mareſchallo Franciæ, & hæredibus ejus Sennhemium in feudum conceſſit. A filia Schœnbeckii unica per matrimonium ad Reinachios, atque per hos ad Gohrios & Klebſattelios pervenit. Nundinæ duæ per annum & hebdomadatim mercatus in oppido hoc habentur, pecorum frequentia celebres. Lotharingi, Burgundi & Alſatæ, magno ibidem numero conveniunt. Cives circiter ducenti in eo computantur.

Advocatiæ Sennheimenſi vicinus vicus *Steinbach* & Præpoſitura Birlingenſis adhærent. *Birlingen* vicus olim minor fuit; nunc capella tantum cum duabus habitationibus ibi ſupereſt. Steinbacum Majorem habet, qui Magiſtratus civici Sennheimenſis membrum. Decimæ & beneficiorum collatio in omni diſtrictu Epiſcopo Baſilienſi competunt.

## ENSISHEIM.

### §. C.

Enſisheim oppidum.

Inter Alſatica Habsburgicæ Gentis dominia celebre Enſisheimii oppidum primo loco occurrit, non caput quidem Alſatiæ ſuperioris, quod Guillimannus (*b*) voluit, ſed caput Alſatiæ Auſtriacæ dicendum. Urbs modica, quam Elli aquæ, ex alveo fluminis Muſhuſium ſita. Limes Sundgoviæ borealis, quem alibi duximus, (*k*) Enſisheimium extra eam in Alſatia ſup. collocat. Collocant etiam veteres chartæ, ex quibus Henrici III. Imp. Diploma præſertim allego, quo Richardo cuidam, Eccleſiæ Baſil. Miniſtro, prædium in *villa Enſisheim, in pago Alſatia & in Comitatu Cunonis Comitis* ſitum An. MLII. donavit. (*l*) Per Comitatum Cunonis Landgraviatus Alſatiæ ſup. ſeu Comitatus provinciales intelligitur. Pro *Enſisheim*, nomine loci primigenio, contracte *Enſisheim* ſeculo XIII. jam legimus. Juniores quoque *Ensheim* (*m*) & ruſtici brevius *Enzen* pronuntiant, quod ex *Uruncis* Romanorum, quas Guillimannus heic fruſtra quæſivit, (*n*) prognatum eſſe quidam conjiciunt. (*o*) Germanicam vocis originem omnia profecto docent. Seculo VIII. quo prima Enſisheimii mentio fit, *Enghisheim* & ſequenti *Enſigesheim* ſtylo barbaro ſcribebatur. (*p*)

Quando vicus in oppidum ſurrexerit, nullum monumentum prodit. Annales Colmar. civitatem Enſisheim primi memorant, ubi Albertum, Rudolphi I. Imp. filium ſeniorem, An. MCCLXXIX. eo perveniſſe & Scultetos civitatis convocaſſe tradunt, ut de mittendis patri ſuo militibus adverſus Ottocarum, Regem Bohemiæ, cum iis ageret.



renovavit, ſub ſeculi XV. initium ab Enſisheimenſibus ducta eſt.

(*k*) Tom. I. pag. 3. §. IV.

(*l*) Apud Herrg. *Cod. Diplom.* num. 183.

(*m*) Seb. Munsterus *Coſmograph.* Lib. III. Cap. CXXXV.

(*n*) *Habsburg.* Lib. II. Cap. VI.

(*o*) Jac. Henr. Petri *Chron. Mulhuſ. Mſ.* Lib. I. Cap. I.

(*p*) Conf. Tom. I. pag. 721.

(*c*) Bernh. Buchingeri *Faſti Lucell.* pag. 47. & ſeq.

(*d*) Vide ſupra pag. 33.

(*e*) *Cod. Mſ. fundor. Regim. Enſisheim.*

(*f*) *Vogtey*, Gallice *Prevoté.*

(*g*) *Vogt und Rath.*

(*b*) *Habsburg.* Lib. II. Cap. VI.

(*i*) Foſſa hæc, *Quatelbach* nuncupata, vi peculiaris, privilegii Catharinæ Burgundicæ, Duciſſæ Auſtriæ quod Ferdinandus I. Rex Rom. An. MDXLIX.

Idem Albertus, Dux Auſtriæ, An. MCCXC. apud Enſisheimenſes verſatus eſt, teſte Diplomate Monaſterii Alſatiæ ſup. Pariſienſis, (q) in quo Burchardus, Enſishemii miles, eodem anno ſepultus eſt. (r) Habsburgici, vel amœnitate ſitus, vel proximitate ſilvæ *Hardt*, in qua venari ſolebant, allecti, Enſishemium frequentius inhabitarunt. Caſtrum, quod ibi fuerat, *Kœnigsburg* appellatum, demum extruxiſſe videntur, poſtquam ſolium Germaniæ conſcenderant; forte prius quam Comitatus Phirretenſis compotes eſſent. Nomen certe *Caſtrum regium* denotat, cujus nullum hodie veſtigium ſupereſt.

## §. CI.

Privilegia. Enſishemium Eccleſiæ Argentinenſis feudum BURCARDUS DE FRICKA, (ſ) tacentibus aliis documentis, appellat. In Emunitatis Rubeacenſis, quam Dagobertus II. Eccleſiæ Argent. donavit, vicinia nexus feudalis ratio procul dubio quærenda eſt, ſive feudum oblatum ſit, ſive collatum. Idem tamen Burcardus, poſſeſſiones Auſtriacorum in Alſatia enumerans, ab Enſishemio initium ducit, adeoque primatum ejus inter terras Landgraviales confirmat. Cauſa rei, quod Habsburgo-Auſtriacorum Principum, cum Alſatiam frequentarunt, ſedes extiterat.

Landgravialis mallus quidem in vicino plerumque Meyenhemii vico, vel in aliis locis, haud adeo remotis, habebatur ſub dio. Nobiles tamen multi & Officiales, qui mallo adeſſe tenebantur, frequentes Enſishemii habitarunt, ab omnibus tributorum oneribus liberi. (t) Singulari hinc Landgraviorum beneficio factum, ut civitas hæc ſigilli Landgravialis non ſolum depoſitaria eſſet, ſed eodem quoque, uti ſuo, in chartis ſuis uteretur, cujus rei non unum proſtat exemplum. Jam An. MCCCLXXXIX. Advocatus Enſisheimenſis Wernherus de Radholtzdorf, Eques, cum inter Habsburgicos Comites litigantes vel compromiſſarius vel vicarius Landgravii judex fediſſet, ſententiam latam & ſuo gentilitio & Landgraviali ſigillo Enſisheimenſis civitatis nomine communivit. (t) In Nobilium Schauenburgenſium archivo exemplum chartæ reperi, quod Magiſtratus Enſisheim. An. MCCCCLXXXIV. genuinum teſtatus ſigillo quoque Landgraviali inſtruxit. In alia Murbacenſis Abbatiæ charta, ex autographis Caroli V. Imp. ad Regimen Enſisheimenſe literis deſcripta, de cujus veritate idem Magiſtratus ſigilli Landgravialis appenſione teſtatus eſt, ad veterem hujus ſigilli ipſum ac poſſeſſionem provocatur. (u) Formam ejus ac typum jam in Landgraviatus ſuperioris deſcriptione dedimus. (v)

## §. CII.

Nunquam pignus. Sed & caput Landgraviatus Auſtriaci, atque ſedes Regiminis cum Enſishemſium fuerit, præ reliquis Auſtriacorum in Alſatia oppidis id prærogativæ habuit, quod Ducibus Auſtriacis conſtanter addictum, nullius alterius poteſtatem, quantum novimus, oppignerationis lege ſubierit, ſi paucos ſub Sigiſmundo Archiduce, qui Carolo Audaci totam ſuam Alſatiam vendidit, annos excipias. Subierunt tum Enſisheimenſes jugum Burgundi; reclamante veteri de non alienanda ipſorum civitate, quod Albertus Dux An. MCCCCXLV. confirmaverat, privilegio. Verum non tam huic privilegio, quam rerum ac temporum rationi ſuam Enſishemium libertatem debuiſſe, ille facile intelligit, qui cæteras plerasque civitates Auſtriacas ſimili privilegio inſtructas, plurimis olim in pignus conceſſas fuiſſe novit. Ceterum jugi Burgundici minus patientes Enſisheimenſes, id omnium primi An. MCCCCLXXIV. antequam Auſtriaca ſeu alia quælibet adeſſent auxilia, (w) fortiter excuſſerunt.

Id

(q) HUGO *S. Antiq. monum.* Tom. II. pag. 295.
(r) Ibid pag. 278.
(ſ) Qui An. MCCCIII. ſcripſit his verbis: *In der Statt zu Enſisheim, die leben iſt von Straßburg, hat man genommen* &c.
(t) Teſte privilegio Sigismundi Archiducis An. MCCCCLXV. in archivo Enſisheim.
(t) HERRG. *Hiſt. Cod. Diplom.* num. 879. ubi hæc in fine inſtrumenti verba: *Zu merem urkund hab ich Wernher von Radholtzdorff Ritter, als ein Richter, mein eigen ingeſigel zu des Landgerichts in Obren-Elſaß ingeſigel, das die Statt Enſisheim nieſende iſt in iren gerichten, gehencket an dieſen brief* &c.
(u) *So haben wir ſolicht* (original) *vidimiren und zu vovrer urkund mit der obgenanten Landgerichts inn Obern-Elſaß anhangendem Inſigel, des vvir uns von alter har inn unnſern und deren hannden, ſo des begert, gebraucht, verſygeln und betrafftigenn laſſen. Gebenn und beſchehen zu Ennſisheim* &c. An. MDXXII. Literæ Caroli V. d. 12. April. ejusd. anni Bruxellis exaratæ fuerunt.
(v) Pag. 29.
(w) URSTIS. *Chron. Baſil.* Lib. VI. Cap. V. pag. 437.

Id præterea magni beneficii loco reputandum, quod vicinus Principis saltus *Hardt* ipsis satis lignorum in omnem olim usum gratis suggesserit. Officina Monetaria quidem Enfisheimii fuit, sed monetas ibi percussas non reperi. Argentum ex metallifodinis Rosemontanis eo delatum est. Oppidum duplici muro & fossa munitum, nonnisi quadringentos complectitur focos. Porta, quæ Ellum aspicit, An. MDXXV. condita, singulari Inscriptione conspicua est. (x) Primum Capucinorum in Alsatia Monasterium An. MDCIII. Enfisheimii ædificatum; Rudolpho, Barone Bollvillano, curiam feudalem, (y) quam cum vico Regisheim à Morimontanis Dynastis anno MDLXVII. emerat, in hunc usum concedente. Monialium ordinis S. Francisci, qui Tertiarius dicitur, ibidem Conventus. Splendidissimum Jesuitarum collegium, à Maximiliano Archiduce An. MDCXIV. Enfisheimii institutum, variis superioris Alsatiæ Monasteriis derelictis locupletatum est.

## §. CIII.

Civium causas dijudicant cives; non eodem semper judicum numero servato. Sub Austriacis Senatus Advocato, (z) Sculteto & XII. Assessoribus (a) civicis, ac quatuor nobilibus constitit. Permulti Alsatiæ superioris Nobiles tum Enfisheimii habitarunt, & de rebus suis in publica, quam habuerunt, curia deliberaturi convenerunt. Sequiore ævo Senatores nobiles antiquati; quin & civici dimidio pauciores jam sunt. Advocatus Principis nomine, cujus jura & fiscum curabat, absque suffragio præsedit conventibus; si præsentiam ejus causa postulavit. Facinorosos ad Magistratum detulit ac dimidiam pœnarum partem accepit. Cives recepti Archiduci primum, dein Advocato, denique Sculteto & reliquis jusjurandum præstiterunt. Magistratus ipse eidem Advocato, Principis nomine, fidem adstrinxit, uti Advocatus vicissim jura se Civitatis servaturum defensurumque sacramento promisit. Advocatus ex equestri plerumque, (b) Scultetus ex civium ordine defunctus. Jurisdictionem criminalem sine provocatione, non solum in cives suos, sed & in Regiminis Austriaci officiales Senatus, Archiducum concessione, exercuit; in eadem, qua Regimen, curia sedens. Ludovicus XIV. Advocatiam Enfisheimensem An. MDCLVI. Danieli de Madrys concessit; quem An. MDCLXVIII. Francicus filius excepit. An. MDCXCIV. eadem dignitas in hæreditarium munus conversa, regioque Edicto An. MDCXCVII. res fuit firmata. (c) A Madrysiis ad Pefcherios & denique An. MDCCXXXV. ad Ferdinandum Comitem de Filain, ord. Ludov. Equitem, feudi regii lege, pervenit. An. MDCCXL. Advocatus Enfisheimensis à consessibus Senatus Civitatis abstinere in posterum jussus est; (d) adeoque solus in eo præsidet Regius Scultetus. (e) Officium custodis banni Enfisheimensis (*Bannwarthum*) cum multis aliis bonis ac juribus medio seculi XV. Wilhelmo Stainio de Munsperg pro mille quadringentis & quinquaginta florenis Rhenensibus in modum feudi oppigneratum, Melchiori Banero, dicto *Geb*, à Johanne de Munsperg, Wilhelmi filio, An. MCCCCLXXXIV. venditum est. (f) Claves oppidi Masonianis Nobilibus erant commissæ. Status polit.

Inferiorem Dynastiæ Landferianæ præfecturam ad Enfisheimensem olim præfecturam spectasse, ostendimus supra. (g) Ad eandem quoque vici infra recensendi spectarunt, variis Nobilium familiis in feudum collati; adeo ut Enfisheimio ex veteri sua Præfectura remanserit nihil. Nihilominus civitas augmenta & novas vires accepit, dominio suo in vicinos quosdam vicos, Archiducibus antea fine medio subjectos, paulatim extenso. Vici hi sunt *Rudesheim* & *Ungersheim*, quos BURCARDUS DE FRICKA An. MCCCIII. inter præfecturæ Enfisheimensis vicos, Landgravio, non oppido, subditos, refert. In *Ungersheim* Curtonem militem ex turri capellæ, quam dejecit, castrum An. MCCXX. ædificasse, ANNALES COLMAR. scribunt. Idem locus inter feuda conditionata Austriacorum An. MCCCCLVIII. comparet, ita quidem, ut Masoniani Nobiles unam, Rinachii vero duas reliquas partes tenuerint; Possessiones.



(x) Inscriptio hæc est: *In dem jar nach der geburt Christi MVCXXV. des monats May under Keyser Karolo und Ferdinando gubernatorn gebrudern, Ertzhertzogen zu Oesterreich in der Burgysschen ufruehr der Hoellen hanssen wurt disse port gebauwen.*

(y) Vulgo *Freyhof* aut *Schwartzenberger hof* nuncupata.

(z) *Vogt, Stattvogt, Bailliff.*

(a) *Ratherren.*

(b) Advocati fuerunt Fridericus de Domo An. MCCCCLII. Wernherus de Hadmanstorff Eques An. MCCCCLVII. Heinricus de Hatstatt Eques, Martinus Stoer Eques An. MCCCCXCVI. Sigismundus de Reinach An. MDLXX. &c.

(c) *Recueil des Ordonn. d'Alsace* pag. 332.

(d) Acta Advocatiæ apud Famil. de Filain.

(e) *Prevot Royal, Konigsschultheiss*; quod munus hodie gerit Dn. Abé, hereditario jure.

(f) *Cod. Mss. feudorum Regim. Lutzelburg.*

(g) Pag. 50.

quas hi Bollvilanis Baronibus An. MDLXIII. vendiderunt. Tertia Maſonianorum, qui non diu poſt defecerunt, Enſisheimenſi Civitati pars obtigit; eidem cum Ruleshemio integro etiamnum ſubjecta.

## §. CIV.

Ceraunius Lapis.

Inter memorabilia Enſishemii recenſendus eſt lapis, in Eccleſiæ parochialis odeo ſuſpenſus, quem SEBAST. MUNSTERUS (*b*) atque CHRISTIANUS URSTISIUS, (*i*) aliique inter ceraunios (*l*) ponunt; quemque SEBAST. BRANDIUS peculiari carmine decantavit latino, quod Actis Enſishemianis tum ſuit inſertum. (*m*) Munſterus ita: " Anno MCCCCXCII. lapſus eſt deſuper ex nubium coagulatione, " edito magno tonitru, ſeptima die Novembris, lapis grandis, haud procul ab oppido " Ensheim, ponderans duo talenta ſeu centenaria & dimidium, quem tollentes incolæ " ſuſpendebant in Eccleſia parochiali, pro mirabili ſigno. " URSTISIUS gravitatem lapidis CCLXXX. librarum facit & circa meridiem è cœlo delapſum eſſe tradit. Maximilianus I. Imp. in ſcripto, de Cruciata quadam S. Georgii adverſus Turcas An. MDIII. edito, rem in ſuo fere conſpectu, cum in exercitu eſſet, ad reſiſtendum Gallis, contigiſſe narrat, eidemque lapidi duos modo centenarios tribuit. (*n*) Naturam lapidis quod attinet, ſubſtantia ejus eſt inſipida, inodora, nigricans, ex ſquamis coagmentata, venulis albidis ſtriata & particulis ſplendentibus ejusdem coloris conſperſa; mineræ martialis ſpecies. Durities tanta, ut chalybe percuſſus evomat ignem. Maſſa ignita & in aqua extincta, in pulverem redigitur facile. Quodſi eidem oleum vitrioli affundatur, nullum nec effervescentiæ, nec ſolutionis ſignum, fœtidiſſimum vero ſulphuris reddit odorem. Tantam molem in aëre nec gigni, nec hærere potuiſſe, nos ratio docet. Violento ſulminis igni generatio ejus nequit adſcribi, quod argillam continet, quæ omni calori reſiſtit; adde quod nullum ſulionis ſignum in omni maſſa occurrat. Subſtantiam foſſilem, in modum omnium glebarum metallicarum ſub terra generatam, in lapide noſtro reperiunt Chymici. Hic certe vel in loco genitus, (*o*) ubi repertus; vel ex montibus haud adeo longinquis, ubi mineræ gignebantur, tempeſtate & torrentibus aquis abruptus, longo ſeculorum tractu in plano provolutus atque Enſishemium verſus fuit promotus. Maſſæ hunc titulum inſcripſere Majores: *De hoc lapide multi multa, omnes aliquid, nemo ſatis.*

Ceraunii miræ & inſolitæ magnitudinis lapides Græcis atque Romanis innotuerunt veteribus. Singulari de illis capite egit PLINIUS, (*p*) ubi Anaxagoram à Græcis celebratum refert, quod cœleſtium literarum ſcientia præditerat, quibus diebus ſaxum è ſole caſurum eſſet, idque interdiu in Thraciæ parte ad Ægos acciditſe flumen. Suo ille tempore oſtendebatur, magnitudine vehis (*q*) & colore adusto. Anaxagorei hujus lapidis hiſtoria apud PLUTARCHUM (*r*) & DIOGENEM LAERTIUM (*s*) quoque occurrit. CARDANUS de varietate rerum aſſerit, lapides circiter mille ducentos An. MDX. & inter hos unum 120. pondo, alterum ſexaginta in agrum, Abduæ Galliæ Cisalpinæ fluvio conterminum, è nubibus decidiſſe, quibus color ferrugineus, clarities eximia & ſulphureus odor fuerit; Enſisheimenſi noſtro lapidi in hoc fere ſimilibus. Tam vetus, tam communis eſt falſa de ceraunii lapidibus, in aëre generatis, opinio.

# DYNASTIA ISENHEIMENSIS.

## §. CV.

Iſenheim.

Rubeacenſem inter Emunitatem, cujus caput *Iſenburgum*, ut & inter Bollvilenſes terras ac Murbacenſis Abbatiæ territorium, cui olim adhæſit, Iſenheimenſis Dynaſtia jacet, omnium Auſtriacarum, quas hactenus enumeravimus, poſtrema & minima. Tribus

(*b*) *Coſmograph.* Lib. III. Cap. CXXV.

(*i*) *Chron. Baſil.* Lib. VI. Cap. XVI. GESNERUS *de Lap. figur.* pag. 66. hiſtoriam ceraunii Enſisheimenſis hujus ſuſe quoque enarrat.

(*l*) Lapis noſter vulgo quoque dicitur *Donnerſtein*. Inſtrumenta lapidea à Veteribus in bellis adhibita, apud Gallos & Germanos paſſim effoſſa, vulgus quoque pro ceraniis jactirat.

(*m*) In *Scriptoribus Rer. Alſat.* Carmen hoc dabo.

(*n*) TRITHEMIUS *Chron. Hirſaug.* An. MCCCCXCII. PAULUS LANGIUS in *Chron. Citterenſi* anno eod. DATTIUS *de pace publica* pag. 214.

(*o*) Subſtantia foſſilis, ut aliæ glebæ metallicæ, ſub terra potuit generari eo loco, ubi reperta.

(*p*) *Hiſtor. Natur.* Lib II. Cap. LVIII.

(*q*) Vehes eſt ſecundum COLUMELLAM Lib. XI. 2. num. 13. quantum unus homo vehere poteſt.

(*r*) *De placit. Philoſoph.* Lib. XIII. & in *vita Lyſandri.*

(*s*) Lib. II. ſegm. 6. n. 10. Ad locum hunc Laertii quædam de lapidibus, è cœlo dejectis, MENAGIUS congeſſit. Conſer ARISTOT. *Meteorol.* Lib. I. Cap. VII.

Tribus enim modo vicis, Iſenhemio, Merxhemio & Retershemio (*t*) conſtat, poſtquam Oſthemii maxima pars, atque Herckhemium prorſus interiit. Iſenheimenſe caſtrum, olim probe munitum, vico eſſe recentius, nulli dubitamus. Ante medium ſec. XIV. nullam ejus memoriam reperi.

Caſtrum & vicum Iſenheim Nobiles de Domo (*vom Hus*) cum pluribus aliis feudis Auſtriacis diu poſſederunt. Johannes de Domo, prole maſcula careñs, An. MCCCLI. patruelibus ſuis conſenſu Alberti Ducis illud legavit: Jo. Ulricus Hennemanno Winckleró, Seleſtadienſi, pro trecentis florenis An. MCCCXCIX. oppignerarit. Sed magno Ulrici periculo factum, ut Leopoldus Dux, qui oppignerationem iſtam probaverat, ipſorum de Domo Nobilium pignus, non feudum, Iſenhemium eſſe crederet, idque in ſuam poteſtatem recuperet. Rei tamen veritate mox cognita, Leopoldus Ulricum & omnes ejus legitimos hæredes denuo inveſtivit An. MCCCCI. idemque decennio poſt Fridericus, Leopoldi frater, Baſilææ fecit. Poſtrema hæc, quam Codex Mſ. feudorum Regiminis Enſisheim. profert, Huſiorum inveſtitura eſt. Iſenhemium poſtea vel pignoris, vel feudi, lege Schauenburgicæ genti obvenisſe videtur. Schauenburgici enim tres fratres Marchiones Badenſes, Carolum, Georgium & Marcum, quos inter Georgius erat Epiſcopus Metenſis, in hac arce An. MCCCCLX. captivos detinuerunt; ita quidem, ut nulla vi ex captivitate liberari potuerint. Subſecuta pax juſſit, ut Nobiles iſti caſtrum Iſenheim Epiſcopo Metenſi pro octo mille & quadringentis florenis venderent. At venditio injuſta, absque Domini directi conſenſu facta, locum non habuit. Tum demum Iſenheimenſem diſtrictum in formam Dynaſtiæ peculiaris redactum & Baronibus Morimontanis in feudum conceſſum videmus. Johannes de Mœrſperg ſine An. MDXXV. Dynaſtiæ hujus cum aliis feudis, pro ſex millibus florenorum, in quatuordecim annos oppignerandæ poteſtatem accepit. Oppigneratam Jo. Jacobo Fuggero Comiti An. MDLIX. & quinquennio poſt nobili Schauenburgicæ genti, Regiminis Enſisheimenſis chartæ teſtantur. Alſatia ſuperiore à Bernhardo, Vinarienſi Duce, ſubacta, Johannes de Roſa, Tribunus militum, (*u*) Iſenheimenſem Dynaſtiam An. MDCXXXIX. virtutis ſuæ præmium accepit, ejusdemque hæredem conjugem ſuam, ſecundas cum Cæſare Pflugio, nobili Saxone, nuptias adornaturam, cum An. MDCL. occubuiſſet, reliquit. Pflugio Mazarinus Cardinalis An. MDCLIX. ſucceſſit. Conradus, Abbas Murbacenſis, curiam dominicam in Iſenheim cum omnibus ejus bonis Præceptoriæ S. Antonii Iſenheimenſi vendidit, excepto tantum ſculteti munere, quod eidem cutiæ fuit adſcriptum.

## §. CVI.

Dynaſtiam Iſenheimenſem vetus Abbatiæ Murbacenſis patrimonium fuiſſe, charta fundationis Monaſterii Goltbacenſis, à Bertolfo Abbate An. MCXXXV. data, imo & Rudolfus & Godofredus, Comites de Habsburg, nos docent; Advocatiam de *Retersheim*, *Iſenheim*, *Oſthein* & *Merckelsheim*, inter feuda ſua Morbacenſia An. MCCLIX. referentes. Advocatiam hanc Rudolfus I. Imp. Alberti filii & Johannis poſthumi, ſui ex Rudolpho filio nepotis, Ducum Auſtriæ, nomine commutaturus, Murbacenſibus eam cum bis mille marcis argenti pro Lucernenſi Dominio obtulit; imo addito quoque *Herinckeim* vico, quem deinceps periiſſe diximus. Conſenſu Murbacenſium impetrato, Albertus peculiari charta, quæ ſupereſt, hoc commutationis pactum An. MCCXCI. firmavit. Sed ignota quadam fatorum acerbitate contigit, ut Murbacenſes & Lucernam & Iſenhemium ſimul, aut brevi ſaltem intervallo amitterent. BURCARDUS DE FRICKA jam An. MCCCIII. *Iſenheim*, *Obernhorncken*, *Merckenshem* & *Retterſheim* inter Alſatica Auſtriacorum loca, præfecturæ ipſorum Enſisheimenſi adſcripta, recenſet; falſique adeo funt illi, qui Auſtriacos tum demum Iſenhemium recepiſſe crediderunt, cum An. MCCCXXXII. Lucerna fœderi acceſſiſſet Helvetico.

Dynaſtia juris olim Murbac.

*Oſthein* viculum, ſeu, uti frequentius ſcribitur, *Oſtein*, quod attinet, caſtri deſtructi rudera ille oſtendit, quod Illuſtriſſimæ Oſteiniorum genti, noſtris temporibus ad Archiepiſcopale Moguntiæ ſolium promotæ, nomen & originem dedit. Joan. Franc. Sebaſtianus L. B. ab Oſtein hanc majorum ſuorum ſedem Abbatiæ Murbacenſi, ad quam ſeculo XI. jam ſpectaverat, (*x*) pro duodecim millibus Libr. Turon.

Vici Dynaſtiæ adſcripti.



(*t*) A Suecis vicus hic An. MDCXXXII. combuſtus eſt.
(*u*) Vulgo *der Krumme Roſ.*
(*x*) Henricus III. Imp. An. MXLIX. *prædium Hoſſheim dictum, in pago Elſatzen, in Comitatu Sunzgovve ſitum*, Monaſterio Murbac. reddidit, cui antea injuſte ablatum fuerat. Charta in ſcrinio Murbac. ſervatur. Comitatus Sunigovve hic Alſatiam ſuperiorem omnem deſignat.

Turon. fine ſuperioris ſeculi vendidit. Murbacenſes alio mox pacto jus ſuum, nuper acquiſitum, in Hoſpitalarios S. Antonii de Vienna Iſenheimenſes An. MDCC. in perpetuum tranſtulerunt. *Mersheim & Retersheim*, Nobilium de Domo peculium, Catharina Burgundica, Auſtriæ Duciſſa, novo emtionis pacto recuperavit, eaque Conrado Fridungo, Archimagiro & Huebmeiſtero ſuo, An. MCCCCXIV. in feudum contulit. Fridungus pro conceſſa ſibi licentia mox eadem oppigneravit Schauenburgicis, qui ſoluto iterum initio ſeculi XVI. hoc pignore, de pecuniæ ſumma, ex pignoris remiſſione accepta, per Auſtriacos deinceps inveſtiti ſunt.

## §. CVII.

**Feuda alia.** Ita jam expoſuimus Dynaſtias, quæ Comitatum Phirretenſem & alia Habsburgicæ gentis in Alſatia ſuperiore Dominia compoſuerunt, cum adhærentibus feudis. Supereſt, ut & alia nunc Auſtriacorum loca breviter exponamus, quæ variis Nobilium familiis in feudum collata, nulli tamen Dynaſtiarum aut caſtrorum, quos deſcripſimus, annexa fuerunt; niſi quod antiquitus ad Præfecturam Enſisheimenſem, antequam feuda evaderent, ex parte referrentur; unde pleraque etiam Enſisheimiana caſtrenſia feuda (*y*) dicuntur.

**Staffelfelden.** *Staffelfelden* caſtrum & vicus, inter Bollvillam atque Sennhemium ad Thuram. Caſtrum Theobaldus, Phirretarum Comes, Leopoldo Duci, Alſatiæ ſup. Landgravio, cum *Schauenberg & Brunſtatt* caſtris, An. MCCCX. in feudum obtulit; Ulricus autem, Theobaldi filius, idem cum vico homonymo Maſonianis Nobilibus An. MCCCXXI. in ſubfeudum dedit. De Brunſtadio ſupra jam actum. Schœnenbergæ ſitum & fata prorſus ignoramus. Maſoniani ergo Staffelfeldam ad interitum uſque gentis ſuæ poſſederunt, niſi quod Reinachiis etiam aliquid juris in arce obtigerit An. MCCCCLXXVIII. (*z*) quod tamen oſtennio poſt reddiderunt Auſtriacis. Ferdinandus I. Chriſtophoro de Maſmunſter An. MDXXXIX. permiſit, ut arcem hanc, tanquam bonum allodiale, aut oppigneraret, aut divenderet, modo intra decennii ſpatium aliud ejusdem valoris prædium ipſi in feudum offerret. Hinc ad Jo. Rudolphum Baptium, qui anno MDXLVII. obiit, dein ad hæredes ejus Redingos à Biberegg, origine Helvetios, denique ad Franc. Joſephum de Peſchery, tranſiit. Caſtrum, parum diſtans à vico, planitiei, non colli, inſidet, ubi Thura piſculentior, quam alibi, ſed & nemini accolarum, quam Staffelfeldenſibus, nocentior.

**Meyenheim.** *Meyenheim*, vicus præſtans ad Ellum, uno infra Enſisheimium milliari; Landgravialibus mallis, qui in eo frequentes habiti fuerunt, inſignis. Dominum de Meyenheim, An. MCCLXXXI. interfectum, ANNALES COLMAR. produnt; unde locum nobili tum familiæ paruiſſe patet, quæ eodem anno vicum hunc Eccleſiæ Argent. in feudum obtulit. (*a*) Vici hujus reditus Advocatus Enſisheimenſis ſub Auſtriacis percepit. Sub Gallis iidem reditus iisdem Advocatis, de quibus ſuo loco, à Rege conceſſi ſunt. Cointetii illos hodie poſſident ut feudum.

## §. CVIII.

**Hatſtatt & alia.** Loca *Hatſtatt & Vogtsbofen* Dynaſtæ à Schwartzenberg olim jure allodiali poſſederant; factum hinc, ut poſtquam in feuda converterentur, Schwartzenbergicorum feudorum nomen quoque ſemper retinerent. Dynaſtis enim illis, trans Rhenum habitantibus, cum Echingenſes Nobiles ſucceſſiſſent An. MCCCCLX. utrumque locum Auſtriacis vendiderunt; Hatſtadiorum familiæ, ad quam caſtrum Hatſtatt pridem ſpectaverat, mox in feudum conferendum. Imo & vicum Hatſtatt antiquitus ad Hatſtadios ſpectaſſe, indicia habemus. ANNALES COLMAR. ad An. MCCXCIX. obſervant, Conradum Wernherum de Hadiſtat, vi coactum, Epiſcopo Argentinenſi *Hadiſtat & alias res ſuas* obtuliſſe. Wernherus ille ſolenni tum charta (*b*) profeſſus eſt, judiciariam poteſtatem in loco hoc Antiſtiti competere, ſubditis ita diviſis, ut ex Epiſcopi ditione in vicum *Hadeſtat*

(*y*) *Seſſtheben zu Enſisheim.* Dicuntur etiam *Feuda conditionata.* Vaſalli hi ſiſtere ſe tenebantur Enſisheimi.

(*z*) Jus nempe, quod dicitur *Stock und thurn in der Burg Staffelfelden*, cum beneficiis adhærentibus.

(*a*) *Annales Colmarienſes* ad h. an.

(*b*) Extat in Chartulario membran. Civit. Argent.

*Hadeſtat* migraturi obedirent Epiſcopo; exteris vero advenis liberum ſit, vel Epiſcopo vel Hatſtadienſi parere. Poſt Hatſtadiorum interitum, duo vici memorati cum arce Chriſtophoro de Stadion An. MDCX. & triennio poſt libera Chriſtophori hujus abdicatione, à Maximiliano Archiduce probata, Schauenburgicis Nobilibus, hodiernis eorundem poſſeſſoribus, obvenerunt. Vicus Hatſtatt, quem Lucellenſis chartа An. MCXLII. primum nominat, non tantum caſtro ornatus, ſed & ipſe muro ac foſſa munitus fuit; teſtibus, quæ adhuc ſuperſunt, munitionis hujus ruderibus. Caſtrum, firmiſſima & primæva forte Nobilium ſedes, in ruinis jam eſt. De arce montana *Hohen-Hatſtatt*, uno verſus occidentem milliari diſſita, paulo inferius agetur.

## §. CIX.

Egisheim caſtrum cum V. vicis.

Sed & Auſtriaca Hatſtadiorum feuda fuerunt caſtrum medium ſuperioris Egishemii, (*Mittelburg zu der Hohen-Egisheim*) *Ober-Ensheim*, *Ober-Heringheim*, *Nieder-Heringheim*, ut & *Holzweiler* ac *Wickerſweiler* vici, quorum tres priores Enſishemium inter atque Colmariam, duo poſteriores vero infra Colmariam ad Ellum ſiti. De caſtro, quod ex Egisheimenſi Comitatu Phirretarum Comites, uti docebitur, & per hos Auſtriaci acceperunt, Rudolphus Dux Syfermannum de Nortgaſſe & Benignoſam, ſororem ejus, An. MCCCLXI. inveſtivit. Inde nulla ejus ante ſeculi XVI. initia in codice feudorum Regiminis Enſisheim. memoria recurrit. Hatſtadios, quinque vicorum, quos nominavimus, jam poſſeſſores, per Maximilianum I. Imp. An. MD. eo locupletatos eſſe reperimus.

In *Nieder-Heringheim* pariter caſtellum fuit, pridem exciſum. (*c*) Dimidiam ejus partem Leopoldus Dux An. MCCCX. vicum autem Sigismundus Archidux anno MCCCLXXXVI. Hatſtadiis oppignerarunt. Altera caſtelli pars feudum eſt Murbacenſe, quod Hatſtadii Nobilibus de Heringheim, An. MDLXXIII. extinctis, in ſubfeudum conceſſerant. Schauenburgici, qui naturales Hatſtadiorum in parte Auſtriaca hæredes videbantur, pignore denum in feudum fœmininum oblato, per Auſtriacos An. MDLXXXIX. admiſſi ſunt.

## §. CX.

Holzweiler &c.

Quatuor reliquorum vicorum, è quibus *Holzweiler* & *Wickerſweiler* Hennemannus de Domo An. MCCCLXXXV. in feudum tenuerat, Wilhelmus de Hadeſtat inveſtiturам cum pleno jure An. MCCCCLXXVIII. obtinuit: Tullerii Barones à Froberg, lineæ Heimersdorfianæ, jus expectationis in eos omnes cum impetraſſent, Nicolao de Hatſtatt, gentis ſuæ poſtremo, poſt ſublatas quasdam difficultates, An. MDXCVII. ſucceſſerunt. Sed linea hæc Frobergenſium An. MDCLXXXII. pariter exarſit, tumque Jacobus *de la Grange*, togatus Alſatiæ Præfectus, illis per Regem inveſtitus eſt, ad Klingliniorum gentem denique tranſituris. Alia Hatſtadiorum feuda, ab aliis recepta, ſuo loco recenſebimus. *Nieder-Ensheim* Truchſeſſii à Rheinfelden poſſident.

Nambsheim.

*Nambsheim*, caſtellum & vicus ad Rhenum, quem BURCARDUS DE FRICKA *Nonnſchein* appellat, inter Wernherum Pforrium, qui Petro Hardero ſucceſſerat, & Jacobum de Wettelsheim, Johannis filium, An. MCCCCLXXVIII. æqualiter diviſum fuit. Quadriennio poſt idem Jacobus, & altera Pforrii parte potitus, de integro Nambshemii vico & caſtello, in quo jus aperturæ Dominus directus fervavit, inveſtitus eſt. Wettelshemii tamen dimidiam rurſus partem ſibi propriam fecerunt, oblatis aliis ex peculio ſuo bonis in feudum, eamque in Conradum Sturtzelium, Equitem à Buchheim, Landgraviatus ſup. Pincernam, tranſmiſerunt. Hic eandem Maximiliano I. Imp. An. MDIII. denuo in feudum obtulit; ita tamen, ut pro Nambshemio vicus *Minrevveiler* prope Enſisheim, Sturtzeliorum quoque allodium, ſubſequentibus literis inveſtituræ inſeretur. Nambsheim itaque ſecunda vice Sturtzeliorum proprietas evaſit, à quibus ad Geyeros Nobiles & per hos ad Maximilianum Hannibalem, Schauenburgi Comitem, Ordinis Equeſtris per Brisgojam præſidem, inducta in penates ſuos Geyera conjuge, pervenit. Denique hoc ſeculo jure emptionis ad Dn. de Anthes devenit. In Munweiler, olim *Minrevvihre*, (*d*) caſtellum juris Murbacenſis extitit, ſeculo XIV. jam dirutum.

*Saſenheim*

(*c*) In charta Murbac. An. MDLXXIII. jam dicitur *das alt Burgſtall zu Nieder-Herckheim.*

(*d*) In Cod. feud Murban. ſec. XIV. *das Burgſtal zu Minrevvihre.*

Safenheim. *Safenheim* vicus, diverſus ab alio homonymo, inter *Rheinau* & *Marckolsheim* ſito, prius Comitem à Magnac, nunc Andlavienſes Dominos agnoſcens. *Deinheim*, antique *Deygenheim*, ab Eccleſia Argent. quæ peculiarem curiam atque judicium, à Rufacenſi diſtinctum, ibi habuit, An. MCCLXIX. ad Habsburgi Comites lege feudali pervenit. (*e*) Civitati Colmariæ An. MCCCXIX. venditum & paulo poſt ob frequentes, quibus incolæ vexabantur, rapinas, in ipſam civitatem translatum eſt, ubi ſuburbium & porta Deinheimenſis exſtructa. Auſtriaca quoque feuda fuerunt *Rietzweiler* & *Grufenheim* vici, in Comitatus Horburgenſis & Præfecturæ Marckolsheimianæ finibus ſiti, quorum priorem Ruoſtii An. MCCCCLXXVIII poſteriorem vero Rathſamhauſii An. MCCCLXI. obtinuerunt. Ruoſtiorum familiæ mares cum An. MDCCIX. exaruiſſent, filiæ ejusdem permiſſu Regis vicum *Rietweiler* retinuerunt; quibus extinctis ad Klinglinios vicus pervenit.

## COMITATUS EGISHEIMENSIS.

### §. CXI.

Nomen & Caſtrum Egisheim. Comitatus Egisheimenſis nullibi quidem memoratur, at Comites in Egisheim frequenter occurrunt, ſeculo XI. & XII. præſertim, donec An. MCXLIV. cum Udalrico, Comitum Egisheimenſium poſtremo, prorſus diſparent; eo fere tempore, quo fixa nomina Comitatus accipere cœperunt. Dagisburgenſes Comites, Egisheimio tum potiti, avito ſervato titulo, novum reſpuerunt. Egisheimium ad vitifera Vogeſi promontana, unius à Colmaria leucæ ſpatio, in fœcundiſſima planitie ſitum eſt; oppidulum, quod caſtrum includit. Caſtrum Eberhardus Comes, Etichonis Ducis nepos, circa ſeculi VIII. initia condidit; (*f*) oppidum longe recentius eſt. Nomen *Egisheim* ab Eginone quodam, Etichonis per Hugonem pronepote, caſtrum acceſſiſſe, Jo. Ruynius (*g*) conjicit. At Egino hic fictus eſt. Ab oppidano Egisheimenſi caſtro diverſum eſt triplex illud caſtrum, vicino monti impoſitum, quod vulgo *Drey-Egisheim* atque *Hoh-Egisheim* nuncupatur, quodque tribus quadratis turribus conſtat, æquali paucorum paſſuum inter ſe ſpatio diſſitis, quarum unaquæque ſuum peculiare nomen habuit. Prior & præcellentior *Tagesburg*, ſecunda *Wahlesburg*, tertia *Weckmund* dicebatur. (*h*) Leo IX. Papa caſtrum Egesheim, ut familiæ ſuæ potiorem ſedem, An. MXLIX. prodit. (*i*) Wibertus, S. Leonis Biographus æqualis, *Egisisheim nobile caſtrum* bis memorat. (*k*) Difficile eſt dictu, quodnam Egisheimenſe caſtrum à Scriptoribus his intelligatur, an montanum illud, quod ampliſſimum eſt, an oppidanum hoc, quod antiquius. Prius Leonis IX. tempore jam extitiſſe, vix ego crediderim, quod arces montanæ, acceſſu difficiles, invaleſcente demum jure manuario, id eſt, ſeculo XII. & ſequenti exſtructæ ſunt. Wimphelingius (*l*) tamen unam ex tribus arcibus illis montanis, in qua D. Pancratius frequentiſſime colebatur, per ipſum Leonem S. confecratam fuiſſe refert. Pater ejus, Hugo IV. Comes, illas forſan exſtruere cœpit, ſua quum caſtella per Erneſtum, Sueviæ Ducem, qui Alſatiam An. MXXVII. hoſtiliter invaſit, deſolata vidiſſet. (*m*)

### §. CXII.

Comitatus extenſio. Scriptoribus ſuperioris ævi ſolenne eſt, Comitibus Egisheimenſibus, præter Landgraviatum ſuperioris Alſatiæ, multas terras tum proprias tum feudales, ab Imperio & Eccleſia Argent. pendentes, adſcribere, ſinemque adeo hujus familiæ in An. MCCXXXVIII. ponere, quo omnia poſtremi Comitis bona inter Albertum Habsburgicum, Albertum Hohenburgenſem Comitem ad Nicrum, & Ludovicum Com. Oetingenſem diviſa creduntur. Verum omnia hæc, illuſtrium licet Scriptorum auctoritate nixa, errorum ſunt plena. Faber eorum eſt Urſtiſianus Anonymus. Rem infra in Genealogicis examinamus. Quodſi in Comitatus Egisheimenſis diſtrictus & latifundia inquiramus, variis ille temporibus varia facie ſe ſiſtit. Comitum liberalitate factum, ut quo longius ab Eberhardo, caſtri Egisheimenſis auctore, recedas, eo magis Comitatum decreſcere & arctioribus pedetentim finibus circumſcribi reperias. Ipſe hic Eberhardus Abbatiæ Murbacenſi, quam inſtituit, plurium leucarum territorium ex patrimonio ſuo donavit, Comi-

(*e*) Herrg. *Geneal. Habsb.* Tom. III. num. 502.

(*f*) Conf. Tom. I. pag. 714. §. CXCI. & pag. 777. §. LXXVI. Caſtrum, remotiſſimam antiquitatem redolens, illud ipſum eſſe videtur, quod condidit Eberhardus.

(*g*) *Antiquités de la Vôge* pag. 198.

(*h*) Conf. Tom. I. pag. 649.

(*i*) Charta anecdota Monaſterii S. Crucis.

(*k*) Apud Mabillon *Act. Sanctor. Ord. Bened.* Sec. VI. Part. II. pag. 52. & 54.

(*l*) *Epit. Rer. Germ.* Cap. XXVI.

(*m*) Wippo *in vita Conradi Sal. Imp.* pag. 474.

Comitatus Egisheimenſis olim, ſi minus liberalis fuiſſet, partem præcipuam. Ex pluribus ſubſequentium Comitum fundationibus monaſticis potiores tantum commemorabo. Leonis IX. parentes Monaſterium S. Crucis, haud procul Egisheimio, in ſolo condiderunt, quod terram hæreditatis B. Leonis vocat Gregorius VII. Pontifex, idque villicatione *Orbeirz* (*Urbis*) in valle S. Urbani, (*n*) aliisque bonis locupletarunt. Ejusdem Leonis Papæ majores in ejusdem vallis introitu Cœnobium ord. S. Bened. exſtruxerunt, ubi nunc Abbatia Clariſſarum Alſpacenſium eſt; Hirſaugienſi apud Suevos Monaſterio aliquandiu ſubjectum. Sed & in altera vallis S. Urbani extremitate Ulricus, Comitum Egisheimenſium poſtremus, Abbatiam Ciſtercienſium Pariſienſem inſtituit. Septendecim ſuperioris Alſatiæ loca An. MCLXXXIV. enumerantur, (*o*) in quibus jura quædam & prædia Monaſterio huic conceſſa. Fundum autem ipſum Abbatiæ Pariſienſis cum ſilvis, pratis & aquis, in valle circumjacentibus, Ulrici Comitis & miniſterialium ſuorum donum eſſe, Ludovicus, Comes Phirretenſis, Ulrici per ſororem nepos, An. MCLXXXVII. profitetur. (*p*) Ulricus II. ultimus Phirretarum Comes, in charta An. MCCCXVIII. monaſterium hoc in Dynaſtia Egisheimenſi, ad ſe & majores ſuos delata, ſitum eſſe tradit. (*q*) Eccleſiam B. Regulæ in vico Kiensheim, qui dein oppidum evaſit, cum curia dominicali Benedictino apud Turicenſes Parthenoni Egisheimenſes quoque donaſſe ſcribuntur. (*r*) Non temere itaque vallem S. Urbani cum vicinis qnibusdam locis ad Comitatum Egisheimenſem referimus, jure allodiali Comitibus illis ſubjectam. Huc & *Hohenack* atque *Wineck* caſtra pertinent, de quibus infra. Si WIMPHELINGIO (*s*) fidem adhibeas, Heilwigis Comitiſſa Egisheimenſis ex patrimonio ſuo Berghemium, Alſatiæ ſuperioris nunc oppidum, Eccleſiæ Argentinenſi An. MCXVIII. donavit. Autographam chartam ego non vidi; ſed exempla ejus antiquiſſima (*t*) pro Bergheim *Bertham cum prædiis hæreditario jure ipſum attingentibus* habent; & ex reliquo ſane chartæ contextu elucet, de fœmina potius, quam de loco quodam, eſſe ſermonem.

## §. CXIII.

Caſtro Egisheimenſi propiores fuerunt *Wettelsheim* & *Morſchweiler* vici, ejusdem ſine dubio Comitatus partes, quippe qui hodieque ad Egisheimenſem Epiſcopi Argent. Præfecturam pertinent. Oppidulum S. Crucis, prope quod *Diinsheim* pridem periit, cum vico *Woffenheim*, hodie pariter deſtructo, ad mediam Egisheimenſis caſtri turrem, *Wahlenburg* nuncupatam, ſpectavit. His fere ſolis Comitatum noſtrum tum conſtitiſſe reperimus, quum Udalricus, Egishemii Comitum ultimus, circa An. MCXLIV. periiſſet. Tum vero Comitatus hic cum ipſa, quæ inde nomen mutuaverat, gente extinctus, diſtractus, partimque ad affines Phirretenſes Comites, partim ad cognatos Dagisburgenſes (*u*) translatus fuit. Ludovicus, Phirretarum Comes, Stephaniæ, Udalrici ſororis, filius, *avunculo* ſuo Udalrico *hereditarie*, in Orbeana ſaltem valle, in qua monaſterium Pariſienſe ſitum eſt, ſe ſucceſſiſſe, monaſterii hujus charta An. MCLXXXVII. teſtatur. Egishemium vero ipſum cum locis quibusdam vicinis ad Dagisburgenſes pervenit Comites; quibus An. MCCXXV. etiam demortuis, inter Eccleſiam Argent. Comitesque Phirretenſes, poſt diuturnum fatis certamen, An. MCCLI. ita transactum eſt, ut Ulricus I. Comes duo Egishemii caſtra montana cum Hohenack & Windeck arcibus ab Eccleſia iſta in feudum acceperit; Wahlenburgum vero & appendices ejus, excepto jure patronatus Eccleſiæ in Woffenheim, quod ad Comites Phirretenſes pridem ſpectaverat, ex manibus ſuis dimiſerit. (*x*) Ita Comitatus Egisheimenſis in partes diſcerptus interiit, nec unquam deinceps in unum ejusdem ditionis corpus redüit; aliis in Epiſcopi Argentinenſis, aliis in Phirretenſium & poſt hos in Auſtriacorum, aliis in aliorum poteſtate remanentibus; uti de ſingulis ſuo loco docebimus. Comitatus interiit.



(*n*) *Val d'Orbey, Urbis thal*, inter S. Gregorii & Lebrahenſem valles, de qua infra pag. 121.

(*o*) In bulla Lucii III. Papæ apud HUGON. *S. Antiquitatis Mumon.* Tom. II. pag. 283.

(*p*) Ibid. pag. 282.

(*q*) *In der Herrſchafft von Egesheim, die uns u. unſerm vordern iſt angefallen.*

(*r*) BERNHARDINUS *Luceſ.* Abbas in libello, Germ. ſcripto, de *miraculis S. Regulæ in Kienzheim.*

(*s*) *De Epiſcopis Argent.* pag. 47. SCHADÆUS *in Deſcript. ſummi Argent. Templi* pag. 12. Berghemio *Suitz* & *Burgheim* quoque addit, ſed Wimphelingii locum, ex quo ſua procul dubio hauſit, male intellexit.

(*t*) In Cod. membranaceo Civitatis Argent. An. MCCCLVII. exarato, & in Tabular. Tabern.

(*u*) De affinitate & cognatione hac infra in Genealogicis.

(*x*) Chartam hujus rei integram nobis ſervavit BERLEBURG *in Chron. Mſ. Alſatia* fol.ª 357. *b.*

# HORBURGENSIS COMITATUS ET DYNASTIA RICHOVILLANA.

## §. CXIV.

De Horburgenſi Comitatu, quem ex Comitatu *Vitkiſtoie* prognatum eſſe putamus, jam generatim quædam ſupra (*y*) præfati, ad deſcriptionem ejus uberiorem progredimur. Horburgenſis Comitatus inter Rhenum & Ellum fluvios circa novum Briſacum atque Colmariam ſitus eſt. Richovillana Dynaſtia, à pluribus retro ſeculis Comitatui huic juncta, Ellum inter jacet ac Vogeſum. Ille undecim vicis viculiſve, hæc oppido & ſex vicis componitur.

Caſtrum Horburg.

Comitatus nomen ſuum habet à caſtro, in dextra Elli ripa (*z*) quingentis circiter à Colmaria paſſibus olim conſpicuo, quod *Harburgum* veteres, *Horburgum* juniores appellant. (*a*) Prima ejus mentio nonniſi cum ipſa ejusdem deſtructione occurrit; ſeculo nimirum duodecimo, quo per Hugonem, Dagisburgi Comitem & Egisheimenſis caſtri poſſeſſorem, Horburgenſibus Dynaſtis infeſtum, An. MCLXII. exciſum eſt. (*b*) Caſtrum hoc ſæpius collapſum & reſtauratum Georgius, Wirtembergiæ & Montisbeligardi Comes, denique reſtauravit An. MDXLIII. (*c*) idemque Fridericus, filius ejus, vallo dein cinxit. Sævientibus autem ſeculo ſuperiore bellis, Cæſarei id An. MDCXXXII. Suecis tradiderunt, Galli noſtri An. MDCLXXV. omnino deſtruxerunt; (*d*) ita ut ſolus jam vicus, veteri Argentouariæ ſuperſtructus, ipſique caſtro pridem adſtructus, cum paucis hujus ruderibus ſuperſit. Telonium in Horburg feudum olim Lotharingicum fuit, quo Ulricum, Wirtembergiæ Comitem, poſt Horburgenſes remotos, Rudolphus, Lotharingiæ Dux, circa An. MCCCXXIX. inveſtivit. (*e*)

## §. CXV.

Comitatus vici.

Reliqua Comitatus hujus loca ſunt *Anſoldsheim* vel *Andolsheim*, ab Anſoaldo, Abbate Monaſterii S. Gregorii, cui etiamnum octava decimarum pars ibi competit, forte nomen derivans. Donationis, Monaſterio Pariſienſi per Ludovicum, Comitem Phirretenſem, An. MCLXXXVII. factæ, teſtis fuit Sifridus de Anſolzheim. (*f*) Dimidiam vici partem Mundato Rufacenſi ſec. XIII. adſcriptam fuiſſe, infra patebit.

*Sindhofen*, Comitatus ejusdem maximus vicus, in quo centum prope foci, utramque Elli ripam ſeculo XVI. occupaverat, nunc occupat læva. Decem manſos cum decimis Eccleſia S. Deodati An. MCXIV. (*g*) curiamque dominicam (*b*) Auſtriaci ſeculo XIV. hic poſſederant, quæ poſtea ad Wetzelios Marſilienſes atque ad alios tranſivit. Auſtriaci curiam hanc à Theobaldo Comite Phirret. cui oppignerata fuit, quadringentis marcis argenti, una cum prædio in Egisheim, ſibi compararunt.

*Appenweyer* ex ſuis, quibus ſeculo ſuperiore ſepultum fuit, cineribus nunc paulatim reſurgit, Truchſeſſiorum & quondam Wetzeliorum Marſilienſium ſedes. *Eccleſiam & villam de Appenwiler cum ſuis appendiciis* Burcardus, Epiſcopus Baſil. Monaſterio S. Albani Baſileæ An. MLXXXIII. donavit; (*i*) quam donationem Henricus Epiſc. An. MCLXXX. iisdem verbis confirmavit.

*Wolfgangsheim* viculus, juris olim Auſtriaci fuit, Præfecturæ Enſisheimenſi adſcriptus, teſte BURCARDO DE FRICKA An. MCCCIII.

*Algolsheim*

(*y*) Tom. I. pag. 662.

(*z*) Ellum hic ſuum pauliſper mutaſſe curſum, & Horburgum olim in ſiniſtra ejus ripa ſubſtitiſſe, quæ-dam indicia ſunt.

(*a*) De Horburgi ſitu conf. Tom. I. pag. 169. Alia duo caſtra hujus nominis in Germania fuerunt: alterum in Cellenſi Principatu contra Hamburgum, cujus frequens in Scriptoribus Brunſvic. mentio occurrit. Vid. HELMOLDI *Chron. Luneburg.* ad annum MCCCLXXI. & MCCCXCVI. &c. nunc *Harburg* vocatur. Alterum in Thuringiæ tractu, qui *Eichsfeld* dicitur, juris eſt Moguntini, Comitatus quoque olim caput, uti in Genealogia Horburgenſi docebitur.

(*b*) *Fragmentum Urſtit.* pag. 85. *Chronicon breve Monaſterii St. Gregorii* ex ſec. XIII. ad hunc annum habet: *Excidium Horberch.*

(*c*) Teſte inſcriptione, Tom. I. pag. 187. producta, quæ periit. Sed ad portam arcis, quæ ſupereſt, hæc leguntur: *D'ſtund bringt end* MDXLIII. *Georg grave zuo Wirtemberg und zuo Mumppell. gart.*

(*d*) Fata quædam hujus caſtri deſcribit Jo. SIGISM. SCHLEREIR in *Delineat. Argentuariæ arcis* An. MDCLV. unico folio edita.

(*e*) Chartam inveſtituræ ex archivo Nancejano ſuo loco dabimus.

(*f*) HUGO *Monum. S. Antiq.* Tom. II. pag. 282.

(*g*) Ibidem pag. 540.

(*h*) BURCARDUS DE FRICKA.

(*i*) Charta Fundationis Monaſterii S. Albani in Cod. Urſtiſ. Mſ.

*Algolsheim* & *Volgelsheim* viculi prope Rhenum. Regenhardum de *Volcholdesheim* ſub Henrico III. Imp. *Chronicon Novient.* (*k*) memorat. Heſſo miles de *Volcholtsheim* novem manſus Abbatiæ Murbac. in ſubfeudum habuit à Cunone de Horburch An. MCXCVI. (*l*) Petrus de *Wolcoldesheim* in Abbatia Pariſienſi ſepultus eſt. (*m*) Volgelsheimium Galli *la Sirene* nuncupant, quod diverſorium hujus nominis ibi extiterat. In agro ejus Neo-Briſacum ſec. ſuperioris fine conditum eſt.

*Dürren - Entzen* à ſterili, cui inſidet, terra nomen accepit. *Muntzenheim* ſive *Munchsheim*, *Forſtweyer* & *Biſchweyer* viculi. *Bliensweiler* viculus inter oppidum S. Crucis & Colmariam deſtructus, cujus terræ Sundhofienſibus ex parte acceſſerunt. Dietricus miles de Bliensswiller, qui An. MCCXC. obiit, in Abbatia Pariſienſi ſepultus eſt. (*n*)

## §. CXVI.

Inter feuda, quæ à Comitatu Horburgenſi pendent, eminet caſtrum, primitus *Barbenſtein*, (*o*) dein *Hohen-Hattſtatt* nuncupatum, ſesquileuca ſupra Hattſtadium in edito monte ſitum; quod Comiti Lupfenſi pridem collatum, Monaſterienſes, Comitis Palatini, qui Advocatus Alſatiæ tum fuit, juſſu, An. MCCCCLXVI. menſe novembri, ſpoliarunt & accenderunt, præfecto arcis abſente. A Comitibus de Lupfen ad Hattſtadios nobiles, hisque extinctis ad Truchſeſſios de Rheinfelden, una cum vico *Nieder-Enſisheim*, qui Horburgenſium quoque feudum eſt, devenit. (*p*) A caſtro Hohen-Hattſtatt pendebat olim vicus *Lengenberg*, quem eodem vaſallitico jure Hattſtadienſes Truchſeſſiique poſſederant. Periit ille injuria temporum. Incolarum extinctorum bona, vel emta vel devoluta, vendiderunt Truchſeſſii, quæ in prædium converſa poſſidet Dn. Franc. *Bruges*, in ſupremo Alſatiæ Senatu illuſtris cauſarum patronus. Feuda.

*Kunheim*, vicus ad Rhenum, in Rathſamhauſiorum manibus eſt. S. Odilia Monaſterio Ebersheimenſi quinque manſos in *Cunenheim* cum curte dominica & ſalica terra dedit. (*q*)

*Baldenheim*, præſtans quoque vicus, in Ebersheimenſis Abbatiæ chartis à ſeculo IX. celebratiſſimus, vinculo feudali Rathſamhauſiis à Lapide datus fuit; quibus extinctis non ad alteram Rathſamhauſiorum lineam, ſed ad regiorum Caſtrorum Metatorem generalem, *Dn. de Chambly*, Ludovici XIV. beneficio tranſivit. Riswicenſi autem pace An. MDCXCVII. ſtatutum, ut dominium directum in Baldenheim Wirtembergicæ Domui ſalvum maneret, idque homagio ſuo Chamlajus fecit. (*r*) Poſt hujus deceſſum Leopoldus Eberhardus, Wirtemberga - Montisbelgardenſis Dux, nobili Sanderslebiorum familiæ, (*s*) in aula ſua degenti, Baldenheimium conceſſit. Caſtrum vico adſtructum eſt, quod illi inhabitant. Feudum quoque eſt *Ober - Rathſamhauſen*, caſtellum cum villa, ad eosdem Sanderslebios nunc ſpectans. Rathſamhauſii à Lapide id quoque olim poſſederant.



(*k*) Apud MARTENE *Theſaur. Anecdot.* Tom. III. pag. 1146.

(*l*) Charta autogr. in Archivo Rappoltſtein.

(*m*) Hugo *Monum. S. Antiq.* Tom. II. pag. 281.

(*n*) Hugo loco cit. pag. 279.

(*o*) Hartmannus, Comes de Kyburg, à Brunone de Thierberg, Abbate Monaſterii S. Sigiſmundi vel S. Marci, non procul à caſtro illo diſtantis, accepit *ein burgſtaden uff dem Barbet*, addita hac conditione, *es ſeye der immerſtuog, wyo der anſtuog, und in das ſchloß gen Barbenſtein komt, ſoll alzeit S. Sigmund behalten ſein.* SCHAEF. MURBACENSES *Coſmographiæ* Lib. III. Cap. CXXX. pag. 552. hæcad An. DCCCCLXIX. reponit; ſed charta, unde ea deſumſit, in notis chronologicis corrupta eſt. Mons hodie dicitur *Barby* à adeoque *Barbenſtein* Germanis caſtrum ſuper montem Barby ſignificat.

(*p*) Notitia ex Tabulario Truchſeſſiorum.

(*q*) *Chron. Novient.* apud MARTENE *Theſaur. Anecd.* Tom. III. pag. 1134.

(*r*) Verba pacis Riſwic. Art. XIII. hæc ſunt: „ Fruantur deinceps dicti principes (Wirtembergici) „ libere omnibus eodem pertinentibus reditibus ... „ quibus ante pacem Ncomagenſem fruebantur, „ non minus ac feudis, quæ tempore detentionis „ Galliæ vel alias iis aperta, nec ab ipſimet aliis „ conceſſa ſunt, excepto pago Baldenheim cum ap- „ pertinentiis, quem Rex Chriſt. Commendatori „ de Chamley, regiorum caſtrorum Metatorum ge- „ nerali contulit, quodque ratum manere debet, ita „ tamen ut Dom. Duci Wurtembergico, veluti Do- „ mino directo, ejusque ſucceſſoribus homagium præ- „ ſtare, ab eoque feudi hujus renovationem petere „ teneatur.

(*s*) Sanderslebii quoque Colinii (*Coligny*) dicuntur, quod idem Leopoldus Eberhardus Dominium hoc, Comitatus - axiomate conſpicuum, eis in proprietatem contulit. Situm eſt in Burgundia Comitatu & per Annam Colinium, Caſpari Colinii, Franciæ Mareſchalli filiam, quæ Georgio Duci nupſit, An. MDCLXXX. mortuam, ad Montebelgardenſes pervenit. Soror ejus fuit Henrietta, Caſpari de la Suze uxor, elegiis Gallicis, eleganteſſime ſcriptis, nota; de qua jam ſupra pag. 47. not. (*y*) Colinium hoc dicitur *vetus*, ut diſtinguatur à novo, quod in Breſſia ſedet.

## §. CXVII.

Neo-Briſacum. In Horburgenſis Comitatus territorio, ſub Ludovico XIV. exſtructum eſt munitiſſimum oppidum regulare octangulum *Neo-Briſacum*, Vaubanii opus; Rheni & Alſatiæ fidiſſimus cuſtos. (*t*) Socium huic munimentum, velut antemurale, in Alſatica Rheni ripa viſitur, quod Mortarii propugnaculum (*Fort Mortier*) vocant; veteri oppoſitum Briſaco; à novo mille paſſibus diſtans. Sed & in vicina Rheni inſula ſeculo ſuperiore oppidum novum *S. Ludovici* ſubſtiterat, *Stramineum* (*u*) à vulgo nuncupatum, quod poſt pacem Ryswicenſem rurſus everſum.

Wettelsheim. Ad Comitatum Horburgenſem quoque olim ſpectavit *VVettelsheimii* vici pars dimidia & jus Patronatus Eccleſiæ *Feldkirch*, quæ Waltherus & Burckhardus de Horburg Monaſterio Murbacenſi An. MCCCXIX. vendiderunt. (*x*) Spectaſſe huc etiam volunt caſtrum, inter Egisheim & Wettelsheim ſitum, quod *Martini curia* (*y*) dicebatur, quæ à Marbacenſi Abbatia ad Truchſeſſios de Rheinfelden, ab his ad Rueſtios Nobiles An. MDXLV; (*z*) à Rueſtiis ad Linckios de Dorneburg An. MDCI. & matrimonii denique jure ad Walcurtiorum familiam, quæ eam nunc tenet, pervenit. Situm ejus ſi ſpectes, Mundati ſuperioris partem Martiniburgum conſtituit.

Widenſol. *VVidenſol* viculus ad AbbatiamPariſienſem ſpectat. Curiam dominicalem cum multis aliis juribus hic Waltherus de Richemberg habuit, quam uxor ejus, Agnes de Hochberg, fratri ſuo Hermanno, Ordinis Johannitarum per Germaniam Magiſtro, attulit. Hermannus Egoni de Furſtenberg & Rudolpho de Hochberg, agnatis ſuis, ejusdem ordinis Commendatoribus, curiam hanc pro ducentis & ſexaginta marcis argenti Colmar. vendidit. Hinc Adelheidi de Strasberg, Waltheri de Horburg conjugi, An. MCCCXXI. per eosdem vendita eſt. Adelheidis denique, quæ emerat, Bertholdo à Bucheck, Epiſcopo, non Eccleſiæ, Argent. An. MCCCXLI. donavit. (*a*)

## §. CXVIII.

Dynaſtia Richovill. Dynaſtia Richovillana ab oppidulo *Reichenweyer*, ubi vetus quoque caſtrum eſt, nomen accepit. Huic à Richilde quadam, Comitiſſa Alſatiæ, inditum nomen eſſe, Ruyrius (*b*) conjicit. Quod ſi Rappoltivilla à Rappolto, Hunæville ab Huna dicuntur, à Richilde Richildivilla, contracte Richovilla, germ. *Richenweiler*, potuit oriri. Wasseburgius (*c*) Richildem, filiam Adelheidæ, quæ ſoror fuit Leonis IX. Papæ, memorat. Joannes Baſinus, ſec. XIV. ineunte Eccleſiæ S. Deodati Canonicus, ex ſententia antiquiorum credidit, Richildem hanc S. Hunæ neptem fuiſſe. (*d*) Richovilla An. MCCXCI. curante Dynaſta ſuo, Comite Horburgenſi, primum mœnibus cincta eſt. (*e*) Bertholdus tamen, Epiſcopus Argent. ob ſucceſſionem Horburgenſem Wirtembergiæ Comiti inſeſtus, anno poſt munitionem hanc quadrageſimo ſecundo Richovillam expugnavit, ac plurima exinde vina traduxit. (*f*) Eberhardus & Ulricus Comites, cum familiæ Monachorum de Landscron quinque millia florenorum deberent, oppidum ſuum Reichenweiler iisdem in pignus tradiderunt An. MCCCLXI. (*g*) Henricus, Wirtembergiæ & Montisbelgardi Comes, neſcio qua neceſſitate coactus, poſt varias cum Richovillenſibus lites, non tantum vetera ipſorum privilegia confirmavit,

---

(*t*) Nummus memorialis tum cuſus Regem ſiſtit, Neo-Briſaci ſchema Alſatiæ ante eum inclinatæ porrigentem. Ad ſiniſtrum Regis latus Rhenus eſt. Inſcriptio nummi: SECURITAS ALSATIÆ, & inferius: NEOBRISACUM. M. DC. XCIX. Aureus talis quatuorque argentei primo lapidi angulari inſerti ſunt. Uni quatuor portarum urbis hæc inſculpta leguntur: *Briſaco pacі dato Ludovicus Magnus novum hoc ex antiquo validiſſimo Alſatiæ ſecuritati fundamentis exſtruxit An. MDCIC.*

(*u*) *Strob. Stat., ville de Paille.* Verum nomen fuit *S. Ludovici*; ubi aliquandiu regii ſenatus Alſatici ſedes. Vide ſupra pag. 28.

(*x*) Charta venditionis in archivo Abbatiæ Murbac.

(*y*) *Martinsbor*, *Martinsburg*, forte quod ad S. Martinum Colmarienſis Eccleſiæ pertinuerat, uti apud Marbacenſes, ad quos hæc curia quoque ſpectavit, conſtans traditio.

(*z*) *Vetus Urbarium Egisheim.*

(*a*) *Chartular. membran. Eccleſiæ Argent.* num. 146. ſq.

(*b*) *Antiquit. Vogeſi* Lib. I. pag. 261.

(*c*) *Antiquit. Belg.* vid. Benoit Picart *Hiſtoire de Toul* pag. 366.

(*d*) Ruyrius loco cit. Conſtans in Eccleſia S. Deodati traditio eſt, quod Comitiſſa Richildis S. Deodati temporibus & ſequenti cum eo confortio viverit, ut Hunus & Huna. Sepulta eſt in ſanctuario ejusdem Eccleſiæ, ubi imago ejus anaglypho opere conſpicitur, veteri ſane ſculptura, ſed absque epitaphio. Anniverſarius ejus ſolennis celebratur quotannis.

(*e*) *Annalet Colmar.* ad An. MCCXCI.

(*f*) Verba ſunt Alberti Argent. in *vita Bertholdi* pag. 172.

(*g*) *Codex Miſ. feudorum Regin. Eufiſheim.*

mavit, sed nova quoque veteribus addidit An. MCCCCLXXXIX. (*b*) quorum omnium Eberhardus, Henrici patruelis, qui Ducalem mox dignitatem primus adeptus est, & Dynasta Rappoltsteinensis, æque ac Colmaria & Selestadium civitates, constituti fuerunt custodes, post quos nulla provocatio libera. Magistratus civicus olim XII. jam VI. Senatoribus constat perpetuis. Quæstor, qui annuus, civium Magister (*Burgermeister*) heic dicitur, ex civium numero eligitur & judicio affidet. Judæi An. MCCCLXX. non jussu publico, sed privato plebis odio ac furore, Richovilla expulsi, imo plerique misere trucidati sunt. Auctoritas tum maxime penes nobiles stetit, plebejis non minus invisos, qui omnes quoque paulatim è senatu remoti atque extincti. An. MDXXV. Richovillenses, in rusticorum seditionem ægre pertracti, suæ quoque temeritatis pœnam dederunt. An. MDXXXII. Wirtembergiæ Dux Anabaptistas Richovilla & omnis suæ ditionis finibus ejecit. Locus vinis generosis, quæ copiose profert, æque ac gypso præstanti, qui heic effoditur, celebris est. Notissimæ sunt tres in eodem cœmeterio Ecclesiæ, quarum nunc una tantum celebrandis sacris inservit. Prope Richovillam castrum *Reichenstein* fuit, omnino pridem destructum. Argentinenses cum fœderatis suis, ut latrones, quos receperat, è medio tollerent, An. MCCLXIX. illud aggressi sunt atque diruerunt. (*i*) Geselinos, duos fratres nobiles, Reichenstеinium tum possedisse, idque Rudolphum Habsb. eodem, quem diximus, anno Colmarienſium ope cepisse, relatum legi. (*k*)

## §. CXIX.

Hunæwilla, *Hunewyer*, vicus major, dimidia inde leuca distat. Ubi Ecclesia subsistit, castrum olim fuisse, vestigia produnt. Nobiles enim suos habuit. Hunonem & Hunam conjuges divos, à quibus appellationem accepit, jam supra (*l*) memoravi. Dominum de *Hunnewile*, à Colmarienſibus An. MCCXCI. interfectum, *Annales Colmar.* iidemque *Nobiles de Hunewyr* ad An. MCCCII. referunt. (*m*) Ecclesiam *Hunwille* cum quatuor mansis &c. Henricus V. Imp. inter Abbatiæ S. Deodati bona recenset An. MCXIV. (*n*) id quod Hunonis & Hunæ cum S. Deodato consortium affirmat. Horburgenses Dynastæ & post illos Wirtembergiæ Comes Ulricus vicum hunc à Ducibus Lotharingiæ in feudum acceperunt. Conradus de Landesberg quædam ibidem bona Rudolpho Duci Lothar. An. MCCCXXXVII. in feudum obtulit. (*o*) *Beblenheim* vicus quoque insignis, nobilis familiæ Hœnensis à Tillenburg sedes. *Mittelwyer*, ubi curia Dominicalis ad Ecclesiam S. Deodati spectans. Notitia fundationis Monasterii Hasconiæ circa An. MLX. *Mittelnwyllere* habet. (*p*) *Mittwere* corrupte legitur in allegato Henrici V. Imp. Diplomate. In locis his omnibus Rappolt. Dynastas seculo XIII. & seq. jus provocationis exercuisse, in Præfectura Zellenberg. dicetur. Hunæwilla. Beblenh. Mittelwy.

## §. CXX.

*Ossheim*, inter Gemariam & Colmariam, una cum vico *Altwyer*, de quo infra, Georgius Montisbelgard. Dux An. MDCLXXXVI. filiæ suæ Annæ in proprium concessit. Leopoldus Eberhardus, Georgii filius, donationem hanc An. MDCCI. renovavit, quod Anna soror apanagio resignasset, quod ei ex Horburgensibus terris debebatur; resignasset quoque duodecim millia florenorum, quos dotis loco postulare potuerat. Anna hæc Princeps ad An. MDCCXXXIII. usque, quo obiit, vicos itsos tranquille possedit. Ea vero mortua hæreditatem illorum ad se pertinere cum credidisset Hedwiga Friderica, filia Elisabethæ, quæ soror natu minor Annæ fuit, Duci Wirtembergensi litem excitavit, quæ nondum decisa. Hedwiga proprietatem vicorum urget. Ostheim.



(*b*) Extat in archivo Montisbelgard. En privilegia memorabilitora: *Erstlich sollen die unsere von Reichenweyer ihren freyen ung wach der landes gebrauch haben. Wir zwollen auch keinen Burger oder Innwohner von Reichenweyer in den tielen thurn gen Bubelstein oder anderst wohin nicht führen, sondern allein in den veesten thurn legen; Keinen schlagen, se nicht mehr scheelten oder übel von ihnen reden. Dat oder thor nicht aufzuthun geschaffen, um nicht in der Burger wald lassen beholen: die amptleut, Landever, Rauwvarter, und andere, so der Statt gewertig und angehorig sind, sollen um nicht verbunden seyn, wie von alters herkommen ist. Wann mehr jemand in den thurn legen, soll solches durch die Stat knecht geschehen. Keinen Burger geworff frey setzen, et seye dann ein Sattler oder Sporer. Wir sollen und wollen auch amptleut und schaffner haben, und unsere angehorige damit gantz unbekummert lassen.*

(*i*) Codex Mſ. Murbianus pag. 40.

(*k*) *Chron. Mſ. Francicaror. Thanneti.*

(*l*) Tom. I. pag. 725.

(*m*) Insignibus eorum vicus hic etiamnum utitur. Conf. Herzogii *Chron. Alsat.* Lib. III. pag. 9.

(*n*) Hugo *Monum. Antiquit. sacra* Tom. II. pag. 139.

(*o*) Charta cblationis in archivo Nancejano. Ibidem nobiles de Girsberg An. MCCCVII. à Ducibus Lotharingiæ feudum quoque possederunt. Vid. *Arrets notables du Conseil d'Alsace* pag. 143.

(*p*) *Gallia Christ.* Tom. V. Instrumentor. col. 474.

Dux negat, ac donationem illorum, Annæ Principi factam, nullius roboris esse contendit, utpote pactis familiæ Wirtembergicæ, An. MDCXVII. initis, (*q*) adversa. Hedwiga conjux fuit Johannis Augusti, Anhalto-Serveſtini Principis, qui defunctus eſt. Mater ejus Eliſabetha Friderico Ferdinando, Duci Wirtembergico ex linea Weltingenſi, nupſerat.

Altvveyer. *Altvveyer*, in montanis Richovillam inter & Markircham ſitum, Romanice *Aubure* dicitur : ibi enim lingua Romanica floret. Richerius Senon. (*r*) tractum hunc *Alburios* vocat.

Bilſtein. *Bilſtein*, caſtrum dirutum, ab alio homonymo, quod in valle Villerana extat, plane diverſum, feudum quoque fuit Lotharingicum, uti Hunævilla & telonium in Horburg. Richerius Senon. illud in *Alburiis* collocat. Hic facinoroſi & nefarii homines cuſtodiæ mandabantur, uti ex Richovillenſium privilegio, ſuperius allegato, apparet. Copiæ Auſtriacæ ſub Comitis de Schlick ductu poſt brevem aliquot dierum obſidionem An. MDCXXXVI. illud ceperunt, ſpoliarunt ac deſtruxerunt. Noſtris temporibus ad radices montis, cui arx impoſita, novus viculus ſurrexit, German. *Neuckerſtein* appellatus. *Altenheim* & *Regenhauſen* vici perierunt. Illius territorium inter Zellenbergenſes & Beblenheimenſes diviſum. Supereſt fons Altheimenſis, veterum habitationum index. Regenhauſii diſtrictus partem Nobiles de Kageneck poſſident. Quomodo *Zellenberga* oppidulum cum vico *Beuvveyer* Dynaſtiæ Richovillanæ An. MCCCXXVIII. ablata & per Epiſcopum Argent. Dynaſtis Rupispoletanis deinceps in feudum collata ſit, Rupispoletana Dynaſtia docemus ; uti de caſtro *Keyſersberg*, quod ſeculi XIII. initio in juris Horburgici fuit, ſuo quoque loco agemus.

## §. CXXI.

Fata Com. & Dynaſtiæ. Horburgenſis Comitatus & Dynaſtia Richovillana terræ nunc mere allodiales ſunt; absque totius familiæ Wirtembergicæ conſenſu tamen non alienandæ. Cum Montisbelgardenſi Comitatu ab aliquot ſeculis ita cohærent, ut in Wirtembergenſium titulis ſub ſolo Montisbelgardæ Comitatu exprimantur, quem Wirtenbergenſes matrimonio An. MCCCXCVII. Horburgum emtione An. MCCCXXIV. acquiſiverunt. Utrumque paragii nomine Comitum Ducumque Wirtembergenſium juniores plerumque rexerunt, inter Imperii Principes ſemper relati, quamvis Maximilianus I. & Carolus V. Imperatores, cum Imperium Romano-Germ. in circulos partirentur, Montisbelgardenſis Conitatus, æque ac Horburgenſis, omnino obliti ſint. Regimen aliquod ſecundarium Richovillæ ſedit, cujus præſes Nobilis quidam, qui ad Auſtriacorum præſidum inſtar Advocatus (*Vogt*) nuncupatus fuit. Inter Alſatiæ ſuperioris Status Dux Wirtemberga-Montisbelgardenſis ordine tertius fuit, Archiducibus Auſtriæ & Epiſcopo Argent. ut Emunitatis Rubeacenſis Toparchæ, tantum poſtpoſitus. Status hi, ſecuritati publicæ conſulturi, quum An. MDLXXX. de numero quodam militum alendorum inter ſe conveniſſent, ab Emunitate ducenti, ab Horburgenſi vero Comitatu & Dynaſtia Richovillana centum & quinquaginta pedites cum duodecim equitibus ſtipulati ſunt. Auguſtanæ Confeſſionis doctrinam, ſub Ulrico Duce per Eraſmum Fabritium An MDXXXIII. primum his terris illatam, potior incolarum pars hodieque ſequitur. Multa Wirtembergiæ Duces de ſupremo in Alſaticas ipſorum terras, æque ac Burgundicas, jure cum Ludovicis Regibus Galliæ poſtremis egerunt. Res omnis ſolenni pacto An. MDCCXXXVIII. demum compoſita & terræ iſtæ Wirtembergenſibus redditæ fuerunt; quas defuncto Leopoldo Eberhardo, Montisbelgardenſium Duce poſtremo, Rex An. MDCCXXIII. ob enatas inter defuncti filios controverſias, ut ſequeſter, occupaverat.

## MUNDATUM RUBEACENSE.

## §. CXXII.

Emunitas Rubeacenſis Antiquiſſimum & quantum novimus, primum Eccleſiæ Argent. patrimonium, in ſuperiore licet Alſatia ſitum, Emunitas eſt Rubeacenſis, quinque leucarum diſtrictus, per declivia Vogeſi, fertilemque planitiem, Thuram inter flumen Colmariamque extenſus

(*q*) Pactum hoc integrum dedit Lunigius in *Archivo Imperii* in Wirtenb. & Du Mont *Corps Diplom.* Tom. V. pag. 292.

(*r*) *Chron. Senon.* Lib. III. Cap. IV.




Barbier sc. 1. Castrum Ilenburg. 2. Ecclesia paroch. 3. Eccles. S. Spir. 4. Eccles. S. Valentini. 5. Hospitale. 6. Recollect




1. Ecclesia paroch. 2. Capucini 3. Capella ad S.^tam Trinitat. 4. Porta Colmaria. ‖ ab Oriente

ad pag. 79.




t. Curia ab oriente ad occid. 450 perticæ; a meridie ad Septentr. 300 perticæ

Chevon fecit




ad Occid. Interius vrbs constat 300: perticis. Idem a Septentr. ad Merid.

extenſus, ſilvis, vitibus, agris, paſcuis, vicis, caſtris & oppidis dives; in cujus medio Rubeacum, cum caſtro *Iſenburg*, (*s*) totius Emunitatis caput; quæ inde traxit cognomen. (*t*)

Caſtrum ad borealem Rubeaci angulum, unde Rubeacenſe (*u*) quoque nuncupatur, in edito fatis vitibusque conſito colle Regum Meroveadum primitus, dein poſt donationem, Eccleſiæ Argent. factam, (*x*) Epiſcoporum quorundam temporaria ſedes fuit. Maximilianus I. Imp. cum Emunitatis pro Auſtriaca Domo comparandæ conſilio An. MDXI. Rubeacum veniſſet, caſtrum perluſtravit ubique, in eodem pernoctans. (*y*) Antiquiſſima caſtri turris quadrata, quam ex conſtructionis robore ferream diceres, (unde *Iſenburg*, *Eiſenburg*, quidam nomen derivant) etiam nunc ſupereſt ex parte. Reliqua ædificia addita & ſubinde mutata ſunt. Conradus Epiſcopus An. MCCLXXVIII. foſſas renovavit & muros, novumque caſtrum ab antiquo foſſa ſeparavit. (*z*) Fridericus Blanckenhemius caſtrum iisdem, quibus oppidum, mœnibus cinxit. Inter arcis hujus reſtauratores Johannes à Liechtenberg, Conradus à Buſnang, Albertus Palatinus & Leopoldus Auſtriacus, Epiſcopi Argentinenſes, quorum inſignia ibidem in lapidibus expreſſa, celebrantur. Formam ejus, æque ac Rufacenſis oppidi, ſeculo XVI. SEBASTIANUS MUNSTERUS (*a*) exhibet. Spatioſum tandem ædificium ibi paravit Franc. Egon Furſtenbergius, qui Tabernis Alſaticis quoque caſtrum exſtruxit. Sed operi, antequam perficeretur, ereptus, prius imperfectum reliquit. Sacra procurata in caſtro à Benedictinis, quos Monaſterium S. Valentini, ad caſtri pedes ſitum, olim nutrivit. (*b*) Ab Iſenburgo hoc tria Emunitatis oppida, totidemque ejus Advocatiæ (*Vogteyen*) pendent, Rufacenſis, Sultzenſis & Egisheimenſis, (*c*) quarum poſtrema ſeculo XIII. demum acceſſit. (*d*) Iſenburgum Caſtrum.

## §. CXXIII.

Rubeacum, ſi ejus ambitum ſpectes, paulo minus Colmaria, paulo majus Seleſtadio eſt. Nomen ei à rivo perluente prognatum, quod cum aliis Alſatiæ locis quoque habet commune. (*e*) Sunt tamen qui Romanas ejus origines præferunt. (*f*) Medio ævo *Rubeacum*, (*g*) *Rubiacum*, (*h*) *Rubiacum*, (*i*) *Robiacum*, latine ſcripſerunt. *Villa Rodbeaca* in documento An. MLX. legitur. (*k*) Civitas Rubeacum.

Teſtamentum Eddonis, Epiſcopi Argent. Rufacum ſeculo VIII. jam oppidum facit; (*l*) at ſequentium quinque ſeculorum chartæ in vicorum claſſe illud reponunt. Formulæ antiquæ Alſaticæ (*m*) ſeculi IX. Conſtantienſis Eccleſiæ Præſulem Argentinenſi ſcripſiſſe referunt, ut in *vico poteſtatis ſuæ Rivacha* manſionem ipſi & neceſſaria cuncta parari jubeat, quum juſſu Regis ad Cœnobium Luxovienſe ſit profecturus. An. MCV. incolæ Henricum V. Romanorum Regem, ob curialium ejus inſolentiam, Rubeaco ejecerunt in fugam & regalibus ſpoliarunt inſignibus; ab eodem Henrico, cum

(*s*) Veteres *Yſenburg* ſcripſerunt. Guilielmus ab Hohenſtein, Epiſc. Arg. Jo. Jacobum Waldnerum An. MDXXIX. de feudis quibusdam inveſtivit in Caſtro *Yſenburg*.

(*t*) Mundatum ſuperius vocatur Rubeacenſis Emunitas; Mundatum inferius à Weiſſenburg. Abbatia Weiſſenburgenſis Emunitas dicitur.

(*u*) Johannes Epiſcopus Arg. in Charta 1121. qua cum Monachis S. Valentini tranſegit. CONRADUS URSPERG. pag. 235. *Caſtrum in Rufach* dixit. Burcardus de Lutzelſtein, Emunitatis poſſeſſor, *Rufach Burg und Statt*, in charta An. MCCCCIII.

(*x*) Conf. Tom. I. pag. 693.

(*y*) BEELER. *Chron. Alſ.* fol. 223.

(*z*) *Annales Colmar.* pag. 15.

(*a*) *Coſmograph.* Lib. III. Cap. 129.

(*b*) An. MCCCXXIII. Johannes Epiſc. ita: „ Dominus Prior (S. Valentini) ſe & ſucceſſores „ ſuos ad officiandum capellam caſtri noſtri (Ru„ biacenſis) per ſe vel per alium ... obligavit. „ Charta modo allegata.

(*c*) Formula in Epiſcoporum chartis obvia: *ſonſer Ober-Mundat zu Rufach*, *Sultz*, *Egiſsheim*, *mit thelern und dorffern, ſo dazu gehören.*

(*d*) Ex his ſupplenda ſunt, quæ Tom. I. pag. 560. not. (*b*) de Advocatiis iſtis memoravi.

(*e*) In Voſago *Lebracha*, *Andelacha*, *Haſelacha*. In tractu Badenſi *Swarzacha*; unde Cœnobio nomen. In ſilva Martiana *Kurzacha*, *Sibiltacha*, *Volfaha*. *Alba*, *Aab* theotiſce aquam denotavit, unde francicæ, non Romanæ, originis urbem eſſe conjicio. Huc pertinent *Bacharach*, *Aachen*, quod Latinis *Aquæ*.

(*f*) Confer. Tom. I. pag. 202. ſq.

(*g*) Henricus Epiſc. Arg. in charta An. MCCLXIX. apud HERRG. *Geneal. Habſp.* Tom. III. num. 502. *Annales Colmar.* ad An. MCCLXXVI.

(*h*) *Chronicon Novient.* apud MARTENE *Theſ. Anecd.* Tom. III. col. 1127. *Fragment. Hiſtor. Veſtiſii* ad An. MCXCIX.

(*i*) *Annales Colmar.* ad An. MCCLXXII. *Robiaca* quoque dicitur amnis *Rotach* in territorio Bambergenſi. *Chron. Gottwic.* pag. 715.

(*k*) *Notitia fundat. Hoſcov.* in *Galliæ Chriſt.* Tom. V. Inſtrum. pag. 473.

(*l*) Conf. Tom. I. pag. 649.

(*m*) Formula XX. apud MARCULFUM.

cum copiis mox reduce, cæſi, direpti, incenſi. Henrici IV. Imp. vitæ ſynchronus Scriptor, facta hæc memorans, (*n*) Rufach *villam* appellat, *quæ multitudine prævalet & armis. Alſatenſis* ſeculi XII. *Acta* (*o*) ajunt: "*Vicus*, qui vocatur Rufach in Alſatia, „ totus pertinet ad S. Mariam de Argentina civitate, ſicut pene & omnis regio. „

## §. CXXIV.

Villa. Henricus de Haſenburg, Argentinenſium Antiſtes, monachis quibusdam Metenſibus, qui cum reliquiis ad *villam Rubiacenſem* venerant, in ejusdem villæ colle locum An. MCLXXXIII. conceſſit, ubi Cœnobium S. Valentini conderent, addito hoc monito, ne mater Eccleſia, quæ in *Rubiaco* eſt, gravetur. (*p*) Seculi fine Philippus, Rex Germaniæ, Argentinenſi Epiſcopo infeſtus, quod Anti-Cæſaris ſui Ottonis IV. partes ſequeretur, adverſas ſibi in Rubiaco domos confregit. (*q*) Tum novum S. Valentini Monaſterium deſtructum & paucis poſt annis non in colle, ubi ſteterat, ſed in oppido per Henricum Epiſcopum reſtauratum eſt. (*r*) Apud *villam Ruſiacam* Albertus Landgravius & Henricus Epiſcopus Argent. An. MCCXV. convenerunt. (*s*) Idem Epiſcopus anno ſequenti fundum in *Rubiaco*, inter curiam ſuam dominicalem curiamque Abbatiſſæ Haſcovienſis, pro annuo cenſu hominibus ſuis conceſſit, in quo habitationes *de novo* ædificarent; (*t*) id quod Rubeaci incrementa oſtendit. Cenſus ille poſt Henrici Epiſcopi mortem An. MCCXXIII. ſublatus eſt. An. MCCXLVIII. Rubeacenſes, pro Principe ſuo pugnantes, à Colmarienſibus reportarunt victoriam. (*u*) Octennio poſt aliud inter eosdem prope Veldkircham commiſſum eſt prœlium. (*x*) An. MCCLX. *Civitatem Rubeacum* Annales Colmarienſes narrant exuſtam. Iidem tamen Rubeacum An. MCCLXXVIII. iterum *villam* appellant. An. MCCLXIX. Rudolphus Landgravius, paulo ante quam Rex Germaniæ fieret, advocatiam *villæ Rubeaci & aliarum villarum, quæ vulgo dicuntur Munſtat*, in Argent. Epiſcopi manus reſignavit. (*y*) An. MCCLXXXII. *cives Rubiacenſes* cum cæteris Epiſcopi hominibus deliberaverunt, num ei, niſi ſub certa pecuniæ quantitate, porro ſerviret. (*z*) Sed anno ſequenti Rubeacenſes ſibi reddere coegit, quæ eis libertatis privilegia dederat. (*a*)

## §. CXXV.

Oppidum. His probe perpenſis fatendum, ante ſeculum XIII. civitatibus Alſatiæ non facile annumerari poſſe Rubeacum, niſi villam & oppidum ſynonyma dixeris, quod haud rarum in chartis. (*b*) Nec à ſententia dimovet auctoritas ſcripti, quo *univerſitas nobilium & civium utriuſque ſexus oppidi Rubeaci* annuam ad Cluniacenſium Eccleſiam Thierbach, in Eccleſiæ Argent. proprietate paulo ante conditam, ſupplicationem An. MCXLII. ſolenniter vovit. (*c*) Poſterioris enim temporis ſcriptum eſt, non Gebhardo Eccleſiam Argent. gubernante, ut indicat finis, confectum. Burcardus enim, Gebhardi in Epiſcopatu ſucceſſor, jam An. MCXLI. tranſactioni Epiſcopi Baſil. cum Abbatia St. Blaſii interfuit. (*d*) Supplicatio tamen iſta Thierbacenſis, noſtris demum abrogata temporibus, non in dubium vocatur; charta errat anno. Certiora de Rubeaco oppido teſtimonia hæc ſunt. Theodoricus, Montisbeliardi Comes, aream in *Rubiacha* An. MCCXXXVIII. in feudum accepit, de qua is, qui inhabitaturus eſt eam, neque Epiſcopo Argent. neque *Civitati Rubiacenſi* (*e*) aliquod ſervitium præſtet. Henricus de Staleck Argent. Epiſcopus, An. MCCLVIII. *ſeſſionem* habuit in *oppido noſtro Rubiaco una cum Conſulibus noſtris*, in qua Monaſterii S. Marci privilegia renovavit. Chartam cives Rubeacenſes ſuo ſigillo muniverunt. (*f*)

Fortia Rubeaci mœnia Adolphi Naſſovii Imp. obſidio An. MCCXCVIII. teſtatur. Colmarienſis Dominicanus octingentos currus atque bigas uno tum die Columbaria ad obſidionem Rubiaci egreſſos fuiſſe, obſervat. Adolphus & ipſe & per alios

(*n*) In URSTISII *Scriptor. Rer. Germ.* Tom. I. pag. 389.
(*o*) Ap. ECCARDUM *Origg. Habsburg.* pag. 231.
(*p*) Charta fundat. apud BERLER. *Chron. Mſ.* fol. 359.
(*q*) *Fragment. Hiſtor. Urſtis.* pag. 86.
(*r*) BERLER. loco cit. fol. 82. & 84.
(*s*) HERRG. *Geneal. Habrb.* Tom. II. num. 270.
(*t*) Verba ſunt ipſius chartæ apud BERLER. fol. 365.
(*u*) *Annales Colmar.* ad h. an.
(*x*) BERLER l. c. fol. 87.
(*y*) HERRG. l. c. Tom. III. num 502.
(*z*) Verba ſunt *Annalium Colmar.* ad h. an.
(*a*) Ibidem An. MCCLXXXIII.
(*b*) Frequentius tamen in Gallicis Auctoribus, latine ſcribentibus, *villa* pro civitate.
(*c*) MARTENE *Theſaur. Anecdot.* Tom. I. col. 395.
(*d*) HERRG. loco cit. Tom. II. pag. 165.
(*e*) Charta apud BERLER. *Chron. Mſ.* fol. 355. ſq.
(*f*) Charta monaſterii S. Marci.

alios Emunitatis terras vaſtavit, quod Alberto Auſtriæ Duci, in Regem Romanorum jam contra Adolphum eligendo, Conradus Epiſc. Argent. adhæſit. Suburbium Ruſacenſe, quod *rubetum* dicebatur, Theobaldus Phirretarum Comes, advocatus Alſatiæ Cæſareus, cum proxima villa *Stostheim*, igne delevit. (*g*) At oppidum ipſum Adolphus, obſidioni præſens, ſubigere non potuit. Anno ſequenti tamen grave tributum Rubeacenſibus impoſuit Epiſcopus, neceſſitate, uti videtur, compulſus. Librarum enim numerarium Baſilienſium loco, quæ Alſatiæ ſuperioris moneta ſub hac Periodo fuit, marcas perſolvere tenebantur. (*h*)

## §. CXXVI.

An. MCCCVIII. Henricus VII. Imp. Judæos *Rubeaci* & *Sultze*, qui juris Cæſarei fuerant, Epiſcopo Argent. Johanni donavit, qui mox in Judæos ſæviit, pluresque illorum regis juſſit imponi. Ultima exitio eorum An. MCCCXXXVIII. ſub Bertholdo Bucheckio fuit impoſita manus; quo reliqui omnes vel interfecti, vel ejecti ſunt oppido. (*i*) Relictis eorum bonis ſecurius ut frueretur Bucheckius, novum à Ludovico Bavaro Imp. privilegium An. MCCCXLII. impetravit; (*k*) curiamque Judæi cujusdam in *oppido* ſuo *Rufach* Johanni de Eptingen in feudum tradidit, imo & aliam Rudolpho Gebvilenſi vendidit. (*l*) Poſt hæc nunquam Rubeacum redierunt Judæi; receptione eorum per omnem Emunitatem in perpetuum gravibus ſub pœnis prohibita. An. MCCCLXXX. Fridericus à Blanckenheim interiorem oppidi murum circumduci curavit; (*m*) nuperis Anglorum direptionibus ſine dubio edoctus, quantum periclitantibus munimenta prodeſſent. Murus vero ita contructus eſt, ut vallo ſimilis ambulacrum & loricam per oppidi circuitum haberet. Quinquennio poſt Wenceslaus Imp. ejusdem Blanckenhemii rogatu, privilegium de non evocando Rufacenſibus & reliquis Emunitatis locis impertivit; (*n*) à Sigismundo deinceps An. MCCCCXXXIV. & Friderico III. Impp. renovatum. Carolus IV. jam Johanni II. de Liechtenberg pro univerſis Epiſcopatus ſui terris idem An. MCCCLVIII. generatim conceſſerat. An. MCCCXLIII. Bertholdus Epiſcopus Vogeſianarum ſilvarum tractum prægrandem Mundatenſibus ſuis in communem uſum conceſſit. An. MCCCCXXXVIII. Wilhelmus Epiſcopus grave onus, quo in ſingula quartalia frumenti modium (*metze*) dare tenebantur, & cives & exteri, qui frumenta Rubeaci vendiderunt, aboluit. (*o*) Induxerat illud plures, ut Rubeacenſi civitate relicta Colmariam abirent. Rubeaci fata.

## §. CXXVII.

An. MCCCCXLIV. Rubeacum & Egisheimium ab Armeniacis, Cæſari adverſus Helvetios, Ludovico Delphino duce, opem laturis, miſerrime habitum eſt. Conradus à Buſnang, Epiſcopus, Delphinum Enſisheimii adit. (*p*) Poſt innumeras vexationes, Armeniaci è prœlio Baſilienſi victores cum rediiſſent, Gebersvilla & Plaffenheimium vici, Rufaco proximi, flammis perierunt. (*q*) An. MDLIII. menſe Junio rivulus, ex Sulzmatenſi valle Rufacum progredieus, adeo intumuit, ut torrentis inſtar mœnia civitatis auferret. (*r*) Seculo ſuperiore Rufacum & Iſenburgum ter obſeſſum terque occupatum eſt. An. MDCXXXIV. Otto Rhingravius cum Suecis, oppidum triduo obſeſſione fatigatum d. 5. Febr. cepit atque diripuit. Caſtrum Iſenburg, in quod militum Cæſareorum ac civium plerique ſe receperant, tormentis ita territum eſt, ut quadringenti præſidiarii Rhingravio ſe dederent. (*s*) Idem anno ſequenti die 14. Febr. factum, quum Rohanius Dux Gallicum exercitum in Alſatiam duxiſſet, ea quæ poſt Suecorum diſceſſum à Cæſareis recepta fuerant, in Gallorum poteſtatem redacturus. Rufacum octoginta modo ſclopetariorum præſidium habuit, qui capta urbe cum civibus iterum configerunt in caſtrum. (*t*) Turennii milites poſt prœlium Turckhemianum An. MDCLXXV. quadringentos Dragonarios Brandenburgicos ibidem ceperunt.



(*g*) *Chron. Colmar.* Part. II. pag. 56.
(*h*) *Annales Colmar.* ad An. MCCXCIX.
(*i*) Inſcriptio in Eccleſiæ parochialis choro: *Anno Dn. MCCCXXXVIII. in converſione Pauli fuit interfectio Judæorum.* Subjungitur dein: *Anno Dni MCCCIX. in die Hylarii fuit combuſtio Judæorum.* In fine additur tempus poſtræ inſcriptionis An. MCCCCXLIV.
(*k*) Apud Berler. fol. 111.
(*l*) Charta Ibid. fol. 367.
(*m*) Inſcriptio è regione Eccleſiæ S. Valentini muro inſerta: *Dir multkouf vovar angevangen des yors do man zalt von Gottes Geburt M C C C. und LXXX. yor an dem andern mendag vo dem Oſtertag. Bi Biſchof Frideriches zitten von Blanckenheim.*
(*n*) Verba Chartæ hæc ſunt: *Die Leut in der Statt und auſſerhalb der Statt, die in die gericht oder Vogtey Rufach gebaren, an kein Landgericht noch ander gericht fortreiben, laden oder bekommern. Dan vver au ihnen zu ſprechen hat, der ſoll das ſuchen vor dem Schultheiſſen doſelbſt* &c. Speciatim dicitur: *Vor die Landgericht in obern Elſaſen, oder zu Rotbuvil.* Archiv. Civitatis Rufac.
(*o*) Berler. loco cit. fol. 142.
(*p*) Urstisii *Chron. Baſil.* Lib. V. pag. 344.
(*q*) Berler. fol. 147.
(*r*) Urstisii *Chron. Baſil.* Lib. VIII. pag. 628.
(*s*) Chemnitz *Hiſt. Belli Sueco-Germ.* Part. II. pag. 348.
(*t*) Ibidem pag. 652.

## §. CXXVIII.

Status internus.

Cives, in quatuor tribus deſcripti, à ſuo reguntur Magiſtratu, quem ſcultetus & XV. ſenatores componunt, ex quibus quinque peculiaribus officiis ornati à reliquis decem diſtincti ſunt. (*u*) Decem hi redeunte trium Regum vigilia abeunt ſenatu, ita tamen ut nova electione, per Advocatum Epiſcopi, qui omnibus judiciis præeſt, Scultetum & quinque Senatores primos inſtituenda, octo illorum recipi poſſint. Nundinæ quatuor Rufaci celebrantur quotannis. Maximilianus I. Imp. An. MDXVI. illis, quæ in aſſumtionis Mariæ feſto habebantur, tres reliquas addidit. Eccleſia parochialis, B. Virgini & Arbogaſto ſacra, egregium Gothici operis, non tamen exquiſiti, monumentum eſt. Ad D. Valentini Capellam, quam Leopoldus Archidux, Epiſcopus Argent. Collegio Societ. J. Seleſtadienſi cum reditibus donavit, epileptici concurrere amant. Quatuor, qui heic commorantur, ſodales ſcholas grammaticas tenent. Ad oppoſitam meridionalem civitatis portam Monaſterium Fratrum minorum obſervantiæ St. Francifci, qui & ipſi ſcholam pueris aperiunt, exiſtit. Hos Conradus à Buſnang An. MCCCCXLIV. in conventualium, quos expulerat, Fratrum locum recepit, bonis Monaſterii in ſuos partim, partim in publicos uſus converſis. (*w*)

Duæ præterea Rufaci Præceptoriæ viguerunt; una Fratrum Hoſpitalis S. Spiritus, quæ à Stephansfeldenſi pendet, modicis inſtructa reditibus: altera Ordini adſcripta Teutonico, quæ ex vicino Sundhemii vico deſtructo, ubi veteris templi veſtigia cernuntur, in oppidum quoque migravit, nec dives nec pauper. Denique ſuas etiam Beginas Rufacum habuit magno numero, quas ſub nobilis de Rortsheim fœminæ magiſterio An. MCCCLXXXI. ibi vixiſſe reperio. Lucellenſe, Pariſienſe, Haſcovienſe, Marbacenſe, Subtilienſe aliaque Monaſteria, ſuas ibidem curias, in quibus reditus eorum colligebantur, habuerunt.

## §. CXXIX.

Literati Rufacenſes.

Nec ſterile ingeniorum deprehendo Rufacum. Maternus Berlerus, Presbyter, quem frequentius teſtem produxi, patriæ Hiſtoriæ diligens cultor, patrem habuit Thomam Berler, Senatorem Rubeacenſem, cui Chronicon ſuum An. MDX. dedicavit; præceptorem vero Hieronymum Gebvilerum, ut ex eodem Chronico diſcimus. Jodocus Gallus, (*Han*) Doctor Theologus & Spirenſis Eccleſiæ Canonicus, variis ſcriptis, Wimphelingii & B. Rhenani amicitia, clarus. Obiit Spiræ An. MDXVI. Conradus Pellicanus, (*Kürſner*) qui An. MDLVI. ſacrarum literarum & Hebraicæ linguæ Profeſſor Tiguri deceſſit, & Conradus Lycosthenes, (*Wolfhard*) qui Baſileæ miniſter Eccleſiæ, An. MDLXI. defunctus eſt. (*x*) Præſtans ſeculi XIV. monumentum, quod Ulrici, Alſatiæ Inf. Landgraviæ & fratris ejus Philippi ſepulcro, in D. Wilhelmi æde, apud Argentinenſes impoſitum eſt, (*y*) Wolvelinum Rubeacenſem ſculptorem & civem habet auctorem, ut ipſe lapis teſtatur.

## §. CXXX.

Pfaffenheim.

*Pfaffenheim*, præſtantiſſimus Mundati ſuperioris vicus, ducentos & ſeptuaginta focos ac trium arcium, turribus quadratis ſoſſisque munitarum olim, continet rudera, quarum nomina *Preſteneck*, *Hertenfels* & *Meyenheim*, incolæ norunt, ſed quodnam ſingulis applicandum, ignorant. Poſtremam Nobiles de Meyenheim ab Eccleſia Argentinenſi in feudum acceperunt, (*z*) qui Meyenhemium vicum, allodium ſuum, ejusdem quoque Eccleſiæ nomine An. MCCLXXXI. poſſidere voluerant. (*a*) Dominum de Meyenheim hoc anno Pfaffenhemii interfectum, *Annales Colmar.* tradunt. Caſtellum *Hertenfels* ad Meyenheimenſes & Pfaffenheimenſes Milites ſimul, ut feudum Epiſcopi, ſpectavit. (*b*) Nobiles etiam locus hic habuit, qui ab eo ſibi nomen ſumſerunt. Petrus de Pfaffenheim An. MCCCVIII. in Eccleſia Sulzenſi ſepultus eſt. Wezelo,

frater

(*u*) Dicuntur nempe: *Burgermeiſter*, *Gewerſer*, *Ungelter*, *Kirchpropſteger*, *Spitalpropſteger*.

(*w*) Berler, *Chron. Mſ.* fol. 150.

(*x*) Rubeaci deſcriptionem, ab illis confectam, Sebast. Munsterus *Coſmographiæ* ſuæ inſeruit Lib. III. Cap. CXXIX.

(*y*) Exhibet illud Tab. I. Monumentorum Landgrav. Alſatiæ Inſer.

(*z*) Berler. *Chron. Mſ.* fol. 386.

(*a*) *Annales Colmar.* ad h. An.

(*b*) Berler. loco alleg.

frater ejus, Dominicanorum ordini adſcriptus, ſexennio ante Gebvillæ obierat. (*c*) Arx quæ ſeptentrionalior eſt, Stœriis Nobilibus, inde Dormenziis, ultimoque loco Jeſtettiis obtigit. Mediam Schœnavixæ Nobiles ſuo partim, partim Epiſcopi jure poſſident. Quæ verſus orientem, à Phirretiis ad Barrios Tabernenſes emphyteuſeos lege tranſiit. Paulo ſupra Pfaffenhemium S. Leonhardi capella conſpicitur, unde Moniales, Cœnobio ipſarum exulto, circa An. MCLXXX. in Cellam S. Sigismundi vel S. Marci Monaſterium vicinum translatæ. (*d*) An. MCCCXXXVIII. Pfaffenhemium in cineres fere fuit redactum à Colmarienſibus & Seleſtadienſibus, qui Ludovici Bav. Imp. partes ſecuti ſunt, cum Bertholdus Buchecksius, Argent. Epiſcopus, Benedicti XII. Papæ partes ſequeretur. (*e*)

*Klein-Pfaffenheim*, ſive Pfaffenhemium minus, hoſpitium cum ædibus quibusdam dicitur, ubi nimeram ferri, malleabilis plane ac ductilis, (*Bonertz*) effodiunt. Plures olim clavorum fabricatores ibi habitabant. *Oſenbir* viculum Johannes Epiſcopus Arg. in charta Monaſterii S. Marci An. MCC. *Oclſenhare* vocat. Hatſtadienſibus pro centum & viginti marcis argenti oppigneratum, Cunradus Epiſcopus An. MCCXCV. redemit. (*f*)

## CXXXI.

*Gebersweiler*, ex quo nobilis Marbacenſis Monaſterii conditor prodiit, (*g*) ſuperioribus ſeculis aliquot etiam caſtris conſpicuum fuit. Caſtrum ſuum allodiale Hugo de Nortgaſſe Eques Eccleſiæ Arg. An. MCCCXXXIV. in feudum fœminino obtulit. (*h*) Caſtrum medium (*Mittelburg*) Græcii Nobiles cum aliis quibusdam bonis civi Gebersvillano An. MCCCXXXVII. vendiderunt. (*i*) Munitionibus illud non deſtitutum fuiſſe, vel hoc perſuadet, quod per ſolas fœminas ab Armeniacorum direptionibus defenſum ſit. (*k*) Infra vicum autem arx *Hertenberg* nobili cuidam familiæ nomen dedit, per quam ad Surgandios & per hos ad Cœnobium Marbacenſe venditionis pacto An. MCCCLLXI. deveuit. (*l*) Eccleſiæ Gebersvillanæ patronus Johannes Marchio Hochbergenſis. An. MCCLI. fuit, quo ſecundam ipſius cum Monaſterio S. Marci propter decimas litem Epiſcopus diremit. Prima jam diremta An. MCC. ubi Pfaffenheimenſes quoque Gebersvillanæ cauſæ acceſſerant, (*m*) Supra Gebersvillam Cœnobium Ord. S. Franciſci, quod à Rufacenſi pendet, è longinquo conſpicitur, à monte, cujus declivio inſidet, *Schauenberg* nuncupatum, ibi frequens fidelium concurſus. Gebersvei-ler.

*Sultzmatt*, vicus major, acidulis & balneis notus, communem cum *Oſenbach*, olim *Oclſenbach*, (*n*) & *VVinsfelden* viculis, in eadem valle ſitis, Scultetum habet atque Parochum. Degerunt hic Nobiles, qui Burgravii de Sultzmatt dicebantur, è quibus Wernherus Eques An. MCCCCXVI. Advocatus Rubeacenſis fuit. Theodorico Burgravio ejusque fratribus Capitulum majus Argent. An. MCCXVI. decimas ipſorum, quæ in *villa Sultzmaten* poſſidebant, bonorum pro ſex carradis vini rubei conceſſit. (*o*) Sed & Lobegaſſii Nobiles vetus ibidem caſtellum primo feudale, dein ab An. MCCCXXXV. allodiale habuerunt, in cujus locum alia Epiſcopo bona obtulerunt. (*p*) Extat hodieque in Sultzmatt caſtrum *VVagenburg*, ad Landebergenſes Nobiles pertineus, & caſtrum *VVaſſerjetzen*, feudum Epiſcopo oblatum quod Jeſtettii Nobiles poſſident. Caſtellum *Jeſtett*, à quo hi denominantur, retro acidulas Sultzmatenſes in loco parum elevato videtur. Diximus de eo quædam ſuperius. (*q*) A vici latere caſtrum *Zillhauſen*, prorſus everſum, Dormenzii Sultzmatenſibus vendiderunt. In vico Monaſteriolum fœminarum, cui Eliſabetha de Merckensheim An. MCCCLXXXI. Magiſtra præfuit, abrogatum eſt pridem. Vallem *Sultzmatin* Theobaldus Comes Phirreterum, Alſatiæ Advocatus Imperialis, & cives Colmarienſes An. MCCXCVIII. igne vaſtarunt. (*r*) Sultzmatt.



(*c*) Beller. fol. 375.
(*d*) Ibidem.
(*e*) Albertus Argent. in *Vita Bertholdi à Buchecк.*
(*f*) Beller. fol. 378.
(*g*) *Fragment. Hiſtor. Urſtiſii* ad An. MXC.
(*h*) Charta oblationis ap. Beller. fol. 381.
(*i*) Ibidem fol. 339.
(*k*) Ibidem fol. 340.
(*l*) Ibidem fol. 337.
(*m*) Sententiam hanc exhibet Beller. fol. 342.
(*n*) Ita charta Monaſterii S. Marci An. MCCCXXXVII.
(*o*) Beller. chartam dedit fol. 372.
(*p*) Inſtrumentum Bertholdi Epiſcopi ibid. fol. 373. *Syn Burgthall in unſerm dorffe zu Sultzmatte.*
(*q*) Pag. 55. §. LXXII.
(*r*) *Annales Colmar.* ad h. an.

## §. CXXXII.

Vici reliqui. *VVeßhalten* vicus inter Rufacum & Sulzmatt divifus eſt, ita ut pars incolarum jure civitatis Rubeacenſis fruatur. *Villa, quæ dicitur VVeßhalda*, in S. Albani Baſil. chartis An. MLXXXIII. & MCLXXX. legitur.

*Orſchvveiler*, media Gebvillam inter & Rufacum via occurrens, *Olvvveiler* olim nuncupatum eſt. *Villa Olvvvilere cum omnibus appendiciis ſuis* inter Hafcovienſis Abbatiæ bona An. MLX. recenſetur. (*s*) Abbatia Ebersheimenſis. Curtem dominicam in *Olevvibe* poſſedit. (*t*) Caſtrum, quod Truchſeſſii de Rheinfelden ab aliquot retro ſeculis ibi poſſederant, caſu funeſto An. MDCCXXII. cum ipſo tabulario combuſtum eſt. Elegantius vero cum ex cineribus refurrexiſſet, ad Illuſtrem Forelliorum gentem, quæ ex Vaudi pago oriunda ab An. MDXXXVI. Friburgi Helvetiorum ſedet, (*u*) nuper pervenit.

*Gundolsheim* trans Laucham rivum in planitie, *Gundolvesheim* (*x*) antiquitus dictum eſt. Sigfridus dictus de *Gundoltzheim* ſub Rudolpho Habsb. caſtrum Hohenack exſtruxit. (*y*) Petrus de *Gundelsheim* S. Petri apud Baſilienſes Præpoſitus fuit An. MCCCXLIX. Hic Auſtriaci caſtrum habuerunt, cujus dimidiam partem Jacobus de Regensheim Eques An. MCCCLXI. in feudum accepit. (*z*)

## §. CXXXIII.

Loca deſtructa. Prope Rufacum ante portam Rhenenſem caſtrum *Spiegelburg* ab hoſtibus primum, dein à Rufacenſibus ipſis, ne civitati ſuæ porro noceret, dirutum eſt. Foſſas, quibus cinctum fuerat, Maternus Berlerus ſub Alberto Epiſcopo terra complere vidit. (*a*) Periit quoque, uti jam diximus, vicus *Standheim*, ubi Eccleſia & Præceptoria Teutonici Ordinis, S. Stephano dicata, floruit. Sed in territorio Rufacenſi quoque, quod per Vogeſi montes & ſilvas ampliſſimum eſt, egregia vetuſtæ arcis rudera conſpiciuntur, quod *Laubeck*, *Lobecke* & mendoſe *Laubach*, appellant. Extat in vallis Gregorianæ vicinia, haud procul à vico Waſſerburg, ubi rudera hæc multum ſuper pinus fagosque, eminent. Ceſto quidam caſtrum *Lobeke* ſuis Dominis An. MCCXCIV. abſtuliſſe in *Annalibus Colmar.* legitur. Lobegaſſiis Nobilibus per Epiſcopum Argent. in feudum conceſſum, iisdem deinceps, hoſtium partes ſecutis, per Johannem Epiſcopum ablatum atque dirutum eſt. Bellum An. MCCCXVI. ita compoſitum eſt, ut Lobegaſſii ſuo in caſtrum Laubeck titulo renuntiantes quadringentas ab Epiſcopo marcas argenti acceperint. (*b*) Cæterum Pfaffenheimenſes caſtri hujus montem & nemora ſui, non Rufacenſium, juris eſſe contendunt.

## §. CXXXIV.

Sultzenſis Advocatia. Sultzam Mundaticam, ut ab aliis ejusdem nominis Alſatiæ locis diſtinguatur, *ſuperiorem* (*Ober-Sultz*) appellant; quæ in hoc etiam à reliquis diverſa, quod aquis mineralibus careat atque ſalinis. Alterutrum enim non modo Alſatica, ſed & extera

Sultza oppidum. loca, quibus nomen hoc competit, proferre novimus. (*c*) Oppidum noſtrum Gebvilla, Murbacenſis Abbatiæ oppido, nonniſi leuca dimidia diſtat, agro vinis frugibusque fœcundo, latoque per Vogeſi ſilvas ſpatio prædítum. Locum Abbatiæ Ebersheimenſi ſubjectum olim, & per Wernherum II. Epiſcopum Argent. Henrici IV. Imp. conſtantiſſimum aſſeclam, eidem ablatum, (*d*) ac fratri ejus Radebotoni, Habsburgenſi Comiti in feudum fuiſſe traditum, *Novient. Chronicon* refert. Certum eſt præclara Monaſterio huic in Sultz jura competiiſſe, quæ deinceps amiſſa ſunt. Ludo-

(*s*) *Gallia Chriſt.* Tom. V. Inſtrum. col. 473.
(*t*) *Chron. Novient.* apud MARTENE *Theſaur. Anecdot.* Tom. III. col. 1111.
(*u*) Hodiernus ejus dominus eſt Nicolaus de Griſet, Baro de Forell, ſummi apud Fribugenſes Conſilii membrum, cujus frater, Melitenſium Eques, Sultzenſis, Colmarienſis, Mulhuſineque Commendarum poſſeſſor, Aug. Poloniæ Regi à Conſiliis privatis & Cubiculo
(*x*) Ibidem. col. 1115.
(*y*) *Annales Colmar.* ad An. MCCLXXIX.
(*z*) *Codex. Mſſ. fundor Regim. Enſisheim.*
(*a*) Ipſo teſte in *Chron. Mſſ.* fol. 369.
(*b*) Inſtrumentum pacis ita: *Statderlich umbe das, das der Biſchoff Johans den von Lobegaſſen brach in Burg Laubecke ... ſo hant ſie auch uſgeben das Burgſtall Lobecke mit veſten, vrolden ... dem vorgenannten Biſchof und ſime Stift, von dem ſie das zu lehen hettent ... und darumbe bet in der vorgenant Biſchof Johans gegeben vier hundert marg ſilbers.*
(*c*) *Sultz* prope Molshemium balnea; *Sultz* Fleckenſtein. ſalinam; *Sultzbach* & *Sultzmatt* acidulas habent. Conf. Conſpectum Tom. I. pag. 14. Vicus *Soulcet* Comitatus Rupenſis, Alſatiæ vicini, à falſa quoque ſcaturigine nomen trahit, æque ac *Sultz* in Wirtemberg. & Mecklenburgico Ducatibus, & *Sulzburg* apud Hachbergenſes
(*d*) Ap. MARTENE *Thef. Anecd.* Tom. III. col. 1144.

Ludovicus Pius in Diplomate An. DCCCXVII. curtem dominicam in *Sulza* ei adſcribit, ad quam Eccleſia cum decimis, curtis portæ cum decima ſalicæ terræ cella S. Petri, capella in Sarmenza, in Regenesheim decimæ aliaque prædia in Baltersheim, Batenheim &c. ſpectarunt. Adſcribit ei omnem denique bannum *de ipſa villa ſive marcha, quæ marcha oritur in jugo montis, qui Peleus dicitur* &c. Peleus mons jam *Balchen* nuncupatur. Poſt Henrici IV. Imp. tempora vero Pontificum & Cæſarum literæ curtem portæ tantum cum decimis ejus, non curtem dominicam amplius & Eccleſiam, multo minus bannum ſeu marcam, inter Ebersheimenſium bona recenſent. (*e*) Decimas Sulzenſes Epiſcopus utique cum Eccleſiæ jure patronatus Habsburgicis primo, dein Phirretarum Comitibus, in feudum contulit. Theobaldus Phirret. Comes uxori ſuæ, Catharinæ de Klingen, pro mille marcis argenti, quas dotis loco ipſi attulerat, decimas has cum Epiſcopi conſenſu An. MCCXCV. oppignerávit. (*f*) Ulricus, Theobaldi filius, easdem An. MCCCXII. Epiſcopo reddidit. (*g*) Quam Rubeacenſes ſupplicationem ad Eccleſiam Thierbacenſem voviſſe diximus, eandem Diethelmus Rector & Presbyter in *villa & in parochia Sultzæ*, Nobilium, civium & univerſorum, ad parochiam ſeu ad villam iſtam ſpectantium, nomine, An. MCXXXVIII. vovit, ſingulis annis in feſto inventionis S. Crucis pro vinearum & agrorum fœcunditate ſuſcipiendam; (*h*) id quod etiamnum in uſu, quia Thierbacum Sulzenſibus vicinum.

## §. CXXXV.

Quando in oppidum excreverit Sulza, non liquet. Berlerus (*i*) eam in vicorum numero perſtitiſſe ſcribit, donec vicus *Alſchweiler*, ubi mater Eccleſia fuerit, Anglorum irruptionibus ſec. XIV. periiſſet. Tum Alſchwilerenſes cives, avita ſede relicta, prope caſtrum *Buchneck*, quod Sulzæ erat, conſederunt adeo frequentes, ut ea, quam nunc videmus, brevi civitas prodierit. Berlerus hic oppidi Sulzenſis antiquitatem nihil nimis deprimere videtur, uti Rufacum cum popularibus ſuis nimium extollit. Quod *Buchneck* ille vocat, caſtrum ſeu munitio Sulzenſis in chartis dicitur. Ulricus I. Phirretarum Comes, literas reverſales de feudis Eccleſiæ Arg. quæ ipſe acceperat, apud *munitionem Sultze* An. MCCLI. conſcripſit. (*k*) Triennio poſt Guilielmus Miles, dictus de Sultz, munitionem ſuam in oppido Sultz Henrico Epiſcopo in feudum obtulit. (*l*) Epiſcopus ait: " theloneum noſtrum apud *villam noſtram* " *Sulzen* & cenſus XII. librarum apud villam Sunthoſen dilectum noſtrum & fidelem " Guilhelmum Militem dictum de Sultzen percipere & recipere volumus ... pro qua " pecuniæ ſumma dictus Miles ... ſuam *Munitionem in dicto oppido Sultze* nobis & " omnibus noſtris ſucceſſoribus ... præſentare & ipſam munitionem ... à nobis & " ab Eccleſia Argent. in feudo tenere debet. " In una heic eademque charta & villa, & oppidum, & munitio, ſive caſtrum Sultz legitur, quaſi locus dubio tum in ſtatu fuiſſet. Sulzæ forte idem, quod aliis, contigit, ut oppidum muro diſtingueretur, donec diſcrimine ſublato, in unum civitatis, muris cinctæ, corpus coiret. Ita Zellenberg caſtrum, oppidum & villam Albertus Argent. (*m*) & chartæ noſtræ memorant. Origo oppidi.

## §. CXXXVI.

Torrentes *Caſtello Sultze* MCCLXXXI. multum nocuiſſe *Annalium Colmar.* auctor memoriæ prodidit. Sultzenſes Nobiles, ad quos ſpectaverat, in Nicolao Jacobo An. MDCXLVIII. demum extincti ſunt. Iidem Annales Epiſcopum Argent. octoginta marcas à civibus in Sultz An. MCCLXXVIII. accepiſſe docent, poſtquam deceſſores ejus vix ſexaginta marcas ab illis potuiſſent obtinere. Hæc profecto loci incrementa oſtendunt. Judæi idem Sulzæ, quod Rufaci, fatum habuerunt. Oppidum trecentos minimum focos complectitur, eodem, quo Rufacenſes, modo regendos. Magiſtratus Ballivio & ſculteto, quos princeps conſtituit, octoque ſenatoribus, electis ex civibus, conſiſtit. Infignia civitatis ſcutum rubrum, cruce argentea quadripartitum & quatuor corvis nigris conſpicuum, ſiſtunt. Inter Sulzenſis Eccleſiæ Rectores Hermannus Fata.



(*e*) Ita Bulla Lucii Papæ An. MCLXXXIII. & plures chartæ poſteriores.
(*f*) Berler loco cit. fol. 376.
(*g*) *Chartular. membran. Epiſcopatus Argent.* n. 95.
(*h*) Martene *Theſaur Anecdot.* Tom. I. col. 390.
(*i*) *Chron. Mſſ.* fol. 349.
(*k*) Berler fol. 358.
(*l*) Ibid. fol. 374.
(*m*) *Res geſtæ Bertholdi Epiſc.* pag. 170.

Comes à Thierſtein, Heinricus ab Hohenſtein, Rudolphus de Oberkirch, Jo. Jacobus de Andelo, qui An. MDXX. deceſſit, numerantur. (*n*) Ad portam oppidi, quæ Gebvillam reſpicit, Melitenſium Præceptoria eſt, à qua Mulhuſina & Colmarienſis pendent. Capucinorum Cœnobium ab An. MDCXXXIX. ibidem extra muros ſubſiſtit.

## §. CXXXVII.

Vici. Civitati Sulzenſi annumerantur etiam *VVonenheim* & *Rinbachzell* viculi. Rupertus Palatinus, Epiſcopus Argent. cellam Anachoretarum regulæ tertiæ S. Francifci An. MCCCLXXII. in *VVonheim* ſtabilivit, datis in Ruffach literis poſt dominicam Lætare. (*o*) *Hartmannsweiler*, extremus Mundati verſus meridiem vicus, caſtro inſtructus eſt, quod Eccleſiæ Baſil. feudum Waldneri à Freundſtein tenent. Vicus iisdem aliquando per Epiſcopos Argent. oppigneratus fuit. Solus in omni Mundato locus hic eſt, ubi habitant Judæi, ſed habitant in caſtro. *Hartmannsweiler* Abbatia Murbacenſis comparavit ac Ottoni primum, Palatino Burgundiæ Comiti, dein Rudegero de Uffholtz in feudum dedit, interveniente Rudolphi, Alſatiæ ſup. Landgravii, ſententia, Murbacenſium rogatu circa An. MCC. pronuntiata. Interiit itaque, uti ex Berlero vidimus, vicus *Alſchsweiler* prope Sulzam. *Alirswihre* inter Emunitatis Rufacenſis loca Codex Mſ. jurium Epiſcopatus Argent. ſec. XIII. recenſet. Recenſet etiam *Alrichirswihre*, noſtro ævo pariter ignotum.

## §. CXXXVIII.

Egisheimenſis Advocatia. Caſtrum & oppidum. Tertiam denique Emunitatis Advocatiam *Egisheim*, *VVettelsheim* & *Morſchsweiler* componunt. Egisheimum, Egisheimenſis olim Comitatus pars, (*p*) poſtquam ad Emunitatem acceſſerat, oppiduli demum forma donatum eſt, natales & incrementa ſua ſumens à caſtello, quod in medio ejus poſitum, unde priſco Comitatui nomen. Aliud Egisheimenſe caſtrum inſigne in vicino monte, turribus tribus conſpicuum, *Drey-Egisheim* nuncupatum, in ruinis pridem jacet, dum caſtellum oppidanum habitatur, quod canæ antiquitatis teſtimonia præ ſe fert, ita ut ipſum illud ædificium eſſe videatur, quod Eberhardus Comes ſeculo VIII. inhabitavit & ſtruxit. Adolphus Naſſovius An. MCCXCVIII. fruſtra illud obſedit; (*q*) firmæ munitionis indicium. Sub caſtello tamen oppidulum heic quoque intelligendum eſſe, ex ejus ſitu apparet. Hoſtis cum appropinquaret, ſuburbium ſuum Egisheimenſes combuſſerunt. (*r*) *Villam Egensheim* Ulricus de Rappoltſtein An. MCCLXXI. in teſtamento ſuo memorat. Sed oppidum Egensheim An. MCCXCV. jam legitur, (*s*) idque biennio poſt chartam, qua Waltherus de Horburg feudum caſtrenſe in Egisheim adeptus eſt, ſigillo ſuo munivit. (*t*) Sub Rudolpho itaque Habsburgico oppidi, uti ſub Eberhardo Comite caſtelli, ſunt quærendæ origines; adeoque Rufacum, Sultza & Egisheimium, tria Emunitatis oppida, in magna illa Germanici regni diſcordia ſuos muros viderunt. De caſtello id porro notanius, quod Nobiles de Blienſwiler, à villa propinqua olim & pridem everſa nomen ducentes, quartam ejus partem cum prædiis quibusdam & bonis ab Eccleſia Argent. in feudum tenuerint. (*u*) Curiam Egisheimii, uti Sulzæ, Wernherum II. Epiſcopum Abbatiæ Ebersheimenſi quoque abſtuliſſe, & Radebotoni Comiti Habsburg. fratri ſuo, dediſſe pariter in feudum, *Chronicon Novient.* (*x*) refert. Sed Egisheimium tum nondum juris Argentinenſis fuit, proprios quod ſuos Comites haberet. Curiam tamen Egisheimenſem in Habsburgo-Auſtriacorum manibus ſec. XIV. ineunte reperimus. (*y*) A telonio, quod Epiſcopus in Egisheim & in Woffenheim habuit, Abbatia Lucellenſis An. MCCCXVI. exemta eſt. (*z*) Egisheimium cum

caſtro

(*n*) Berler. *Chron. Mſ.* fol. 349.
(*o*) Extant apud Berler. fol. 184.
(*p*) Vide ſupra pag. 72.
(*q*) *Annales Colmar.* ad h. an. *Caſtellum* etiam dicitur in *Chron. Colmar.* ad An. MCCXCIII.
(*r*) *Chron. Colmar.* ad An. MCCXCVIII. pag. 56.
(*s*) Conradus Wernherus de Hadeſtatt feudum ab Epiſcopo tum accepit, *ze einem rechten ſeſſlehen in der Statt ze Egensheim yemer ze verdienende.* Berler fol. 378.
(*t*) In ipſa charta Conradus Epiſcopus ait: *Das vvir Walthern Herrn Burckhartt ſun, des Herrn von Horburg, hant gevvunnen ze Seſſmanne ins unſer Statt ze Egesheim*, &c. Ibid fol. 371.
(*u*) Berler fol. 185. *Das vierthteil der Burg, gelegen in dem Stettlein Egisheim.*
(*x*) Apud Martene *Thef. Anecd.* Tom. III. col. 1144.
(*y*) Burcardus de Fricka.
(*z*) Bernhardini *Faſti Lucell.*

caſtro Delphinus An. MCCCCXLIV. ſibi & ſuis copiis aperuit. (*a*) Advocatiam in *Egensheim* Abbatia Murbac. Habsburgi Comitibus in feudum olim contulerat, æque ac in pluribus aliis Sundgoviæ & Alſatiæ ſuperioris vicis, quos Rudolfi & Gotfridi Comitum charta An. MCCLIX. recenſet. (*b*) Inſignia oppidi hujus D. Petrum, dextra clavem, ſiniſtra librum tenentem, exhibent.

*VVettelsheim.* Dynaſtæ Horburgenſes dimidium vicum allodialem, curiam vero cum hominibus quibusdam propriis ab Epiſcopo Argent. in feudum habuerunt. (*c*) Codex membranaceus de juribus Epiſcopi Argent. medio ſec. XIII. ita: " Ad jurisdictionem „ Theinheim pertinent ville ſubſcripte: *VVetelsheim* videlicet & Wilere & medietas „ Anſolfheim. „ De curiæ dominicalis in Theinheim, vico deſtructo, jurisdictione hic ſermo eſt.

*Morſchvveiler*, ut ab aliis hujus nominis vicis diſtinguatur, Morſchvilla ſuperior (*Ober-Morſchvveiler*) dicitur. Hatſtadienſes incolas ejus multum vexarunt, donec juſta Epiſcopi Argent. auctoritate lis componeretur An. MCLXXXVIII. (*d*)

## §. CXXXIX.

Ceterum præclara quædam Nobilium feuda ab Emunitate hac pendent; Waldneris & Schauenburgenſibus potiſſimum collata. Feuda.

*Freundſtein*, arx in prærupta Vogeſi rupe, haud procul ab Amarinæ vallis vico *Goldbach*, antiquum Waldnerianæ gentis feudum eſt, cujus dominium directum inter Argentinenſem & Murbacenſem Eccleſias æqualiter diviſum. Pacem caſtrenſem Waldneri An. MCCXCVII. ibi condiderunt, vi cujus quadraginta perticarum ſpatium circa arcem belli temporibus inviolabile ſervari debuit. Pax iſta deinceps An. MCCCXLI. & An. MCCCCVIII. ab iisdem Waldneris renovata fuit; quibus Sulzenſes infeſti caſtrum hoc An. MCCCCXC. diruerunt. (*e*) Idem à ruſticis tumultuantibus An. MDXXV. male habitum priſtinum ſuum decus amiſit. Waldneria.

*Olvveiler* Conradus Waldenarius de Gebwiler, Miles, ſuo & trium fratrum Hermanni, Guntheri & Eberhardi nomine à Petro, Abbate Loci Crefcentis Ord. Ciſterc. Veſontinæ Diœceſis, (*f*) cui *curia Olvilr* per Henricum Epiſcopum Arg. An. MCCXLIX. donata fuerat, cum juribus & privilegiis omnibus An. MCCLX. coemit, eandemque curiam Walthero à Geroldseck Epiſcopo anno ſequenti in feudum obtulit. Curiam in caſtrum cum mutaſſent Waldneri, jus aperturæ in illo Eccleſiæ Argent. An. MCCLXIX. dederunt. (*g*) Vetus ejus orthographia, quæ in Waldneriano Tabulario ſupereſt, munitiſſimum caſtrum oſtendit. Locus ad pedes Vogeſi ſitus, perviis à tergo ſilvis, à ſiniſtra vineis, à dextra pratis nemoribusque circumdatus, Alſatiæ plana, Juraſſum & ſilvam Martianam proſpicit, qui theatri inſtar oculorum terminant viſum. Avitam hanc majorum ſuorum ſedem, poſtquam per quingentos annos varia ſub fatorum viciſſitudine duraſſet, Chriſt. Frid. Dagobertus Comes à Waldner magnis ſumptibus An. MDCCLII. è fundamentis reſtituit, Olvillam, ſoli olim Marti dicatam, Muſis quoque & Gratiis conſecrans.

## §. CXL.

Majora his feuda Schauenburgici Nobiles, Hatſtadienſium ſucceſſores, occupant, Herlisheimium nempe, oppidulum cum caſtro, Jungholz & Schranckenfels caſtra cum vico. Schauenburgenſia

*Herlisheim* oppidulum, duabus ſupra Colmariam leucis, tantumque infra Ruſacum, ad Laucham rivum, in planitie, aquis divite, ſitum. Vicus, à ſeculo VII. & diutius forſan exiſtens, (*b*) auctus primum caſtro, dein muro donatus. Caſtri initium Domini- Herlisheim.

(*a*) Kornigshov. *Chron. Alſat.* pag. 917.
(*b*) Extat in *Cod. Mſſ. fundorum Murbac.*
(*c*) Albertus Argent. ad An. MCCCXXVIII. pag. 170. Conf. ſupra pag. 76. §. CXVII.
(*d*) Beyler. fol. 81.
(*e*) Munster. *Coſmographia* Lib. III.
(*f*) Hodie Abbatia trium Regum, Comitatus Burgundiæ, Germ. *Wachſtatt*, haud procul à Monaſterio Palma Nonnarum.
(*g*) *Annales Colmar.* ad An. MCCLXXVIII. ita: „ In Nollivilre caſtro prope Sultz inventa eſt cal„ varia ſerpentis magni & lingua ejus, vulgo *nater„ zunge*; datur Regi Rudolfo pro clenodio: cujus vis toxicum prodere. „ Male *Nollivvilre* pro Olvvilre ſcriptum eſt.
(*b*) Conf. Tom. I. pag. 708. §. *CLXXV.*

Dominicanus *Annalium Colmar.* auctor ad An. MCCCII. ponit, sed auctorem ejus non indicat. (*i*) Oppidulum seculi XIV. medio demum in prima, quam novimus, Hatstadienſium inveſtitura memoratur. Epiſcopus Argent. enim An. MCCCLV. Epponem Eq. & Hanemannum Armigerum de Hadeſtat fratres, una cum ipſorum ex Wernhero fratre nepotibus, Henrico, Wernhero, Friderico & Cunone, de caſtro & oppido Herlisheim inveſtivit; (*k*) quod eodem anno Hatſtadienſes hi omnes ita inter ſe diviſerunt, ut Epponi & Hanemanno fratribus dimidia, quatuor Wernheri filiis vero altera Herlisheimii, & oppidi & caſtri, pars obtingeret. (*l*) An. MCCCLXXII. Johannes Erbe, nobilis Argent. à Magiſtratu civitate ejectus, Herlisheimium, Epponis Hatſtadienſis ſedem, occupavit, civis Argent. quod eſſet. Sed Præfectus Auſtriacus, Enſisheimii ſedens, & Argentinenſes cum ſociis, Herlisheimium receperunt, & quinquaginta ſex prædones ibi captos, tribus exceptis, ad rotam, patibulum enſemque damnarunt. (*m*) Eppo & Wernherus de Hadeſtatt, libertati & caſtro ſuo redditi, vindictam cogitabant. At Carolus IV. Imp. Rupertum, Electorem Palatinum, literis monuit, ne Wernhero huic aliquas ferret ſuppetias. (*n*) Simile quid Herlisheimio An. MCCCCXLVIII. denuo contigit, quum Henricus Grephe, vir nobilis, quem Hatſtadienſes in caſtrum ſuum receperant, civitati Seleſtadienſi diffidationis literas miſiſſet. Tum enim quadringenti homines eo profecti, caſtro fraudulenter potiti ſunt, idque ſolo æquarunt. Grephius Seleſtadium abductus libertatem ſuam numeratis demum mille florenis recuperavit. (*o*) Herlisheimium denique ob Varnierium, Gallici exercitus Emiſſarium, qui, cum Cæſareis prope Colmariam inſultaſſet, eo confugerat, à copiis Germanicis An MDCLXXVII. captum & injecto igne deformatum eſt. (*p*) Novas itaque veteris caſtri ruderibus ædes Franc. Joſephus à Schauenburg hoc ſeculo impoſuit. Quanquam vero Herlisheimium ab Eccleſia Argent. pendeat, curia tamen ibi dominica juris Auſtriaci fuit, quæ Schutterenſem ad Abbatiam antea ſpectaverat, (*q*) quamque Hatſtadienſium poſtremus An. MDLXXI. pariter in feudum accepit. (*r*)

## §. CXLI.

*Schranckenfels* (*s*) caſtrum in ſummitate montis, qui vallem Sultzbaco-Gregorianam aſpicit, à longo jam tempore dirutum eſt. Maternus Berlerus (*t*) id tantæ firmitatis fuiſſe ſcribit, ut turris ejus ſuffodi quidem & proſterni, ſed non deſtrui potuerit, lapidibus, quibus conſtabat, in ſua junctura manentibus. Caſtrum hoc nobili cuidam familiæ nomen præbuit, ex qua Johannes de Schranckenfels An. MCCCCXXVII. Geberſvillæ deceſſit. Id cum Herlishemio, poſt extinctos Hatſtadienſes, Theobaldo à Schauenburg & maſculis ejus poſteris per Epiſcopum Argent. An. MDCIII. in feudum collatum eſt.

*Jungholtz* arcem, retro Sulzam in excelſa & eminus conſpicua rupe ante ſeculi XII. medium exſtructa, Johannes, Conradus, Egenolfus & Wernherus fratres, ac Cuno, Domini de Jungholtz, An. MCCLIX. Henrico Epiſcopo Argent. in feudum obtulerunt; pro qua oblatione homines Eccleſiæ Argent. qui *in monte Jungholtz reſidere voluerint*, ipſis in feudum quoque conceſſi ſunt. (*u*) Sub Bertholdo II. Epiſcopo Jungholziorum ſtirps cum defeciſſet, caſtrum hoc ad Eccleſiam Argent. rediit, idque Burcardus Comes de Lutzelſtein, Emunitatis aliquandiu poſſeſſor, poſt contractum quoque matrimonium ſibi & familiæ ſuæ retinuit. Sed Ludovicus Barbatus, Elector Palatinus, qui Burcardi filiorum tutor fuit, Jungholtz An MCCCCXIX. pro mille & ducentis florenis Wilhelmo Epiſcopo vendidit. Per Wilhelmum ſexennio poſt Henrico de Rottersdorf in feudum collatum, per Rottersdorfium vero Bockio de Staufenberg mox venditum eſt, (*x*) qui Staufenbergius multa in arce collapſa diligenter reſtituit An. MCCCCLXV. (*y*) Defuncto Jo. Erhardo de Staufenberg An. MCCCCLXXI. Conradus Epiſcopus Georgium de Staufenberg, Reinhardum de Schauenburg & Johannem de Moerſperg coinveſtivit; ubi memoratu dignum, quod vicus Jungholtz, infra caſtrum ſitus, oppidulum dicatur. (*z*) Maximilianus I. Imp. ſub ſeculi XV. finem cum Alberto Epiſcopo de variis rebus pacifcens, Schauenburgenſes quoque in feudi hujus poſſeſſionem petiit immitti; id quod brevi poſt factum. Vicum adjacentem Judæi potiſſimum inhabitant, ibidem ſepultura gaudentes.

## §. CXLII.

(*i*) *Caſtellum Herlisheim prope Columbariam conſtruitur.*

(*k*) *Herlisheim Burg und Stat, und was darzu gehort.* Chartular. membran. Eccleſiæ Argent. num. 232.

(*l*) Berler fol. 378.

(*m*) *Alberici Argent.* pag. 165. Fœdus Statuum adverſus Jo. Erbium vid. apud Wenckeb. *de Uſſburgensi* pag. 127. ſqq. Schadæus *Chron. Miſc. Argent.*

(*n*) Extant hæ literæ in Tabular. civitatis Argent.

(*o*) Berler. fol. 152.

(*p*) Laguille *Hiſt. d'Alſace* Tom. II. pag. 249.

(*q*) Vid. Tom. I. pag. 708.

(*r*) Codex feudor. Regiminis Enſisheim.

(*s*) Vulgo *Schreckenfels.*

(*t*) *Chron. Mſ.* fol. 327.

(*u*) Charta apud Berlerum fol. 382.

(*x*) Ibidem fol. 375.

(*y*) Berler. fol. 141.

(*z*) *Jungholtz Burg und Stattlein im Sultzerthum gelegen.* Tabular. Schauenburg.

## §. CXLII.

Schauenburgenſium feudis, poſt Hatſtadiorum interitum impetratis, ſubjungimus Sultzbacum, vallis Gregorianæ, ubi cum Emunitatis diſtrictu fere cohæret, oppidulum; directo Lotharingiæ Ducatus dominio ſubjectum. De hoc ANNALES COLMAR. ad An. MCCLXXV. ita: " Caſtellum Sultzbach in valle Gregorii muris & foſſato cingitur „ feſto S. Lucæ. „ Hæc oppiduli origo, quod Annalium auctor *caſtellum* nominavit, cum & ipſi oppidulo caſtellum incluſum ſit. Munitionis rudera nonnulla ſuperſunt. Aciduſæ, paucis à loco paſſibus ad montis radicem An. MDCIII. detectæ, & decennio poſt hominum uſibus primum accommodatæ, celebritatem aliquam loco attulerunt. (*a*) Lotharingiæ Ducum beneficio dimidia ejus pars Blamontanis Comitibus obtigerat, Hatſtadiis altera. Priorem iidem Hatſtadii à Blamontanis in ſubfeudum acceperunt. Lotharingica feuda quamvis fœminas admittere cenſeantur, Schauenburgii tamen, Hatſtadiorum per fœminam heredes, non ſine multa contentione, imo nec ſine pecunia, Sultzbacum obtinuerunt. Sultzbach oppidum.

De Bollvilla, Eccleſiæ Argentinenſis feudo, in peculiari Dynaſtiæ Bollvillenſis deſcriptione dicetur, uti Zellenbergam & Bennvveiler, ejusdem Eccleſiæ feuda, in Rappoltſteinenſis Dynaſtiæ Geographia recenſebimus.

## §. CXLIII.

Subjungimus denique S. Crucis oppidum, olim Emunitati, nunc Colmariæ civitati adſcriptum. Hugo, Egishemii & Dagisburgi Comes, Leonis IX. Pontificis Rom. parens, cum uxore ſua Hedvvige Monialium Monaſterium fec. XI. condidit, quod à S. Crucis particula, quam Leo ei dedit, & à vico proximo Monaſterium S. Crucis in Woffenheim dictum eſt. Woffenheimenſes, Bliensvvilerenſes aliique vicini domos ſuas paulatim ad Monaſterium hoc transtulerunt; unde novum denique enatum eſt oppidum *Heilig-Creutz*, Gall. *Sainte Croix*, cujus medio ſec. XIII. prima fit mentio. Seculo præcedente homines in S. Cruce, Woffenheim & in ejus vicinia habitantes, communi nomine S. Crucis homines dicebantur, & ad curiam Dagisburgenſium Comitum pertinebant. (*b*) Originis hujus ignari majores, ſub Dagoberto I. locum jam extitiſſe atque Emunitatis ſuperioris partem conſtituiſſe crediderunt, ut Maximiliani I. Imp. & Leonis X. Papæ literæ oſtendunt. Oppidum, Francicæ periodo noſtræ ignotum, nonniſi poſt Dagisburgenſis familiæ interitum ad Argent. Eccleſiam cum Egishemio pervenit. (*c*) S. Crucis oppidum.

Dominicanorum Colmar. *Annales* caſtrum & oppidum produnt. Oppidum Conradus IV. Rex Rom. An. MCCL. deſtruxit. Caſtrum Phirreturam Comes & Colmarienſes, Adolphi Naſſovii, Rom. Regis, juſſu An. MCCXCVIII. expugnarunt, everteruntque Cœnobium. Idem paulo poſt tamen recuperavit Epiſcopus, (*d*) vaſallosque nobiles in eo collocavit. Hos inter Wilh. Waldnerum, Epiſcopi Pincernam, An. MCCCXXXIV. reperio, feudo caſtrenſi S. Crucis inſtructum. Oppidum & caſtrum Fridericus Ep. Wernhero de Ratersdorf & Johanni, ex fratre ejus nepoti, quater mille & ducentorum florenorum pignus An. MCCCXCI. conſtituit; idque Friderico Auſtriaco, qui in Concilio Conſtant. proſcriptus eſt, mox conceſſerunt Ratersdorfii. Proſcripto Friderico An. MCCCCXV. affinis ejus, Ludovicus Palat. Electior, civitatibus imperialibus Alſatiæ juvantibus, locum occupavit, (*e*) uti Helvetii Helveticas, alii alias ejus terras occuparunt; non hoſtili quidem Ludovicus animo, ut ab initio viſum, ſed ut affini ex naufragio quædam ſervaret. (*f*) Aſt Fridericus reconciliatus cum Cæſare, nec oppidum, nec caſtrum S. Crucis obtinuit, Sigismundus Imp. licet ac ſequentes duo Imperatores Auſtriaci reſtitutionem juſſiſſent. Eripuit denique Maximilianus I. locum hunc Palatinis An. MDIV. cum eos, Bavaricam ob cauſam proſcriptos, armis perſequeretur. (*g*) Interea temporis Galli atque Helvetii caſtrum & oppidum bis occuparunt: illi Delphini ductu An. MCCCCXLIV. ubi quingentos equites præſidiarios accepit: (*h*) hi ex prœlio Nancejano An. MCCCCLXXVII. redeuntes



(*a*) Conf. Conſpectum Tom. I. pag. 14.
(*b*) *Cod. membr. Eccleſiæ Argent. ſec. XIV.*
(*c*) Conf. pag. 73.
(*d*) Conf. cum Annalibus *Chronicon Colmar.* pag. 56.
(*e*) KORNHOFH. Cap III. pag. 227.
(*f*) GERH. A ROO *Annal. Auſtr.* Lib IV. pag. 151.
(*g*) Tabular. Satrapiæ provinc. Alſatiæ.
(*h*) SCHILTER ad *Königsh.* pag. 917. & 923.

redeuntes, ubi caſtrum ſpoliarunt & accenderunt, quod Præfectus ejus, Wetzelius de Tanbach, ipſis in Lotharingiam pergentibus alimenta recuſaſſet ac ſtationem. (*i*) Maximilianus I. locum Jac. Villingero de Schœnenberg, Theſaurario ſuo, primum oppigneravit, dein An. MDXII. cum omni proprietate ejus vendidit, ita tamen, ut præter tributum (*Landſteur*) tranſitus, provocatio ad tribunalia, & ſi Villingerus absque maſcula prole decederet, redemtionis jus ſervaretur Auſtriacis.

## §. CXLIV.

**Venditum.**

Venditio ut firmior eſſet, Cæſar Epiſcopo Argentinenſi, cui reluitio loci hujus ſervata erat; Villingerus Electori Palatino, cui ablatus fuerat, ſatisfecerunt. Epiſcopus dimidiam quinque vicorum Imperialium, Dingsheim nempe, Offenheim, Franckenheim, Doſſenheim & Waldolvisheim partem; Palatinus quatuor millia florenorum compenſationis loco acceperunt. (*k*) Num Eccleſiæ Argent. permutatio proficua ſit, à Præpoſito & Decano Capituli S. Thomæ Argent. Leonis X. juſſu inquiſitio facta. Anno MDXXXVI. Urſula, Jacobi Villingeri, qui ſeptennio ante defunctus erat, vidua ſuo & filii ſui Caroli nomine, S. Crucem cum vico Lagelnheim Civitati Colmar. pro viginti ſex millibus florenorum cum omni, quod ad ipſos ſpectabat, jure vendidit. Lagelnhemium vero cum non eſſet allodiale, uti mox apparuit, ad Colmarienſes non pervenit; quare quingenti & octoginta tres floreni eis redditi fuerunt. (*l*) Ita S. Crucis oppidum poſt Egisheimenſes Comites, Eccleſiam Argent. Auſtriacos, Palatinos, Villingeros, Colmarienſibus obtigit poſtremum; iisque etiamnum ſubjectum eſt.

**Tres vici deſtruct.**

*Woffenheim*, *Blienſweiler* & *Dingsheim* vici, S. Cruci olim adſcripti, bello Armeniaco ſec. XV. perierunt, & oppidum hoc non tantum incolis, ſed & agris ſuis auxerunt. Cuno de Waffenheim in charta Murbac. An. MCCXC. legitur. Rappoltſteinenſes curiam dominicam Woffenheimenſem inter feuda ſua Argentinenſia computarunt. Anshelmus de Rappoltſtein inveſtituram curiæ hujus, variis juribus præditæ, à Bertholdo II. Epiſcopo An. MCCCXXXVII. Benſeldæ accepit. Vicus ipſe Hatſtadiis aliquandiu paruit, ut alibi oſtenſum. (*m*)

## §. CXLV.

**Emunitatis ſtatus antiquus.**

Quæ hactenus loca enumeravimus, Emunitatem Rubiacenſem componunt, à veteri, quam Dagobertus II. Eccleſiæ Argent. donavit, omnino diverſam. Suas profecto viciſſitudines, ſua augmenta & decrementa, hæc Emunitas habuit. Enſishemium, Alſatiæ Auſtriacæ caput, & Meyenhemium vicus, judiciorum Landgravialium ſedes, Epiſcopi Argent. feuda cum fuerint, ut jam ſupra docuimus, Emunitatis ſuperioris partes extremæ poſſunt cenſeri. S. Crucis oppidum, Woffenhemium, Hatſtadium, Huſera & Vœgtlinshofium, quæ in alienis pridem manibus ſunt, inter Mundatica ſeculi XIV. & ſequentis loca non ſemel recenſentur. Multa Murbacenſibus, multa Emunitati per Habsburgo-Auſtriacos, fines ditionis ſuæ propagandi ſtudioſos, paulatim abſtracta fuerunt. Egisheimium contra, borealem Mundati extremitatem nunc occupans, ſeculi XIII. initio demum ei acceſſit, Comitibus nempe, quibus ſubjectum fuerat, extinctis. (*n*) An feudum Epiſcopi, an Comitum allodium fuerit, ignoramus.

**Advocatia.**

Qui nomine Epiſcopi ſupremus Judex Emunitati præfuit, Advocatus (*Vogt*, *Ober-Vogt*) ab omni tempore nuncupari ſolebat. Munus hoc Advocatiæ Habsburgi Comitibus, Alſatiæ ſuperioris Landgraviis, ea lege in feudum conceſſum fuit, ut ex Argentoratenſis civitatis Lege jus dicerent, tertiamque eorum, quæ à ſubditis petebantur, (*o*) partem acciperent. Ita ſane, ſubortis nonnullis difficultatibus, Conradus Epiſcopus cum Rudolpho Comite, qui majoribus ſuis in Advocatia Rubeacenſi ſucceſſerat, An. MCCI. Argentorati transegit. (*p*)

§. CXLVI.

---

(*i*) Urstis. *Chron. Baſil.* Lib. VI. pag 460.
(*k*) Tabul. Epiſc. Arg. Tabern.
(*l*) Tabul. Civit. Colmar.
(*m*) Supra pag. 73. & pag. 71.
(*n*) Vide ſupra pag. 73.
(*o*) Vulgo *die Bethe*.
(*p*) Inſtrumentum tranſactionis in Tabulario Epiſc. Tabernis.

## §. CXLVI.

Vetus codex membranaceus de juribus Epiſcopatus Argent. aliquoties à me jam allegatus, de Advocatia Rubiacenſi ita: " Comes debet habere hic tria placita in anno „ duo in gramine. tertium in feno. Quando venit in gramine placitare, in prima „ die debent ſibi ... & agnus & porcus dimidius ... maldra panis & V. modia vini, „ qui paſcent in pratis. Juxta fenum debent ſibi duo porci & victima porcina dari „ & dimidius bos. & tres maldre panis. & V. modia vini. & X. maldre cibarii. Illis „ tribus placitis debent intereſſe omnes (forte *homines*) de Phapfenhem. à Gebelles- „ wiler. à Hadeſtat. à Fockelinishoven. à Egensheim. à Sulzmato. à Lutenbach. „ à Alisvvilre. à Sulzo. à Alrichisvvilre. à Gundolfisheim. à Bluensheim. à Hongeris- „ heim. à Witinheim. à Cungerisheim. à Munevvilre. à Meyenheim.. à Hircifelden. „ à Phaffingin & ab omnibus villis. que pertinent ad hanc juſticiam. „ Non omnia hæc loca integra, ſed aliquot tantum quorundam homines ad Emunitatem & Advocatiam Rufacenſem ſpectarunt. Pergit ille mox Codex: " In duobus ſequentibus „ diebus placiti tantum accipiet Comes, de emendationibus, quantum ſibi conſtitutum „ eſt ſervicii in prima die. Quod remaneat emendationum. tertiam partem ſumat „ Comes. duas partes Epiſcopus. Villicus debet de mane Comitem recipere & mane „ prandium dare. cum tali ſuſceptione. quali ſuſcipietur in placito. „ Rudolphus Habsburgicus tandem, ſolio Imperii nondum impoſitus, Advocatiæ iſtius feudum Henrico Epiſcopo & Capitulo Argent. An. MCCLXIX. reddidit, non minoribus in ejus locum bonis feudalibus acceptis, quæ charta compoſitionis tum factæ recenſet. (*q*) Provocationem inſuper (*gezog*) & tranſitum innoxium per Emunitatis terras ſibi & poſteris ſuis Rudolphus ſervavit; tranſitum Maximilianus ſub ſec. XV. finem denuo firmavit. Poſt Habsburgenſes Advocatos remotos Advocatiæ tamen munus Epiſcopus non abrogavit, ſed viris probatis atque nobilibus id commendavit pro lubitu. (*r*) Subadvocatos Sultza & Egishemium quandoque habuerunt; unde & ipſa hæc oppida cum vicis ſuis Advocatiæ dicuntur.

Advocati jura.

## §. CXLVII.

Mundatum à Landgravii jurisdictione fuiſſe exemptum, ipſe vocis *Emunitas* ſignificatus teſtatur. Epiſcopus ibi conſtituit judices, à quibus ad Epiſcopi Palatium, indeque provocatio ad Cæſarem fuit, hodie ad Regium Senatum eſt, qui Colmariæ ſedet. Mundatum inferius judicia duo, Graduale & Camerale, olim habuit, priusque habet hodiedum. Nihil tale in ſuperiore Mundato; quod de cætero per unum ex illuſtri majoris Eccleſiæ Argent. Collegio adminiſtratum fuit; qui Gubernatoris inſtar omnia direxit. In ſpiritualibus Baſilienſi Antiſtiti ſubeſt, niſi quod Lutenbacenſe Capitulum & D. Marci Præpoſitura in illis etiam Argentinenſem agnoſcant; id quod primis temporibus de Murbacenſi quoque Abbatia dicendum, quam in *Parochia* ſua ſitam Widegernus Epiſcopus Arg. in charta An. DCCXXVIII. teſtatur, qua fundationem Abbatiæ iſtius ſuo firmat conſenſu. Præpoſitus D. Marci ab aliquot ſeculis Epiſcopatus Argent. *Camerarius* appellatur, quod ſine dubio Mundaticum olim munus apud Epiſcopum fuit: (*s*) & Præpoſituræ huic hodieque adhæret. Ceterum Rubeacenſis Mundati abſtructus quandoque Epiſcopis, vel in ſchiſmate electis, vel Epiſcopatu abeuntibus, dum viverent, conceſſus eſt. Ita Burcardus, Lutzelſteinius Comes, adverſus Guilielmum, Trajectenſem prius Epiſcopum, à Canonicis rite electus, ob inſecuta Pontificis Rom. fulmina Præpoſiti titulum, quo ante condecoratus fuerat, & Mundati poſſeſſionem Epiſcopatui An. MCCCXCIV. prætulit. Sed cum paucis poſt annis uxorem duxiſſet, periturum gentis ſuæ ſanguinem propagaturus, jure ſuo excidiſſe viſus eſt; quod ut ſervaret, cum Ruperto, Rege Romanorum, An. MCCCCIII. pactum iniit, eique pro regia defenſione quartam Emunitatis redituum partem, & caſtrorum ac munitionum ſuarum aperturam, quamdiu viveret, promiſit. (*t*) Quin & Conradus de Buſnang, qui Robertum, Palatinum Principem, ſibi in Epiſcopatu ſuffecit An. MCCCCXXXIX. per unum ac triginta annos Rufaci privatus vixit, civibus ſuis & omnibus aliis ob humanitatem cariſſimus. (*t*)

Fata reliqua.



(*q*) Apud Hrrro. *Origg. Habsburg.* Tom. III. num. 102. pag 414.

(*r*) Inter nobiles hos Advocatos Rubeacenſes Jacobus de Schœnau Eques An. MCCCXLVIII. Wernherus Burggravius de Sultzmatt An. MCCCCXVI. Thuringus de Hallweil, Wernheri ſucceſſor, An. MCCCCXL. & alii plures in documentis comparent.

(*s*) Coccius in *Dagoberto* Cap. VI. pag. 148.

(*t*) Inſtrumentum lingua Germ ſcriptum ſuo loco daturus ſum.

(*t*) Conf. Beelrre *Chron. Mſſ.* fol. 145.

## MURBACENSIS ABBATIÆ TERRITORIUM.

### §. CXLVIII.

Advocatiæ tres. Terræ Murbacenſes à multis retro temporibus in tres Advocatias, (*Vogteyen*) Gebvillanam, Watvillanam & San-Amarinianam diſtribuuntur; quarum prima & tertia in vallibus, ſecunda, quæ minor eſt, in plano ad pedes montium ſita.

I. Gebvillana. Gebvillanam Advocatiam vallis quæ continet, ab amœnitate *Floridæ* dicebatur, in duas partes ita diviſa, ut interior à Murbaco vel fluviolo vel Monaſterio *Murbacenſis*, exterior à Gebvillæ oppido *Gebvillana* (*u*) nominetur. Vallis Murbacenſis ab altiſſimo Murbacenſium monte Beleo (*w*) etiam nuncupatur. Imo verſus S. Amarini vallem alia, Frigida vallis dicta, (*Froidevat*) Murbacenſi adhæret.

Gebvilla. Gebvilla oppidum in ipſo Floridæ vallis aditu, ad Laucham rivum, (*x*) vitiferos inter colles, (*y*) ſemileuca à Sultza, Mundati ſuperioris civitate, ſitum eſt. Nomen & originem ejus à coriariis, qui magno ibi numero vivunt, vulgus derivat, *Gerbweiler* olim appellatum fuiſſe inani etymologia conjectans. Annis DCCLXXIV. & DCCXCVI. tres ad Monaſterium Murbacenſe traditiones in *villa Gebunwilare* factæ ſunt. In Bertolfi Abbatis pro Cœnobio Goldbacenſi An. MCXXXV. charta *villa Gebenwihre* ab initio, *Gebunwilere* in fine ſcribitur. Anno ſuperiore Gebvillenſem Eccleſiam, præſentibus Adelberto Habsburg. & Rudolfo Lentzburg. Comitibus, S. Leodegario dedicatam eſſe, Guillimannus annotavit.

### §. CXLIX.

Oppidum. Gebvillam, uti pleraque Alſatiæ oppida, infelix illud tempus, quod Rudolphi Habsburgici electionem præceſſit, muris donavit. Annales Colmar. paucos ante MCCLXXI. annos in valle *Gebwihre* civitatem inchoatam fuiſſe tradunt. Cives & Magiſtratus oppidi Gebvillenſis (*z*) quadraginta marcas argenti, quotannis ſolvendas, Abbatiæ promiſerunt An. MCCLXXV. tributo alio quocunque ei denegato. Charta civitatis & Nobilium quorundam obſignata ſigillis. Abbas, qua re permotus incertum, civitatem ſuam Gebvvilre latenter cepit An. MCCLXXXV. Kal. Aprilis, civiumque res & corpora confiſcavit. (*a*) Anno ſequenti Bertho'dus à Falckenſtein, Abbas Murbac. cenſum illum quadraginta marcarum perpetuâ lege ſtabilivit. Profitetur ipſe, Gebvillam ſuis temporibus in oppidum converſam eſſe. (*b*) Legem hanc Albertus Abbas An. MCCC. & ſucceſſor ejus Conradus An. MCCCIX. peculiari charta renovarunt, in qua ſcultetus cæterique ſenatus Gebvillenſis aſſeſſores nominantur. Anno MCCLXXXVIII. Bertholdus Abbas omnes è *Coſtello Gebwihre* Nobiles, quod mutuis ſe vulneribus læſerant, expulit. Sub caſtelli voce oppidum intelleXiſſe Annales Colmar. è quibus iſta proferimus, alia ipſorum loca nobis fere perſuadent. Gravem ergo Felix Malleolus (*c*) errorem erravit, quando Gebvillam, caſtrum & oppidum, juris Habsburgici fuiſſe, illoque demum commutationis pacto ad Eccleſiam Murbacenſem perveniſſe ſcribit, quod Lucernam ad Habsburgo-Auſtriacos An. MCCXCI. transtulit. Commutationis inſtrumentum, quod ſupereſt, ne quidem nomen profert Gebvillæ.

§. CL.

---

(*u*) Ita jam *Annales Colmar.* ad An. MCCLXXI. Conradus Abbas Murbac. An. MCCCX. dixit: *Das tal und die ſtatt ze Gebvilr.*

(*w*) *Lat. Belenus, Pelenus*, Germ. *Bolchen.* In Ludovici Pii Dippl. Abbatiæ Ebersheim. ubi: *Mons vetus, qui alio nomine mons Beli dicitur*; apud Martene *Theſ. Anecd.* Tom. I. col. 260. & Tom III. col. 1131. Conf. *Alſat. Illuſtr.* Tom. I. pag. 6. & Wenck *de Uſtinvvilla* pag. 6. Murbaco duabus propè leucis diſtat. Ab apice montis ad pedem ejus, ubi Abbatia Murbacenſis, octo mille paſſus ordinarii numerantur. In intervallo hoc occurrunt ſtabula vaccarum; (*Meiterreyen*) quorum unum poſitum in loco, ubi ſeptem religioſi fratres Murbacenſes ſcc. X. interfecti ab Hunnis, unde nomen *Campus occidionis.* (*mordfeld.*)

(*x*) De hoc vid. Tom. I. pag. 21. Non deſunt, qui Gebvvillam cum Gebersvvilla Mundati confundunt.

(*y*) Vinum nobiliſſimum Gebvillenſes à primo vitium ſatore *Kiderlin* vocant. Collis, qui illud profert, undique ſolem aſpicit. Vicinus ei *Saringius*, priori non multum bonitate inferior.

(*z*) Charta incipit: *Wir die burger und der Rat von der Stat ze Grevilr.*

(*a*) Verba ſunt *Annalium Colmar.* ad h. An.

(*b*) Ait enim: *Der Stat von Grevilr, di bi unſeren zyten iſt gemacht und gebuvven vvorden, und den luten, di invvendig der muren ſitzent, durch dauſſ diſelb Stat gerichert vvurden an luten und an gute.*

(*c*) In *Dialogo de Suitenſibus. Tibefaur. Hiſt. Helvet.* pag. 2.

## §. CL.

An. MCCXCIV. Abbas & Conventus Murbac. Conradus Scultetus miles, conſules & cives *villæ in Gebrwilr* quosdam ordinis Prædicatorum fratres in *villam* ſuam *Gebrwilr* invitarunt, ut Monaſterium ibi exſtruerent; (*d*) addita cautela, ut Converſi & Beginæ, extra clauſtri muros victuri, aliorum civium inſtar, Abbatiæ deberent ſervire. Villa heic pro oppido manifeſte uſurpatur. In eodem enim inſtrumento murus *Civitatis* Gebvillenſis legitur. An. MCCCX. Conradus Abbas, vallis ac civitatis Gebvillenſis privilegia renovans, debitori ſupra ſex hebdomades trium dierum ſpatium conceſſit, quo à perfecutione eſſet immunis; hocque elapſo, ſi cum actore ſuo non conveniſſet, longiorem immunitatis terminum quinque libris denariorum Baſil. redimere liceat. An. MCCCXIV. idem Conradus foreſtas, in utroque civitatis latere ad Abbatiam ſpectantes, Gebvillenſibus donavit. Recruduerunt tamen paulo poſt civium cum Abbate diſſidia; quibus obtentum, ut An. MCCCXVI. vetera ipſorum pacta juraque novis literis confirmarentur. Abbas triginta libras denariorum Baſil. ex tributo ſuo vinario (*Ungelt*) Gebvillenſibus An. MCCCXXVIII. in perpetuum conceſſit, quibus ad ſuſtinendas & emendandas oppidi ſui munitiones uterentur. (*e*) Novum caſtrum in *Gevviller* Conradus Wernherus Abbas An. MCCCXXXVIII. exſtruxit. (*f*) Intelligitur forſan illud ædificium, quod ipſi inhabitarunt Abbates atque conventuales, Murbaco quum veniſſent Gebvillam. Ortam inter curiæ dominicæ, quam Abbas Gebvillæ habuit, hubarios litem Scultetus Gebvillanus An. MCCCXCVII. decidit. Viginti quatuor hubarii totidemque manſionarii (*g*) curiæ huic adſcripti fuerunt. Numerus eorum cum deinceps multum decreverit, neque prædia Abbatis, qua debuerant, induſtria colerentur, curia dominicalis An. MCCCCXLIV. omnino ſublata eſt. Jus ſalis vendendi, quo ſinguli cives magno cum civitatis detrimento hactenus fuerant gaviſi, ſoli Magiſtratui An. MCCCCXXXVI. per Abbatem, Theodoricum ab Hus, conceſſum eſt. Tum etiam civitati reſiduam, quam ipſi debeat, pecuniam idem remiſit, ac ſexaginta, quos ex mercatibus Gebvillanis Abbas quotannis accipere ſolebat, florenos in Capitulum transtulit. Incrementa oppidi.

## §. CLI.

Ingens in vigilia S. Valentini An. MCCCCXLIV. periculum Gebvillæ imminuit, admotis ei noctu ſcalis per Armaniacos Gallos, qui ſub Delphini, Caroli VII. Regis filii, ductu Alſatiam inundaverant. Milites panico terrore commoti re infecta diſceſſerunt. S. Valentinus, cujus caput Rufaci ſervatur, in muris tum comparuiſſe creditur, ſingulari feſto celebrandus quotannis. In rei memoriam Eccleſia parochialis ſcalam hodieque cuſtodit, plicatilem & ita compoſitam, ut una alteri potuerit inſeri. Sexennio poſt Abbas & cives inter ſe de pluribus rebus iterum convenerunt: Abbatia vacante nec novum Abbatis in Gebvilla, neque aliud ejus caſtrum, invitis Capitularibus occupetur: tributa non à ſolis civibus, ſed præſente Abbatis Quæſtore ſive Sculteto accipiantur: Abbas duos porro Senatores nobiles, qui Magiſtratus civici conſeſſibus interſint, creandi jus habeat. Conſeſſus tamen iſti his abſentibus æque legitimi ſint, modo Quæſtor, Scultetus tum munere pro Abbatia defungens, vel ejus vicarius, non abſit. Gebvillenſes pariter ac cætera Monaſterii loca Abbati quid poſtulanti ſingulatim, non conjunctim amplius, reſpondeant. Abbas, uti Senatores, ita Tribunos etiam conſtituat. Civitas bis mille & trecentos florenos æris alieni, quod Abbatia contraxerat, in ſe ſolvendos ſuſcipiat. Abbas contra vectigal, quod *Pfundzoll* dicunt, ab exteris tantum, non à civibus exigat; hique denarium malum (*baſen pfenning*) per viginti annos Abbatiæ loco accipiant. Fata & jura.

## §. CLII.

Magiſtratus Gebvillenſis, præter Scultetum, qui nomine Abbatis adeſt, Conſule & ſex ſenatoribus civicis conſtat. Primi Sculteti Nobiles fuerunt, & pro ſeculi more hæreditarii. (*b*) Familia ipſorum cum An. MCCCCXX. periiſſet, Abbas è re Magiſtratus



(*d*) Conſentiunt hac in re *Annales Colmar.* ad An. MCCXCIV.

(*e*) Abbas ita: *Das ſie damit die Statt an muren. an graben, an turnen, an toren, an vvighuſern und an andern bvylten beſſern ſullent.*

(*f*) Vetus membrana Murbacenſis.

(*g*) *Hober und Mendager.*

(*b*) Wilhelmus de Ongersheim, *Schultheiſſ von Gebviller*, in Conradi Abbatis charta An. MCCCXI. teſtis legitur. Wilhelmus. *Schultheit von Gebveiler Edelknecht*, inter feuda ſua Murbacenſia An. MCCCIII. primo loco ponit: *Das Schultheiſſen thum zu Gebvvir mit allen rechten und zugehorden.* Henricus, Wilhelmi filius, An. MCCCCXII. per Abbatem inveſtitus eſt *mit dem Schultheiſſen ampt* &c. Hic gentis ſuæ ultimus fuit.

ſua eſſe credidit, ut Sculteti munus ſibi ſuisque ſucceſſoribus ſervaret, idque per hominem plebejum, qui Scultetus inferior (*Unter-Schultheis*) dicendus, pro lubitu ſuo exerceret. Johannes Færlinus hinc primus creatus eſt Scultetus inferior temporarius. Factum poſtea, ut pro Sculteto Quæſtorem (*Schaffner*) Abbas Magiſtratus præſidem conſtitueret.

Circa. Gebvilla octingentos circiter paſſus longitudinis, in latitudine vix ducentos habet. Duplici foſſa muroque circumdata fuit. Tres, quæ hodieque extant, circa An. MDXV. conditæ ſunt portæ. Quadringenti, quos continet, cives, in quatuor tribus deſcripti, è quibus ſeculo XV. finiente HIERONYMUS ille prodiit, à patria *Gebvilerus*, quem bonarum literarum apud Alſatas reſtauratorem dixeris. Ante bellum tricennale numerus incolarum duplo major fuiſſe dicitur. Præter curiam Magiſtratus, quæ An. MDXV. renovata eſt, curia quoque Nobilium Gebvillæ, uti Enſishemii, fuit. (*i*) Nobiles eam perplures inhabitarunt, plerique Abbatiæ Murbacenſis vaſalli, inter quos Stœrii, Lobegaſſii, Burggravii, Hatſtadienſes, Huſii, Ongersheimenſes, Waldneri, Reinachii, Schauenburgenſes. Wilhelmus, Craphto, Burcardus, Petrus, Bertoldus Marſcalcus, *Milites de Gebevvibre*, jam An. MCCXLIV. in charta Murbac. leguntur. Nobiles hi, ſocietate quadam inter ſe junĉti, majori paulatim omnium Alſatiæ ſuperioris atque Briſgoviæ Nobilium condemnæ ſocietati occaſionem dederunt. Tale fœdus Georgius à Maſmunſter, Abbas Murbac. cum quadraginta ſeptem Nobilibus An. MDXXXIII. Gebvillæ inivit.

Præter Eccleſiam Parochialem, tribus turribus inſtructam, Monaſterium Dominicanorum, cujus originem vidimus, una cum Præceptoria ordinis Teutonici, quæ à Ruſacenſi pendet, Gebvillæ etiamnum florent. Monaſterium fœminarum Ord. S. Dominici, quod Portam Angelicam vocant, ob negleĉtam diſciplinam abolitum, Bartholomæus Abbas Dominicanorum conſenſu, quibus ejus reditus adſcripti fuerant, circa An. MCCCCLXX. reſtituit.

## §. CLIII.

Caſtrum Gebvill. In Gebvillenſi diſtrictu, cujus decimæ omnes Abbatiæ debentur, quanquam Sultzenſi ab una & Buhelenſi ab altera parte multum coarĉtetur, tria vel quatuor caſtra extiterunt: *Hugſtein* nempe, *Angrat* & *Ungerſtein*, de quibus ſingulis mox infra. Ab his diverſum fuiſſe videtur vetus caſtellum, prope Gebvillam, quod Ungersheimenſes Nobiles à Murbacenſibus in feudum tenuiſſe, quodque Murbacenſes, cum jam deſtructum eſſet, Viſchero cuidam, civi Gebvillenſi, An. MCCCCLXXIII. commendaſſe leguntur, ut illud ſuis ſumtibus renovaret atque cum ejus bonis tam diu poſſideret, donec pecunia, in renovationem iſtam collata, ipſi reſtitueretur. (*k*)

Vici. Poſt oppidum ad vicos deſcendimus, Advocatiæ Gebvillenſi adhærentes. I. *Buhel.* Arnoldus Abbas An. MCCXVI. chartam pro Collegiata S. Amarini apud *Buhle* dedit. Abbatia Murbac. heic curiam dominicalem, forum & telonium habuit, è quorum reditibus Conradus Wernherus Abbas capellaniam D. Mariæ Magdalenæ An. MCCCXLI. dotavit. Lacus vico vicinus, *Vivarius Peregrinorum* olim dictus, quod primi Monachi Scoti ad illum confederant, qui dein mille paſſus in vallis interiora progreſſi Murbacenſe Monaſterium ad fluviolum *Murbach* condiderunt. II. *Lautenbach-Zell*, Cella prope Lautenbacum, ubi Eccleſia quoque Collegiata (*l*) ſupereſt. Conradus Abbas anno MCCCXLI. eccleſiam parochialem in *Celle apud Lutenbach* cum Capituli Murbac. menſa univit. III. *Sengern*, vicus ad Laucham amnem, retro Lautenbacum. IV. *Bergholtz*. Richardus de Lobegaſſen pro triginta marcis argenti, quas Abbatiæ commodavit, decem libras de *tallia Abbatis* in *villa Bergholtz* An. MCCLXXXI. pignus accepit. Fuit ibi caſtellum, in turri quadrangulari, ex lapide ſecto conſtructa, etiamnum ſuperſtes; quod una cum vico Bartholomæus Abbas Conrado de Hungerſtein pro octingentis florenis anno MCCCCLVI. oppigneravit. Familia nobilis à Bergholtz, cujus in chartis Murbac. ſeculi

(*i*) *Herren und Edelleutb-ſtube.* Non longe à curia civitatis.

(*k*) Charta de hoc caſtello ita: *Den ſtock und das alt Burgſtall, oben zu unſerer Statt Gebvviler, unter der Lutkilchen gelegen, ſo vor zyten die von Ungersheim inne gehebt hant und von uns zu lehen darrurt, zu buvven &c.*

(*l*) De qua in Alſatia ſacra.

ſeculi XIII. frequens mentio, caſtellum illud procul dubio exſtruxit. V. *Bergholtz-Zell*, viculus propinquus, eccleſia ſua præcipue memorabilis, quam à Leone IX. Papa conſecratam eſſe, columnæ ibidem inſcriptum legitur. Locus hic in oppigneratione quoque memoratur, de qua modo locuti ſumus. (*m*)

## §. CLIV.

Caſtri *Hugſtein*, veteris Abbatum Murbacenſium ſedis, rudera in vitiſero colle cernuntur. Ab Hugone, Luitfridi II. Comitis fratre, qui circa An. DCCCC. deceſſit, id conditum eſſe, GUILLIMANNUS (*n*) refert. Sed Hugo à Rothenburg, Murbacenſium Abbas, qui Fridericum II. Imp. in Palæſtinam comitatus eſt, auctor ejus in vetuſtiſſimo Abbatum Murbac. catalogo legitur. Bartholomæus Abbas, qui poſt triginta fere annorum regimen An. MCCCCLXXVI. in caſtro hoc obiit, duabus id turribus munivit. Jo. Rudolphus vero Abbas, è Stœriorum gente, cum Henricus de Jeſtetten, Decanus Murbacenſis, ex eo ſibi negotium faceſſeret, arcem An. MDXLII. expugnavit; quæ ab eo tempore neglecta. *Hohenrupf*, alta rupes, Abbatiæ Murbacenſi à ſeptentrione imminet. Bertholdus à Steinbrunnen, qui An. MCCLX. Abbas electus eſt, arcis hujus auctor ſcribitur. Conradus Abbas eam Stœriis Nobilibus per viginti annos in feudum dedit An. MCCCXI. ædificiis novis ac munimentis augendam. (*o*) Iisdem Stœriis An. MCCCCLXXIII. in pignus tradita eſt. Nunc pauca ejus inter abietes veſtigia reſtant.

Caſtrum Hugſtein.

Hohenrupf.

## §. CLV.

Advocatia Watvillana duobus tantum in locis conſiſtit, oppidulo *Watvveiler* & vico *Uffholtz*. Accedunt duæ veteres arces, *Herrenſpach* & *Hirtzenſtein*, quarum poſterior feudalis eſt.

II. Watvillana Advocatia.

*Watvveiler*, ad montis Vogeſiani pedes, in monticulo molliter edito, conſpicuum, Conradus II. Imp. *Waſſenwilara* nuncupavit in Diplomate An. MXXV. quo locum hunc, quem Henricus II. ipſius deceſſor, Eccleſiæ Baſilienſi quorundam inſtinctu donaverat, Abbatiæ Murbacenſi reſtituit. Gravis & diuturna abhinc inter Baſilienſem & Murbacenſem Eccleſias controverſia, quæ ut tandem An. MCXCIV. componeretur, ita conventum eſt, ut eccleſiæ Watvillenſis reditus menſæ epiſcopali adſcripti manerent, ſed Epiſcopus à Murbacenſium Abbate inveſtituram accipiat. Oppidum Watvveiler Bertholdum Abbatem, qui An. MCCLXXXV. mortuus eſt, æque ac Gebvillenſe, condidiſſe, in veteri membrana Murbac. ſcribitur. Diſſentiunt nonnihil ANNALES COLMARIENSES, (*p*) qui caſtellum *VVatvvire* & Zullisheim An. MCCXCI. inchoatum referunt. Arx Watvillenſis nulla innotefcit. Oppidulum ergo ſeu vicum, foſſis & mœnibus cinctum, heic deſignari putamus. Oppidum *VVattewilre* BURCARDUS DE FRICKA An. MCCCIII. memorat. Conradus Abbas bona cameraria ſuæ, in banno & *opido VVatzvilre* ſita, Præceptoriæ S. Anthonii Ilenheim. An. MCCCXIII. vendidit. An. MCCCLVIII. quinque Nobiles Watvillenſes jurejurando Abbati Capituloque Murbacenſi fidem adſtringunt, ſub pœna Watvilla & caſtro Hirtzenſtein exulandi, ſi fallerent.

Watvilla oppidum.

## §. CLVI.

An. MCCCLXXVI. Watvilla ſubito Anglorum impetu expugnata, centum amplius incolarum ejus trucidati, aliique plures in captivitatem abducti. (*q*) Non minorem oppido calamitatem Armaniaci Galli inundantes Alſatiam intulerunt. Abbas poſt ipſorum diſceſſum civibus, ad ſua paulatim è fuga redeuntibus, An. MCCCCXLV. tributa omnia in quinquennium remiſit, in aliud quinquennium eadem ad viginti florenos annuos reduxit; quo elapſo duplum perpetuis temporibus penderent. An. MCCCLVIII. Fridericus III. Imp. duas per annum nundinas & hebdomadalem mercatum Watvillenſibus conceſſit, ſeu conceſſas olim renovavit. Watvillam Helvetii atque Auſtriaci An.

Fata ejus.

(*m*) Charta oppignerationis ita: *Zovey darffer, mit namen, Fergholtz mit dem Slatſſiins daſelbs und Celle.*

(*n*) *Habsburg.* Lib. III. Cap. VII. pag. 131.

(*o*) Verba chartæ: *Den berg zu Hohenrupf mit dem burren, ſo darauf ſtet, das ſy uf dem berg buwen mugen nach an vierdhalb hundert marck ſilbers. Wenn ze. jar furkommen, wollen wir dann die Burg vvider koffen &c.*

(*p*) Ad An. MCCXCII. Nomen loci iidem ad An. MCLXXII. *Wadwoir* ſcribunt.

(*q*) URSTISIUS *Chron. Baſil.* Lib. IV. Cap. IV. pag. 289.

An. MCCCCLXVIII. bis occuparunt, illi quidem fecuritatis, hi vindictæ cauſa. Profectis nimirum Helvetiis, Auſtriacorum hoſtibus, Thuringus de Hallvveil, Alſatiæ Auſtriacæ Advocatus, Watvillenſes puniendos eſſe credidit, quod Helvetiis fidem juraſſent; licet coacti. Octingentis itaque armatis oppidum adortus, ſpoliavit illud, civesque, qui fuerant domi, Enfishemium captivos abduxit. Scultetus Watvillenſis cum reliquo Magiſtratu in caſtrum Jungholtz translatus eſt. Illi tandem quadringentis, hi ſeptingentis & quinquaginta florenis, ſuam libertatem redemerunt. (*r*) An. MDXXV. Ruſticorum rebellantium manus à Georgio, Murbacenſium Abbate, cæſa eſt prope Watvillam; dum ad Mullnſium aliam Auſtriaci disjicerent. An. MDCXXXIV. d. 2. Martis felix Suecorum cum Cæſareis pugna, qua mille & quingenti hoſtium cæſi, quingentique capti fuerunt, Watvillæ nomen illuſtravit. Inter captivos Sælmenſis Comes repertus eſt, Tabernarum Alſaticarum prius Gubernator; repertus etiam Baſſompierius Marchio, militis Lotharingici Dux, Merciusque Tribunus. Wilhelmus, Marchio Badenſis, vix ad Thannas evaſit. In Watvilla & Sennhemio, eodem die victori apertis, ſexcenti milites, hoſtiumque impedimenta in Suecorum poteſtatem venerunt. (*s*)

Watvillæ famam minerales aquæ auxerunt; Alſatis vicinisque, pectore & ſtomacho præſertim laborantibus, perutiles. (*t*) Nitrum, ſulphur & ferrum illas continere, experientia probat.

## §. CLVII.

Advocati oppidi.

Advocatiam Watvillenſem Habsburgi Comites in feudum, Dynaſtæ Horburgenſes in ſubfeudum habuerunt. Collectas & reliqua Advocatiæ ſuæ in Watvvilre & S. Amarini valle jura Conradus, Dominus de Horburg, Theobaldo Abbati Murbac. An. MCCXLIV. pro ſexaginta marcis argenti in decennium oppigneravit. Terminus hic nondum elapſus fuerat, quum idem Conradus eandem Advocatiam Abbati vendidit, à quo Habsburgicis in feudum obtigerat. His autem venditionem, absque ſuo conſenſu factam, improbantibus, Conradus atque Waltherus de Horburg ſubfeudum ſuum Wilhelmo de Ungerſtein, Wilhelmo de Sultze, Craftoni de Gebvviler, aliisque Militibus, invito Abbate id nunquam alienaturis, feudali quoque nexu An. MCCLVI. contulerunt. Factum hinc, ut triennio poſt Rudolphus & Gotfridus, Habsburgi Comites, *Advocatiam in valle S. Amarini & villa VVattevvilre* Abbatiæ Murbac. refutaverint; Rufacenſem Advocatiam mox Epiſcopo Argent. pariter refutaturi, uti jam ſupra oſtenſum. Abrogata Advocatia Scultetatus Watvillenſis vigere cœpit, quem Nobiles à Watvveiler Abbatiæ nomine exercuerunt, ut ejusdem vaſalli.

## §. CLVIII.

Uffholtz.

*Uffholtz*, vicus oppido Watvillenſi, à quo pendet, major & ditior, (*u*) peculiares ſuos olim Advocatos habuit, Comites Phirretenſes; qui homines proprios, ab Abbatiæ hominibus diſtinctos, ibidem habuerunt. Advocatiam à Dominis de Horburg, homines autem proprios à Wezelone de Wintzenheim & Rudolfo de Alsvvilre Ulricus I. Phirretarum Comes, circa An. MCCXL. acquiſivit; plurium unde malorum origo. Fatetur hoc ipſe Ulricus in charta, qua cum Theobaldo Abbate An. MCCXLV. reconciliatus eſt, jura ejus *in villa de Uffholtz* porro non turbare pollicitus. At ſeptennio poſt idem Murbacenſibus vicum abſtulit omnem; quem ut recuperarent, Argentinenſis & Baſil. Epiſcoporum auxilio opus habuerunt. De Advocatiæ hujus juribus cum Abbatia itidem deinceps litigavit Theobaldus Comes, Ulrici I. filius, qui trium Nobilium, quos Rudolphus I. Imp. cauſæ judices eſſe voluerat, ſententia impetravit, ut ſuæ filiæ quoque Advocatiæ in Uffholtz decernerentur capaces. Quum autem maſcula Comitum Phirretenſium propago periiſſet, Advocatia hæc cum eadem periiſſe videtur. Urſula enim, Theobaldi ex Ulrico filio neptis, quæcunque ſibi in Uffholtz jura competere contenderat, Bertholdi Epiſcopi Argent. quem arbitrum elegerant, ſententia An. MCCCL. amiſit. Capellam S. Anthonii, in viciuo monte ſitam, cum ejusdem bonis Monaſterio Murbacenſi & *Burgenſibus ville Uffholtz* Abbas Ludrenſis An. MCCCCVI. tradidit. Ulricus Stœrius caſtellum ibi proprium pro centum & triginta quinque libris denar. Baſil. Murbacenſibus An. MCCCCXXIII. vendidit. (*w*) Fridericus III Imp. nundinas,

(*r*) Bellere *Chron. Mſ.* fol. 165.

(*s*) Puffendorfius *Rer. Suecicar. Lib. VI.* §. 26. Chemnitz *Schvved. krieg in Teutſchland* Part. II. Lib. II. pag. 349. ſq.

(*t*) Tom. I. Conſpectus pag. 14.

(*u*) Ab Uffholtziis tres florenos Abbas Murbac. An. MCCCCXIX. exegit, dum Watvillenſes tantum penderent duos.

(*w*) Verba chartæ: *Das bus und hoffſtatt, hoffgraben und das gantze gefelle, ſo gelegen iſt zu Uffholtze.* Inſtrumentum Sculteti ejusdem vici An. MCCCCXXV. ædificium hoc diſerte caſtrum (*burg*) nuncupat.

nundinas, per quatuordecim dies quotannis duraturas, & mercatum hebdomadalem apud Uffholtz An. MCCCCLXXX. conceſſit. Sculteti munus, Abbatiæ feudum, Watvillenſes Nobiles Maſonianis An. MCCCCI. per hominem plebejum id diu adminiſtraturis, oppignerarunt.

Herrenfluch caſtrum.

Inter Watvillam & Uffholtz, in excelſo montis jugo, vetuſta caſtri *Herrenfluch* rudera eminus conſpiciuntur. Extruxit illud Johannes de S. Amarino, *Norrwind* cognominatus; permittente Conrado Abbate, qui montem ei in feudum contulit An. MCCCXII. Acceſſit Ulricus I. Phirretarum Comes, de quo alia ejusdem anni charta extat, (x) qua Johannem iſtum de rupe *Herfluch* hac conditione inveſtivit, ut in ea caſtrum ædificaret, quod, ſi moriretur improles, ad Murbacenſem Abbatiam perveniret. Codex feudorum Murbacenſium ſeculi XIV. Hermelinum Nortwind & fratrem ejus Burcardum de caſtro *Herfu* per Abbatem inveſtitos memorat. Ab hoc tempore nullum ejus veſtigium in chartis occurrit. Officina vitriaria, quæ ibi noſtra ætate ſubſtiterat, ſilvis fere exciſis, remota eſt.

## §. CLIX.

III. Vallis S. Amarini Advocatia.

Inter Maſonianam & Murbacenſem valles amœnas amœnior extenditur alia, quam Thannarum oppidum aperit, in duas partes diviſa. Pars anterior ab oppido Thannenſis; interior, quæ pulcherrima, à S. Amarino nuncupatur. Amarinia hæc vallis, Thura amne irrigata, pratis & paſcuis, ferriſodinis abundat & incolis. Ipſa quoque in ſuperiorem & inferiorem ſubdividitur, in quibus oppidulum, tres arces veteres & novendecim vici viculive computantur, omnes ad Abbatiam Murbacenſem ſpectantes. Thura cum Sundgoviam ab Alſatia ſuperiore diſtinguat, vallem Amariniam quoque in Sundgoviçam Alſaticamque diſtinguit. Illa caſtrum ſeptemque vicos, hæc reliqua Dominii loca continet. A potiore ſermonis initium faćturi, vallem inferiorem, & in hac S. Amarini oppidum, totius vallis caput, primum aggredimur.

Oppidum.

Oppidum S. Amarini, in medio fere vallis ſitum, Bertholdus Abbas in charta An. MCCLXXVI. jam memorat, qua Wilhelmo de S. Amarino penſionem de collecta ſua in *opido S. Amarini infra muros* promiſit. Heic Andreas à Murnhard, Conradi Wernheri Abbatis frater, hoſpitale An. MCCCXLIII. inſtituit, idque Abbatiæ Murbac. curæ & ditioni omnino ſubjecit. Cives idem, quod vicus Uffholtz, à Friderico III. Imp. privilegium An. MCCCCLXXX. impetrarunt; nundinas ſcilicet quatuordecim dierum quotannis, & hebdomadatim celebrandi mercatum. Eccleſia parochialis, S. Martino dicata, extra oppidi muros in colle ſita eſt; intra muros vero Eccleſia collegiata, cujus Capitulum Concilii Baſil. auctoritate An. MCCCCXLI. Thannas in Eccleſiam Theobaldinam translatum. S. Amarini oppido vicus adhæret *Vogelbach*, omnium civitatis jurium & privilegiorum particeps.

## §. CLX.

Caſtrum.

Oppido S. Amarini caſtrum adhæſit, quod proprio quandoque nomine *Fridburg* aut *Frideberg*, quandoque à S. Amarino nuncupatur. Turrim ejus rotundam collis peramœnus, venationi, aucupio & piſcationi valde opportunus, integram hodieque oſtendit. Nobiles de S. Amarino id tanquam Abbatiæ Murbac. feudum inhabitarunt, donec per Abbatem, mala ipſorum fide excitatum, An. MCCLXVIII. deſtrueretur. Durante caſtri obſidione Fridericus, Phirretarum Comes, plurium Nobilium ope, inducias obtinuit; quibus conventum eſt, ut " Abbas præfatum caſtrum à feſto B. „ Margarethæ, proxime venturo, uſque ad annum fervet inconcuſſum & integrum, „ intra quem terminum Hartmannus de S. Amarino Dom. Abbatis gratiam requirat, „ quam ſi obtinere non potuerit, Abbas deſtruendi vel aliter de ipſo caſtro ordinandi „ liberam habeat facultatem. „ Annales Colmar. caſtri hujus initium ad An. MCCLV. & everſionem ejus ad An. MCCLXVIII. ponunt. Everſionem, brevi poſt inducias tempore faćtam, Abbas ipſe in charta teſtatur, qua Wilhelmo de S. Amarino & ejus fratribus, in compenſationem damni, quod *in deſtructione caſtri S. Amarini* acceperant, præter decimarum vini in eadem valle partem, octoginta marcas argenti in feudum dare promiſit An. MCCLXXII. *Caſtrum antiquum* in alia hinc charta An. MCCLXXXVII. audit, qua Wilhelmus Nortwind miles & Johannes fratres, dicti de S. Amarino, jus ſuum in Abbatiam Murbac. libere transtulerunt. Ita Cuno de S. Amarino cuncta in



(x) In *Cod. Mſſ. feudorum Regim. Enſisheim.*

Abbatis manus An. MCCXCIV. reſignavit, quæ ſibi vel hæredibus ſuis "in antiquo „ caſtro, aut rupe, aut fundo ipſius caſtri, per quondam venerabilem Dominum Ber„ tholdum Abbatem evicto, deſtructo & reædificato„ competierunt. Cuno viciſſim ſexaginta marcas argenti accepit. Brevi itaque temporis ſpatio Frideburgum excitatum, everſum eſt atque reſtauratum. Uſum ejus Wilhelmus Abbas Burcardo & Hartmuto de Landſperg fratribus An. MCCCXCIX. ad vitæ dies conceſſit. (y) Seculi ſuperioris initio Leopoldus Archidux, Abbatiæ Murbac. Adminiſtrator, ſæpius hic animum relaxavit. Sueco-Vinarienſes denique An. MDCXXXVII. id igne vaſtarunt.

## §. CLXI.

Vici. Retro hoc S. Amarini oppidulum Lœwenſteinius Princeps, Murbacenſis Abbatiæ hoc ſeculo Adminiſtrator, palatiolum *Weſſerling* exſtruxit, quod vallem ab ortu intrantibus theatri inſtar è longinquo ſe offert. Vallis inferioris viculorum cis Thuram nomina hæc ſunt: *Ranſpach*, *Moſch*, *Moſchbach*, *Werſcholtz*, *Geiſhauſen*, *Altenbach*, *Goldbach*, *Neuhauſen*, *Weiler*, *Bitſchweiler*. In viculo Goldbach Monaſterium Canonicorum regular. S. Auguſtini fuit. Bitſchweiler autem ferri fodinis inclaruit. Trans Thuram in Sundgovia occurrunt: *Urbis* ſive *Orbey*, *Storckenſon*, *Molau*, *Huſern*, *Mitzach*, *Multerſbach*. De caſtro *Stærenberg* mox inter feuda agetur.

## §. CLXII.

Vallis ſuper. Wildenſtein caſtrum. In valle ſuperiore primum occurrit *Wildenſtein* caſtrum, arte ſituque munitiſſimum, ab horrida, quam coronavit, rupe nuncupatum, quod per Bollvillanos Nobiles, Comitum Phirretenſium vaſallos, initio ſeculi XIV. excitatum eſſe videtur. Ulricus II. ſane Comes Abbati Murbac. An. MCCCXII. promiſit, ſe nullum in ejus ditione caſtellum ædificaturum, imo tale quid molientes prohibiturum, niſi quod Petrus de Bollwiler liberam in *monte Wildenſtein*, quem à ſe in feudum acceperat, agendi poteſtatem habere debeat. (z) Caſtrum Wildenſtein Bollvillenſes Wilhelmo Waldnero An. MCCCLXXVII. oppignerarunt, per Phirretarum Comites primum, dein per Auſtriæ Duces inveſtiti. Inveſtituras An. MCCCCLXXVIII. MD. & MDXXXI. Codex Mſ. feudorum Reginiis Enſisheimenſis refert, in quibus omnibus Wildenſteinium *Burgſtall*, id eſt, arx diruta vocatur. Remiſſo Bollvillenſibus per Ferdinandum I. vinculo feudali An. MDXXXVI. hi Wildenſteinium, cum tertia parte vici *Odern*, Abbatiæ Murbacenſi pro mille & quingentis florenis absque conſenſu agnatorum cum vendidiſſent, illud An. MDLXXV. repetierunt, ſed fruſtra. Murbacenſes, caſtro hoc potiti, brevi illud reſtaurarunt, muniverunt. Impares tamen ei tuendo ſibi viſi ſunt Murbacenſes An. MDCXXXIV. quum omnia Suecis victoribus cederent. Hinc Jacobo Caumontio de la Force, Franciæ Mareſchallo, id permiſerunt, Ludrenſi quoque Abbatia Gallorum tutelæ jam commendata, ut à Succorum inſidiis eſſet immunis. Sed inſequenti anno Lotharingi, Cæſaris auxiliares, ſtratagemate quodam uſi, Wildenſteinium Gallis eripuerunt, idque per integrum decennium magno vallis Amarinæ detrimento tenuerunt. Lotharingis tandem illud Jo. Ludovicus ab Erlach, Vinarienſis agminis Prætor, decimo quarto Kal. Maji MDCXLIV. proditione magis, quam vi armorum, eripuit; nec multum poſt pulvere pyrio ita evertit, ut præter aditum & puteum, rupi inciſos, integrum remanſerit nihil. Aditus ille per rupem LXXII. longitudinis, novemque altitudinis pedes habet. Una ſupra Wildenſteinium leuca, ad ipſum fere Thuræ fontem, officinam vitriariam An. MDCXCIX. Murbacenſes ſtruxerunt.

## §. CLXIII.

Vici. *Greuth*, *Odern* & *Velleringen*, tres vallis ſuperioris vici inſignes, *Gerut*, *Adern* & *Veldlingen* in priſcis monumentis ſcribuntur. In his non ſolus Abbas Murbacenſis, ſed & Horburgo-Wirtembergicus Comes & Bollvillani Nobiles ſuos habuerunt homines. Tertiam partem vici Odern, quæ feudum fuit Auſtriacum, Bollvillenſes cum caſtro Wildenſtein An. MDXXXVI. Murbacenſibus vendidiſſe docuimus. Wirtenbergica jura Nortwindiis de S. Amarino in feudum collata fuerunt. Johannes Nortwind cum An. MCCCCXVI. per Abbatem turbaretur, Præfectus Montbeliardenſis cum novem vaſallis

(y) Chartæ verba hæc ſunt: *die burg S. Amarin Fridberg, mit dem geding, daſs ſie ir bröder lebtagen zu einem rechten libgeding dieſelbe burg Fridberg ſollen innehaben, nutzen und nieſſen.*

(z) Loquitur ita: *der berg Wildenſtein, den wir unſerme Obem Peter von Bolwiller, eim Ritter, gelihen han ze rechtem lehen &c.*

vaſallis Wirtenbergicis, quos in auxilium vocaverat, judicis inſtar ejus cauſam propugnavit. Bartholomæus denique Abbas "villam *Oderen* de malo denario pro quadrin„ gentis florenis à Comite Würtenbergenſi redemit. „ (*a*) Aliam ab Eccleſia Collegiata S. Amarini circa An. MCCCLVI. jam Abbas acquiſiverat partem. Caſtellum in Odern cum S. Amarini vallis Advocatia Conradus de Horburg An. MCCLIII. Murbacenſibus vendidit.

## §. CLXIV.

San-Amariniana vallis ſuos ſub Merovingis Regibus Dynaſtas habuit, quorum conſenſu S. Amarinus, à quo nomen ejus ortum eſt, cellam prope *Doroangum* condidit. (*b*) Thuram amnem ſorte Doroangum nuncuparunt veteres, uti Tolra, ex Maſoniana valle prodiens, *Olrona* dicebatur. Quomodo ad Murbacenſem Abbatiam vallis iſta pervenerit, quædam ejus ſcheda, Henrico Regi, Friderici II. Imp. filio, Abbatis nomine oblata, nos docet. Phirretenſis enim Comes, Abbate in transmarinis partibus agente, cum San-Amarinianis damna intuliſſet, trecentarum & ſeptendecim librarum æſtimata, imo & Murbacenſibus de jure, quo vallem iſtam ſibi vindicarent, litem moviſſet, Heinricus Rex A. de Girsberg, V. de Thuringheim, C. de Hadſtatt, H. de Butinheim & C. Monachum de Baſilea, rem ut examinarent, conſtituit. His inter chartas, legitimæ Murbacenſium poſſeſſionis teſtes, Caroli M. Diploma oſtenſum fuit, quo San-Amarinianam vallem "cum omni integritate, ſicut ad ipſum ſpectabat, „ in elemoſynam contulit Eccleſiæ Morbacenſi, ita quod nec ipſe, nec aliquis ſucceſ„ ſorum ſuorum, nec Dux, neque Comes, ſive Marchio, nec aliqua judiciaria ſive „ ſecularis poteſtas, in eadem valle quicquam juris in poſterum ſibi audeat vindicare, „ ſed pleno jure ad Eccleſiam pertineat memoratam. „ Carolinum hoc Diploma perditum eſt. Fridericus II. Imp. Hugoni, Abbati Murbac. pedagium in Amarini valle An. MCCXXVIII. conceſſit, revocandum ad placitum; id quod filius ejus Henricus anno ſequenti Hagenoæ quoque fecit. An. MCCCCXXVIII. Petrus ab Oſtein, Abbas, vallem omnem Henrico de Lutishofen, civi Baſilienſi, pro trecentis florenis Rhen. oppigneravit, eidemque octodecim florenorum uſuram quotannis pollicitus eſt. Jus caduci, quod in illa obtinuit, cum ſubditis nimis onerosum eſſet, communi Abbatis Murbacenſis, Comitis Wirtenbergici, Capituli Thannenſis, Bollvillani & aliorum Nobilium conſenſu An. MCCCCLVIII. ita ſublatum eſt, ut bonis caducis modicum pretium ſtatueretur, quod Dominis his tributi inſtar deinceps ſolveretur. Mineras æris & ferri Achatius Abbas in valle hac circa An. MCCCLXXX. primus aperuit.

Vallis S. Amarini facta.

## §. CLXV.

Quæ de Advocatia Watvillenſi, Habsburgi Comitibus per Abbates Murbacenſes in feudum, per Habsburgicos autem Horburgenſibus in ſubfeudum collata, ſupra annotavimus, de vallis Amarinianæ Advocatia quoque intelligenda ſunt. An. MCCLIII. Walterus de Horburg pro quadringentis marcis Advocatiam hanc Murbacenſibus vendidit, eamque, neſcio cui oppigneratam, non tantum redimere, ſed duas etiam curtes *Wickersvvihr* & *Minversvvihr* à Murbacenſibus emere pollicitus eſt, Rudolpho Habsburgico in alienatæ Advocatiæ locum offerendas in feudum. Pactum iſtud quamvis Habsburgenſibus displicuerit, novo tamen condendo dedit occaſionem, quod Abbatiæ Murbacenſi æque proficuum fuit. Ordine, quo debuit, res omnis peracta eſt. Rudolphus ſuum Murbacenſibus feudum ipſe refutavit; Horburgenſes refutarunt Rudolpho. Walterus Symon de Horburc, Walthero patre orbatus, quæ pater fecerat, per Sigmundum de Geroldseck, curatorem & avunculum ſuum, confirmaturus, "Advocatiam „ vallis S. Amarini in manus Rudolfi & Gottridi, Comitum de Habispurc, compenſa„ tione competenti recepta, libere refignavit „ An. MCCLX. Anno vero ſuperiore Habsburgici jam in Abbatis eam refignaverant manus. Hic Advocatiæ San-Amarinianæ finis.

Advocatiæ facta.

## §. CLXVI.

Tranſimus ad Murbacenſium feuda, & quæ in ipſorum territorio ſitæ ſunt, Nobilium poſſeſſiones.

Feuda Murbac.



(*a*) Verba ſunt veteris membranæ Murbac. (*b*) Conf. Tom. I. pag. 720.

Angrætt caſtrum.

Caſtrum *Angretz* trecentis ſupra Gebvillam paſſibus Murbacum eunti ad lævam occurrit, priſca Grettiorum Militum ſedes. Hi cum naſcentis Gebvillenſis oppidi civibus juſto graviores eſſent, Abbas Conradus de Staufenberg intio ſeculi XIV. caſtrum illud quidem deſtruxit, ſed & reſtaurandi ejus licentiam Johanni & Bartholo ab Angrete fratribus An. MCCCXXI. hoc pacto dedit, ut Murbacenſibus innocuum ſit, imo belli temporibus apertum. (*c*) Arcem, qualis hodie conſpicitur, nobilis quidam Suevus, Daniel Kempf, permittente Abbate circa An. MDXIV. ædificavit, ad poſteros ſuos, Kempfios ab Angrætt dictos, ad hanc uſque diem illam transmiſſurus.

Ungerſtein caſtrum.

Poſſident iidem caſtellum *Ungerſtein* ſive *Hungerſtein*, uti quandoque dicitur, in vallis Gebvillenſis ingreſſu prope oppidum. Familiæ nobili & antiquiſſimæ id dederat cognomen. Petrus & Bertholdus fratres, ac Petrus, ipſorum patruelis, dicti de Ungerſtein, in charta Murbacenſi An. MCCLIV. jam teſtes ſcribuntur. His & ipſorum poſteris Ungerſteinium per Abbates Murbacenſes in feudum collatum fuit; (*d*) ad alias paulatim familias eodem modo tranſiturum. Georgius Zund ſuo & fratrum nomine An. MDXXIX. inveſtitus eſt. Sub Rudolpho Stœrio Abbate vero, qui An. MDLXX. obiit, Rauchius à Winada, nobilis Suevus, Ungerſteinium octingentis florenis aureis ab omni Murbacenſium nexu feudali redemit. Alodium itaque factum Maria Urſula Rauchia Franciſco Joach. Zinthio à Kentzingen primum, qui An. MDCLXXXVIII. defunctus eſt, dein Cæſari Carolo Kempf ab Angrætt, maritis ſuis, id attulit in dotem. Hactenus penes Kempfios manſit.

## §. CLXVII.

Huſenburg caſtrum.

*Huſenburg*, (*e*) Huſiorum caſtellum gentilitium, tribus ſupra Gebvillam leucis ad Laucham rivum in ſaxoſo monte perſtitit, ne in ruderibus quidem hodie conſpicuum. Dietricus ab Huſe cum Johanne de Yſenheim & Jo. Ulrico de Richenwiler, cognatis ſuis, id feudi Abbatiæ Murbacenſis nomine ſe poſſidere profeſſus eſt. (*f*) Ita Schauenburgenſes, quæ ad caſtrum ſpectabant, bona nunc poſſident.

Hirtzenſtein caſtrum.

*Hirtzenſtein* bis mille circiter ſupra Watvillam paſſibus Bertholdus Abbas circa An. MCCLXV. extruxit. Helvetii cum An. MCCCCLXVIII. Alſatiam ſuperiorem vaſtarent, caſtrum hoc, abſente præfecto ejus, Lutoldo de Berenſels, fraudulenter occuparunt, ſubjectoque igne diruerunt. (*g*) Fuit pignus Watvillæ Nobilium, quibus Waltherus Abbas An. MDIV. permiſit, ut quingentos florenos mutuos rogaturi, illæſis Abbatiæ juribus, Hirtzenſteinium aliis in pignus quoque traderent. (*h*) Sed Georgius Abbas octingentos ipſe florenos An. MDXXX. Watvillenſibus numeravit, adeoque caſtrum Abbatiæ ſuæ reſtituit; quod Landenbergiis Nobilibus tamen abhinc in feudum conceſſum eſt.

## §. CLXVIII.

Feuda Waldner.

*Bervveiler* & *Bevoltzvveiler*, duo diſtrictus Watvillenſis vici, Bollvillanis primum, dein horum rogatu Waldneris à Freundſtein poſt medium ſeculi XIV. collati ſunt. Propinquum his vicis caſtrum *VVeckenthal* Hermannus Waldnerus ſua à Watvillenſibus pecunia comparavit, idque Eccleſiæ Baſilienſi An. MCCCCLVII. in feudum obtulit. Vetuſtate pridem collapſum Anaſtaſius Waldnerus, Hermanni filius, magnis ſumtibus An. MDXXII. reſtauravit, ac triplici foſſa, quatuor turribus & munitionibus aliis mire inſtruxit. Superato belli tricennalis furore, per Reinholdum à Roſen An. MDCLII. igne deletum eſt. Dimidiam caſtri *Freundſtein*, ad eosdem Waldneros ſpectantis, partem à Murbacenſi Abbatia pendere, ſupra annotavimus. (*i*)

*Stœrenburg*.

(*c*) Literæ reverſales ita: *gelobent mit diſem brieffe, daſs wir oder unſer erben niemer werden ſollent wider ir Gotzhuſs von Murbach mit unſer burg zu Angrete, gelegen vor der ſtat zu Gebvoilr, die ſie nun mit hoffe und mit allem begriff durch gnade und durch fruntſchaffe erlobet hant, voider ze buvvende, vvenne voir vvollent* &c.

(*d*) Wilhelmus de Hungerſtein inter feuda ſua Murbacenſia numeravit *am erſten minen teil an der burg zu Hungerſtein*. Codex MS. feudorum Abbatiæ Murbac. ſec. XIV.

(*e*) Vulgo *das Huſer* vel *Huſsmer ſchloſs*.

(*f*) Dietricus loquitur ita: *die burg ze Huſenburg, den vvalt, das vvaſſer, als es min vatter an mich und an min bruder bracht hat.*

(*g*) Rem pluribus enarrat Berlerus in *Chron. Mſ.* fol. 164.

(*h*) Abbas ita: *das ſchloſs Hirtzenſtein, ob unſer ſtatt Watvvilr gelegen, unſzer und unſers ſtiffts eigenthumb.*

(*i*) In Emunitate Ruf. c. pag. 87. §. CXXXIX.

*Stœvenburg*, nobiliſſimæ Stœriorum gentis, è qua tres Murbacenſes Principes prodierunt, primaria puto ſedes, bis mille paſſibus ſupra S. Amarini oppidulum, trans Thuram amnem, in monte parum elato, diu perſtiterat. Paucæ nunc ejus ſuperſunt reliquiæ. Humbertus, Stœriorum ultimus, cum An. MDXCV. exſpiraſſet, feudum hoc, uti Murbacenſia alia, Landenbergiis Nobilibus obvenit. Stœrenburg caſtrum.

## §. CLXIX.

Territorium fere clauſum componunt, quæ hactenus enarravimus, oppida, caſtra & vici. Remotiora quædam loca, Murbacenſium dominio ſubjecta, hic tranſimus ſilentio. De Heſinga in Dynaſtia Landſeriana (*l*) locuti ſumus. *Girſperg* & *Eckerich* caſtra cum vicis ſuis, *Engweiler*, *Hipsheim*, Alſatiæ inferioris vicos, & curiam dominicalem in *Scheſersheim*, Abbatiæ Murbacenſis feuda, ſuo infra loco recenſebimus. Lucerna, Helvetiorum civitas; Iſenheimenſis Dynaſtia; (*m*) Dela, Sundgoviæ oppidum, cum agro ſuo, (*n*) pluresque in diſtrictu Landſeriano vici, (*o*) antiquiſſima ejusdem Abbatiæ domania, amiſſa ſunt pridem. Habsburgo-Auſtriaci, ſumma rerum in Germania potiti, ſub ſeculi XIII. finem omnibus his quoque potiti ſunt; Murbacenſium vaſalli cum antea fuiſſent. Lucernam Auſtriaci Murbacenſibus, Auſtriacis ſeculo ſequenti Lucernenſes ipſi, Helvetico fœdere adjuti, eripuerunt. Caſtellum *Oſtein*, in Iſenheimenſi Dynaſtia ſitum, Lœwenſteinius Comes, Murbacenſium Adminiſtrator, Hoſpitalariis S. Antonii Viennenſis An. MDCC. venſidit. Obſervationes variæ.

Abbatia Murbacenſis, ut in ſpiritualibus ſedi Romanæ, ita in temporalibus Imperatori & Imperio, ſine medio fuit ſubjecta. Abbates itaque ſinguli à ſingulis Imperatoribus de ſeculari ſua poteſtate, regiæ proxima, ſuisque terris inveſtiti fuerunt. Adeſt inveſtitura Sigismundi & Friderici III. Impp. quorum poſterior An. MCCCCLXXX. Achatio Abbati permiſit, ut ab exteris, prædiorum quorundam in diſtrictu Murbacenſi poſſeſſoribus, conſueta vectigalia poſſit exigere, eaque in ſuam poteſtatem feuda recipere, quæ Bartholomæus, Achatii deceſſor, ex Abbatiæ bonis ante contulerat, quam Cæſaream inveſtituram obtinuiſſet. Datum hoc Achatio, ut damna paulatim refarciret, Abbatiæ terris per Caroli Audacis in Alſatia Auſtriaca Præfectum, Petrum ab Hagenbach, nuper illata. Vexationes ejus Abbas cum avertere non potuiſſet, recepta proteſtationis formula, juribus ſuis proſpexit. Abbas inter Imperii Principes relatus, ſuffragium in Comitiis habuit. Cenſus ejus equitibus ſex & novendecim peditibus publice alendis, centum & quadraginta octo florenorum in ſingulos menſes fuit.

## §. CLXX.

Murbacenſibus terris pauca, quæ Lautenbacenſis Collegiata poſſidet, vallis Lautenbacenſis loca ſubjungimus, ad Laucham rivum illis contigua. Dextram Lauchæ ripam Murbacenſis, Lautenbacenſes ſiniſtram occupant. In ſiniſtra quatuor vici occurrunt, *Lautenbach*, ubi Canonicorum ſedes, *Schwveighauſen*, *Linthal* & *Haſſen*. Hæc cum Advocatia Eccleſiæ ſuæ Canonici An. MCCCLXVII. ſibi compararunt pecunia. Eccleſiam enim Wernherus, Habsburgicus Comes, quum fundaſſet, Habsburgi Comites perpetui ejus Advocati manſerunt. Cum Advocatia vallis Lautenbacenſis dominium junctum fuit, exceptis tantum, quæ Murbacenſi Abbatiæ in ea competere diximus. Habsburgenſes & Advocatiam Eccleſiæ & dominium illud nobili Hadſtadiorum genti primo in feudum, dein receptis aliis viciſſim bonis feudalibus An. MCCCLXI. in proprietatem tradiderunt. Eppo & Wernherus de Hadſtatt autem ſexennio poſt omne jus ſuum pro mille & octingentis florenis in ipſum Lautenbacenſe Capitulum transtulerunt. (*p*) Lautenbacenſia.



(*l*) Vid. pag. 61. §. XCIII.
(*m*) Confer ſupra pag. 60. §. CVI.
(*n*) De hoc ſupra pag. 49.
(*o*) Vid. pag. 62. §. XCIV.
(*p*) In literis venditionis, lingua Germ. ſcriptis, Hadſtadienſes ita: *unſer theil zu Lutenbach, oberm und nidern, mit vogtey uber die ſtifft zu Lutenbach, und mit allen rechten, es ſyen lutbe, gericht, zinß, boltz, velde, vvaſſer oder vvaſſerrunß... umb achtzehen hundert guilden von Florentz.* &c.

# DYNASTIA BOLLVILLANA.

## §. CLXXI.

Bollweiler caſtrum.

Inter Enſishemium & Sulzam oppida, in Alſatiæ ſuperioris atque Sundgoviæ confinio, caſtrum *Bollweiler*, cum vico homonymo, in florida planitie comparet. Variat ejus nomen in documentis, in quibus *Bollenwyhre*, *Bollewihr*, *Bollwil*, *Poltweiler*, diverſis temporibus, ſcribitur. Primævas ejus appellationes in Periodo Francica (*q*) dedimus. E villa vicus, ex vico oppidulum, ex oppidulo caſtrum ſurrexit; vetus Bollvillanæ gentis patrimonium. Petrus & Burcardus fratres de Bollewilr oppidum ſuum Bollewilr Eccleſiæ Argent. An. MCCXCV. obtulerunt in feudum. (*r*) Ubi nunc caſtrum videmus, tunc oppidulum extitit. Alias enim foſſas, intra quas hoc ſtetiſſe legitur, non reperimus. Vicus hodiernus, qui caſtro adſidet, veteri oppidulo longe major, non uti oppidulum & caſtrum, feudalis, ſed omnino allodialis eſt.

Bollvillenſes, ut à latrociniis atque incendiis eſſent ſecuri, ſpatium iſtud, quod caſtrum occupat, medio ſec. XIII. muniviſſe videntur; pace publica reſtituta in agros redituri patentes. Oppidulum adhuc cum caſtro memorat Alberti, Epiſcopi Argent. charta, qua Bollvillanos An. MCCCLXXX. de illo inveſtivit. (*s*) Internam civitatis formam id nunquam habuiſſe videtur. Caſtrum, quod nunc extat, Rudolphus Baro, gentis ſuæ poſtremus, fine ſeculi XVI. reſtauravit. Dimidiam Bollvillæ partem Burcardus à Bollweiler An. MCCCLXXVI. Wilhelmo Waldnero Equiti pro trecentis florenis vendidit; anno ſequenti caſtrum Wildenſtein eidem oppigneraturus. Initio ſeculi XV. vero Bollvilla omnis alio venditionis pacto ad priſtinos ſuos rediit poſſeſſores. Diſtrictus *Bollenberg* prope Rufacum, ad Dynaſtiam hanc etiam ſpectans, primum Bollvillanæ gentis patrimonium cenſetur.

## §. CLXXII.

Vici.

*Feldkirch* vicum, Bollvillæ proximum, Bollvillenſes ab Auſtriacis tenuerunt in feudum. Hannemanno Grættio pro centum & quinquaginta marcis argenti An. MCCCLXVII. oppigneratus fuit. Extinctis ſeculo XV. Grættiis Auſtriaci, feudum hoc apertum arbitrati, Waldneris id contulerunt. Intellecto poſt multiplices Waldnerorum inveſtituras errore, Bollvillani vicum An. MDXXV. repetierunt. Rem Enſisheimenſe Regimen An. MDXXXII. ita decidit, ut Waldneri Grættiorum pecuniam, Bollvillani pignus acciperent. Jus patronatus Eccleſiæ de *Feltkilch* Theobaldus, Comes Phirretarum, Cunoni de Jungholtz An. MCCLXXX. in feudum contulit; poſtquam Walterus de Veltkilch miles id libere reſignaſſet. (*t*) Fuerunt ergo Nobiles, qui vici hujus nomen uſurparunt.

*Bulvershein*, olim *Wulfershein*, (*u*) feudum eſt Wirtenbergenſe, Rappoltſteiniis conceſſum, à quibus ad Bollvillanos ſubfeudum pervenit. *Ungersheim*, vici allodialis, duas partes, Reinachii Bollvillanis An. MDLIV. pro trecentis florenis vendiderunt, impetrato prius Auſtriacorum, à quibus pependerat, conſenſu. Tertia ejus pars ad civitatem Enſisheim pertinet. (*x*) Curto miles circa An. MCCXX. turrim capellæ in *Ongersheim* deſtruxiſſe, & ex ea caſtrum ædificaſſe, in Annalibus Dominican. Colmar. legitur.

*Regisheim*, vulgo *Rexen*, à Phirretarum Comitibus, nondum extinctis, ad Habsburgicos tranſiit, teſte Burcardo de Fricka An. MCCCIII. Nobilis Maſonianæ gentis feudum An. MCCCLXI. inde pro centum & nonaginta marcis argenti Stauſenſium, horumque libera ceſſione Hamanni de Reinach An. MCCCCLXXVIII. pignus evaſit. Hamanno Rinachio defuncto, Caſparus de Mœrſperg vicum An. MCCCCXCVII. iterum in feudum obtinuit. Mœrſpergenſes jus ſuum pro ſex mille & ducentis florenis in Bollvillanos, mares ac fœminas, An. MDLV. transtulerunt, ea tamen conditione, ut deficiente Bollvillana ſtirpe ad ipſos feudum rediret.

*Heimsbrunn*

(*q*) Tom. I. pag. 716. §. CXCV.

(*r*) Conradus Epiſcopus in charta ſua autographa: *dass ſtettelin von Bollewihr, als es mit den zweyen graben imbe begriffen iſt, wer liddig eigen an alle geweyde uf dann gehort.* Chartam oblationis ipſorum Bollvillenſium, die Martis poſt P. ſcha ſcriptam, exhibet Beller. in *Chron. Mſ.* fol. 377.

(*s*) En verba chartæ: *Stettlin und Siloſs Bollweile, als gelegen ſind, mit den innern und uſſern graben.*

(*t*) Charta in archivo Bulvillenſi.

(*u*) Ira charta Conradi Epiſcopi Argent. An. MCCCXXXV. qua Hanemannus de Lobegaſſe plures in banno hujus vici agros ipſi in feudum obtulit. Beller. *Chron. Mſ.* fol. 373.

(*x*) Conf. ſupra pag. 67. §. CIII.

*Heimbrsom* & *Flachsland*, duo Sundgoviæ vici, à Maſonianis Nobilibus ad Bollvillanos devenere. Rudolphus, Dux Auſtriæ, Johannem de Masmunſter de vico *Hemespurn* An. MCCCLXI. inveſtivit. Inveſtitura An. MCCCCLVIII. vico caſtrum ejusdem nominis adjungit; adjungit etiam vicum Flachsland. In hæc, aliaque feuda minora, Nicolaus Baro de Bollweiler à Ferdinando I. expectativam An. MDLIV. impetravit. Succeſſit in eis Chriſtophoro à Masmunſter, gentis ſuæ poſtremo, An. MDLXXVIII. (*y*)

## §. CLXXIII.

Apparet hinc, non uno ex fonte, nec uno tempore, Baroniam Bollvillanam prodiiſſe, ſeculorum aliquot opus. Baroniam dico, quod poſſeſſores ejus Cæſareo Diplomate in Baronum claſſem relati fuerunt, ut infra docebimus. Florimontanam (*z*) & Maſonianam (*a*) Dynaſtias pignoris nomine iidem tenuerant; id quod de valle Villerenſi & de caſtro Hohen-Kœnigsberg ſuis quoque locis oſtendimus. Hæc omnia Margaretha, Rudolphi, ultimi Baronis, filia unica, Jo. Erneſto Fuggero Comiti, marito ſuo, An. MDCXVII. attulit, ſpe non obſtante, quam Khuenius quidam in Dynaſtiam Bollvillanam ſe accepiſſe contendit. Hanc, Fuggeris Comitibus ereptam, Ludovicus XIV. An. MDCXLIX. die 19. Aprilis Reinholdo de Roſen, Weimariani agminis Majori generali, Gallicorum exercituum poſtea Legato, donavit. Reinholdus biennio poſt Alſatiæ inferioris Dynaſtiam Herrenſtein, à Civitate Argent. coemtam, Bollvillanæ adjecit. Hæres utriusque Maria Sophia, filia Reinholdi natu major, Conrado de Roſen, futuro Franciæ Mareſchallo, An. MDCLX. nupſit; unde nova Roſiorum ſtirps, hodieque florens, exorta eſt. Conradus ille, ut Bollvillenſi & Maſoniana Dynaſtiis ſecurior frueretur, Franc. Erneſto Fuggero Comiti, cujus patri ablatæ fuerant, quadraginta millia librarum pro feudis, ſexaginta pro allodiis, An. MDCLXXX. Briſaci exſolvit, additis inſuper tredecim millibus librarum; id quod Ludovicus Rex ſuo conſenſu probavit. Roſii abhinc plures per matrimonia in Burgundiæ Comitatu terras acquiſiverunt; Comitatum nempe Grammontanum, Conflandey & S. Remy Baronias, duoque Montot & Betoncourt dominia. Bollvillanam Baroniam Ludovicus XV. Marchionatus axiomate An. MDCCXXXIX. inſignivit; Roſiis primogenituræ legibus ſimul adſtrictis. Dynaſtiæ fata.

# DYNASTIA LANDSPURG.

## §. CLXXIV.

Dynaſtia hæc in modico, duarum præter propter leucarum, diſtrictu nullius non frugum generis, vini præſertim, feraci, quatuor oppida & quinque vicos, oppidis haud impares, oſtentat. Keiſersberga tamen, quam circuitus hic quoque complectitur, ad Dynaſtiam Landspurgenſem nunquam pertinuit, liberis Imperii Civitatibus olim adſcripta.

Caſtrum *Landspurg*, vulgo *Hoh - Landspurg*, altum regionis caſtrum denotans, Dynaſtiæ caput, firmitate, amplitudine & ſitu pleraque Alſatiæ caſtra ſuperavit. Triplex illud murus denſiſſimus cinxit; turres ædificiis impoſitæ munitionibus dignitatem addiderunt. Profundus ibi puteus, aqua ſemper abundans. Ex Gregoriana valle facilior ejus per gyrum aditus eſt. In arcem hanc adducti, in eaque cuſtoditi, equuleo impoſiti & occiſi ſunt facinoroſi. Præfecto caſtri (*Burgvogt*) omnes Dynaſtiæ incolæ omnibus in rebus ſuccurrere vigiliasque in caſtro agere tenebantur, Dynaſta eis alimenta præbente. Prima caſtri hujus memoria in ANNALIBUS COLMAR. An. MCCLXXXI. occurrit; ubi Advocatus Alſatiæ & Columbarienſes caſtrum Sculteti de Columbaria *Landipercb* obſediſſe, resque ejus diripuiſſe ſcribuntur. Rudolphus, Dux Auſtriæ, Rudolphi I. Imp. filius, Conrado & Walthero fratribus de Keiſerperc bona ſua in *villa Obernheringheim in caſtrenſe feodium, apud caſtrum Lanspurc perpetuo promerendum*, octennio poſt contulit. (*b*) BURCARDUS DE FRICKA An. MCCCIII. nomen *Landespurg* aliquoties exprimit. Poſtea tamen frequentius *Landsperg* dictum eſt, quæ appellatio monti potius, quam caſtro, competit. Aliud caſtrum Landsperg in Alſatia inferiore, haud procul Andlavia, nobili Landspergiorum genti originem dedit. Aliud quoque in Franconia cognomine, quod ad Schwartzenbergenſes Principes ſpectat. Noſtrum Rappoltſteiniis Dynaſtis An. MCCCLXIII. oppigneratum, & à Suecis menſe Majo anni MDCXXXIII. expugnatum eſt, tormentis quibusdam Laz. Schwendii quum eſſet munitū. (*β*) Landſpurg caſtrum.

## §. CLXXV.

(*y*) *Codex Mſ. feudorum Regim. Enſisheim.*
(*z*) Vide ſupra pag. 50. §. LXXVI.
(*a*) Ibid. pag. 64.

(*b*) Data charta Columbariæ IV. Kal. Octobr. extat in tabulario Abbatiæ Murbac.
(*β*) CHEMNITZ *Schwed. Krieg in Teutſchl.* Part. II. p. 127.

## §. CLXXV.

Dynaſtiæ autem noſtræ loca hæc præcipua ſunt.

Loca Dynaſtiæ varia.

*Wintzenheim*, (*c*) ad pedes montis, cui arx inſidet, in Gregorianæ vallis introitu, muro & portis inſtructum, centum & quinquaginta minimum focos continet. Minima incolarum pars tantum ad Dynaſtiam Landſpurgicam, major ad Keyſersbergenſem Advocatiam, cæſaream olim, nunc regiam, pertinet. Incolæ frequentibus hic Judæis permiſti. Caſtellum *Dornenburg*, aliis *Thurnburg*, quod ibidem fuit, nobili Keſſelringiorum familiæ, cujus Clebſattelii hæredes, cognomen dedit. Conradum Militem de Winſenheim inſcriptio ſepulcralis An. MCCCII. in Abbatia Pariſienſi prodit. (*d*)

*Turckheim*, è regione Wintzenhemii trans Fachinam ſitum, pro tertia ſui parte, olim dimidia, Dynaſtiæ Landſpurgenſi adhæret. De oppido hoc plura dicentur, ubi de Imperialibus Alſatiæ civitatibus agemus.

*Morſchweiler* trans montem, cui Turckhemium aſſidet, vitiferos inter colles, in charta Granvallenſi An. MCLXXIX. *Morsviler prope Turenheim*, alias *Nider-Morſchweiler* dicitur. Rathſamhauſii dimidiam ejus partem, cum jure patronatus, ab Auſtriacis in feudum tenuerunt. Altera pars Advocatiæ Imperiali Keyſersbergenſi adhæret. Judicium loci XII. viri, octo Imperiales & quatuor Landſpurgenſes, duobus cum ſcultetis, componunt.

*Ingersheim*, egregius quoque ad Fachinam, paulo infra Turckhemium, vicus, in bulla Leonis IX. Papæ An. ML. *Ingenarsheim*, (*e*) & in Burcardo de Fricka An. MCCCIII. *Ungersheim* ſcribitur.

*Katzenthal* vicus, vino præſtante commendabilis, fœminarum olim incluſorium habuit, quod Annales Colmar. ad An. MCCLXXXI. MCCLXXXVIII. & ſequentem commemorant. Prope illum vetus caſtrum extitit, *VVeineck*, *VVeinegg*, in documentis noſtris appellatum. Ulricus I. Phirretarum Comes, *caſtra Hohenuag & VVindeck cum pertinentiis eorundem* An. MCCLI. ab Heinrico, Epiſcopo Argent. in feudum accepit; (*f*) idemque duo hæc caſtra, *Hohenuac* & *VVeineck*, An. MCCLXXI. Eccleſiæ Baſil. in feudum obtulit. (*g*) Recurrunt hæc nomina in literis, quibus Phirretenſes & Auſtriaci per Epiſcopos Baſil. deinceps inveſtiti fuerunt. Per Auſtriacos Rathſamhauſius An. MCCCLXI. jam caſtrum Weineck in feudum obtigerat. Inveſtitura illorum An. MDII. everſum id tum fuiſſe nos docet. (*h*)

## §. CLXXVI.

Ammersvveyer oppidum.

*Ammersvveyer*, Romanice *Mariville*, ex villa regia, domanium Murbacenſis Abbatiæ ſeculo X. (*i*) inde ſub trifaria jurisdictione fec. XIV. oppidum evaſit. Vicum *Amersvvibe*, Dynaſtiæ Landſpurgenſi adſcriptum, Burcardus de Fricka An. MCCCIII. imo & Carolus IV. Imp. An. MCCCLX. (*l*) adhuc memorat. Oppidum ex tribus vicis, in unam civitatem coeuntibus, prognatum ferunt; unde trifariæ quoque jurisdictionis, Landſpurgenſis, Rappoltſteinenſis & Advocati Keiſersbergenſis, derivatur origo. Duæ priores Auſtriacæ domus feuda fuerunt; poſterior Imperatoris atque Imperii. Trium vicorum nomina hæc ſunt: *Ammersvveyer*, nunc oppidum, *Meyvveyer*, qui *Monnervviler* in chartis nuncupatur, & *Katzenvviler*, aliis *Katzenbach*. Minnenwiler, Ammersvillæ proximum, magna fui parte An. MCCCLXIII. cum Ammersvilla coaluit. Manſerunt tamen cum eccleſia, quæ hodieque ſupereſt, nonnullæ habitationes uſque ad An. MDIII. quo parochus Ammersvillam quoque migravit. Jus patronatus ad Alſpacenſe Monaſterium ſpectat, (*m*) quod Eccleſia omnium Sanctorum Argentorati circa An. MCCC. ei vendidit. Caſtrum in *Minnervviler* ſeu *Minnervvibe*, à Rappoltſteinenſi Dynaſta captum, Annales Colmar. ad An. MCCLXXIX. & MCCLXXXVIII. ſcribunt.

(*c*) Conf. Tom. I. pag. 735. §. CCLII.
(*d*) Hugo *Monum. S. Antiquit.* Tom. II. pag. 279.
(*e*) *Gall. Chriſt.* Tom. V. Inſtrum. col. 471.
(*f*) Berler. *Chron. Mſ.* fol. 358.
(*g*) Herro. *Geneal. Habſb.* Tom. III. num. 514.
(*h*) *Codex Mſ. feudor. Regim. Enſisheim.*
(*i*) Conf. Tom. I. pag. 708. §. CXXVI.
(*l*) Glaber *Anecdotor.* num. 232.
(*m*) Hugo *monumenta. Antiquit. ſacræ* Tom. II. pag. 303.

ſcribunt. Rappoltſteinenſes olim de hominibus in *Murrenwiller*, ex Comitum Phirretenſium ſucceſſione provenientibus, uſque ad ſeculi XVI. initium, per Auſtriacos peculiariter inveſtiti fuerunt. Vicum Katzenweiler ſemel tantum in Codice feudorum Auſtriacorum leginus An. MCCCLXI. ubi Johannes de Rathſamhauſen in ejus banno prædia quædam in feudum accepiſſe ſcribitur. Incrementa Ammersvillæ vicorum horum interitum promoviſſe, indubium eſt. Dominiorum autem mixturam inde nolim derivare. Jura ſingulorum, inter quos Ammersvilla diviſa eſt, epocham iſtam longe præcedunt. Rappoltſteinenſia inſtrumentum An. MCCXCVIII. quo Anſhelmus & Henrici duo Dynaſtæ ſuas inter ſe terras partiti ſunt; Auſtriaca ſive Landſpurgenſia BURCARDUS DE FRICKA An. MCCCIII; Imperialia, quæ ad Keyſersbergenſem Advocatum perverenunt, Diploma Caroli IV. Imp. An MCCCLX. ſupra allegatum, (*n*) aſſerunt. Carolus IV. tum Hesmanno Stamlero de Keiſerberg octo libras denariorum Baſilienſium, ex Cæſareis vici Ammerswiler reditibus quotannis accipiendas, pro centum marcis argenti oppigneravit.

## §. CLXXVII.

Jura vero iſta ita ſe habent, ut ſinguli cives Domino, cui parent, certam & invariabilem vini argentique ſummam quotannis ſolvant. Diverſæ jurisdictionis perſonæ matrimonium ſi contrahunt, qui ex eo liberi naſcuntur, conditionem & Dominum matris ſequuntur. (*o*) Civitas per Conſules & Senatores, quos ipſa eligit, regitur. His tres Sculteti accedunt, qui à ſingulis Dominis conſtituuntur. Sed & ſinguli Domini trium oppidi portarum unam in ſua poteſtate habent. In annua Magiſtratus renovatione Domini illi jure præſidii gaudent. Incluſas ex Katzenthal Ammersvillam tranſiiſſe An. MCCLXXXVIII. ibique monialium more clauſtrum ædificaſſe, ANNALES COLMAR. referunt. Jus patronatus Eccleſiæ Ammersvilhanæ Bertholdus Epiſcopus Baſil. & fratres ejus, Phirretarum Comites, Monaſterio Veldpacenſi An. MCCLI. tradiderunt. Parochus, qui Rector dicitur, quartam decimarum partem An. MCCLX. habuit, ut ex Bulla Pontificis Rom. apparet. Sed Veldpacenſes Monachi, ob incolarum paucitatem Rectore opus non eſſe credentes, Vicarium in ejus locum ſuffecerunt anno MCCXCV. impetrato prius Epiſcopi Baſil. conſenſu, atque inſignes parochi reditus ad ſe traxerunt. Hoc in ſtatu res manſit, donec Ammersvillani ipſi, numero civium aucto, parochiam in priſtinum fere ſtatum ſuis ſumptibus reſtituerunt. Jura.

## §. CLXXVIII.

*Kienſheim* oppidum, in valle, vitibus nobilibus divite, Ammersvillam inter & Keyſersbergam ſitum, ad Dynaſtiam Landſpurgenſem pertinet totum. In monumentis antiquis *Conſheim*, (*p*) *Kunsheim*, *Keinsheim*, *Kensheim*, denique *Kiensheim*, (*q*) id eſt, Cunonis villa, ſcribitur. Egisheimenſium Comitum patrimonium ad cognatos ſnos, Phirretarum Comites, inde ad Auſtriacos, Phirretenſium hæredes, Kienshemium perveniſſe creditur. Res tamen hæc dubia, quando BURCARDUS DE FRICKA An. MCCCIII. quo Phirretenſes adhuc floruerunt, vicum *Cunſin* inter Auſtriacas poſſeſſiones cum Dynaſtia Landſpurgenſi recenſet. Locus hic poſt Ammersvillam oppidi jure & forma donatus eſt. Concilii Baſilienſis tempore demum Johannes Comes à Lupſen, qui Dynaſtiam in feudum accepit, Kienshemium ſecuritatis ſuæ cauſa muris & foſſis munivit. Foſſæ hinc Dynaſtis peculiares fuerunt, donec Jo. Wilh. Schwendius eas Auſtriacis in feudum offerret. Lupſenſes enim &, qui his ſucceſſerunt, Schwendii Dynaſtæ, Kienshemii vivere ſolebant in caſtro, quod muris oppidi impoſitum cernitur. Montclarius ſeculo ſup. ibi hortos inſtituit, ex quibus, tanquam ex ſeminario, optimæ frugis furculi in reliquam Alſatiam translati ſunt. Aliud caſtellum, hoc ſorte antiquius, in oppidi fere medio, nobiles de Kienshem (*r*) inhabitaſſe dicuntur. Fridericus III. Imp. privilegiis nundinarum ceterisque, quibus oppida vicina gaudebant, circa An. MCCCCLX. Kienshemium inſtruxit. Præter Eccleſiam parochialem, ubi Schwendiorum ſepultura, Sacellum quoque, SS. Felici & Regulæ dicatum, hic extat. Leo IX. Papa eam cum curia dominicali Kiensheim oppidum.



(*n*) GLAFEY loco cit. ubi hæc verba: *Doſier voir ym einſtcaen zu rechtem pfande, vier fuder wooyngelts, uff ſand Martins tag, und acht pfund Basler pfenninge einjehr, die man nennet Hovzung geveeff, alle jar in deme dorffe Ammerswiler &c.*

(*o*) Norma hæc ſequendi matrem vulgo *die baſe hand* in illis oris dicitur.

(*p*) ANNALES COLMAR. ad An. MCCLXXIX.

(*q*) Vid. Inſcriptiones ſepulcrales Abbatiæ Pariſ. apud HUGONEM *Monum. S. Antiq.* Tom. II. pag. 278. ſq. & BERNHARDINUS Abbas Lucellenſis, *de Eccleſia S. Regulæ Kienshem.* Brundrut An. MDCLXII.

(*r*) Heſſo de Kensheim An. MCCXCVI. Cuno Armiger de Kensheim An. MCCC. apud HUGON. loco alleg.

Tigurino Ord. S. Bened. Parthenoni conceſſit, à quo venditionis pacto fine ſeculi XIII. ad Lucellenſem Abbatiam tranſiit. B. Virginis & Johannis Evangeliſtæ imagines, An. MCCCCLXVI. Sigoltzhemii ab igne ſervatæ, indeque ad B. Regulam Kienshemium translatæ, à vicinis remotisque adeuntur. Fridericus III. Imp. inſigni cum procerum comitatu An. MCCCCLXXIII. eo pervenit, locum miraculis celebrem, veneraturus. Pranſus eſt in curia Lucellenſi, quæ ad latus Eccleſiæ, pileumque Hungaricum, auro & argento pictum, in capella ſuſpendit. (*t*) Ubi Eccleſia parochialis eſt, moniales Alſpacenſes primum ſuum monaſterium habuerunt, ſub Rudolpho I. demum in vallem ubi hodie degunt, inde profectæ. Memoriam rei platea, Alſpacenſis dicta, Kienshemii ſervat.

## §. CLXXIX.

Alii vici.

*Sigoltheim*, vicus quoque major, cujus priſca nomina ſub Periodo Francica dedimus, (*t*) ad Dynaſtiam Landſpurgenſem ita pertinet, ut Rappoltſteinenſi etiam quidam ejus incolæ ſerviant. Ex incolis nimirum alii Imperiales, alii Rappoltſteinenſes dicuntur. (*u*) Priores, ex liberis Imperii civitatibus Sigolshemium translatos, (*x*) Dynaſtæ Rappoltſt. à Johanne & Nicolao Erlen An. MDXI. ſibi pecunia compararunt; poſteriores, ex Rappoltſteinenſi ditione pridem egreſſi, (*y*) ab Eccleſia Baſil. in feudum recipiuntur. Quodlibet hominum genus peculiarem ſuum Scultetum habuit. Circa liberos, ex diverſæ jurisdictionis parentibus natos, idem hic, qui Ammersvillæ, ſervandus eſt mos. Multos homines de Sigoltzheim per Rappoltſteinenſem Dominum An. MCCLXXXVII. captos atque abductos eſſe, ANNALES COLMAR. docent. Sua forte ditione illi exceſſerant in alienam.

*Lagelsheim*, vicus prope Colmariam trans Ellum, ubi magnam à Cunone de Horburg & Egelolfo de Urſelingen, inter ſe prœliantibus, An. MCLXXVIII. cædem commiſſam eſſe, *Fragmentum hiſtoricum* URSTISII (*z*) refert. Burcardi de Fricka temporibus nondum ad Landſpurgenſem, ſed ad Enſisheimenſem Præfecturam ſpectavit. Carolus V. Imp. illum ſeparatim Jacobo Villingero de Schœnenberg dedit in feudum, poſtquam Comitibus à Lupfen, Dynaſtiæ univerſæ poſſeſſoribus, numerata fatisfactum pecunia. Sed Carolus Villingerus, Jacobi filius, eundem Lupfenſibus reddidit An. MDXXIX. (*a*) In vico hoc curtem dominicam & eccleſiam parochialem cum decimis ſuis Eticho, Alſatiæ Dux, Abbatiæ Ebersheim. donavit. (*b*)

## §. CLXXX.

Fata Dynaſtiæ.

Dynaſtiam Landſpurgenſem Albertus I. Dux Auſtriæ, Brunoni, Dynaſtæ Rappoltſteinenſi, An. MCCLXXXVII. oppigneraverat. Dominium ejus directum in Leopoldum Ducem, Alberti I. filiorum natu tertium, cum brevi poſt translatum fuerit, ſubditi, novo cum Brunone pacto offenſi, tumultuari cœperunt, nonniſi reſciſſo eo ad obſequium rediturі An. MCCXCVI. Bruno anno ſequenti Dynaſtiam, ſibi oppigneratam, deſeruit. (*c*) Directo Leopoldus dominium utile junxit. BURCARDUS DE FRICKA inter Auſtriacas Alſatiæ domania An. MCCCIII. totam enumerat. Leopoldus IV. cognomento ſuperbus, alii Brunoni, Dynaſtæ Rappoltſteinenſi, mille & trecentos, qui ei debebantur,

(*t*) De his plura in BERNHARDINI libello modo allegato. (*t*) Tom. I. pag. 732. §. CCXLIV. HUGO *Monum. S. Antiquit.* Tom. I. pag. 185. & Tom. II. pag. 300. Sigoltzhemium male oppidum vocat.

(*u*) German. *Reichs leuthe* & *Rappoltſteiniſche leuthe.*

(*x*) In ſententia Magiſtratus Ammersvillani anno MCCCCXLIX. dicitur: *Welche zu Sigoltzheim geboren ſint und werdent, und deren mutter des Richs zu Sigoltzheim geweſen iſt, ſol der mutter nochſtaben und dem Rich zu Sigoltzheim dienen; und alle die nu furo gen Sigoltzheim ziehent und geboren ſint, uſſer dem Rich innerhalb der kreiſſ, die diſſite der Otterthubel, der Flindach und dem Eckenbach, ſol man doſelbeſt dem Rich zu Sigoltzheim dienen und ſtift furer, und uſſerhalb dem kreiſſ nit.*

(*y*) De his conventio Maximini de Rappoltſtein cum Sigismundo Comite de Lupfen An. MDIX. inita, ubi: *Alle perſonen, ſie ſigend wyp oder mann, die uſſ Stetten, darffern, voviern oder flecken, dem Herrn von Rapoltzſtein anhœrig geboren, ſich mit huſſeſeſſen zu Sigeltzheim nidergeloſſen hant, jetzund doſelbs wonend oder kunfftiglich nider loſſen werdent das dieſelben der Herrſchafft Rapoltſtein freyen ſollend nun hinfuro ewiglich und one widerred; mit gewerff, fluren, reiſen und allen andern burgerlichen dienſten gewerig ſin... Item es ſollen auch in ſolchem gezugden die kinder alweg der boſen bandt, das ijh den muttern nach den Herrſchafften zu Sigeltzheim dienen, in allermaſſe ſolichs mietterhalb zu Ammersvoiler gehalten iſt. &c.*

(*z*) *Scriptor. Rer. Germ.* Tom. II. pag. 85.

(*a*) *Cod. Mſ. feudor. Regim. Enſisheim.*

(*b*) *Chron. Novient. apud* MARTENE *Theſ. Anecdot.* Tom III. col. 1133.

(*c*) *Codex Mſ. feudorum Regim. Enſisheim.*

tur, florenos ex Præfecturæ Landſpurgenſis cenſu An. MCCCXCVII. conceſſit. (*d*) Leopoldus hic cum An. MCCCCXI. improlis obiiſſet, terras ejus Fridericus IV. frater natu major accepit. Friderico autem in Concilio Conſtantienſi An. MCCCCXV. proſcripto, Landſpurgum, uti alia multa, alienam in poteſtatem perveniſſe videtur. Sigismundus Imp. enim Johannem, Comitem de Lupfen, in poſſeſſione ejus anno MCCCCXXXV. confirmavit. (*e*) Facile tamen ad Auſtriacos, rerum in Imperio ſumma mox potitos, rediit, ita quidem, ut Lupfenſes Dynaſtiam, à Cæſare ſibi collatam, tanquam feudum Auſtriacum, retinerent. Philippus, Elector Palatinus, ut Advocatus provincialis Alſatiæ, cum Sigismundo Comite An. MCCCCXCIII. de hominibus in Wintzenheim & Morsvilla transegit, ita quidem, ut definiverint, quinam exterorum, in vicos hos demigrantium, Imperio, quique Dynaſtiæ Landſpurg. obnoxii ſint. (*f*) Plenariam inveſtituram Sigismundus Comes à Carolo V. Imp. An. MDXXI. obtinuit. Sigismundo patruelis ipſius ſucceſſit Georgius Comes, cum quinque fratribus, quos Ferdinandus I. An. MDXXIX. inveſtivit, caſtri & oppidorum ſibi apertura ſervata: id quod Joachimo, Georgii filio, & agnatis ſuis An. MDXLVIII. quoque obtigit. Joachimo defuncto Lupfenſes denique, feudum diutius cum retinere non poſſent, inclyto illud Viro, Lazaro de Schwendy, An. MDLXIII. venditerunt, annuente Ferdinando I. Imp. qui Lazaro novas inveſtituræ literas, imo & plenam de feudo hoc teſtandi facultatem anno ſeq. indulſit. Advocatiam Cæſaream Keyſersbergenſem pro trium millium & ducentarum librarum ſumma idem in pignus accepit, ſibique plura per illum diſtrictum comparavit allodia. Schwendiis inde Landſpurgici Baronatus axioma acceſſit. (*g*)

## §. CLXXXI.

Lazarus teſtamento An. MDLXXIX. filium unicum, Guilielmum Schwendium, ſub fideicommiſſi onere, hæredem conſcripſit. Guilielmus, maſcula deſtitutus prole, in agnatorum ſuorum detrimentum Auſtriacos induxit, ut filiam ſuam unicam, Helenam Eleonoram, feudi maſculini capacem declararent. Obtulit enim iis in feudum, quæcunque à patre acceperat, allodia, ea tamen conditione, ut ſi unquam illa Dynaſtiam amitteret, hæc apud hæredes ejus, natura ipſorum quamvis immutata, permaneant. Helena Eleonora Jacobo Ludovico, Comiti Furſtenbergico, primum, dein Nicolao Baroni à Leyen nupſit, eisque Dynaſtiam Landſpurgenſem, de qua prior nomine uxoris An. MDCXIII. inveſtitus eſt, attulit; refragantibus lineæ junioris Schwendiis, quos Lazarus filio ſuo per teſtamentum ſubordinaverat fine medio. Lineæ hujus conditor fuit Wilhelmus, Lazari frater, qui Alexandrum genuit filium; Alexander genuit Maximilianum. Huic Dynaſtia An. MDCLVI. decreto novem virorum, quos Ludovicus XIV. delegerat, vi teſtamenti illius, reddita, adeoque Leyenſibus erepta eſt. Sed qui Maximiliano ex fratre nepos ſucceſſit, Franciſcus Schwendius, eandem poſteriore Regis decreto amiſit An. MDCLXXX. quod extra Galliam viveret. Dynaſtia hæc ergo Montclario Baroni, rei militaris per Alſatiam præfecto, dono Regis obvenit. Montclario ſine maſcula prole defuncto, allodialia bona, quæ ſub certa lege Auſtriacis per Guilielmum Schwendium in feudum oblata vidimus, Leyenſibus quidem reſtituta ſunt; at Dynaſtiam ipſam in feudum iterum maſculinum Montclarii genero, Marchioni de Rebé, quæ nobilis Occitanorum familia, An. MDCXC. Rex contulit. Sed & hic triennio poſt, unicæ filiæ pater, cum deceſſiſſet, Thereſiæ Montclariæ, viduæ, & Mariæ Joſephæ de Rebé, filiæ ejus, quam Comitis du Bourg, Franciæ Mareſchalli, filius deinceps uxorem duxit, ea lege Dynaſtia conceſſa eſt, ut matri filia, & mares, ex ea naſcituri, ſuccederent. Ludovicus XIV. An. MDCCXIV. Dynaſtiam ex ejusdem Rebiæ manibus pro ſexaginta millibus librarum, quas Alſatiæ provincia ſolvit,



(*d*) Teſte charta in Archivo Rappoltſtein. in qua hæc verba: *Alſo dat wir im for dat alles draneben hundert guldin geben ſollent, und habent auch im gegunnet... dat er die von unſer luten gemeinlithe, die in unſer Ampt gen Landespurg geboren, die jetzund ſin pfandt von wes iſt, nemmen und uſhaben ſoll.* &c.

(*e*) Archiv. Civitatis Colmar.

(*f*) En verba chartæ: *Wir Philipp... bekennen .. daß wir als ein Landvogt in Elſaß um... umb die dienſt u. angebornigkeit der armen leutth, ſo von auſſen in die darffer u. gericht zu Morſchweyer u. Wintzenheim gezogen ſeind u. fürter ziehen werden, vertragen haben laſſen, alſo daß alle die leuth, ſo auß dem Stifft Straßburg auch in der Mundat mit ihrem anhang, item dem Stifft Murbach, item Munſter in S. Gregorien thal u. dergl. allen andern freyen Claſtern, wie oder wa gelegen ſein, item von der Herrſchafft Horburg, item von der Herrſchafft Rappoltſtein... item von der Herrſchafft Hattſtatt.. u. darzu auch alle freye und Reichsſtatt.. die alle ſollen dem H. Rich u. uns als Landvogt dienen. Dargegen ſollen alle die leuth auſſerhalb der vorgeſchriebenen freyen Stifften &c. von allen andern fürſtenthumben der Herrſchafft Lupffen dienen.* Datum Heidelb. die Jovis poſt S. Galli An. MCCCCXCIII.

(*g*) *Freyherr zu Hohen-Landſperg* in epitaphio Guilielmi Schwendii, in eccleſia parochiali Kiensheim. Au. MDCIX. ſepulti, legitur.

redemit, ac civitati Colmarienſi in compenſationem Prioratus D. Petri tradidit, quem Capitulo majoris Eccleſiæ Argent. in compenſationem Aulæ, ſummo Templo contiguæ, (*Brunderhoff*) quam in Collegium Patrum Soc. Jeſu & Seminarium Eccleſiaſticum idem Rex pridem converterat, traditus eſt.

## DYNASTIA RAPPOLTSTEINENSIS.

I. Præfectura Rappoltſt.

### §. CLXXXII.

Nominis origo.

Rappoltus, vir dives & nobilis, ſeculo VIII. jam nomen ſuum villæ communicavit, (*b*) quod ſucceſſu temporis quoque communicatum eſt caſtro, montis adjacentis ſummitati impoſito, nempe Rappolti petræ; germanice *Rappoltſtein*, gallice *Ribeauipierre* dicto. (*i*) Caſtra enim, rupi impoſita, majores noſtri metonymice *Petras* dixerunt vel *Rupes*. (*l*) Idem ille mons aliis duobus caſtris, ſitu, ſtructura, nomineque diverſis, conſpicuus eſt; quæ cum caſtro ſupremo formam triangularem conficiunt, & è longinquo gratum oculis ſpectaculum præbent; quæ & inter Alſatiæ memoranda ponuntur.

Caſtrum Hohe-Rappoltſt.

Summum præ reliquis ſemper tenuit principatum; Alta Rappolti Petra, *Hohe-Rappoltſtein* (*m*) dictum, ut à ceteris, ſitu & ditione inferioribus, diſtingueretur: ab eo quoque univerſa Dynaſtia ſuum nomen accepit. Magna hujus arcis antiquitas eſt, qua, ſi Ifenburgenſem & Egisheimenſem excipias, reliquas omnes Alſatiæ ſuperat. Henricus IV. Imp. turbidis diſcordiæ inter Imperium & Sacerdotium temporibus, Burcardi, Epiſcopi Baſil. fidem atque conſtantiam remuneraturus, eidem *prædium* ſuum *Rapoltſtein*, quod à patre ſuo hæreditario jure acceperat, in pago Alſatiæ, in Comitatu Henrici Comitis ſitum, An. MLXXXIV. donavit. (*n*) Rappoltſteinium ergo Ducum Franconiæ & Imperatorum, qui Salici dicuntur, patrimonium fuit, ex Egishemii Comitum, cognatorum ſuorum, hæreditate forſan comparatum. Conradus II. Imp. Henrici IV. avus, matrem habuit Adelheidem, ex Egishemii Comitibus ortam. (*o*) Rudolphus, Epiſcopus Baſil. Rappoltſteinium, quod à patre acceperat, filio ejus Henrico V. Imp. An. MCXV. reddidit, ut Advocatiam Monaſterii Fabarienſis in Epiſcopatu Curienſi acciperet. (*p*) Aſt interceſſit Pontifex Romanus, cujus opem, quo minus id fieret, Gewoldus, Monaſterii Abbas, imploraverat. (*q*) Retinuit tamen Henricus caſtrum, idque ad ſuos in Imperio ſucceſſores transmiſit, donec Fridericus I. Ortliebi Epiſcopi & aliorum precibus atque teſtimoniis inductus, illud cum *medietate ville Rappoltsvvilre* Eccleſiæ Baſilienſi reſtituit. (*r*) Tantæ antiquitatis ergo cum ſit Rappoltſteinium caſtrum, non mirum eſt ſec. XIII. illud jam appellari vetus caſtellum. (*s*) Anno MCCLXXXVII. bis obſeſſum, non captum eſt. Anshelmus enim Dynaſta cum fratri & nepotibus ſuis debitam bonorum portionem reddere noluiſſet, Rudolphus I. Imp. caſtrum *Rapoltſtein* per Colmarienſes & Keiſersbergenſes, Duce Baldeckio, hisque poſt triduum recedentibus, (*t*) ipſe mox præſens obſedit; ſed difficultate, militumque ſeditione abſterritus, re infecta diſceſſit. (*u*) Ulricus Dynaſta Carolo, Lotharingiæ Duci, & Bernhardo, Marchioni Badenſi, jus aperturæ caſtri hujus An. MCCCCXXV. conceſſit;

---

(*b*) In primis chartis, quas Tom. I. pag. 710. allegavi, *Roboldo-vilare* & *Rutpoldus-villare* locus appellatur. Apud Helvetios quoque ad Lacum Turicenſem, in peninſu'a quaſi, pervetus oppidum eſt Rapertivilla, *Rapperſchvveil*, quod Guillimannus *Helvet.* Lib. I. Cap. 4. pag. 36. priſcis Helvetiæ oppidis accenſet, à Raperto quodam, Ludovici Regis Duce, quem arcem ibi conſtituiſſe cenſet, nomen derivans. Ita Hunivilla, dimidia tantum leuca à Rappoltzvilla noſtra diſtans, ab Huno ſeu Hunone & Huna, ejus uxore, ſeculo VII. nomen accepit. Vid. ſup. pag 77.

(*i*) Veteres chartæ Rappoltſteinenſium, gallice ſcriptæ, *Robapierre* habent. Ita jam An. MCCLXXIV. LXXXII. XC. Alibi quoque *Rainbaupierre* & *Rebaipierre* legitur. Vid. Meurisse *Hiſt. des Evêques de Metz* pag. 486.

(*l*) Conf. pag. 53. not. (*y*).

(*m*) Nomine hoc primum uſus eſt Johannes Rappoltſteinius An. MCCCXX.

(*n*) Diploma ab Herrg. *Geneal. Habſb.* Tom. II. num. 189. ubi tamen anno prius datum legitur, quam in Cod. Mſ. unde Herrgottus illud deſumſit. Maiorem anachroniſmum Urstisius commiſit in *Chron. Baſil.* Lib. II. pag. 120. ubi donatio hæc ab Henrico III. Rege Rom. An. MXXXIV. facta ſcribitur.

(*o*) Vide infra Genealog. Landgravior. Alſatiæ inf.

(*p*) Diploma Henrici V. apud Herrg. loco cit. num. 194.

(*q*) Rem enarrat Urstisius loco alleg. & ex eo Joh. Goldfus *Rebuſe* Lib. IX. fol. 126. ſq. conſer. *Baſilea Sacra* pag. 178.

(*r*) Res ipſa non dubia, ſed Diploma tamen Friderici Imperatoris, quod Herrg. loco cit. num. 239. produxit, Henriciano contrariatur. In iſo enim Henricus I. (intelligitur Sanctus) Rappoltſteinium Eccleſiæ Baſil. donaſſe, Henricus III. vero abſtuliſſe dicuntur. Diploma Friderici mutilum eſt & caret æra.

(*s*) In diviſione bonorum Rappoltſteinenſium An. MCCXCVIII. Johannes ſe Dynaſtam ſcripſit *von der bohrn Rappoltzſtein, oder alten Caſtten*; errore libratii *Caſten* pro *Caſtel*. Nam Johannes Epiſcopus Baſil. Ulricum & Johannem Dynaſtas An. MCCCXLI. inveſtivit *mit der burg Hohen Rappoltzſtein, die man auch nennet alten Kaſtel*. Ita quoque ſequentes Epiſcopi. Inveſtitura An. MCCCLXXII. habet: *Caſtrum Rappoltzſteine ſuperius, in vulgari alten Kaſſel nuncupatum.*

(*t*) *Chron. Colmar.* pag. 49.

(*u*) Idem *Chron.* loco cit. & *Annales Colmar.* ad An. alleg.

conceſſit; imo Reinholdo, Urslingano Duci, illud prorſus commiſit, ſalvo tamen pacto priore. (x) Ceterum caſtrum hoc militibus de Altenkaſtel, nobili olim apud Rappoltſteinenſes familiæ, nomen impoſuit.

## §. CLXXXIII.

Caſtri inferioris, quod ab initio ſimpliciter Rupes, (*Stein*) dein *Girſperg*, appellatum eſt, tectum An. MCCLXXXVIII. exuſtum eſt fulmine. (y) Girſpergenſes ſcil. Nobiles à Rappoltſteinenſibus devicti, arcem ſuam avitam Girſperg, in valle Gregoriana ſitam, cum hac commutarunt, quod ſeculi XIV. initio factum. ANNALES COLMAR. ad An. MCCCIII. ita ſcribunt: " Domini de Girſperg caſtrum ſuum Girſperc Dom: „ Henrico de Rappoltzſtein tradiderunt tali conditione ſeu pacto, ut eis caſtrum, quod „ dicitur *der Stein* ſeu Lapis, in ſuam poteſtatem traderet. „ Pactum autem eo tempore nondum effectui datum fuiſſe, ex variis ſcriniis Rappoltſteinenſis documentis apparet. An. MCCCXVI. demum commutatio caſtrorum facta eſt, ita tamen ut Rappoltſteinenſes pro centum & quinquaginta marcis argenti reluitionis jus ſibi ſervaverint. Deficiente Girſpergenſium gente, caſtrum hoc ad Rappoltſteinios rediit. Caſtrum Girſperg.

Tertium caſtrum, quod ceteris poſterius eſt, in diviſione Dynaſtiæ, inter Ulricum & Brunonem An. MCCCLXXIII. ut & in alia An. MCCCCXIX. *caſtrum majus*; (z) alibi *caſtrum inferius*; (a) in Codice autem Mſ. Rappoltſtein. (b) *S. Ubici* caſtrum appellatur, quod capella ejus huic Divo dicata fuit, cujus rudera hodieque ſuperſunt. Integrum illud uſque ad belli tricennalis tempora ſubſtitit; duo priora fine ſeculi XVI. jam fuerunt relicta. Caſtrum inferius (*Unter-Schloß*) nunc communiter vocant. Hoc literis inveſtituræ Baſil. An. MCCCCXL. primum cum arce ſuperiore infertum legitur. Girſpergenſe vero inter feuda nunquam fuit numeratum. Bruno, vir animi turbulenti, An. MCCCXCVII. à Lamprechto, Epiſcopo Bambergenſi, caſtrum ſuperius, quam ob cauſam neſcitur, in feudum accepit. (c) Decimo quinto poſt anno Bambergenſis Antiſtes illud Michaeli Comiti de Wertheim contulit, quod Rappoltſteinii dominium ejus directum nolniſſent agnoſcere. Res ad Judicem Imperii An. MCCCCXV. delata, ſed non deciſa eſt: Rappoltſteinenſes tamen extra litem ſunt poſiti. Nec Bambergenſis ab eo tempore Baſilienſem turbavit. Caſtrum Gros-Rappoltſtein.

## §. CLXXXIV.

Rappoltſteinio caſtro ad montis radices ſubjacet primarium Dynaſtiæ oppidum Rappoltvilla, *Rappoltsweiler*, Gallice *Ribeauvillier*, quod ſeculo XIII. in oppidi formam ex vico ſurrexit. Vicum non Francica modo Periodus vidit; (d) ſed Romanas quoque habitationes indicant præſtantiſſimi nummi, apud Rappoltvillam ſubinde reperti. (e) Tres portæ turritæ oppidum in quatuor partes diſtinguunt; quæ ſingulæ ſingula oppida conſtituere; unde Rappoltvillam quatuor oppidis conſtare, communiter traditur. An. MCCLXXXIV. chorum eccleſiæ in *Rapoltzwvir* inchoatum ANNALES COLMAR. referunt. Adolphus Naſſovius, Rappoltſteinii Dynaſtis infenſus, *Rapperſchwiler* An. MCCXCIII. obſedit, vineas deſtruxit ac domos. (f) Vetus & novum oppidum, una cum vico *Oberdorf*, in hujus Dynaſtiæ diviſionis charta An. MCCXCVIII. primum memorantur. (g) Oppidum inferius ſuperiore vetuſtius eſſe hinc nobis apparet. Qui enim heic vicus notatur, oppido dein ſuperiori accrevit; iisdemque cinctus eſt mœnibus. Oppidum *Rapoltzwvir* ab oppido ſuperiore (*Obere Statt*) in charta anni MCCCXXXVIII. diſtinguitur, qua Johannes & Anshelmus, prioris poſſeſſores, in agnatos ſuos illud transtulerunt. Superius ergo recentius & ignobilius fuit inferiore, quod hoc proprie Rappoltvilla nuncupatur. Curiam in veteri oppido Rappoltzweiler Ulricus & Johannes Dynaſtæ Rudolfo, Lotharingiæ Duci, An. MCCCXLIV. in feudum Rappoltsweiler oppidum.



(x) Charta Uſeling. Ducis in Archivo Nancejano.

(y) ANNALES COLMAR. ubi *der Stein von Rappoltzſtein.*

(z) *Die groſſe Burg, die groſſe veſte Rappoltſtein.*

(a) Inveſtitura An. MCCCLXXI. habet: *Caſtrum Rappoltzſteine inferius, in vulgare Niderburg nuncupatum.*

(b) Agit de juribus Dynaſtarum ſub finem ſeculi XV. ubi fol. 71. hæc verba: *Item ob die Herrſchafft bugen will uff dem hoff oder uf den vrigen ſchleſſern, Hoch Rapoltſtein, ſant Ulrich und Girſperg, ſollen die gemeine ſchuldig ſein zu fronen und git man imen des dags 2. den.*

(c) Epiſcopus hic in ſuis inveſtituræ literis ait: *mit der veſten Hohen-Rappoltzſtein, mit allen ihren zugehörden, alſſe die von uns und unſerm Stifft zu lehen gant.*

(d) Conf. Tom. I. pag 730.

(e) An. MDCCXLV. aureus Hadriani Imp. nummus, optime conſervatus, hic inventus eſt.

(f) Verba *Chron. Colmar.* pag. 50.

(g) Chartæ verba hæc ſunt: *Rappoltſtein und der Stein, und die neue Statt, u. das Oberdorff... altern Cuſten u. die alte Statt.*

obtulerunt. (*h*) *Inferiora oppida Rappoltſteiniana ambo* charta inveſtituræ Epiſcopi Baſil. An. MCCCXLI. & alia An. MCCCLXXI. *quatuor oppida* caſtro contigua, *duo ſuperiora* & *duo inferiora, in volgari Rappoltzweiler* nuncupata, commemorant. Biennio poſt Ulricus & Bruno Rappoltivillam inter ſe partiti ſunt ita, ut duo ſuperiora illi, huic inferiora oppida traderentur. Inferiora civitas Argent. An. MCCCLXXXIX. quo grave inter ipſam atque Dynaſtas bellum exarſerat, occupavit, illæſis tamen ſuperioribus, cum quibus pacem ſervavit.

## §. CLXXXV.

Incrementor. cauſæ. Incrementa hæc Rappoltivillæ vicinos quosdam vicos paulatim everterunt. *Roggenhauſen* (*i*) infra oppidum diſtrictus cujusdam nomen eſt, qui à Rappoltivillano conſtanter ſeparatus, ſacelli & vici, à pluribus jam ſeculis deſtructi, rudera ſervat. *Ellenzweiler* Roggenhauſæ vicinum, propius oppido ſuit, (*j*) ſeculo XVI. demum ad finem properante, penitus deletum. Curiam in Ellenwiler Ita de Homberg, Friderici Comitis de Toggenburg uxor, cum oppido Lieſtal & caſtro Hœnberg, Eccleſiæ Baſil. An. MCCCV. vendidit. (*k*) Vicus ipſe nobili Alſatiæ genti, quæ periit, nomen ſuum impoſuit. An. MCCCXLVIII. Petro de Lutersdorf pro octo marcis argenti oppigneratus ille & An. MCCCXCIV. à Brunone Dynaſta redemtus eſt. Cum vico Cœnobium fœminarum Ord. Dominic. quod in eo periſtiterat, abolitum. *Altheim* vicus initio ſeculi XIII. diſparuit, (*l*) maximaque parte in vicinum Zellenbergæ oppidum translatus fuiſſe videtur.

Duces Auſtriæ & Dynaſtæ Rappoltſteinenſes An. MCCCXV. inter ſe convenerunt, in *Berckheim* & in *Rappoltzweiler* oppidis, Pfalburgeros non recipi debere; qui alterutrius ditione egreſſi. (*m*) Berghemium enim in Auſtriaca tum poteſtate erat. Oppido ſuperiori inminet caſtrum, quod quartum & poſtremum, poſtremorum Dynaſtarum ſedes fuit; & fartum tectum ſervatur. In hoc publica Lutheri ſacra anno MDLXIII. die 18. Aprilis Georgii Palmarii Stauſenſis, cui Mathias Erbius aliquot annis præluſerat, miniſterio primum peracta ſunt, ad hunc uſque diem ibidem ſervata. Nam quarta fere incolarum Rappoltivillæ pars Auguſtanæ confeſſioni addicta eſt. Judæi quoque magno numero heic vivunt, à pluribus ſeculis in tutelam recepti. Ludovicus Bav. Imp. eos Dynaſtis Rappoltſt. An. MCCCXXXI. pro quadringentis marcis oppigneravit. Sexennio poſt veneficii ſuſpecti plures illorum tumultu civium perierunt. Aquas calidas prope Rappoltivillam è terra æſtuantes, vetus tabularii Rappoltſtein. ſcheda ſec. XV. & Irenicus (*n*) præclare commendant.

## §. CLXXXVI.

Cœnobia varia. Rappoltivillæ, ut & in ejus agro, Monaſteria fuerunt plura, maximam nunc partem diruta. Unicum ordinis Auguſtiniani Cœnobium hodieque in medio oppidi ſupereſt, quod Henricum de Rappoltſtein An. MCCXCVII. auctorem agnoſcit. Subjectum eſt ei *Tuſenbacenſe* facellum, D. Mariæ dicatum, votivis peregrinationibus celebre, ſemileucæ ſpatio ſupra oppidum in eremo ſitum, quod An. MCCCXVIII. ex chartis primum innoteſcit. Ejusdem ordinis S. Aug. cœnobium virorum, *S. Nicolao de Syle* dicatum, è Tuſenbaci regione uſque ad An. MDXXXIX. fere ſubſtitit. Moniales An. MCCLVIII. Seleſtadium inde translatæ, Auguſtini cum S. Dominici ord. regulam commutarunt. Prope Eccleſiam parochialem oppidi Clara, nobilis Johannis ab Illktlch vidua, ſibi ac aliis ſui ſexus recluſis, ſub Magiſtræ diſciplina victuris, An. MCCCLII. Recluſorium, ſpatioſum ſatis, extruxit; quod ſub ſeculi XVI. initium periit, in ſtabulum abhinc converſum. Trecentis ſupra Rappoltivillam paſſibus in vallis, quæ ad D. Mariæ Fanum ducit, introitu præpoſitura Benedictino-Cluniacenſis ordinis, à S. Morando nominata, ſuperioribus bellis interiit. Bonis ejus Jeſuitæ Friburgenſes cum Monaſterio S. Morandi prope Altkircham, cui præpoſitura hæc aliquando juncta fuit, Archiducum liberalitate potiti ſunt. Eccleſia tamen etiamnum ſupereſt. Alia ejusdem regulæ præpoſitura majoris ab oppido leucæ ſpatio, in loco, quem Eberlini pratum (*Eberlinsmatt*) vocant, (*o*) nonniſi ſeculi XIV. decurſu ſubſtitit. Monachos eremitæ quidam ſuſceperunt, donec ædificium ipſum fine ſeculi XVI. everteretur. Cœnobium fœminarum ord. Domin. in *Ellenweiler*, vico deſtructo, de quo ſupra quædam annotavimus, An. MCCCLXVIII. primum memoratur in chartis. Rap-

(*h*) Tabular. Ducal. Nancej. *unſern hofe, gelegen in der alten Statt zu Rappoltzweiler.*

(*i*) Dicitur ab aliis *Regenhauſen*, de quo conf. ſupra pag. 78. §. CXX. & Tom. I. pag. 730.

(*j*) Conf. Tom. I. pag. 724. §. CCXXII.

(*k*) *Merckwuerdigk. der Landſchafft Baſel.* Part. IX. pag. 970. ſqq.

(*l*) Tom. I. pag. 714. §. CXCII. & ſupra pag. 78.

(*m*) Exſtat inſtrumentum apud Wenckeb. *de Pfalburgeris* pag. 186.

(*n*) *Exegeſ. German.* Lib. VIII. Cap. IV. pag. 307. Adi Tom. I. pag. 14. not. (*u*).

(*o*) Hinc *S. Benedictus von Eberlins-matt* vulgo dicitur.

Rappoltivillanæ præfecturæ vicus *Thannen-Kirch* attributus eſt, in monte, abietibus, unde nomen accepit, conſito; qui altiſſimo monti Tenchel ſubjacet, à Berghemio atque Rappoltivilla uno lapide diſtans. Idioma heic, ex Lotharingico & Germanico conflatum, in uſu. Rathſamhauſii locum initio ſeculi XV. Rappoltſteinenſibus vendiderunt.

## §. CLXXXVII.

II. Præfect. Gemar.

Gemaria caſtrum eſt cum oppidulo, ſitum in via regia, quæ Seleſtadio Colmariam ducit. Vicus ſeculo VIII. jam extitit; (*p*) caſtrum ſeculo XIII. conditum eſt; oppidulum ex caſtro & vico ſurrexit. Auctor caſtri Rudolphus I. Rex Rom. An. MCCLXXXVII. quo Anſelmum de Rappoltſtein, domeſticæ pacis turbatorem, uti ſupra diximus, agreſſus eſt. CHRONICON COLMAR. (*q*) rem ita deſcribit: "Poſthæc man„ davit Rex eidem Domino, (Baldeckio) ut civitates Alſatiæ congregaret, & in „ *Villa Gemer* caſtrum ligneum fabricaret. Ipſe autem intra octavam Petri & Pauli „ civitates congregavit, & caſtrum, ut ſibi imperatum, inchoavit & in brevi tempore „ conſummavit. Conſummato caſtro milites ibi reliquerunt, & ad propria redierunt. „ Acta ſunt hæc Anno Domini MCCLXXXVII. „ Pace Rappoltſteinios inter quadriennio poſt reſtituta, Hermannus, cui Gemaria obtigerat, ligneum hoc caſtrum, tumultuarium opus, firmiſſimum reddidit. Sed Adolphus Naſſovius, novis Rappoltſteinenſium motibus excitatus, poſt alias obſidiones Gemariam quoque An. MCCXCIII. per Dominum de Berckheim magnis machinis, lapides projicientibus, everti curavit. (*r*) Inde Rex ipſe "cum exercitu ad Gemar proficiſcitur; Dominus de Rapoltſtein & alii „ capti una ducuntur ... Res Dom. de Rapoltſtein in tres partes dividuntur; quarum „ una Dom. Henrico, altera filio fratris (obveniret,) tertiam ipſe in ſuam traheret poteſtatem. „ Ob id hæredes omne jus in *Gemere* & hereditatem in regiam poteſtatem tradide„ runt. „ (*s*) Manlit Gemaria in manibus regis, donec Anſelmus Rappoltſteinenſis An. MCCXCVI. captivitate ſua ſolveretur. (*t*) Reſtauratum caſtellum, incendio rurſus vaſtatum eſt, intervallo biennii. (*u*) An. MCCCXVIII. Johannes de Rappoltſtein uxori ſuæ, Eliſabethæ à Geroldseck, in curia dominica Gemarienſi dotalitium aſſignavit, annuente Ulrico, Alſatiæ inſer. Landgravio, à quo Rappoltſteinenſes, uti ipſi Landgravii à Murbacenſi Abbatia, vicum *Gemar*, qui inferior dicebatur, (*x*) ejuſque Eccleſiæ patronatum, cum curia dominica in feudum acceperant (*y*) Vicus tum nondum omuis, ſed ſuperior tantum ejus pars, novo oppidulo fuit conjunctus.

## §. CLXXXVIII.

Gemariæ fata.

Caſtrum ex allodio feudum Eccleſiæ Argentinenſis An. MCCCL. evaſit; offerente illud Johanne Bertholdo Epiſcopo. (*z*) Vectigal Gemarienſe, nuper inſtitutum, Carolus IV. Imp. An. MCCCLXXVI. aboluit. Oppidulum Bruno Dynaſta Henrico de Mullenheim An. MCCCXCV. punica fide oppigneravit, anno ſequenti, quod contraxerat, pactum everſurus. Hinc bellum cum Argentinenſibus, qui civem ſuum juvabant, enatum, Gemaria viginti dierum cincta obſidione. Res denique Auſtriæ Ducis, Berghemium delati, auxilio compoſita eſt. (*a*) Vix autem tempeſtas hæc tranſierat, cum ab iisdem Argentinenſibus, ſed aliam ob cauſam, novum Gemariæ immineret periculum. Maximinus, Brunonis filius, plures in caſtellum hoc Nobiles, quos inter Hohenſteinius Vicedominus, receperat, qui pro ſeculi illius more vicinos rapinis vexabant. Argentinenſibus, Epiſcopo & civibus, Baſilienſis Epiſcopus, Colmarienſes item ac Seleſtadienſes acceſſerunt, qui omnes menſe Februario An. MCCCCII. Gemariam, audaciæ receptaculum, ad deditionem compulerunt. Intercedente Ruperto, Rege Roma-

(*p*) Vid. Tom. I. pag. 722. §. CCXVI. Eccleſiam in *Gemare*, in *Winzenheim* &c. Otto I. inter Curienſis Epiſcopi bona recenſet An. DCCCCLIII. Charta anecd. Erſteinii data.

(*q*) URSTISII *Scriptor. Germ.* Part. II. pag. 49.

(*r*) CHRON. COLMAR. pag. 51. Male & confuſe rem hanc enarrat KOENIGSHOVIUS *Chron. Alſat.* Cap. V. §. CXVIII.

(*s*) Ibid. pag. 52. ſq.

(*t*) ANNALES COLMAR. ad hunc An.

(*u*) Idem An. MCCLXXXVIII.

(*x*) *Niderdorf.* Eccleſia hujus vici in charta An. MCCCLXIII. *die niedere kirch zu Gemar* dicitur. Hæc Ulrico, Brunoni vero *die burg und Statt Gemar*, tum obtigit.

(*y*) Ulricus Landgravius in charta archivi Murbac. An. MCCCXXXVII. ait: *Hant ouch von diſem unſerme Herren* (Conrado Wernhero, Abbate Murbac.) *und von ſiner Gotshuſs zu leben Gemer das dorff mit vovinge und banne u. dem Kirchenſatze in demſelben dorff, das hant die von Rapoltzſteine von uns zu leben.* Ludovicus Landgravius in charta Rappoltſt. An. MCCCLIV. ita: *der edel mann Joh. von Rappoltſteine von uns u. von unſerer Lantzgraveſchafft zu lehen hat Gemer das dorf u. den dingbof in demſelben dorf.*

(*z*) Charta Bertholdi Epiſcopi: *die burg zu Gemar u. den vordern u. den hintern boff, mit allem begriff, ſin eigenlich gut.*

(*a*) HERTZOG. *Chron. Alſat.* Lib. III. Cap. IV. bellum hoc male ad An. MCCCXCI. refert.

Romanorum, idem Maximinus Dynaſta cum Bernhardo, Marchione Badenſi, pacem caſtrenſem An. MCCCCVI. iniit, qua caſtrum & oppidulum Gemar omni tempore ei apertum fore promiſit. Imo Bernhardo illi dimidia caſtri pars brevi poſt oppigneratа eſt. Paci fœdus additum An. MCCCCXXIII. quo Bernhardus Rappoltſteinium & Gemariam caſtra ſuis copiis & apparatu ſuo militari quavis neceſſitate tueri ſpopondit. Marchio pignus ſuum circa An. MCCCCXX. in Reinholdum, Ducem Urslingenſem, & quinquennio poſt in Carolum, Lotharingiæ Ducem, transtulit, à Jacobo, Bernhardi filio, reluendum. Facta reluitio, poſtquam Lotharingus id per vicarios ſuos, Metenſem & Tullenſem Epiſcopos, Schmaſmanno Rappoltſteinenſi ea tradidiſſet conditione, ut ſibi jus aperturæ ſalvum maneret, poſtque lex, quam Schmasmannus monitus fuerit, hebdomades pignus ipſe recipere poſſet. Jacobus Badenſis, portionem hanc, à Lotharingo An. MCCCCXXXIV. redemtam, Henrico Begero de Geiſpolzheim iterum oppigneravit. A Geiſpolzhemiis denique ad Rappoltſteinenſes An. MCCCCLXXI. rediit, numeratis Marchioni Badenſi ter mille florenis, pro quibus forte huic fuerat conceſſum. Rappoltſteinii, æſtivum Gemariæ tempus tranſigere ſoliti, caſtrum hoc *Molckenburg*, ignota nominis origine, appellarunt. Egenolphus Gemariam Mariæ Erbacenſi An. MDLXXII. & Eberhardus Agathæ Solmenſi An. MDCXXIV. uxoribus ſuis, dotalitium conſtituerunt.

## §. CLXXXIX.

Vici. Ad Præfecturam Gemarienſem pertinent quinque vici:

*Illhenſern*, ſeculo XVI. demum à piſcatoribus nonnullis ad Ellum conſtrui cœptus, jure civitatis apud Gemarienſes fruitur.

*Heidolsheim*, (*b*) *Muſig & Breitenheim*, feuda Auſtriaca fuerunt; Rathſamhauſiis primo, dein & Mœrſperg-enſibus collata. Jacobum & Johannem à Rathſamhauſen fratres Rudolphus Dux An. MCCCLXI. Sigismundus Auſtriacus Caſparum de Mœrſperg & Mauritium à Rathſamhauſen ſimul de illis inveſtivit An. MCCCCLXXX. Tum vero vicus Breitenheim, neſcio quo caſu, in villam redactus fuerat, ex qua hodie nil niſi capella ſupereſt, quam parochus in Muſich procurat. (*c*) Ager ejus Baldenheimenſi contiguus. (*d*) Mœrſpergenſes ſolos, absque Rathſamhauſiis, An. MDXXXVIII. inveſtitos reperimus. Ab illis tandem Eberhardus de Rappoltſtein Heidolshemium atque Muſig, & quæ ex Breitenhemio reſtabant, An. MDCXIII. coemit. Eccleſiam in Breitenheim Otto I. Epiſcopo Curienſi, cui cum Gemarienſi & aliis ablata fuerat, An. DCCCCLIII. reſtituit. (*e*)

*Onenheim*, (*f*) Henricus de Rappoltſtein per Eliſabetham, Burckardi de Geroldseck filiam, uxorem ſuam, cum Berghemio An. MCCCI. acquiſivit. Debebantur ei centum & quadraginta marcæ argenti à ſocero, qui cum eas ſolvere non poſſet, vicos hos genero tradidit, ab Alberto I. Rege Rom. & Imperio ſibi nuper oppigneratos. Onenhemium Rappoltſteinenſes medio ſec. XV. Henrico Meye, Dietrici Rathſamhauſii à Lapide affini, oppignerarunt; ſub quo Jacobus de Hohenſtein, vanas belli cauſas commentus, vicum hunc expilavit. Inde ad Walbachios Nobiles pignus mille & ducentorum florenorum tranſiit, hisque id tenentibus Abbatiæ Murbac. per Rappoltſteinenſes An. MDVII. in feudum oblatum eſt.

*Jebsheim*, (*g*) Eberhardo de Rappoltſtein Reinboldus Wezelius An. MDCXIII. vendidit. Si vicum in ſedecim partes dividas, tres ad Berghеimenſes Nobiles, reliquæ ad Dynaſtiam Rappoltſtein. ſpectant. Vicus in Alſatia licet ſuperiore ſitus, Equeſtri tamen inferioris Alſatiæ judicio paret. Berghеimenſes ibi caſtellum inhabitant.

Marca Gemar. Inter Gemariam, Seleſtadium, Onenheim, Elſenheim, Muſig, Berghemium atque Colmariam lata planities eſt, (*b*) paſcendis pecoribus apta, cujus uſus quatuor oppidis Rappoltsvillæ, Gemariæ, Berghemio & S. Hippolito, tribusque vicis Onenheim, Elſenheim

(*b*) De hoc jam Tom. I. pag. 725.
(*c*) Abbatiſſa Erſtein. Rudolfo de Vegersheim An. MCCCXCII. in feudum dedit *nouen buben, die do gelegen ſint zu Muſiche by Bregtzenheim* &c.
(*d*) Ex his corrige, quæ Tom I. pag. 718. §. CCII. de Breitenhemio dicta ſunt.
(*e*) Diploma anecdot. Erſteinii ſcriptum.
(*f*) Conf. Tom. I. pag. 728. §. CCXXXVI.
(*g*) Vid. ibid. §. CCXXVI.
(*b*) Dicitur *Marck, gemein Marck*; unde Gemar appellationem ſuam accepiſſe quidam conjiciunt.

Elfenheim & Orfchweiler communis. (*i*) Jurisdictio vero foli Dynaſtiæ Rappoltſteinenſi competit, quæ judicio, quotannis in Illheufern inſtituendo, lites dijudicat, & fingulos paſtores novo jurejurando obſtringit. (*l*) Singulis ſeptenniis tractus illius fines luſtrantur à ſociis. (*m*) De jurisdictione iſta cum Lotharingiæ Ducibus, oppidi S. Hippoliti poſſeſſoribus, ante Suecorum in Alſatia adventum, non ſemel, conflictati ſunt Rappoltſteinenſes.

## §. CXC.

III. Præf. Bergheim.

*Bergheim*, (*n*) inter Rappoltivillam & S. Hippoliti oppida ad inferioris Alſatiæ confinia & Vogeli radices ſitum, cum duobus vicis *Rorſchweyer* & *Rodern*, peculiarem per aliquot jam ſecula Toparchiam conſtituit.

Bergheim vicus.

Vix ullum in Alſatia locum reperies, qui per decurſum ſeculorum tot expertus ſit dominos, quot vidit Berghemium. Seculo VII. vir quidam nobilis, Hagio dictus, maximam Berghemii partem Monaſterio Mediano (*Moyenmoutier*) donavit. (*o*) Eccleſia loci, monaſterio huic pariter ſubjecta, Epiſcopo Baſilienſi deinceps pro caſeis aliquot in pignus tradita eſt. (*p*) Reliqua Conradus, Hermanni, Alemanniæ & Alſatiæ Ducis, pater, ab Ottone I. callide obtinuit, Monaſterii Abbate non conſentiente. (*q*) Recuperavit hic Berghemium An. DCCCCLXIV. opitulante Gerhardo, Epiſcopo Tullenſi, ſed idem Hermannus Dux An. DCCCCLXXVII. denuo invaſit, ac Lugoldo cuidam, compatri ſuo, conceſſit. Tentata hinc ſæpe per Medianenſes ejus receptio, quæ ſub Henrico II. Imp. demum facta cum fuiſſet, Bertholdus, Epiſcopus Tullenſis, doloſe rurſus, quod anno ſuperiore reſtitutum fuerat, Monachis abſtulit. (*r*) In *Tulleyſium Epiſcoporum Actis* (*s*) de Bertholdo hoc ſcribitur: " Ipſe reimpetravit ab eodem Impe„ratore (Henrico II.) reddi Eccleſiæ ſuæ villam, in Halſacio ſitam, quæ vocatur „ Berchem, & theloneum & diſtrictum minæ. „ Neque Tullenſes id quietius, quam Medianenſes poſſederunt. Pipo, ſecundus à Bertholdo, qui locum acquiſivit, Epiſcopus, " curtem Tullenſis Eccleſiæ juri debitam, Bercheim nomine, honore quondam & fru„galitate opinatiſſimam, quam per fideles Regis (Henrici IV.) amiſerat, multis ante „ vitæ ſuæ terminum Eccleſiæ reſtituit per quinquennium. (*t*)

## §. CXCI.

Fata ſec. XII. & XIII.

Pergunt Medianenſes cum Tullenſibus certare, donec Innocentius II. Papa, re cognita, *curtem Bercheim* An. MCXXXII. poſteriori Eccleſiæ confirmavit, variis Regum & Imperatorum, quas Epiſcopus produxit, chartis inductus, quas vero HUMBERTUS BELHOMME (*u*) non ſine juſta ſuſpicione ſpurias fuiſſe judicat. Retinuit tamen Monaſterium vineas apud *Bercheim*, & cortes & decimas dominicatorum Epiſcopi Tullenſis, quas idem Innocentius Papa An. MCXL. ei adſcripſit. (*x*) Odo Epiſcopus omne jus ſuum in *curia de Berckem* An. MCCXXV. Matthæo, Lotharingiæ Duci; *terram Berckeim* Matthæus Dux Philippo de Gilbevillari, & hoc defuncto, Hugoni Comiti Lutzelſtein. An. MCCXLVI. in feudum contulerunt. (*y*) Apparet hinc, deceptum eſſe JAC. WIMPHELINGIUM, (*z*) ubi Helwigem, Gerhardi Comitis Egisheim. filiam, Berghemium Eccleſiæ Argent. An. MCVIII. donaſſe ſcribit. Corruptum ille donationis exemplum vidit. (*a*) *Villa Bercheim* in Dynaſtarum Rappoltſt. manibus An. MCCLXXXVII. fuit. Rudolphus I. cum Anshelmo, uti ſuperius dixi, (*b*) bellum gerens, illam igne juſſit vaſtari. (*c*) Et Berghemium, & duo, qui ad illud pertinent, vici An. MCCXCIV. inter Dynaſtiæ Rappoltſt. loca, Anshelmo huic ſubdita, memorantur. Sed contigit mox, ut Berghemium Imperatoribus ſine medio ſubjiceretur. Albertus I. enim, tanquam Rex Rom. illud cum vico Onenheim Burcardo de Geroldseck An. MCCCI. oppigneravit. Cum Gemaria forte, quam Adolphus Naſſovius, Alberti deceſſor,



(*i*) Hi omnes, paſtus jure gaudentes, *Marckgenoſſen* vocantur.

(*l*) Dies ille *Marck-Schwoertag* nuncupari ſolet.

(*m*) *Der gemeinen Marck vomitt.*

(*n*) Cum alia in Alſatia ſint Berghemia, hoc ſuperius (*Ober-Bergheim*) dicitur. Adi etiam Tom. I. pag. 729. §. CCXXXVIII.

(*o*) BAYONI *Hiſtor. Mediani Monaſt.* pag. 110.

(*p*) Ibid. pag. 176.

(*q*) Ibid. pag. 180.

(*r*) Ibid. pag. 206. ſq. Conf. BENOIT PICART *Hiſt. de Toul* pag. 345.

(*s*) In MARTENII *Theſ. Anecdot.* Tom. III. col. 1005. CALMET *Hiſt. de Lorraine* Tom. I. *Preuves* pag. 16c.

(*t*) MARTENE libro alleg. col. 1011.

(*u*) *Hiſtor. Mediani Monaſt.* pag. 282. ubi Bulla quoque Innocentii II. legitur.

(*x*) Ibid. pag. 287.

(*y*) Ibid. pag. 284.

(*z*) *De Epiſcopis Argent.* pag. 47. & cum eo LAGUILLIUS *Hiſt. d'Alſace* Tom. I. pag. 190.

(*a*) Conf. ſupra pag. 73. §. CXII.

(*b*) Pag. 108.

(*c*) ANNALES COLMAR. ad An. MCCLXXXVII.

Rappoltſteinenſibus abſtulerat, (*d*) commutatum fuit. Geroldseckius vicum utrumque genero ſuo, Henrico de Rappoltſtein, eodem, quo eos acceperat, anno commiſit; id quod de Onenhemio jam ſupra annotavimus. Berghemium tamen brevi poſt ab Alberto I. redemtum & Auſtriacæ genti traditum videtur, quod Leopoldus Dux, Alberti frater, quadraginta marcas argenti, ex Bergheimenſis Dominii cenſu quotannis percipiendas, Anſelmo de Rappoltſtein, ſuo in Egisheim Præfecto, An. MCCCVIII. aſſignavit; quod Friderici, Auſtriæ quoque Ducis, conſenſu anno ſequenti roboratum. Anſelmus hic ſine dubio Auſtriacis Berghemii ceſſione gratificari voluit, indignantibus agnatis ſuis, qui ſibi, non illis, locum deberi crediderunt; teſte charta tranſactionis, inter Rappoltſteinenſes An. MCCCIX. initæ. Neque infeliciter hi jura ſua propugnarunt.

## §. CXCII.

Bergheim oppidum.

Henricus Dynaſta, Henrici VII. ad Imperium electione animoſior factus, Berghemium facile recuperavit, utque illo ſecurior frueretur, non tantum munitionibus inſtruxit, ſed & Imperatori atque Imperio An. MCCCXII. in feudum obtulit. Cæſar inveſtituram ſimul & licentiam conceſſit, ut vicum omnino in oppidum converteret, idque mœnibus ac foſſis muniret. Verba ejus hæc ſunt: " Reſignationem ville in „ Berckeim cum pertinenciis ſuis... ſibi titulo proprietatis, ut aſſerit, pertinentis, „ ab eo recipere, & ipſam villam cum eisdem pertinenciis ſibi & ſuis heredibus in „ feodum conferre de benignitate regia dignaremur... Inveſtientes ipſum more ſolito „ de eadem, ex uberiore dono gracie ſibi concedentes, quod ipſe ibidem oppidum „ conſtruere poſſit, ac muris ipſum fortificare valeat & ſoſſatis... nec non remittentes „ eidem omnem culpam, ſi quam commiſiſſet, eo quod idem & ſui villam ipſam „ antea in oppidum conſtruere inceperunt. &c. „ Sed non obſtantibus his mira fatorum inconſtantia contigit, ut anno proxime ſecuto Henricus & Johannes de Rappoltſtein Berghemium Auſtriacis venderent; cujus venditionis formula quidem non ſupereſt, at ſupereſt inſtrumentum, quod omnem rem extra dubium ponit. (*e*) An. MCCCXIV. Auſtriaci *civitatem Bergheim* cum omni valle Vilerenſi Henrico de Mullenheim vendiderunt, ſed ita, ut redemtionis jus ſibi ſervarent. Jus hoc eodem anno in Johannem, Epiſcopum Argent. pro tribus millibus marcarum argenti transtulerunt, ac Mullenhemio literis, Sufelshemii datis, injunxerunt, ut omnia, quæ modo emerat, recepta ſua pecunia, Epiſcopo redderet. (*f*) Annum, quo Berghemium ad Auſtriacos revocatum, ignoramus; at novimus, illud Hatſtadiis An. MCCCLXXII. pro quatuor millibus flor. ſupra mille & quadringentas marcas argenti fuiſſe oppigneratum. Jac. à Koenigshoven (*g*) obſidionem oppidi refert, per Ducem Lotharingiæ An. MCCCLXXIV. fruſtra ſuſceptam, poſtquam vallem Vilerenſem hoſtis peragraſſet. Cauſa belli Mullenhemiis, Lotharingiæ olim infeſtis, adſcribitur. Expugnavit quoque Lotharingus S. Hippoliti oppidum, Argent. Eccleſiæ tum parens; ſed Berghemium capere non potuit, magna licet armatorum manu ſtipatus, id quod non exiguam civium & munitionis illius ævi firmitatem oſtendit.

## §. CXCIII.

Fata reliqua.

Bergheimenſes, variantis toties dominationis pertæſi, anno eodem, quo Hatſtadienſem ſubierunt, ab Auſtriacis ſtipulati ſunt, ne oppidum ſuum, proxime redimendum, pignoris, aliove nomine, ulli deinceps traderetur. Imo pecuniam, Hatſtadiis debitam, ipſi collegerunt An. MCCCLXXV. ſeque adeo dominio, ſuumque Principem ære liberarunt alienis. Duravit hæc Berghemii felicitas uſque ad An. MCCCCXLVIII. quo Albertus Prodigus, Friderici III. Imp. frater, Jacobo, Marchioni Badenſi, pro quatuor millibus flor. Rhen. illud oppignerarit; majorum ſuorum factis magis, quam promiſſis inſiſtens. Jacobi Marchionis filius, Carolus I. cum à Friderico Victorioſo, Electore Palatino, captus fuiſſet, pignus hoc pro æquali pecuniæ ſumma, redimendæ libertati in Henr. Begerum de Geiſpoltzheim An. MCCCCLXII. transmiſit. Rediit ad Badenſes per Oſwaldum, Thierſteinii Comitem, qui vicinum caſtrum *Hoh-Kanigsburg* ſimul ab Auſtriacis tenuit An. MCCCCLXXX. Sexennio poſt Sigismundus Archidux Berghemium, à Chriſtophoro Marchione, Caroli I. filio, receptum, Wilhelmo, Dynaſtæ Rappoltſteinenſi, quatuor mille flor. pignus denuo conſtituit, permiſitque, ut caſtrum ibi exſtrueret, ſex mille florenos in illud expenſurus, quos cum priore ſumma aliquando repeteret. Caſtrum tamen hoc exſtructum fuiſſe non liquet. Liberavit pignus Maximilianus I. An. MCCCCXCV. Bergheimenſibus iterum tria millia florenorum ipſi commodantibus. Ita Dominium hoc, toties alienatum, penes Auſtriacos tandem

(*d*) Conſer ſupra pag. 111.

(*e*) Apud Wenckeb. *de Pfalburg.* pag. 186. ſq. ubi Leopoldus Dux ita: *Gelobent, vnat gütter die vorgenantten kint von Rappoſtein.. an Berckheim u. andrwwo in woſern darfern u. bennen bandt, die mit dem Kowſe umb Berckheim u. das dazu horet, nüt begriffen ſint, et ſindt zinſe... das ſy das &c.*

(*f*) Chartular. membran. Argent. num. 233.

(*g*) *Chron. Alſat.* Cap. V. pag. 116.

tandem remanſit, donec omnis per Suecos & Gallos noſtros Alſatiæ ſtatus immutatus fuit. Oppidum Guſtavus Hornius, Seleſtadium obſidens, An. MDCXXXII. occupavit; quæ Imperii mutatio novam Dominorum ſeriem, variis ex Ordinibus conflatam, Berghemio attulit. Primus eorum Naſſoviæ Comes erat, Weimarienſis exercitus legatorum unus, cui à Ludovico XIII. Dominium hoc virtutis præmium An. MDCXXXIX. obtigit; qui vero non ultra anni ſpatium, morte præventus, illud poſſedit. Ad Regem devolutum, biennio poſt Montauſierio Duci donatum eſt; poſt extinctam vero Rappoltſteiniam gentem, ad ejus hæredem, Chriſtianum II. Palatinum Comitem, An. MDCLXXIX. pacto venditionis tranſiturum; pretium triginta duabus millibus librarum conſtitit. Chriſtianus illud in duodecim annos Redingio Baroni de Biberach An. MDCLXXXVI. vendidit, aucto, quo ipſe locum acquiſiverat, octo millibus librarum pretio. Redingius, conceſſa ſibi poteſtate uſus, jus ſuum in Argentinenſes quosdam, Jo. Frid. Würtz, Dan. Reichshofer, viros conſulares, & Jo. Jac. Hahn, transtulit An. MDCXC. Submotis prioribus Hahnius ſolus Dominium retinuit, per viduam ejus Rollio Baroni de Emmenholtz, Redingii genero, An. MDCXCIV. reſtituendum. Accedente reluitionis, Chriſtiano II. ſervatæ, termino, utriusque conſenſu in alios decem annos ille rejectus eſt; qui cum anno hujus ſeculi octavo exſpiraſſet, Rollius litem excitavit; quæ anno decimo ſexto ita denique compoſita fuit, ut Rappoltſteinenſi Dynaſtiæ vinculo tandem perpetuo annecteretur Berghemium.

## §. CXCIV.

Oppido huic gabellam vini Rudolfus Auſtr. An. MCCCLXI. & jus monetandi Leopoldus An. MCCCLXXV. indulſit; moneta cuſa tamen non extat. Eodem hic anno & Wenceslaus Imp. quadriennio poſt à Rothvill. Provinciali aliisque judiciis exteris Berghemium liberarunt. Afyli jus additum, ad quod Alſatæ & exteri olim certatim confugerant. An. MCCCCXLVI. Albertus Dux pro foſſa provinciali, (*Landgraben*) qua Alſatiam ſup. contra inferiorem, quæ ibi incipit, cives muniverant, telonium adjecit, quod à Friderico IV. Imp. An. MCCCCLXV. ampliatum durat hodieque. Foſſa hæc à Vogeſo ſe extendit ad Ellum, indeque ad Rhenum. Rivus *Eckenbach*, ducentis paſſibus inferior fluens, eam defendit. Via publica prope Bergheim tranſivit, ſuperdemum ſeculo verſus Gemariam ducta. In oppido quadringenti foci multique Judæi. Jura civitatis.

Vici *Rorſchweyer* & *Rodern*, quos Berghemio ſemper adhæſiſſe diximus, in oppido hoc civium jure utuntur. Prior *Radavillare* in Bulla Innocentii II. pro Mediano Monaſterio An. MCXL. (*b*) Gallice *Raviller* dicitur. Ulricus & Anſelmus fratres, Domini de Rappolzſtein, *advocatiam ſuper curiam Mediani Monaſterii in Rorsvilre* à Duce Lotharingiæ in feudum ſe acceſſiſſe teſtati ſunt An. MCCLXXXII. (*i*) Semileucæ ſpatio retro Berghemium veteris caſtelli *Reichenberg* rudera in monte conſpiciuntur. Feudum fuit Lotharingicum, Hatſtadiis cum hominibus, inter Reichenbergam & Berghemium habitantibus, collatum. Vocatur jam An. MCCCCI. antiqua turris in literis reverſalibus Friderici junioris de Hatſtatt. (*l*) Sed & vicus *Wiler* prope Reichenbergam ante aliquot ſecula periit. Vici.

## §. CXCV.

Zellenberga, unius modo portæ oppidulum, cum caſtello deſtructo (*m*) in colle molliter edito, vinique ferace, haud procul Richovilla ſitum ad ortum, Præfecturæ hujus caput eſt. Caſtelli auctor Gualtherus de Horburg, qui *munitionem in ſummitate montis dicti Zellemberg conſtruere* cum in animo habuiſſet, eandem nondum conſtructam Eccleſiæ Argent. An. MCCLII. in feudum obtulit. (*n*) Eremitica cella colli nomen dediſſe videtur. Ad pedem ejus olim vicus fuit, ubi eccleſia parochialis etiamnum conſpicitur. (*o*) Annales Colmar. ad An. MCCLXXXVII. locum hunc *Cellisberch* & *Cellinberg* ſcribunt. (*p*) Horburgenſis Dynaſta cum Rappoltſteinenſi bellum tum geſſit. Quos ille captivos fecerat, in caſtro Zellenbergenſi detinuit. Rappoltſteinenſis eos liberaturus in fugam conjectus eſt; cujus ſuperbiæ Rudolphus, Germaniæ Rex, tandem impatiens, Rappoltivillam eodem anno obſedit; quod ut proſpere ſuccederet, quinquaginta equites in Zellenberg collocari juſſit, qui Rappoltſteinenſibus alimenta præcluderent. Hoc fere tempore vicus *Altheim*, Zellenbergæ propinquus, interiit, incolis ejus in oppidum translatis, quo ipſi & agro ejus augmentum acceſſit. (*q*) Burcardus de Horburg, prole maſcula carens, Dynaſtiam ſuam Wirtenbergiæ Comiti IV. Pref. Zellenberg.



(*b*) *Hiſt. Mediani Monaſt.* pag. 287.
(*i*) Charta in Archivo Nancejano.
(*l*) Verba chartæ hæc ſunt: *Dem alten thurn zu Reichenberg u. die lute zwiſchent der Statt Bergheim u. der Burg Reichemberg ſitzent. Item den dinghof zu S. Peter &c.*
(*m*) Typum ejus vide in Meriani *Topographiâ Alſatiæ* fol. 52.
(*n*) Charta apud Beyerl. *Chron.* Mſ. fol. 370.
(*o*) Apud Hugonem *Monum. S. Antig.* Tom. II. pag. 281. Johannes Hertzog de Zellenberg, in Abbatia Pariſ. ſepultus, An. MCXXXIII. obiiſſe legitur. Sed vitium vel in nomine vel in anno latet.
(*p*) Urstisii *Scriptor. Rer. Germ.* Tom. II. pag. 22. & 49.
(*q*) Conf. ſupra pag. 78. & pag. 110.

An. MCCCXXIV. cum vendidiſſet, (r) Argentinenſis Præſul, quem præterierat venditor, Zellenbergam & reliqua ſua feuda, exercitu Oſthemium uſque perducto, repetiit. Wirtembergenſis de pace magis, quam de bello ſollicitus, *Zellenberg caſtrum, oppidum, villam, cum omnibus hannis, & attinentiis: item Bennvilre*, & quæ ab Eccleſia Argent. pendebant omnia, Bertholdo II. Epiſcopo, acceptis in compenſationem ſexcentis marcis argenti reſtituit. (s) Caſtrum itaque, oppidum & villa ejusdem nominis, Alberto Argent. teſte, tum ſimul extiterunt.

## §. CXCVI.

Caſtelli reliquiæ cum oppidulo Zellenberg ſuperſunt; at deſtructus eſt vicus. Brevi poſt Epiſcopus locum Burcardo de Horburg ad vitæ ſuæ tempus de novo commiſit. Poſt mortem Burcardi, quæ An. MCCCXXXII. evenit, Rappoltſteinenſis Dynaſta pro filio ejus, poſt pacta hæc nato, feuda Argent. retinere conatus eſt, ſed Rubeacenſis Advocatus Epiſcopi caſtrum Zellenberg obſidens, ipſum & oppidum cum villa Bebelnheim & omnibus attinentiis apprehendit, dum caſtrum Winſtein Epiſcopus diruit. Albertus Argent. qui hæc omnia refert, *Bebelnheim* pro Benwilre, quam ſupra nominaverat, ſcripſit, vel librarius erravit. Beblenhemium Comitatui Horburgenſi, ad Wirtembergenſes delato, Bennvilla Zellenbergæ adhæſerunt conſtanter. Caſtrenſes Epiſcopi Argent. homines Zellenbergæ fæc. XIV. adſcriptos reperio, qui in Cod. Mſ. feudorum Epiſcopi Arg. illius ævi enumerantur: Hennemannus de Kœnesheim, qui cenſu quodam vini in vico deſtructo Ellenwilre, Cuntzemannus de Wittenheim, qui bonis feudalibus in Egesheim fruebantur, Wilhelmus & Rudolphus de Ilimburg, armigeri, plurium in Mundato Rubeacenſi feudorum poſſeſſores: Johannes Kage, armiger, & Hanemannus de Wittenheim, quorum feuda in Bennvillæ diſtrictu ſita fuerunt.

Zellenberga denique & Bennvilla ſub ſec. XIV. finem Rappoltſteiniis Dynaſtis ab Eccleſia Argent. in feudum conceſſæ ſunt, quibus jam diu jura quædam in loca hæc competiiſſe, fidem faciunt Chartæ. Zellenbergæ & Bennvillæ, uti Richovillæ, Beblenhemii, Oſthemii & aliorum nomina Inſtrumentum diviſionis Dynaſtiæ Rappoltſt. An. MCCXCVIII. refert. In alia diviſione An. MCCCLXXIII. juris provocandi, Rappoltſteiniis æque ac Wirtenbergicis ibidem competentis, ſpeciatim fit mentio. (t) An. MCCCLXXXVIII. Fridericus Epiſcopus Zellenbergenſium privilegia confirmavit, addiditque, ut antiquis mœnibus turribusque remotis exſtruerent novas fortiores, in quod opus ipſe dimidiam vectigalis (*Umgeld*) partem ſuppeditavit. Privilegia hæc Zellenbergenſes, ruſticorum An. MDXXV. tumultuantium bello impliciti, pleraque amiſerunt. Curiam dominicalem in Zellenberg nobilis Waldnerorum familia poſſidet.

## §. CXCVII.

Vici. *Bennvveyer* vicum eadem cum Zellenberga dominationis fata habuiſſe vidimus. Cum eo vicus *Katzvvangen*, Rappoltſteinenſium ditioni quoque ſubjectus, ineunte ſec. XIV. coaluit. Abbatia Pariſ. jure patronatus ac decimis ibi fruebatur, in quarum locum tertiam Bennvill. decimarum partem inde accepit. In agro ejus facellum S. Severini (u) ſupereſt, à Pariſienſibus initio ſec. XVI. renovatum. (x) Supereſt etiam pons Katzwangenſis, Fachinæ impoſitus; (y) cui Colmarienſes proſpiciunt. Conficiendo ei Jo. Leyber, civis Colmar. quingentas libras denar. An. MCCLVI. legavit. Hiltebrandus, Johannes & Henricus de Katzwangen, milites, An. MCCCLXI. inter Rappoltſteinenſium vaſallos occurrunt.

*Hauſen*, media fere Colmariam inter atque Oſthemium via vicus eſt, imperialis olim, à Plixburgenſi caſtro pendens. Fridericus III. Rex Rom. *villam Hauſen prope Columbariam* An. MCCCXV. Henrico de Rappoltſtein pro centum & decem marcis argenti oppigneravit; quod cum Carolus IV. deinceps improbaſſet, ſuum caſtro, à quo avulſus fuerat, vicum redditurus, æquam priori ſummam pecuniæ pro retinendo pignore Burcardo Monacho de Landscron, quem Cæſar mandato ſuo muniverat, Rappoltſteinenſes

(r) Ibidem. §. CXXI.
(s) Albertus Argent. in *vita Bertholdi Ep.* pag. 170.
(t) Verba chartæ: *Die geraige mit dem von Wirtemberg, das iſt zu Beblenheim, zu Mittelvvilr, zu Oſtheim, zu Bennvilr, zu Zellenberg, zu Hohnevvilr, und vvas zu der Herrſchafft von Horburg gehörte.*
(u) Germ. *Sanct. Grimmen.*
(x) Hugo *Monum. S. Antiq.* Tom. II. pag. 276.
(y) Uſu communi *die Keamerbruck.*

ſteinenſes An. MCCCLI. numerarunt. Seculo ſeq. Hartungo de Wangen per ipſos Rappoltſteinios pignus hoc traditum fuit. Capella Roſarii, (*Roſenkrantz*) Eremitæ domicilium olim, ad viam regiam in agro hujus ſita eſt vici.

*VVeiler*, communiter Wihr, proximus Horburgo vicus, Archiducum conſenſu à Rudolfo Herbero & Jo. Vogtio, quibus in feudum collatus erat, Schmaſmanno de Rappoltſtein, una cum diſtrictu Alſatiæ infer. *Dumenau*, An. MCCCCLXXVIII. venditus eſt. Diſtrictus hic ad Rhenum, tribus ſupra Argentoratum leucis, Plobsheimenſem & Northuſianum agros tangit, Præfecturæ Zellenbergenſi nihilominus adſcriptus. Caſtrum & vicum *Dumenheim*, à quo Dumenaugia nomen habet, Rhenus fec. XIV. devoravit. Mentionem vici Ludovicus Pius jam fecit. (a) Caſtrum Johannes de Eremberg, Epiſcopus vicarius Argent. à Goeſſelino quodam ducentis marcis argenti coemerat, idque Conrado Epiſcopo & Capitulo Argent. An. MCCXCVII. vendidit. (a) Bona à caſtro pendentia cum Bertholdus Epiſcopus An. MCCCLIII. Stutzhemiis & Stulingiis militibus in feudum conferret, caſtrum Dumenheim jam Rhenus abſtulerat. (b)

Sed & præter hæc ad Præfecturam Zellenberg. pertinent homines Rappoltſteinenſes in Dynaſtiæ Richovillanæ vico Hunævilla, item in Sigolsheim & Ammersweyer, Landſpurgenſis Dynaſtiæ locis. De poſterioribus ſupra jam actum. (c) De Hunævillenſibus charta An. MCCCLVI. primum loquitur. Natas olim propter homines illos controverſias transactio An. MDXXI. quæ vera juris Wirtembergici ac Rappoltſteinenſis hodieque regula eſt, diremit. Horum hominum liberi dominum matris ſequuntur, adeoque omnes ex Rappoltſteinia nati, ſive Hunævillæ in lucem editi ſint, ſive aliunde eo tranſierint, Rappoltſteinenſi Dynaſtæ ſervire tenentur.

## §. CXCVIII.

V. Præfect. Heiterheim.

*Heiterheim*, vulgo *Heidern*, uno ſupra Neo-Briſacum milliari ad viam regiam vicus eſt, à ſeculo VIII. jam notus, (d) è cujus regione trans Rhenum Heitersheimium conſpicitur, Johannitarum per Germaniam Magiſtri ſedes. Vicum Conradus & Fridericus de Anſolsheim, Cuno de Jungholtz, Hartmannus de Baldeck & Oſwaldus de Illzach, Equites, à Rappoltſteinenſibus An. MCCCXIV. in feudum tenuerunt, ita tamen ut albergariæ, wildfangiatus & alia in eo jura, Landgravio Alſatiæ ſup. competerent. Leopoldus Auſtr. ſuo ac fratrum ſuorum nomine Conradum de Wittenheim, equitem Colmar. An. MCCCXV. de iis inveſtivit. Wittenhemios Sturtzelii de Buchheim initio ſec. XVI. exceperunt, ſub quibus jura iſta feudalem indolem mox amiſerunt. Rappoltſteinenſes, vici ſui dominio utili nondum potiti, An. MDVII. Murbacenſis Abbatiæ feudum illum eſſe voluerunt. Vincentius de Wittenheim tum eum poſſederat.

*Ruſtenhardt*, novus ſeptuaginta circiter annorum in eadem, qua Heiterhemium, Hardtæ regione viculus.

*Balgau*, cujus ager Rheni alluvionibus non parum imminutus, poſt Lobegaſſios & Hungerſteinios ſec. XV. fine ad Rappoltſteinios pervenit. Wilhelmo de Hungerſtein quidem Valentinus de Neuenſtein An. MCCCCLXXXVII. ſucceſſerat; ſed quadriennio poſt Wilhelmus & Schmaſmannus de Rappoltſtein à Valentino hoc ad feudi communionem admiſſi ſunt, An. MD. ſoli de illo per Auſtriacos inveſtiendi.

*VVeckolsheim*, Abbatiæ Murbacenſis feudum, agri ſui limite Neo-Briſaci munimenta fere contingit. Inter Weckolsheimium, Appenvillam, Lagelnheimium, S. Crucem & Deſſenheimium mille ducentorum præter ſilvas jugerorum fundus eſt, *Hettenſchlag* quem nominant, deperditi cujusdam vici index. (e) Reichenſteinenſes illum Rappoltſteiniis An. MCCCCXCV. vendiderunt; hi Murbacenſi Abbatiæ anno ſeculi ſequentis ſeptimo in feudum obtulerunt. Contiguus ei Dingshemianus ager, de quo alibi. (f)



(a) Vide Tom. I. pag. 720. §. CCIX.

(a) Loquitur ita: *Min hus u. mine veſten zu Dumenheim, sond allet das eygen, dat dazu horet &c.*

(b) Ait enim Bertholdus: *das hievor geborte zu der burg zu Dumenheim, die der Rin bet abegeſſen, das hievor von uns hatte der von Hugeruwilre &c.*

(c) Pag. 105. ſq.

(d) Tom. I. pag. 721.

(e) Conf. Tom. I. pag. 724. §. CCXXI.

(f) Ibid. pag. 723. §. CCXLVIII. conf. ſupra pag. 73. & 90.

Sed & vicus *Nambsheim* (*g*) Rappoltſteinenſi huic Præfecturæ aliquando adhæſit, à Jo. Philippo de Landeck & uxore ejus, nata Truchſeſſia de Hefingen, per Eberhardum Dynaſtam An. MDCVI. demum coemtus. Poſt bellum tricennale vero, quo vicus fere omnis perierat, Thomæ Klugio, Majori Generali, An. MDCL. in ſexennium oppigneratus eſt, hac conditione, ut caſtello reſtaurato pignoreque intra primum ſexennium non redemto, Klugius id jure proprio retineret.

Huc denique vicum *Dürren Logelnheim*, inter Colmariam atque Turckhemium ſuperioris ſeculi calamitatibus everſum, (*h*) referimus, quem Rappoltſteinenſes cum Heiterhemio & Weckolsheimio Abbatiæ Murbac. An. MDVII. in feudum obtulerunt. Tertiam decimarum partem, Epiſcopatus Metenſis feudum, Conradus de Ampringen ſibi & poſteris ſuis An. MCCCCLXXXVI. acquiſivit.

## §. CXCIX.

VI. Præfect. Wihrenſis.

Præfectura Wihrenſis nobiliorem Vallis Gregorianæ duarum fere leucarum partem, Turckhemium inter & Monaſterium, occupat, paſcuis, agris, vitibus, rivis, ſilvisque præſtantem. Vallis hæc, quæ per ſex leucas ſe extendit, in duas primarias partes, ſub Germanica noſtra Periodo, fuit diviſa; quarum exterior à monaſterio S. Gregorii Gregoriana, interior à Monaſterienſi civitate, quæ illius domina eſt, Monaſterienſis appellatur. Uſu tamen communi utraque appellatio promiſcua eſt, quando & Girſpurgum, Waſſerburgum, Ginſpacum aliosque Præfecturæ Wihrenſis vicos, chartæ veteres in Monaſterienſi collocant valle. Fachina amnis, in ſummitate Vogeſi natus, curſu ſtrepituque amœno utramque perlabitur vallem, truttis aliisque piſcibus dives. (*i*) Præter Abbatiam Gregor. Benedictinæ familiæ, in valle hac omni octo caſtra deſtructa, quatuor oppida, inter quæ duo imperialia, & ſeptendecim vici viculique numerantur. Caſtra ſex & quinque vici cum oppidulo *Weyer* ad Præfecturam hujus nominis, de qua ſermo nobis eſt, pertinent.

Wihr oppidum.

*Wiler*, contracte *VVihr*, in chartis veteribus *VVihre*, in hodiernis *VVeyer*, frequentis in Alſatia nominis, caſtrum cum urbicula, vitiferi montis acclivitati, è Sultzbacenſis oppiduli regione, adſtructum, Præfecturæ, cujus caput eſt, nomen impoſuit. Sub Periodo Francica locus *Bonifacii Villare* dictus. (*l*) Inde nullam ejus ad annum uſque MCCLXXIX. quo Turinghemium à Girſpergenſibus captum & *oppidum VVihre*, igne deletum eſt, (*m*) memoriam reperi. Bello, quod Adolphus Germ. Rex Anshelmo de Rappoltſtein intulit "*VVihre caſtrum atque caſtellum*, non valentes ſe defendere, Regi „ ſe voluntarie tradiderunt: „ Rem, An. MCCXCIII. geſtam, clarius exponit Colmarienſis Chronici autor. (*n*) Rappoltſteinius ſcilicet, villam Turckheim deprædatus, pecora in *domicilium ſuum VVihre* abegerat. Cives Monaſterienſes pugnabant pro Rege; aſſeclas Anſelmi, Colmarienſes & Wihrenſes, vel cædunt, vel capiunt. Advocati imperialis juſſu Nobilis à Bergheim vallem Gregorianam cum quingentis hominibus ingreſſus, " duas machinas magnas, lapides projicientes, & cattum, videlicet inſtru- „ mentum, quo turres deſtruuntur, accepit, Wilre obſedit, paucis diebus obtinuit „ caſtrum, & caſtellum funditus evertit. „ Hoc eſt, arce tormentis expugnata, oppidum ei junctum evertit. Locus ergo quatuordecim annorum ſpatio bis expugnatus atque dirutus eſt, brevi tamen reſtructurus ex cinere. Charta diviſionis Dynaſtiæ Rappoltſtein. An. MCCXCVIII. ejus facit mentionem. Caſtrum, cum reſtaurari cœpiſſet, Abbatiæ & civitati Monaſterienſi illud innoxium fore, promiſſum eſt charta An. MCCCIII. quam tabularium civitatis aſſervat. Rappoltſteinenſes Dynaſtæ & caſtrum & urbiculam, cum jure patronatus, ab Epiſcopo Baſil. in feudum jam pridem acceperant, qui ex Abbatiæ San-Gregorianæ, ad quam primitus locus ſpectaverat, bonis ea retinuit. Abbatia enim cum *omnibus pertinentiis* Epiſcopatui Baſil. conceſſa erat; id quod Eugenius Papa An. MCXLVI. novis litteris confirmavit. Richardus, Rex Rom. *Vallem Monaſterii S. Gregorii*, à deceſſoribus ſuis aliquandiu occupatam, Eccleſiæ Baſil. An. MCCLXII. reſtituit. (*o*) In oppido curia dom. eſt, cum Girſpurgo Abbatiæ Murbacenſi in feudum oblata. Butenhemios olim Milites, ejusdem poſſeſſores, jura quædam adverſus Wihrenſes propugnaſſe, eaque Girſpergenſibus vendita novo bello præbuiſſe locum, documenta oſtendunt. Sed Henricus Rappoltſteinius hoſtes ad petendam pacem & deferenda

(*g*) Conf. ſupra pag. 71.
(*h*) Diverſus hic vicus eſt ab alio vicino, *Logelheim* etiam dicto, de quo ſupra pag. 00.
(*i*) Vid. Conſpectus Tom. I. pag. 21. §. XXXII.
(*l*) Conf. Tom. I. pag. 718. §. CCII.
(*m*) Annal. Colmar. ad h. An.
(*n*) Pag. 50. ſq.
(*o*) Dipl. ap. Herrg. *Geneal. Habſ.* Tom. I. num. 456.

deferenda ſua poſtulata adegit An. MCCCVI. id quod commutationis caſtri Girſpurg epocham, à nobis ſupra adſtructam, (p) confirmat. Ceterum Wihra centum fere continet focos. Noſtris temporibus in ſummitate montis capellam S. Crucis votivis peregrinationibus parochus loci de ſuo inſtituit.

## §. CC.

*Girſpurg*, ſive *Girſperg*, caſtrum perantiquum, mille paſſibus à Sultzbaco, ad pedes montis Staufenberg, ſitum, vix ſui veſtigium noſtro ævo reliquit. Tietricus de *Girſperc* & fratres ejus, inter teſtes ſententiæ à Friderico I. An. MCLXXXV. Colmariæ pronuntiatæ, leguntur; unde caſtrum jam tum extiiſſe colligimus; niſi Girſpergius ille ſuum ab alio caſtro, in agro Turicenſi hodieque ſuperſtite, (q) nomen gentilitium traxerit. Girſpurg caſtrum.

ANNALES COLMAR. ad An. MCCLXXXI. ſcribunt: " Domini de Gyrſperck „ caſtrum ædificarunt in monte qui dicitur ..... ſed homines Epiſcopi Argent. ſubito „ deſtruxerunt. „ Diverſum heic à Girſpurgenſi noſtro caſtrum anonymum, imo & mons Staufen haud dubie intelligitur, ad cujus pedem Girſpurgum extitit. Ruficenſis agri limites jugum ejus fere attingunt. Unde & à Mundatenſibus, Epiſcopo Argent. ſubjectis, novum munimentum protinus dirutum eſt. Triennio poſt à Girſpergenſibus renovatum, Wernherus de Haſtatt, advocatus imperialis, iterum evertit. ANNALES COLMAR. ad An. MCCLXXXIV. ita: " Dominus Conradus Wernherus exuſſit Domi- „ nis de Gyrſperg caſtrum, quod noviter conſtruxerant in monte. „ Veteris ædificii indicia in monte Stauſenſi hodieque comparent. An. MCCLXXXIX. Rudolphus I. Rex Girſpergenſes, quod Sigfridum de Gundolzheim interfecerant, proſcripſit. Obſidetur inde caſtrum *Gyrſperch* à Colmarienſibus, quibus difficultate obſidii laborantibus, Rex anno ſequenti auxilia miſit, arcemque juſſit ſuffodi; mille nongentas libras victumque ad bellum ſuppeditans. Girſpergenſes tandem, improbo obſidentium labore victi, ſe ſuaque advocato imperiali tradiderunt, (r) biennium fere in cuſtodia retinendi. Neque alio in libertatem reſtituti ſunt pacto, quam ut caſtrum ipſorum omnino everteretur. (s) Anno tamen MCCXCVI. mortuo nempe Rege Rudolpho, caſtrum *Girſperg adjutorio Epiſcopi Argent. readificator.* (t) Ita, qui Girſpergenſes debellaverat nuper, eosdem nunc Epiſcopus adjuvat. Inſecuta mox diſcordia familiam Girſpurgenſium perdidit. Seniores enim ejus junioribus, caſtrum qui tenebant, inſenſi, in ſuam id poteſtatem An. MCCCII. redegerunt. (u) Commotus hinc Anſelmus de Rappoltſtein, ut Girſpurgum armis occuparet; (x) quo denique factum, ut Girſpergenſes arcem ſuam Epiſcopo Argentin. primum, dein Henrico de Rappoltſtein, alio, quod inhabitarent, prope Rappoltſteinium accepto, tradiderint. (y) Girſpurgum itaque ſibi & tempeſtatibus relictum, ex vallis Gregorianæ caſtris primum interiit. De reſtaurando eo Bruno Dynaſta, quem Dominum de *Gwyſpar* Carolus IV. Rex Franciæ dixit, (z) An. MCCCXCVII. cogitavit, centum florenis, quos Petrus Theodatus eques, Scultetus Colmar. ipſi debuerat, in hoc opus deſtinatis. Sed conſilio non reſpondit eventus. Cadaver ejus atque diſtrictum, à Wihrenſi aliisque prorſus diſtinctum, Rappoltſteinenſes cum duobus vicis ſequentibus An. MDVII. Abbatiæ Murbac. obtulerunt in feudum. (a) Villa ſola ſuperſtes vetus caſtri gentisque nomen hodieque retinet. Sequuntur vici, Girſpergenſi olim dominio juncti.

## §. CCI.

*VValbach & Zimmerbach* inter Weyer atque Turckhemium oppida ſeculo XV. demum per Rappoltſteinenſes coempti ſunt vici, & initio ſeculi XVI. Abbatiæ Murbacenſi in feudum oblati. Caſtellum Walbacenſe tamen, foſſis valloque cinctum, Girſpergii pridem iisdem, quibus vicos hos vendiderunt, Dynaſtis obtulerant, id quod poſt ipſorum interitum Hunævillenſes primo, dein Walbacenſes milites, & his quoque circa An. MDXXX. demortuis, Plixburgii nobiles nexu feudali poſſidendam acceperant. In agri Walbacenſis montibus cavernæ & cuniculi, per immania ſaxa ducti, quæſitas à majoribus mineras docent; proſpero num ſucceſſu, non liquet. Walbach.

Zim-

(p) Vid. pag. 109. §. CLXXXIII.
(q) De caſtro hoc vid. HERLIBERGER *Topographie der Eydgenoſſſchafft*, pag. 17. num. 13.
(r) ANNALES COLMAR. pag. 24
(s) Ibidem, ad annum 1291. pag. 26.
(t) Ibidem ad h. An. pag. 29.
(u) Ibidem pag. 35.
(x) LUCKII *Annales Rappoltſtein.* MI.
(y) Vide ſupra pag. 109.
(z) In pacto confœderationis An. MCCCLXXXVI. ubi: *Bruns de Ripeauxpierre Chevalier, Seigneur de Gwyſpar en Allemaigne, en leveſche de Bale.* Vid. RADIUS *de orig. dignitate & juribus Rappoltſt. Domus* pag. 104.
(a) Litteræ oblationis ita: *Zum erſten den burgſtaten der veſten Girſperg mit aller zugehorigen herrlichkeit und gerechtigkeiten, item die zwoey darfere Walbach und ſonſer theill zue Zimmerbach.* &c.

Zimmerbach. Zimmerbacum, duorum viculorum inſtar, quos rivulus ſeparat inter Rappoltſtein. Dynaſtiam & Turckheimium civitatem, quarum quæque parte ſibi propinquiore gaudet, diviſum eſt. Turckheimienſes ab Hatſtadiis, qui eam ut feudum imperiale poſſederant, initio ſec. XVII. portionem ſuam ære comparârunt. Sunt ibi duo Sculteti, qui ſeparatim ſinguli de rebus minoribus judicant. Generoſa heic vina, & inter ea præſtantiſſimum, (*b*) Rhenanis fere accedens, proveniunt.

## §. CCII.

Plixburg caſtrum. *Plixburg*, (*c*) agri Wintzenhemiani caſtrum, olim imperiale, retro Landſpurgum, à monte, cujus jugo infidet, nomen obtinuit. Primi de eo loquuntur ANNALES COLMAR. An. MCCLXXVI. ubi *Advocatiſſam Alſatiæ*, Conr. Werneheri de Hadſtatt uxorem & Phirretarum Comitis filiam, *cajiro Plixeberg* obiiſſe tradunt. Advocati enim Cæſaris, & provincialis & Keyſersbergenſis, Plixburgi ſubinde federunt. Adolphus Rex Domino de Uſenberg, à quo Kentzingam caſtellum emerat, *vallens S. Gregorii* cum *cajiro Plixſperg* An. MCCXCVIII. oppigneravit. (*d*) Caſtrum *Blickberg*, cum tribus Imperii & Advocatiæ Keiſerſperg. oppidis Regi Bohemiæ oppigneratum, per Henricum VII. Imp. uti videtur, vel Ludovicum Bav. An. MCCCXXXV. eidem rurſus ereptum fuit, cum Ginſpaco & Griſpaco vicis, de quibus mox dicetur, ad Huſios Nobiles, & his An. MCCCCXXXIII. defunctis ad Gaſparum Schlickium, Sigismundi Imp. Cancellarium, vinculo feudali tranſiturum. Schlickius, feuda hæc nactus, Maximino, Dynaſtæ Rappoltſt. conſenſu Imperatoris ea vendidit, indignantibus Hattſtadiis Nobilibus, qui omnia iſta ſibi deberi dicebant; unde inter ipſos & Rappoltſteinenſes armorum certamen. Sed hi viribus majores nuper parta facile conſervarunt. Alia lis circa Plixburgum, vel ejus jura potius, enata eſt, ubi Lazarus Schwendius Dynaſtia Landſpurgeuſi potitus fuit. Rappoltſteinii hucusque ſilva circa caſtrum ſuum uſi fuerant, ut Wintzenhemii, ſibi oppignerati, poſſeſſores. Amiſſo pignore ſilvam anuittere noluerunt, ad Plixburgum eam pertinere dicentes. Sed Schwendius & Imperatoris favore & cauſæ juſtitia prævaluit, (*e*) adeoque ex omni monte ſola caſtri, ab aliquot ſeculis jam collapſi, rudera penes Rappoltſteinenſes remanſerunt.

## §. CCIII.

Ginſpach & Griſpach. Præter vicum *Hauſen*, de quo in Præfectura Zellenberg. duo alii vallis Gregorianæ vici, ad Præfecturam Wihrenſem ſpectantes, caſtro Plixburg adſcripti fuerant. Sunt hi *Giuſpach* & *Griſpach*, ſemileuca Monaſter. civitate tantumque inter ſe diſtantes, feuda quoque Imperii olim, nunc regia. Wenceslaus Imp. Hanannum Huſium de Ilenheim An. MCCCLXXIX. de illis inveſtivit, rogante Vigilio de Hattſtatt, eorundem tum poſſeſſore. Neſcio quid diſſidiorum poſtea Rupertum Imp. inter atque Huſios, nec non Huſios atque Hattſtadios intercеſſerit An. MCCCCIX. quo & Ludovicum Palatinum, Alſatiæ Advocatum provincialem, nomine Ruperti patris ſui, feuda iſta repetiiſſe, & Hattſtadios cum Huſiis de iisdem tranſegiſſe reperio. Quidquid iſtius rei ſit, Huſii vicum utrumque retinuerunt, donec poſtremus eorum An. MCCCCXXXIII. deceſſit. Quæ deinceps fata Ginſpacum atque Griſpacum habuerunt, in Plixburgo retulimus. Soli hi duo Præfecturæ Wihrenſis vici Auguſtanæ Confeſſionis ſacra ſequuntur; Monaſterienſi S. Leodegarii parochiæ annexi. Ginſpacenſes eccleſiam habent, à Monaſterienſi quæ pendet.

## §. CCIV.

Waſſerburg. *Waſſerburg* (*f*) caſtellum deſtructum & vicus in extremitate vallis cognominis, quæ ab oppido Sultzbach, aquis mineralibus noto, in leucæ longitudinem ſe verſus occaſum extendit, Gregorianæ vallis ramus, à Turckhemio venientibus ſiniſter. Caſtrum cum quadrilatera turre, in celſo monte, celſioribus circumdato, ſitum, in adſita valle deſpicit vicum. Viginti florenos in caſtelli, per Huſios oppignorati, munitionem Rappoltſteinii quotannis impendere tenebantur. (*g*) Sed & in vico caſtellum minus, privatæ

(*b*) Tractum, in quo generatur, *Geitzhibel* vocant.
(*c*) Orthographia hujus nominis dubia, ut ex aliis ſcriptorum verbis apparet. Receptum eſt *Pfitſchsburg*.
(*d*) CHRON. COLMAR. pag. 58.
(*e*) In literis inveſtituræ Sigismundi Imp. caſtrum modo memoratur & molendinum, absque ſilvis aut aliis juribus: *Blickſperg das ſchloſſ und die mühle daſelbſt.*
(*f*) In ſuperioris ævi documentis *Waſſenburg*, *Waſſenberg* ſcribitur.
(*g*) Charta Tabular. Rappoltſtein.

privatæ domui ſimilius, in colle, molliter edito, extitit, quod à conditoribus *Stœrenburgum* dicebatur, nunc ſolo æquatum. Gentilitium Stœriorum caſtrum Stœrenburg in Amariniana valle jam vidimus. Tertium in Waſſerburgenſis arcis vicinia caſtrum olim dictum eſt *Straiburg*; nomine tantum apud accolas, ac vix paucis ruderibus, cognitum, quod & Tabula Alſatiæ Specklíniana indicat. Waſſerburgum vetus Paterniacenſis cœnobii, (*Peterlingen*) in Nantuatibus (*b*) ſiti, patrimonium eſt. Rudolphus Burgundiæ Dux, Rudolphi II. Regis Transjurani & Berthæ Suevicæ filius, monaſterio huic, à Bertha Burgundiæ Regina, matre ſua, An. DCCCCLXVI. erecto, curtem Columbræ, unde Prioratus S. Petri ortus eſt, An. DCCCCLXXIV. donavit, uti Otto II. Imp. teſtatur. (*i*) Ab hoc Prioratu, adeoque & à Paterniacenſi cœnobio, Waſſerburgum pendebat; quod Hufii nobiles primum, inde Rappoltſteinenſes Dynaſtæ polliederunt, ut feudum. An. MCCCXV. Hufii Waſſerburgenſium cenſuum partem Ottoni de Girſperg vendiderunt. Jo. Ulricus Hufius id Maximino de Rappoltſtein, affini ſuo, qui pleraque Hufiorum feuda obtinuit, An. MCCCCXXVIII. oppigneravit. Sed pignus mox converſum in feudum, cedente Hufio, quem gentis ſuæ poſtremum jam diximus. Nam anno ſequenti monaſterii Paterniacenſis Prior eundem Maximinum de caſtro & valle Waſſenberg inveſtivit. (*l*) An. MCCCCLIV. Adami de Anſolsheim, & hoc rogante Stœriorum ſubfeudum evaſit; (*m*) quorum & feminæ, ſub finem ſec. XVI. quo gens illa interiit, declaratæ capaces. Sed hoc non obſtante Rappoltſteinenſes locum brevi poſt recuperarunt, & Præfecturæ ſuæ Wihrenſi junxerunt. Poſtquam Bernenſes Abbatiam Paterniacenſem An. MDXXXVI. in ſuam poteſtatem redegerunt, Prioratum S. Petri civitati Colmarienſi, ubi ſitus erat, cum ſuis juribus An. MDLXXV. vendiderunt; unde dominium Waſſerburgi directum ad Colmarienſes pervenit, qui Rappoltſteinios Dynaſtas de eo inveſtiverunt; donec eadem Præpoſitura An. MDCCXIV. cum directo Waſſerburgi dominio ad Capitulum majus Argent. tranſiret. Huc pertinet quoque capella S. Egidii, vulgo *S. Gilg*, vallem S. Gregorii intrantibus à ſiniſtra retro Wintzenhemium ſita, quæ cum Waſſerburgo mutavit dominos.

Præfectura Wihrenſis ergo, qualem hodie videmus, longo temporis tractu varia ratione in unum corpus coaluit, indolisque feudalis eſt. Weyer, princeps Præfecturæ locus, ſeu ætatem, ſeu dominium Rappoltſteinenſe reſpicias, ab Eccleſia Baſil. pendet. Huic Girſpurgum ante reliqua primum acceſſit. Acceſſere ſec. XIV. Walbacum & Zimmerbacum, Abbatiæ Murbacenſis feuda; eodemque fere tempore Waſſerburgum, Paterniacenſi Monaſterio & ſuccedentibus in ejus jura obnoxium, ad Rappoltſteinios pervenit. Plixburgum denique, Ginſpacum & Griſpacum, feuda nunc regia, paucis poſt acquiſita ſunt annis. Concluſio.

## §. CCV.

Gregorianam vallem, in qua præfectura Wihrenſis, borealior Orbeana vallis excipit, nec ſpatio, nec fœcunditate ſoli, cum priore comparanda. Hanc excipit Leberia, venuſta ſane, Gregorianæ fere ſimilis, maximam partem Dynaſtiæ Rappoltſteinenſi ſubjecta. Orbeanam Gregoriana vallis ad meridiem, Leberia ad ſeptentrionem, Keyſersberga civitas ad ortum, & ad occaſum Lotharingia, terminat. Trium circiter leucarum in hac valle diſtrictus Dynaſtiam olim Hohenacenſem compoſuit, quæ ab antiquo hujus nominis caſtro, à quo pendebat, nomen accepit. (*n*) Dominium & vallem Hohenack veteres dixerunt. *Orbeana*, quam & *S. Urbani* vallem juniores latine vocant, nomen poſterius eſt. Dominium tamen latius, quam vallis patebat. Illi homines quoque Rappoltſteinenſes in Ammersvilla, Morsvilla & Katzenthal, adſcripti fuerunt, à Phirretarum Comitibus atque Auſtriacis cum Hohenaco in feudum accepti. (*o*) Hohenacenſis dominii ſub ſeculi XIII. finem jam mentio occurrit. VII. Præfect. Orbeana.

Hohenack caſtrum, in cacumine montis cognominis, haud procul à Prioratu Spicarum ſitum, natura & opere munitiſſimum fuit, cujus longitudinis ducenti & octoginta pedes numerantur, latitudinis ſupra ducentos decem. Denſitas mœnium decempedæ menſuram æquat. Anno ſeculi XI. ſeptuageſimo nono Luckius, diligens Hohenack caſtrum.



(*b*) In Vaudi Pago, *Pays de Vaux*.

(*i*) Ottonis charta apud Herro. *Geneal. Habsb.* Tom. II. num. 142.

(*l*) Verba chartæ: *Die burg Waſſenberg und das thal doſelbt, mit luten, gerichten, geverſen.*

(*m*) Inveſtitura Jo. Burcardi Stœrii de Stœrenberg An. MDXCIV. habet: *Die voglin und dorff Waſſenberg, ins Munſterthal gelegen, ſo von der Egiſe zu Peterlingen zu lehen rührt.*

(*n*) *Herrſchafft Hohenack.*

(*o*) Teſtatur hoc charta Ulrici Dynaſtæ An. MCCLXIV. qua Margarethæ, Duci Lotharingiæ, uxori ſuæ, tertiam redituum ex dominio Hohenacenſi partem dotalitium conſtituit.

olim tabularii Rappoltſteinenſis cuſtos, ejus jam mentionem ſe reperiſſe ſcripſit. Egishemii Comites, primos vallis Orbeanæ, quantum novimus, dominos, caſtrum hoc veriſimiliter habuit auctores, à quibus ſec. XIII. ad Phirretarum Comites pervenit. Fuit eo tempore gens nobilis, ab *Honac* & *Guttenburg* caſtris nomen derivans, è qua Theodoricus cum filia ſua Gertrude, in Abbatia Pariſienſi ſepultus eſt. (*p*) Ulricus, Phirretarum Comes, caſtra Hohennag & Windecke *cum pertinentiis eorundem* ab Henrico, Epiſcopo Argent. An. MCCLI. (*q*) & rupto hoc iterum vinculo An. MCCLXXI. ab Henrico, Baſil. Præſule, quod filius ejus Theobaldus ſeptennio poſt renovavit, in feudum accepit. (*r*) Sigfridum de Gundolsheim, Scultetum Imperialem Colmariæ, caſtrum Hohenack An. MCCLXXIX. ædificaſſe, ANNALES COLMARIENSES ſcribunt, his verbis: " Scultetus hic ædificavit caſtrum in Hohenac in craſtino purificationis, „ Rege Rudolfo permittente: „ & paulo poſt: " Dominus de Rappolzſtein caſtrum „ de Hohennac & Minnewiler cognatis ſuis abſtulit fraudulenter & in Columbariam „ transferebat. „ LUCKIUS (*s*) rem ab Annalibus inverſo ordine relatam, ita enarrat: Rappoltſteinenſis Dynaſta caſtrum, paulo ante dirutum, cognatis ſuis eripuit atque civitati Colmarienſi tradidit, à cujus Sculteto, Rudolphi Imp. auctoritate munito, illud reſtauratum eſt brevi. Ita utili Hohenaci dominio jam tum potiti fuerant Rappoltſteinenſes, cum directum ejus dominium Eccleſiæ Baſil. Phirretenſes obtuliſſent Comites. Novennio fere poſt Hermannus de Rappoltſtein *obſedit Hohimnac caſtrum & per promiſſiones obtinuit fraudulenter*; quæ verba ſunt ANNALIUM COLMAR. ad An. MCCLXXXVIII. unde dominium Hohenacenſe Dynaſtiæ, inter Rappoltſteinios An. MCCXCIV. diviſæ, partem conſtituit. An. MCCCXVII. Henricus Dynaſta ſuo ex fratre nepoti *Hohenack* & Judenburg caſtra cum omnibus terris, ad illa ſpectantibus, conceſſit, quod Phirretenſis Comes & ſucceſſor ejus Albertus, Auſtriæ Dux, quorum ſubfeudum erat, paucis poſt annis ratum habuere. Inde *Hohenack* cum valle integra per feminas ad Conradum Comitem Sarwerdenſem, quem Rudolphus Dux, Alberti II. filius, An. MCCCLXI. inveſtivit, & poſt Sarwerdenſes ad Lupfios Comites (*t*) tranſiit; defuncto demum Johanne Lupfenſi An. MCCCCXXXVII. ad Rappoltſteinios rediturum. (*u*) Transactione inter hos & Johannem de Lupfen auctoritate Leopoldi Auſtr. An. MCCCC. inita, conventum erat, ut caſtrum & vallis Hohenack penes Johannem & filium ejus primogenitum, quoad vixerint, manerent: deinde reverterentur ad Rappoltſteinios; quod factum. Hi non tantum Advocatum (*x*) ſeu Præfectum, ſed & militare deinceps in caſtro hoc præſidium alere conſueverunt, donec Mannicampus, Colmariæ atque Alſatiæ ſuper. Sueco-Germanici belli tempore, Præfectus, ad An. MDCXXXV. in Ludovici XIII. poteſtatem illud redegit. Rappoltſteinenſes, rem penes Auſtriacos excuſaturi, vim ſibi illatam caufati ſunt, Colmariæ cum Mannicampo quum eſſent. Monaſterienſi Pace Hohenacum Rappoltſteinenſibus redditum; ſexennio poſt regio juſſu dirutum eſt.

## §. CCVI

Judenburg caſtrum.

Alterum Præfecturæ Orbeanæ caſtrum *Judenburg* Diedolshuſio vico, ubi telonium eſt, viæque publicæ immiſuit, quæ Lotharingiam cum Alſatia per vallem hanc jungit. Id à longo jam tempore collapſum infimam turris partem adhuc oſtendit. *Gutenburg*, id eſt, bonum caſtrum, primitus appellatum fuit; niſi in allegato Theodorici de Honac epitaphio vitium lateat: uti vicus ſubjectus à *bono homine* (*y*) nomen accepit. Gutenburg facile in Judenburg, quod Judaicum caſtrum denotat, corrumpi potuit. Jungitur Hohenaco in literis, quibus Rappoltſteinenſes de valle Orbeana per Auſtriacos inveſtiti ſunt; ſed non jungitur in iis, quas poſt Phirretenſes Auſtriaci ab Epiſcopis Baſil. eodem modo impetrarunt. Judenburgum ergo feudum fuit Auſtriacum, ſed quo jure dominium ejus directum ad Auſtrios ſpectaverit, ignoramus, quod Hohenacum, Eccleſiæ Baſil. obnoxium, cum Comitatu Phirretenſi eis obtigerit. Caſtrum hoc Alberto cuidam Auwelino An. MCCCXXXVIII. in ſubfeudum Rappoltſteinii dederant, aperturæ tantum jure ſibi ſervato.

## §. CCVII.

Vici.

Vallis omnis quinque vicos, in quibus eccleſiæ, ſeptemque viculos villasve complectitur; in quinque parochias diviſa. Quatuor tantum parochias literæ Auſtriacorum feudales

(*p*) HUGO *Monum. S. Antiquit.* Tom. II. pag. 279.
(*q*) Apud BERLER. *Chron. Mſ.* fol. 368. Excerpta ejusdem chartæ apud LAGUILLE *Hiſt. Alſat.* Probat. pag. 18.
(*r*) HERRG. *Geneal. Habſb.* Tom. III. num. 514. & 576.
(*s*) *Annales Rappoltſtein.* MS. ad An. MCCLXXIX.
(*t*) Vide infra Genealogiam Dynaſtarum Rappoltſteinenſium.
(*u*) Cod. MS. feud. Regim. Enſisheim.
(*x*) Advocatum ſuum in Hohenach Anshelmus de Rappoltſtein in charta An. MCCCXI. jam memorat.
(*y*) *Bonhomme.*

feudales poſt duo caſtra recenſent; omiſſa Diedolshuſiana, Lotharingiæ finibus proxima. Singulis vicis & viculis duplex, Romanicum atque Teutonicum, impoſitum eſt nomen. Romanicum apud incolas prævalet. Quinque vici & parochiæ ſunt :

I. *Orbey*, German. *Urbis*, vicus major, à quo tota vallis Orbeana dicitur, cum parochiali ſuo diſtrictu dimidiam prope vallis univerſæ partem continet. Abbatia Pariſienſis jure patronatus hic gaudet. In diſtrictu iſto duo lacus ſunt, *albus* & *niger*, à colore, quo ſe ſpectantibus offerunt, ita nuncupati. Albus altero longe eſt major. (a)

II. *Freland*, German. *Urbach*, vallem intrantibus à dextra, Richovillenſes ſilvas atque Auburios confinio tangit. Alius vicus *Urbach* in valle Rupea eſt.

III. *La Poutroye*, German. *Schnierlach*, viæ regiæ, quæ Keyſersberga per vallem ad Lotharingos ducit, aſſidet. *Petroſum viam* vici nomen latine interpretantur. Pariſienſis Abbas hujus ac ſequentis eccleſiæ patronus eſt.

IV. *Bonhomme*, German. *Diedolshauſen*, à S. Deodato, quem ibi habitaſſe ferunt, nomen habet, in medio Vogeſi ad eandem viam regiam ſitum, ſeſqui-hora diſtat Schnierlaco. Vetus, quo Dynaſtæ Rappoltſteinenſes gaudebant, telonium An. MDCLXXX. regio fiſco adſcriptum eſt.

V. *La Baroche*, German. *Zell*, monti Keiſersbergam inter & Amrærsvillam inſidet. Parochia loci Prioratui ad Tres Spicas, à quo leuca diſtat, An. MDCLI. dono obtigit.

Reliqui vallis & Præfecturæ Orbeanæ viculi, ad ſuperiores quinque parochias ſpectantes, in quibus vel decem, vel plures foci numerantur, duplici quoque nomine deſignantur, hoc ordine: *Foru*, German. *Starckenbach*; *Longtrait*, German. *Langenwaſen*; *Hachimette*, German. *Eſchelmer*, olim *Eſchermoy*; *Hauteshuttes*, German. *Oberhütten*; *Baſſeshuttes*, German. *Unterhütten*; *Thannet*, German. *Thannach*; *Ribaugoutte*, German. *Klein-Rappoltſtein*. Incolæ re pecuaria vivunt.

## §. CCVIII.

Sed jam ad Leberiam vallem ratio ſitus nos perducit, in Alſatia inferiore & Epiſcopatu Argent. ſitam, in qua peculiaris Dynaſtarum Rappoltſteinenſium præfectura, quæ à loco potiore, Markircha, nominatur. Ut Hohenacum in Orbeana, ita Eckerichium caſtrum in Leberia valle ſuum extulit caput. In utriusque locum vicus ſucceſſit, (a) valli ubi ſitus eſt, nomen communicans; quod & præfecturis impoſitum. Vallis & Leberia & Markirchenſis promiſcue dicitur: Leberia (b) quidem à Lebera ſeu Lebracha, vel ut ſeculi VIII. chartæ vocant, *Leima* & *Leimaha* (c) flumine, ex valle hoc in Scaram profluente ac Ellum; (d) unde vico *Leberau*, *Lievre*, ubi parochia totius vallis primitiva, nomen. Minor ejus pars ad Rappoltſteinenſem Dynaſtiam, major atque nobilior ad Lotharingiæ Ducatum ſpectat. Nunc de priore, de altera alibi agetur. VIII. Præfect. Markirch.

*Eckerich*, aliis *Eckirch*, Gall. *Eſchery*, (e) in Lotharingica quidem vallis trans Leberam parte, in ditione tamen Rappoltſteinenſi olim fuit, caſtellum vetus montem coronavit, paucis hodie ruderibus ſuperſtes. Seculi XIII. opus, eodem verſus finem vergente, obſeſſum & expugnatum eſt. ANNALES COLMAR. ad An. MCCLXXXIV. tradunt: " Dominus „ de Hohenſtein, advocatus Alſatiæ, caſtrum Echirc potenter obſedit, ſpacio brevi „ temporis expugnavit & in poteſtatem ſibi propriam deportavit. Ideo vero dicitur „ expugnaſſe, quia ſuum cognatum Johannem de Echirc, qui conſanguineos ſuos „ honore ac divitiis præcellebat, fraudulenter occiderant. „ Biennio poſt Conradus Epiſcopus Argent. " caſtrum de Eckerich, quod eſt feodum nobilis viri, Friderici Eckerich caſtrum.



(a) Conf. Conſpectus Tom. I. pag. 26.
(a) Urbis & Markircha.
(b) Germ. *Leberthal* & *Leberachthal*. Poſterior orthographia in veteribus monumentis obvia. Vid. ALBERTUS ARGENT. *de rebus geſtis Bertholdi Ep. Argent.* pag. 171. Gall. *Val de Lievre*, *Lievre*; unde *Leporea* & *Leporaceſis* vallis latine ſcribitur, neglecto germanicæ vocis, quæ primæva, ſignificatu.
(c) In Dipl. Caroli M. An. DCCLXXIV. apud FELIBIEN *Hiſt. de l'Abbaye de St. Denys, Pieces juſtif.* num. 50.
(d) Conf. Conſpectus Tom. I. pag. 22. Lebera fœderis pro pace publica ſervanda inter Argentinam, Spiram, Wormatium & Moguntiam An. MCCXXV. initi, limes meridionalis conſtituta fuit. LEHMANNI *Chron. Spir.* Lib. VII. Cap. 27.
(e) Caſtri nominisque ejus origo Tom. I. pag. 716. ſq. oſtenſa.

„ Ducis Lotharingiæ, ad voluntatem ipſius, in ſua manu habebat, ac Otto de Ochſen-
„ ſtein, advocatus Alſatiæ, Friderico Duci polliciti ſunt, ſe caſtrum *cum tota terra*,
„ *dicto caſtro attinenti*, legitimis ejus hæredibus, inter ſe reconciliandis, vel ſi recon-
„ ciliari non poſſent, ipſi Duci reddituros fore. „ (*f*) Fridericus id cum omnibus feudis vallis Leberiæ, ab illo pendentibus, exceptis iis, quæ Advocatis Waſſelnhemianis data fuerant, Henrico Blamontano An. MCCLXXXIX. contulit. (*g*) Nobilium de Eckerich ſanguis circa An. MCCCLXXXI. defecit, ubi bona ipſorum feudalia vel ad Lotharingum, vel ad Rappoltſteinenſes redierunt. Dimidium caſtrum Eckerich Fridericus de Hadſtatt Caroli Ducis beneficio ſe poſſidere An. MCCCCI. profeſſus eſt. (*h*) Altera ejus pars, quæ Rappoltſteiniis interea obtigerat, cum tribus vallis Leberiæ vicis, ad eosdem ſpectantibus, Abbatiæ Murbacenſi An. MDVII. in feudum oblata eſt. (*i*)

*Weyersparg*, *Wiegersparg*, in Leberiæ vallis retro Caſtinetum introitu caſtellum fuit, Lebrahenſi amne cinctum, quod Reinhardus Franckenburgius An. MCCCLXXXIX. Johanni à Kageneck vendiderat; à quo ad Zornios qui Lappi dicebantur, pervenit. Ex his Johannes Zorn Henrico Lutzelſteinio Comiti An. MCCCCXXXVI. caſtellum hoc vendidit; An. MCCCCXLIX. ad Michaelem ab Ettenheim translatum tandem ad Zornios rediit; à quibus An. MCCCCXCIX. Rappoltſteiniis in feudum oblatum eſt.

## §. CCIX.

Markirch. *Markirch*, magnus & dives Alſatiæ burgus; perſimilis oppido, in latinis monumentis Fanum S. Mariæ, *S. Maria in fodinis*, (*l*) nominatur; Gallis quoque *S. Marie aux Mines*. In Theodorici, Lotharingiæ Ducis, charta, qua decimam de S. Maria & de S. Blaſio, Prioratui Lebrahenſi ablatam, An. MLXXVIII. eidem reſtituit, *S. Maria* ſimpliciter ſcribitur. (*m*) Hæc antiquiſſima loci, quam reperi, mentio. Lebrahenſis Eccleſia, ut in vallibus atque defertis fieri conſuevit, pluribus ibi vicis, atque huic ſpeciatim originem dedit. Diviſus ille rivo Leberæ, quem *Lauchach* vocant, in duas partes, una Lotharingiæ Ducatui, altera Dynaſtiæ Rappoltſteinenſi adhæret; in qua & Romano-Catholica, & Proteſtantium Auguſtanæ atque Helveticæ Confeſſionis ſacra coluntur. Nec deſunt Anabaptiſtæ, laborum patientia commendabiles, quibus prædia hinc inde locantur. Inter opificia coriarii, pannifices, tibialium textores, frequentes ſunt.

## §. CCX.

Vici reliqui. *Fordelbach*, Romanice *Fertu*, *Fertru*, viculus, olim vicus permagnus, quingentis paſſibus Markircha diſtans; à metallurgis habitatus.

*S. Blaſii* vicus exiguus, cujus memoriam ſec. XI. jam reperimus, infra Markircham ditionis Rappoltſteinenſis ad ortum limes eſt.

*Eckerich* vicus, nominis ejusdem caſtro, à quo leucis aliquot diſtat, longe antiquior, S. Wilhelmi appellatione (*n*) quandoque ſignatus. S. Achericus, unde loco *Eckerich* nomen, Wilhelmi, miraculis clari, in Prioratu illius loci fuit ſucceſſor. (*o*) Prioratus in parochialem converſus fuit eccleſiam, cujus patronatus Mediano monaſterio competiit. Jus hoc, quod ei ſeculo XIII. jam dubium fecerant Eckerichii Nobiles, (*p*) religionis mutatione ſec. XVI. prorſus amiſſum eſt. (*q*) Dicatum heic quoque Helveticæ Confeſſioni oratorium eſt.

*Zyllhardt*, Romanice *Sarlattes*, *Sarlatre*, metalli copia ita turſiſſe fertur, ut conducti operarii ex ſua mercede oratorium præfatum condiderint.

*Klein Leberau*, *Petit Lievre*, viculus mineris ditiſſimus, cum caſtro & vico Eckerich Abbatiæ Murbacenſis feudum eſt.

*Oberdorf*,

(*f*) Teſte charta tabularii Ducalis Nanceii.

(*g*) Literæ inveſtituræ ita: *Ion fiey d'Eſchevey lon eballet et dont vaud de Lievres & tout les fiet, qui i appendent & que on tenoit de moy ou vaud de Lievret.* Ch rta ibid.

(*h*) *Eckerich die halbe burg und alles das, ſo ich habe im Leberachthal* &c. Ibi rem.

(*i*) Literæ oblationis ita: *Dat halb Schloſſ Eckerich mit aller herrlichkeit und zugehærdten, mit den darzſſen Sanct Blaſi, auch Sanct Wilhelm genannt Eckerich und klein Leberow.* &c.

(*l*) Varia hinc inde loca, quæ à S. Maria nomen habent, cum occurrant, quo hic à reliquis diſtinguatur, à minerie, quibus terra ibi repleta eſt, cognomen accepit. In Lotharingia S. Maria de Priſneo vel *S. Marie aux Bois*, ubi Prioratus ord. Cluniac. exiit.

(*m*) Hugo *Monum. S. Antiq.* Tom. I. pag. 174.

(*n*) Literæ inveſtit. Murbac. habent: *S. Wilhelm genant Eckerich.*

(*o*) Richerius *Senon.* in *Chron.* Cap. IX. apud D'Achery *Spicileg.* Tom. II. pag. 614. edit. novæ.

(*p*) *Hiſtor. Mediani Monaſt.* pag. 366. ſq. Waſſelarii ab Ekkerich Præturam Imperialem Seſtadii diu poſſederunt. Beat. Rhen. *Rer. Germ.* Lib. III. pag. 298.

(*q*) *Hiſt. Mſt. Monaſterii* pag. 374.

*Oberdorf*, Rom. *Liverſel*, villa inter Rappoltſteinenſes atque Lotharingos diviſa.

De vallis Leberiæ mineris ac metalli-fodinis notatu digniora ex omnis fere ævi monumentis prolata ſunt alibi. (*r*) Auſtriaci cum per aliquod tempus Rappoltſteinenſium in iis quærendis ſocii fuiſſent, ſuum in hos omne jus transtulerunt An. MDCXX. ob bellorum incommoda per quadraginta abinde annos nihil tentaturos. Fine ſeculi ſuperioris Argentinenſes quidam ſmaltum pararunt, hocque neglecto, metalla varii generis prope Markircham effodere continuarunt; Palatini Principis auctoritate ac regiis in id privilegiis muniti; quod noſtros uſque ad dies opus perdurat.

## §. CCXI.

Præter enumerata Dynaſtiæ Rappoltſteinenſis caſtra, oppida & vicos, alia etiam loca ſuperioribus ſeculis eidem adhæſerant, quæ breviter indico. Quarta caſtri & Dynaſtiæ Geroldseckianæ ad Vogeſum pars, unde ſe Dominos in Geroldseck Rappoltſteinii ſcripſerunt, & Geroldseckiano in Inſignibus Leone ſunt uſi, An. MCCCCLXXXV. & ſexennio poſt ære comparata, durante bello tricennali Lotharingiæ Duci atque Landſpergiis vendita eſt. (*s*) Caſtrum *Kœnigsberg*, *S. Hipolitum* atque vicum *Ensheim* ab inferioris Alſatiæ Landgraviis Rappoltſteinenſes aliquando in ſubfeudum tenuerunt, Landgravii à Lotharingiæ Ducibus quum illa loca tenerent. *Engweiler*, Murbacenſis Dominii directi vicus, per breve tempus juris quoque Rappoltſteinenſis fuit. Caſtrum *Schaffgieſen*, cum *VVeil* & *VVellingen* vicis, nec non dimidiam vici *Amoltern* partem in Briſgovia, illos quidem feudali, hanc proprio jure, iidem diu poſſederant Dynaſtæ. Accepta hæc ab Auſtriacis feuda An. MCCCCVI. vicino Endingæ oppido dein oppignerata, recuperari nunquam potuerunt. Altera vici *Amoltern* pars feudum quoque erat Auſtriacum, ſed Bolſenhemiis Militibus & poſt horum interitum An. MDXLVII. Leonhardo Strauſſio, Briſacenſium Advocato caſtrenſi; dein nobili Rueſtiorum familiæ An. MDLXXII. denique Strauſſio, Regiminis ſup. Auſtriæ Conſiliario, An. MDCXVIII. collatum. (*t*) Briſaci Auſtriaci decimæ cum jure patronatus inter antiquiora Rappoltſteinenſium feuda, quæ ab Auſtriacis tenuerunt, ponuntur. In Lotharingiæ partibus caſtrum *Romont* poſſederunt, vicos item *Altorf*, *Goſſelingen*, *Stenſel*, *Burſingen*, *VVachenborn*, *Kirchberg*, aliis *Kirprich*, *Rentingen*, *Herolzhardt*, *Ridingen* &c. quos omnes poſt Luzelſteinios Comites An. MCCCCLXXX. extinctos, Rappoltſteinii ab Eccleſia Metenſi obtinuerunt in feudum. At ſeculi ſuperioris initio loca hæc ad Lotharingiæ Ducem & Lucelburgios Nobiles pervenerunt, ita quidem, ut ille directum, hi utile dominium acciperent. (*u*)

Loca paſſim amiſſa.

## §. CCXII.

Univerſa ergo Dynaſtia Rappoltſteinenſis feudalis eſt, dominio directo ejus inter plures diviſo. Perpauca ejus allodia ſunt. Baſilienſis Epiſcopatus feuda num oblata ſint, ſuperiore diſputatum eſt ſeculo. De Murbacenſibus vero id certum. De Imperialibus, Argentinenſibus & Auſtriacis, plerisque contrarium novimus. In his omnibus quæ Dynaſtæ jura regalia ſub Imperio Germ. exercuerint, quosque poſt gentis ſuæ interitum hæredes ſint nacti, in Hiſtoria ipſorum Genealogica docetur.

Concluſio.

Extremum Rappoltſteinenſis Dynaſtiæ oppidum boreale Berckhemium eſt; ad ſuperioris inferiorisque Alſatiæ collimitia ſitum, de quo ſupra. (*x*) Clauditur ergo heic loci Geographico-Politica ſuperioris Landgraviatus deſcriptio, ubi & urbium quarundam, olim Imperialium, terras ſuis locis expoſui; urbes ipſas infra expoſiturus conjunctim.



(*r*) Conſpect. Tom. I. pag. 11.
(*s*) Qua de re infra in Marca Maurimon.
(*t*) Cod. Mſ. feudor. Regim. Enſisheim.
(*u*) Hæc ex Inventar. Mſ. chartarum Cancellariæ Vicenſis (*Treſor de la Chancellerie de Vic*) juſſu regio An. MDCXXXIV. confecto.
(*x*) Pag. 113. ſqq.

# LANDGRAVIATUS INFERIOR.

## §. CCXIII.

Landgraviatus inferior.

Cum Alſatiæ Pagus in duos Pagos minores, Sundgoviam Nordgoviamque ſubdividerentur, quorum quisque peculiarem ſuam jurisdictionem haberet, in utroque Landgraviatus exortus eſt; in Sundgovia ſuperior, in Nordgovia inferior; unde *Nordgovia*, *Landgraviatus inferior*, *Alſatiaque inferior* ſynonyma ſunt. Significatui huic Landgraviatus latiori ſubordinatur & alius, qui Territorium Landgraviale ſpeciatim deſignat, quod non modo ſub jurisdictione, ſed & ſub dominio Landgravii fuit. Huic enim à Cæſare terræ quædam ex fiſco in ſalarium conceſſæ ſunt, quibus avitas quoque ſuas, tum feudales, ab Epiſcopis, Abbatibus, Principibus, Dynaſtis ſibi collatas, tum allodiales, hereditate, matrimonio, emptione, aliove modo acquiſitas, junxerunt. Complexus hic terrarum medio ævo *Landgraviatus* dicebatur, quem An. MCCCLVIII. Oetingenſes vendiderunt; quanquam procul dubio ille tantum verus Landgraviatus extiterit, qui terras fiſcales, Landgravio à Cæſare in feudum datas, complexus eſt. Hoc ſenſu vocem ſumit Henricus Landgravius in charta An. MCCXXXVI. ubi ait: " Cum Imperator " ipſam Landgraviam in manu ſua tanquam poſſeſſionem propriam adhuc teneret, & " nondum de feudo Landgraviæ patrem meum Conitem Sigebertum infeodaſſet. " Prævaluit tamen ſenſus præcedens, qui communi Landgraviatus nomine omnes illas terras deſignat, quas Landgravius titulo quocunque poſſedit; uti terrarum ad Comitem pertinentium complexus appellatur *Comitatus*. Inter laicos autem Proceres primus poſt Ducem cum Landgravius fuerit, in Inferiore quoque Alſatia deſcribenda faciendum eſt à Landgraviatu initium, poſtquam de Pagis ejusdem quoque pauca præmiſero.

## §. CCXIV.

Pagi.

Alſatiæ in Pagos majores minoresque diviſio, ſub Periodo Germanica, pedetentim diſparuit. Seculo XI. ipſa adhuc Pagus appellabatur Alſatia, (*y*) in Sundgoviam Nordgoviamque diviſa. Sundgovia, limite ejus licet arctato, priſcum tamen retinuit nomen. (*z*) Nordgoviæ autem appellatio ſec. XII. ceſſavit. (*a*)

Hattgovia.

Hattgoviæ, ſuperioribus ſeculis *Hettenkouue* (*b*) appellatæ, limites ſunt amnes Selza & Sura; vici Rodern, Forſtfelden, Königsbruck, Surburg, Sulza & Leitersweiler. Princeps vicus *Hatten*, in medio fere ſitus, nomen indidit Pago, qui dives eſt lini; unde ſolemnes duo mercatus annui in hoc vico celebrantur. Sub Liechtenbergenſibus, Hanoicis & Darmſtadienſibus, Pagi hujus Præfectura novem vicis, *Hatten*, *Oberbetſchdorff*, *Niederbetſchdorff*, *Rittershofen*, *Schwabweiler*, *Reinersweiler*, *Kuhlendorff*, *Leutersweiler*, *Bühl*, ſemper conſtitit. Omnis Præfectura Imperiale olim, nunc Regium feudum eſt. Pago huic incluſus fuit Comitatus cognominis, niſi Comitatum & Pagum heic ſynonyma dixeris. Ita trans Vogeſum, in Weſtria *Bliſchouue* Pagus & Comitatus appellatur, in quo Abbatia Hornbacenſis ſita fuit. Quin & in hoc Comitatu & Pago alius minor Pagus *Rosheſe* fuerat ſitus. (*c*)

Waſgovia.

Pagus Voſagenſis, Germanis *Voſagau*, *Wasgau*, (*d*) Nordgoviæ pars fuit, atque ad noſtra tempora uſque nomen retinuit. Non omnem montis Voſagi tractum, qui Belforto Bingium ſe uſque extendit, (*e*) nec Lotharingicam Vasgoviam, (*f*) nec alteram illam, quæ Weſtriæ (*g*) nomine venit, ſed Alſaticam intelligo, quæ Tabernis ad oppidum Weiſſenburg uſque dirigitur, nonnullis appellata *ſuperior*. *Inferior* enim ad Spirbachium flumen uſque fuit protenſa; indeque duæ Hardtæ, ſuperior inferiorque cœperunt, terminatæ Durkhemio. (*h*) Ordo Equeſtris Vasgoviæ peculiarem olim claſſem

(*y*) Charta Henrici III. Imp. An. MXLVIII. MLII. apud HERRGOTT & in charta D. Petri Jun. Argent. An. MXL. conf. ſupra pag. 31.

(*z*) Vid. Tom. I. pag. 634. & Tom. II. pag. 31.

(*a*) An. MLXXXV. Henricus IV. Imp. in charta Neovillar. adhuc uſus eſt *Nordgouia* voce.

(*b*) Sigebertus Alſatiæ Landgravius in Tranſactione ſua An. MCCLXV. *Hettenkouue* vocat. Idem faciunt Henrici duo de Fleckenſtein in charta An. MCCCLXIII. Chartular. Fleckenſt. ſec. XIV.

(*c*) Chartular. Hornbac. in Archivo Bipont. JOANNIS in *Oratione de Hornbaco* pag. 7.

(*d*) TRITHEM. *Chron. Hirſaug.* Part. I. pag. 152. vid. *Alſat. Illuſtr.* Tom. I. pag. 644.

(*e*) In literis fundat. monaſterii S. Lamperti An. DCCCCLXXVII. ab Ottone Franciæ Duce, Conradi Salici avo, datis, *nemus Waſigou in Pago Spirigowe* legimus. In charta Caroli IV. An. MCCCLXVI. Lamperto Epiſcopo Spir. data *Vagaſium* dicitur. Vid. *Deductio Spir. Lucl. pro S. Lamberto* pag. 6. Prob.

(*f*) Ubi hodieque *Baillage des Voges*.

(*g*) Rudolphus de Couciaco, Metenſis Epiſc. in charta MCCCXCI. *Weſtraviam* vocat, quæ in regione ſaltuoſa inter Alſatiam, Lotharingiam, Trevirenſes & Palatino-Electorales terras, ſe extendit inter Moſellam, Saram, Bleſam, Navam & Lutram. JOHANNIS in *Orat. de Bipunto* pag. 7. CROLLIUS *de Weſtrafia* pag. 14. Nonnulli Weſtrafiam vocant Auſtraſiam. CELLARIUS *Geogr. nova* Cap. X. FRANCOPOLITA *non dem Kanzler. Auſtraſien* §. VII. ſeq. Male MART. ZEILERUS *Top. Palat. Rhen.* pag. 64. Weſtraſiæ & Wasgoviæ eosdem fines adſcripſit. Weſtraſiæ pars nobilis eſt pagus Bliſenſis, *Blisgau*. Vicus *Fiſchbach* in medio Vogeſi, inter Weiſſenburgum & Bitim, limitem inter Alſatiam Lotharingiamque conſtituit.

(*h*) Cod. Mſ. *de Geraydis* in Landav. Tabulario, ubi Neoſtadium Hardam ſuperiorem ab inferiore diſterminare dicitur. Hanc excipit Mons Jovis, *Thorsberg*, vulgo *Donnersberg*, ubi rupes *der Kanzelfuel*, haud procul Bolandia.

classem constituit. (*i*) Hagenoensis enim silva Alsatiæ nobilitatis immediatæ semper constituta est limes, (*l*) indeque Vasgovica cœpit, post adscripta Rhenanæ. Cetcrum Vasgoviam non *Gavis* sed *Augiis* annumerandam esse, existimavit SCHILTERUS, (*m*) quam etymologiam non equidem sequor.

Sipirgovia. Landgraviatu Inferioris Alsatiæ extincto, & Advocatia invalescente Alsatica, Alsatia inferior Luteram tranſilire & ad Queicham usque cœpit migrare, Spirigoviæque adeo pars australis Alsatiæ accessit. (*n*) Nomen traxit hic Pagus à Spiræ & Hochspiræ confluentibus rivis. (*o*) Montana & Rhenensis Tabernæ, Clingense Herdenseque Monasteria, in tractu hoc jacent. Palatina Electoralis & Bipontina Domus, ut & Spirensis Episcopatus, pleraque in districtu hoc possident loca. (*p*) Superior hæc Spirigoviæ pars non Landgraviali Alsatico, sed Provinciali Spirigoviæ Judicio, (*q*) subdita fuit. De judicio hoc in Charta An. MCCLXXXII. legimus: "Arnoldus Abbas „ & conventus Uterinæ Vallis constituti in judicio coram nobis questi sunt; inquit „ Henricus miles de Bannacker, ex parte serenissimi Domini, Rudolfi regis Rom. „ Judicio provinciali per Spirgoigiam præsidens. „ (*r*) In Chartularii Hornbacensis (*s*) Instrum. An. MCCCIII. legitur: "Henricus miles de Bamracger, serenissimi Dn. Regis „ Romanorum per Spirigoviam advocatus generalis.

Pagorum interitus. Postquam seculo XII. Landgraviorum & Comitum auctoritas evilescere cœpit, Proceribus Germaniæ ad suprematum tendentibus, provinciarum quoque in pagos divisio paulatim defecit. (*t*) Nobiles & Dynastæ, in castris montanis sedentes, Dynastiis & Dominiis suis nomina à principe terrarum castro impositorum, à quo non integer Pagus, sed terræ, per plures sæpe Pagos dispersæ, pendebant. Adde, quod in uno pago aliquot Dynastiæ simul esse potuerant. Arx primaria, multarum aliarum, tum allodialium, tum feudalium, arcium accessione conjugiis, emptione, aliove modo adaucta, Dynastiæ, Comitatus, Principatus, caput pedetentim devenit, temporumque progressu ei nomen suum communicavit. Cujus rei Rappoltsteinensis, Liechtenbergensis, Fleckensteinensis, Huneburgensis, Ochsensteinensis Dynastiæ, ut & Ferretensis, Horburgensis, aliique circum circa Comitatus sunt testes. Conradus II. in diplomate Paterniacensibus dato An. MXXVII. Columbram & Hitinheim cortes in Comitatibus Gisilberti & Wezilonis Comitum ponit. (*u*) Colmaria in Comitatu Gisilberti, hoc est in Alsatia superiore, quæ tunc adhuc Sundgovia, Hitinheim in Comitatu Wezilonis, seu Alsatia inferiore, Nordgovia, censebantur. Dynastias ergo hodiernas &, qui exinde exorti sunt, Comitatus non antiquiores esse seculo XI. nemo mirabitur. Dynastias hodiernas dico, quod antiquissimo etiam ævo fuerunt domini in pagis potentes, quos TACITUS *principes* vocat; qualis Segestes, Arminius, fuere, quos dixeris Dynastas.

## §. CCXV.

Geraydæ. Silvestres illos utriusque Wasgoviæ, ut & duarum Hardtarum districtus, certis civium & rusticorum Communitatibus, nomine Geraydarum, communes, Pagis subjungimus. (*v*) In his lignandi præsertim, imo & in aliquibus venandi, piscandique jus participes Geraydarum exercent. Vocantur & *Heyngeraydt*, *Gedeyen*, (*x*) & subdividuntur in Zentas. Gerayda septima, quæ *Godramsteinensis* (*y*) dicitur, circuitum diginti fere leucarum complectitur, in tres Zentas divisa. (*z*) Exigua pars ejus cis Quisagam, trans Quisagam pars maxima est. Lapidibus & arboribus (*a*) definiuntur Geraydæ. Ad Mosellam in Westria *Geraydas*, nostris similes, (*b*) reperimus. Pertinet huc Cœvericum illud regnum, (*c*) cujus tractus prope Trarbacum certo vicorum numero constat. De Geraydicis & Cœverico judiciis infra.

Simili-

(*i*) Germanicis Canton, *Orth*, *Viertel*. In Rhenana classe primus Canto *die Ritterſchafft in Gau und Waigau*. SPEIDELIUS in voce *freye Reichs-Ritterſchafft* pag. 327.

(*l*) CASP. à LERCH *de Nobilitate* pag. 135.

(*m*) *Gloſſar. Teut.* pag. 30. ubi *Waſig-au* non *Waſi-gau* vocem componit. *Gau* pagus, pluribus vicis constans; *Au* campus pascuus est; unde *Augia* dicti, *Naſſavia*, *Retavia*, *Velavia*, exorta sunt nomina.

(*n*) Tom. I. pag. 645. & Tom. II. pag. 6. sq.

(*o*) Fontes Spiræ sunt prope Monasterium S. Lamberti, in partibus Neostadii ad Hardtam. Vid. chartam fundat. Monast. S. Lamberti An. DCCCCLXXVII. in *Dedusct. Spir.* prob. num. 1. & in SIMONIS *Hiſtor. Epiſcopor. Spir.* pag. 30.

(*p*) Vid. supra pag. 7.

(*q*) *Landgericht im Spirgau*, LEHMANN *Chron. Spir.* Lib. IV. Cap. VII. sq. Mallus hic Neostadii primum habitus est; at Ludovicus Bav. An. MCCCXV. illum Germersheimium transtulit. *Spiceileg. Antiquiſt. Palat. cis Rhenum* pag. 16.

(*r*) *Datt de Pace publ.* Cap. XVIII. pag. 136.

(*s*) *Cod. Membran. Mſſ. Archivi Bipontini* fol. 51. b.

(*t*) Conf. Tom. I. pag. 655.

(*u*) Diploma ineditum Colmar. Archivi, quod *Alſatia Diplom.* dabit.

(*v*) Tom. I. pag. 653.

(*x*) *Gedeyen Hagembuch*, districtus Hagenbacensis.

(*y*) Vocatur etiam *Oberhayn-Geraida*.

(*z*) Landavia in tertia zenta est; *in der Unterzents*. Zentæ, quæ Vogesо adhærent, superiores, quæ Rheno vicinæ, inferiores dicuntur.

(*a*) *Loogbaum*, *Lochbaum*, quarum arborum nota est, quod ab una, aliquando utraque parte, mudanus cortex. Vernacule *ein gefleckter* sive *gefiſchter Baum*.

(*b*) *Die freye Geraydt*.

(*c*) *Cœver-Reich*. BUDERUS *de Duodecim-viralibus Judiciis* in append. Simile quid in Westerwia sub nomine *Marcarum* occurrit.

Similitudo inter Emunitatem Weiſſenburg. & Geraydas fecit, ut Dagobertum Geraydarum quoque inſtituti jactarent auctorem. Fabularum res plena. Quinque enim Dagoberti finguntur, eorumque poſtremo teſtamentum, XXXII. capitibus conſtans, aſſingitur, (*d*) quod Ernſerici Morolii, ſecretarii Regis, manu confectum tradunt, (*e*) cum Rex in caſtro *Landeck* primum, inde *Gockingæ*, qui vicus Palatini juris eſt, ſediſſet. In teſtamento hoc Principibus ſacris & laicis, Monaſteriis, vicis & villis ſilvas ſuas, in XVII. Geraydas diviſas, conceſſiſſe dicitur. Impoſtor, Hunibaldo ſimilis, ex Jodochi Sabelini, quem Caroli M. conſiliarium facit, Viridario antiquitatum Auſtraſiæ, ſua ſe hauſiſſe profitetur. (*f*) Donationis Dagobertinæ Geraydarum perantiqua traditio eſt, quod Rudolphi Habsb. diploma An. MCCXCI. demonſtrat. Inter domania Regum (*g*) ſilvas extitiſſe haud dubium; quinam vero primus *Geraydas* has populis vicinis conceſſerit, inter incerta referendum. Weiſſenburgenſis Eccleſia, aliæque à Dagoberto II. fundatæ, (*h*) de donationibus ſuis certiores ſunt, amiſſum ſit licet donationis autographum. Hæc de Pagis atque Geraydis Inferioris Alſatiæ, nunc diverſa ejus exponemus Dominia.

## §. CCXVI.

Landgrav. Infer. Dominium.

Inter Dominia, in Landgraviatu ſive Alſatia Inferiore ſita, Landgraviatus ipſe, ſtrictiore ſenſu ſumptus, eminuit olim, quod poſſeſſor ejus Inferioris Alſatiæ judex fuit provincialis, adeoque dignitate Comitibus potior. Landgraviales hæ terræ non eædem ſemper fuerunt, ſed cum ipſa variarunt gente, quæ Landgraviatum poſſedit. Cum enim patrimoniales ſuos fundos & gentilitia feuda terris fiſcalibus, officio Landgraviali annexis, Landgravii junxerint, factum eſt, ut alius ſub Landgraviis ex Metenſi, alius ex Werdenſi profapia, Geographicus Landgraviæ ſiſteretur complexus. Metenſis autem epochæ obſcuritas facit, ut ſtatum Landgraviatus, qualis ſub Werdenſibus & Oetingenſibus ad interitum uſque fuit, ope chartarum, ex Lotharingicis & Alſaticis tabulariis, lectori proponamus; allodia Landgraviorum diſtincturi à feudis, quæ & ipſa in ſuas rurſus diſtinguimus claſſes. Uti enim ſuperiores Landgravii, præter terras avitas & bona fiſcalia, à Baſilienſi & Argentinenſi Eccleſiis, à Murbacenſi ac Lucellenſi Abbatiis, beneficia tenuerunt, ita & Inferiores, præter Werdenſe patrimonium ſuum & præter feuda Imperii, Lotharingica, Moguntina, Argentinenſia & Murbacenſia feuda poſſederunt, quæ cum imperialibus communi nomine Landgravica dicebantur; inter quæ temporis tractu confuſio orta, quod in Landgraviatus venditione An. MCCCLVIII. apparuit. In enumerandis ergo his feudis, quantum iu re difficili fieri poteſt, procedendum eſt ordine. Ab Imperialibus initium facio, ad Lotharingica dein tranſiturus, & reliqua.

## §. CCXVII.

I. Feuda Imperii.

Fiſcalia Landgraviatus inferioris bona, ſive Imperialia feuda, ex inſtrumento Imperatoris Caroli IV. An. MCCCLI. definienda ſi forent, caſtra Franckenburg, Kunigeſperg, Werde, S. Hippoliti oppidum, Erſtein, & Geiſpoltzheim claſſem eorum conficerent. Permutationem eo anno Cæſar imperialium Landgraviatus feudorum cum Ludovico & Friderico Landgraviis, Oetingæ Comitibus, fecturus, loca prænominata diſtincte recenſuit. Sed chartam hanc, ob ſuos defectus, anno ſequenti Carolus ipſe revocavit. Ex aliis enim documentis elucet, omnia illa loca, præter ſolum Erſthemium, vel Argentinenſis Eccleſiæ, vel Lotharingiæ Ducum feuda fuiſſe, adeoque ab Imperatore inter feuda Imperii male relata. In charta An. MCCCLIX. qua Epiſcopalia feuda, quæ Landgravii tenuerunt, venduntur Epiſcopo, Erſthemium, ut feudum Imperii, diſerte eximitur. (*i*) Ad fiſcalia Landgraviatus bona quoque pertinuerat olim villa & bannus *Dunenheim*, cum in Metenſium poteſtate adhuc Landgraviatus fuiſſet. At Henricus VI. Imperator, antequam Landgraviatum Werdenſibus contuliſſet, villam eam & bannum Novi Caſtri cœnobio dedit, quod ipſe Henricus Landgravius, lite de hac re An. MCCXXXVI. compoſita, faſſus eſt.

## §. CCXVIII.

(*d*) Chartam Emunitatis Weiſſenburg. ad An. DCXXIII. Teſtamentum Geraydarum ad An. DCLXVI. vel DCLXIX. ponunt. Utriusque inſtrumenti authenticum in chartophylacio Weiſſenburgenſis Eccleſiæ ſervari fallax fama eſt.

(*e*) Jac. Beyerlini *Antiquitates Palatinæ*, in Miegii *Monumentis* pag. 261.

(*f*) Miegii *Monum.* pag. 259.

(*g*) Regium hanc foreſtam à caſtro Trifels olim pependiſſe volunt; uti foreſta ſancta à caſtro Hagenoenſi. Dicebatur *Kuniglicher Buum-Forſt*, donec An. MCCCXXX. cum caſtro Trifels Comiti Palat. Rheni pignus Imperii tradita.

(*h*) Perantiquus Eckboltzheimenſis curiæ dominicalis, ad Capitulum Thomanum Argent. ſpectantis, rotulus Dagobertum quoque regem fert inſtitutorem. Rehm *diſſert. de Curiis Dominical.* in Schilteri *Cod. Jur. feud. Alem.* p.g. 375.

(*i*) *Ore allein die Mann, die zu Erſtheim barent, und von den Gutern, die vnir von dem Reiche zu Lehen hand, verlehent ſimlt.*

## §. CCXVIII.

Ad eandem classem referendæ sunt etiam terræ, quarum dominium utile Landgravii liberales, Cæsare consentiente, longo temporis tractu aliis in subfeudum dederunt. Roschwogiense judicium, cui à loco malli habiti nomen, ante omnes commemoramus. Landgraviæ hæc inferioris pars, à Landgraviis ad Fleckensteinios translata, ab eadem Landgravia inferiore, uti à superiore judicium Leimense, pependit. (*l*) Undecim vici, Roppenheim, Forstfeld, Kauchenheim, Gisenheim, Roschwog, Sessenheim, Statmat, Rindsheim, Dalhunden, (*m*) Auenheim, Denckelsheim, Roschwogiensi huic judicio, falarii loco adscripti fuerunt; prouti Præfecturæ Hagenoensi certus hodieque numerus vicorum adhæret. Enumerat eos charta An. MCCCLIX. Districtus hic *Comitatus* Riedæ olim nomine venit. (*n*) Jurisdictio in hos vicos Henricis Fleckensteiniis, avo & nepoti, à Ludovico seniore, Comite Oetingensi, Landgravioque An. MCCCLIX. collata est. An. MCCLXVI. nonnisi ex dimidia parte Fleckensteinios eam possedisse, charta transactionis hujus anni ostendit. Quamquam vero judicium hoc, cum ipso Landgraviali mallo, pedetentim perierit, Fleckensteinii tamen in Riedensis Comitatus possessione perstiterunt, (*o*) donec, gente eorum extincta, Ludovici XV. beneficio feudum hoc, ut malsculinum vacans, ad Principes Rohanæo-Soubizios transivit. Subfeuda Imperii.

Neque vero Imperialis feudi indoles Riedensi Comitatui derogatur, quod Sigebertus Landgravius Elisabethæ, matri suæ, ad secundas nuptias cum Emicone Wildgravio progressæ, dimidiam Comitatus hujus partem An. MCCLXV. ita tradidit, ut ad liberos, ex secundo matrimonio nascituros, etiam posset transire. Ipse enim transactionis introitus monet, objectum ejus non modo allodia, sed & feuda fuisse, (*p*) quæ turbulentis temporibus illis, capite cum careret Imperium, ut allodia tractabantur.

## §. CCXIX.

Quin & Landgraviale feudum fuit oppidum *Beinheim*, ab Imperio pendens, Fleckensteiniis quoque in subfeudum collatum. Sigebertus Landgravius An. MCCLV. Henrico Fleckensteinio Beinhemium jam promisit, si Fridericus, Marescallus de Hagenowe, sine heredibus masculis moreretur. In Charta An. MCCCLIX. Ludovicus Oeting. senior, Landgravius, oppidum illud Henricis Fleckensteiniis duobus simul conferens, ita loquitur: " Coram nobis comparuit Dominus Henricus de Fleckenstein, " senior, Vasallus noster, & nostri Landgraviatus Alsatiæ, & nobis resignavit Benhemium, " oppidum & castrum, & omnia jura, ab eo dependentia, una cum judicio provin- " ciali de Roschwog &c. dedimus & contulimus in feudum dicto Domino Henrico de " Fleckenstein seniori & Henrico nepoti ejus dicta feuda, quæ receperunt de nobis & " facti sunt Vasalli nostri, & Landgraviatus nostri. Beinheim.

Subfeudis Imperialibus annumeres item bona quædam Landgravialia, quæ & Lichtenbergensibus Landgravii, & Lichtenbergenses Landgraviis tradiderunt in feudum; quorum illa Landgraviorum intuitu activa, hæc passiva fuerunt. In illis Landgravii dominium directum, in his utile habuerunt. Classis utriusque feuda, non expressis nominibus, charta resignationis Landgraviatus, ab Oetingensibus Carolo IV. in favorem Lichtenbergensium An. MCCCLIX. factæ, indicat. Eadem hæc feuda, ab Imperio pendentia, Lichtenbergensibus mox contulit Cæsar, ut ipsa investituræ charta docet, cui Oetingensium resignatoria inseritur. Ab hoc tempore Imperialia ista subfeuda immediatis accensenda; antea enim Landgravii Lichtenbergicos, atque hi vicissim Landgravios, de feudis illis investiverant mutuo. Ab hoc tempore Lichtenbergicos solos de utrisque investiverat Cæsar. Landgraviorum in Lichtenbergicos liberalitatis causam ex mutuæ successionis pacto, inter eos ante seculum inito, Herzogius (*q*) repetit, ubi & vasallos reperimus, qui hac rerum conversione à Landgraviis ad Lichten- Lichtenbergica.



(*l*) Supra pag. 25.

(*m*) *Dalhunden* cum juribus à Landgraviatu pendentibus An. MCCCXXXIII. Anselmus de Botzendorf, si impubis moreretur, Henrico Fleckensteinio, cum Ulrici Landgravii consensu, destinavit; atque ita Comitatui Riedensi Dalhunda accessit.

(*n*) Tom. I. pag. 663. *die Grafschafft im Ried*, subinde *Uffried*. Hodie Roppenheimensis Prefectura, *das amt Roppenheim*. Vid. Schilteri *Gloss.* pag. 855.

(*o*) Oetingenses in scripto: *Fadtum pour le Prince d'Oetingen contre le Prince de Rohan*, investituræ ab Oetingensibus continuatæ exempla in Prob. num. 6. 7. 8. 10. producunt; quod illi jus, Alsatia ad Gallicam transeunte, amiserunt.

(*p*) *Es vvere umb morgen gabe; umb Widerme, oder umbe Leben.* Non nisi feuda feminea potuerunt intelligi, at Wildgravius omnia malsculisse videtur.

(*q*) *Chron. Alsat.* Lib. V. pag. 9.

tenbergenſes tranſiverunt, at feuda reticentur. Pertinuit huc porro vicus *Niderbronn*, feudum Imperii, quem Ulricus Alſatiæ Landgravius Joanni & Ottoni de Ochſenſtein An. MCCCXXXI. in ſubfeudum conceſſit, ita ut, ſi ſine legitimis feudi heredibus Landgravii decederent, Ochſenſteinii vicum ab Imperio in feudum acciperent. (r) Præter hæc villæ quoque duæ *Horde* & *Bittlenheim* ad Landgraviatum olim ſpectarunt, & ab Landgraviis ad Eccleſiam Argentinenſem cum ipſo Landgraviatu, ut Imperii feudum, tranſierunt; Johannes Epiſcopus Simoni Lichtenbergenſi, fratri ſuo, eas contulit. (s) *Obenheim* quoque Landgraviatus olim partem fuiſſe, Litteræ Inveſtituræ teſtantur, quas Franciſcus Egon, Argentinenſis Epiſcopus, An. MDCLXI. Chirotheo Conſtantino de Rathſamhauſen ad Lapidem dedit. (t) Accedunt his denique bona quædam in Offendorff, Herloffesheim, Wyler & Sure, in Riedenſi Comitatu, ut & Feuda Bernhardi cujusdam Murnhart, quorum nomina ignoramus. Wilhelmus Epiſcopus Argent. Georgio de Rathſamhauſen ad Lapidem ea cum in beneficium daret An. MDVIII. ad Landgraviatum eadem olim pertinuiſſe profeſſus eſt. (u) De Imperialibus hæc feudis ſufficiant, ad reliqua progredior.

## §. CCXX.

II. Feuda Lotharing.

Lotharingica Landgraviorum inferiorum feuda plures nobis Chartæ, quas in Tabulario Lotharingico reperi, huc uſque ignoratæ, oſtendunt. *Kunigesberg* caſtrum, *S. Hippoliti* oppidum & vicum *Eusheim*, in hanc feudorum claſſem referri debere, Mathæi, Lotharingiæ Ducis litteræ An. MCCL. demonſtrant; qui Cononi de Berchheim caſtrum *Eſtuphin*, cum omnibus appendiciis ejusdem caſtri, ſcilicet Sanctum Hippolitum, & *Aneſcheim* in feudum promiſit, niſi loca hæc Henrico puero, Alſatiæ Comiti, redditurus eſſet. Demonſtrat & alia recognitionis Charta feudalis An. MCCCXVI. qua Ulricus Alſatiæ Landgravius oppidum S. Hippoliti, caſtrum Kunegesperg, villamque Ensheim, à Lotharingiæ Duce Frederico ejusque progenitoribus in feudum ſe tenere profeſſus eſt. *Eſtuphin* in priore documento legitur; nullus hujus nominis in Alſatia aut Lotharingia locus. Intelligendum eſſe caſtrum Kunigsburg, ex eo elucet, quod oppidum S. Hippoliti, à caſtro hoc pendens, in documentis ſemper cum Kunigsburg jungitur, nulla caſtri Eſtuphin, quod Romanico-Lotharingicum loci nomen forte fuit, facta mentione. Alſatæ Germanice *Kunigsburg*, contracte *Kunsburg*, appellant. Documenta duo An. MCCCLXV. atque tria An. MCCCLXIX. quorum aliqua gallico, aliqua germanico, idiomate ſcripta ſunt, hoc nomen enunciant. Caſtrum inter Rappoltivillam & Seleſtadium, ab alto, cui inſidet, monte *Hoh-Kunigsburg* appellatur, cujus amplitudinem & præſtantiam rudera, quæ ſuperſunt, loquuntur. Ad pedes montis vicus ejusdem nominis eſt. (x)

A Kunigsburgenſi caſtro S. Hippolitus & Aneſcheim pendebant, uti Charta An. MCCL. enuntiat. Aneſcheim vicus eſt, duabus leucis Argentina diſtans. S. Hippolitus vero Lotharingiæ Ducum patrimonium vetus eſt. Leopoldus, Friderici Auſtriaci, contra Ludovicum Bavarum electi, frater, oppidum hoc cepit ejusque muros deſtruxit, quod Ulricus Landgr. à Ludovici partibus ſtaret, ac Leopoldo ſtruxiſſet inſidias. (y) Sigebertus II. Landgr. tria hæc loca, Kunigsburgum nempe, S. Hippolitum atque Ensheim, Ulrico Rappoltſteinio, ſocero ſuo, An. MCCLXIX. in feudum conferens, à Lotharingiæ Duce ea ſe tenere profeſſus eſt; (z) id quod Ulricus quoque in charta An. MCCCXVI. affirmat, qua teloneum & conductum per vallem Alberti & vallem Leberah iisdem Lotharingiæ feudis annumerat. (a) Neque ullam circa hæc feuda mutationem ab illis temporibus ad venditum uſque Landgraviatum factam eſſe comperior. Vendiderunt tamen iſta Landgravii Oetingenſes Argent. Epiſcopo An. MCCCLIX. nulla

(r) Conf. ſcriptum, cui Tit. *Factum de Sophie Sibille, Landgrave de Heſſen-Homburg, née Comteſſe de Linange Weſterburg, contre Jean Reinh. Comte de Hanau* pag. 3. Item Anonymi *Bericht vom Adel in Teutſchland* pag. 251.

(s) Herzog. *Chron. Alſ.* Lib. III. pag. 39.

(t) Ubi hæc: *Das dorf Obernheim, zwoing und bann; deren von Waſtilenheim theil ruhrt her von der Landgraffſchafft Elſaß.*

(u) In literis inveſtituræ, quæ in Tabulario Rathſamhauſorum ad lapidem, hodie apud Bernholdios; ubi: *Item das gut zu Offendarf, zu Herloffesheim, zu Wyler und zu Sure, das von der Landgraffſchafft zu Elſaß darkomt.*

(x) In charta latina Ulrici Landgravii An. MCCCXVI. dicitur caſtrum *Kunegesperg*. In charta An. MCCCLXIX. dicitur: *Chaſtel de Kuninsberg ſꝰ de ſainte Tyolitte.* In charta Germanica ejusdem anni: *Burg Kuninsberg und Statt Sanct Buie.*

(y) Alberti Argent. *Chron.* pag. 174.

(z) *Das hut ze Kunegesberg unde San Fulit und Eusben, u. alles das gut, das in deme lebene baret, das voit von demene Heraogen hant von Lutbringe.*

(a) Charta apud Carolum Hugonem in libro: *Origine de Lorraine*, num. 36.

nulla Lotharingici vinculi facta mentione; quam feloniam indignatus Johannes, Lotharingiæ Dux, non modo caſtrum Kunigsburg, oppidum S. Hippolitum aliaque, ſed & Franckenburg caſtrum, Burcardo de Vinſtingen per inveſtituræ literas An. MCCCLXV. conceſſit. De Frauckenburgo mox inter Eccleſiæ Argent. feuda dicetur.

## §. CCXXI.

Lite hinc inter Epiſcopum Argent. & Burcardum Vinſtingium orta, in undecim Arbitros, ex ordine equeſtri, compromiſſum eſt; conſentiente Lotharingo, ita tamen, ut Dominii jus ſalvum ſibi ſervaret. Ludovicus Oeting. ſtetit pro Lotharingo, literasque ſcripſit Kirchemii, in Monaſterio Virg. Dioeceſeos Auguſtanæ, in quibus caſtrum Kunigsburg & S. Hippolitum Lotharingica feuda eſſe fatetur. Arbitri tamen Argentinæ pronuntiarunt: loca hæc ab Epiſcopo poſſe retineri; Dux Lotharingiæ ad Octingenſes remiſſus. Oppidum S. Hippoliti in Epiſcoporum Argentin. poteſtate ad annum uſque MCCCLXXIV. permanſit; quo Lotharingiæ Dux Lamberto Epiſcopo illud extorſit. (*b*) Sub Friderico II. Ep. ſucceſſore Lamberti, qui ab An. MCCCLXXV. ad An. MCCCXCIII. Epiſcopatum tenuit, ad Eccleſiam Argent. hoc oppidum rediit. Fridericus enim, Baſilienſis quoque Epiſcopatus adminiſtrator, in Wirtenbergico bello Hechingam, Sueviæ oppidum, expugnavit, & in ejus locum S. Hippolitum, quem Lotharingus Comiti Wirtenbergenſi oppigneraverat, recepit. (*c*) Penes Lotharingos etiam jus Patronatus, decimæ, aliique reditus in Keſtenholtz, telonium, conductus per vallem Alberti & Leberah, ut & quæ milites Numeney à Landgravio in ſubfeudum tenuerant, perſtiterunt. (*d*) Hæc & alia plura in Alſatico Vogeſi latere bona Lotharingiæ Duces ab antiquo poſſederunt; Alſaticæ eorum originis teſtes &, ut videtur, reliquiæ; Caſtinetum (*e*) præſertim, cui cognomine caſtrum in Lotharingia deinceps Gerhardus de Alſatia, Lotharingiæ Dux, gentis ſuæ primus, condidit, ubi in Eccleſia monaſterii Benedictini, ab eo prope caſtrum, quod inhabitavit, conditi, ſepultus eſſe creditur.

Fata eorum poſt Landgravios.

## §. CCXXII.

A Lotharingicis ad Moguntiaca feuda progredimur. Brocomagum, Moguntinenſis Eccleſiæ feudum, noſtri quoque inferiores tenuerunt Landgravii; quod ad S. Nazarii cœnobium (*f*) olim pertinuit, & cum eo ad Archiepiſcopos Moguntinenſes tranſivit. Ganerbii plures caſtri hujus fuerunt participes, Eccleſiæ Moguntinæ Vaſalli; quos illa Landgraviis Alſatiæ ſub-Vaſallos conceſſerat. Caſtrum cum Ganerbiis Ulricus Landgravius, frater ejus Philippus, filiusque Johannes, An. MCCCXXXII. Hanemanno & Ludemanno, Dynaſtis Lichtenbergenſibus, vendiderunt. (*g*) impetrato haud dubie Moguntini conſenſu. Gerlacus enim An. MCCCLXI. Lichtenbergicis ſuper vaſallos Ganerbiosque Brocomagenſes, quorum nomina Herzogius (*h*) exhibet, inveſtituram conceſſit.

III. Feuda Moguntina.

## §. CCXXIII.

Feuda, quæ ab Argentinenſi Eccleſia tenuerunt Landgravii, annotat venditi Landgraviatus charta An. MCCCLIX. in qua primo loco memoratur *Werda*, caſtrum ad Ellum, Werdenſium allodium ad annum uſque MCCXXXII. quo Henricus Landgravius, nondum liberos habens, pro remedio animæ ſuæ, partem ſuam in caſtro ſuperioris Werdæ Eccleſiæ Argent. obtulit in feudum. (*i*) Præter partem hanc caſtri Henricus quoque curtim ſuam in Utenheim, proprietates ſuas in Bollenheim, villam in *Eley*, curtim in Gutesheim, eidem Eccleſiæ obtulit, addita limitatione, ut ſi propter defectum filiorum feudum hoc devolveretur ad filiam, filius ejusdem filiæ, ſi quem genuerit, ſed non filia, in eodem ſuccederet. Ulricus Landgravius hinc in literis recognitionis An. MCCCXXXVI. maſculinum hoc profeſſus eſt feudum; qua de re diſtinctius in Comitatu Werdenſi. Præter hæc in charta venditionis caſtrum *Franckenburg*, in vallis Vilerenſis monte ſitum, cum vicis ſuis enumeratur. Lotharingicis quidem

IV. Feuda Argent. Eccleſiæ.



(*b*) Kornigshov. *Chron. Alſat.* Cap. IV. pag. 262. & Cap. V. pag. 316.

(*c*) Wimpheling. *de Epiſcopis Argent.* pag. 400. & 406.

(*d*) Charta Ulrici Landgr. An. MCCCXVI.

(*e*) *Chatenoy*, german. *Keſtenholtz*.

(*f*) Germ. *Lorch*, Dioceſ. Worm. in Strata montana, ubi Taſſilo Bav. Dux ſepultus. Vid. Tom. I. pag. 272.

(*g*) Charta An. MCCCXXXII. ex Archivo Lichtenbergenſi.

(*h*) *Chron. Alſat.* Lib. V. pag. 9. add. Lib. III. pag. 18.

(*i*) Charta oblationis in Tabulario Capituli Major. Argent.

feudis id accenſet Johannes Lotharingiæ Dux, in charta An. MCCCLXV. (*l*) ubi etiam jus Patronatus, decimæ aliique reditus, in oppido Keſtenholtz adduntur. At vero ante triginta jam annos Ulricus Landgravius Cameriarius & Dapiferatus officia, caſtrum *Franckenburg* cum valle & incolis, aliisque ad illud pertinentibus, ab Epiſcopo Argentinenſi in feudum ſe habere agnovit. In charta tamen dubitanter ait: *Caſtrum hoc dici eſſe de Epiſcopi Camera.* (*m*) Obſcuritatis aliquid hac in re jam tum temporis exſtitit. Vendito Landgraviatu Lotharingus, feloniam Oetingenſium, de qua ſupra, vindicaturus, Franckenburgum Vinſtingenſibus An. MCCCLXV. in feudum contulit, ſed agnito forte errore in aliis inveſtituræ literis, An. MCCCLXIX. eisdem Vinſtingenſibus datis, caſtrum hoc plane omiſit. Feuda denique Argentinenſis Eccleſiæ, Landgraviis collata, *Hundesheim* atque *Oſthus* vicos, venditi Landgraviatus inſtrumentum memorat. *Geiſpolzheim*, ſub oppidi ſpecie, in Sigeberti Landgr. manibus An. MCCLX. jam fuit, quo literis ad Senatum Argent. datis enarrat, quod nobiles quidam, ſe invito, fixerint Geiſpolzhemii ſedes; ſecuritatem tamen civibus ab illis promittit. (*n*) Ulricus Landgravius An. MCCCXXXVI. in feudorum Epiſcopalium indice Geispoltzhemium nominat. Locum Epiſcopus deinceps Capitulo conceſſit.

## §. CCXXIV.

Subfeuda Argent. Eccleſiæ.

Feuda Argentinenſis Eccleſiæ, à Landgraviis in ſubfeudum data, Ulrici Landgravii Charta recognitionis feudorum Epiſcopalium An. MCCCXXXVI. indicat, ubi *Valve*, vicus Andlavienſi familiæ ſin ſubfeudum datus; *Nideck* caſtrum, cum bonis inde pendentibus; *Berghutenheim*, Hohenſteinenſium olim vicus; decimæ laicales in Biſchofsheim; vici *Duhingheim*; *Flexburg*; plura item feuda cum vaſallis inter Eckenbach & Sornam memorantur; quos inter Domini Hugelmann, Brunichen, Burcardus & Ulricus de Vinſtingen. Hæc & alia ſubfeuda anonyma virtute ceſſionis Landgraviorum, An. MCCCLIX. in favorem Epiſcopi Argent. factæ, ſubfeudorum indolem exuerunt. Subvaſalli in vaſallos immediatos Eccleſiæ Argent. converſi ſunt. Landgravii à juramento fidei illos abſolverunt, idque Johanni Epiſcopo præſtare juſſerunt. (*o*)

## §. CCXXV.

V. Feuda Murbacenſia.

Murbacenſis Abbatia olim bona in *Scheffersheim*, villam *Gemar*, (*p*) cum jurisdictione & banno, jure Patronatus, ſilvis vicinis & curia dominicali Landgraviis inferioribus in feudum tradidit; quod Ulricus Landgravius in literis, Conrado Wernero, Murbacenſi Abbati, An. MCCCXXXVII. datis, fatetur. Scheffersheimenſia autem hæc bona Landgravii Nobilibus de Landſperg, villam Gemar Rappoltſteinenſibus, in ſubfeuda dederunt. Superſunt ejusdem Ulrici An. MCCCXXXIV. & Ludovici Oetinpoltſteinienſem de Gemaria inveſtiunt.

## §. CCXXVI.

Allodia Landgrav.

Caſtrum Werda allodium primitus, quoad dimidiam partem, ab Henrico Landgravio An. MCCXXXII. in feudum Argent. Eccleſiæ oblatum eſt. In ſuperius nempe atque inferius ſubdividitur caſtrum. Inferius, *Niderwerde*, Sigebertus Landgravius Eliſabethæ matri, ad fecundas cum Emicone, Silveſtri Comite, nuptias progreſſæ, ejusque heredibus, in partem compenſationis dotalitii, An. MCCLXV. promiſit. (*q*) Eadem charta vicum *Hipfenheim* Eliſabethæ concedit. Ulricus, Landgravius Alſatiæ, cum Philippi fratris, & Johannis filii ſui conſenſu, Hanemanno & Ludovico Lichtenbergicis An. MCCCXXXII. pro bis mille quingentis marcis argenti vendidit, præter Brumat cum Patronatu & Ganerbiis, (de quo jam inter feuda Moguntinenſia actum) caſtrum *Arnsberg*, vicum *Niderburne* cum Patronatu, ut & vicos, ad Brumat & Arnsberg pertinentes, quos hoc ordine enarrat: *Grieswibre*, *VVitpruch*, *Kurzenhauſen*, *Bernisheim*, *Ratolwisheim*, *Eckendorf*, *Altdorf*, *Rungendorf*, *Schalckendorf*, *Niſſern*, *Mutternheim*,

(*l*) Vetus ſaltem rubrica chartæ id diſerte annuntiat.

(*m*) Ulricus An. MCCCXXXVI. d. 25. Nov. in chvrta recognitionis feudorum Epiſcop. ium ait: *Dovon hat veir zu lehen die burg Franckenburg, die der Stiffe-Kammer ſull ſin, und das Tal und die lute darunter &c. und voas zu Franckenburg horet von alter her, dann uns den zoll.*

(*n*) Sebast. Murgii *Cod. Dipl. Mſ.* Bibliothecæ meæ.

(*o*) Obrecht *Prodr.* pag. 306.

(*p*) Villa *Gemar* ab oppido & caſtro hujus nominis diverſa fuit, nec amplius extat. Vid. ſupra pag. 111. & CLXXXVII.

(*q*) Charta ex tabulario Rheingravior. Grombac. exhibent *Paregra Goeting.* p. 114. Ead. charta repetita eſt An. MCCLXVI. ibid.

*heim, Gumbrechtshoffen, Zwozweiler*, ab una parte rivi, *Ripolzweiler, Oberndorf, Diefenbach, Brumgesdorf, Reitershoven, Hatten., Wesheim*, & jura in utroque *Bettensdorf.* (r) An. MCCCXLII. Ludovicus & Fridericus Oetingenſes, Landgravii, vicos Offendorf, Herlofesheim, Rorweiler, Ludemanno de Lichtenberg pro mille quadringentis florenis vendiderunt. (s) Venditio hæc tamen non omnimodam allodiorum indolem probat. Feuda quoque ſubinde allodiis mixta ſunt, quod Brocomagus & Niderbronna, aliique vici demonſtrant, qui alibi in feudorum numero occurrunt, ut Lichtenbergica docebunt.

## §. CCXXVII.

Forma hæc inferioris Landgraviatus fuit ab An. MCXCVI. quo Comites Werdenſes eum tenuerunt, uſque ad An. MCCCLVIII. quo Oetingenſes, Werdenſium ſucceſſores, eum diſtrahere cœperunt, poſtquam nonniſi per viginti duos annos eum poſſedisſent. Oetingenſes Comites ad conſilium hoc induxiſſe videtur aviti Comitatus eorum ab Alſatia longinquitas, & quod Landgraviale judicii munus, incrementis potentiæ ſtatuum evilefcere cœperat. Acceſſit auctoritas Argentinenſis Antiſtitis; qui & Epiſcopatui & Lichtenbergicæ, unde natus fuit, proſpecturus familiæ, Oetingenſes parata pecunia induxit, ut Caroli IV. Imperatoris, apud quem gratia pollebat, (t) accedente conſenſu, diſtractionem Landgraviatus ſuſciperent, unde in Epiſcopatum Argent. & Dynaſtiam Lichtenbergenſem præcipua fuit redundatura utilitas; quorum feuda ad Dominos directos hoc modo redibant. Adde, quod Lichtenbergici in ſuis deinceps terris Landgravii translatione hac evaderent. Diſtractio Landgraviatus.

## §. CCXXVIII.

Quinque minimum annorum opus hæc diſtractio fuit. Initium An. MCCCLVIII. à Werda rebusque, ab eo caſtro pendentibus, factum eſt. *Werdam, Hittenheim, Herbolsheim, Matzenheim, Limmersheim, Hindisheim*, &c. Eccleſiæ Argent. feuda, Ludovici duo, ſenior & junior, Oetingæ Comites, quibus Adelheidis, Friderici, defuncti ipſorum fratris, vidua, acceſſit, Johanni Ep. pro decies & quater mille octingentis & octoginta tribus aureis, reſervato ſibi reluitionis jure, VII. Idus Junii vendiderunt. Venditionem hanc, quam verius oppignerationem diceres, An. MCCCLIX. die converſionis Pauli, ſeu 25. Januarii, alia longe gravior ſecuta eſt, qua iidem Comites & jus ſuum Werdenſia reluendi deſeruerunt, & Franckenburg caſtrum cum vicis ejus, nec non ea omnia, quæ ex Argent. Eccleſiæ bonis Landgravii, vel per Landgravios alii, in feudum acceperant, in Epiſcopum transtulerunt, qui vicies mille florenos eis numeravit. Hinc ad Vaſallos Landgraviales, inter Eckenbach & Sornam habitantes, die Jovis ante purificationis Mariæ, literæ directæ, quibus à vinculo feudali liberati & ad Epiſcopum Arg. remiſſi ſunt. Sed & eodem converſionis Pauli die Kunigsbergam & S. Hippoliti oppidum Oetingenſes, nexus illorum cum Lotharingia feudalis immemores, Johanni Ep. pro decem millibus flor. venum dederunt; alia quævis bona, vel per ſe, vel per Johannem Landgravium tum adhuc vivum, vendita vel oppignerata, quovis modo in Epiſcopi gratiam ſe recuperaturos polliciti. Abdicato cunctorum Eccleſiæ Argent. & Lotharingiæ Ducatus feudorum, quod Landgravii habuerant, dominio utili, ſola Imperii feuda, Erſtenium nempe, cum provinciali judicio, illis reſtabant. Verum enimvero illam judicii Landgravici partem, quæ in Dynaſtiæ Lichtenbergenſis ſe extendit ditiones, die Jovis ante feſtum converſionis Pauli An. MCCCLIX. adeoque paulo ante Frankenburgi & Kunigsbergæ venditionem, in Caroli IV. Imp. refutaverant manus. Hic vero die Dominica ante nativitatem Mariæ anni ſequentis Simoni de Lichtenberg eam contulit in feudum, qui in Lichtenbergicis terris ſuis jura Landgravii ab eo tempore exercuit. Reliquum Landgraviatum Erſteiniumque eodem etiam converſionis Pauli die Epiſcopo Oetingenſes vendiderunt, tradendum die & tempore, quo Epiſcopus voluerit, vel Epiſcopo ipſi, vel cui Epiſcopus eum tradi præceperit. Recepit eum Epiſcopus An. MCCCLXII. auctoritate Caroli IV. Imp. reddita Horburgenſibus & Geroldseckiis Dynaſtis ea pecunia, pro qua ipſis Erſteinium oppigneratum fuit. Johanni, filio Ulrici Quomodo facta ſit.



(r) Charta Tabularii Lichtenberg.

(s) Charta ibidem.

(t) Caroli IV. Cancellarius fuit & in rebus Germanicis conſituendis conſilium. GUILLIMANNUS *de Epiſc. Arg.* pag. 384.

Ulrici, Werdenſium Landgraviorum poſtremo, Oetingenſium affini, qui in has venditiones conſenſit, quorundam Landgravialium bonorum uſus fuerat relictus, dum viveret ; quæ An. MCCCLXXVI. quo mortuus eſt, ad Epiſcopum quoque Argentinenſem pervenerunt. (*u*)

## §. CCXXIX.

Interitus Landgraviæ.

Memorabili hac Landgraviatus inferioris diſtractione Epiſcopus Argent. in terris, ex Landgraviatu acquiſitis, Landgravicam quoque jurisdictionem acquiſivit. Quin & in Epiſcopalibus terris, ad Lichtenbergici exemplum, in priſcis quoque ditionibus ſuis acquiſiviſſet, niſi Epiſcopale territorium ab originibus ſuis à Landgraviorum jurisdictione fuiſſet immune. Acquiſitione Erſtenii præſertim, ut feudi Imperialis, quod nobiliorem Landgraviatus partem ejuſque ſalarium conſtituit, reliquus Landgraviatus, ſi Roſchwogienſe judicium excipias, ad Epiſcopatum tranſivit. Johannes tamen ejuſque ſucceſſores, Johannes III. atque Lambertus, Landgravii Alſatiæ appellatione abſtinuerunt. (*x*) Primus titulis eum ſuis addidit Fridericus à Blanckenheim, Landgravium Alſatiæ ſe ſimpliciter appellans, quod & ſuperioris Alſatiæ Landgravios nonnunquam feciſſe reperio. Wenceslaus Rom. Rex Diplomate, Luxemburgi ſcripto, An. MCCCLXXXIV. non de Epiſcopatus modo ſui regalibus, ſed & de Landgraviatu inferiori, cum bonis inde pendentibus, Fridericum hunc inveſtivit. Vaſalli Argentinenſis Eccleſiæ ab hoc tempore in Epiſcopales & Landgraviales dividi cœperunt. Abdicato Landgraviatu Oetingenſes, præter dominium directum in Roſchwogienſe judicium & Comitatum Riedenſem, à Fleckenſteiniis poſſeſſum, nihil ex Landgraviatu ſervarunt ; & tamen poſt venditionem ejus aliquot annis adhuc ſe Landgravios vocarunt. Ipſe Carolus IV. Imp. in charta An. MCCCLXII. Oetingenſibus adhuc nomen hoc tribuit. Ita Landgraviatus ſenſim ſine ſenſu intermortuus eſt. Roſchwoglenſis mallus cum ipſo Landgraviali mallo majore pedetentim quoque, Proceribus Alſatis ceterorum exemplo ad ſuprematum cito pede feſtinantibus, periit.

## §. CCXXX.

Lites ſubſecutæ.

In omni hoc ejus diſtrahendi negotio tam multa, tamque varia venditionis inſtrumenta, eadem ſuper re vendita latino germanicoque idiomate conſcripta fuerunt, ut ſuis ſingula partibus aſſignare, non exigui res ſit laboris. In hac chartarum varietate quærenda eſt procul dubio cauſſa, quod Oetingenſes ſec. XVI. Landgraviatus reluendi jus ſibi competere credentes, Nicolao Zieglero, Barrenſis Dynaſtiæ poſſeſſori, illud An. MDXXVI. tradiderunt ; in redhoſtimentum officii, quod apud Cæſarem illis Zieglerus præſtiterat. Carolus V. An. MDXLVI. Epiſcopo & Capitulo Argent. injunxit, ut chartas oppignerationis aut venditionis Landgraviatus exhiberent. Reſponderunt, non negare ſe, quod Oetingenſes forte documentum in manibus habeant, quo reluitionis jus illis ſervetur, ſed poſterius aliquod plenæ perfectæque venditionis ſupereſſe, quo reluitioni renuntiarint. Cum in pacis Weſtphalicæ negotio de transferendis in Galliam Landgraviatibus Alſatiæ ageretur, Epiſcopus Argent. terras, quas à Landgraviis An. MCCCLVIII. coemit, intelligi credens, non modo per legatum, qui Monaſterii fuit, apud Status Imperii, ſed & ipſe apud Imperatorem inſtitit, ut Landgraviatus inferioris nomen in formula pacis deleretur. Deleri cum non potuiſſet, Status Imperii d. 22. Aug. MDCXLVIII. declararunt, per ſuperiorem & inferiorem Alſatiæ Landgraviatum, ut & per Sundgoviam & Præfecturam Hagenoenſem, ea modo, quæ Domus Auſtriaca poſſidebat, intelligi ; quæ minime genuina vocis Landgraviatus interpretatio fuit. Geographicum ſenſum, qui uſu recepto Landgraviatum pro ipſa Alſatia ſumit, heic locum habere, ſuperius (*y*) oſtendi.

## §. CCXXXI.

Inſignia Landgrav. inferioris.

Supereſt, ut nonnulla de Landgraviatus inferioris inſignibus, quæ ab inſignibus ſuperioris diverſa ſunt, (*z*) addam. Laterculus eorum quadratus & rotundatus in fine, definensque in cuſpidem coloris coccinei eſt, cumque baltheus (*a*) diagonalis argen-

(*u*) Reditus in Hohenfeld, Sand, Hittenheim, Obhus. Vid. Regiſtr. diſtrictus Bernſtein ſub Joh. II. Epiſc. An. MCCCLXII. confectum in Archivo Epiſcopi.

(*x*) Hertzogius *Chron. Alſat.* Lib. V. pag. 7. errat, qui Epiſcopum Johannem Lichtenb. Landgraviatus emtorem, Landgravii titulo uſum jam fuiſſe putavit.

(*y*) Pag. 26. §. XXXIX.

(*z*) Diverſitatem inter duorum Landgraviatuum inſignia ignoravit Sprengius, quanquam Alſatus eſſet ; vid. *Oper. Herald.* Lib. I. Cap. IX. §. LXIII. pag. 61.

(*a*) Germanis *die Straſſ.* vel etiam *Rentiſche Balcht.* Ita Luckius in *Heraldicis* Miſſ. archivi Argent.

argenteus permeat dexter. Duo balthei latera reticulo vel trifoliis, Rutæ inſtar Saxonicæ, globulisque intermediis, utrinque, veluti limbo, ornantur. (*b*) Dextro clypei obliqui angulo galea impoſita quandoque occurrit. Galeam, quæ aperta eſt, tegumenti inſtar, alia bifurcata galea (*c*) tegit, ex qua juvenile caput cincinnatum prominet. (*d*) SPECKLINUS (*e*) virginem interpretatur, aurea cinctam corona, dextra manu quæ annulum aureum teneat, quod ornamentum ego nullibi reperi. Plenam hanc Landgravialium inſignium formam exhibet ſepulcrale monumentum, quod in Buxovillana veteri Capella aulica, poſtremo Alſatiæ inferioris Landgravio, Johanni An. MCCCLXXVI. fuit conſtructum; ex quo eam deſcripſi. (*f*) Laterculum cum baltheo rutato præſtantiſſima Ulrici Landgravii & Philippi fratris ejus monumenta in D. Guilielmi æde Argentinenſi exhibent; quibus chartarum ſigilla reſpondent. (*g*)

Gentilitia Werdenſium Comitum Inſignia quæ fuerint, antequam Landgraviatum acciperent, non liquet; Landgravialibus enim ſolis adeo uti ſueverunt Werdenſes, ut filiæ quoque illis uterentur; id quod ex memorabili illo Agnetis Simonis Landgravii filiæ, ſigillo (*b*) addiſcimus; quæ Johanni Habsburgico nubens, non aliud quam Landgraviatus inferioris inſigne Habsburgico conjunxit leoni. Sigilla, in quibus inſignia Landgraviorum cernuntur, vel majora, vel minora ſunt. Illa fere ſemper equeſtria, quandoque ceræ viridi, ut plurimum flavæ, impreſſa. Tria hujus generis, Sigeberti nempe, Johannis & Ulrici, Landgraviorum, ex XIII. & XIV. ſeculis Tab. I. Landgravior. Alſatiæ inferioris expreſſi. Landgravius Eques nempe ſua inſignia oſtentat. Minora ſunt ordinaria & frequentius occurrunt. Hæc Landgraviatus inſignia inſignibus Epiſcopatus Fridericus de Blanckenheim primus conjunxit.

## EPISCOPATUS ARGENTINENSIS TERRITORIUM.

### §. CCXXXII.

Ita publici Germanorum Juris ſcriptores terrarum earum complexum appellant, quæ Eccleſiæ Argentinenſis patrimonium conſtituunt. Terras has ceteris præpono, & Landgraviatui ſubjungo, non quod præcipua ejus pars cum ipſo Landgraviatus titulo ad Epiſcopatum tranſivit, ſed quod Epiſcoporum territoria *Principatus* dicuntur; quodque nobiliorem inferioris Alſatiæ partem ditione ſua comprehendit Epiſcopatus. Adde, quod ex ſuperiore Alſatia inferiorem adeuntibus Eccleſiæ Argent. terræ omnium fere primæ ſe offerunt. Tranſitus.

Nobiliorem Inferioris Alſatiæ partem temporale Eccleſiæ Argentinenſis dominium occupat. Hoc ſeculo XIV. in terras Epiſcopatui proprias, & in terras Epiſcopo Imperioque communes diſtinguebatur. Poſteriores nomine *Comitiæ* & *Comitatus* (*i*) in chartis occurrunt. Alia diviſione, quæ adminiſtrationem reſpicit, easdem terras in tres diſtrictus majores, *Scultetatum Zabernie*, *Procurationem in Mollerheim*, & *Advocatiam in Bernſtein*, tum diſtributas reperio. (*l*) His denique nova in ſeptem Præfecturas, à Cathedralis Capituli terris ſeparatas, ſucceſſit partitio; quibus Rubeacenſis Emunitas, omnium Argentinenſis Eccleſiæ patrimoniorum primarium & tempore primum, de qua ſupra jam dictum, (*m*) duæque trans Rhenum Præfecturæ, de quibus paulo poſt dicendum, accedunt. Diviſio in Præfecturas.

Septem Præfecturæ hæ ſunt: I. Tabernenſis. II. Kocherſpergenſis. III. Dachſteinenſis. IV. Schirmeckiana. V. Benfeldenſis. VI. Marckolsheimiana. VII. Wanzenaugienſis.

### §. CCXXXIII.

(*b*) ÆGID. GELENIUS in libro *de Colonia Agripp.* Lib. II. Syntagm. 15. pag. 164. inſignia hæc definit *Inſtita obliqua reticulata*, *mitella rutæa inſtar prætextata.*

(*c*) Circa galeam variatum. DEBUS apud SCHILTER. pag. 35.

(*d*) Vid. Tab. II. Landgr. inferioris ubi monumentum ſepulcr. poſtremi Landgravii Johannis.

(*e*) In Collectaneis Mſſ.

(*f*) Monumentor. Landgrav. Alſatiæ Inferioris Tab. II. adde Egelolfi Landgravii ſigillum anni 1308. quod ibidem expreſſi.

(*g*) Vid. eadem Tab. II.

(*b*) Conf. Tab. I. Monumentorum Landgraviatus ſuperioris num. 6.

(*i*) De Comitiis vid. infra.

(*l*) Hæc ex Cod. membran. majoris formæ, ſub Bertholdo à Bucheck ſcripto, qui in Tabulario Tabern. extat.

(*m*) Pag. 78. ſqq.

## §. CCXXXIII.

I. Præfectura Tabernenſis. Præfecturarum Epiſcopalium Tabernenſis nunc caput eſt, quod omnium princeps oppidum complectitur, minima tamen, extenſionem ſi ſpectes, ceterisque Præfecturis junior eſt. Non enim à peculiari quodam, uti reliquæ, regebatur Præfecto; ſed Regimini Tabernis ſedenti ſine medio fuit ſubjecta, donec ſeculi ſuperioris fine ſuum quoque Præfectum accepit. Præter oppidum ſex vici, *Sarnhofen*, *Steinburg*, *Wwaldolwisheim*, *Otterweiler*, *Otterstbal*, *Kleingæfft*, hanc Præfecturam componunt.

Tabernæ Civitas. Tabernarum oppidum paulo poſt Treviros à Trebeta, Nini filio, KOENIGSHOVIUM (*n*) ſi audias, conditum eſt. A Romanis, conditoribus veris, quod nomen ejus indicat, jam in tres partes diviſum, (*o*) in vetus, medium (*p*) & minus, tribus portis diſtinctum, hodieque dividitur; ſuburbio inſuper adhærente ad ortum. Præcipuum eſt vetus, quod murus olim, LII. turribus & CCCLXV. pinnis ornatus, An. MDCLXXVII. everſus, atque duplex foſſa munivit. Hoc ipſum vetus quoque ceteris paulo elatius eſt. Ad latus ejus boreale ſunt palatia Epiſcopi, Aulæ, Cancellaria, curia Regiminis, Camera computorum & fiſci, omniaque adeo ſecularia tribunalia Epiſcopi. Palatia duo ſibi contigua ſunt; ſummum locum occupat vetus, occidentalius eſt novum. Franciscus Egon hoc inchoavit; Armandus Gaſto, Rohanius Princeps, perfecit; opus architectonica arte, ſculptura, picturis & regia ſupellectile auguſtum; cum immenſæ magnitudinis hortis, Sorna flumine leucæ ſpatio irriguis, quos viridaria, xyſti, exedria, ambulacra, ſtatuæ, pontes mobiles, vaſti lacus & ſtagna, villæ vicique adjacentes, exornant; Nympharum Gratiarumque ad Vogeſi radices amœniſſima ſedes.

Aulica veteris Palatii Eccleſia in Collegiatam & Parochialem converſa & dilatata eſt, cum Sixtus IV. Fratres Steygenſes regulæ S. Auguſtini An. MCCCCLXXXII. in Canonicos ſeculares vertiſſet, quorum octo jam cum Præpoſito & Decano Capitulum componunt. Parochia ab Eccleſia D. Margarethæ, extra muros ad portam occidentalem in colle ſita, (*q*) in Collegiatam translata eſt. Steygenſium vero Fratrum eccleſiam, cum adhærente Cœnobio, Albertus Ep. An. MCCCCLXXXVI. Minoribus ſtrictioris obſervantiæ Fratribus Recollectis conceſſit, ut Philoſophicas & Theologicas ſcholas juventuti aperirent. Cœnobium hoc è regione novi palatii ad mœnia ſitum eſt. Ad medii & minoris oppidorum confinia ſanctimonialium, ſub tit. *Congregationis* viventium, Partheno conſpicitur, quem Franc. Egon Epiſc. puellis inſtruendis fundavit. Propinquum quoque oppido fuit Incluſorium fœminarum, à quo domum leproſorum Johannes Ep. An. MCCCXIII. removit &, quam occupaverat, aream eidem donavit.

## §. CCXXXIV.

Fata oppidi. An. MCCXXIII. Fridericus II. Imp. homines Imperii, apud Zaberniam reſidentes, Epiſcopo dedit. Epiſcopus in compenſationem ſuos homines Roshemii Cæſari conceſſit; unde colligimus, quidquid juris Cæſaris tum Tabernis ſuperaverat, ad Epiſcopum tranſiviſſe.

An. MCCLXXIX. ultra quinquaginta quatuor homines in Zabernia caſu muri periiſſe, referunt ANNALES COLMARIÆ. Advocatiam Tabernenſis ſuburbii, quod medium nunc oppidum componere creditur, Greiffenſteinii Nobiles, qui illud in feudum ab Epiſcopo tenuerant, una cum hominibus propriis, An. MCCCXVI. Johanni Antiſtiti conceſſerunt, Munolsvillæ & Ingenhemii vicis ab eodem in compenſationem acceptis.

An. MCCCXCIV. Wilhelmus à Dieſt Epiſcopus Lotharingiæ Duci traditurus erat Tabernas, ut ope ejus civitatem Argent. debellaret felicius. (*r*)

An. MDXXV. Ruſticorum tumultuantium colluvies occupavit Tabernas, eaſque belli arcem conſtituit. Antonius Lotharingiæ Dux eos armis aggreſſus cruenta ibi clade extinxit.

An.

(*n*) Cap. V. pag. 266.
(*o*) Vid. Tom. I. pag. 234.
(*p*) Medium à vulgo *Blindflatz* vocatur.
(*q*) In Eccleſia hac officium divinum An. MDCCXIV. deſit celebrari.
(*r*) URSPERG. *Paralip.* pag. 283.




1. Ecclesia Colleg. et Paroch. 2. Monasterium Recollector. 3. Parthena Congregat. 4. Palatium Vetus. 5. Palatium Novum.




1. Ecclesia Paroch. Cathed. 2. Eccles. Paroch. Aug. Conf. 3. Castrum

TH NAE
Septentr.



...Hospitale. 7. Porta Pfalburg. 8 Porta Suburbij. 9. Castrum Greyffenstein. 10. Castr. Hoh. Barr. 11. Castr. Geroldseck.

ILLA
Septentr.

...rcapr. 4. Porta Lichtenberg. 5. Porta Argent. 6. Suburbium.

Wenc. Hollar fecit

An. MDLII. Henricus II. Galliæ Rex magno cum exercitu venit Tabernas, Argentinenſium legatione ibidem exceptus, in Germaniam tranſiturus; conſilii tamen ſui rationes ibidem immutans, via per Hagenoam ſumpta regreſſus in Galliam eſt.

An. MDLXIX. Aumalius Dux cum copiis in Alſatiam deſcendit & occupavit Tabernas, irruiturus in ditionem Bipontini, qui tum meditatus erat expeditionem in Galliam. (*t*)

An. MDXC. Paulus Peſtalotius, Italus, militiæ Gallo - Navarricæ adſcriptus, Tabernenſi oppido & Barri caſtro, ut Vogeſi tranſitum liberiorem Galli haberent, inſidias ſtruxit. Quærebatur proditor, ſine quo res viribus major tum fuit. Tentabatur Philippi Puliani, qui Tabernas cuſtodiebat, fides; ſed Pulianus conſilia ſibi detecta cum Johanne Epiſcopo communicavit. Rogantur Argentinenſes, apud quos Peſtalotius verſabatur, ut hominem urbe ejicerent, qui ſua ſponte diſceſſit.

## §. CCXXXV.

An. MDCXXII. Mansfeldius Comes inter hiemis frigora tentavit Tabernas. Fata ſec. XVII.
Incolæ uxoribus liberisque dimiſſis duce Salmio Comite, Adminiſtratore Epiſcopatus, aras ſuas & focos ad mortem uſque defendere parati, accepto bis mille militum augmento, ſuburbiis incenſis, intra veteris oppidi mœnia tanta virtute pugnaverunt, ut Mansfeldius denique recedere cogeretur. (*t*)

An. MDCXXXII. Adminiſtrator Epiſcopatus, Salmius Comes, ob debitam pecuniæ ſummam, Duci Lotharingo Tabernas cum Dachſteinio ſe traditurum promiſit. (*u*)

An. MDCXXXIV. idem Salmius Tabernas cum Alti Barri caſtro Gallis conceſſit. (*x*)

An. MDCXXXV. d. 16. Nov. oppidum Gallaſſio Comiti, duci Cæſareo, conditionibus certis conceſſum.

An. MDCXXXVI. d. 2. Jun. Tabernenſe propugnaculum ex improviſo oppugnatum à Gallis. Oppidum autem muris, armis, virisque inſtructum, Cardinalis de la Valette, ſupremus exercitus Gallici dux, & Bernhardus Vinarienſis, cui plumbea glans ſiniſtræ manus indicem abſtulit, d. 9. aggreſſi ſunt. Cæſareus oppidi præfectus Georgius Fridericus à Müllenheim, extrema ejus parte incenſa, in mediam & ſuperiorem ſe contulit, quas Bernhardus dux d. 29. Jun. oppugnavit. Interfuit Turennius, inter plures duces occiſos manu quoque vulneratus. Müllenhemius denique d. 14. Jul. cum Vinarienſi pactus eſt, ut die ſequenti porta media cum Alti Barri caſtro, atque poſtridie ipſa civitas Gallis traderetur. (*y*) Hi munitionibus urbis reſtitutis & auctis, nonniſi Monaſterienſi pace eam Epiſcopo reddiderunt, (*z*) at munimentis ſolo æquatis.

An. MDCLXXIV. Turennius, Franciæ Mareſchallus, urbem occupavit, atque præſidiariis Epiſcopalibus ejectis, mille milites ibi præſidio impoſuit; collemque prope urbis muros, ubi tum Eccleſia D. Margarethæ, denuo fecit muniri.

An. MDCLXXV. menſe Aug. Tabernæ à Cæſareanis obſeſſæ. Præfectus ſuburbia exuſſit; at in agone conſtitutam urbem Cæſareani d. 4. Sept. reliquerunt.

An. MDCLXXVI. Tabernæ iterum à Cæſareis magno ardore obſeſſæ. Granarium urbs fuit Gallorum, unde de oppugnando illo ſæpius à Germanis deliberatum, ſed fruſtra. Obſidio d. 30. Maji ſublata, atque Cæſarei Hagenoam primum, inde Argentinam verſus progreſſi, Carolo Lotharingo & Marchione de Grana ducibus, Rhenum per Argent. pontem tranſierunt.



(*t*) Hug. Languet. *Epiſtolar.* Lib. I. pag. 41.
(*t*) *Theatr. Europ.* Tom. I. pag. 712.
(*u*) Chemnitz *Schwediſch - Teutſcher Krieg* Part I. pag. 446.
(*x*) *Theatr. Europ.* Tom. III. pag. 166.
(*y*) *Theatr. Europ.* Tom. III. pag. 589. & 601. Ham *agendas Elſaſs* pag. 371.
(*z*) Art. 81. " Æquabuntur ſolo munitiones Tabernarum Alſatiæ, caſtri *Hohenbar* &c. neque in " prædictis locis ullus miles præſidiarius haberi poterit. " Art 82. " Magiſtratus & incolæ dictæ Civitatis Tabernarum neutralitatem accurate ſervent, " pateatque illac regio militi, quoties poſtulatum " fuerit, tutus ac liber tranſitus. "

An. MDCCXLIV. d. 31. Jul. Auſtriaci exercitus manus Tabernas diripuit, decimo quinto Aug. inde regreſſa.

## §. CCXXXVI.

Tabernarum incolæ quater mille computantur. Inter hos Judæi, quibus medium oppidum inhabitare permiſſum. Magiſtratus, civium ſuffragiis eligendus, XII. conſtat aſſeſſoribus, quibus duo præſunt Sculteti. Superioris munus Vicedominus gerit, qui Principis nomine judiciorum omnium præſes. Ad portæ occidentalis dextram collis eſt, in quo parochiæ eccleſia olim ſtetit, ubi propugnaculum (*Citadelle*) deinceps fuit exſtructum, quod oppidi acceſſum defenderet. Vetus lapide conſtabat, dein neglectum. Novum ceſpititio factum eſt opere An MDCCIV. at pace reſtituta defertum. Lapides, qui ex eo & Eccleſia D. Margarethæ ibidem ſupererant, ad novum Noſodochii ædificium adhibiti ſunt.

Ab eadem porta memorabiles illæ Vogeſi fauces ordiuntur, quæ Weſtriam & Lotharingiam ab Alſatia ſeparant & cum ea conjungunt. Via hæc olim præfracta à Guilielmo III. Ep. qui An. MDXLI. obiit, utcunque reparata eſt. At noſtris temporibus Ludovicus XV. reciprocis populorum commerciis eam ita aperuit, ut ubi horridus & periculoſus per rupes & præcipitia tranſitus, ibi militaris triginta ſex pedum latitudinis & mille octingentarum viginti quinque perticarum longitudinis vere regia via, molliter in gyrum declivis, ſeptendecim pontibus ſubſtructa, aquæ ſalientis fontibus læta, aſcenſum deſcenſumque faciles & amœnos jam reddat. (*a*) Opus An. MDCCXXVIII. inchoatum & novennio finitum. In ſummitate viæ caſtrum fuiſſe, vetus traditio eſt.

## §. CCXXXVII.

Vici Præfecturæ.

*Sornhofen*, vulgo *Sernhofen*, villa ad Sornam, hodie viculus, quem cum vico Eckardsweiler, in declivitate montis è regione Sornhovæ ſito, & ad Abbatiſſam vicini Parthenonis D. Johannis nunc pertinente, Rohanius Cardinalis Epiſcopus, ut locum, hortis ſuis opportunum, An. MDCCXVIII. commutavit.

*Steinsberg*, ubi hortorum Epiſcopalis Palatii limes, ſuum à caſtro nomen accepit, quod ibi pridem deſtructum. Caſtrum hoc poſt Wildſpergios Meyerhoferi Tabernenſes cum variis bonis, ab illo pendentibus, in feudum obtinuerunt.

*Waldolvisheim*, inter vicos, Imperio & Epiſcopo communes, uſque ad An. MDXII. perſtitit, quo Maximilianus I. Imp. illum cum quatuor aliis, mox recenſendis, ſoli Epiſcopo parere voluit, accepto viciſſim S. Crucis oppido prope Colmariam. Permutationem hanc Electorum conſenſus firmavit. Imperiales terras alienavit Cæſar, ut Domui ſuæ hoc oppidum acquireret. Maurimonaſterio curia dominica & jus patronatus cum decimis in Waldolvisheim competit.

*Klein-Gaſſt* recentior eſſe videtur, quam vicus *Hoh-Gaſſt*, Comitatui Dagisburgenſi à ſeculo XIII. adſcriptus, qui ſimpliciter *Gaſſede* dicitur An. MCCXXXIX. *Giſſede* in charta Bertholdi Epiſc. An. MCCCLIII. legitur. (*b*)

*Otterswiler*. Vicum hunc cum priore & tribus aliis Hugo de Geroldseck An. MCCCXX. ab Eccleſia Metenſi in feudum tenuit, ad Joh. de Uſenburg & Eberhardum ac Eberlinum de Andelo mox tranſiturum. Hi jus ſuum Dieterico de Hohenſtein pro mille libris An. MCCCLXVI. vendiderunt. Hohenſteiniis Vinſtingenſes & Eberſteinenſes ſucceſſerunt, à quibus initio ſec. XVI. ad Eccleſiam Arg. alia pervenit venditione.

*Otterthal*,

(*a*) In perticam quatuor pollices declivitatis computati. Pontes non viſuntur, ſed tecti ſunt. Nonnulli eorum viginti quatuor perticas longi ſunt. Monumentum viæ in ejus ſummitate parabatur, cum inſequens bellum inverteret conſilium. En epigraphen, ab Alſatiæ Illuſtratæ auctore, juſſu Aulæ, confectam:

PARTA ORBIS TRANQUILLITATE
LOTHARINGIÆ BARRIQUE DUCATIBUS
REGNO ADJECTIS
VIAM HANC
PER MONTIUM CACUMINA DUXIT
LUDOVICUS XV.
ALSATIAM CUM LOTHARINGIA
RHENUM JUNCTURUS CUM SEQUANA
CLAUSTRA SUA COMMERCIIS POPULORUM
TAM APERTA
VOGESUS STUPET
OPUS AN. MDCCXXXVII. PERFECTUM.

(*b*) *Gall. Chriſt.* Tom. V. Inſtr. col. 493.

*Otterstbal*, Otteri-Vallis, Lutzelburgiorum pignus Francifcus Egon Epifcopus feculo fuperiore redemit.

## §. CCXXXVIII.

Sex his vicis addimus feptimum *Munolvweiler*, vulgo *Munsweiler*, Tabernenfi civitati proximum, quem cum Ingenhemio Johannes I. Ep. An. MCCCXVI. Greiffenfteiniis in feudum conceffit, ipfi cum advocatiam Tabernenfis fuburbii conceffiffent Epifcopo. Inde ad Rathfamhaufios à Lapide feudum hoc tranfiit, à quibus initio feculi XVI. Wolfgango Voltzio, & hoc ipfo rogante Friderico de Lutzelburg An. MDXIII. in fubfeudum collatum eft. Lutzelburgii id Franc. Egoni Furftenbergio, Epifcopo Argent. & fratri ejus Hermanno Egoni pro quingentis fupra bis mille florenis An. MDCLXIX. vendiderunt. Sed fatisfaciendum erat Rathfamhaufiis, inconfultis quibus ea peracta fuerant. Removeri eos voluit Furftenbergius à vico, quem fibi & genti fuæ comparaffe videbatur. Verum non Rathfamhaufii tantum, fed &, qui eis in omnibus feudis fuccefiit, Julius Lud. Chamlajus, jus fuum propugnarunt conftanter. Furftenbergius itaque, ne Rathfamhaufiorum vafallus effet, vicum Johanni Friefio, qui fibi à computorum confiliis & fecretis fuit, acceptis bis mille thaleris An. MDCLXXXVI. adfcripfit. Armandus Gafto Rohanius deinceps à Friefio eundem fuo ære redemit An. MDCCXI. & accedente Chamlaji confenfu Eccleliæ fuæ Argent. donavit. Munolsweiler.

## §. CCXXXIX.

*Barr*, *Hoh - Barr*, præftantiffimum Alfatiæ inferioris caftrum montanum, ejusdem, quem Geroldseckium majus occupat, montis jugo prope Tabernas impofitum, in veteribus chartis *Borra*, *Borre*, fcribitur. Conftructum effe videtur, ut Tabernas cuftodiret & Vogefum, qui heic pervius magis, quam alibi. Rudolphus Ep. rupem, caftro Borra ab auftrali parte adjacentem, pacis & fecuritatis caufa muniturus, à Maurimonafterio circa An. MCLXX. per concambium acquifivit. Hoc fi non originem, proximum tamen ab origine incrementum caftri oftendit. Plures cum Epifcopo Nobiles, Eccleliæ Argent. vafalli, feculo XIII. & fequenti in eo fæpius commorati funt. An. MCCCXCIV. Egenolfus de Lutzelburg & Petrus Hafius de nullo Eccleliæ Argent. hofte in caftro Borre admittendo juramentum præftiterunt. Quidam Henfelinus An. MCCCCXXVI. id nomine Epifcopi Advocatus caftrenfis occupavit. Superatis belli tricennalis calamitatibus, munitiones ejus cum Tabernenfibus dejici Pacis Monafterienfis formula juffit. Caftrum Hoh - Barr.

## §. CCXL.

*Greiffenftein* proximum Tabernis caftrum, in declivitate montis non fatis editi, quadrata hodieque turre confpicuum eft. Meribodus de Griffenftein An. MCLX. jam legitur. (c) Nobilis enim hujus nominis familia in Alfatia diu floruit, (d) quæ duplex caftrum Greiffenftein, majus & minus, ab Eccleia Argent. in feudum tenuit. (e) Majoris dimidiam partem Eberlinus & Petermannus de Griffenftein Bertholdo de Wilfperg aliisque An. MCCCXCVII. oppignerarunt. Sarwerdenfes inde Comites & Hohenburgii nobiles caftri hujus participes facti funt. Pax ibi caftrenfis inter Wilhelmum Epifc. & Sarwerdæ Comitem An. MCCCCI. inita, eademque inter Conradum à Bufnang & Johannem de Helfenftein Com. An. MCCCCXL. renovata fuit. Acceflerat ei antea Dietricus de Vinftingen; fecuti funt brevi Hohenburgenfes, quorum ultimus pacem cum Ruperto Ep. An. MCCCCLXXIV. poftremum renovavit. Rupertus hic minus Greiffenfteinii caftrum fratri fuo Ludovico Palatino feptennio ante tradiderat, parte caftri Scharffenberg viciffim ab eo donatus. Utrumque tamen caftrum ad Hoffwartios milites pervenit, idque Johannes Hoffwartius Alberto Epifcopo An. MDXVI. vendidit. Caftrum Greiffenftein.

## §. CCXLI.

Præfectura Kocherfperg. magna olim fui parte imperialis, Tabernenfem, quam modo defcripfimus, & marcam Maurimonafterienfem ab occidente, Sornam fluvium ab oriente, Marlejenfem civitatis Argent. & Dachfteinenfem Epifcopi Præfecturas, ut & plures Nobilitatis immediatæ vicos, à meridie terminos habet. II. Præfectura Kocherfperg.



(c) Schannat *Hift. Wormat.* Probat. pag. 81.
(d) De qua vid. Herzog. *Chron. Alfat.* lib. VI. p. 170.
(e) Codex MS. Eberlini de Griffenftein anni MCCCXCVIII. inter Eccleliæ Argent. feuda recenfet: *Griffenftein die zwo veftin mit vogt, vnnne, vogtie &c.* Hefto de Greiffenftein Georgio fratri fuo An. MCCCLXII. adfcripfit *fin teil an beiden Burgen zu Griffenftein.*

Caſtrum. Kocherus mons, *Kochersberg*, (*f*) quem montem Concordiæ URSPERGENSIS ABBAS (*g*) latine nuncupat, inter Snersheimium & Wilgotheimium ſitus, & ſuper vicinos monticulos eminens, Præfecturæ, in cujus fere medio eſt, nomen quoque ſuum communicavit; communicavit & caſtro, ſummitati ejus olim impoſito, muris foſſisque munito, ubi veteres Epiſcopi commorati ſunt ſæpe. Originis ejus tempus ignotum. Bertholdus à Bucheck Ep. An. MCCCXXXIV. cum equitibus ſuis ſe in illud recepit, ut ab adventantis Ludovici Bav. armis eſſet ſecurus. (*b*) A partibus enim æmuli ejus, Friderici Auſtriaci, ſtetit. An. MCCCCVI. Wilhelmus II. & An. MCCCCXLVIII. Rupertus Epiſcopus caſtrum hoc pignoris loco Argentinenſibus tradiderunt. Wilhelmo quidem id indulſerat Senatus, ut Kocherſpergam æque ac Benfeldam, integro adhuc pignore, per omne Epiſcopatus ſui tempus retineret in manibus; ſed Epiſcopus beneficio hoc diu noluit uti, & locum utrumque civitati Argent. An. MCCCCXXII. reſtituit. Rupertus octingentos florenos in hujus & Benfeld. caſtri munitionem ab iisdem Argentinenſibus impendi An. MCCCCLXV. permiſit. Rudera ejus novæ, quæ Tabernis Argentoratum ducta eſt, viæ militari firmandæ An. MDCCXX. adhibita ſunt.

## CCXLII.

Gugenheim aliique vici. *Gugenheim*, primarius poſt caſtrum locus, à quo Præfectura inferior, Kochersbergenſi ſubordinata, denominata fuit olim. In *villula Gugenheim* Adalochus Epiſc. Eccleſiæ Thomanæ bona donavit ſec. IX. Adjacuit vico caſtellum Epiſcopi, cujus veſtigia etiamnum comparent. Ochſenſteinii, Drachenfelſii, Mittelhuſii, Geiſpolzheimenſes, Luppenſteinii aliique milites feuda Gugenhemii poſſederunt. Pugnam ibi Fridericum, Sueviæ Ducem, cum Gebhardo, Epiſcopo Arg. An. MCXXX. pugnaſſe, ANONYMUS URSTISIANUS (*i*) tradit. Conradus de Kirckel & Joh. de Schwartzenberg, ſub Bertholdo II. Ep. è Capitulo Cathedralis Eccleſiæ detruſi, Gugenheim & quasdam alias Epiſcopi villas An. MCCCXXXVIII. combuſſerunt. (*l*)

*Rohr* viculus. Johannes de Blumenowe miles bona ſua univerſa in villa & in terminis *Rorahe* ab Epiſcopo in feudum habuit. (*m*)

*Kuenheim* ſuum cum nobili gente nomen communicavit, quæ medio ſec. XVI. interiit. Hunc cum Gugenhemio, Rohr, & aliis vicis Wilhelmus Ep. Friderico de Fleckenſtein An. MCCCCXXIV. pignori obſtrinxit.

*Durningen* vicus, inter Epiſcopum & Lichtenbergenſes diviſus, uti inter eundem atque Imperium antea fuerat partitus. Adhæſit enim olim Comitiæ, de qua agetur inferius. Locum integrum Monaſterio S. Claræ Argent. An. MCCCCLXXI. oppigneratum reperio. Burcardus de Durningen cum filiis ſuis Johanne & Erbio ſec. XIV. Eccleſiæ Arg. vaſalli fuerunt.

*Gintheim*. Duæ villæ *Gündesheim* ſec. XIV. memorantur, in quibus Fridericus de Wildesberg decimas feudales poſſedit, caſtro epiſcopali Borre idcirco more vaſallorum adſcriptus. (*n*) Rudolphus Ep. manſum unum apud *Gund-sheim*, quatuor uncias quotannis ſolventem, Abbatiæ Maurienſi pro rupe, caſtro Borre adjacente, circa An. MCLXX. tradidit.

*Pfetisheim* Comitiæ olim, hoc eſt, Imperio Epiſcopoque vicus communis. Bertholdus II. partem ejus Imperialem in hypothecam accepit. (o) Conradus de Pfetzheim, gentis ſuæ poſtremus, An. MDXVI. deceſſit.

## §. CCXLIII.

Truchtersheim &c. *Truchtersheim* vicus, inter Imperium atque Epiſcopum olim quoque diviſus. Epiſcopalis pars initio ſec. XIV. Burcardo de Wangen data fuit in pignus. (*p*) Imperialem Carolus IV. Rudolfo & Dieterico fratribus ab Hohenſtein ſexaginta marcarum, quas in præmium fidei & operæ præſtitæ ei promiſerat, ſimiliter ut pignus cum Grief-

(*f*) Alius Kocherus mons quoque in Suevia, cum amne cognomine.

(*g*) *Paralip.* ad An. MCCLXI. pag. 855. Veterem Romanorum Concordiam hic alii quoque male quæſiverunt, uti Tom. I. pag. 223. oſtendi.

(*h*) ALBERTUS ARGENT. *de rebus geſtis Bertholdi Ep.* pag. 172.

(*i*) *Scriptor. Rer. Germ.* URSTISII Tom. II. pag. 85.

(*l*) ALBERTUS ARGENT. in *vita Bertholdi Ep.* pag. 174.

(*m*) Codex membran. ſec. XIV, alleg.

(*n*) Teſtis idem Codex MS.

(o) Ibidem.

(*p*) Codex membr. alleg.

Grieshemio An. MCCCXLVII. tradidit. (*q*) Reluitionis jus, ſervatum Imperio, Fridericus III. Imp. An. MCCCCLXIX. in Epiſcopum transtulit. (*r*) Suborta hinc inter Rupertum Ep. & Jacobum Hohenſteinium gravis controverſia, qua hic è Truchtersheimio & reliquis Imperii vicis, ſiibi oppignerratis, per Epiſcopum vi ejectus eſt. Magiſtratus Argent. quem litigantes elegerant arbitrum, Hohenſteinium quidem An. MCCCCLXXIII. reſtituit, ſed & partam reluendi poteſtatem Epiſcopo confirmavit. (*s*)

*Crieckesheim*, communia cum Truchtershemio fata habuit. Parochia loci cum Dingshemiana An. MDXXXV. conjuncta eſt.

*Dingsheim*, antiq. *Tingensheim*, vicus Imperio Epiſcopoque communis uſque ad An. MDXII. quo cum Waldolvishemio & aliis per Maximilianum I. Imp. Epiſcopo obtigit totus. Advocatiam ejus Carolus IV. Reinboldo de Schœnau An. MCCCXLVII. in feudum contulerat. Burcardus de Dungensheim Armiger inter Eccleſiæ Argent. vaſallos ſec. XIV. comparet. Patronatus ejusdem vici Dietricus de Racenhuſen ab Epiſcopo tum in feudum habuit. (*t*)

*Offenheim* pari cum Dingshemio, quoad dominium, fortuna uſus eſt. Offenhemii nobiles circa An. MCCCCXXX. perierunt.

## §. CCXLIV.

*Doſſenheim* vicus à Doſenhemio Herrenſteinenſi diverſus, una cum Waldolvishemio & Dingshemio ad Epiſcopatum totus pervenit. Scultetum & omnes incolas Rotvillenſe Judicium banno Imperii ſubjecit An. MDCVIII. quod refractarii ſuiſſent ſententiæ, à Capitulo S. Thomæ Argent. adverſus eos impetratæ. Familias duas nobiles, à Doſſenhemio nuncupatas, cum inſignibus illarum diverſis Hertzogius (*u*) producit. Lauwelinus de Doſſenheim feudum Argentinæ poſſedit epiſcopale ſec. XIV. (*x*) Doſſenheim &c.

*Klein Franckenheim* ſæpius absque epitheto legitur. Inter Imperium atque Epiſcopum quoque partitus, cum Doſſenhemio totus epiſcopalis evaſit An. MDXII.

*Avenheim* ſuos etiam Nobiles habuit. Wilhelmus miles de Avenheim Gugenhemii feudum Epiſcopi ſec. XIV. tenuit. (*y*) Dimidia ejus pars imperialis Caroli IV. venditione ad Epiſcopatum An. MCCCLVII. pervenit.

*Neugartheim* cum Avenhemio ſimul pro mille florenis Johanni II. Ep. venditus eſt, Comitiæ cum antea fuerit adſcriptus. *Nugarte* in Cod. membr. ſec. XIV. legitur.

*Utelsheim*, alius Comitiæ vicus. Partem ſuam Rupertus Ep. Martino de Lupſtein primo An. MCCCCXLVI. dein Hammanno de Durckheim oppigneravit.

*VVilgotheim*, vulgo *VVilten*, vicus inſignis ad Kocharum montem, ubi Præfectus ſtato tempore jus dicere ſolet, quod in medio Præfecturæ ſitus eſt. Hugo de Geroltzeck & Johannes filius ejus jura & bona ſua in villa Wilgotheim. An. MCCCXLVI. vendiderunt.

*Zeinheim*, pro dimidia ſui parte olim quoque Imperialis, ex Friderici de Wangen manibus per Johannem I. Ep. An. MCCCXVIII. redemtus eſt. (*z*) Pars illa imperialis Rathſamhauſiis deinceps in feudum obtigit. Jacobus à Rathſamhauſen illam affini ſuo, Felici de Mittelhauſen, An. MDXC. in novennium commiſit.

*Rangenheim* nonnunquam *Rand* in chartis nuncupatur. Voltzii ab Altenau hic cum jure patronatus per Epiſcopum inveſtiti ſunt.

*Mittelhartz.*



(*q*) Autograph. in Tabular. Tabern. ita: *Haben wöir yn u. iren Erben zu phande verſaat uonſer u. des Richs wovey dorffer, Truchtertzheim u. Cryegersheim by Kocherſperge . . . fur ſechtzig marck ſilbers.* &c.

(*r*) Autogr. ibid. *Erlauben im . . . den halben veil der dorffere Lupfſtein, Truchtersheim u. Kriegersheim . . . uns ſich u. ſein Stifft zu loſen.*

(*s*) Autographum ibidem.

(*t*) Codex membr. ſec. XIV. alleg.

(*u*) *Chron. Alſat.* Lib. VI. pag. 162.

(*x*) Codex membr. alleg.

(*y*) Ib dem.

(*z*) Cod. membr. alleg.

## §. CCXLV.

*Knœrsheim* Comitatui quoque communi cum Imperio adſcriptus, cum dimidio Meinolshemio per Imperatorem Zorniis· An. MCCCCXCIV. in feudum datus, per Zornios denique, annuente Maximiliano I. Imp. Wilhelmo Ep. An. MDX. pro ducentis florenis rhen. venditus eſt. (*a*)

*VVeſthauſen* Bitenſis Comes An. MDXXXIX. Eccleſiæ Argent. quæ jus patronatus jam ibi habuerat, vendidit. Heinricus Ep. hic bona feudalia Rudolpho Habsb. Comiti An. MCCLXIX. conceſſit, quæ Dietericus miles ante poſſederat. (*b*)

*Jedersvveiler* in antiquis chartis *Udersvveyler* ſcribitur.

*Kraſtatt*, antiquitus *Craſſietta*, in numero vicorum Comitiæ primus recenſetur.

*Meinolsheim*, in Leonis IX. Bulla *Meinoldesheim*, (*c*) cum Knœrshemio fata communia habuiſſe oſtendimus.

*Lupenſtein*, *Lupſtein*, *Lupſtein*. Dimidiam hujus & ſequentis vici *Leutenheim* partem, quæ ad Imperium ſpectabat, Carolus IV. Rudolpho de Hohenſtein pro ſexaginta marcis argenti, uti Truchtersheimium & Grieshemium, An. MCCCXLIX. oppigneravit. (*d*) Inde cum iisdem vicis ad Epiſcopatum integer tranſiit.

*Leutenheim*, etiam *Ludenheim* ſcribitur.

*Fridolsheim*. Pars Imperii civitati Arg. obvenit; epiſcopalis Peregrino de Wangen uſque ad An. MCCCXVIII. diu oppignerata fuit. Fridesheim inter Abbatiæ S. Stephani prædia An. MV. recenſetur. (*e*)

*Seſſolsheim* in Bulla Leonis IX. pro monaſterio Hohenburg. *Sahſelsheim* ſcribitur. (*f*) Seſſolsheimenſes Nobiles circa An. MCCCCX. extincti ſunt. An. MCCCCXXIV. Friderico de Fleckenſtein per Wilhelmum II. Ep. cum ſex aliis hujus Præfecturæ vicis locus datus fuit in hypothecam.

## §. CCXLVI.

Bettbur &c. *Bettbur* vicus in diſtrictu Præfecturæ hujus periit, à quo Capitulum rurale Epiſcopatus Argent. qui XIII. ejusmodi Capitula complectitur, nomen retinuit. Geroldseckios illum ab Eccleſia Argent. ſec. XIV. in feudum tenuiſſe reperio. Bethebur vicus prope Zuzendorf in charta Neovillar. An. MCCXCIII. memoratur, qua Gotfridus Abbas hujus monaſterii, propter diſtantiam Eccleſiæ parochialis Bethebur, capellam primiſſariæ inſtituit in villa Zuzendorf.

Præfecturam Kocherſpergenſem Wilhelmus à Dieſt Epiſc. civitati Argent. oppigneravit, cui Rupertus Palatinus Ep. An. MCCCCXLVIII. alia pro ſeptingentis millibus flor. pignora adjunxit. Redemtio per Wilhelmum ab Hohenſtein An. MDXXXVIII. facta. Sueci An. MDCXXXIII. eandem & Wantzenaugiam eidem civitati donarunt, biennio poſt Epiſcopatui pacis Pragenſis virtute reſtituendas.

## §. CCXLVII.

III. Dachſteinium veteribus *Dabichenſtein*, (*g*) Gervilero *Dabichii Lapis*. (*h*) Nom Dachſtein. Præfectura. in caſtro tamen, quod facile quis crederet, ſed in villa ſeu vico nominis quærenda origo. *Dabechenſtein* & Pfaffenhoven Henricus II. Imp. occidentales limites foreſtæ conſtituit, quam ex Imperii fiſco Eccleſiæ Argent. An. MXVII. donavit. (*i*) Henricus II.

(*a*) Autogr. in Tabular. epiſc. Tabern.
(*b*) Herrg. *Geneal. Habsb. Cod. Dipl.* num. 502.
(*c*) *Gall. Chriſt.* Tom. V. Inſtr. col. 471.
(*d*) Autogr. in Tabular. Tabern. ubi: *Wir ſetzen im, ſeinen erben u. nachkommen zu rechtem pfande unſer u. des Reichs dorfer Lupfenſtein und Leutenheim, gelegen bey den Sornen im Sirauh. Eyſtuone* &c.
(*e*) Herrg. *Gen. Habsb.* Tom. II. num. 161.
(*f*) *Gall. Chriſt.* Tom. V. Inſtrum. col. 471.
(*g*) In Codd. membr. duobus, quos ſæpius allegavi, ſec. XIII. & XIV. conſcriptis & in chartis paſſim.
(*h*) In *Panegyri Carolina* pag. 19.
(*i*) Ex autographo Diplomatis copiam ſuo loco dabimus.




1. Ecclesia Paroch. S. Georgij. 2. Carthusia. 3. Collegium Iesuit. 4. Porta S.




1. Ecclesia Parroch. 2. Curia. 3. Porta sup. 4. Porta Rhani. 5. Arces




Georgij. 1. Cappella Leprosor. Ab Or. ad Occid. 120. a Merid. ad Sept. 160. pertica.




Episcopi. Ab Or. ad Occid. 200. a Merid. ad Sept. 130 pertica.

II. Epiſcopus An. MCCXIV. caſtrum conſtruxit; (*l*) cui condendo iniquitas tempo- Caſtrum & oppidum.
rum & opportunus in inſula, quam Bruſca ibi conſtituit, loci ſitus dedit occaſionem. Vicus in oppidum converſus poſt caſtrum. De utroque Johannes II. Ep. An. MCCCLVI. ubi Canonicos regulares Ord. S. Aug. recepit in Dabichenſtein, Epiſcopos in caſtro hoc crebrius habitaſſe quam alibi, oppidumque extra muros & foſſata caſtri exſtructum docet. Caſtrum ab Argentinenſibus, quos Waltherus Geroldseckius Ep. ad arma provocaverat, An. MCCLXII. jam igne fœdatum fuit. (*m*) Renovarunt illud Rupertus An. MCCCCLXXVIII. & Leopoldus Archidux An. MDCX. quo firmiſſimum munimentum evaſit. (*n*) Seculo XIV. plures Epiſcopus vaſallos habuit, caſtro Dabichenſtein cum feudis ſuis adſcriptos. Memorantur ſub Bertholdo II. Johannes de Geispoltzheim, Joh. de Butenheim, Heinr. de Kolbotzheim, Ludov. de Wickersheim, Bertholdus de Rinowe, Gunth. de Borre, Albertus Kage, Burggravius de Olthoven, vel milites vel armigeri omnes. (*o*) Poſt hæc caſtrum & oppidum (*p*) Mullenhemiis & civitati Argent. per Wilhelmum II. Ep. in pignus traditum eſt. Quartam ejus partem à prioribus Wilhelmus ipſe redemit An. MCCCCXXII. quum Argentinenſes per cives ſuos nobiles, à Senatu proſcriptos, biennio ante Dachſteinio jam fuiſſent ejecti. (*q*) Oppidum & caſtrum, quod Salmius Comes, Epiſcopatus Argent. adminiſtrator, Lotharingiæ Duci cum Tabernis d. 31. Dec. anni ſuperioris commiſerat, (*r*) Chriſtianus Palatinus Suecorum nomine d. 30. Aug. MDCXXXIII. præmiſſa aliquot dierum obſidione expugnavit, bellicis Argentinenſium tormentis adjutus. Oppidulum biennio poſt Cæſarei d. 23. Nov. recuperarunt, non caſtrum. Ignominioſa utriusque deditio per Cæſareos facta d. 30. Jan. MDCLXXV. poſtquam Haugwitzius occubuiſſet Præfectus. (*s*) Caſtrum inde à Gallis noſtris omnino deſtructum.

Dachſteinenſis Præfectura à Molsheimenſi oppido nomen etiam quandoque accepit. (*t*) Bertholdus II. Ep. Advocatiæ Molsheimenſis incolis, egeſtate multum laborantibus, An. MCCCXXXII. promiſit, ſe nullum locorum ejus nec oppignerare velle, nec novis cenſibus aut tributis gravare.

## §. CCXLVIII.

Molshemium, antiq. *Mollesheim* & *Mollisheim*, Dachſteinium inter & Mutzigam jacet ad Bruſcam. Ante ſec. X. nullam loci mentionem reperio. (*u*) An. MCXCVIII. Philippus Rex Rom. Mollesheim cum aliis locis occupavit. (*x*) Fridericus II. Rex hæc ei privilegia Rex Rom. MCCXIX. dedit Hagenoæ: Incolæ ab omni ſervitio extero ſint immunes & liberi. Jus caduci (*Fal*) non exigatur ab illis. Non compareant apud exteros judices, ſed judicem illis conſtituat Cæſar. Argentinæ & in aliis civitatibus Imp. nonniſi vetera telonia ſolvant. Fridericus, Imperator coronatus, novo hæc Diplomate An. MCCXXXVI. firmavit; (*y*) Molsheimenſes *civer noſtros*, id eſt, Imperiales appellans. Epiſcopus tamen multa ibi jura vel jam tum habuit, vel brevi poſt accepit. Otto Advocatus de Mollisheim inter miniſteriales majoris Eccleſiæ Arg. An. MCCXVII. legitur; & ſexennio poſt Fridericus Rex cum Epiſcopo de Molshemio, uti de aliis pluribus rebus, ita convenit, ut jus Advocatiæ tantum in illo ſibi retineret. An. MCCXXXVI. ſecuta eſt alia compoſitio, amplior priore, qua villæ Mollisheim Advocatia Imperatori iterum cum dimidia emolumentorum ejus parte, jus Patronatus vero, decimæ & villicationis (*Schultheiſs*) officium, Epiſcopo fuerunt adſcripta. (*z*) Molshemium hæc nobis villam ſiſtunt, inter Imperium Epiſcopatumque diviſam, ita tamen, ut Epiſcopi deinceps prævaluerint jura. Villa mox in oppidum converſa, quod fere omne in Epiſcopi poteſtatem tranſivit. Heinricus III. Ep. univerſitati civium in Molsheim, quæ à deceſſore ipſius acceperant, jura renovavit, *reparationi opidi* ſui profutura. Molsheim civitas.

## §. CCXLIX.

(*l*) Inſcriptio portæ: " Anno incarnationis Do- " minicæ milleſimo ducenteſimo decimo quarto con- " ſtructum eſt hoc caſtrum ab Henrico de Verin- " gen, Argent. Epiſcopo, qui alienaverit anathema " ſit. " Vid. Wimphelino. *de Epiſc. Argent.* pag. 57.

(*m*) Kornigshov. *Chron.* Cap. IV. pag. 263.

(*n*) Zeiler. *Topograph. Alſat.* fol. 13.

(*o*) Recenſentur in alleg. Cod. membr. ſec. XIV.

(*p*) *Schloſs, Burg und Statt Dabichenſtein* in oppignerationis inſtrumento legitur.

(*q*) Schilter *ad Kornigii*, pag. 814. & 866. Hertzog. *Chron. Alſat.* Lib. VIII. pag. 141.

(*r*) Chemnitz *Schwed. Krieg.* Part. I. pag. 446.

(*s*) *Partic. territorii Argent.* pag. 56.

(*t*) In charta judicii curiæ Argent. An. MCCCCLI. legitur: *Die Pfaffe Mollsheim, nemlich die Stette Mollsheim, Mutzich, Berfe, Dachſtein und die dörfer darzu gehörende* &c.

(*u*) *Mollesheim* in veteri membrana Eccleſiæ D. Thomæ Arg. nt. ſub Ottone III. Imp. confecta legitur.

(*x*) Kornigshov. pag. 115. & pag. 316.

(*y*) Extat autographum in Tabular. Epiſcopi Tabernæ.

(*z*) Apograph. in Tabular. eod.

## §. CCXLIX.

Fata. An. MCCLX. Waltherus Ep. Heinrici ſucceſſor, " exactionem, quæ *swegels* nuncupatur, de novo ordinatam in opido Mollesheim, accipi & durare voluit, quamdiu civibus dicti opidi ad peragendum opera dicti opidi neceſſaria, vallando, muros conſtruendo & alias ſe muniendo, videbitur expedire. „ (*a*) Molsheimenſes tamen adverſus Epiſcopi hujus, nuper defuncti, patrem, Waltherum de Geroldseck, An. MCCLXIII. cum civitate Argent. fœdus inierunt, è cujus inſtrumento apparet, oppidi regimen penes nobiles tum maxime fuiſſe. An. MCCC. Fridericus I. Ep. à Senatu Argent. obtinuit, ut Molsheimenſes, qui ſe invito Argentorati conſederant, onera Epiſcopi, quamvis è ditione ejus in alienam transgreſſi, prius ferri ſolita, porro ſubire cogerentur, vivo ſaltem ipſo Antiſtite.

An. MCCCVIII. Henricus VII. Imp. reliqua ſua & Imperii jura in Mollishemio *oppido ſive villa*, cum ipſis quoque Judæis ibi commorantibus, in Epiſcopum transtulit; (*b*) id quod ab Electoribus illius temporis & à Carolo IV. Imp. Heinrici VII. nepote, deinceps repetitum ac confirmatum eſt.

An. MCCCXVI. Johannes I. Ep. caſtrum ibi ac xenodochium condidit, (*c*) in quo ipſe ſepultus eſt. (*d*) Illud ſeculo ſuperiore deſtructum, hoſpitale in eccleſiam, Collegio Jeſuitarum adſcriptam, converſum. Decennio poſt Johannes XXII. Papa eccleſiæ parochialis reditus menſæ Epiſcopali addixit.

An. MCCCLIII. Nov. initio Carolus IV. Molshemium venit, ut Bertholdum Ep. paulo poſt moriturum inviſeret. Molshemio Haſelacum profectus eſt, S. Florentii inviſurus reliquias. (*e*)

An. MCCCLXXXVIII. Rupertus Palatinus oppidum igne vaſtavit. (*f*)

An. MCCCCXXIII. Molsheimenſibus libertas emigrandi conceſſa, à ſequentibus repetita Epiſcopis.

An. MCCCCXL. addidit Rupertus, ne invitis obtrudatur Judæus.

An. MDI. abolitæ Beginarum domus reditus & bona Albertus Ep. leproſorio donavit. (*g*)

## §. CCL.

An. MDLXXIII. Johannes IV. Ep. officinam monetariam heic inſtituit, variique metalli ac moduli nummos in ea, ut Tabernis, percuti juſſit, quod & ſubinde factum deinceps. Eodem tempore ſummi Templi Argentinenſis Capitulum ſuam ſedem fixit Molshemii; Parochialis Eccleſiæ odeum ſuis uſibus parans.

An. MDXCII. d. 13. Nov. oppidum, duplici obſidione fatigatum, inconſultis civibus Georgio Brandenburgico & Argentinenſibus traditum, ac in iſto bello deinceps ſæpe vexatum eſt.

An. MDXCVII. Conſiſtorium Epiſcopi Molshemium Argentina quoque fuit translatum. Eodem Tempore Carthuſiani, quorum Domus, extra muros Argentinenſes ſita, An. MDXCI. deſtructa, per Carolum Lotharingum Molshemii ſtabiliti ſunt. Conſiſtorium Argentinam rediit, cum urbs perveniſſet ad Gallos.

An. MDCX. Comes Salmenſis, Molshemii Præfectus, oppidum hoc Brandenburgico Electori, Principum Proteſtantium fœderi adſcripto, d. 28. Jun. ſub honeſtis legibus tradidit. Præfidiarius miles inde Tabernas diſceſſit, tormentis relictis, reddituſque ab utraque parte captivis.

An.

---

(*a*) Tabular. Civitatis Molsheim.
(*b*) Lunig *Reichs-Archiv Part. Spec.* Contin. I. *Abſ.* I. *Abtheil* I. pag. 18. & alibi.
(*c*) Wimpheling. loco cit. pag. 80.
(*d*) Kornigsh. Cap. IV. pag. 257. rem ad An. MCCCLV. male refert.
(*e*) Idem Cap. II. pag. 135.
(*f*) Hertzog. *Chron.* Lib. III. pag. 27.
(*g*) Collegium hoc in charta dicitur: *das Leſchbrooſter oder Begynen hus in unſer ſtatt Mollisheim gelegen.*

An. MDCXVIII. Collegio Jesuitarum, quod Johannes à Manderscheid Ep. An. MDLXXX. instituerat, Carolus à Lotharingia Card. auxerat, sub Leopoldo Archiduce, Episc. Argent. Academica Philosophiam & Theologiam publice docendi privilegia Cæsar concessit. (*b*)

Magistratus oppidi Sculteto, quatuor Consulibus, semestre inter se regimen commutantibus, & octo, qui singulis biennius eliguntur, senatoribus, constat. Numerus membrorum variavit sæpius. Albertus Ep. eum ad tredecim, Sculteto non computato, An. MCCCCLXXXII. reduxit. A Magistratu ad Regimen Episcopi Tabernense provocatur. Nulla heic civium in tribus distributio obtinet. Kemberia gens nobilis olim à Molshemio sibi sumserat nomen. Dietricus Eques, Wernherus, Waltherus, Kemberi dicti de Mollesheim, inter præcipuos Episcopi vasallos seculo XIV. enumerantur.

## §. CCLI.

*Grevvviler* Lotharius I. Monasterio Ersteinensi donavit. (*i*) Rudolphus Habsburg. Imp. villam suam in *Grezvvire* Hugoni de Lupphenstein pro triginta marcis argenti justi pignoris titulo Argentinæ An. MCCLXXXIX. obligavit. (*l*) A Lupfensteiniis ad alios pignus hoc translit. Andlavienses illud Trubeliis militibus tradiderunt, hi Andlavienfibus reddiderunt. Inde Rudolfus de Andelo, Eques & Episcopi Arg. Vicedominus, Wetzeliis de Marsilia An. MCCCCXIV. locum concessit. Maximilianus I. Imp. denique Wilhelmo Ep. An. MDVII. potestatem dedit, à Sophia, Comite Tubingensi, triginta marcis Imperii nomine vicum reluendi. (*m*) Grefvveiler &c.

*Rosenvveiler*, olim *Rosheimvveiler*, vicus inter Roshemium oppidum & Girbadam castrum situs, ab alio prope Sornam diversus, cum Girbada Hohensteiniis, dein solus aliis, sub Wilhelmo II. Ep. oppigneratus, Rathsamhausiis denique collatus in feudum, post Friderici de Rathsamhausen decessum An. MDLXXXII. ad Episcopum rediit. Rosenvveller.

*Bischofsheim*, contracte *Bischen*, vicus præstans inter antiquissima Ecclesiæ Arg. patrimonia, à Dagoberto II. jam traditus. Curiam dominicam ibi Episcopus sec. XIII. habuit. (*n*) Ab aliis vicis homonymis ut distinguatur, Bischofesheim prope Rosheim aut prope Molsheim in chartis scribitur. Fridericus II. Imp. in transactione cum Episcopo Arg. An. MCCXXIII. advocatiam villæ Bischovesheim sibi retinuit; sed An. MCCXXXVI. eam pro villa Wasselnheim, quæ ad Episcopum spectabat, huic omnino concessit. Advocatia hæc, quam Bertholdus I. acquisiverat, per Bertholdum II. deinceps Burcardo Flesch de Bischofesheim Equiti in feudum obtigit. (*o*) Jus patronatus Mullenhemii An. MCCCCXXXII. Episcopo restutarunt. Castrum, quod hic subsiterat, cum suisset allodiale, Alberto de Kuppenheim pro quatuor millibus flor. An. MDLXXXI. per Johannis de Wyhe liberos venditum est. (*p*) Notus est Alsatis collis vicinus *Bischeberg*, ubi monasterium Franciscanorum ab aliquot seculis extat. Bischofsheim.

## §. CCLII.

*Griesheim*, cognom. *im Loch*, quem Wilhelmus Ep. An. MCCCCXXXII. Heinrico de Hohenstein & Wirico de Hohenburg pro sexcentis florenis oppignerarit. Successores locum, ceu peculium suum, sine seculi XV. Landspergiis vendiderunt. Palatino Electori An. MDCXII. in feudum à Landspergiis oblatus, Friderico V. Palatino proscripto, per Leopoldum Austriacum Episcopum Arg. reluctante Samsone Landspergio, An. MDCXXIII. ad Ecclesiæ Argent. revocatus dominium. Samso ante bellum tricennale finitum improlis obiit. Palatinus feudum sibi apertum existimans, pacata Germania id sibi reddi postulavit. Episcopus, ut vicum retineret An. MDCLVI. tria millia florenorum Electori persolvit. Sub Landspergiis Aug. Conf. doctrinam professi sunt incolæ. Vicus superioris seculi fine & hujus initio bis igne consumtus est. Griesheim.



(*b*) *Academiæ Molshemiensis Panegyricus* An. MDCXVIII. *Leopoldo fundatori oblatus*. Adde SOTVELLI *Bibliotheca Scriptor. Societ. Jesu* p. 618.
(*i*) Conf. Tom. I. pag. 711. §. CLXXXIV.
(*l*) Autogr. in Tabular. Episc. Tabernis.
(*m*) In autographo vicus hic dicitur *das dorff Grefweiler bey Herrmelsheim und Mutzisch*.
(*n*) *Cod. membr. de curiis Episcopi Arg.* sec. XIII.
(*o*) *Cod. membr. redituum & feudor. Episcopi* sec. XIV.
(*p*) Literæ venditionis: *die Burg und Schloß mit dem vorhof samt den beuserin .. gelegen in dem dorff Bischoffsheim by Rosheim, genant das unter Schloß, ist leidig und eigen* &c.

Altorff &c. *Altorff*, vicum ad latus Monaſterii hujus nominis, Bertholdus I. Epiſcopus Eccleſiæ ſuæ An. MCCXXXIV. ipſe donavit. *Villulam Aldorf* Adalochus Ep. Eccleſiæ Thomanæ tradidiſſe, in veteri ejus membrana ſec. X. legitur.

Arnoldsheim. *Arnoldsheim*, vulgo *Ernolſen*, Conradus III. Ep. à Veldentiæ Comite Heinrico & Walthero de Geroldseck ducentis & quadraginta marcis argenti An. MCCLXXXVI. comparavit. Eccleſiæ parochialis reditus Capitulo Haſelac. cujus Præpoſitus jus ibi patronatus exercebat, per Epiſcopum Arg. An. MCCCXCVIII. conceſſi ſunt. Vicus Johanni Pfettenshemio per Wilhelmum II. Ep. oppigneratus fuit.

Ergersheim *Ergersheim*. Decimis, in caſtro Dachſtein deferviendis, ſeculo XIV. hic gaviſi ſunt Huneburgii Nobiles.

Wolcksheim. *Wolckſheim*, *Wolxheim*, antiq. *Wolvangesheim*, Vinſtingenſes primum, dein Hohenſteinii inter feuda ſua epiſcopalia ſec. XV. ex femiſſe computarunt. (*q*) Jacobo ab Hohenſtein Daniel de Mullenheim gener, quem ſibi ſubſtitui rogaverat, An. MCCCCLXXX. ſucceſſit.

Avelsheim. *Avelsheim* curiam dominicam ſeculo XIV. habuit, cujus Burggravii de Oſthofen advocati erant, ab Epiſcopo conſtituti.

## §. CCLIII.

Thalheim. *Thalheim*, *Dalenheim*, pro dimidia quoque ſui parte Vinſtingenſibus ac Hohenſteiniis cum Wolckshemio in feudum collatus fuit. Ulricus de Vinſtingen Culmanno advocato de Waſſelnheim An. MCCCLI. eam conſentiente Epiſcopo vendidit.

Sultz. *Sultz*, duos inter colles vitiferos ad Moſigam ſitum, ſec. XIV. oppidum, vicis annumeratur An. MCCCCLVI. quo tertia ejus pars Sigfrido Obergaſſio de Molsheim per Epiſcopum oppignerata legitur. Balnea in pratis vicinis, cum capella D. Amando ſacra, ſeculo XVI. jam innotuerunt.

Biblenheim *Biblenheim*, viculus cum capella, cujus patronatus ad Capitulum majus Argent. ſpectat, cum Sultza ſec. ſup. ita conjunctus eſt, ut & parochum & ſcultetum unum cum illo haberet. Codex membran. ſec. XIV. ita: " Villa Bibelnheim communiter „ ſpectat Imperio & Epiſcopo. „ Pars Imperialis ad Landſpergios pervenit, à quibus Eraſmo Ep. pro trecentis & octoginta quinque libris den. An. MDLIV. vendita eſt.

Bergbietenheim. *Bergbietenheim*, *Bietenheim* quandoque ſimpliciter; oppidulum olim cum caſtro, nunc vicus. Oppidi mentio adhuc An. MDXVII. Occupatum illud ab Armeniacis An. MCCCCXLIV. (*r*) Argentinenſes Antonium de Hohenſtein, aliosque Nobiles, ſibi infeſtos, An. MCCCCLV. in eodem obſederunt. Caſtrum enim cum dimidio oppido Hohenſteinii ab Eccleſia Arg. tenebant in feudum. Vicus ab inferioris Alſatiæ Landgraviis jam An. MCCCXXXVI. Hohenſteiniæ genti in ſubfeudum eſt datus, quod Landgravii ab Epiſcopo acceperant. Stephano Bockio ut in triennium oppigneraretur, An. MCCCCLXIX. Epiſcopus Capitulumque Hohenſteiniis permiſerunt. Bietenhemium ad Eccleſiam rediit An. MDXV. (*s*) quo bis mille & quingenti floreni Georgio Hohenſteinio fuerunt numerati.

## §. CCLIV.

Hindisheim *Hindisheim*. Portio villæ *Hundinisheim* Mediano-Monaſterio fuit donata. (*t*) Eberſheimenſi Abbatiæ curtis dominica per Wernherum Ep. ſec. XI. heic ablata, in *Chronico Novient.* legitur. (*u*) Vicus cum ſequenti Lipshemio Hohenburgenſibus ab Epiſcopo in feudum cum fuiſſet conceſſus, nobiles hi caſtellum ibi exſtruxerunt. Richardus de Hohenburg, Wirichi filius, fæcularem cum monaſtica vita commutaturus, utrumque vicum

(*q*) Literæ inveſtituræ An. MCCCCXXXVII. ita: *Wolckesheim u. Dalheim halber, als ei Herre Ulrich ſſl. von Vinſtingen genoſſen hat.*

(*r*) Schilter *ad Koenigshov.* pag. 919.

(*s*) Literæ venditionis ita: *das Schloſſ zu Bietenheim mit allen gebuwen .. ſo darzu die Statt Bietenheim halber; deſſelich das dorff Achenheim halber .. darzue die Burgk Hohenſtein halber &c.*

(*t*) Belhomme *Hiſt. Mediani Monaſt.* pag. 111. coll. pag. 261.

(*u*) Apud Martene *Thef. Anecd.* col. 1144.

vicum Ruperto Epiſcopo reddidit An. MCCCCLXXVI. (x) Utrumque Epiſcopus biennio poſt Frid. Miſſelbachio obtulit in pignus. Sed Richardus, gentis ſuæ poſtremus, cum expiraſſet, Schwickerus de Sickingen, affinis ejus, vicos hos cum reliquis Hohenburgenſium bonis ſibi deberi aſſeruit; annuamque ob id penſionem An. MD. compenſationis loco accepit. Caſtellum poſt Henigios Meyerhoferis collatum eſt.

*Lipsheim* cum Hindishemio, uti vidimus, fata habuit communia. Lipsheim.

*Holtzheim*, locus Mullenhemiis initio ſeculi XV. per Epiſcopum oppigneratus. Hos Wolfius de Landſperg An. MDXXXIV. Wolfium gener Jacobus de Ingenheim An. MDLXII. in pignoris poſſeſſione excepit. Reluitio An. MDLXXVIII. per Johannem IV. Ep. facta. Holtzheim.

*Hürtigheim* vicus in varias partes diviſus, quarta tantum ex parte Præfecturæ Dachſteinenſi adſcriptus eſt. Hürtigheim

## §. CCLV.

Bruſcana ſeu Schirmeckiana Vallis, à Bruſca, quæ omnem perluit, & à Schirmeckio caſtro nuncupata, ſex leucis longa, Alſatiam cum Salmenſi principatu & Lotharingia jungit; regia permeabilis via. Muziga oppidum ab ortu, ab occaſu Schirmeckium, clauſtra ſunt vallis, quæ adituris eam vel clauſerunt olim, vel aperuerunt, caſtris munita. Nec arcta, nec horrida vallis eſt; plerisque in partibus amœna ac fertilis, frugum & paſcuorum dives, nec vini omnino inops. In medio ejus, à Bruſcæ ſiniſtra, Haſelacenſis ſeſe aperit vallis, rivi hujus aquis irrigua, veneranda D. Floreutii ſedes, quam Baſilica, Divo huic dicata, cum Capitulo per tot ſecula illuſtrat. Ex convallibus vicinis ad ſiniſtram Bruſcæ ripam quinque affluunt amnes piſcoſi, (y) truttis abundantes, unusque ad dextram; (z) per quos etiam ligna ex montibus vicinis devolvuntur in Bruſcam. Vici viceni, vallem ornantes, fertilitatis ejus non ambigui ſunt teſtes. Plures his alios annumeravit antiquitas, qui vel diuturnitate, vel injuria temporum interierunt, vel cum aliis coaluerunt. Præter duo caſtra, vallem aperientia, quæ nominavi, quatuor alia, Girbadenſe nempe ad dextram, ad ſiniſtram vero Ringellſteinium, Hohenſteinium & Nideckium, (a) familiarum olim illuſtrium divitumque ſedes, in ruinis nunc jacentia, decorant vallem. Silvæ omnis generis ligna, feras alunt & aves. IV. Vallis & præfectura Schirmeck.

Caſtrum *Schirmeck* in angulo montis, quem Bruſca alluit, ſitum, ab ipſo ſitu nomen accepit; ſubjacenti communicatum oppidulo, (b) quod temporis tractu in vicum converſum eſt, cujus extremitas flumine Bruſca ſecatur, quæ à Lotharingia & Salmenſi Comitatu Alſatiam ſeparat. Jam An. MCCCLXXX. pax caſtrenſis in Schirmeck condita; annoque ſequenti Fridericus II. Epiſc. ducentas libras denar. Johanni de Ochſenſtein & Nic. Richter, quibus caſtrum cum omni valle oppigneratum fuit, ſe debere profeſſus eſt, in caſtri & oppidi illius munitionem expenſas. Trecentæ libræ ſub Wilhelmo II. Ep. An. MCCCCXIII. in idem opus per Hohenſteinium & alios, in pignore ſucceſſores, jam erant collatæ. Oppidum in chartis occurrit, quamdiu perſtitit caſtrum; quod ſec. XVI. cum oppido interiit. Ex hoc tamen vicus ſupereſt, cujus Lotharingica pars trans Bruſcam *la Broque*, haud dubie à ponte, Romanice dicitur. Caſtrum Schirmeck.

## §. CCLVI.

*Mutzig*, oppidum cum caſtro, noſtris temporibus pulcre multumque adaucto, principem nunc totius præfecturæ locum conſtituit, qui cum Molshemio Dachſteinenſi advocatiæ diu adhæſerat. *Muzzeca* ſec. X. & *Muziaca* ſec. XIII. latine ſcribebatur. *Oppidum Muziche* charta Haſelacenſis An. MCCLIV. habet. Poſteriores tamen hujus & ineuntis ſec. XIV. chartæ Mutzigam in vicorum collocant claſſe. Munitio non difficilis fuit, quum ab uno latere Bruſca, ab altero mons, ſaxorum ferax, oppidum tegant. Mutziga, Wege & Hermolsheim, æque ac Molsheimenſes, fœdus adverſus Mutzig oppidum.



(x) Autographum ita: *Luppsheim und Hundesheim, die mir mit andern zu lehen gehören ſint &c.*

(y) *Stilbach*, *Haſelbach*; *Sulzbach*, *Eimerbach* & *Wich*.

(z) *Magela*.

(a) Tria hæc poſteriora in Valle Haſelacenſi ſita ſunt.

(b) In chartis infra recenſendis ſec. XIV. legitur *Burch und Statt zu Schirmeck*; item *zuvo beſtene burgk und Statt zu Schirmeck*.

Waltherum de Geroldseck ejusque socios cum Argentorato pepigerunt An. MCCLXIII. Advocatiam aliaque Imperii jura, quæ Fridericus II. Rex Rom. An. MCCXXIII. in *Mutzecke* retinuerat, Henricus VII. cum Mulhusio An. MCCCVIII. permutavit atque in Episcopum transtulit. Argentinenses, Wilhelmi II. Episcopi sui hostes, An. MCCCCXVI. ab oppiduli, (*c*) & quinquennio post à castri Mutzigiani obsidione repulsi fuerunt. Tum trecenti & quinquaginta equites episcopales, qui periclitanti castro in auxilium venerant, rupto mille & ducentorum peditum ordine, quinquaginta hostium captivos fecerunt. (*d*) An. MCCCCXXVII. Wiricus de Hohenburg, pignore Schirmeckiano restituto, oppidum & castrum Mutzig cum vicis *Hermolsheim* & *Wege* vicissim in pignus accepit. Adversus hunc, nihil mali cogitantem, instigante Ruperto Episcopo, Ludovicus Comes Palatinus, Episcopi frater, Schaffridus Leiningensis, & Sarwerdensis Comites An. MCCCCXLIV. conspirarunt, ac Wiricum non solum, sed reliquos etiam incolas & cives inde pepulerunt. Imploravit Wiricus Argentinensium auxilium, cum quo Ludovicus Lichtenbergensis suum conjunxit. His accedentibus novos hospites metus in fugam conjecit. (*e*) Wiricus quartam oppidi & dimidiam castri partem decennio post Argentinensibus, hi Conrado Bockio pro septingentis & septuaginta quinque flor. An. MCCCCLIX. Wirici vidua filiæque aliam partem Wurmseris pro quadringentis flor. eodem anno vendiderunt. Bockiis simul atque Wurmseris reliqua oppidi & vicorum pars per Hohenburgenses An. MCCCCLXVI. septingentis & quinquaginta aureis tradita est. Jacobo Landspergio mox omnia redimendi per Albertum Episc. data potestas, cui & tribus filiis Guilielmus ab Hohenstein Episc. castrum & oppidum in feudum dedit. Landspergiis his An. MDCXXXVI. extinctis feudum ad Episcopum rediit, quamvis ex quarto primi acquirentis filio, qui post feudi acquisitionem natus erat, nascula supersset progenies. An. MDCXXII. Mansfeldius Comes atque decennio post Sueci Mutzigam occuparunt. Judæis, qui magno heic numero vivunt, recipiendis frequentes oppignerationes forte locum dederunt. Surgeros de Mutzig Nobiles An. MDXCIII. defecisse scribitur.

## §. CCLVII.

Hermolsheim. Mutzigio oppido viculus *Hermolsheim*, Brusca tantum flumine ab eo separatus, ampluque Francisanorum cœnobio conspicuus, annuneratur. Veteres chartæ *Hermoutisheim* & *Hermotsheim*, unde Hermolsheim prodiit. Fridericus miles de Hermoutisheim & Bertholdus, frater ejus, cum Hugone, milite ejusdem villæ, in charta Hasselac. An. MCLXXII. leguntur.

Wege. Vicus *Wege* prope Hermolsheimium plane interiit. Henricus VII. Imp. Mulhusium civitatem in suam omnino potestatem recepturus, eum cum aliis Imperii juribus Episcopo Argent. tradidit An. MCCCVIII. Incolæ Mutzigam migrasse videntur.

Dingsheim. *Dingsheim*, primus post Mutzigam præfecturæ vicus; cujus cognominem in præfectura Kocherspergensi quoque vidimus.

Still. *Still*, vicus cum rivulo ejusdem nominis præterlabente. *Locellum nuncupatum Stilla & vivulum qui dicitur Stilla* Ludovici Pii Diploma An. DCCCXVII. prodit. (*f*) Decimis vici Ecclesia Hasselac. gaudet. Pfaffenlappii milites de Stille, Ecclesiæ Argent. vasalli, sec. XVI. exaruerunt. Lacum Stillensem, varios inter homines divisum, Episcopus, idemque propinquam villam *Muschhof*, pascuis & venatione insignem, à Neoburgensi Monasterio septingentis florenis An. MDXXV. comparavit. Ultimus Ecclesiæ Stillensis rector An. MCCCX. obiit, quo ea Capitulo Hasselac. per Episcopum Argent. tradita est.

Heiligenberg. *Heiligenberg*, vicus in monte sacro, sedes advocati curiæ Hasselac. cum ipsa hac advocatia ad Ochsensteinios spectavit, à quibus variis modis ad Episcopum rediit. Partem Bitenses Comites post Ochsensteinios impetrarunt, eaque Pfaffenlappiis primo in feudum collata, dein Wilhelmo Episcopo An. MDXXXII. vendita est, ita tamen, ut Pfaffenlappii feudum ab Episcopo investiti retinuerint. Alia pars ad Bockios, Andlavienses, Landspergenses transiit, ex quibus Andlavienses suam Episcopo quoque pro centum & decem florenis aureis An. MDXXVIII. vendiderunt.

CCLVIII.

(*c*) Hertzog Lib. III. pag. 27.

(*d*) Idem. Lib. VIII. pag. 135.

(*e*) Hertzog loco cit. sed Lib. VI. pag. 176. rem hanc ad An. MCCCCLIV. ponit.

(*f*) *Gall. Christ.* Tom. V. Instrum. col. 462.

## §. CCLVIII.

*Haslach* duplex vicus, ſuperior & inferior, ex Monaſterio, ſec. VII. ad Haslam rivum exſtructo, quod deinceps in collegiatam converſum eſt, haud dubie prognati. *Avellana* & *Avellanum* in pluribus ſec. XII. & ſequentibus inſtrumentis latine ſcribitur. In ſuperiore S. Florentii, qui heic monachus, antequam Epiſcopus fieret, vixiſſe dicitur, ſacellum; in inferiore Eccleſia, quam dixi, collegiata jacet. Epiſcopus Arg. curtem dominicam atque palatium cum ibi habuiſſet, tria per annum placita, Ochſenſteinio advocato vel ejus ſub-advocato præſide, à XIII. ſcabinis, ex hubariis vallis Bruſcanæ deſumtis, in ea celebrata ſunt. Advocatus capellæ ſuperioris Avellanæ patronus erat. Currus & ſeptem boves, quotieſcunque iter cum Imperatore citra montes fecit, dabantur Epiſcopo. (*g*) Palatium, Eccleſiæ Haslac. contiguum, Conradus Epiſcopus in charta An. MCCLXXXIX. *antiquum* jam vocat. Capitulum decimas in utroque vico percipit. Haslach & alii vici.

*Genſpurg* villa retro Haſelacum, *Gerresburn* ſec. XIV. vocabatur.

*Urnat* Haſelacenſis parochiæ vicus, cujus incolæ Romanico & Teutonico idiomate utuntur promiſcue.

*Lutzelhauſen* linguæ Romanicæ locus, qui cum Mulbachio & tribus ſequentibus vicis unam parochiam conſtituit, cujus jus patronatus ad Præpoſitum Haſelac. ſpectat.

*Wich* & rivuli & vici, quem alluit, nomen eſt. *Wichiam* rivulum, uti Stillam, Ludovici Pii Diploma memorat. De vico ſec. XIV. ita: „ In Wichahe ad Epiſcopum pertinet *twing und bann*, excepto officio ſcultetatus ibidem, quod pertinet „ Abbatiſſæ in Andlahe „ Abbatiſſæ jura Eccleſiæ Argent. An. MDXXXIX. vendita ſunt. Extant chartæ, quæ vicum hunc in duos, ſuperiorem & inferiorem, diſtinguunt; alteruter eorum nunc dicitur Netzenbach. Wich &c.

*Netzenbach*, non niſi rivulo à Wicha ſeparatur, cum quo communem quidem Eccleſiam & parochum, ſed alium ſcultetum habet.

*Herſpach*, duplex quoque ſec. XIV. vicus, ſuperior & inferior, deinceps in unum coaluit, hominum memoria plurimum auctus.

*Wackenbach* unum cum Schirmeckio ſcultetum habet. Duplex vicus, ſuperior & inferior, qui in charta An. MCCCLXVI. memoratur, deinceps in unum quoque contractus eſt, parochiæ Wich primum, dein Schirmeckianæ addictus.

*Grendelbruch* ex illorum numero fuiſſe videtur, quos Fridericus Comes Leining. in ſua cum Heinrico II. Ep. de Comitatu Dagisburgenſi tranſactione An. MCCXX. Eccleſiæ Argent. tradidit; quoniam Hugo, Dagisburgi Comes, Eccleſiam Grendelbruch*cum pertinentiis ſuis Monaſterio Altorff, quod ipſe condiderat, dono dedit. (*b*) Jus patronatus tamen ad Epiſcopum Arg. hodie ſpectat. Grendelbruch &c.

*Muckenbach* inter ſec. XIV. vicos refertur, nunc villa.

*Rans*, Gall. *Ronſſe*, cujus diſtrictus Dynaſtiæ Rupenſi conterminus eſt.

*Steinbach* quatuor circiter domorum locus.

*Schwartzbach*, alibi *Schartzach*; &

*Berenbach* cum Schirmeckio communem Eccleſiam parochialem, inter duo hæc loca in campo ſitam, habent.

*Naſsweiler* parochi Rothavienſis curæ ſubjacet.



(*g*) *Codex membr. Redituum Epiſc. Arg.* (*b*) *Gallia Chriſt.* Tom. V. Inſtrum. col. 466.

Vici deſtructi.

Præter Genſpurg, Muckenbach & Steinbach vicos, qui nunc villæ tantum, plures alii in valle Schirmeckiana, quos ſeculo XIV. extitiſſe reperimus, diſparuerunt; *Stœvenbach* nempe, aliis *Storbach*, ex quo capella reſtat, ad Capitulum Hafelacenſe ſpectans; *Schotten*, cujus nomen dumetum prope Ringelſteinium ſervat; *Sibenbuch* vel *Synbuch*, à quo ſilva ampliſſima nuncupatur, Capitulo Hafelacenſi & ſeptem præfecturæ vicis communis; *Schanenbruch*; *Standebruch*; *Uberechlingen*, cum quibus etiam nomen illorum interiit.

## §. CCLIX.

Caſtra.

Præter Schirmeckium quatuor in Schirmeckianæ præfecturæ diſtrictu caſtra fuerunt, Girbaden, Ringelſtein, Hohenſtein & Nideck; quorum tria poſteriora in montium jugis retro Hafelacum ſita; primum in altera vallis parte feudis Epiſcopi, de quibus infra, hodieque annumeratur.

Ringelſtein.

*Ringelſtein* Fridericus Comes Leining. An. MCCXX. Ecclefiæ Argent. reliquit, (*i*) vel quod durante id occupaverat bello, vel quod partem antiqui Comitatus Dagsburg, de quo tum agebatur, conſtituit. Gerungus miles, Johannes & Anshelmus armigeri de Dorolzheim, Ecclefiæ Argent. vaſalli, ſec. XIV. huic caſtro fuerunt adſcripti. (*l*)

Hohenſtein.

*Hohenſtein* Burcardus miles, à caſtro hoc cognominatus, pro ducentis & viginti marcis argenti Epiſcopo Arg. An. MCCLXXIX. in quinquaginta annos ex parte oppigneravit. Orta hinc cum reliquis Hohenſteinii Nobilibus controverſia paci caſtrenſi An. MCCCXX. occaſionem dedit. Recruduit diſſidium An. MCCCXXXIV. quo Bertholdus Ep. Hohenſteiniam arcem evertit, (*m*) triennio poſt per Rudolphum ab Hohenſtein in villa Hafelach captus. (*n*) Secuta eſt litium compoſitio An. MCCCXLV. qua Rudolfo huic & Epiſcopo ſua ſingulis jura in monte & in rupe Hohenſtein fuerunt ſervata. Dimidium caſtrum Georgius Hohenſteinius Epiſcopo, domino ejus directo, cum Bietenhemio & aliis feudis An. MDXV. reſtituit.

Nideck.

*Nideck* per Epiſcopum Landgraviis & per Landgravios aliis in feudum conceſſum fuit. (*o*) An. MCCCXCIII. Johannes de Schafstolzheim, Thomas de Endingen, equites, Nicolaus Richter & Fridericus Stahel de Weſthofen, armigeri, ſolenni pacis caſtrenſis formulæ, in caſtro ſuo Nydecke tum conditæ, nomina dederunt. Inter ſponſores ejus, quorum quisque duos dedit, Ludovicus de Wickersheim, Reiboldus Spender, Wiricus de Berſtetten & Burcardus de Wangen nominantur. (*p*) De apertura hujus caſtri, per Thomam zu der Megde ſibi negata, Wilhelmus II. Epiſc. An. MCCCCXXXVI. querelas movit. Supereſt ex eo turris quadrata integra, ex lapide quadrato conſtructa.

## §. CCLX.

Fata Præfecturæ.

Ecclefiæ Argent. jurium in Bruſcana valle origo ex Merovingorum Regum temporibus repetenda. Partis ejus, quam Stilla Wichiaque rivuli, Bruſca & Haslæ fontes terminant, poſſeſſionem Carolus M. & Ludovicus Pius firmarunt. Meridionalis, quæ trans Bruſcam eſt, vallis Epiſcopatui ſerius acceſſit. Fridericus II. Imp. vallem de *Brirztal* cum villa Epiſcopali *Trenheim* An. MCCXXXVI. commutavit. Hoc eum ut Alſatiæ ducem feciſſe puto. Heinricus VII. ſpeciatim jura Imperii in vico Wege, quem interiiſſe dixi, Ecclefiæ Arg. An. MCCCVIII. conceſſit. An. MCCCXVI. Johannes Ep. caſtrum & oppidum Schirmeck cum omni valle Bruſcæ & ejus vicis Johanni Comiti de Salm & ejus hæredibus pro duodecim mill. flor. ſervato ſibi & ſucceſſoribus reluitionis jure, vendidit. (*q*) Venditio hæc nec Girbadam, nec alia Schirmeckiani

(*i*) Laguille Provv. pag. 38.
(*l*) Cod. membr. Feudor. Argent. ſec. XIV.
(*m*) Koenigshov. Chron. Alſat. Cap. V. pag. 322.
(*n*) Albertus Argent. in *vita Bertholdi* II. Ep. pag. 174.
(*o*) Vid. ſupra in Landgrav. pag. 132.
(*p*) Autogr. in Tabular. Tabern.
(*q*) *Die Burch u. Statt zu Schirmeck; et ſol darzu haven das Bruſchtal von oben an bit nidden uſſ unsz an die ſcheidung der ben zu Mutzig u. zu Hermelsheim, mit allen iren zugehörden, u. die darffer die hienach geſchrieben ſtant, u. ſind dis die darffer. Zu dem erſten Grendelbruch, Berreubach, Rotawe, Oberen Raſis, Raſis, Muckenbach, Steinbach, Milsbach, Schwartzach u. die gerichte, die zu denſelben darffern gehorent. Item Weych, Sterrenbach, Schanenbruch, Standebruch, Obern Wackenbach, Nidern Wackenbach, Obern Herſpach u. die gerichte, die zu denſelben darffern horent. Item Obern Haslach, Nidern Haslach, Styll, Dingesheim, Urmat, Walterſpach, Lanzelbuſen, Uberechlingen, Under Wych, Genreisburn, Sybenbuch, die Schotten, unſern theyl an dem Hoſlenberg, u. die gerichte u. die vogtey &c.*

Schirmeckiani districtus castra, neque vicos, ab eis pendentes, neque oppidum Mutzig respexit. An. MCCCLXXIII. Comes Salm. quod sexennio ante acquisiverat, Johanni de Ochsenstein, Cathedralis Ecclesiæ Præposito, Nic. de Greenstein equiti & Nic. Richter armigero, dicto Tutschman, pro eadem pecuniæ summa concessit. An. MCCLXXXIX. Richterus quartam omnis pignoris partem Rudolfo de Hohenstein, Vicedomino, iisdem semper conditionibus, quibus prima venditio ficta erat, reliquit. Dissidiorum inter hos Schirmeckii possessores periculis ut obviam iretur, pax castrensis condita est, continuatis deinceps oppignerationibus ac divisionibus vallis identidem renovanda. Renovata est An. MCCCCXLVII. inter Heinr. de Landsberg equitem, Heinr. de Hohenstein Vicedominum, Wiricum de Hohenburg, Jac. de Hohenstein, Jo. de Wangen, Herm. & Jac. Dutschmannos fratres & Berth. Zornium. Hi omnes Schirmeckiani pignoris tum participes erant; quibus multi alii, & inter hos Lichtenbergensis Dynasta Ludovicus An. MCCCCLXIV. paulatim accesserunt; ita ut initio sec. XVI. cum Albertus Episc. omnia ista redimeret, Schirmeckium inter decem familias esset divisum. Unde difficilior redemptio, plurium annorum opus, per Wilhelmum, Alberti in Episcopatu successorem, An. MDX. perfectum.

Jura Episcopi.

Seculo XIV. " omnes homines masculini sexus, in valle Brusceæ residentes, „ uxorati vel viduati, vel debitos discretionis annos habentes, tenebantur dare Episcopo post obitum suum mortuarium „ (r) adeoque proprietatis vinculo Episcopo fuerunt adstricti; id quod obtinet hodieque, ita tamen, ut mortuarium pro facultatum cujusque ratione solvatur ære. Jurisdictio superior in universam Brusceæ vallem penes Episcopum est. In silvis, quæ septem vicis cum Capitulo Hasselacensi communes, Episcopus & Capitulum venandi; lignandi autem & inferiorem juris dicendi potestatem Capitulum cum septem vicis exercent. Reliquæ vallis hujus silvæ partim ad Episcopum, partim ad Girbadense Dominium spectant.

## §. CCLXI.

V. Benfeld. præfect.

Omnium Episcopatus Argent. præfecturarum amplissima & ditissima Benfeldensis, nomen vetus mutavit & limites. Quidquid enim terrarum Episcopalium inter fossam provincialem, Alsatiæ inferioris terminum meridionalem, flumen Andelach, Rhenum & civitatem Argent. situm, Præfecturam hanc olim constituit, quæ à castro Bernstein, supra Dambacum sito, *Districtus & Advocatia Bernsteinensis* (s) nuncupabatur; in qua præter feuda Nobilium septem oppida, totidem castra & quinquaginta fere vicos aut villas, sibi subjectas, numeravit Episcopus. (t)

Bernsteïn Castrum.

Castrum Bernstein, quod Sueviæ dux quidam Bero condidisse creditur, Bertholdus I. Episcopus An. MCCXXVII. integrum fere mensem obsedit & expugnatum retinuit. (u) Fridericus II. Imp. ut dux Alsatiæ, novennio post castrum Bernstein Ecclesiæ Argent. cum qua ipse & ejus majores de pluribus rebus certaverant, solemni instrumento concessit. Bersteinium abhinc sedes fuit advocati, qui toti, quem indicavimus, districtui præfuit. Præter conclavia illud ornarunt tres turres, in quibus altior captivos recipere solebat. Seculo XV. tamen in Episcopi manibus raro fuit hoc castrum, Wilhelmus II. Ep. Civitati & Capitulo majori Argent. cum id tradidisset in pignus. Initio seculi Werdenbergensis quidam, inde Fridericus Comes Zolleranus An. MCCCCXXIX. & octennio post Conradus à Busnang, Ecclesiæ majoris Arg. Canonici, ad dies vitæ id possidendum acceperunt. Denique Fridericum Comitem à Werdenberg, ejusdem Ecclesiæ Canonicum, Bernsteinium An. MCCCCLXXIX. occupasse reperio. (x) Wilhelmus quidem luitionis jus Sigismundo Imperatori An. MCCCCXVII. quum esset Constantiæ, obtulerat; sed id neglexisse videtur Cæsar. Ruente pedetentim hac mole advocatia sub seculi XVI. finem à Benfelda cœpit nuncupari; pluribus tamen locis, quæ peculiares in præfecturas coiverunt, eidem detractis.

## §. CCLXII.

Benfelda civitas.

Benfelda oppidum cum castro ad Ellum, frequentibus seculi superioris obsidionibus celebritatem adeptum. Villa Beneveldim sec. VIII. jam extitit. (y) Initio sec. XIV. prima

(r) Ita *Cod. Membr. Redituum feudorum Episcopi* sec. XIV.

(s) Germ. *die Vogtey u. Pflege Bernstein*

(t) Enumerantur in *Registro Rer. immobilium districtus Bernsteïn* An. MCCCLXII. per Johannem II. Ep confecto. Tabular. Tabern.

(u) *Fragm. Histor.* URSTIS. pag. 90. ANNALES COLMI ad An. MCCXXVII. *Chron. Novient.* apud MARTENE *Thes. Anecd.* Tom. III. col. 1165.

(x) In Tabular. Episc. Tabern.

(y) Conf. Tom. I. pag. 717.

prima oppidi *Benefelt* mentio occurrit. (z) Seculo ſequenti vectigalibus vini & aliis cenſibus ad id deſtinatis, ampliarunt illud muniveruntque Epiſcopi. (a) An. MCCCXXXI. Wirtenbergæ Comes, propter Horburgenſes terras Epiſcopi hoſtis, oppidum hoc, quod ſibi ab illo non nihil timebat, doloſe occupavit, incolaſque, poſt aliquot menſes demum cum Epiſcopo in id redituros, ejecit. (b) An. MCCCXLIX. Alſatiæ ordines, de extirpandis Judæis deliberaturi, ibidem convenerunt. Decreta proſcriptio. (c) An. MCCCLXVIII. Johannes Ep. civibus privilegium dedit, ut ab omnibus, qui cum rebus ſuis Benfeldam è rure conſugerint, tributum, quod ipſi debebatur, ſoſſis & mœnibus ſuis reparandis, acciperent. Sub hujus ſeculi finem Wilhelmus à Dietſch, vix ad Epiſcopatum promotus, Benfeldam civitati Argent. cum pluribus aliis terris oppigneravit. Argentinenſes iude caſtellum ad latus oppidi condiderunt. Structura hac cum curia feudalis Nobilium ab Andlau dirueretur, his quinquaginta libræ den. compenſationis loco An. MCCCC. penſæ fuerunt. (d) VVilhelmus tamen, ære nondum ſoluto, Benfeldam cum Kocherſperga deinceps recepit, redditurus eam Argentinenſibus An. MCCCCXXII. (e) Biennio ante Nobiles aliquot, Senatui Argent. ob vectigal Grafenſtad. irati, relicta urbe inſidias Benfeldæ, ſed inanes, ſtruxerunt. (f) An. MCCCCXXXVI. Epiſcopus jus aperturæ, quod ſibi ſervaverat, nova cum urbe transactione firmavit. An. MCCCCXLIV. Armeniacis non tantum Benfelda reſtitit, ſed & plures in illos impetus fecit. (g)

## §. CCLXIII.

An. MDXXXVIII. Epiſcopus Benfeldam, numerata Argentinenſibus pecuniæ ſumma, pro qua eis in pignus tradita fuerat, emtoque, quod ibi condiderant, caſtro cum cæteris bonis, ante oppignerationem ad Epiſcopum non ſpectantibus, recuperavit. Magiſtratus Argent. ſacra ibi jam ante mutaverat. (h) Epiſcopus in priſtinum ea ſtatum reduxit. Poſt hæc multum de augendis Benfeldæ munimentis cogitatum. Opus, Eraſmi juſſu An. MDXLVIII. inceptum, continuavit Johannes IV. adhibitis in id Monaſterii Hohenburgi inferioris lapidibus, quod omnino deſtruxit. Sed & Carolus Lotharingus & Leopoldus Auſtriacus tanta opus continuarunt diligentia, ut imminentes Suecorum incurſiones atque pericula eos prævidiſſe crederes. Anxit hæc Argentinenſes munitio, qui de componendo bello, quod Georgii Brandenburg. in Epiſcopum electio excitaverat, An. MDXCV. Surburgi cum agerent, Beuſeldæ demolitionem propoſuerunt. Sed nihil iſtius rei locum habuit. Arma non depoſita, ſed ſuſpenſa fuerunt. An. MDCXXXII. Hornius Comes, Suecorum dux, Benfeldam formæ pentagonalis, duplici foſſa, vallis, armis, commeatu & præſidiariis DCCC. inſtructam, à Bulachio, viro forti, defenſam oppugnavit. Cæſareæ copiæ, cum Epiſcopalibus junctæ, decem millium numero obſeſſores aggreſſæ, ab iisdem repulſæ ſunt. Poſt ſex hebdomadum obſidionem civitas tranſivit ad Suecos, qui locum hunc ante omnia ſibi occupandum cenſuerunt, ut reliquam ex eo debellarent Alſatiam. (i) Retinuerunt Sueci Benfeldam usque ad An. MDCL. d. IX. Julii, quo eam, munitionibus nudatam, reſtituerunt Epiſcopo. (l) Quam diu Sueci eam occupaverant, Proteſtantium ſacra ibi rurſus viguerunt, quæ recedentibus Suecis defierunt. Oppidum per ſcultetum & conſules regitur.

## §. CCLXIV.

Caſtrum Huſen. *Huſen* caſtrum olim prope Benfeldam ad Ellum, quod Adamus Ryff, Argentinenſis, poſſedit. Tranſeuntes hic cum mercatores ſpoliaret, Civitas Argent. caſtrum diruit, ſpoliatorem conjecit in vincula An. MCCCCLXV. (m)

*Et*,

(z) In Literis Cunonis de Bergheim An. MCCXIX.
(a) Teſte Regiſtro alleg. Johannis II. Ep.
(b) ALBERTUS ARGENT. in *vita Bertholdi* II. Ep. pag. 171. KOENIGSH. *Chron.* Cap. V. pag. 320.
(c) Ibid. pag. 177.
(d) Autogr. in Tabular. Tabern. ita: *Ein buſ, but und boſeſtatt, gelegen in der Stette zu Benefelt allernechſt bi der burge und veſtin zu Benefelt, die die Statt Straſburg alldo gebrwen hat.* Conf. LAGUILLE *Hiſt. d'Alſace.* Tom. II. pag. 24.
(e) Vide ſupra pag. 140.
(f) SCHILTER. *ad Koenigsbov.* pag. 865. ſq.
(g) Ibid. pag. 1005.
(h) Martinus Bucerus eod. anno tres conciones valedictorias Benfeldæ habuit, quas cum præf. recudi fecit Joh. Georg. Dorſcheus Argent. MDCXLIX. in 12mo.
(i) BOGISLAS PHILIP CHEMNIZ *Hiſtorie des Schwediſchen in Teutſchland geführten Kriegs* Part. I. pag. 431. & 400. obſidionem recenſens, formulam reddit ionis oppidi d. 28. Oct. ſignatam ponit, quem PUFENDORF. *Rer. Suecicar.* Lib. IV. pag. 30. ſequitur.
(l) Pace Monaſterienſi, in qua Cap. X I. §. LXXXI. " Statim à reſtitutione Benfeldæ æquabuntur ſolo ejusdem oppidi munitiones. " Tormenta bellica majora VI. Argentinenſibus, qui ea ſuppeditaverant, reddita ſunt. Moſerus Suecicus tum fuerat urbis præfectus.
(m) BERLER. *Chron. Mſ. Mundati ſuper*, fol. 152.

*El*, vetus Helvetus Romanorum, (*n*) ab altera fluminis Elli parte, è Benfeldæ fere regione, ſitum, *Elegia, grandis vicus Galliæ*, (*o*) *Eligia*, (*p*) *Elegium*, (*q*) *Alege*, (*r*) *Eley*, (*ſ*) medio ævo ſcribebatur. Originem vocis ab elegis ſeu lamentationibus, ob S. Materni, Alſatarum Apoſtoli, obitum à diſcipulis ejus in eo loco effuſis, VVIMPHELINGIUS (*t*) petit; petit etiam ab Ello fluvio prætерlabente, (*u*) quod verius. Vicus cum Werdenſi caſtro à Landgraviis An. MCCCLVIII. ad Epiſcopum rediit. (*x*) Jus patronatus Ulricus Landgr. cœnobio ord. Wilhelm. Argent. in quo ipſe ſepultus eſt, An. MCCCXXXVI. donavit. Incluſorii, ibidem deſerti, reditus Epiſcopi Argent. beneficio An. MCCCLXXXVII. obvenerunt eidem. (*y*) Francifcani cœnobium in Elegia habent, quod Monachis, Benfeldenſi obſidione expulſis, reſtitutum eſt, cum oppidum redderetur. (*z*) Elegia.

## §. CCLXV.

*Dambach*, *Dambach*, prope Seleſtadium, Bertholdus à Bucheck, Epiſcopus Argent. circa An. MCCCXL. forma oppidi donavit. (*a*) Annum, quem KOENIGSHOVIUS omittit, ex chartis inter ſe collatis eruimus. (*b*) Altiorem oppidi hujus originem Innocentius VIII. Papa (*c*) his verbis exponit: " Cum olim cauſantibus guerris, „ incendiis & aliis, quibus partes illæ afflictæ fuerunt, *Altenweiler* & *Oberkirch* villæ „ cum ſuis domibus miſerabiliter deſtructæ & deſolatæ fuiſſent, ac earum incolæ & „ habitatores, guerris hujusmodi ceſſantibus, opidum Tambach mœniis, turribus & „ foſſatis munitum, & in eo unam eccleſiam conſtruxiſſent &c.„ Ex Altenweiler ergo & Oberkirch, proximis Dambaco vicis, qui ſeculo XIII. perierunt, noſtrum hoc oppidum prodiit. Perierunt vici, at eccleſiæ parochiales perſtiterunt. Has non ſine gravi moleſtia cum deinceps frequentare pergerent incolæ, à *villa Tambach* nimium remotas, Epiſcopus capellam antiquam renovari juſſit Dambaci An. MCCLXXXV. in qua Rector eccleſiæ ſuperioris, quæ Oberkirch, & Rector eccleſiæ inferioris, quæ Altenweiler nuncupatur, alternatim per ſeptimanas ſacra celebrarent. (*d*) Inſtitutum hoc An. MCCCLXIV. in eo mutatum, quod Johannes II. Epiſc. novam Dambaci eccleſiam, ipſorum civium ſumtibus exſtructam, incolis parochialem eſſe voluit; ſervatis duobus, qui alternis vicibus ſacra procurarent, Rectoribus. Secunda hæc Dambaci, ut oppidi, mentio. Eccleſiæ ſuperioris jura & reditus idem Johannes Epiſc. novo Collegio Canonicorum regularium, quod An. MCCCLVI. ipſe in Dachſtein inſtituit, hocque iterum abrogato, Rupertus Epiſc. An. MCCCCL. Hoſpitali Argent. donarunt. Inferiorem Hohenburgenſis Abbatia, cui ſubdita erat, An. MCCCCXC. eidem Hoſpitali vendidit. In Rectorum priorum locum duo primum, dein Pontificis Rom. literarum, quas allegavi, virtute, unus tantum ſubſtitutus eſt Vicarius perpetuus. Sub Ludovico Bavaro, cui adverſus erat Bertholdus Epiſcopus, Seleſtadienſes, pro Cæſare pugnantes, Dambacenſium plures occiderunt. (*e*) Dambach opidum.

An. MCCCCV. Wilhelmus Epiſc. cum Carolo Lothar. Duci ſexcentos florenos deberet, de quibus ſub Ruperti Regis Rom. auſpiciis Wiſſenburgi inter ſe convenerant, neque æs illud ſolvere potuiſſet, Dambacum oppidum eidem pignoris loco tradidit. (*f*) An. MCCCCXXII. Dambachium cum Molshemio & Berle inter caſtra, Civitati Argent. oppignerata, enumeratur in Concordia Spirenſi. Tertia oppidi pars Conrado de Buſinang, Heinrico de Landſperg & Joh. Pfylio per Rupertum Epiſc. mox in pignus tradita eſt. Inter hos & Civitatem Argent. pax caſtrenſis An. MCCCCXLVIII. Dambaci coaluit. An. MCCCCXLIV. Delphinus ipſe cum Armeniacis ſuis Dambacum per triduum obſedit, ubi ictu teli in genu vulneratus eſt. Incolæ quum vim Gallorum



(*n*) Conf. Tom. I. pag. 204.
(*o*) ALBERICUS *Chron.* ad An. LII.
(*p*) MARTENE *Theſ. Anecd.* Tom. I. col. 117.
(*q*) *Chron. Novient. Mſ.*
(*r*) *Gall. Chriſt.* Tom. V. Inſtrum. col. 471.
(*ſ*) Ibid. col. 495. & KOENIGSHOVIUS noſter.
(*t*) *De Epiſc. Argent.* pag. 4.
(*u*) Ibid. pag. 5.
(*x*) Vid. ſupra pag. 331. §. CCXIII.
(*y*) *Gall. Chriſt.* loco cit. col. 495.
(*z*) URSINUS *de Bello Saxo Germ.* Part. I.
(*a*) KOENIGSH. *Chron.* Cap. IV. pag. 258. WIMPHELING. in *Catal. Epiſc.* pag. 84.
(*b*) Bertholdus Epiſc. An. MCCCXXX. triginta marcas argenti vendidit, *uf unſere und der Stifte dorffere, Lyppheb, Dambach u. Koſtenbolze.* Dambacum ergo tum adhuc vicis annumeratum fuit. Sed An. MCCCXLIII. idem Bertholdus octo libras redituum *oppidi Dambach*, Joh. de Eckench in feudum caſtrenſe collatas, memorat. Cæterum nullam Dambaci mentionem ante An. MCXXXIII. reperio. Vid. Charta fundat. Monaſterii Baumgart. *Gall. Chriſt.* Tom. V. Inſtrum. col. 477.
(*c*) In literis An. MCCCCLXXXIX. ad Epiſcopum Arg. de eccleſia Dambac. ſcriptis. Tabular. Hoſpitalis Argent.
(*d*) Verba ſunt pleraque ipſius Epiſcopi, in Tabular. Hoſpitalis Arg.
(*e*) KOENIGSH. *Chron.* Cap. V. pag. 321.
(*f*) Autogr. in Tabular. Tabern. *Die Statt Dambach mit aller yre zugehorunge muſchung uſgenommen.*

diutius sustinere non possent, oppidum hosti tradiderunt, illudque reliquerunt plerique. (*g*) Episcopus, ut ejus incendium averteret, duos caballos dedit Delphino. (*h*) An. MCCCCLXII. Sigmundo Manse pars oppidi Dambac. per Rupertum Episc. tradita est, centum florenorum Rhen. pignus. An. MDCXLII. Dux Lotharingiæ Suecos in hoc oppidulo per quatriduum frustra obsedit. Wilhelmitani Monachi seculo sup. Monasterium suum, novi munimenti causa, à Gallis nostris ne dirueretur timentes, Dambachium Friburgo secesserant.

## §. CCLXVI.

Rheinau oppidum.

Rhinoviæ situm ipsum ejus indicat nomen. Locum tamen, quo primitus stetérat, hodie non occupat; occupat illum Rhenus, cui adstructum est oppidum. Documenta rei mox proferentur in medium. *Rinowa* Chronicon Novient. (*i*) *Rinaugiam* Annales Colmar. (*l*) *Rynowwe* Burc. de Fricka, (*m*) *Rynaum* Conradus Ursperg. (*n*) alii aliter scribunt. *Oppidum Rinawwe* Anselmus, Episcopi in civitate Argent. advocatus, An. MCCXV. possedit, Episcopo, cujus beneficium erat, post mortem ejus restituendum. Civitatem *Rhinowwe* Fridericus II. Imp. servata sibi & succesforibus suis advocatia cum dimidia parte census precarii, Ecclesiæ Argent. An. MCCXXIII. tradidit; quod novo permutationis pacto An. MCCXXXVI. confirmatum. Capitulum Honaugiense ad *locum opidi Rynowwe* Conradus Episc. An. MCCXC. transtulit, eidemque plenum jus in omnibus concessit, ad *opidum & bannum Rynowwe* pertinentibus, absque damno Rectoris Ecclesiæ parochialis.

An. MCCCXXVII. Rhinovia cum Argentorato, à qua multum sibi damnum illatum fuerat, una cum Epiaco reconciliata est. Instrumento propterea condito suum illa sigillum appendit. An. MCCCLXXV. Angli Rhinoviam videbantur obsessuri. (*o*) An. MCCCXCVIII. Capitulum, superiore seculo violentia Rheni Honaugia pulsum, Rhinovia quoque emigrare coactum, Argentinam ad D. Petri senioris Ecclesiam translatum est. Rhenus, qui prioris translationis tempore, " ab uno latere duntaxat " opidi fluebat, lapsu temporis per suum decursum alluvionis more dictum opidum " & ejus muros & edificia cum habitationibus pro magna parte corradere cœpit & " demolire, nec non magnam partem hujusmodi murorum, edificiorum & habitatio- " num & plures ex habitationibus Prelatorum, Canonicorum & personarum dicte " Ecclesie S. Michaelis penitus abstulit & destruxit, & predictum opidum totaliter per " aliquot annos proxime lapsos circumfluxit & undique circumfluit adhuc jugiter & " habundanter, cum tanto impetu, quod nec ei nec ejus alluvioni corrodenti resisti " potuit, neque potest obviari. " (*p*) Rhinoviam veterem ergo aut lenibus Rheni alluvionibus diminutam, aut subitis absumtam esse, Jo. Sturmius (*q*) observavit. Episcopus, ut in tanta calamitate Canonicis & civitati succurreret, suos ex vectigali & vini tributo reditus ædificiis ac munimentis novis exstruendis dicavit. Mansit tamen periculum & incolas dein quoque sæpius terruit; adeo ut seculi XVI. fine de novo prorsus, quod à flumine remotius esset, condendo oppido cogitaverit Episcopus. Hoc quanquam effectui datum non sit, Rhinovia hodierna tamen à veteri tantum distat, quantum distat à Rheno. Rheni aquis mense Dec. An. MDCCXLIX. valde imminutis, ædificii majoris apex ex superficie Rheni prosiliit, in cujus ima parte ingens porta atque super eam fenestra conspiciebantur per aquam.

## §. CCLXVII.

Oppignerátum.

Rhinoviam Capitulo suo majori & Civitati Argent. Wilhelmus II. Ep. ad certum tempus oppigneravit, quod cum expirasset, Sigismundus Imp. An. MCCCCXVII. dein Wiricus de Hohenburg An. MCCCCXXIII. pignus hoc luendi potestatem acceperunt. Wiricus Schirmeckii quoque fiduciarius possessor tum fuit. Merum tamen imperium atque vectigal sibi servavit Episcopus. Argentinenses, trecenti & sexaginta numero, injuriam sibi à Rhinovienſibus illatam causati, quinquennio post oppidi muros noctu conscenderunt & XXI. equites abduxerunt captivos. Oppidum iisdem anno

(*g*) Schilter. *ad Koenigsh.* pag. 922.
(*h*) Ibid. pag. 943. & 1018.
(*i*) Apud Martene *Thes. Anecd.* Tom. III. col. 1146.
(*l*) Ad An. MCCXCVIII. pag. 31.
(*m*) *Citron.* ad An. MCCLXXXIX. pag. 105.
(*n*) *Paralipom.* ad An. MCCLXI. pag. 255.
(*o*) Schilter. *ad Koenigsh.* pag. 907.
(*p*) Verba sunt ipsius Wilhelmi Ep. in charta translationis.
(*q*) In *vita Beati Rhenani, Rebus Germ.* ejus præmissa.

anno ſequenti rurſus oppigneratum deprehendo. A Gallis An. MCCCCXLIV. cum ad deditionem provocaretur, una cum caſtro adſtructo, Argentinenſes in auxilium vocati, (r) intactum ab hoſtibus locum ſervarunt. (s) Caſtrum, ſeculo XIV. conditum, à longo retro nos tempore prorſus exciſum eſt.

An. MCCCCLXVI. Capitulum majus Argent. Rhinoviam, quæ pro 1000. flor. ei oppignerata fuit, recepta hac pecuniæ ſumma, Ruperto Epiſcopo reſtituit. Cumque pecuniam hanc Advocatiæ Bernſtein. ſubditi ſuppeditaſſent, Epiſcopus triennio poſt peculiari charta promiſit, ſe Rhinoviam absque hominum iſtorum conſenſu nunquam eſſe oppigneraturum. (t)

An. MDCX. Palatinus Elector, Marchio Brandenb. & Dux Wirtemb. numeroſo exercitu in Alſatiam perducto, poſt vaſtata plura Epiſcopatus Argent. loca Rhinoviam flammis commiſerunt. (u) Munitiones fortalitii Rhinau pacis Monaſterienſis decreto §. LXXXI. cum Benfeldæ munitionibus everſæ. Prope Rhinoviam Rheni trajectus eſt, ex quo pactæ quinquaginta libræ den. Epiſcopo ſec. XIV. quotannis ſolutæ fuerunt.

Rhinovia hæc magno Alſatiæ & Literarum ornamento, Beato Rhenano, vitam utque cognomen dedit. Natus ibi An. MCCCCLXXXV. ex Antonio Bildio & Barbara Kegelia parentibus, Seleſtadii nutritus, Argentorati defunctus eſt An. MDXLVII. (x) Rhinaugienſis quoque fuit Jacobus de Alta Villa, qui in Sententiarum Libros commentatus eſt, variasque quæſtiones ſcripſit. Claruit An. MCCCLX. (y)

## §. CCLXVIII.

*Epfich*, latine *Epficum*, (z) *Epiacum*, (a) *Apiacum*, (b) vicus major, cui caſtrum & palatium Epiſcopi adſtructum fuit, cum tribus aliis vicis propinquis peculiarem veluti præfecturam, Benfeldenſi majori ſubordinatam, conſtituit. Caſtrum Philippus Rex Rom. An. MCXCVIII. confregit. (c) De curia dominica Epiſcopi in Epiaco Codex Mſ. ſec. XIII. hæc refert: " Tria placita, que *hubdine* dicuntur, quilibet manſus „ annuatim ſervare debet... Iſta placita debent eſſe in Palatio Epiſcopi, ubi debent „ eſſe ſedilia, ubi Scabini recipiantur & manſionarii... Si manſionarius Sculteto ino„ bediens extiterit, tunc demum Scultetus Advocatum vocabit, & Advocatus placito „ debito manſum ad uſum Epiſcopi libere ſaſire debet... De furto & frevola Scultetus „ accipiet duas partes & Advocatus tertiam partem. Nota etiam Advocatus tria placita „ poſſidere debet in Apiaco, unum quodque ſtatim poſt placitum Sculteti, ad promo„ vendam juſtitiam curiæ & ad conſervanda jura manſionariorum, ne alter alteri faciat „ injuriam. In quibus placitis nullum ſervitium ei datur ex parte Dni Epiſcopi, niſi „ vocetur à Judice Epiſcopi, & in his placitis de ſuo debet vivere, quia de omnibus „ reditibus, ſalariis, i. e. terre ſalarium Epiſcopi, Advocato pars tertia aliquando ordi„ nata fuit, in campo videlicet, vineto, prato, nemore, nec non inveſtitura Eccleſie, „ ita videlicet, quod Epiſcopus locat parochialem eccleſiam in Epiaco, & Advocatus „ ad eccleſiam Collenwilere alium locat facerdotem. Epfich.

Palatium ſive caſtrum, ut & nundinas in feſto B. Galli hic celebratas, alius Codex Mſ. ſec. XIV. jam allegatus memorat. Memorat etiam decimas in Epfiche, Henr. & Burckelino Huſius An. MCCCXLV. Benfeldæ collatas, atque homines S. Petri, S. Mauritii & S. Cecilæ, in villis Epfiche & Collewilre Dietrico de Beheimſtein lege feudali obſtrictos. An. MCCCCXXX. Wilhelmus Epiſc. Epiacum Johanni de Altorff, advocato ſuo Bernſtein. pro mille trecentis & ſeptuaginta ſeptem, quos ei debebat, aureis oppigneravit; (d) quod vero pignus Wernherus de Ramſtein, Ulricus Bock ſenior



(r) Schilter. *ad Koenigshov.* pag. 919.
(s) Ibid. pag. 1024.
(t) *Als unſer armen lute gemeinlichenn in unnſer Pfleygde Bernſtein von zu der loſung unſer Stat Rinnerwe dinſent gultin geben hant* &c. Autogr.
(u) Laguille Tom. II. pag. 70.
(x) Vita Beati Rhenani, à Johanne Sturmio ſcripta & novæ Rer. Germ. ejus editioni præmiſſa. Falluntur illi, qui Seleſtadii natum eſſe ſcribunt. Præter hunc errorem in Morerii *Dictionar. Hiſt.* voce *Beatus Rhen.* alius longe gravior commiſſus eſt, ubi non à Rhinovia noſtra, ſed à Batavorum oppido Rhenen Rhenanus hoc ſuum cognomen aſſumſiſſe dicitur.
(y) Lycosthenes *in Elenchо Scriptor.* pag. 458.
(z) Charta fundat. Monaſterii Baumgart. An. MCXXV. in *Gall. Chriſt.* Tom. V. Inſtrum. col. 477.
(a) *Fragmentum Hiſtor.* in Urstisii *Scriptor.* Tom. II. ad An. MCXCVIII.
(b) Annales Colmar. An. MCCLXXVIII. *Dominium de Apiaco* referunt.
(c) *Chron. Urſperg.* pag. 235.
(d) Verba chartæ: *dem Kirchhof und das dorf zu Epfich, mit zwinge, banne* &c.

& Johannes de Utenheim eodem anno mox ſuum fecerunt. Sed & hi triennio poſt Epiacum amiſerunt, reluente id Bernh. Bœckelio, qui dimidiam tamen ejus partem Epiſcopo reſtituit. (*e*) Alteram à Wilh. Bœckelio, prioris filio, cum incolas nimium vexaret, Leonhardus Bapſt, Ruperto Epiſc. gratificaturus, mille & quadringentis aureis An. MCCCCLXVII. redemit. Bapſtio denique Nic. Otto Friderich eo, quo ille Bœckelios exceperat, pacto ſucceſſit. Johannes de Epfiche miles, Johannes filius Dietrici & Ludovicus de Epfiche, armigeri, Eccleſiæ Argent. vaſalli, ſub Johanne I. Epiſcopo vixerunt. Epiaco duo caſtra, nobis ignota, *Blide* ac *Beheimſtein*, vicina fuiſſe puto. Illud codex ſec. XIII. cujus verba de curia Epiac. dominica dedimus; hoc ſeculi XIV. monumenta produnt. De Beheimſteinio infra in veteri curia feudali Epiſcopatus.

## §. CCLXIX.

Alii Vici. *Eichhofen*, ubi Epiſcopus Argent. An. MCCXCVIII. clauſtrum ſuſtuliſſe ſcribitur in ANNAL. COLMAR.

*Kolxweiler*, cujus jus patronatus poſt advocatos curiæ Epiſcopalis in Epiaco, de qua modo locuti ſumus, Rathſamhauſiis à Lapide traditum eſt.

*S. Peter*, unde homines S. Petri quandoque in chartis dicuntur incolæ.

*Leimersheim*, olim *Lamersheim*, ſine ſeculi XIII. Burggraviis de Oſthofen per Landgravios datum fuit in feudum. Homines proprios Utweilerenſes, in *Lemmersheim* commorantes, Wilhelmus Epiſc. An. MDXXVII. coemit.

*Northauſen*, vulgo *Nartz*, ubi Ebersheimenſes curiam dominicam habuerunt. (*f*) An. MCCLXII. Argentinenſes vico Northus flammas intulerunt. (*g*) An. MCCCLXVIII. Eberhardus de Andelahe miles bona quædam Reinboldo Epficher militi, in Northaus habitanti, vendidit. (*h*) Tum Begeri milites homines in Hundensheim, in Northus & in Schefersheim ab Epiſcopo in feudum tenuerunt. (*i*) An. MCCCCXLII. Bernhardus Bœckel vicum omnem à Ruperto Epiſc. mille florenorum pignus accepit. An. MDXXVII. Heinr. Zehnder, civis Offenburgenſis & Clara Ferberia, uxor ejus, quartam hujus vici partem, ad Catharinam de Utweiler & ejus liberos antea ſpectantem, cum hominibus propriis, inter Scheram & Alſam habitantibus, Wilhelmo Epiſcopo pro trecentis florenis Rhen. vendiderunt.

*Kerzfelden*. Eccleſia villæ *Kerzvelt* cum decimis Monaſterio Haſcov. adſcripta fuit. (*l*)

## §. CCLXX.

Stozenheim &c. *Stotzenheim*, in antiquis chartis *Stotesheim*, (*m*) caſtrum habuit, quod An. MCCCCXLIV. Armeniaci nemine reſiſtente occuparunt. (*n*) Rudolphus Comes Palat. Rheni & Cuno ſenior, miles de Bergheim ſua in hoc vico jura, & poſterior quidem pro centum marcis argenti, Johanni Epiſc. Arg. An. MCCCXIV. vendiderunt. (*o*) Eraſmus Epiſc. mercatum hebdomadalem An. MDLXIII. incolis conceſſit. Minima vici pars ad Andlavienſes nobiles ſpectat, feudum olim Imperiale, nunc Regium. Duplex caſtellum, vetus ac novum, quod literæ *Grünſtein* vocant, in hoc vico Dettlingenſes nobiles poſt Eckwersheimenſes à Dynaſtis Rappoltſteinenſibus acceperunt in feudum. Meilachius à Dettlingen, annuente domino directo, cujus integra hodieque jura, Claudio Labourerio, ſupremi Alſatiæ tribunalis præfidi, id An. MDCLXXXVIII. vendidit, à cujus hæredibus ad Schwengsfeldios pervenit.

*Blienvweiler* inter Epiſcopum, civitatem Argent. & nobiles de Andlau diviſum eſt. Poſteriores partem ſuam in feudum tenent à Rege. Reditus Epiſcopales in villa *Blinsvveiler*

(*e*) Inſtrumentum ita: *Kirchhoff, Schloß und dorff zu Epfich.*
(*f*) *Chron. Novient.* apud MARTENE loco cit. col. 1132.
(*g*) *Koenigshov.* Cap. IV. pag. 252.
(*h*) Tabular. D. Petri Sen.
(*i*) *Cod. membr.* ſec. XIV. alleg.
(*l*) *Gall. Chriſt.* Tom. III. Inſtrum. col. 474.
(*m*) *Notitia fundationis monaſterii Haſcov.* ibid. Bulla Innocentii II. Papæ An. MCXL. in *Hiſt. med. Monaſt.* pag. 284.
(*n*) SCHILTER. ad *Koenigshov.* pag. 922.
(*o*) *Chartular. membran. Argent.* num. 138. ſq.

*Blinzwilr* Felix V. Papa Conrado de Buſnang, qui ſe ſua ſponte Epiſcopatu abdicaverat, cum caſtro Bernſtein aliisque bonis ad vitæ dies An. MCCCCXL. conceſſit. Eadem fere ratione *Mittelberckheim* ſe habet, de quo infra.

*Iterswiler*, olim *Uchterswyler*, inter Epiſcopum & Andlavienſes æqualiter diviſum. Hi partem iterum ſuam ab Imperio receperunt, nunc recipiunt à Rege. Cœnobium hujus nominis ſub ſec. XVI. finem monachi deſeruerunt.

*Nothalten.*

Quantum difficultatum & controverſiarum inter Epiſcopum, Civitatem Argent. & Andlaviæ nobiles propter hos vicos communes & novos præcipue, qui quandoque aliunde venerunt, incolas ſuperioribus ſeculis enatum ſit, quotque id pactiones & transactiones litigantium produxerit, nimis longum hic eſſet enarrare. Convenerunt inter ſe Wilhelmus Epiſcopus & Andlavienſes An. MCCCCXXXVI. ut quicunque ex Epiſcopatu & Civitate Arg. in vicos Andelo, Blienswiler, Bergheim, Uhterswiler & Stotzheim migraturi forent, Epiſcopo ſervirent, reliquis liberum ſit, vel Epiſcopo vel Andlavienſibus ſervire.

## §. CCLXXI.

*Hüttenheim.* Otto II. & Otto III. Impp. curtem ſeu villam *Hatinheim* cum Columbaria inter Monaſterii Paterniacenſis bona recenſent. (*p*) In Abbatiæ Ebersheimenſis chartis plerumque *Hiddenheim* ſcribitur. Præter vicum caſtellum hic fuit, quod Burcardus de Hittenheim armiger, cum jure patronatus eccleſiæ inferioris ibidem, ut feudum Eccleſiæ Argent. ſub Johanne II. Epiſc. poſſedit. (*q*) Burcardo hoc defuncto, Bertholdus II. Epiſc. partem ejus Hugoni Zornio equiti eadem lege contulit An. MCCCXXXI. jure aperturæ ſibi quoque ſervato. (*r*) An. MCCCXXXIX. Burcardus & Johannes fratres de Hittenheim, armigeri, fidem de feudis ſuis adſtrinxerunt Epiſcopo. (*s*) Hüttenheim

*Sermersheim* (*t*) feudum Imperii fuit, Nobilibus de Bergheim conceſſum, quos Dom. de Rappoltſtein in munitione hac An. MCCXCI. obſedit. (*u*) *Oppidum* id nuncupat ALBERTUS ARGENT. (*x*) ubi per Conradum Epiſc. & cives Argent. Cunonis de Bergheim ſuperbia accenſos, An. MCCXCIII. deſtructum legitur. Cuno hic An. MCCCI. Friderico Epiſc. promiſit, ſe Sermersheimium & Krax fine conſenſu Epiſcopi nunquam munimentis aut præſidio firmaturum. Bergheimenſes denique annuente Carolo IV. Imp. vicum hunc una cum ſilva *Riſche*, Sermersheimium inter & Stotzheim ſita, Eccleſiæ Argent. pro octingentis libris denariorum An. MCCCL. vendiderunt. (*y*) Curiam Abbatiæ Selſenſis, quæ hic fuerat, Johannes I. Epiſcopus initio ſeculi XIV. coemit. Semersheim &c.

*Kogenheim*, vicus ad Ellum, qui caſtello ornatus fuit & telonio Epiſcopali, An. MDCXXV. Benfeldam translato. In Kagenheim Abbatia Ebersheimenſis curtem poſſedit dominicam. (*z*) Jus patronatus ad Waldneros de Freundſtein pertinet.

## §. CCLXXII.

*Ebersheim-Munſter*, oppidulum olim, nunc vicus, ubi Abbatia hujus nominis, à vico Ebersheim, ſemileucæ ſpatio diſtante, qui ad Capitulum majoris Eccleſiæ Argent. ſpectat, diſtinguendus. Privilegia Abbatiæ uſque ad An. MCCXXXIV. "locum „ ipſum, in quo Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis „ eidem adſcribunt. Sed directum æque ac utile hujus vici dominium ad Epiſcopum Argent. à pluribus jam ſeculis pertinet. Inter oppida ejus ſec. XIV. monumenta locum recenſent. An. MCCCXCV. Epiſcopus oppidum Ebersheim-Munſter cum advocatia Monaſterii Hamanno de Mulnheim vendidit; mox tamen ſubortis quibusdam difficultatibus Ebersheim-Munſter &c.



(*p*) Apud HERRG. *Geneal. Habrb.* Tom. II. num. 142. 147. 151. 156.

(*q*) *Cod. feudor. Argent. membran.* ſec. XIV.

(*r*) *Chartular. membran. Argent.* num. 229. ubi hæc verba: *das teil des Hufes zu Hittenheim das Burckarts ſel. von Hittenheim eins Ritters war, u. uns u. unſerer Stift lidig worden iſt ... doch alſo, das er u. ſine lehenserben .. uns und unſern nachkommen gehorſam ſtellent ſin uf zutunde daſſelbe teil der Hufes &c.*

(*s*) Ibid. num. 230.

(*t*) Conf. Tom. I. pag. 709. §. CLXXVIII.

(*u*) ANNALES COLMAR. ad hunc An.

(*x*) Pag. 109. & KOENIGSHOV. pag. 315.

(*y*) Auctor. in Tabular. Tabern.

(*z*) *Chron. Novient.* apud MARTENE loco cit. col. 1132.

ad se rediturum & Wirico de Hohenburg, Adamo Ulrico & Nicolao Bœckeliis maxima parte An. MCCCCXXIII. denuo oppignerandum, ita ut Episcopo quarta tantum pars remanserit. Sexennio post Abbas Ebersheim. dimidium oppidum à Nobilibus istis indultu Episcopi redemit, idque sec. XVI. adhuc possedit. Pars, quam servaverant Nobiles, in aliorum etiam manus pervenit. Burcardus Beger miles partis illius partem Stephano ab Utenheim An. *MCCCCLXXXV.* vendidit. Philippus Elector Palat. ut Præfectus Hagenoensis, cujus advocatiæ Monasterium se submiserat, An. *MDXXXV.* oppidum omne in Abbatis potestatem redegit; at Episcopus de injuria sibi & Ecclesiæ suæ illata graviter conquestus, prolatis rei documentis ac probationibus, id facile recepit. Seculo XIV. Andlavienses feudum Episcopi tenuerunt castrense, in oppido hoc primum, dein in Benfelda deferviendum. (*a*)

*Sund.* Maximilianus I. Imp. rogatu Wilhelmi Episc. An. MDXVI. hujus vici incolis potestatem dedit, ut ab omnibus, pontem Elli, à se nuper constructum, transituris, vectigal exigerent.

## §. CCLXXIII.

Matzenheim. *Matzenheim*, nomen in Ebersheim. chartis quoque frequens. Episcopus hic vectigal habuit An. *MCCCCXXIII.* de quo Argentinenses conquesti sunt. An. *MCCCXVI.* Ulricus Landgravius Alsatiæ & frater ejus Philippus, Canon. Argent. Nicolao Soldan, civi Argent. pro centum libris denar. 44. quartalitia filig. super villa sua Matzenh. jurisdictione, hominibus ac omnibus locis, qualitercunque pertinentibus ad eandem, nec non pullas hactenus dari consuetas, oppignerarunt. (*b*)

Schæfernheim &c. *Schæfersheim* in Annalibus Colmar. An. MCCCIII. *Stafrozheim* scribitur. In Libro quodam Mſ. Tabularii Argent. legitur, duos fratres, Landgravios Alsatiæ, vicum hunc possedisse, quorum unus partem suam Abbatiæ Murbacensi, alter suam Monasterio Hohenburg. donaverit, (*c*) quæ deinceps nobili cuidam de Heiligenstein vendita ad Theobaldum de Lampertheim, dictum de Bolsenheim, pervenerit. Hic An. MCCCCLXVII. cum Abbatissa Hohenburg. de vico isto coram Magistratu Argent. litigavit. Abbatissa mox alienatam vici partem ære recuperavit. Murbacensium pars ad Ecclesiam Argent. transiit. Ulricus Landgr. An. MCCCXXXVII. curiam in Schefersheim cum hominibus propriis ab Abbatia Murbacensi in feudum, eandemque Landspergii ab Ulrico in subfeudum habuerunt. (*d*)

*Herbolzheim*, vulgo *Herbsen*, ubi castellum cum prædio Dornheusseri possederunt, medio sec. XVI. jam dirutum, è Greiffenstein iorum manibus, quibus vicus oppigneratus fuerat, An. MCCCXLVII. redemtus est.

*Rosfelden* pignus quoque aliorum An. MCCCXCVIII. ad Episcopum rediit, quod cum priore vico Wilhelmus II. Episc. una cum curia in Kolbsheim Catharinæ, Hugonis Richteri viduæ, pro bis mille flor. An. MCCCCXIV. rursus oppigneravit.

*Friesenheim.*

*Wittisheim*, vulgo *Witzen*, Henricus Episc. Henrico de Schœnowe militi pro centum & viginti marcis argenti An. MCCLXIX. oppigneravit, per Johannem I. Ep. sequentis seculi initio redimendum. (*e*)

*Bindern*, *Binrenheim*, inter Episcopum & Abbatiam Ebersheim. quoad judiciorum emolumenta, divisum. (*f*)

*Hiltzheim*, *Hiltesheim*, vulgo *Hiltzen*. Hic castrum Ertburg Julium Cæsarem condidisse, *Chron. Mſ. Novient.* nullo teste munitum, tradit.

Præfecturæ huic sec. XIV. duo vici trans Rhenum, *Cappel* & *Nonnenwweiler*, adscripti fuerunt. Priorem in Alsatia subtitisse, antequam Rhenus alveum mutasset, apud inquilinos traditio est. Villam Nunnenwilre Johannes I. Episc. à Bertholdo de Windecke centum & tredecim marcis argenti comparavit.

## §. CCLXXIV.

(*a*) Cod. membr. alleg. sec. XIV.

(*b*) Autogr. in Tab. Tabern.

(*c*) In *Regiſtro redituum Diſtrictus Bernſtein.* per Johannem II. Ep. An. MCCCLXII. confecto, de vico hoc scribitur: *Gerihte, zwing und ban het ein Biſchof gewunne mit einre Eptiſſin von Hohenburg.*

(*d*) Charta Ulrici Landgr. in Tabular. Murbac.

(*e*) *Cod. membr.* sec. XIV.

(*f*) *Regiſtrum* Johannis II. Ep. alleg.

## §. CCLXXIV.

VI. Præfectura Marckolsheim.

Marckolsheimenſis Præfectura Bernſteinenſi, quæ Benfeldenſis nunc dicitur, olim fuit conjuncta, antequam in peculiarem Præfecturam ſec. XVI. coiret. (*g*) Rhenum inter & Alſam fluvios ſitæ, pars una ad ſuperiorem, pars altera ad inferiorem Alſatiam refertur; Marckolsheimio, unde diſtrictui nomen, in medio Præfecturæ conſtituto.

Marckolsheim. Marckolsheimum, ſec. XI. *Marcolvesheim*, (*h*) fine ſec. XIII. emptione ad Epiſcopum pervenit. Rudolphus, Habsburgi Comes, Godofredi filius, quadringentis illum marcis Conrado Epiſc. An. MCCXCIV. vendidit. Hoc mater ejus, Adelheidis de Friburg, Burcardo de Horburg nupta, cujus fortaſſe dotalitium fuerat, triennio poſt, acceptis ab Epiſcopo quingentis marcis argenti, ſuo quoque roboravit conſenſu. Impetravit præterea Walthero de Horburg viginti marcas ex cenſu Epiſcopi Egisheimenſi annuorum redituum, lege feudali in Egisheim, aut ſi caſtrum conderetur, in Marckolsheim demerendas. Quod in animo Conradus caſtrum habuerat, Bertholdus II. medio ſec. XIV. ædificavit, eique Rudolphum de Bergheim adſtrinxit vaſallum. (*i*) Eodem quoque tempore Marchelsheimium munitum eſt, anno enim MCCCXLIII. inter Epiſcopatus oppida recenſetur. In *Codice membran. feudorum* Bertholdi II. Ep. & villa, & oppidum ſcribitur. Ex *Regiſtro* Johannis II. Ep. qui Bertholdo ſucceſſit, tributum vinarium oppido huic muniendo pridem inſerviiſſe apparet. Occupavit illud Delphinus cum Armeniacis ſuis An. MCCCCXLIV. (*l*) Collapſa mœnia mox reſtaurarunt incolæ, quibus centum florenos mutuos Rupertus Ep. An. MCCCCLIX. in id opus conceſſit.

## §. CCLXXV.

Vici reliqui.

Vici Præfecturæ ſupra Marckolsheimium in Alſatia ſuperiore ſiti. *Urſenheim* ſeculo XI. & ſequenti *Urenheim*, (*m*) *Urſheim* ſcribitur. *Baltzenheim* in Ebersheim. Abbatiæ chartis *Baldolvesheim*, & alibi brevius *Baldolzheim*. *Avrzenheim*. Curtem dominicam cum ſalica terra *Chronicon Novient.* Monaſterio huic in Arcenheim attribuit. (*n*) *Eſſenheim*, quem rivulus Zembs alluit. Ulricus Landgr. omnia ſua in hoc vico jura Wilhelmo Buggravio de Olthoven An. MCCCXXV. in feudum dedit.

Infra Marckolsheimum in Alſatia inferiore occurrunt: *Heſſenheim*, cujus decimis Abbatiſſa Erltein. Rudolfum de Fegersheim An. MCCCCXVII. inveſtivit. *Richtolsheim*, vulgo *Richeſſen. Schwabsheim.* Hic Abbatia Ebersheimenſis curtem dominicam à Lanzone, nobili quodam Suevo, qui vicum inhabitavit, dono accepit. (*o*)

Plerosque Præfecturæ hujus vicos Landgravii inferiores ab Epiſcopo, & à Landgraviis alii tenuerunt in feudum. Burcardo Schœp, militi Argent. Urshemium, Arcenhemium, Baldolzhemium & Elſenhemium An. MCCCVI. Schwabshemium vero, Heſſenhemium & alia ſubfeuda, circa idem tempus, Walthero Seleltadienſi collata fuerunt. Ulricus Landgravius omnia hæc in Johannis Epiſc. manus An. MCCCXXV. reſtituit, ſuosque limul vaſallos induxit, ut pecuniam pro vicis acciperent. Schœpio ducentas & quinque, Walthero ſeptuaginta marcas argenti perſolvit Epilcopus.

## §. CCLXXVI.

VII. Wantzenaugienſis Præfectura.

Vendelini Augiæ (*p*) nomen in *VVanzenaugiam* vulgus detorſit, cujus natales in Honaugia quæreudæ; quæ inſula Rheni olim monaſterio inſtructa, quod Honaugienſe dicebatur. (*q*) Huic Benedictini inſtituti Abbatiæ tres vici inter ſe vicini, Honaugia, Wanzenaugia, Aberzhemium, ſuas debent origines, ita tamen, ut Honaugia parens eſſet ceterorum & Eccleſia mater. Honaugiam primam undis ſuis pridem Rhenus abſorpſit. Monaſterium jam An. MCCXC. Rhinoviam translatum eſt, (*r*) incolæ ad utramque Rheni ripam, qualis tum erat, diſperſi. Verum & ſecunda Honaugia pedetentim deſtructa à Rheno, ita ut vico ſuo novo & Eccleſia poſt

(*g*) Conf. ſupra pag. 151. §. CCLXI.
(*h*) Charta Ebersheim. An. MXLI. & *Chron. Novient.* apud MARTENE loco cit. col. 1142.
(*i*) Epiſcopus ait: *zu rechtone burgkleben zu unſerer veſten zu Marbolzsheim.*
(*l*) SCHILTER. *ad Koenigshov.* pag. 919.
(*m*) *Gall. Chriſt.* Tom. V. Inſtrum. col. 471. & in Bulla Lucii Papæ pro Ebersheim. An MCLXXXIII.
(*n*) Apud MARTENE loco cit. col. 1132.
(*o*) *Chron. Novient.* col. 1136.
(*p*) *Wendlinau.* S. Wendelino enim dicatus eſt locus.
(*q*) Tom. I. pag. 337. de quo uberius ſuo tempore in Alſatia ſacra.
(*r*) An. MCCCXCVIII. idem Capitulum à Rheno pulſum, ad D. Petri ſenioris Eccleſiam Argent. translatum eſt.

poſt aliquot ſecula Honaugienſes privarentur. Tertia ergo denique ſurrexit Honaugia, in dextro Rheni litore, quæ jam nunc exiſtit. In ſiniſtro autem Wanzenaugia & Aberzhemium, duo vici diverſi at vicini, inter ſe paulatim coaluerunt; ſpatio, quod interceſſerat, per Honaugienſes, Rheni fluctibus diſperſos, occupato; unde partem Wanzenaugiæ, Rheno propinquiorem, incolæ adhuc *Robert* appellant. Ab illo diſperſionis tempore Honaugia in ſacris & civilibus à Wanzenaugia pendet; adeoque filia matris locum occupavit. Ingens hic vicus inſulam, quam Rhenus & Ellus conſtituunt, ut & diſtrictum cis Bruſcam complectitur.

Wanzenaugiæ mentionem ante ſeculum XIII. non reperi. Eccleſiæ Argent. in locum hunc jurisdictio pluribus cum D. Petri ſenioris Capitulo transactionibus firmata. Wanzenaugiæ vicus cum appendicibus Gœtzio de Heiligenſtein An. MCCCXCVIII. pro octingentis florenis per Epiſcopum oppigneratus eſt. Capitulo hic indulſit majori An. MCCCCXV. ut à Gœtzio eundem reluëret. Honaugienſis parochiæ membrum ad annum uſque MCCCCLXVIII. Wanzenaugia fuit; quo Rupertus Epiſc. peculiarem huic parochum præfecit, eique Aberzhemium vicum, Honaugienſi quoque parochiæ adſcripturn, commendavit. Inſtituti rationem ipſe exponit Antiſtes, his verbis: „ Sane „ pro parte inhabitatorum villarum Wantzenouw & Abertzheim, que de parrochia „ ville Honauw exiſtunt, nobis expoſitum fuit lamentabili cum querela, quod ob „ flumen Reni multa pericula ipſis ad eorum matricem eccleſiam diebus dominicis & „ feſtivis navigio tendentibus ſepe numero obvenerint, plures ex ipſis repetitis vicibus „ ſubmerſi ſint, etiam cum funeribus verſus dictam eccleſiam Honauw navigio delatis, „ nonnulli ex ipſis ſacramenta eccleſiaſtica deſiderantes ſine ipſis ab hac vita plerunque „ deceſſerint &c. „ Capella itaque, quæ pridem Wanzenoviæ fuerat, tum in eccleſiam parochialem erecta eſt. Progreſſu temporis ipſa quoque Honaugienſis Eccleſia interiit. Unde Capitulum Petrinum, quod decimas percipit, novum rurſus parochum noſtra memoria Honaugiæ dedit. Greifenaugiam (*s*) Houaugiæ An. MCCXCIV. ſubjectam fuiſſe, chartæ me docent.

## §. CCLXXVII.

Vici reliqui. *Honau* inſula Rheni, monaſterio primum donata, dein vico in emphyteuſin tradita, ex ſeculari in monaſticum ſec. VIII. ex monaſtico tranſiit in epiſcopale dominium. Hoc poſt Canonicorum diſceſſum fine ſeculi XIII. magis magisque firmatum eſt. Vicum Alſatiæ, Capitulum inſulæ, Wanzenaugiam & Aberzhemium parochiali ejusdem vici eccleſiæ, Rhenum abſtuliſſe docuimus. Aberzheim contractum ex Adelbertsheim. Adelbertus Alſatiæ Dux fundator Honaugiæ.

*Reichſtett*, nonnullis *Reinſtett*; *Killſtett*; *Bettenhofen*. Villicatio in Bettenhofen Eccleſiæ Honaugienſi medio ſec. XIII. donata eſt, cui & Clemens VI. Papa eccleſiam parochialem loci hujus An. MCCCXLIV. adjunxit.

*Gamsheim* ex *Gamensheim* ſeculi XIV. & hoc ex *Gamanesheim* ſec. IX. contractum. (*t*) Vicus hic cum præcedentibus tribus An. MCCCXCVIII. Reinboldo Huffelio, equiti, & Nicolao Merſchwinio, Prætori Argent. à Guilielmo II. Epiſc. in hypothecam fuere conceſſi. Inde dimidia eorundem pars ad Wiricum de Hohenburg & Joh. Knappium Argent. An. MCCCCXX. pro mille quadraginta florenis devenit. Altera Conrado Bockio, armigero, An. MCCCCLIII. pro mille & trecentis florenis obtigit. Prior pars An. MCCCCXXXV. poſterior An. MCCCCLXVIII. à Capitulo majore redemtæ ſunt.

*Suvelvvegersheim*, ad Suvelam rivum, Wilhelmus II. Epiſc. Friderico Zollerano Comiti, Eccleſiæ Argent. Canonico, An. MCCCCXV. inde Cunoni Pfaffenlappio; poſt hunc Walthero Spiegelio An. MCCCCXXVIII. pignus trecentorum triginta ſex flor. commiſit. Reluitio eodem anno, quo ſuperiorum quatuor vicorum, per Capitulum majus eſt facta.

## §. CCLXXVIII.

*VVeyersheim* ad Turrim, (*u*) præſtantiſſimus trecentorum civium vicus, oppignerationibus, venditionibus, redemtionibus & diviſionibus crebris olim obnoxius. Seculi XV. initio Leiningiæ Comites tres ejus partes ab Eccleſia Argent. in feudum, quartam Beyeri

(*t*) Prope vicum *Gambsheim* ſitam. Alias Augias, Argentinæ vicinas, novimus, Ruperti Augiam, Eſchuugiam, quam Haſcoviam ſcribunt Latini, Rheinaugiam &c.

(*s*) Conf. Tom. I. pag. 722.

(*u*) Germ. *Zum Thurn*, *zum hohen Thurn*.

Beyeri de Bopparten jure proprio tenuerunt. Fridericus, Leininga-Dagisburg. Comes, duas partes Lichtenbergicis An. MCCCCXXXIV. pro ſexcentis, tertiamque Johannes, Leininga-Rixing. Comes, Wirico de Hohenburg & Nicolao Schornſtett biennio poſt pro octingentis & quatuordecim florenis, impetrato prius Domini directi conſenſu, oppignerarunt. Priores duæ mox redemtæ & Hermanno Rittero de Urendorff in pignus traditæ ſunt An. MCCCCXLI. Neſa autem, Nicolai Wurmſeri vidua, quarta Hohenburgica parte anno ſuperiore potita erat. Ritterus mille & quingentos, Neſa ducentos & quinque florenos priori ſorti addiderunt. Addidit quoque filius, Bernhardus Wurmſerus. Epiſcopus redemtionem, per Leiningenſes neglectam, An. MCCCCLXXXI. ſuſcepit; quum anno ſuperiore Boppartorum quoque partem bis mille & ducentis florenis Eccleſiæ ſuæ comparaſſet. Ab hoc itaque tempore Weyershemium inter Epiſcopos Argent. & Leiningæ Comites æqualiter, ſed ita diviſum eſt, ut conjunctim ſua jura exerceant.

Ita Wantzenaugienſis Præfectura nonniſi ſeculo XV. in unum corpus coaluit; Capitulo rem promovente majore. Initium ab Honaugiæ, Wantzenaugiæ & Abertzhemii, redemtione factum; quorum vicorum præfectus Bertholdus de Wickersheim An. MCCCCXXIX. conſtitutus eſt decreto Capituli. Acceſſerunt eis reliqui vici An. MCCCCXXXV. quamvis nondum integri; junctis Johannes de Huſenburg ejusdem Capituli præfuit nomine. Huic ſeptennio poſt Hugo de Berſtett, Berſtettio Fridericus à Ruoſt ſucceſſit; ac ita deinceps præfectura Wantzenaugiæ ab aliis ſeparata perſtitit. An. MDXXXV. Epiſcopus in ejus poſſeſſionem rediit, debita Capitulo numerata pecunia.

## §. CCLXXIX.

Trans-rhenanæ Epiſcopi Argent. terræ duas in præfecturas, Oberkirchenſem & Ettenheimenſem, divitæ ſunt. Prior à caſtro *Ullenburg*, cui plura feuda caſtrenſia ſec. XIV. annexa fuerunt, & hoc demum everſo, ab oppido Oberkirch nomen accepit. Ullenburgum Michaeli Botzhemio An. MCCCCLXXVIII. & Eberſteinenſi Comiti Bernhardo An. MDXXIX. oppignerarunt Epiſcopi. Præfectura in ſex Scultetatus diſtinguitur. Ditiones Epiſc. trans Rhenum.

I. *Oberkirch*, oppidum cum aliquot villis, Furſtenbergici Comites à Rudolpho I. Imp. An. MCCLXXXVI. cum id in feudum accepiſſent, conſenſu Alberti I. Imp. una cum vicino caſtro *Furſteneck* Eccleſiæ Argent. An. MCCCIII. venditum eſt; civitati Argent. An. MCCCCXIV. aliisque deinceps oppignerandum. Furſteneckium præpoſitus Monaſterii Omnium Sanctorum à Wilhelmo II. Epiſc. pignus accepit An. MCCCXCV. idque decennio poſt eidem reſtituit.

II. *Oppenau*, antiquius *Noppenau*, oppidulum in valle cognomini, in qua plures Imperii homines, Epiſcopo certis legibus obnoxii, ſec. XIV. vixerunt; quamque villæ *Griesbach* & *Peterſthal*, acidulis ſuis apud vicinos celebres, ornant.

III. *Renchen*, burgus inſignis, *Reinichheim* olim ſcribebatur. Nomen à flumine *Rench*, quod in Oppenaviæ valle oritur.

IV. *Cappel* infra caſtrum Badenſe Rodeck, familiæ de Neuenſtein collatum, cujus partem Epiſcopus Argent. à Neſa Roederia An. MCCCLXXIII. quoque acquiſivit.

V. *Sasbach* & *Sasbachwalden* vici, quorum homines inter Imperium atque Epiſcopum ante ſec. XIV. erant diviſi. In colle prope Sasbacum Turennius tormenti ictu interiit An. MDCLXXV.

VI. *Ulm* & *Vvalduln*, quod veteres *Vvalbulme* ſcripſerunt. Everſum in hoc diſtrictu caſtrum *Berenbach* Johannes Epiſc. à Burcardo & Johanne fratribus de Berenbach An. MCCCXXI. coemit. (*x*)

Præfectura Oberkirchenſis itaque, ut ex ſuperioribus liquet, inter juniora Eccleſiæ Argent. peculia referenda eſt, initio ſeculi XIV. demum maximam partem ære comparata. Wirtenbergiæ Duci, concordiæ Hagenov. inter Carolum Lotharingiæ Card. & Georgium Brandenburg. de Epiſcopatu Argent. auctori, in triginta annos An. MDCIV.



(*x*) Cod. Mſ. tab. Tabern. ſec. XIV.

præfectura hæc tradita eſt, ut triginta aureorum millia æris alieni, quod Brandenburgicus contraxerat, prætereaque novem aureorum millia ſingulis eidem annis exſolveret; poſtea Lotharingo ejusve in Epiſcopatu ſucceſſoribus præfecturam trecentis aureorum millibus redimendi jus eſſet. (y) Franc. Egon Furſtenbergius An. MDCLXIV. eam redemit.

## §. CCLXXX.

Præfecturam Ettenhemianam loca, in Marca Ettenheimenſi, antiquiſſimo Eccleſiæ Argent. patrimonio, (z) ſita, componunt: *Ettenheim* nempe oppidulum; *Ringsheim* vicus, à familia hujus nominis ſub Bertholdo II. Epiſcopo emtus; *Gravenhauſen*; *Cappel*, ad Rhenum, ex adverſo Rhinoviæ, quem locum in Alſatica Rheni ripa primitus ſubſtitiſſe traditio fert. Advocatus Epiſcopi in civitate Argent. An. MCCXIX. oppidum *Rinawe*, villam *Capella* & advocatiam in *Ebersheim*, cum haberet in manibus, eas ſe adminiſtraturum ita promiſit, ut poſt obitum ſuum ad Eccleſiam Argent. integræ reverterent. *Ettenheimweiler*. In vicos Ettenheimenſis Monaſterii Epiſcopus Argent. quoque ſuperioritatis territorialis jura ab antiquo exercet. Præfecturam Ettenheim. Wilhelmus II. Epiſcopus cum Oberkirchenſi An. MCCCCXIV. civitati Argent. oppigneravit; redemit eam Wilhelmus III. An. MDXXXIII.

His trans Rhenum Eccleſiæ Argentinenſis terris Comitatus quidam Bertholdi, Zeringiæ Ducis, in pago Brisgowe ſitus, dono Henrici IV. Imp. An. MLXXVII. acceſſurus videbatur; (a) ſed donationem ſuam Cæſar firmare non potuit, uti nec potuit retinere Imperium. Num Comitatus provincialis, an Hachbergenſis Marchionatus intelligatur, heic loci non definio.

## §. CCLXXXI.

Capituli Argent. terræ. Expoſitis Epiſcopi Argent. ditionibus, Capituli ejusdem Eccleſiæ terras, ab Epiſcopalibus pridem ſejunctas, deſcribo.

Comitum Bannus. Albertina vallis in duas partes à Scara (b) dividitur, quarum borealem *Vilerianam* (c) appellant. Auſtralis à longo jam tempore Comitum Bannus, Romanice *Le Comte Ban*, (d) dicitur. Banni caput eſt *Franckenburg* caſtrum; unde Franckenburgenſis præfecturæ (e) nomen. Comitum Bannus dicitur, quod caſtrum, cum vicis inde pendentibus, ad Comites Werdenſes, dein Landgravios Alſatiæ, pertinuit, à quibus ad Epiſcopum, & ab eo ad Capitulum Argent. ultimo loco pervenit. (f) Non procul à caſtro Werdenſi adhuc ſupereſt lucus, qui ab iisdem Comitibus *Grafen-haltzlin* nuncupatus, cum curia Comitis in Caſtineto, (*Grafen-hof*) in venditi Landgraviatus charta memoratur. Omnium diſtrictus illius locorum nonniſi unus fuit & bannus communis, in alios non ſubdiviſus minores. Vici nimirum in tractu hoc pedetentim exorti ſunt; banno in eodem ſemper ſtatu manente.

Franckenb. caſtrum. *Franckenburg* ad vallis Vilerienſis oſtia inſidet monti, qui Vilerianam à Lebrahenſi disterminat. Specklinus, (g) victis Alemannis, caſtrum hoc à Clodoveo M. exſtructum ſuiſſe exiſtimat, atque inſignia Francica, tres nempe bufones, qui dein in lilia converſi, ſua ætate in oratorii ejus feneſtra adhuc comparuiſſe ſcribit. At lector conſcius eorum, quæ de Framonte Lotharingico ſuperius dicta ſunt, (h) facile intelliget, Specklinum vicinia nominis fuiſſe deceptum. Caſtrum Burcardus de Lutzelſtein, Præpoſitus Eccleſiæ Argent. Johanni Comiti Leining. una cum V. vicis, ob navatam Friderico de Blanckenheim, Epiſcopo Argent. operam, ducentorum ſupra duo millia florenorum pignus conſtituit. Wilhelmus II. Friderici ſucceſſor, Leopoldi Auſtriæ Ducis ſententia nixus, Leiningenſibus id erepturus, pecunia cum careret, Claudio & Adamo Zorniis Franckenburgi reluitionem An. MCCCXCV. commendavit. Remotis Zorniis Wilhelmus II. Epiſc. caſtrum Franckenburg & omnem Comitum Bannum Burcardo de Lutzelſtein, Capituli majoris Præpoſito, pro ter mille aureis An. MCCCCXI. dedit

(y) Thuanus Lib. CXXXI. Cap. VII. ubi pro Oberkircha ſcriptum eſt *Obernacha*.
(z) Conf. Tom. I. pag. 674.
(a) Extat Diploma apud Hergott. *Cod. Diplom. Habsburg.* num. 187.
(b) De qua vid. Tom. I. pag. 22.
(c) *Weilerthal*, de qua parte inferius ago.
(d) Ruyr. *Antiquités de la Voſge* pag. 190.
(e) *Pfleg Franckenburg*. De caſtro hoc conf. etiam ſupra pag. 111. §. CCXXIII.
(f) Vide in Landgraviatu inferiore ſupra loco citato.
(g) *Collectan.* Mſſ. pag. 18.
(h) Tom. I. pag. 451.

dedit in pignus; data simul licentia, ut mille florenos in castrum reficiendum impenderet. Ita Rupertus Episc. quoque duplum à Jacobo & Wilhelmo fratribus, Lutzelsteiniis Comitibus, ad quos pignus transierat, in idem opus adhiberi An. MCCCCXLVII. permisit. Hi jus suum biennio post Johanni de Utenheim & Joh. Bockio seniori, à quibus aegre recuperari potuit, vendiderunt. Castrum vero die 2. Apr. MDLXXXII. incendio perriit.

## §. CCLXXXII.

Sequuntur jam vici; ad Franckenburgum & Comitum Bannum spectantes: *Breitenau. Grube*, Roman. *Fouchy.* In Lucii III. Papae protectorio, quod Coenobio Baumgartensi An. MCLXXXII. dedit, Matthaeus Lotharingiae Dux & Symo de Parreia grangiam in *Fissa* monasterio huic contulisse scribuntur. *Gerute*, Romanice *Neufbois. Hartzelbach. Dieffenbach.* Dominium hujus villae ad Johannis Landgravii, Werdensium postremi, progenitores pertinuisse, Johannes Episc. Argent. An. MCCLXIX. fatetur. Inclusorium virginum, ibi à Werdensibus fundatum, Johannes ille Episc. ad Johannis Landgr. preces in praebendam facerdotalem convertit. *Neukirch*, judicii Franckenburgici districtus sec. XIV. sedes. *S. Moritz.* Hic trans Scaram situs est solus. Eckerichii Nobiles villam S. Mauritii & villam *Wautselle* ex parte ripae versus Franckenburg sec. XIV. ab Ecclesia Argent. in feudum habuerant, (*i*) quod cum ad Trübelios transisset, consensu Episcopi An. MCCCCXC. Capitulo majori pro sex millibus flor. venditum est. Alius vicus deperditus *Uberscher*, quem Agnes, Habsburgensis Comitissa, Ulrico Landgravio An. MCCCXXI. vendidit. Vid.

## §. CCLXXXIII.

Praefecturae huic jungitur Castinetum, Germanice *Kestenholtz*, Romanice *Chatenoy.* Similis nominis locus in Dynastia Beltortensi, (*l*) & in Lotharingia, ubi Carolus Calvus Abbatiae Andlav. An. DCCCCXIII. Diploma dedit. Curtim cum vineis S. Odiliae Monasterio Ebersheim. (*m*) & curtim domin. Remigius Argent. Episc. Hascoviae coenobio (*u*) sec. VIII. in Castineto donarunt. In Bulla Innocentii II. Mediano Monast. An. MCXL. data, legitur *Cystinove.* (*o*) An. MCCXCVIII. cum Coefareos inter & Episc. Argent. arma miscerentur, *Cystinetum* à Seleztadiensibus combustum, quod amnem, ex valle Albertina Seleztadium versus decurrentem, Castinetenses divertissent. Hi flagrantes vindicta, ope Gallorum, quos in auxilium vocaverant, proximum sibi imperialem vicum *Kunigsheim* jure talionis, fed non impune, vastarunt. (*p*) Sec. XIII. Castineti curiam dominicam atque palatium, sive castrum, ubi tria per annum placita habebantur, & An. MCCCVI. officinam monetariam Episcopus habuit. Castro vasallos nonnullos, & inter hos Begeros, cum feudis suis castrensibus sub Johanne II. Episc. An. MCCCLXII. adscriptos reperio. Sed & Castineti olim viguit vectigal, quod ad Landgravios Inferioris Alsatiae pertinuit, quodque Carolus V. Electorum consensu Nicolao Zieglero, Vice-Cancellario suo, ejusque haeredibus dono dedit, una cum Dynastia Barrensi, de qua infra. Quartam hujus vectigalis partem Capitulum Argent. à Zieglero mille & quadringentis aureis An. MDXXVI. redemit. An. MCCCCVIII. Philippus, Nassoviae & Saraepontanus Comes, castrum, & vicum Kestenholtz à Capitulo majore Argent. sibi tradi voluit in pignus, pro duobus millibus florenis, quos Episcopus ab eo acceperat. Verum de oppignoratione hac nihil sibi constare, professum est Capitulum, Comitemque adeo ad Episcopum remisit. An. MCCCCX. Wilhelmus Ep. una cum Capitulo suo majori castrum & vicum Kestenholtz Burcardo de Lützelstein, praepolito ejusdem Capituli, pro tribus millibus floren. dedit in pignus; concessa facultate, ut mille florenos in reficiendum castrum impenderet. An. MCCCCXLIV. Castineti castrum Gallis, innoxiam moram pollicitis, apertum est, (*q*) qui mille hic equites cum Mongomerio duce dein praesidium tenuerunt; (*r*) in abitu locum igne vastantes. (*s*) An. MCCCCXCV. Maximilianus I. privilegium mercatus hebdomadalis Castineto concessit. Kestenholtz.



(*i*) Cod. Mf. feudor Argent. sec. XIV.
(*l*) Vid. supra pag. 45.
(*m*) Martene Tom. III. col. 1135.
(*n*) *Gall. Christ.* Tom. V. col. 473.
(*o*) Belhomme pag. 287.
(*p*) Annales Colm. ad h. Annum.
(*q*) Schilter *ad Kunigshov.* pag. 917.
(*r*) Ibid. pag. 1006.
(*s*) Ibid. pag. 1012.

## §. CCLXXXIV.

Ebersheim. *Ebersheim*, ejusdem præfecturæ Franckenburg. pars, semileucæ spatio ab Ebersheimensi Monasterio distat, & antiquior hoc vicus esse videtur, quod Monasterium ab eo nomen accepit. Advocatiam loci An. *MCCXIX.* inter feuda sua Episcopalia Advocatus Argentinensis numeravit. Guilielmus II. Episc. eum An. *MCCCCXXIV.* Bernhardo Bockio militi vendidit, quum Henrico Peygero, sub-præfecto Hagenoensi, cum aliis præfecturæ Bernsteinensis vicis, oppigneratus fuisset: Episcopus Bockio septuaginta libras denar. quotannis solvendas promisit, donec à Peygero relueretur.

Erstein. *Erstein*, vicus insignis, munitus olim & inter oppida relatus, quem medii ævi scriptores *Erstheim* vocant, Palatium & regia seu imperialis villa, uti sub Francis (*t*) ita sub Germanis quoque diu permansit. Fridericus I. Imp. Berthæ Abbatissæ Ersteinensi, IV. Idus Julii An. *MCLIII.* chartam ibidem dedit. (*u*) Landgraviis Alsatiæ inf. in feudum collatus, (*x*) Sigismundo, Johannis Landgravii filio, *Domicelli de Erstein* cognomen præbuit. Castelli *Herstein* (*y*) oblidionem Rex Rom. Adolphus agitaverat animo, quod Werdensis Comes, possessor ejus, cum Argentinensibus ei contrariabatur. Hanc ut averterent Argentinenses, muros oppidi funditus se dirupturos receperunt. Sed mitigata Cæsaris ira muri salvi manserunt. Ersteinium Johanni & Agneti, uxori ejus, Habsburgi Comitibus, pro mille & centum aureis oppigneratum fuerat, cum illud Ulricus Landgravius una cum Caltineti decimis An. *MCCCXXI.* ex eorum manibus reciperet. At octennio post Burcardo de Horburg & Walthero de Geroldseck Dynastis iterum in pignus majoris pecuniarum summæ traditum est. Waltherus Geroldseckius cum Argentinenses vexassent, hi muros turresque Ersteinii cum arce Schwanau, leucæ spatio versus Rhenum dissita, solo æquarunt. (*z*) Ab hoc destructionis tempore formam nomenque civitatis Ersteinium amisit. Vendito Landgraviatu Oetingæ Comites Johanni Ep. Argent. reluendi ejus potestatem An. *MCCCLXII.* dederunt; ita tamen, ut jus suum Ersteinium ab Episcopo redimendi servarent, quod Carolus IV. Imp. eodem anno ratum habuit. (*a*) Oetingenses ipsi ad Geroldseckios scripserunt, ut locum Episcopo traderent, quod anno sequenti factum. Sigismundus Imo. patris sui consensum An. *MCCCCXXI.* denuo firmavit. Wilhelmus III. Ep. capitulatione sua An. *MDVI.* Ersteinii, per Albertum, decessorem suum, dum adhuc Præpositus esset, nomine Capituli ex alienis manibus redemti, proprietatem Capitulo adscripsit. (*b*) Sculteti munus, quod Bergheimenses Nobiles in feudum habuerant, eidem resignatum Capitulo An. *MDXVII.* jus tamen confirmandi Sculletum, quem Capitulum eligeret, Episcopus retinuit.

*Krafft*, agri Ersteinensis villa, ad Elli alveum, vergentem ad Rhenum, quem Fridericus Ep. Argentinensi civitati, quam debellabat, Elli aquas intercepturus, An. *MCCXCII.* fieri vel ampliari fecit. (*c*)

*Eschau*, in Chartis Hascovia, Rhenum inter ac Ellum supra Argentoratum insula est, in qua Parthenonem Benedict. familiæ Remigius Ep. sec. VIII. instituit, cui & insulam omnem cum ædificiis, mancipiis, terris ac silvis suis donavit. (*d*) Cum vero duobus abhinc seculis antiquatus fuerit Partheno, bona ejus ad Episcopum & ab eo ad Capitulum Argent. pervenerunt. Vicus cognominis, Parthenoni propinquus, Rathsamhausiorum feudum est Lichtenbergense.

## §. CCLXXXV.

Berse oppidum. *Berse*, vulgo *Bersch*, oppidulum supra Roshemium, quod nomen suum, uti ferunt, Berswindæ, S. Odiliæ matri, quæ locum hospitali Monasterii Hohenburg. inferioris tradiderit; fossas & muros Bertholdo à Bucheck, Episcopo Arg. sec. XIV. debet. (*e*) In veteribus Chartis *Berse*, *Bersa*, *Bersun*, scribitur. Walfridum de Bissopsheim duas curias apud Bersan Monasterio Baumgart. donasse, charta Henrici Ep. Argent. An.

(*t*) *Vid.* Tom. I. pag. 700.
(*u*) Guillim. *Habsburg.* pag. 286.
(*x*) Conf. supra pag. 128.
(*y*) *Chron. Colmar.* pag. 53.
(*z*) Albert. Argent. in *vita Bertholdi Ep.* pag. 171. Koenigshov. Cap. V. pag. 321.
(*a*) Conf. supra pag. 131.
(*b*) Episcopus ita: *Do wollen wir uns deſſelben fleckens nit annehmen, ſondern bey einer Capiteln handen bleiben laſſen, in eigenſchafft wyſe.*
(*c*) Schilter *ad Koenigshov.* pag. 764. De Krafftiæ hoc alveo vid. Conspectum Alsatiæ Tom. I. pag. 19.
(*d*) *Gallia Christ.* Tom. V. Instrum. col. 471.
(*e*) Koenigshov. *Chron.* Cap. IV. pag. 258.

An. *MCLXXXVII.* docet. (*f*) An. *MCCCLXXXV.* Sarwerdenſis Comes, Præpolito Capituli Argentinenſis iratus, dolo non prævilo, Berſam occupavit, eamque ſpoliatam combullit. (*g*) An. *MCCCXCIX.* Wilhelmus Ep. oppidum hoc, Rudolpho de Hohenſtein oppigneratum, cum legitimam ejus luitionem impetrare non potuiſſet, vi armorum recepit. Senatus Argent. litis arbiter conſtitutus, Rudolphum ad pignus reſtituendum, Præſulem ad nomen ſuum expungendum coegit. Factum hinc, ut idem Wilhelmus Ep. Civitati Argent quoque Berſam An. *MCCCCXXIII.* denuo pignus adſcriberet, quod ad Capitulum majus pro mille florenis An. MCCCCLXVI. tranſivit.

*S. Nabor* viculus, cujus bulla Leonis IX. An. *ML.* meminit, (*h*) ad pedes montis S. Odiliæ ſitus, à S. Naboris reliquiis, per Chrodegangum, Metenſem Ep. ſeculo VIII. Roma allatis, (*i*) nomen obtinuit. Attulit quoque ſecum corpus S. Gorgonii, cui capella inter S. Naborem & S. Odiliæ monaſterium in declivitate montis dedicata.

## §. CCLXXXVI.

*Geiſpoltzheim*, vicus major, in quo caſtrum paucos ante annos, cum minaretur ruinam, ſolo æquatum. Curtem in villa *Geuspodesheim* Ratoldus Ep. Fratrum Eccleſiæ Argent. communitati eo, quo Dagobertus Rex eam Eccleſiæ luæ tradiderat, jure An. *DCCCLXXVII.* conceſſit. Alibi *Geizbodesheim* (*l*) & *Gaezbotzheim* (*m*) locus hic nuncupatur. Vicum Landgravii Alſatiæ inferioris, (*n*) caſtrum Begeri nobiles in feudum tenuerunt. Hoc vero An. *MCCCLIX.* Eccleſiæ Argent. oblatum eſt; Johannis à Mundolsheim An. *MDXLII.* conferendum. De molendino inferiore agri *Geyſpoltzheim* Carolus IV. Imp. Theobaldum Murnhart An. MCCCLXI. inveſtivit. (*o*) Et vicus Begeris à Wilhelmo II. Ep. An. *MCCCXCV.* in aliquot annos venditus eſt, per Capitulum majus, quod ibi curiam dominicam pridem habuerat, conſenſu Epiſcopi An. *MCCCCIV.* redimendus. Caſtrum Argentinenſes, Gallis, quos Armaniacos vocarunt, ſtructuri inſidias An. *MCCCCXLIV.* dolo occuparunt, hoſtesque incautos, commeatum abducentes Roshemium, adorti vico incendium intulerunt.(*p*) Cum Geiſpoltzhemio duo vici *Sunthauſen* & *Hattisheim* pridem coaluerunt. Ille verſus vicum S. Oſwaldi, hic verſus Lipshemium ſitus erat. Ex Hattisheimio rudera turris ſuperſunt. Geiſpoltzheim.

*Lampertheim.* Collatio Scultetatus in Lampertheim Præpoſito Capituli ſententia arbitrorum An. *MCCLXXVII.* adſcripta eſt. Dimidiam ejus partem Capitulum à Johanne Hoſwarto de Kirchheim milite An. *MCCCCXCV.* pro mille & centum florenis emit. Hoſwartus in ea jure hereditario Wirico de Hohenburg ſucceſſerat. Alteram ejus partem Epiſcopus eidem Capitulo An. MDLXVI. vendidit. Lampertheim.

Capitulares itaque hæ terræ ab Epiſcopalibus non uno tempore diſtractæ ſunt. Pleræque ante, quam ad Capitulum tranſirent, oppigneratæ fuerunt. Auctor propriatis Wilhelmus ab Honſtein, Præſulum Argent. lui nominis tertius, qui ad ſolium epiſcopale An. MDVI. promotus, Eriſteiniuna cum omni jure Capitulo deinceps ſubeſſe conſenſit; reliqua loca, Berſam Icilicet, Ebersheimium, Caſtinetum, Franckenburgum, cum Comitum Banno, ſua quoque pecunia ſe reluiturum, promiſit. Sed reluitio nunquam eſt facta, imo jus reluendi plane extinctum.

## §. CCLXXXVII.

Argentinenſis Eccleſia, tam antiqua, tam potens, tot donis & privilegiis Regum Cæſarumque ornata, multiplices longo temporum tractu clientelas accepit; quæ ut rerum humanarum ſunt vices, identidem mutatæ, certis ſub epochis repræſentandæ Lectori. Feudalem hinc Curiam ejus in veterem, mediam diſtinguo & novam; in veteri, quæ non in media, in media, quæ non in nova, occurrunt, feuda illuſtriora recenſiturus. Curia feudalis Arg.



(*f*) Conf. *Gall. Chriſt.* Tom. V. Inſtrum. col. 490.
(*g*) Koenigshov. Cap. V. pag. 342.
(*h*) *Gall. Chriſt.* Tom. V. Inſtrum. col. 471.
(*i*) Teſte Sigfberto Gemblac. ad An. DCCLXIV.
(*l*) *Gall. Chriſt.* Tom. V. Inſtrum. col. 474.
(*m*) Ibid. col. 490.
(*n*) Conf. ſupra pag. 112. §. CCXXIII.
(*o*) Glafey *Anecdot.* num. 462.
(*p*) Schilter. *ad Koenigshov.* pag. 928.

I. Vetus. In Veteri Eccleſiæ Argent. curia feudali primarius haud dubie vaſallus fuit Fridericus II. Imp. Sueviæ & Alſatiæ Dux, qui cum An. MCCXXXVI. de feudo, quod à progenitoribus ſuis acceperat, variisque rebus cum Bertholdo I. Epiſcopo Argent. tractaſſet, conventionem hanc ipſe literis conſignavit; ubi Epiſcopum libi & maſculis hæredibus ſuis in rectum feudum conceſſiſſe fatetur 1) civitatem *Mulhauſen*, cum jure patronatus eccleſiæ, decimis, cenſibus, advocatia, judicio &c. 2) Caſtrum & villam *Newenburg*, cum Advocatiis Coenobiorum in *Selden* & in *Vilmarſcelten*, & cum jure patronatus villarum *Anuntingen*, *Teningen* & *Newenburg*, & quidquid juris habet in eisdem villis ... exceptis Miniſterialibus utriusque ſexus militaris conditionis. 3) Advocatias in *Molsheim* & in *Muzeche*. 4) Omnes homines Epiſcopi in *VVeiſſhofen* & in *Rodesheim*. 5) Quicquid juris habuit in *Offenburg*, præter jus patronatus eccleſiæ. Et de predicto feudo inveſtivit nos (inquit Cæſar) corporaliter, ut eſt moris. Enimvero Argentinenſis Eccleſiæ Camerarii erant Sueviæ & Alſatiæ Duces, ut alio loco docebitur, huicque officio plura feuda haud dubie juncta fuerunt. Habsburgi Comites Advocatiam Emunitatis Rubpacenſis feudali quoque jure An. MCCI. jam poſſederant, cum Rudolphus Comes, dein Rex Rom. factus, eam Epiſcopo An. MCCLXIX. (*q*) reſignavit. An. MCCXIX. Anshelmus quidam Advocatiam civitatis Argent. oppidum *Rinauwe*, *Capellam*, villam & advocatiam in *Ebersheim*, ab Epiſcopo in feudum tenuit.

## §. CCLXXXVIII.

II. Media. Mediam curiam feudalem, qualis ſub Bertholdo II. Epiſcopo circa An. MCCCL. fuerit, ipſe Bertholdus membranaceo Codice, quem ſcrinium Epiſcopale Tabernis aſſervat, deſcribi curavit; unde potiora decerpo, quæ longa temporum ætas mutavit. Codex nobilitatem ſuperiorem ab inferiore diſtinguit. Inferiorem ordine literarum ſervato exponit.

Procerum feuda. Comes Ferretarum habet in feodo ab Eccleſia Argent. caſtrum & oppidum *Tanne* cum omnibus pertinenciis ejusdem, præter theloneum. (*r*) Oppidum *Sennenheim* & theloneum ibidem. *Steinbach* cum omnibus ſuis pertinentiis. Curiam dominicam apud *Auerehtervvilre*. Quæ omnia detinet nunc Dominus Albertus Dux Auſtriæ & Stiriæ. Item Duces Auſtriæ bona, quæ Hartmannus Comes de Kyburg ſenior donavit Eccleſiæ Argent. videlicet *Kyburg*, *VVinterur*, *Baden*, *Liſtere*, *VVindecke*, *VValdenberg*, *Schenis*, *Lieberg*, *Liebenberg*, *Morsberg*, *Steinberg* ... & omnia alia, tam quæ ipſe in poſſeſſione ſua tenebat, quam quæ ab eo nomine feodi tenebantur.

Rudolfus Comes Palatinus in Tuvvingen caſtrum *VVilere*, eccleſiam *Nagelte*, villam *Iringesberg*, *Schirmen & Gotelingen*, cum villa *Hochdorff*. Hæc omnia Eccleſiæ Argent. An. MCCXXVIII. in feudum oblata ſunt.

An. MCCCXX. Rudolfus Comes de Hohenberg in manus Bertholdi, tunc electi Argent. reſignavit ſuam partem caſtri *Schiltecke*, & ab eo in feodum recepit.

## §. CCLXXXIX.

Burggravius de Nurenberg habet in feodo omnia homagia ſita *in dem Riet* de Selſe ad Argentinam, & omnia bona ad eadem homagia pertinentia, quæ ab eo feodali titulo tenent dicti de Geroltzecke an den Waſichen.

Comes de Salmis redditus XII. carratarum vini ſuper oppido *Mutzicht* & villam *Hermoltzheim*.

Domini de Geroltzecke villas *Herde* & *Buttelsheim*. Item partem ſuam jurisdictionis in villa *VVibersheim*; homines infeodatos de curia in *Scharrockbergheim* prope Marley.

Heinricus Dom. de Vinſtingen armiger quidquid habet in *VVolfgangesheim* & in *Talheim*; decimam in *Mutzicht*; villam de *Boſſelbach* & villam *Merrbach*; advocatiam de *Miltey*.

Walramus Dom. de Geminoponte medietatem villæ *Merlenheim*.

Dom.

(*q*) Conf. ſupra pag. 80. §. CXXIV. & pag. 90. (*r*) Conf. ſupra pag. 40. ſq.

Dom. de Etendorf caſtrum *Hohenvelt*, & curtim ſuam in *Dambach* & in *Berſtein*, & homines ſuos, quos habet ultra Bruſcam in ſuperiori Alſatia.

Domini de Ochſenſtein apud villam *Gugenheim* jus, quod dicitur *gezog*, & caſtrum & oppidum *Richenshoven*, de quo infra.

Heinricus Dom. de Eberſtein caſtrum *VViler*; advocatiam Monaſterii in *Richenbach*, feuda An. MCCLXVI. oblata.

Johanna Comitiſſa Montisbilgardi villam *Pfeffingen*, curiam placiti & jus patronatus ibidem; quod feodum Wilhelmus Comes de Katzenellembogen, dictæ Dominæ maritus, nomine ipſius à Bertholdo Epiſc. in feodum recepit.

Wernherus Comes de Homberg, Rudolfus & Ludewicus fratres ſui, curtim *Mutenze* cum jure patronatus. Item ibidem tria caſtra *VVartenberg*.

Anshelmus Dom. de Rappoltzſtein curiam dominicam in *VVaffenheim*; omnia bona in *Sultzmatte* &c.

Waltherus Dom. de Geroltzecke dictus de Tuwingen advocatiam Monaſterii in *Ettenheimmunſter*; caſtrum *Nuvvenberg*.

## §. CCXC.

Poſt Dominos ſequuntur jam Nobiles. Jo. de Blumenowe miles bona ſua univerſa in villa & in terminis *Rorahe*. Nobilium feuda.

Dietricus de Beheimſtein habet facultatem transferendo (*ſic*) hominibus S.Petri, S.Mauritii & S. Ceciliæ, qui ſunt in villis *Epſche*, *Collerwoilre*, vel quorum decimæ illuc pertinent. Item caſtrum *Beheimſtein*. (*s*)

Albertus dictus Bube miles caſtrum *Hohenroden*.

Joh. de Eckerich miles & ejus patrui villam *S. Mauritii*; item villam dictam *VVauſelle*, ex parte ripæ verſus Franckenburg; item molendinum apud *Keſtenholtz*.

Dietricus de Girbaden miles advocatiam villæ *Eckeholtzheim* & curiarum Monaſteriorum S. Margarethæ & B. Marci. Item villam Eckeholtzheim.

Wilhelmus de Griffenſtein armiger tertiam partem in antiquo caſtro *Griffenſtein*, in nemore, in monte &c. Eberhardus & Wilh. Equites, ac Eberlinus fratres de Griffenſtein jus patronatus S. Andreæ Argentorati.

Burcardus de Hittenheim armiger caſtrum ſuum in *Hittenheim*, cum jure patronatus eccleſiæ inferioris ibidem.

## §. CCXCI.

Burcardus de Hohenſtein partem ſuam in caſtro *Hohenſtein*, & in hominibus ac nemoribus. Item bona ad officium Dapiferatus pertinentia; decimam in *VVege*, in *Duttenheim*; advocatiam & tertiam partem villæ *Achenheim*.

Mathias de Meienheim domum ſuam *Meienheim* in villa Pfaffenheim. (*s*)

Dietricus dictus Kember de Mollesheim miles advocatiam in *Mollesheim*.

Andreas dictus Murnhart miles villam *Hulnheim*; partem villicationis in *Holtzheim*. Thiebaldus Murnhart armiger habet augiam dictam *Ruprechtsowe*, infra Argentinam. Burghartus Murnhart villicationem in *Avelsheim*; dimidium caſtrum in *Hundesheim*.

Hugo

(*s*) Sive *Babnſtein*, infra Ungersberram, jam pridem dirutum. Filio Dietrici hujus defuncto, Petrus de Nuvvenburg in feudum accepit An. MCCCCLX. *das Burgſtal an Beheimſtein und vvas darzu gehört.* Spectat hodie ad Ichtersheimenſes Nobiles. Vid. FRANC. RUP. AB ICHTERSHEIM *Topographia Alſat.* pag. 74.

(*t*) Conf. ſupra pag. 82. §. CXXX.

Hugo de Nortgaſſen Eques Bertholdo II. Ep. An. MCCCXXXIII. in feodum femin. obtulit caſtrum in *Gebliswilre* & caſtellum in *Nidenwilre*.

Hannemannus de Pfaffenheim partem ſuam in caſtro *Hertenvels*.

Dietr. de Racenhuſen jus patronatus eccleſiæ in *Dungenheim*; homines pertinentes curiæ ſuæ in *Rodesheim*; jus patronatus eccleſiæ in *Bollewilre*.

Hartmannus dictus Senne de Munſingen miles advocatiam villæ *Oſtertal* prope Dierſperg; advocatiam in *VVihprehtespach* prope Stephensburg; advocatiam in *Stephensburg*; advocatiam in *VVarte* prope Wile; advocatiam in *Herolſingen*.

Reinboldus de Schœnnecke villam *Adrotzhofen* prope Schiltenkeim. Heinr. de Schœnowe habet officium *Dapiferatus* cum ſuis attinentiis ... Advocatiam in villa *Burrenheim*.

Fridericus ſenior de Wildesberg decimas in utraque villa *Gündesheim*.

Bertholdus de VVindecke & ejus ſocii caſtrum *Schopfheim*, villam & jus patronatus ibidem. Bertholdus ſolus habet villam *Nemenvwilre* & judicium cum banno.

## §. CCXCII.

III. Nova. Quæ curiam novam ſive hodiernam feuda reſpiciunt, nunc ordine, quantum licuit, alphabeti recenſeo.

Wangior. feuda. *Achenheim* & *Schaftolsheim*, vulgo *Schefelsheim*, propinquos Argentorato vicos, ubi Ludovici Bavari & Friderici Auſtr. exercitus, proelium inter ſe commiſſuri, An. MCCCXX. convenerant, (*u*) VVangii Barones nunc poſſident. In Achenheim *curtim dominicalem cum hanno & villicatione ejusd. villæ* &c. Wilhelmus I. Ep. Argent. Monaſterio Haſcov. ſec. XI. donavit. (*x*) Vicus Hohenſteiniis primum, dein his rogantibus Wurmſeris ſine ſec. XV. ex ſemiſſe collatas, cum Schaftolshemio, ubi caſtellum, ad Wildenſteinios An. MDCXLVII. & exeunte ſec. ſuperiore ad Elſenheimios tandem atque VVangios per foeminas tranſiit. Hoc enim ut permitteret Epiſcopus, altera Achenhemii pars allodialis una cum Schaftolsheim à VVurmſeris An. MDVII. in feudum ei fuit oblata. Caſtellum, bello Epiſcopali An. MDXCII. dirutum, à Gallis noſtris An. MDCLXXV. denuo munitum & à Cæſareis d. 16. Aug. ejusd. anni occupatum eſt. Nobilium de Schaftolsheim ſtirps ſec. XIV. expiravit.

Andlav. Andlaviæ caſtri, ab altitudine montis, cui impoſitum eſt, *Hoh-Andlau* (*y*) dicti, origines poſteriores ſunt Abbatia hujus nominis & oppido, quæ in arcta & exigua valle ſitæ. Hæc antiquitus *Eleon* & à rivo *Andelahe* vallis Andlavienſis nuncupata, inter Vilerenſem & Clingenſem media eſt. Caſtellum *Andelo* duo Epiſcopi Argentinenſes, Henricus de Veringen, An. MCCXVI. (*z*) dein, quod Hohenſtanſiis Imperatoribus adhæreret, Henricus de Stahleck, (*a*) Conradi IV. Imp. hoſtis, An. MCCXLVI. diruerunt. Nonageſimo octavo abinde anno caſtrum hoc per Andlavienſes Nobiles Eccleſiæ Argent. in feudum oblatum eſt. Andlavienſes illud eodem mox ſeculo Ludovico ab Utenheim in ſubfeudum tradiderunt. Sueci anno ſeculi ſuperioris trigeſimo tertio, uti per Alſatiam omnia fere, ita hoc quoque caſtrum menſe Majo expugnarunt. (*b*) Gregorius Turon. ſæpius mentionem facit caſtri *Andelaus*, ſed Andelot Lingonenſe intelligit.

*Speiberg* ſive *Speibarg*, Nobilium de Dicka quondam in eadem valle Andlavienſi ſedes, unde Domini in Spesberg dicebantur, per quos Andlavienſi familiæ anno MCCCLXXXIII. obtigit caſtrum, uti quidem videtur, allodiale, quod Eccleſiæ Argent. deinceps in feudum oblatum. Aliud prope Andlaviam caſtrum, *Crax* ſive *Krax* quod vocant, ad Cunonem de Bergheim, Alſatiæ Præſidem, ſpectans, Epiſcopus & cives Argent.

(*u*) Koenigshov. pag. 126.
(*x*) *Gall. Chriſt.* Tom. V. Inſtrum. col. 474.
(*y*) Aliud caſtellum in oppido, de quo alibi, ſitum.
(*z*) Beller. *Chron. Aſſ.* fol. 83.
(*a*) Koenigshov. *Chron.* Cap. IV. pag. 244. & Cap. V. pag. 316.
(*b*) Chemnitz *Schwed. Krieg in Teutſchl.* Pars II. pag. 127.

Argent. An. MCCXCIII. una cum Sermershemio deſtruxerunt. (*c*) Interfecto Adolfo Rege lapides quadratos Epiſcopus, novum Lichtenaviæ oppidum firmaturus, eo juſſit deferri. (*d*) Nec majoris momenti ædificium invito Præſule poſt An. MCCCI. debuit excitari. Pax inter Epiſcopum & Cunonem reſtituta id ſanxerat.

## §. CCXCIII.

*Valff*, (*e*) caſtrum & vicus. Illud Ludovicus ab Utenheim, Andlavienſium vaſallus, ab hoſtibus tuendum in ſe ſuſcepit An. MCCCXCI. Primæ de utroque Epiſcopi Argent. inveſtituræ fec. XV. comparent. Rudolfus ab Andelahe bona quædam propria in Valffe pro centum marcis argenti, quas in feudum caſtrenſe acceperat, Bertholdo II. Epiſc. obtulit. Abbatia Ebersheim. curtem dominicam cum ſalica terra & quarta parte banni ipſius villæ ab Etichone, Alſatiæ Duce, fec. VII. accepit. (*f*) Jus patronatus loci ad Abbatiſſam Andlavienſem cum ſpectet, Proteſtantium ſacra, quibus incolæ addicti fuerant, ſeculi XVI. fine abrogata ſunt. Alia Andlav.

*Duttenhoheim* partem, quam Guntherus de Landſperg vacuam reliquerat, Andlavienſes ab initio ſec. XIV. ad hoc uſque tempus obtinent. Reliqua vici pars inter Landſpergios diviſa & Reichios.

*Hohnangereuth*, Gallice *S. Blaiſe*, & *Büensbach*, viculi duo inter Vilerenſem ac Rupeam valles. Hos Rathſamhauſii à Lapide, Dynaſtiæ Rupenſis olim poſſeſſores, pro caſtro Breitenberg, in valle Sultzmatenſi ſito, quod aliis vendiderant, Eccleſiæ Argent. An. MDVIII. obtulerunt in feudum. Inde Fuggeris Comitibus ineunte ſec. XVIII. & per hos Andlavienſibus in ſubfeudum obtigere.

## §. CCXCIV.

*Berſtett* & *Otvisheim* ex ſemiſſe feudales ſunt, Berſtettiis Nobilibus An. MCCCCXLI. collati; pars dimidia utriusque vici allodialis inter Berſtettios ac Dettlingenſes diviſa.

*Bettvveiler* vicus Lutzelburgiis An. MCCCCXXXII. collatus.

*Biſchofsheim*, (*Biſchen am Saum*) prope Argentoratum, (*g*) inter Eccleſiæ Argent. peculia An. MCCLXXX. comparet, quo Monaſterio S. Arbogaſti cenſus de bonis ſuis in Biſchovisheim, Hoenheim & Wihersheim, à curia Epiſcopali Biſchofsheimiana pendentibus, per Epiſcopum fuit remiſſus. Sec. XIV. Heſſo & Anshelmus milites, advocati de Waſſelnheim, villam totam Biſchofesheim ab Eccleſia Argent. tenuerunt in feudum. Tum caſtellum ligneum ibidem extitit, quod cum fundo ſuo Epiſcopus injuſte dicebatur alienaſſe. (*h*) Civitatis Argent. vectigal, neſcio quo obtentu heic exactum, Wilhelmus Epiſc. An. MCCCCXXV. ſuſtulit. Boeckelii à Boecklinsau vicum nunc poſſident. Biſchofsheim &c.

*Boſſenheim*, ubi Adelbertus Dux Abbatiæ S. Stephani varia bona donavit, (*i*) & Landgravii Werdenſes proprietates ſuas Eccleſiæ Argent. cum Werda caſtro in feudum obtulerunt, (*l*) ab ineunte ſec. XV. in Bapſtiorum, qui inde cognominati ſunt, manibus fuit, hisque intermortuis ad Ockahanios An. MDCCXV. pervenit.

## §. CCXCV.

*Buersweiler* ſeu *Buſenvveiler*, inter Buxovillam & Pfaffenhofium vicus. Wolfius à Sultz dimidiam ejus partem Eccleſiæ Argent. in feudum femineum An. MDXLIV. obtulit; altera pars feudum Palatinum evalit. Mortuo Jacobo de Sultz, gentis ſuæ poſtremo, ad Geylingios atque Bœckelios, qui duas ejus ex fratre natu maiore Philippo neptes duxerant, pars Argentinenſis, Palatina ad Erthalios An. MDCXLVIII. devenit. Sed Geylingii utramque, qua carebant, Bœckeliorum & Erthaliorum portionem ineunte hoc ſeculo parata pecunia comparārunt. Buersweiler &c.



(*c*) Koenigshov. pag. 315.
(*d*) Albertus Argent. pag. 109.
(*e*) Antiqua nomina vid. Tom. I. pag. 721. §. CCXII.
(*f*) *Chron. Novient.* apud Martene *Theſaur. Anecdot.* Tom. III. col. 1332.
(*g*) Cognominis vicus prope Roshemium eſt, qui differentiæ cauſa vocatur *Biſchen am berg*. Aliud Biſc emium trans Rhenum vocatur *am ſteg*.
(*h*) Cod. membr. reditnum & feudor. Epiſcopatus Argent. ſec. XIV.
(*i*) Apud Hergott. *Cod. Diplom.* num. 50. & num. 161.
(*l*) Supra pag. 131. §. CCXXIII.

*Düppelsheim*, vicus ad Bruſcam, tres leucas ab Argentorato diſtans, in chartis antiquis *Du'incheim* & *Dubinkeim* (*m*) ſcribitur. Prædium in marca Dubincheim una cum capella ibi conſtructa per Wiſericum & Azzonem fratres Eccleſiæ Argent. An. DCCCCLVI. donatum. Landſpergiorum ramus, feudi hujus compos, cum exaruiſſet, Armandus Rohanius Card. eo ditavit Flachslandios An. MDCCXV. ad quos vicus *Mackenheim* prope Marckolsheimium etiam, ſed jure allodii, ſpectat. Illo enim in ſuperiorem & inferiorem diviſo, inferioris dimidia pars Flachslandiis per Epiſcopum vendita eſt, qui poſt Herbshemios altera dimidia parte jam fuerant potiti.

## CCXCVI.

Landſperg. feuda. *Ehenheim inferius*, (*Nieder-Ehenheim*) & *Duttelnheim* antiquiſſima Landſpergiorum feuda, quibus *Meiſternheim* & *Fleckheeg* acceſſere poſterius. De ſingulis ad annum MCCCCXXXV. uſque inveſtiti ſunt ſeparatim, inde conjunctim de omnibus. Ehenhemium hoc inferius, ab ſuperiore An. MCLXXXV. jam diſtinctum, (*n*) & arce & mœnibus ſuis cum eſſet inſtructum, in oppidorum diu perſtitit claſſe. Dominium bannale Medianum inter & Hohenburgenſe Monaſteria, nec non inter Landſpergios atque Oberkirchenſes nobiles, An. MCCLVIII. fuit diviſum. (*o*) Oppidum à Gallis deditione captum, & ab Argentinenſibus, Gallos ejecturis, incenſum eſt An. *MCCCCXLIV.* (*p*) *Duttelheim* in Diplom. Henrici V. Imp. An. *MCXIV.* memoratur. (*q*) Præter Landſpergios Andlaviosque nobiles Sturmii Duttelnhemii partem An. *MCCCLIX.* tenuerunt, quæ ad Epiſcopum rediit, inde tranſitura ad Reichios. An. *MDCLXXXVI.* ſacra Romano-Catholica recepit hic vicus.

*Ensheim*, quod multi male *Eoſtsheim* ſcribunt; vicus Argentina bihorio diſtans, (*r*) Turennii prœlio, An. MDCLXXIV. commiſſo, notus; Zorniorum quem familia poſſidet, Landgraviis olim à Lotharingiæ Ducibus collatum. (*s*) In Lucii III. Bulla Baumgart. An. MCLXXXII. *Amiſsheim*, & in alia Innocentii IV. monaſterio ſemin. Oberenheimenſi An. MCCXLV. data, nec non in Zorniorum, quam ab Epiſcopo impetrarunt, inveſtituræ charta An. MCCCCXLIV. *Ensheim* ſcribitur. Curia dominicalis Abbatiæ S. Stephani præclaris hic juribus ſuit ornata.

*Geiſpolzheim.* De caſtro hujus loci, Johamiorum à Mundolsheim feudo, ſuperius (*t*) actum.

## §. CCXCVII.

Girbaden caſtrum &c. *Girbaden*, munitiſſimum vallis Schirmeckianæ caſtrum, Bertholdus I. Epiſcopus poſt multiplices cum Friderico II. Imp. & majoribus ejus lites Eccleſiæ ſuæ acquiſivit. (*u*) Extincta enim Dagisburgenſium Comitum proſapia, Dagisburgenſe pariter ac Girbadenſe caſtrum ſibi vindicare ſtuduit Cæſar, renitente Argentinenſi Epiſcopo, Comitatus illius Domino directo, cui Fridericus II. denique Girbaden An. MCCXXXVI. conceſſit, acceptis aliis viciſſim locis, quæ litigioſa hactenus fuerant. Sed & Leiningenſis Comes Fridericus, ut Dagisburgum ab Epiſcopo obtineret, *munitionem in Girbaden cum quibusdam villis vallis Bruſchbal* An. MCCXX. huic Eccleſiæ tradidit, idque An. MCCXXXIX. denuo firmavit. (*x*) Girbada ergo à Comitatus Dagisburgenſis corpore tum fuit abrupta. Vici, à caſtro pendentes, quos una cum eo accepit Epiſcopus, *Mahlkirch*, *Mulbach* & *Lanbenheim*, vocantur. Sub Johanne I. & Bertholdo II. Epiſcopis plures nobiles vaſallos Girbadenſi caſtro adſcriptos reperio; qui homines caſtrenſes (*Burgmænner*) in Girbaden hinc nuncupati. Inter hos Johannem Vicedominum de Hohenſtein, Burchardum de Hohenſtein, Heinricum de Rodesheim, Werlinum de Baldeburne, Johannem Burggravium de Dorolzheim, Ottemannum de Hernolzheim, Gœtzonem dictum Flefche de Biſchofesheim, Codex feudorum Epiſcopatus ſec. XIV. recenſet. An. *MCCCXCV.* Wilhelmus II. Ep. Girbadam cum omni ſuo diſtrictu, vicos *Rothheimzwiller*, *Malkirche* & *Lanben*, Rudolfo de Hohenſtein oppigneravit; unde triennio poſt, cum Hohenſteinius pignoris reluitionem negaret Epiſcopo, grave bellum exortum. Seculo ſequenti tamen caſtrum hoc cum vicis ſuis Hohenſteinii, (*y*) Land-

(*m*) In bulla Innocentii IV. pro Monaſterio Oberehnheim. An. MCCXLV.

(*n*) *Gallia Chriſt.* Tom. V. Inſtrum. col. 487.

(*o*) Belhomme *Hiſt. Mediani Monaſt.* pag. 325.

(*p*) Schilter. *ad Koenigshov.* pag. 921. & 929.

(*q*) Apud Belhomme ibidem pag. 261.

(*r*) Conf. Tom. I. pag. 715. §. CXCII.

(*s*) De qua re in Landgraviatu ſupra pag. 130. §. CCXX.

(*t*) Inter Capituli terras. pag. 165. §. CCLXXXVI.

(*u*) *Chronicon Novient.* apud Martene *Theſaur. Anecdot.* Tom. III. col. 1126.

(*x*) Laguille *Hiſt. d'Alſace. Preuves* pag. 38. ſq.

(*y*) Heinricus de Hohenſtein per Wilhelmum Epiſcopum An. MCCCCXXXVII. inveſtitus eſt, ſed non primus.

Landſpergii & Ratſamhauſii à Lapide in feudum tenuere. Jeratheus de Ratſamhauſen An. *MCCCCLXXVII.* Johanni de Landſperg, Equiti & Epiſcopi Vicedomino, dominium iſtud ultro deferenti, ſucceſſit. Ratſamhauſii deinceps, quamdiu floruerunt, Girbadam nexu feudali ſervarunt, eique alia quædam feuda Epiſcopalia, vicos nempe *Mundtweiler*, (z) *Artolsheim* & *Hoenheim*, illum Marckolshemio, hunc Argentorato vicinos, junxerunt. Artolshemium ſub Johanne I. Epiſcopo, id eſt, ineunte ſec. XIV. jam poſſederant; Hoenheim cum Ruperti augia poſt Murnhartos, Epiſcopatus Argent. Pincernas, acceperunt. Adelbertus de *Henheym* in charta Baumgartenſi Henrici Ep. An. *MCLXXXVII.* legitur. Seculo ſuperiore Ratſamhauſii à Lapide cum exarüiſſent, Chamlajus, exercituum Franciæ Legatus, regiam primum, dein & epiſcopalem omnium feudorum illorum inveſtituram An. *MDCXCVI.* obtinuit. Chamlajo ſine hærede mortuo, Rohanius Cardinalis atque Epiſcopus Girbadenſia cum Artolshemio genti ſuæ, Hoenheim vero Klingliniis, cum civitatis Argent. vico Illkirch id deinceps commutaturis, contulit.

*Ichtersheim*, in chartis antiquis *Uthratisheim*, (a) *Uchtersheim*, vicus cum caſtro ad Ellum, cujus æque ac vicini Hipshemii trientem Johannes Wildgravius, ſub-advocatus Alſatiæ, cum eum Theobaldus de Bolſenheim in feudum haberet, Leonhardo Baptiſio An. *MCCCCLX.*, vendidit. Alſanius Albertini, de Auſtriaca Domo bene meritus, locum hunc à Leopoldo Archiduce, Argent. Epiſcopo, An. MDCXXIV. reſignata viciſſim quarta Hirtighemii parte, obtinuit, ibique in veteris caſtelli loco novum extruxit.

*Illkirch*, Klingliniorum feudum, An. MDCCXXXV. cum vico Hoenheim permutatum, in civitatis Argent. cui paruerat, territorio deſcribemus.

## §. CCXCVIII.

*Mulhauſen*, vicus prope Ingweiler, à ſeculo IX. jam cognitus. (b) Bes ejus, qui ad Ettendorfios nobiles primum ſpectaverat, ab Epiſcopatu Argent. quadrans cum veteri caſtello à Lichtenbergenſi Dynaſtia pendet, feudalis utraque pars, in qua defuncto Heinrico de Waltenheim, dicto de Mulhauſen, ſocero ſuo, Fritſchmannus de Utweiler & Heinr. de Berſtett An. MCCCCXVII. ſucceſſerunt; ſed ita, ut locum bis mille florenis redimendi jus Reinoldus de Waltenheim ſervaret. Utvillenſes, quibus omnis interea vicus obtigerat, Lamparthemii An. MDI. & hos pacto venditionis, quod Domini directi ratum habuerunt, in Lichtenbergenſi quidem parte, Johannes Bockius de Gerſtheim An. MDXX. & novennio poſt Reinhardus de Rotkenburg, in Epiſcopali idem Reinhardus An. MDXLIX. exceperunt. Rothenburgenſes ergo Mulhuſii dominio otii fruebantur, donec An. MDCCXLIX. ſtirps ipſorum deficeret. Tum vero Epiſcopale feudum collatum eſt Gailiis: Lichtenbergenſe, quod fœminas admittit, per matrimonium nobili Voltziorum illatum familiæ. Mulhauſen &c.

*Obenheim* inter Bockios, Boecklinios & Sickingenſes nobiles partitum. Bockii trientem ſuum An. MCCCCXXXVII. impetrarunt ab Epiſcopo, itemque Sickingenſes per Howarthios de Kirchheim ſuum. Boecklinii pars eſt allodialis. Eccleſiæ Argent. jure Landgravii Alſatiæ inſer. olim compotes fuerant.

*Ramſtein* caſtrum (c) & vicus *Baerenthal*, infra Reichshofium & Oberbronnam ſiti, Botzhemiis ſec. XV. ex femiſſe collati ſunt. Altera pars Dynaſtiæ Lichtenbergenſi adhæret. A caſtro Ramſteinii nobiles, An. MDLXIX. extiucti, nomen mutuarunt. Id ab Argentinenſibus An. MCCCXXXV. expugnatum atque everſum Koenigshovius (d) ſcribit. Partem ſuam Michael Botzhemius Philippo de Ramſtein An. MDXIII. tradidit. (e)

## §. CCXCIX.

*Oſthofen*. Burcardus Reger de Dabichenſtein, Eques, dimidium hunc vicum, in quo caſtellum, Eccleſiæ Argent. à qua pendebat, acceptis trecentis marcis An. MCCXCV. refutavit. (f) Partem caſtri & vici, quæ Egelino, Egenolphi Burggravii de Oſthoven filio, Oſthofen &c.

Y 2

(z) De hoc vide ſupra pag. 219. §. CCXXXVIII.
(a) In bulla Innocentii II. Papæ An. MCXL. Bethomme *Hiſt. Mediani Monaſt.* pag. 286.
(b) Conf. Tom. I. pag. 728.
(c) Aliud hujus nominis eſt in aditu Vileriæ vallis.
(d) *Chron. Alſat.* Cap. V. pag. 322.
(e) Herzog. *Chron. Alſat.* Lib. IV. pag. 196.
(f) Chartular. Argent. membran. num. 162.

filio, defuncto ad Ecclesiam Argent. redierat, Johannes Ep. Wilhelmo Burggravio & Johanni fratri ejus An. MCCCXX. contulit. (*g*) Post Burggravios hos Bockiis sec. XV. & Seebachiis An. MDXLVI. feudum obvenit. Feminas tunc cum etiam admitteret, extincto Joh. Georgio de Seebach, ad Landspergios primum, dein sententia judicis ad Zugmantelios An. MDCXCII. locus tranvit.

*Vendenheim* & Criegesheim villæ Nobilibus ab Ettendorf per Episcopum pro centum & sexaginta marcis obligatæ dicuntur in literis curiæ Argent. An. MCCCXXVIII. Prior vicus alia dein oppigneratione ad Lichtenbergicos, ab his ad Wurmseros atque Urendorfios pervenit. Albertus Ep. An. MCCCCLXXX. cum id reluere vellet, venditum sibi locum fuisse Wurmseri dixerunt. Re ad Senatum Argent. veluti arbitrum delata, hi & Vendenhemium pignus & Meisenhemium trans Rhenum, vicum allodiałem, ab Episcopo receperunt in feudum.

*VVerd* castrum, Werdensium Comitum ante An. MCCXXXII. allodium, dein feudum, (*h*) Episcopo Argent. An. MCCCLVIII. per Oetingenses, Werdensium successores, venditum, (*i*) & per hunc Geroldseckiis Dynastis An. MCCCLXVIII. oppigneratum, à quibus ad Andlavienses pignus transiit, una cum vico *Urenheim* Seebachiis Nobilibus tandem collatum est, quibus Reinachii virtute spei, ab Episcopo pridem impetratæ, circa medium seculi superioris successerunt.

## §. CCC.

Feuda reliqua.

Præter enumerata hactenus Ecclesiæ Argent. feuda, plura sunt alia longe præstantiora, quæ vel jam expolita sunt alibi, vel peculiari quodque loco infra mox exponenda. De Gemaria, Zellenberga & Benvilla, Rappoltsteinensibus Dynastis olim, nunc Palatinis lineæ Bipontinæ Comitibus collatis, in Dynastia Rappoltsteinensi; (*l*) de Bollvilla castro in Dynastia Bollvillana; (*m*) de Herlishemio, castro & oppido, de Schranckenfels, Jungholtz, castris & vico, Schauenburgensi familiæ subjectis; de Freundsteinio & Olvilla arcibus, VValdnerianæ genti adscriptis, nec non de VVasserstelza castro, per Jestettios An. MDLXII. oblato, in Emunitate Rubeacensi, (*n*) in cujus sita sunt finibus, de aliis alibi egimus. Supersest Dagisburgensis Comitatus, Lutzelsteinium, Lichtenberga cum aliis hujus Dynastiæ castris ac vicis, cis & trans Rhenum sitis; supersest Dynastia Schœneckiana, Durckheimiis nobilibus concessa; Hagenfelsium castrum &c. quæ omnia heic indicasse sufficiat. Sigillatim enim tractantur inferius. Addo paucis, quæ præter Lichtenbergica trans Rhenum occurrunt: *Haslach*, *Steinbach*, *Bollenbach* & *VVelsch-Bollenbach*, de quibus Furstenbergenses Principes investiti sunt; *Niederschaffheim*, Bettendorfiorum heredibus nunc obnoxium; *Rueff*, vicus oblatus, ad Bœcklinios pertinet; *Orschweyer*, Brandensteiniorum; *Schleuff*, Berghauptiorum; *Meisenheim*, VVurmseriorum, & *Altorf*, Gailiorum nunc feuda. Dimidia tantum Altorfii pars post Emdingenses Didenhemio & per hujus filias Gailiis atque Reichiis An. MDCLXXXVI. collata est.

# SPIRENSIS EPISCOPATUS TERRÆ.

## §. CCCI.

Episcopatus Spirensis terræ.

Spirensis Episcopatus terras, in Alsatia sitas, Argentinensibus subjungo, quod Ecclesiarum harum dioeceses, ad Selzam flumen se jungunt. Spirenses ditiones per Spirigoviam veteremque Franciæ novæ Ducatum, cis & trans Rhenum, sese late extendunt. Episcopatui, qui antiquitate originis nulli ex Germanicis cedit, in cujus diœcesi Merovingi, Carolingi, & Germaniæ Cæsares tam frequenter versati sunt, patrimonium amplum, quod per tot secula obvenerit, nemo forte mirabitur. Sed & concordia, quæ antiquitus inter Antistitium Spirense & Abbatiam Weissenburgensem viguit, quod ex ea frequenter ad Episcopale solium vocarentur Abbates, fecit, ut, post longum denique seculorum decursum, Paulus III. Pontifex Monasterii hujus, An. MDXXVI. in Ecclesiam Collegiatam conversi, Præpositurarn cum Spirensi Episcopatu

(*g*) Literæ ibid. num. 255. ita: *das Huse zu Ollbovem, mit graben, Wihern, irme teile des dorfes* &c.

(*h*) Vid. supra pag. 231. §. CCXXIII.

(*i*) Ibidem pag. 233. §. CCXXVIII.

(*l*) De Gemaria vid. pag. 111. de Zellenberga pag. 115. de Benvilla pag. 116.

(*m*) Pag. 102.

(*n*) Pag. 87. sq. de Wasserstelza vero pag. 83.

patu An. MDXLV. (o) conjungeret; unde & Præfecturæ VVeiſſenburgo-Mundaticæ (p) duæ ditioni Nemetenſis acceſſerunt Epiſcopi. Nos ex amplo tam venerabilis Eccleſiæ patrimonio nonniſi tres Præfecturas ejus *Lauterburgenſem*, *Madenburgenſem* & *Dahnenſem*, enumeramus, quæ ſitæ ſunt cis Rhenum & Queicham, (q) duasque VVeiſſenburgicas, *Altenſtadienſem* & *Sanct-Remigianam*, eis ſubjungimus.

## §. CCCII.

I. Lauterburg Præfectura.

Lauterburgenſis Præfectura, inter Rhenum, Selzam Queichamque fluvios & VVeiſſenburgum ſita, tria oppida & ſeptendecim vicos complectitur. Lutra interfluens Præfecturam in ſuperiorem inferioremque diſtinguit.

Lauterburg oppidum.

*Lauterburg* oppidum, quod Præfecturæ caput eſt, caſtrum ad Luteram denotat; Lutera nempe ibi jungitur Rheno. Admirabilis ejus pro defenſione Alſatiæ ſitus. *Tribuos*, caſtellum illud Romanum, heic poſui. (r) Marckedo Comes de Lauterburg, Henrici Regis, adverſus patrem Fridericum II. Imp. rebellantis, adjutor, in prœlio An. MCCXXXIV. cum interfectus fuiſſet, Wilhelmus, Germaniæ Rex, Lauterburgum, oppidum & caſtrum, Eccleſiæ Spirenſi dedit. (s) ANNALES COLMAR. ad An. MCCLXXXVI. hæc habent: "Rex Rudolphus obſedit oppidum Luterburg Epiſcopi Spirenſis, aliquot „ ſeptimanis, qui reſiſtere Regi non valentes, ſe Regis gratiæ tradiderunt. „ Rudolfus tum XI. Kal. Maji Tabernis montanis jura civitatis in *caſtris apud Lutterburg* dedit. (t) Bertholdus à Bucheck, ex Spirenſi Argentinenſis Epiſcopus An. MCCCXXVIII. factus, Lauterburgum retinuit, donec Pontifex Rom. id ſuo in Spir. Eccleſia ſucceſſori committi juſſerit. (u) Carolus IV. Imp. caſtrum & oppidum Luterburg inter Eccleſiæ Spirenſis poſſeſſiones An. MCCCLXVI. enumerat. (x) Temporaria Epiſcoporum aliquando ſedes fuerat Lauterburgum, in ſeculi ſuperioris bello à Gallis noſtris diſjectum atque novo dein vallo circumdatum, in quo præſidiarius reſidet miles. Auſtriaci An. MDCCXLIV. in Alſatiam apud Schreckam tranſeuntes, Lauterburgum primum omnium occuparunt. Ad oppidum hoc terminatur vallum illud, foſſa & propugnaculis munitum, quod VVeiſſenburgi, ad Vogeſi pedes, initium ſumit, & per tres leucas ad Lauterburgum uſque procedit; unde & Lauterburgenſe & VVeiſſenburgenſe vallum ſolet vocari. Lauterburgo ad Motræ vicum proficiſcentibus veteris Rheni alvei ripa, profunda ſane, ſeſe offert à dextra. Rhenus, de Alſatico litore quotannis aliquid detrahens, priſtinum alveum repetere videtur.

## §. CCCIII.

Jockgrim oppidum.

Secundum Præfecturæ hujus oppidum eſt *Jockgrim*, in colle ſitum, haud procul à Rheno; quod in memorato Caroli IV. Imp. diplomate An. MCCCLXVI. *opidum Jochgrim* ſcribitur. Arx ibi haud ita pridem renovata; quam advocatus caſtrenſis (*Burgvogt*) Epiſcopi nomine cuſtodit. Homines proprii Spirenſis Eccleſiæ, libertatis cupidi, per anni ſpatium ibidem commorari jubebantur.

Rheinzabern oppidum.

*Rheinzabern*, locus bello & incendiis non ſemel vaſtatus, hodie apertus, inter civitates tamen relatus. In priſcis monumentis ſimpliciter *Zabern*, lat. *Taberne* ſcribitur. Tabernas has *Itinerarium* ANTONINI & *Tabula Theodoſ.* notant. (y) Quadraginta miniſteriales cum publica eccleſia *Ryuzabern*, curtiles cum ædificiis & viginti hubas, Carolus M. Clingenſi Monaſterio, alias Blidenfeld, donaſſe ſcribitur. (z) Zabern cum conductu ſeu pedagio Carolus IV. Spirenſi Eccleſiæ in privilegio laudato adſcribit.

## §. CCCIV.

Præfecturæ hujus, inter Selzam & Luteram, ſequentes ſunt vici.



(o) Bulla Pauli III. primum edita in ſcripto: *Factum tuitionis Præpoſituræ Weiſſenburg. ad Epiſcopatum Spirenſem*, 4to. quod An. MDCCLIII. lucem aſpexit.

(p) *Mundatum* ipſum, quod *inferius* vocatur, poſt Weiſſenburgum deſcribo.

(q) Schannatus, Wormatienſis Epiſcopatus deſcriptor, Spirenſis quoque Epiſcopatus di ionem omnem deſcripturus erat, niſi fata obſtitiſſent.

(r) Tom I. pag. 228.

(s) PHIL. SIMONIS in *Hiſtoria Epiſcopor. Spirent.* pag. 96. Antiquiora hujus rei teſtimonia mihi non ſuppetunt.

(t) Vid. *Orat. de Tabernis Montanis* An. MDCCXXX. Biponti habita.

(u) ALBERTUS ARGENT. *de rebus geſtis Bertholdi Ep.* pag. 169.

(x) Editum Diploma in libello Germ. Epiſcopi Spir. adverſus Electorem Palat. An. MDCCLIII. prodat. pag. 6.

(y) Vid. Tom. I. pag. 129.

(z) In Diplomate Ludovici Pii interpolato.

Vici. *Motheren*, cui vicus *Illingen*, qui jam trans Rhenum eſt, adhæſit, injuria fluminis Alſatiæ ablatus.

*Neuvveiler* unum cum priore parochum habet.

*Scheibenhart.* Meingotus miles de Schibenhart inter Abbatiæ Clingenſis homines teſtis memoratur in charta An. MCCVI.

*Nieder-Lauterbach*;

*Sahnbach*, (olim *Salenbach*;) *Siegen*; *Keidenburg*, communi parochia cum Siegena gaudens.

*Aſchbach*; *Stundvveiler*; *Ober Rædern*, tres vici conjunctim judicium ſuperius (*Obergericht*) vocantur, uni parocho & ſculteto parentes. In ſecundo parochialis eccleſia eſt.

Inter Luteram & Queicham occurrunt: *Büchelberg*, novus in ſilva Apiatia (*Bienvvald*) vicus, qui ab initio ſeculi hujus exſtrui cœpit, propriumque jam parochum habet. *Scheid*, locus egregius. *Hatzenbühl*; *Heyna*, (olim *Heinich*) vicus parochiæ prioris adſcriptus. *Rülsheim*, locus quoque inſignis; *Herxheim*, ol. *Herigsheim*, quadringentis fere familiis conſtans, & *Herxheimvveyer*, Herxhemii in ſacris filia.

Nec ſilenda eſt ampla hujus diſtrictus ſilva *Bienvvald*, quæ cum Lauterburgo Spirenſis Eccleſiæ dominio à pluribus ſeculis ſubeſt, (*a*) multiplici ferarum & arborum copia præſtans. Lauterburg cum ſilva ſeu nemore nuncupato *der Birvvalt* allegatum ſuperius Caroli IV. Diploma quoque enuntiat.

## §. CCCV.

II. Madenburg Præfectura. *Madenburg*, *Magdenburg*, caſtrum, celſo Landaviam inter & Anvillam Vogeſiano monti, cis Queicham, inſidens, per Leiningæ Comites ad Sickingios & Fleckenſteinios Dynaſtas, indeque ad civitatem Landavienſem initio ſeculi XV. pignus devenit. Landeckii nobiles caſtrum hoc, Abbatiæ Clingenſis feudum, cum vicis ſuis, nec non Heidegeii deinceps poſſederunt. Ab his Ulricus, Wirtenbergenſis Dux, Madenburgum An. MDXXV. acquiſivit; idem Epiſcopo Spirenſi, qui Landaviam pignus Cæſari Imperioque nuper reddiderat, quinquennio poſt venditurus. (*b*) Caſtrum à Mansfeldio Comite An. MDCXXII. tormentis quaſſatum, (*c*) à Gallis An. MDCXXXIV. cum Landavia captum, (*d*) An. MDCL. Eccleſiæ Spirenſi pace Weſtphalica redditum, (*e*) & à Monclario, ſagato Alſatiæ Præfecto, An. MDCLXXX. dirutum fuit. (*f*)

Quinque ab eo viculi pendent: *Artzheim*, qui reliquis major. *Eſchbach*, ad pedem arcis Madenburg; *Rauſchbach*. *VValthaubach*. *VValdrorbach*. Sed & huic Dynaſtiæ medio ævo adhæſerant *Nuſſdorff* & *Mulhauſen*, vici prope Landaviam, quorum poſterior interiit, ut in Landavia docetur. Nuſſdorfium Conradus ab Heideck civitati Landaviæ vendidit An. MDVIII.

## §. CCCVI.

III. Dhanenſis Præfect. *Dhan*. Tria ſunt hujus nominis caſtra, quorum unum à vetuſtate, à novitate alterum, tertium à Comite nomen traxit, *Alt Dhan*, *Neu Dhan*, *Græffen Dhan*. Haud longe à fontibus Luteræ in Vogeſo ſita ſunt. Duo priora ad Spirenſem Eccleſiam, poſtremum autem, feudum Palatinum, ad Waldenburgi Barones, dictos *Schenckherren*, pertinent. Novum, quod & *Tauſtein* vocatur, Heinricus à Than lege feudali tenuit, quum à Trevirenſi atque Palatino Electoribus, pacis publicæ, à Franc. de Sickingen & fautoribus ejus turbatæ, vindicibus menſe majo An. MDXXIII. expugnaretur, Epiſcopo Spirenſi poſt ſex hebdomades reſtituendum. (*g*) Viculi Præfecturæ ſunt: *Dhan*, infra caſtra. *Hauenſtein*. *Fiſchbach*, qui reliquis major. *Bruchvveiler*. *Erfvveiler*. *Schindhart*. *Hinder-VVeidenthal*. Quarta Præfecturæ pars, una cum arce *Græffen-Dhan*, Waldenburgiorum

(*a*) Vid. Conſpectus Tom. I. pag. 9.
(*b*) Zeiler *Topograph. Alſat.* pag. 29.
(*c*) Jul. Bilii *Lauros Auſtr.* Lib. VII. pag. 511.
(*d*) Laguille *Hiſt. d'Alſace* Tom. II. pag. 117.
(*e*) Ibid. pag. 193.
(*f*) Ibid. pag. 261.
(*g*) Casp. Sturmii *Relatio Germ. de bello Sicking.* 4to.

giorum feudum Palatinum ; ceteræ Epiſcopatus Spirenſis ſunt ; niſi quod in *Hinder-Weidenthal* Bipontino Duci nonnihil juris etiam competat. Spirenſis hæc Eccleſiæ domania ſunt; ad Weiſſenburgenſia, in Mundato ſita, tranſimus.

## §. CCCVII.

IV. Altenſtad. Præfectura.

*Altenſtatt* vetus oppidum denotat, ſed modo vicus eſt; in Chartis quoque *vetus villa* nuncupatus. (*h*) In Breviario rerum fiſcalium Caroli M. apud Eccardum (*i*) villa pagi Spirenſis *Tatteſtatt* pro Altſtatt legitur. Locus à Gallis noſtris ſeculo hoc cinctus eſt vallo ; quod longiori illi vallo Lutrenſi incluſum. In hoc, ut & reliquis Abbatiæ olim Weiſenburg. locis jus Advocatiæ, (*l*) quod Imperatores ſibi vindicaverant, Henricus VII. Abbatiæ An. MCCCXI. reſtituit. (*m*)

*Schweighofen* & in ſacris & in civilibus cum Altenſtatt jungitur.

*Schleithal* vicus, à longitudine ſua *Langen-Schleithal* vocatus, trecentos prope focos continuit.

*Ober-Seebach*, vicus quoque egregius. In hoc & ſuperiore vico Schleithal frequens religionis mutatio occurrit. Ab An. MDLXXXIX. uſque ad An. MDCLXXIX. loca hæc reformatæ religioni fuerunt aſcripta. Cum autem Germersheimenſis Præfectura à ſenatu Reunionum Alſatiæ Regi An. MDCLXXX. adjudicaretur, cultus ille & hic abolitus; An. MDCLXXXI. reſtitutus eſt ; poſt quadriennium denuo abrogandus. An. MDCCVIII. reductus, annoque ſequenti abolitus.

## §. CCCVIII.

Fata ejus.

In Præfectura hac Weiſſenburgenſe Capitulum decimas poſſidet, atque jus patronatus exercet. Carolus IV. Imp. Weiſſenburgenſem atque Emunitatis advocatiam VVilhelmo Præpoſito Erlac. An. MCCCLX. oppigneravit, hac tamen conditione, ut Præfecto Hagenoenſi fidelitatis juramentum præſtet. (*n*) Ita Sigiſmundus, nec non Carolus V. & Ferdinandus I. Imperatores quatuor illa, quæ nominavimus, loca cum Weiſſenburgenſi civitate Advocatiæ provinciali Alſatiæ annumerarunt. Maximilianus I. Imp. eadem cum hac Advocatia Philippo Electori Palat. belli Bavarici occaſione, An. MDIV. abtulit, ſibique & Imperio retinuit; in Comitiis Wormatienſibus An. MDXXI. demum Ludovico Electori reſtituenda. Ludovicus in transactione, eodem anno cum Rudigero Abbate Weiſſenburg. inita, dimidiam iſtorum quatuor vicorum partem ei reddidit; alteramque dimidiam partem ab eodem in feudum maſculinum recepit, remque adeo in eum, in quo ante bellum Bavaricum fuerat, ſtatum reduxit. (*o*) Duſſeldorpiana denique conventione, inter Jo. Guilielmum, Electorem Palatinum, & Jo. Hugonem, Electorem Trevir. qui & Epiſcopus Spirenſis fuit, d. 9. Jul. MDCCIX. inita, eadem dimidia pars Palatina ad Præpoſitum Weiſſenburgenſem rediit; qui in compenſationem ejus viciſſim juribus ſuis, quæ in dimidiam partem Landeckianæ Advocatiæ habuerat, renuntiavit.

Præter quatuor hæc loca ad Altſtadienſem Præfecturam alii quatuor vici referuntur, in valle Schlettenbach ſiti, nempe *Schlettenbach*, *Bobenthal*, *Bobrenbach*, *Finſtenheim*, quibus unus ſcultetus præeſt. Vicum Bobenthal feudi imperialis nomine Abbatia An. MCCCLIII. acquiſivit, Carolo IV. indulgente, ut Johannes à Thann, ad quem ſpectaverat, illum venderet. Dimidiam vallis omnis partem ab An. MDXXII. Palatinus Elector ut pignus poſſedit, quæ Duſſeldorpiana quoque conventione An. MDCCIX. ad Præpoſituram rediit.

## §. CCCIX.

V. San-Remig. Præfectura.

S. Remigii caſtrum, unde Præfecturæ nomen, ſemileuca Weiſſenburgo diſtans ad ortum, vulgo *S. Rymen*, unum ex IV. caſtellis eſt, quæ ceu propugnacula Abbatiam defenderant. Hoc una cum adlærentibus vicis per Palatinos aliquando Abbatiæ ereptum Maximi-

(*h*) In Diplom. Henrici VII. Imp. An. MCCCXI. apud Laguille *Province* pag. 60.
(*i*) *Comment. Franc. Orient.* Tom. II. pag. 904.
(*l*) *Die Kaſten-vogtey.*
(*m*) Diploma apud Laguille loco cit.
(*n*) Diploma apud Glafey *Anecdot.* num. 196.
(*o*) Laguille *Probat.* pag. 113.

Maximilianus I. Imp. An. MDIV. eidem reſtitui curavit, jus aperturæ ſibi ac Imperio ſtipulatus. (*p*) Caſtrum dirutum eſt; at vallum ejus reſtauratum & foſſa. Præfidiarius Weiſſenburgi Præfectus oppidum & hoc caſtrum procurat; longo illi Weiſſenburgo-Lauterburgenſi vallo incluſum.

Tres Præfecturæ hujus vici ſunt, *Steinfeld*, *Klein-Steinfeld* & *Kapsweyer*; quibus unus parochus & ſcultetus præſunt. Advocatiam & homines eorum Fleckenſteinenſes Dynaſtæ à Cæſare in feudum, aliique à Fleckenſteiniis in ſub-feudum habuerunt, donec omnium conſenſu Abbatiæ Weiſſenburgenſi An. MCCCLXVIII. jura hæc venderentur. (*q*) Bona, Eccleſiæ Spirenſi per Cunonem Comitem in Steynfeld tradita, Otto II. Imp. An. DCCCCLXXXII. confirmavit. (*r*)

## §. CCCX.

Caſtra alia deſtructa.

Præter San-Remigianum caſtrum, verſus orientem ſitum, Abbatia hæc Princeps tria alia olim propugnacula, ad reliquas orbis plagas ſita, & à Monaſterio haud procul diſſita, habuit; quibus ſingulis Abbas Præpoſitum præfecit, unde IV. Præpoſituræ.

San-Remigiano itaque caſtro caſtrum *S. Germani* ſuccedit, quingentis à civitate paſſibus ad occidentem diſtans, quod in ruinis pridem. (*s*) Vicedomini nobiles in feudum id tenent. Supereſt ibi curia, à veteri caſtro plane diſtincta.

*S. Pauli* munimentum tertium, & quidem boreale, ab Edelino Abbate ſec. XIII. ſuperſtructum eſt colli, in quo everſum hodieque viſitur. (*t*) Steincallenfelſii nobiles inter feuda ſua Weiſſenburgenſia id computant.

Caſtellum *S. Pantaleonis*, vel *Quatuor Turres*, (*Vier Thürn*) ad meridiem ſitæ, à Friderico I. El. Palat. poſtquam per totam fere hyemem An. MCCCLXX. Weiſſenburgum inde vexaſſet (*u*) everſæ ſunt. (*x*) Caſtris his vici pedetentim acceſſerant, quod duo Inſtrumenta An. MCCCLX. nobis indicant, quibus Henricus de Fleckenſtein *Schweigen*, *VVyler*, *S. Germen*, *VVidelbrun*, & *Vier-Thürne* vicos, prope Weiſſenburgum ſitos, civitati huic pro trecentis ſupra mille florenis vendidit, idque Carolus IV. Imp. à quo, ut feuda Imperialia, pendebant, validum pronuntiavit. Præter duos vero caſtrorum iſtorum vicos Weitelbrunnum quoque interiit, qui cum ceteris tractu temporis in civitatem, ut videtur, translati ſunt. Ex illis ſoli *Schweigen* & *VViler* etiamnum ſuperſunt, Weiſſenburgo hodieque adſcripti.

San-Walpurgenſia.

Præpoſituræ Weiſſenburgenſi, quæ Spirenſi Eccleſiæ An. MDXLV. juncta eſt, anno ſequenti acceſſit Abbatia Ord. S. Benedicti in ſilva Hagenoenſi, S. Walpurgi dicata, duobusque vicis *VValpurg*, *Dürrenbach* & villa *Laubach* dives. Hæc bello ruſticano An. MDXXV. male habita cum fuiſſet, adminiſtrationem ejus Rudigerus, ex Abbate Weiſſenburgenſi Præpoſitus, annuentibus Carolo V. & Friderico Palatino Electore, Præfecto tum Hagenoenſi, ſuſcepit. Paulus III. denique An. MDXLVI. eandem Abbatiam Weiſſenburgenſi Præpoſituræ adjunxit; at An. MDCLXXXIV. Regii Alſatiæ Senatus decreto junctio hæc rupta, & triennio poſt Abbatia ab Epiſcopo Argent. Seminario Eccleſiæ Argent. juncta. Junctio litteris patentibus eodem anno à Rege firmata; quæ literæ ſupremi Alſatiæ Senatus inſertæ ſunt actis.

## §. CCCXI.

VI. Feuda Eccleſ. Weiſſenburg.

Addo jam, quæ à Præpoſitura VVeiſſenburg. nexu feudali pendent, caſtra, vicos & oppida, cis & trans Queicham Rhenumque ſita, quæ a pluribus ſeculis Abbatis Principis beneficio illuſtriſſ. Imperii Principes variique Nobiles poſſident.

Arnsberg caſtrum.

*Arnsberg* caſtrum minus, (*y*) Ochſenſteiniis collatum, Abbatia VVeiſſenburg. ſub Carolo IV. Imp. recuperavit, qui ad Senatum Argent. An. MCCCLXI. ſcripſit, ut curaret, ne Johannes de Ochſenſtein, Chorepiſcopus Argent. poſtquam res judicio diremta eſſet, caſtrum illud diutius retineret. Inde Adelsheimiis nobilibus id largitus eſt Abbas, quorum inveſtituræ An. MCCCCLXXXIII. & MDLI. proſtant.

*Altorff*

(*p*) Charta tabularii Weiſſenburg. Eccleſ.
(*q*) Charta ibidem.
(*r*) *Gall. Chriſt.* Tom. V. col. 720.
(*s*) Herzog. *Chron. Alſat.* Lib. X. pag. 213.
(*t*) Conf. idem loco cit.
(*u*) Trithemius *de rebus geſtis Friderici Palat.* pag. 42.
(*x*) Herzog. loco cit.
(*y*) Arnsberg aliud majus Lichtenbergenſis Dynaſtiæ extitit.

*Altorff* caſtellum Cuno de Altorff, qui & aliis feudis minoribus gaudebat, An. MCCCCLXVIII. obtinuit, ſed non primum.

*Barbelſtein*, caſtrum in Vogeſo trans Luteram, ab Argentinenſibus & Hagenoenſibus An. MCCCXIV. expugnatum, (*z*) peculiaris Dynaſtiæ caput eſt, quam VValdenburgii nobiles nunc poſſident. Otto de VVeingarten caſtrum *Berwarſtein*, feudum imperiale, Abbatiæ Weiſſenb. An. MCCCXLVII. vendidit. Abbas tamen à Ludovico Bav. & Carolo IV. An. MCCCXLVIII. id in feudum recepit; ſed & pollicitus eſt Abbas, nullum inde damnum Argentinenſibus illaturum ſe unquam. Joh. à Dratt, Electoris Palat. Mareſchallus, Barbelſteinium denique cepit atque evertit. (*a*) An. MCCCCLXXXV. Philippus Elector caſtrum hoc cum Schlettenbach & Bobenthal, nec non hominibus quibusdam in Bundenthal, Drattio conceſſit in feudum. (*b*) Poſſeſſores ejus, æque ac alii Emunitatis Nobiles, per Emunitatem venandi, piſcandi ſimilibusque aliis juribus, ex privilegio Maximiliani I. Imp. An. MCCCCXCIX. gaviſi ſunt. Barbelſtein caſtrum.

## §. CCCXII.

*Scharffenberg* caſtrum ſitus ignoti, à nobili viro Joh. de Cabilone, Domino de Arlato, reſignatum, Albertus I. Imp. Nicolao de Spira, aulæ ſuæ protonotario, cum villis & juribus ejus quibuscunque in feudum imperiale An. *MCCCVII.* Francofurti contulit. Id cum integrum mox ad Imperium rediiſſet, Abbati Weiſſenburgenſi à Ludovico Bav. An. *MCCCXXXV.* injunctum, ut bona ab eo quocunque modo alienata pro Imperio repeteret. Anno ſequenti Ruperto Palat. in mandatis Cæſar dedit, ut caſtrum hoc Abbatiæ Weiſſenburg. conferret in feudum, de quo Ludovicus Imp. ipſe Eberhardum Abbatem An. *MCCCXXXIX.* Spiræ inveſtivit; quod & à Carolo IV. novennio poſt ibidem factum. Palatini An. *MCCCCLX.* jam ejus potiti fuerant, quo Ludovicus Niger, Gemini-Pontis Dux, id Friderico I. Elect. reſignavit, ad Bipontinos tamen brevi reditурum. Rupertus, Ludovici Nigri nepos, ſtirpis Veldentinæ auctor, per Rudigerum Abbatem de illo inveſtitus eſt An. MDXXXIV. Scharffenberg caſtr.

*Hoffen*, *Weisheim*, *Laubsheim*, *Rode*, *Cleeburg*, *Steinſelz*, *Oberhofen*, nec non *Hagenbach*, *Bergen*, *Pfortz*, & *Forlach*, in Palatinis, vel Electoralibus, vel Bipontinis, quibus hodieque annumerantur, uberius mox explico. Palatina alia.

Eberſteinenſes Comites ſæpius de *Pfaffenhofen*, *Ringendorff*, *Ober-Motherern*, *Bitſchhofen*, *Eckendorff*, *Kirweiler* &c. per Abbates Weiſſenburg. ſec. XV. & ſq. inveſtiti fuerunt, de quibus in Dynaſtia Lichtenbergenſi, cui loca illa adſcripta ſunt, agitur. *Forbach* caſtrum ad Murgam Wilhelmus Comes Eberſtein. An. *MCCCLXI.* Eccleſiæ Weiſſenburg. feudum recognovit. Eberſteinenſia.

## §. CCCXIII.

Sed & feuda, ab eadem Præpoſitura pendentia, tenet Domus Badenſis, *Oppenheim* oppidum, *Oberdorff*, *Elchesheim*, *Moerſch*, *Au*, cum jure patronatus. Duo priora loca Fridericus Marchio Bad. & Agnes uxor ejus Eccleſiæ VVeiſſenburg. An. *MCCCXVIII.* in feudum obtulerunt, accepta viciſſim proprietate vici *Malſch*, quem hactenus feudali conditione tenuerant. *Gretzingen*, caſtrum & vicum, de quo eidem Friderico Marchioni eodem anno controverſia fuit cum fratribus ord. S. Johannis Jeroſol. non inſcio Abbate & conventu Weiſſenburg. decidenda. *Sellingen* five *Selldingen*, cum jure patronatus. *Reuchingen* & *Ober-Mœmheim* caſtra, quorum poſterius Nobiles à Rieppurg in ſub-feudum tenent. Iisdem annumerantur feudis caſtruum *Frendenſtein*, duoque vici *Unter-Mœmheim* & *Roſſwage*, cum jure patronatus eorum, quæ Badenſibus licet collata ſint, Wirtenbergenſis Dux poſſidet. Badenſia &c.

Leiningenſes Comites *Grunſtadium* oppidum, *Aſſenheim*, *Sanſenheim*, *Oberckeim*, *Kirckheim*, *Schweigen* & *VVeiſſheim* vicos, An. *MCCCCIV.* nec non poſtea *Hergesheim* aliaque ab Eccleſia Weiſſenburg. petierunt in feudum. *Hockhuniſen*, caſtrum & vicus ad Nicrum, antiquum Horneckiorum de Hornberg feudum, de quo viginti quinque literæ inveſtituræ ad An. MDLIII. numerantur. *Ober-Eislingen* & *Danſtatt* Phil. Franc. de Hoheneck An. *MDCLVI.* recepit. Trans Queicham hi fiti ſunt vici. Leiningenſia.



(*z*) Kœnigshov. *Chron. Alſat.* pag. 318.
(*a*) Herzog. Lib. X. pag. 213.
(*b*) Charta in Tabular. Fleckenſtein.

## TERRÆ PALATINO ALSATICAE.

### §. CCCXIV.

Origo & incrementa ditionis Palatinæ.

Alſaticis Epiſcopi Spirenſis terris Palatinas ſubjungo, quod utræque paſſim inter ſe mixtæ, imo & nonnullæ vel ex Palatinis Spirenſes, vel ex Spirenſibus Palatinæ devenerunt. Pleræque immediatæ olim, Palatinis Comitibus vel in pignus vel in feudum traditæ, vel Eccleſiaſticæ fuerunt. Mediatæ quædam, ſeu emtionis, ſeu & feudi, heredi-tatis vel & armorum jure, ad eos tranſierunt, ita ut Palatinæ in Alſatia inferiore ditiones cis Queicham amplitudine ſua cum Auſtriacis ſuperioris Alſatiæ fere poſſint comparari. Inter Imperii pignora Germersheimium, Gutenbergam, Neocaſtellum, VVeglenburgum, Trifelſium, Anvillam, Billighemium, Selſam, cum diſtrictibus ſuis, nec non Advocatiam Alſatiæ provincialem, ſeu Præfecturam Hagenoenſem, atque Barrenſem Dynaſtiam deprehendimus. (*c*) Pignoribus acceſſerunt feuda Cæſarea, Hagenbacenſis Advocatia & Dynaſtia Rupenſis, Barrenſi contigua, illa Electoribus, hæc Palatinis Veldentinæ lineæ Comitibus collata. Tabernas montanas autem cum Comitatu Bipontino, Biſchvillerenſem præfecturam, Birlenbacum aliaque, diverſo Palatini coemerunt tempore. Cleburgum VVeiſſenburgenſis, (*d*) Landeckium Clingenſis, Abbatiarum; Lutzelſteinii Comitatus vero (*e*) pars Argentinenſis Eccleſiæ feuda ſec. XV. fuerunt acquiſita.

S. Crucis oppidum, Auſtriacis per Argentinenſes Præſules oppigneratum, armis ſuis diu quoque retinuerunt Palatini, (*f*) neque dubium, quin illud retinuiſſent diutius, niſi bellum iſtud Bavaricum, Palatino Electoratui, ſi quod unquam, fatale, An. MDIV. ſecutum eſſet. Tum enim Maximilianus I. Imp. Philippo, quem proſcripſerat, Electori tantum fere abſtulit terrarum, quantum patruus ac deceſſor ejus Fridericus Victorioſus ſuæ acquiſiverat genti. Tum amiſſa Advocatia provincialis, amiſſa feuda VVeiſſenburgenſia ac Barrenſis Dynaſtia, amiſſum S. Crucis oppidum, ac præter alia Cleburgum atque Landeckium in Alexandrum, Ducem Palatino-Bipontinum, qui ſtrenue juvaverat Cæſarem, fuerunt translata. Præfecturam Hagenoenſem, quæ penes Imperatorem remanſerat, Philippi quidem filius, Ludovicus Pacificus, Caroli V. Imp. beneficio recuperavit, ſed & eandem Ludovici hujus frater, Fridericus III. Elector, Ferdinandi I. Imp. cupiditate perdidit; jacturam occupatione Eccleſiarum quarundam mox reparaturus. Hic enim Selſenſis, Clingenſis, Hertenſis ac Uterinæ vallis, Abbatiarum & Collegiatarum loca atque dominia, præclara ſane, quorum Advocatus fuerat, An. MDLX. ſibi vindicavit. Ita in Rupenſis Dynaſtiæ locum, quæ ſtirpis Veldentinæ defectione An. MDCXCIV. alienas in manus pervenit, locuples Rappoltſteinenſis hereditas, ad Palatinos lineæ Birckenfeldenſis Comites delata, (*g*) ſucceſſit.

Præmiſſa jam hac tabula generali, quæ Palatinarum opum in Alſatia incrementa cum varia ipſorum natura ſiſtit, ad ſingula deſcribenda progredior, ita quidem, ut Palatino-Electorales primo, dein Palatino-Bipontinas, qui duo nunc rami ſuperſtites omnia poſſident, ſim expoſiturus.

## I. PALATINO-ELECTORALES.

### §. CCCXV.

Corpus.

Quæ Palatinus Elector cis Queicham poſſidet, cum nonnullis trans Queicham, in unum Præfecturæ majoris corpus redactæ ſunt, quæ ab oppido principe Germersheimenſis vocatur, in decem Præfecturas ſubdiviſa minores, hoc modo:

I. Germersheim, II. Hert, III. Hagenbach, IV. Sels, V. Billigheim, VI. Clingenmunſter, VII. Landeck, VIII. Birckenhert ac Mechtersheim, IX. Vallis Sibeldingen, & X. Uterina vallis. Germersheimio itaque Rhenum aſcendendo ad Selſam, dein à flumine hoc progrediendo ad Vogeſum, quo hic poſita ſunt ordine, ſingula deſcribo.

§. CCCXVI.

(*c*) De his Imperii pignoribus conf. ſupra pag. 7. not. (*b*)
(*d*) Vid. pag. præced.
(*e*) De quo infra inter Comitatus.
(*f*) Conf. ſupra pag. 89.
(*g*) Vid. ſupra pag. 108. ſqq.

## §. CCCXVI.

*Germersheim*, oppidum olim imperiale cum caſtro, cujus rudera ſuperſunt. Queichæ, Rheno ſe jungentis, ſiniſtra pars oppidum alluit. Romanorum Vicus Julius huc referendus, (*b*) nomenque præſens à Germerio quodam Dynaſta ei impoſitum videtur. (*i*) Caſtrum antiquius civitate, quam Rudolphus Imp. An. MCCLXXVI. conſtruxit, iisdemque, quibus Spira utebatur, privilegiis ornavit; (*l*) in ea ſe aliquando moriturum quaſi fato præmonitus. Qua via locus ad Palatinos Comites pervenerit, TOLNERUS (*m*) ſe ignorare fatetur. At ſupereſt charta, qua Ludovicus Bavarus Imp. Rudolpho atque Ruperto fratribus, Palatinis ad Rhenum Comitibus, ſuisque ex fratre nepotibus, Germershemium, caſtrum & oppidum, cum aliis Imperii terris An. MCCCXXX. pignori dedit; (*n*) nonniſi vigeſimo quinto poſt anno ex Conradi de Riffenberg manibus redimendum. Novam juxta oppidum arcem Fridericus II. Electo excitavit, quæ à conditore Friderici collis (*Friderichs-Bubel*,) appellata. (*o*) Collegiatam feminarum, quæ heic floruerat, Fridericus III. Elector abrogavit An. MDLX. (*p*) In Monaſterienſi pacificatione Claudia Archiduciſſa Germersheimium petiit, ſortem reddiura, pro qua Palatinis tradita fuerat. Sacra Catholica heic & in omnem fere Præfecturam An. MDCLXXXV. à Gallis reducta. Germersheim oppidum.

Præfecturæ huic X. vici, quatuor trans Queicham, cis eam quinque, & unus trans Rhenum, juncti ſunt. Trans Queicham *Weingarthen*, *Bobingen*, *Klenſiſchlingen*, *Zeisheim*, vulgo *Zeiskam*. Cis Queicham *Sondernheim*; *Hort*, ſive *Hardt*, ubi ingenuus quidam homo Hermannus (Comes de Spiegelberg) monaſterium ord. S. Auguſt. An. MCIII. inſtituit, in *allodio* nempe ſuo *Herthi*. *Belheim* vicus, in charta fundationis monaſterii Hertenſis *Bellenheim* dictus, à Carolo Marchione Badenſi ad Palatinos eodem, quo Germersheimium, modo An. MCCCLXIII. tranſiit. (*q*) *Knittelheim*; *Ottersheim*; qui in eadem fundationis Hertenſis charta *Otmersheim* ſcribitur. Trans Rhenum *Dettenheim* vicus. Vici.

## §. CCCXVII.

Præpoſitura Hertenſis, cum cæteris Præfecturæ Germersheimenſis Abbatiis & Capitulis An. MDLX. ad ſeculum revocata, vicos *Leimersheim*, *Knart* & *Neu-Pfortz* complectitur; vico Hert, ubi poſt Monaſterium Præpoſitura fuerat, ad Germersheimenſem diſtrictum relato. *Leimersheim*, caſtrum & villam, nec non *Kuhart* & *Winden* villas, Eberſteinii ac Bipontini Comites ab Epiſcopatu Spirenſi, Fleckenſteinii ab illis, in feudum tenuerunt. Conſenſu omnium loca hæc Cœnobio Hertenſi An. MCCLXX. vendita ſunt. Winden Bipontini juris nunc eſt. Dimarus ingenuus de *Leimersheim* in Godefridi Ep. Spir. charta pro monaſterio Uterinæ vallis An. MCLXIV. enuntiatur. *Cohart* fundationis Hertenſis inſtrumentum prodit. Ante Risvicenſem pacem Ratabonus, Suffraganeus primo Argent. inde Yprenſis Epiſcopus, cujus ope Catholicæ religionis cultum incolæ receperunt, hac omni Præpoſitura, Papæ Regisque dono, gaviſus eſt. (*r*) II. Hertenſis Præpoſitura.

## §. CCCXVIII.

*Hagenbach*, caſtrum & oppidum. Hoc Eccleſiæ Spirenſi, vicus cum adhuc ſuiſſet, per Ludovicum, Germaniæ Regem, Francofurti An. DCCCXLVIII. traditum eſt. (*s*) Inde ad VVeiſſenburgenſem delatum, jura civitatis à Rudolfo I. Imp. accepit, ſalvis tamen, quod peculiari diplomate An. *MCCLXXXI.* idem Cæſar declaravit, Abbatiæ juribus. Advocatiam (*Vogtey*) in Hagenbach à nonnullis Imperatoribus uſurpatam, Henricus VII. An. MCCCXI. eidem Abbatiæ reſtituit. (*t*) Advocatia hæc Eberſteinii Comitibus in feudum deinceps collata, Palatinoque Electori An. MCCCLXI. vendita eſt; III. Hagenbac. Advocatia.

Z 2

(*b*) Tom. I. pag. 230.
(*i*) FEBRERI *Orieg.* Part. II. Cap. XVI.
(*l*) Charta Rudolfi XV. Kal. ſept. Wormatiæ data in archivo Argent. ita: *Dieweil wir ein uterre Statt by unſer lang Germersheim haben thun bauwen, ſo haben wir ... alle derſelben Statt burger u. inwoner begabt mit den rechten, freyheiten u. gnaden, damit die Statt Speyer begabt iſt &c.* Rudolfus An. MCCXCI. d. 15. Jul. Germersheimii obiit. Roo *Annal. Anſtr.*
(*m*) *Hiſtor. Palat.* Cap. II. pag. 65.
(*n*) Vid. *Electa juris publ. Palat.* Part. II. pag. 156.
(*o*) TOLNERUS loco cit. pag. 77.
(*p*) *Electa* alleg. pag. 141.
(*q*) Ibid. pag. 160.
(*r*) Scriptum Gall. *de clauſula pacis Riſvic.* apud CORTREJUM in *Corp. Juris publici* pag. 50.
(*s*) LEHMANN *Chron. Spir.* Lib. III. Cap. XLIV.
(*t*) LAGUILLE *Probat.* pag. 60.

eſt; (*u*) ita quidem ut feudum imperiale evaderet, de quo Carolus IV. eodem anno Rupertum inveſtivit Electorem. (*x*) Hagenbacum ſcilicet paulo ante, una cum Selſa, juſſu Imperatoris expugnatum, ac dejectis ejus munimentis, pacis publicæ hoſtium quod fuiſſet latibulum, in Advocati provincialis Alſatiæ poteſtatem fuerat redactum.

Vici. Cum Hagenbacenſi advocatia juncti ſemper fuerunt vici *Bergen*, *Pfortz* & *Forlach*, quorum poſtremus, olim *Forrenlach* dictus, Rheno ablatus eſt. Nomen habuit à rivulo, qui inter Hagenbacum & Tabernas Rhenum ingreditur. Judicium ac decimas ejus Abbas Weiſſenburg. Luitfrido de Kinsbach, dicto Nagel, An. MCCCCLXXXV. poſtque Nagelios Altorfiis An. MDXXV. in feudum dederat.

Præterea vicus *Wœrds*, ſive *Werth*, Rheni alluvionibus è loco quoque ſuo ſubmotus; itemque *Neuburg* & *Neuburgweiler*, qui trans Rhenum eſt, Hagenbacenſi huic diſtrictui annumerantur. Neoburgum, caſtro & Abbatia olim inſigne, id ſingulare habet, quod è ſolo Germanico, cui An. MDLXX. adhuc inſederat, (*y*) in inſulam, deinceps in Gallicam Rheni ripam, brevi temporis ſpatio, rejectum fuit. (*z*) Ortelius per Neoburgum hoc Romanorum Noviomagum intelligi, male putaverat. In diviſione Palatinatus Rhen. inter Ruperti Imp. filios Neoburgum caſtrum Ludovico Elect. An. MCCCCX. obtigit. (*a*) Abbatiæ bona Fridericus III. Elector occupavit An. MDLX. (*b*)

## §. CCCXIX.

IV. Selſenſis Præpoſitura. Abbatiæ Selſenſis patrimonium, quod ad Palatinos Electores tranſiit, ab inſtitutrice Adelheide, Ottonis M. Imp. conjuge, *Proprium Adelheidis* ſtylo publico dicebatur; tractus bileucæ ſecundum Rhenum in longum, uniuſque leucæ in latum; Selſam maxime oppidum cum omni ejus territorio, jurisdictione, decimisque complectens. Otto M. uxori ſuæ, hæc vero Abbatiæ An. DCCCCLXVIII. hunc tractum omnem donarunt. (*c*) Ex terra itaque libera Imperiali per Adelheidam mediata & eccleſiaſtica evaſit, in utramque Rheni ripam excurrens. Quatuordecim ad proprium hoc Adelheidis loca, ſeu bona potius, in iis ſita, ſpectabant, cis Rhenum novem, quinque trans Rhenum, quorum duo Rhenus delevit. Loca cis Rhenum fuerunt *Selſa* oppidum, *Keſſelbach*, *Nider-Radern*, *Crepern* ſeu *Kreitweiler*, *Eberbach* ſeu *Neudorff*, *Ober-Lauterbach*, *VVinzenbach*, *Munchhauſen*, *Schaffhauſen* & *Neu-Beinheim*; trans Rhenum autem *Bitterſdorff*, *Otterſdorff*, *VVintersdorff*, *Thunhauſen* & *Muſſenheim*. In omnibus his villis Adelheidis decimis, ſilvis aliisque bonis, at non ubique jurisdictione, quod communiter creditur, gaudebat, uti ex placito anni MCCCX. apparet. Selſenſe territorium cum Abbate Monaſterii, Domino ſuo, in principale ſaſtigium paulatim evectum eſt. Henricus VII. Imp. Johannem, Abbatem Selſenſis Eccleſiæ, Principem ſuum, & terras, quibus præfuit, Principatum An. MCCCIX. nuncupavit, " regalia feuda *Principatus*, " quem obtinet, ſibi de regia liberalitate concedens, & adminiſtrationem temporalium " & jurisdictionem plenariam *Principatus* ejusdem Eccleſiæ prænotato Abbati com" mittens. " (*d*)

Antiquiſſimi Abbatiæ Selſenſis Advocati, Marchiones Badenſes, ex bonis, quæ trans Rhenum ſunt, multa obtinuerunt. Fleckenſteinii, Badenſium ſucceſſores, quinque cis Rhenum vicos in feudum habuerunt. Palatinus Elector, Advocatiam quoque poſtremum adeptus, quæ reſtabant, cum ipſa Abbatia ſeu Collegiata, in quam An. MCCCCLXXX. converſa eſt, An. MDLX. ſibi vindicavit, poſtquam Selſenſi oppido, privilegiis Cæſarum inter liberas & imperiales Alſatiæ civitates relato, pignoratitio jure fuiſſet pridem potitus. Ita Selſenſis ille Principatus diſcerptus, & nobilior ejus pars Germersheimenſi Electoris Palatini Præfecturæ adjecta eſt. Hæc autem Selſam cum duobus vicis Munchhauſen & Keſſelbach comprehendit, de quorum fatis peculiaris inſtituendus jam ſermo.

## §. CCCXX.

(*u*) Charta ibid. pag. 61.
(*x*) Charta ap. Tolner. *Cod. Diplom. Palat.* num. 157.
(*y*) Teſte Tabula Geograph. Speck'inii.
(*z*) Ferrerus *Orig. Palat.* Part. II. Cap. XVI.
(*a*) Tolner. *Cod. Diplom. Palat.* num. 205. pag. 171. ubi *Neuenburg die veſte auf dem Rhein geitzen mit dem flecken dafur.*
(*b*) *Electa juris publ. Palat.* Part. II. pag. 141.
(*c*) Inſtrumentum apud Ferrerum *in Orig. Palat.* Lib. II. Cap XVI. pag. 82. Donatio Adelheidis quidem non exstat, ſed res ipſa loquitur.
(*d*) Datum diploma Columbariæ III. Kal. Nov. MCCCIX.

## §. CCCXX.

Selsa civitas

Selsa sub Romanis statio militaris, (*e*) sub Francis castrum, (*f*) sub Germanis per Adelheidam Ottonis M. Imp. uxorem sec. X. locus conversus in oppidum, quod libertate gauderet Romana, id est, legibus regeretur Romanis; cui novam simul ord. Bened. Abbatiam virorum illa adjecit, id quod Odilo, (*g*) Biographus Adelheidæ, & Ditmarus Merseburgensis (*h*) testantur. *Suletio* Romanis, *Selsa*, *Selse*, medio ævo appellata. Rhenus, oppido huic & ripæ finistræ pridem insidiatus, loco suo id dimovisse videtur, ita ut Monasterii Selzensis locum Rheni alveus jam occupet. In Germanicam Rheni ripam tamen, quod vulgus existimat, (*i*) nunquam transiit Selsa. Sub Germanis quater ea mutavit dominationis faciem, unde quatuor ejus oriuntur periodi. Prima ab Adelheide ad Badenses Marchiones, quibus oppignerata fuit; secunda à Badensibus ad Præfectos Hagenoenses, tertia à Præfectis his ad Palatinos Electores; quarta vel Palatina ad nostra usque tempora, procedunt.

An. DCCCCXCIII. Otto III. Imp. mercatus liberi, & telonii instituendi privilegium cum jure monetandi Abbatiæ Selsensi concessit. An. MCXXXIX. Conradus III. Imp. V. Kal. Jun. Selsenses in ea, qua Spirenses, libertate manere jussit Argentorati, salvis tamen Abbatis banno, teloneo atque moneta. Testes privilegii fuerunt Fridericus Dux Sueviæ & Hermannus Advocatus loci, qui Marchio Bad. haud dubie fuit. Fridericus I. Imp. Maurimonasterii oppido An. MCLXIII. & Hospitali Hagenoensi An. MCLXXXIX. privilegia concessit Selzæ. An. MCCXIII. Fridericus II. cives Argent. à teloneo, per Rheni alveum de mercibus ipsorum apud *Selsam* exacto & exigendo, declaravit immunes. (*l*)

## §. CCCXXI.

Badensis jurisdictio.

An. MCCLVIII. cives Argent. Monasterium Selsense, in quod nonnulli ipsorum inimici se receperant, incendio vastarunt. Hinc Pontificio fulmine icti damna illata compensare coacti sunt. (*m*) At decennio post Argentinensis & Spirensis Episcopi, Comites Leiningenses, Wernherus de Bolandia, Fr. de Fleckenstein & civitas Argent. in suis ante Selsam castris de obsidendi ac destruendi hujus oppidi modo convenerunt, quod Rudolpho, Marchioni Badensi, oppigneratum tunc fuit. (*n*) Oppignerationis hujus mentio quoque apud Herzogium. (*o*) Durante obsidione Rudolphus Marchio cum aggressoribus inducias (*treugas*) fecit, intercedente Emichone, Comite Leiningensi; quibus tamen non obstantibus Argentinenses oppidum Selse rapinis & incendiis devastarunt. Rudolphus iisdem induciis consisus, satisfactionem pro damno illato petiit. (*p*) Leiningensis autem oppidum militis de Banaki, qui Marchioni pecuniam debuit, nomine, tanquam pignus, suam in tutelam recepit; ad Episcopum Argent. hinc scribens: „ Noverit vestra pietas, me memorie reduxisse, quod vos, Dom. meus „ Spirensis & Dn. de Fleckenstein, muros & fossata civitatis Selsensis destruere & com„ planare promisistis, & deinde domos & homines ibidem residentes defendere & tueri. „ Non defendistis, imo ipsam civitatem funditus destruere permisistis. (*q*) Denique Rudolphus Marchio, omnibus ad devastationem munitionum suarum *Selse* & *Seldenowe*, Rudolfi Imp. jussu, cooperantibus, firmam reconciliationem An. MCCLXXIV. addixit. (*r*) An. MCCLXXXI. Hermannus & Rudolphus fratres, Marchiones Bad. oppidum suum Selse Cunrado Episcopo & Ecclesiæ Arg. in feudum obtulerunt fœmininum. (*s*) Biennio post Rudolphus I. Imp. Selsensibus eadem, quibus Hagenoja gaudebat, salvis tamen Abbatiæ per omnia juribus, privilegia largitus est. An. MCCXCIV. Episcopus Basil. apud Adolphum Imp. eos turbatæ pacis publicæ arguit, duos quod cives Argent. in vincula conjecerint. (*t*) An. MCCCXV. Fridericus Pulcher, Ludovici Bav. æmulus, Sunsheim, Imperii villam, Badensibus Selsæ dedit in pignus. Aliud ejus diploma An. MCCCXXVI. in *Salsa* datum, in quo se Regem Romanorum appellat. (*u*)



(*e*) Tom. I. pag. 226.
(*f*) Ibid. pag. 706.
(*g*) Odilo in *vita Adelheidis* apud Leibnit. *Scriptor. Brunsv.* Tom. I. pag. 265.
(*h*) Lib. IV. pag. 317.
(*i*) *Spicileg. Antiq. Palat. cis Rhenum* pag. 13.
(*l*) Literæ Friderici II. in Tabular. Argent.
(*m*) Literæ Alexandri Pontif. ad Ep. Arg. apud Wencker. *Apparat. Archiv.* pag 177. & Laguille *Provinces* pag. 45.
(*n*) Idem pag. 178. & Laguille pag. 44.
(*o*) *Chron. Alsat.* Lib. III. pag. 63.
(*p*) Literas ejus ad Senatum & cives Argent. vide apud Wencker. *Apparat.* pag. 179. num. 4.
(*q*) Ibid. num. 3.
(*r*) Ibid. num. 5.
(*s*) Chartular. membr. Arg. num. 216.
(*t*) Literæ apud Wencker. *Apparat.* pag. 180. num. 6.
(*u*) Ludewig *Reliq. Mss.* Tom. IV. Liber VI. num. 17.

An. MCCCLVI. formula pacis inter Abbatem & cives Selſenſes condita eſt, ex qua trecentis marcis, inter Abbatem, Marchionem Badenſem, vel quemcunque oppidi dominum, & Advocatum Alſatiæ provincialem æqualiter dividendis, mulctandi fuerunt cives Abbatiæ juribus derogaturi. Confirmavit eam Wenceslaus Imp. An. MCCCLXXXII.

## §. CCCXXII.

Imperialia. Carolus IV. Argentinenſi & reliquis Imperii per Alſatiam civitatibus An. MCCCLVII. mandavit, ut Advocatum ſuum ſeu Præfectum in diruendis Selſæ & Hagenbachii munimentis adjuvent, viatoribus & peregrinantibus ibi cum inſidiari ſoleant pacis publicæ hoſtes. (x) Marchionem Badenſem tamen, in cujus Selſa poteſtate erat, ulterius perſequi vetuit. Anno ſequenti easdam has civitates, quas nuper exſcindi voluerat, Præfecturæ Hagenoenſi adjecit Cæſar, easque in poſterum ab Imperio non alienandas eſſe ſtatuit. (y) Selſa ergo, ex Badenſium manibus tum liberata, civitas imperialis evaſit. Badenſes vero, de accepto damno apud Cæſarem conqueſti, mille marcas argenti ex vectigali Selſenſi An. MCCCLX. obtinuerunt. (z) Vectigal hoc antea civibus, ut muros oppidi ſui ac turres reſtaurarent, Imperator indulſerat. Carolus autem, priore ſuo, de non alienanda Selſa, decreto neglecto, eam Wilhelmo Præpoſito Erlac. eodem, quem dixi, anno pignus tradidit, (a) cui rei Selſenſes tanto cum ſucceſſu reſtiterunt, ut privilegium de non alienando renovaverit Cæſar, (b) ipſiſque præterea civibus alio inſtrumento novum ex vectigali Turonum vel Turonenſem nummum pro continuanda munitione adſcripſerit; (c) de quo tamen Advocato provinciali Alſatiæ rationem redderent. An. MCCCLXV. Carolus IV. per aliquod tempus Selſæ boni publici cauſa commoratus, liberum ibi mercatum permiſit, nullis tributis aut vectigalibus obnoxium, ut literæ ejus ad Senatum Argent. die Martis poſt S. Petri & Pauli ſcriptæ declarant. (d) His integro fere menſe poſteriores literas ibidem ad Epiſcopum Argent. dedit; unde colligimus, diuturnam fatis moram ejus Selſenſem fuiſſe. Ab hoc itaque tempore Selſa inter liberas Alſatiæ civitates, Præfecturæ Hagenoenſi adſcriptas, ſed ultimo ſemper loco, comparet. (e)

## §. CCCXXIII.

Palatina. An. MCCCCVIII. ſenatus quidem Ludovico Palatino, Præfecto tum Hagenoenſi, fidelitatis juramentum præſtitit, (f) ac reliquarum Alſatiæ civitatum imperialium fœderi, cum Ruperto Cæſare facto, acceſſit; (g) ſed & eodem anno Ludovico huic, Ruperti Imp. filio, cum telonio rebusque aliis, ad quas Abbatiam Selſenſem ipſum referunt, civitas pignori data eſt. Allegatur in actis, Abbatiam vi privilegii, de Monaſteriis in Palatinatu ſitis impetrati, Palatino juri ſubjectam fuiſſe. (h) Sigiſmundus coronam ambiens Cæſaream Ludovico Electori An. MCCCCX. promiſit, Selſam in ejus manibus relicturum ſe pignus. (i) Ita filius patri, Elector eligendo civitatis imperialis, nunquam ſibi reddendæ, poſſeſſionem debuit. An. MDLXXV. Fridericus III. Elector academiam equeſtrem, in qua ad ſexaginta uſque nobiles alerentur, Selſæ inſtituit, Selſenſis atque Hertenſis Præpoſiturarum reditibus ei adſcriptis. Cum autem Ludovicus Elector, Friderici ſucceſſor, Auguſtanæ Conf. doctrinam induceret, neque Selſenſis Academia illam admitteret, ſchola hæc abrogata cum aliis, nec deinceps unquam reſtituta eſt; Zwinglianiſmus licet mortuo Ludovico in Palatinatum fuerit revocatus. (l) Carolus Ludovicus, Elector Palatinus, filio ſuo naturali Ludovico, ex Anglica muliere in Anglia genito, *Dynaſtiam Saletionis* conceſſit. Teſtatur id nummus memorialis An. MDCLX. in mortem ejus cuſus, cum imagine juvenili & inſcriptione: *Ludovicus*

---

(x) Wencker *de Cancellar.* pag. 377. num. 3. ubi in Caroli IV. literis hæc verba: *die veſten Selſ, Burg und Statt, u. Hagenbach die veſten zerbrochen u. niderlegen.*

(y) Vid. Laguille *Probat.* pag. 52.

(z) Glafey *Diplomatar. Caroli IV.* num. 158. Per *Tormſe*, qui in Diplomate hoc legitur, vectigal quoddam ex vini tranſitu aut aliis mercibus intelligitur.

(a) Ibidem num. 195.

(b) Ibidem num. 198.

(c) Ibid. num. 190.

(d) Extant apud Wencker, in *Collect. Archiv.* pag. 381. Albertus Argent. in *Chron.* pag. 164. de hoc Caroli IV. itinere quoque loquuntur.

(e) Exempla vide apud Wencker, *de Pfalzbergeris* pag. 127. & in Continuat. pag. 2. 5. 12. 18. 20. Laguille *Probat.* pag. 53.

(f) Laguille *Probat.* pag. 134.

(g) Wencker *de Uibmar.* Contin. pag. 5.

(h) *Acta in cauſa Fiſcalis contra Pfalz & Selz* in archivo Palat.

(i) *Electa juris publ. Palat.* Part. II. pag. 163.

(l) Altingius *Hiſt. Eccleſ. Palat.* pag. 216. & 231. & ex hoc Sibeyr *Pfalzaiſche Kirchen-Hiſtorie* pag. 262. & 302. atque Keyser *Schauplatz der Stadt Heydelberg* pag. 154.

*Ludovicus Dynaſtes de Saletione.* In averſa parte Mauſoleum eſt, cum inſcript. *Conſecratio.*(*m*) An. MDCLXXIV. menſe Martio oppidum à Gallis noſtris occupatum, murisque ejus cum caſtro dirutis omne fere combuſtum eſt; idem & Gemersheimio tum accidit. Decennio poſt, renovato cum Germania bello, Reformati civitatis incolæ ſuam deſeruerunt religionem; unde jam Selſa omnis Catholica eſt. Veteris Præpoſituræ reditus cis Rhenum Ludovici XIV. liberalitas alendo Seminario Argent. adſcripſit.

## §. CCCXXIV.

Poſt civitatem duo vici recenſendi ſuperſunt, Electori Palatino cum illa ſubjecti: Vici.

*Mundbauſen*, cujus maximam partem Rhenus, nondum pacatus, abſtulit, ita ut ager ejus in Germanicam Rheni ripam migraverit. Nomen loci Monachorum ſedem indicat, quam Selſenſi antiquiorem nonnulli credunt. Religio & hic mutata An. MDCLXXXIV.

*Keſſeldorff* & *Keſſelbach*, duplex unius vici nomen, qui in dextra Matræ ripa ſitus, bis mille paſſibus Selza diſtat, verſus Hagenoam.

*Meiſſenheim* & *Thonbauſen*, ad proprium Adelheidis quoque pertinentes, à Rheno, in cujus ripa Germanica ſubſiterant, penitus abſorpti fuerunt.

## §. CCCXXV.

*Billigheim* ſeu *Bellickheim* à Bellona, cui poſt devictum Arioviſtum trophæa & caſtrum Julius Cæſar hic poſuerit, nomen & originem trahere, ex juniorum, antiquitatis expertium, fide refert TOLNERUS. (*n*) Conradus II. Imp. eccleſiam loci ædificari curavit. Fridericus II. Elector eum in oppidi, foſſa valloque muniti, formam redegit. (*o*) *Steinweiler.* Otto M. Imp. *cortem Steinmuilare*, in Spirigovia & in Comitatu Gerungi Comitis ſitam, Adelheidæ conjugi ſuæ An. *DCCCCLXVIII.* & Otto III. Adelheidis, aviæ ſuæ, rogatu Monaſterio Selſenſi An. *DCCCCXCII.* donarunt. Albertus & Theodoricus de Steinvvilre in charta Epiſcopi Spir. An. *MCLXIV.* pro Abbatia Uterinæ vallis leguntur, cui Abbatiæ Hugo miles dictus Havenere bona ſua in Steinwilre An. MCCLX. tradidit. Vico huic propinquus erat *Arckenvveiler*, qui periit; Steinvillenſes ipſius potiti ſunt agro. *Rohrbach. Impflingen. Erlenbach*, ubi decimas, loco ad Palatinos pridem ſpectante, Pulleri nobiles Ruperto Electori feminеum obtulerunt in feudum An. *MCCCLXXXIV.* (*p*) *Clingen.* Locum hunc Dagoberto II. regiam ſedem aſſignant, qui de Alſaticis & Palatinis Geraidis ante hos trecentos annos ſuas fabulas ſparſerunt. Monaſterium *Blidenveld*, parum inde diſtans, ab eo haud dubie *Clingen-Munſter* vocatum eſt. Præfecturam hanc omnem una cum Godramſtein, Emiconi Comiti Leining. pro quinque millibus aureorum per Cæſares oppigneratam, Rupertus Elector, annuente Carolo IV. Imp. An. MCCCLXI. ſibi redemit: hoc ſimul ornatus privilegio, ut nonniſi cum ceteris Imperii pignoribus, in Palatinorum poteſtate conſtitutis, ſolutione particulari penitus excluſa, Billighemium reſtitueretur. V. Billicheim Præfect.

## §. CCCXXVI.

Clingenſe Monaſterium, in loco *Blidenveld*, qui poſtea *Clingenmunſter* vocatus eſt, per Dagobertum II. cum Weiſſenburgenſi fundatum, ſuam quoque Emunitatem ſive Mundatum habuit, uti fundationis inſtrumentum indicat. Res ipſa frequentior fuit, quam nomen. Monaſteria regia plerumque emunitate gaudebant. Clingenſi Dagobertus *Beggelingen, Hiboldesheim* & *Seleboven* villas, incertas hodie, donaſſe ſcribitur. Dominium ejus ſeculare ſe deinceps late extendit. Directum Landeckianam Dynaſtiam, quam ſubjungo, reſpexit. Utile ſequentes complectebatur vicos, ad Electorem Palatinum cum univerſis hujus Abbatiæ, in Collegiatam An. *MCCCCXCI.* converſæ, bonis ab An. MDLX. ſpectantes. *Modenbach. Pleiſvveiler.* Homines de *Pleiſvveiler* lectiſternia Abbati afferebant, quando Archiepiſcopus Moguntinus Monaſterium, quod peculiariter eum VI. Clingenſis Præpoſit.

(*m*) Nummum hunc rariſſimum vidi in Numophylacio Excellentiſs. Dn. BARONIS DE WREDEN, Miniſtri ſtatus Aulæ Electoralis, qui nummorum Palatinorum ſeriem completam poſſidet.

(*n*) *Hiſt. Palat.* pag. 51.

(*o*) TOLNERUS ex *Leodio* pag. 77.

(*p*) TOLNER *Cod. Diplom. Palat.* num. 166.

eum reverebatur, invisit. (q) Collapsam arcem *Pleissweiler* Maximilianus I. Imp. Philippo Elect. An. MDIV. abstulit deditque Alexandro, Duci Bipontino. *Blanckenborn, Oberbotzen, Kuseringen.* Vici hi omnes, reunionum decretis Francico subjecti imperio An. MDCLXXX. paulo post ad Catholica sacra redierunt. (r)

## §. CCCXXVII.

VII. Dynastia Landeck.

*Landeck*, inter Tabernas montanas & Landaviam, castrum prope Madenburgum, (s) peculiaris plurium vicorum Dynastiæ caput, Leiningensibus ac Bipontinis Comitibus fec. XIV. paruit, adeoque veteris Comitatus, qui nunc Ducatus, Bipontini cum Tabernis montanis pars fuit. An. MCCCXXII. Emicho Comes Leining. divisis cum fratre suo patrimonialibus terris, castrum *Landeckes* cum bonis adjunctis, præter allodium ibidem & bona hæreditaria obtinuit. (t) An. MCCCLXXIX. Hammannus, Comes Bipontinus, dimidiam suæ in castro ac Dynastia Landeckiana portionis partem Ruperto Palatino pignori dedit, hoc pacto, ut pacem castrensem, cum reliquis ejus possessoribus conditam, servaret. Bipontinus ipse Comitatus sexennio post Ruperto huic Palatino vel venditus, vel in feudum oblatus est. (u) Vicos, quos recensebimus, plerosque Ochsensteinii, qui à Clingensi monasterio eos in feudum tenuerant, Ecclesiæ Spirensi An. MDIV. vendiderunt; ubi Electoralis Palatina Dynastiæ pars Alexandro, Bipontino Duci, per Maximilianum I. Imp. Philippo Elect. devicto, cum Dynastia Cleburgensi data fuit. Sed rediit illa ad Electorem, qui ipsa Collegiata Clingensi & universis ejus juribus tandem An. MDLX. potitus est, postquam Collegiatæ huic Carolus V. dedisset privilegium, ut feuda sua quæcunque vacatura retineret.

## §. CCCXXVIII.

Vici

*Clingenmünster*, vicus ubi Abbatia primo, dein Collegiata, unde vicus prognatus est, substitit, hospitibus in Abbatia commorantibus supellectilem præbere tenebatur, uti Alberti Archiep. Moguntini nos charta An. MCXV. docet. (x) Ecclesia hic duplex, Collegiata & parochialis, in qua simultaneum. *Gleissenzell. Gilsbarbach. Gaeckingen.* Vici hujus nomen à Clinga, Dagoberti Regis, quam nonnulli somniant, regia sede, exortum putatur. Sed & hic Dagobertus II. aliquando confediisse narratur. (y) *Marsheim; Wolmersheim; Appenhofen; Insheim; Offenbach*, ubi Hugo miles dictus Havenere bona sua quæcunque Monasterio Uterinæ vallis An. MCCLX. tradidit. Incolæ hujus triumque proxime sequentium vicorum omnes Catholicæ ante pacem Risvicensem fidei nomina dederunt. (z) *Bornheim; Oberbochstatt; Lengefeld; Henchelsheim & Schwachesheim.* Richwinus de *Suevichesheim* in charta Uterinæ vallis An. MCLXIV. occurrit. Loca hæc omnia diploma Maximiliani I. Imp. An. MDIV. quo ab Electore in Ducem Bipontinum ea transtulit, sub Carolo V. reditura ad priorem, & instrumentum transactionis inter Electorem Palat. atque Spirensem Episcopum anno hujus seculi nono factæ recensent. Spirensis nimirum dimidiam suam Dynastiæ Landeck. partem tum Palatino concessit, alia multa vicissim ab illo confecutus. Palatinus itaque Landeckium nunc omne cum Clingensi Abbatia, cujus dominio directo subditum fuerat, possidet.

VIII. Birckenheim

*Birckenheim* cum duobus aliis vicis *Reichsdorf & Bellenborn*, cis Queicham, *Mechtersheim* vicus vero trans Queicham, separatas rationes à reliquis habent. Directio eorum Germanis *Kellerey* dicitur.

## §. CCCXXIX.

IX. Vallis Sibeldingen.

Vallis Sibeldingen quatuor loca, trans Queicham sita pleraque, comprehendit. *Godramstein* cum Billighemio pignus Imperii ad Palatinos An. *MCCCLXI.* pervenit. Incolas

(q) Charta Alberti Archiep. Mogunt An. MCXV. apud GUDENUM *Cod. Diplom. Mogunt.* Tom. I. num. 20.

(r) Vid. Manifestum Gallic. apud CORTEJI. *Corp. Juris publ.* pag. 51.

(s) Similis nominis castellum in Brisgovia prope Hochbergam, de quo ANNALES COLMAR. ad An. MCCXCVIII. Landeckium nostrum à Dagoberto Rege jam inhabitatum fuisse post AGRICOLAM JAC. BEYERLINUS fabulatus in *Antiquis. Palat.* apud MIEGIUM *Monument.* pag. 263.

(t) STRUV. *de Allodiis Imperii* pag. 339.

(u) Vid. HERTZOG. *Chron. Alsat.* Lib. V. pag. 38. & TOLNER. *Hist. Palat.* pag. 57.

(x) Apud GUDENUM in *Cod. Diplom. Mogunt.* Tom. I. num. 20.

(y) *Antiquitates Palat.* in MIEGII *monumentis* pag. 259.

(z) *Manifestum Gall.* in CORTEJI *Corp. Juris publ.* pag. 51.

Incolas magnam vim Uterinæ vallis fratribus intulisse, charta hujus monasterii An. MCL. docet, in qua Marquardus & Hugo de Goderamstein testes nominantur. *Sibeldingen.* Fridericus II. Imp. novæ Anvillensi civitati, cujus ipse auctor, *Sibiltingen* terminum orientalem An. MCCXIX. assignavit. (*a*) *Burckweiler* vicus cis Queicham. *Gleissweiler.* Præfectura hæc à Godramsteinio quoque, loco principe, nominatur.

X. Uterina vallis.

Uterina vallis, Germ. *Utersthal*, *Eussersthal*, vicus Bipontino Ducatui & Queichæ fontibus Sibeldingensi valle propinquior, Monasterio cognomini paruit; quippe cui Rabodo, Spir. Episcopus, cum Hartmanno Comite de Lobedenburc & Ottone Comite de Alrcheim, germanis suis, fundum suum Uterinæ vallis An. MCL. donavit. Monasterii hujus bonis Elector quoque Palatinus An. MDLX. potitus est. Vici tres, novemque villæ Præpositurarn istam componunt. Vici sunt: *Eussersthal*; *Grevenhausen*; ubi religio mixta sine templo; *Merlenheim*, ubi Prioratus fuit, Abbatiæ subjectus. Sequuntur Villæ: *Geilweiler*, *Rodenbach*, *Breitwis*, *Hilspach*. *Lauberstbal*, *Eschbach*, *Stockwies*, *Bergwies*, *Lauberwalt.* Ex his omnibus solus vicus Merlenheim cis Queicham situs est.

Religio.

Præfectura Germersheimensi, Cameræ Reunionis decreto, An. MDCLXXX. Galliæ regno adjecta, (*b*) religionis in ea facies octogesimo quarto & sequentibus annis ita immutata fuit, ut ubi Reformata sola fuerant, sola stabilirentur sacra Catholica. Contigit hoc Germersheimii, Selzæ, Hagenbaci, Neoburgi, in circumjacentibus vicis & alibi. (*c*) Præfecturam quidem pacis Risvicensis art. VIII. Palatinus Elector recepit, sed Aurelianensi Duciſſe, lite adhuc pendente, centum millia librarum Turonens. ex ea quotannis solvenda promisit. (*d*)

## II. TERRÆ PALATINO-BIPONTINÆ.

### §. CCCXXX.

Divisio earum.

Palatino-Bipontinæ in Alsatia terræ, præter Luzelsteinensem Comitatum, de quo infra, tres constituunt Præfecturas, Tabernomontanam, Gutenbergensem ac Bischvillensem; quarum prima major est reliquis, in quinque Præfecturas subdivisa minores: I. *Neucastel*, II. *Barbelroth*, quas Præfectus sine medio regit, III. *Ucberg*, IV. *Veglenburg* & V. *Annweiler*; quæ singulæ ab Advocato seu Præfecto minore, majori subordinato, reguntur. Tabernæ Montanæ oppidum caput omnium est, postquam Neocastellum, pristina Præfecti sedes, derelictum. Bischvillensis Præfectura cis Selzbacum sola, reliquæ Selzbacum inter & Queicham sitæ sunt omnes. Initium ab oppido principe ducendum.

### §. CCCXXXI.

Tabernæ Montanæ.

Tabernæ Montanæ, *Bergzabern*, ad Vogesi radices, in uberi solo, Bipontini Comitatus atque Pagi Spirensis pars, à Weissenburgo quatuor, à Landavia sex millibus passuum distant, fuosque ad Romanorum tempora referunt natales. (*e*) Oppidum hoc jura civitatis à Rudolpho I. Imp. rogantibus Eberhardo & Walramo, Bipontinis Comitibus, An. MCCLXXXVI. obtinuit. (*f*) An. MCCCLXXXV. Eberhardus Comes & uxor ejus, Elisabetha Veldentina, dimidiam Bipontii, Hornbaci ac Tabernarum, castrorum atque civitatum, nec non vicorum, ad illa spectantium, partem Ruperto Ruso vel Seniori, Electori Palat. 25000. aureorum pretio vendidit: altera parte eidem simul in fendum oblata; (*g*) cujus dominium utile cum directo, post Eberhardi hujus improlis decessum, Rupertus Durus, prioris ex fratre nepos, conjunxit. Ita Tabernæ, Comitatus Bipontini pars ad meridiem extrema, Palatinos apud Principes, sed paragiatos plerumque, remansere; sub quibus Principatus atque Ducatus axiomate paulatim Comitatus ornatus est. Separatio ab Electoratu per Rupertum Imp. An. MCCCCX. facta, ubi Stephano, filiorum ejus tertio, (*b*) hujusque filio Ludovico Nigro, Palatinorum



(*a*) Joannis *Spicileg. Tabular. vet.* pag. 454.

(*b*) *Recueil des Arrêts pour la reunion* &c. pag. 254. & 260.

(*c*) Vid. scriptum Gall. hac de re in Corpore *Corp. Juris publ.* & Laguille Tom. II. pag 277.

(*d*) Totidem ex Neostadiensi & Carl. reo-Lutrensi Præfecturis promissum pecuniæ, cujus summa 200000. flor. Rhenenses æquavit.

(*e*) Tom. I. pag. 236.

(*f*) *Oratio de Tabernis Montanis* An. MDCCXXX. Bipontii habita. Horzonius in *Chron. Alsat.* Lib. V. pag. 37. ad An. MCCLXXXV. d. 20 Jun. hoc male ponit.

(*g*) Instrumentum integrum in Joannis *Miscell. Historiæ Palat.* pag. 12. sq.

(*b*) Tabulæ divisionis hujus in Tolneri *Cod. Diplom. Palat.* n. 205.

norum omnium, qui ſuperſunt, fatori, An. MCCCCXLIV. Bipontinæ commiſſæ ſunt terræ. (*i*) Ludovico quidem huic Fridericus I. Electior Tabernas Montanas, viginti quatuor diebus obſeſſas, An. MCCCCLV. eripuit, ſed & pace mox inita reſtituit. (*l*)

Pars incolarum potior, Reformatæ religioni addicta, Templum cum Catholicis ab An. MDCLXXXVI. quo incenſum eſt oppidum, (*m*) habet commune. Auguſtanæ confeſſionis ſocii templum ſibi peculiare ante hos triginta annos ſtruxerunt; in arce prius ſacra ſua peragere ſoliti. Nec deſunt Judæi. Magiſtratus civitatis ſculteto conſtat ſeptemque ſcabinis. Viri literati, FLINSBACHIUS, Jo. WOLFIUS, JAC. THEODORUS, cognom. Tabernæmontanus, & alii, hoc ex loco prodierunt. (*n*) Arx, Ducum viduarum ſedes, ſuperioribus bellis non ſemel everſa, à Guſtavo Samuele refecta, Duceque hodierno amplificata eſt.

## §. CCCXXXII.

I. Præfectura Neucaſtel.

Neo-Caſtellum inter antiquiſſimas arces montanas ponendum. Berengerus de *Nichaſtel* in veteri Abbatiæ Uterinæ vallis charta An. MCLXX. legitur. Landeckio, Madenburgo & Trifelſæ caſtris vicinum, à Tabernis Montanis bihorio diſtat. Cum Trifelſa pignus imperiale ad Palatinos An. MCCCXXX. pervenit, (*o*) quibus Ludovicus Bavarus An. MCCCXLVI. permiſit, ut mille libras Halenſium in caſtri hujus munitiones impenderent, cum pretio pignoris aliquando reſtituendas. Marcas totidem Carolus IV. Imp. in idem opus ac in Trifelſam reparandam adhiberi conſenſit. Arx hæc everſa à Gallis An. MDCLXXX. Montclario curante.

*Leinsweiler*, vulgo *Lentzweiler*. *Ilbersheim*. *Franckweiler*. *Albersweiler*, cujus tamen dimidia pars juris Lœwenſteinenſis, ſeu Præfecturæ Scharffeneckianæ, adſcripta eſt. Siniſtræ Queichæ ripæ vicus hic inſidet, uti & *Queich-Hambach*, viculus, ubi judicium ſanguinis penes Advocatum Imperialem Trifelſæ fuerat. (*p*)

## §. CCCXXXIII.

II. Præfectura Barbelroth.

Sequentis Præfecturæ loca, Tabernis montanis vicina, cum iisdem ad Palatinos Principes deveniſſe videntur. *Barbelroth* vicus. *Druſchweiler*. *Cappellen*. *Oberhauſen*. *Dierbach*. *Hergersweiler* viculus. *Wanden*, Eccleſiæ Spirenſis feudum, Eberſteinii & Gemini pontis Comitibus, ac per hos Fleckenſteiniis Dynaſtis, collatum, his cunctis aſſentientibus Monaſterio Hertenſi An. MCCLXX. venditum fuit. *Midlhofen*. In omni hac Præfectura homines proprii permixti ſunt liberis, quorum plures Electori Palatino parent.

## §. CCCXXXIV.

III. Præfectura Cleburg.

Advocatia Cleburgenſis, Selzbaco & Lutera fluviis à meridie & aquilone terminata, in duas diſtinguitur partes, à duabus arcibus, *Cleburg* atque *Catharinenburg*, nomen habentes.

Caſtrum Cleburg.

Caſtrum *Cleburg*, ſolo profundo inſidens, *Cleberg* etiam haud raro vocatur. Gerlacus Dom. de Lympurg & Lodewicus de Iſenburg, cum Godefrido de Eppinſtein, cognato ſuo, Cleburgenſe dominium An. MCCLXXVIII. diviſerunt, (*q*) turris ſeu arcis Cleberg cuſtodes cum Eppenſteinio An. MCCLXIII. parere jam juſſi fuiſſent. (*r*) Huic vero ſex villæ, à Dominio Cleburg. nunc prorſus alienæ, ſcil. *Morle*, *Hollar*, *Ochſtad*, *Holtzburg*, *Eſchbach* & *Pardebach*, cum omnibus earum juribus obtigerunt. (*s*) Sifridus de Eppinſtein, Godefridi filius, partis ſuæ, quam habuit in caſtro Cleberg, ſemiſſem, ſervata ſibi jurisdictione, Philippo de Minzenberg, affini ſuo, An. MCCCIII. donavit. (*t*) Seculo ſequenti Pulleri ab Hohenburg, Electoris Palat.

(*i*) Inſtrumentum in ſcripto *de Bipontina Domus in terras Leopoldi Veldentiui jure* pag. 45.
(*l*) TEITHEM. *de rebus geſtis Friderici I.* pag. 9.
(*m*) *Theatr. Europ.* Part. XI. pag. 984.
(*n*) De quibus in Alſatia Literata.
(*o*) *Nyvaſtel die burg* &c. apud JOANNIS in *Miſcell. Hiſt. Palat.* pag. 75.
(*p*) Teſte charta An. MCCCLXXX. de qua JOANNIS in *epiſt. ad Orat. de Triſels* pag. 32.
(*q*) JOANNIS *Spicileg.* pag. 309.
(*r*) Ibid. pag. 285.
(*s*) Inſtrumentum diviſionis An. MCCLXXX. ibidem pag. 312. ſq.
(*t*) Ibid. pag. 334.


image
not
available

Advocatus, Dom. de Ochſenſtein, An. MCCLXXII. eam, paci publicæ adverſam, diruerunt. (*d*) In diviſione Palatinatus inter Ruperti Imp. filios An. *MCCCCX.* Weglenburgum Ludovico & Stephano, natu primo ac tertio, fuit attributum. (*e*) At ſeptimo poſt anno Stephanus, Bipontinus Dux, facta cum fratre permutatione, Weglenburgum integrum ſolus accepit. Wolfgangus Dux, Palatinorum Principum, quos cernimus, fator, caſtrum hoc Johanni à Derſch, viro fagato, in feudum contulerat. (*f*) Gallis noſtris inviſum, An. MDCLXXX. cum Fleckenſteinio & aliis vicinis diſjectum eſt arcibus. *Schonau*, ubi officina ferraria ſec. XVI. inſtituta. (*g*) *Hirzthal*, quem Fleckenſteinii S. Walpurgis Abbatiæ donaſſe memorantur. *Notzweiler. Rumbach.* Præterea homines quidam in Bobenthal, Schlettenbach & Finſternheim, qui vernacule *Kænigsleuth* dicebantur, Wegelnburgo erant adſcripti. (*h*)

## §. CCCXXXVIII.

V. Præfectura Anweiler. Caſtrum Trifels.

*Trifels*, caſtellum triplex, natura ſimul & arte munitiſſimum, (*i*) à tribus rupibus, quibus impoſitum, nomen accepit. Duæ valles tria hæc caſtra diſtinguunt. Duo minora, peculiari nomine non prædita, à majore pendebant. Queicha, vallem & Anvillam mediam perluens, Trifelſam ponit à dextra, cujus turris quadrata præalta, quadratis lapidibus conſtructa, fere integra ſupereſt. Puteus profundus, & rudera capellæ, in qua inſignia Imperii ſec. XIII. aſſervata, ſuperſunt. Turris peculiaris impoſita puteo, ut eſſet in tuto. Ad pedes caſtri Anvilla oppidum & vallis, vitibus & arboribus frugiferis conſita, viſu amœno conſpicitur.

Auctor Trifelſæ ignotus. Commenta ſunt JAC. BEYERLINI, (*l*) qui Tribochum quendam, Druſi in his Rheni partibus legatum, arcem hanc Sequanis oppoſuiſſe, & à ſuo nomine *Tribochum*, unde ſub Francis Trifels enatum ſit, appellaſſe ſcribit. TOLNERUS (*m*) atque ZEILERUS (*n*) Fridericum I. Imp. auctorem ejus falſo crediderunt. *Triveles* Henrico V. Imp. An. MCXIII. redditum ANNALES HILDESHEIM. (*o*) memorant. In *caſtello Trifels* idem Henricus V. morti proximus, coronam ceteraque regalia reponi juſſit An. MCXXV. donec alius poſt ipſum eligeretur Cæſar. (*p*) Antea Adelbertum, Moguntinum Archiepiſcopum, ſeditionis reum, per tres annos in *Drivels* detinuerat captivum. (*q*) Fridericus I. Imp. monaſterio Hertenſi diploma *Trivelis* An. MCLV. dedit. Henricus VI. filius & ſucceſſor ejus, Margaritam archipiratam & Richardum Comitem, Imperatricis conſanguineum, luminibus privatos, æternis vinculis apud *Trivels* damnavit. (*r*) Sed &, quod notatu dignum, Richardum Angliæ Regem, ex terra ſancta reducem, quem Leopoldus Auſtr. prope Viennam ceperat, ipſique pro ſexaginta mill. marcis vendiderat, in caſtellum Trivellis deduci juſſit; (*s*) unde nullum antea captivum rediiſſe MATHÆUS PARIS ſcribit, (*t*) qui Triballis illud corrupte vocat. Henricus VI. etiam pecuniam atque theſauros maximos in Apulia, Calabria Siciliaque collectos, Trifelſæ depoſuit, (*u*) quæ hinc æraria ſimul ac inſignium Imperii tutelaris evaſit.

## §. CCCXXXIX.

In caſtrum hoc Conradus, Spirenſis atque Metenſis Epiſcopus, Philippi Regis, nuper defuncti, Cancellarius, An. MCCVIII. ſe cum inſignibus Imperii contulerat; non prius Ottoni IV. Imp. ea redditurus, quam in munere Cancellarii denuo confirmatus eſſet. (*x*) Hæc inſignium retentio forte cauſa fuit, ob quam Otto IV. ſigno crucis, non ſceptro, in ſigillis eſt uſus. (*y*) Ottonis ſucceſſor, Fridericus II. Imp. Triſelſam & Landscronam, fortiſſimos borealis atque auſtralis Alſatiæ limitum, in ſuam pote-

(*d*) KOENIGSHOV. Cap. V. pag. 318.
(*e*) TOLNER. *Cod. Diplom. Palat.* num. 205. pag. 351.
(*f*) HERZOG. *Chron. Alſat.* Lib. III. Cap. LVIII.
(*g*) Idem Lib. III. pag. 48.
(*h*) Transactio Ludovici, Ducis Bipontini, cum Abbate Weiſſenburg. An. MDXIX.
(*i*) Verba TRITHEMII in *Annal. Hirſaug.* ad An. MCCXXXV.
(*l*) *Antiquitat. Palat.* apud MERGIUM *Collect. Palat.* Part. I. pag. 251.
(*m*) *Hiſtor. Palat.* Cap. II. pag. 83.
(*n*) *Chorographia Palatinatus* pag. 11.
(*o*) Apud LEIBNIT. *Scriptor. Rer. Brunsvic.* Tom. I. pag. 738.
(*p*) *Chron. Magdeburg* in MEIBOMII *Scriptor. Rer. Germ.* Tom. II. pag. 325.
(*q*) JOANNIS *Rer. Moguntiac.* Lib. V. notat. 3. pag. 535.
(*r*) OTTO DE S. BLASIO ad An. MCXCV. in URSTISII *Scriptor. Rer. Germ.* pag. 220.
(*s*) Teſte ipſo Richardo in Epiſtola ad Alienorem matrem apud RYMER. *Actor. Publ.* Tom. I. pag. 80.
(*t*) *Hiſt. Angl.* pag. 121.
(*u*) OTTO DE S. BLASIO Cap. XL. pag. 219.
(*x*) TRITHEMIUS *Annal. Hirſaug.* ad An. MCCVIII & CONRADUS URSPERG. in *Chron.* p. 312.
(*y*) HEINECCIUS *de ſigill.* pag. 104.

poteſtatem armis redegit An. MCCXV. (z) Quadriennio poſt civitatis atque monetæ cudendæ jus, ob caſtri imminentis ſingularem dilectionis prærogativam, Anvillenſibus ille conceſſit, ut quod ex ea provenerit, ſuper *caſtrum noſtrum Trifels* ſerviat. (a) Trifelſam quoque confugit Friderici II. Imp. filius, ut juſtam patris, adverſus quem inſurrexerat, iram effugeret. GODEFRIDUS COLON. ad An. *MCCXXXV.* ita: (b) Rex Henricus . . " non perſolvens, quæ promiſerat, nec reſignans caſtrum *Drivels*, quod „ habuit in ſua poteſtate, juſſu patris Imp. eſt cuſtodiæ mancipatus. „ Conradus IV. alter Friderici II. filius, caſtrum Trivels & auguſtalia in eo aſſervata cimelia An. MCCXLVI. è manibus Iſengardæ, Philippi de Falckenſtein uxoris, cujus cuſtodiæ Cæſar ea commendaverat, recepit. (c)

Wilhelmus, Hollandiæ Comes, in Conradi IV. locum ſurrogatus Imperator, præcipuam felicitatis ſuæ partem reputavit, quod expugnata Trifelſa majeſtatis Cæſareæ nactus eſt ſymbola. En verba ipſius, ad Egmondanum Abbatem ſcripta: (d) „ Accedat „ tibi ad cumulum gaudiorum, quod caſtrum *Drievels* & inſignia Imperalia, diadema „ videlicet cum multis ſanctuariis & ornatu ineffabili, lanceam & coronam in noſtro „ dominio jam habemus & pacifice poſſidemus. „ Urbanus IV. Papa in epiſtola, ad Richardum Imp. Romanorum Regi coronato civitates, oppida, caſtra, & *ſpecialiter caſtrum de Trevels*, aſſignanda eſſe perſcribit, (e) manifeſto indicio, inter omnes Imperii arces noſtram eminuiſſe Trifelſam; quem Falckenſteinii Dynaſtæ in ſua denuo poteſtate habuerunt An. MCCLXVI. Advocati forte Cæſarei, cujus muneris in charta An. MCCCLXXX. mentio fit. (f) Fabulas vulgi de caſtro hoc ſilemus.

An. MCCCXXX. Trifelſa quoque, uti Germersheimium, Gutenberga & alia, pignoris imperialis nomine, Palatinis Comitibus à Ludovico Imp. tradita, (g) eos ſemper, quos Tabernæ montanæ, dein habuit Dominos.

## §. CCCXL.

*Anvveiler* civitas formæ quadratæ, quam dividit Queicha. Trecentis habitata civibus, ac muris foſſisque munita, præclaris ab origine ſua juribus gaudet. Originem Friderico II. Imp. debet, à quo & Spirenſis civitatis leges, & immunitatem à teloneis, & aſylo, monetæ, aliaque privilegia, villa cum adhuc eſſet, An. MCCXIX. obtinuit. Diploma hoc, cujus authenticum in curia civitatis inſpexi, (h) HERZOGIUM (i) atque TOLNERUM (l) refellit; qui muros & eccleſiam hujus oppidi à Beatrice, Friderici I. Imp. uxore, conſtructos exiſtimant. Terminos novæ civitatis agri Diploma definit, orientalem *Sibilingen*, auſtralem *Menesbirsvillare*, hodie Menchweiler, borealem *VVinckhenfels*, occidentalem *Druſefele*, quod interpretantur nonnulli Druſchweiler. Locum pro villa *Marmbrunnen* commutatum, Friderici II. proavus, Suevorum Dux, jam poſſederat. At exſtinctis his Ducibus plene imperialis civitas evaſit Anvilla, quæ privilegiis à Rudolfo I. Adolfo, Alberto I. & Henrico VII. confirmatis & auctis, (m) cum Trifelſa tamen Palatinis Comitibus oppignerata eſt An. MCCCXXX. Anvveiler civitas.

Anvillenſi advocatiæ tandem annumeratur *Suvental* vicus trans Queicham, & pars Bipontina vici *Hinder-Weidenthal*, de quo in Dynaſtia Dhanenſi Spirenſis Epiſcopi. Ceterum advocatus Anvillenſis vicinæ Falckenburgenſi Dynaſtiæ, inter Bipontinos Duces & Comites Leiningenſes diviſæ, ſimul præfici ſolet. Caſtrum Falckenburg tamen omnino eſt Leiningenſe.

## §. CCCXLI.

*Gutenberg* ſeu *Gutenborg*, caſtrum antiquum, inter Weiſſenburgum & Tabernas Montanas altiſſimo monti impoſitum, peculiari decem vicorum Dynaſtiæ præfuit, ab Gutenberg caſtrum.



(z) ALBERTUS STAD. pag. 301. ubi pro Trivels *Triter*, & pro Landscron *Ladetcrone*. Conf. ſupra pag. 61.

(a) Diploma apud JOHANNIS in *Spicileg. Tabular.* pag. 455.

(b) Apud FREHER. *Scriptor. Germ.* Tom. I. pag. 400.

(c) Teſtes literæ Conradi IV. in Tabular. Bipont. de quibus JOANNIS in *Epiſtola ad Orationem de caſtro Treſels* Biponti An. MDCCXXVI. habita.

(d) Jo. DE BECKA in *Chron.* pag. 87.

(e) LEIBNIT. *Cod. Diplom. Prodr.* pag. 12. DU MONT *Corps Diplom.* Tom. I. pag. 217.

(f) JOANNIS in epiſtol. allegata pag. 32.

(g) JOANNIS *Spicileg. Tabular.* pag. 75.

(h) Edidit illud JOANNIS in *Spicileg. Tabular.* vet. pag. 453.

(i) *Chron. Alſat.* Lib. IX. Cap. I.

(l) *Hiſtor. Palat.* Cap. II. pag. 83.

(m) JOANNIS loco cit. pag. 500.

Imperio quoque ad Palatinos translatæ. Landolfus de *Gudenburg* An. MCL. & Udalricus de *Gutenburche* An. MCLXX. viri ingenui, in Abbatiæ Uterinæ vallis memorantur inſtrumentis; ille tanquam miniſterialis Spirenſis Eccleſiæ, hic tanquam teſtis; unde arcis noſtræ vetuſtas elucet.

Dynaſtia Gutenberg.

Dynaſtiam Gutenbergenſem, Leiningæ Comitum pignus imperiale, Ludovicus Bavarus Imp. recepta nova pecuniæ ſumma, cum Germersheimio, Trifelſa, Neocaſtello &c. Rudolphi fratris ſui filiis, Palatinis Comitibus, An. MCCCXXX. oppigneravit, id eſt, ex Leiningenſium manibus eam reluendi poteſtatem fecit. Reluitio conſenſu Caroli IV. Imp. quadraginta millibus aureorum, comprehenſo Falckenburgo, An. MCCCLXXVIII. facta; ſed ita, ut anno ſequenti caſtrorum horum dimidia pars, ac vicorum, ab illis pendentium, dodrans Leiningenſibus pignoratitium redderetur in feudum. Res hoc in ſtatu uſque ad An. MCCCCLXIII. permanſit, quo Schafridus Comes, à Lichtenbergenſi Dynaſta captus, pro recuperanda libertate Gutenbergam victori ſuo conceſſit. Lichtenbergenſis vero eandem Friderico I. Electori & Ludovico Nigro, Duci Bipontino, reliquæ Dynaſtiæ partis poſſeſſoribus, pro ſeptem millibus aureorum, ut inter ſe antea convenerant, eodem anno vendidit; unde Dynaſtia hæc univerſa inter Electores & Bipontinos Duces, non obſtante gravi Leiningenſium querela, æqualiter partita fuit. Linea Electorali An. MDLIX. extincta, pars ejus ex pacto, Heidelbergæ ſexennio prius de hac ſucceſſione inito, (*n*) Bipontinæ ac Veldentinæ familiis obtigit, ſoli Veldentinæ mox alia transactione relinquenda. Hæc cum An. MDCXCIV. quoque defeciſſet, inter ſuperſtites Palatinos Principes de hereditate ejus diu diſputatum eſt. Omnis denique lis anno ſeculi noſtri trigeſimo tertio conventione terminata; qua Chriſtianus III. novus Dux Bipontinus, huc uſque nonniſi partis poſſeſſor, totam denique Dynaſtiam ſolus obtinuit. Bipontinam antea partem, à Ducatu ſeparatam, apanagii titulo Adolphus Johannes, ac filius ejus Guſtavus Samuel, donec hic Ducatu ipſo potiretur, ab An. MDCLXV. poſſederant.

## §. CCCXLII.

Minfeld.

*Minfeld*, vicus Dynaſtiæ princeps cum caſtro, turribus, foſſis ac muris cincto, quod Præfecti nunc ſedes. Henricus III. Imp. " decimam in loco *Mimdevelt* dicto „ cum capella *Frechenvelt* aliisque villis illuc pertinentibus „ Abbatiæ Selſenſi An. MLI. donavit. Eccleſiam ipſam loci Sixtus IV. Papa huic Abbatiæ ſubjecit An. MCCCCLXXX. Dimidiam, quam Abbas habuerat, jurisdictionem Fridericus I. Elector dono accepit, caſtrum, Leiningæ Comitibus obnoxium, An. MCCCCLX. armis & igne disjecturus. (*o*)

Freckenfeld.

*Freckenfeld.* Donationem bonorum, hic & Minfeldæ per Cunonem quendam Comitem Eccleſiæ Spirenſi factam, Otto II. Imp. An. DCCCCLXXXII. confirmavit. (*p*) Capellam loci Henricum III. Selſenſi Monaſterio dediſſe, paulo ante oſtendi.

Vici reliqui.

*Kandel* à longitudine ſua, quæ ſemileucæ ſpatium implet, frequentins *Langen-Kandel* dicitur. *Mundeſchlag* & *Hefel* unum cum illo parochum atque ſcultetum habent. *Nider - Otterbach* & *Ober - Otterbach* jurisdictione Selſenſis Abbatiæ cum Minfelda An. MCCCCLVI. liberati ſunt. Scultetatum prioris vici Dynaſtæ Fleckenſtein. ineunte ſec. XV. feudi Selſenſis titulo poſſederant. *Vohnersweiler*, vicus inter duos Otterbach medius. *Rechtenbach*, ubi Weiſſenburgenſis Abbas juris dicendi poteſtatem à Leiningenſibus, Dynaſtiæ Gutenberg. olim poſſeſſoribus, ſibi ereptam conqueſtus eſt. Decimas ab eodem Abbate Palatinus Elector An. MDXXI. in feudum recepit. *Darrenbach.*

## §. CCCXLIII.

Præfectura Bilchvillenſis.

Tertia Præfectura Bipontina, quæ deſcribenda ſupereſt, *Biſchvillenſis*, duo tantum loca comprehendit, *Biſchweiler* & *Hanhofen*, burgum & vicum.

Biſchvillæ fata.

*Biſchweiler*, olim *Biſchofsweiler*, latine *Epiſcopivilla*, florentiſſimus ad Matram Alſatiæ burgus, Druſenheimium inter & Hagenoam medius, viginti quatuor plateas & octoginta ſupra quadringentos focos continet, quos in quinque diverſas diſtinguunt regiones.

(*n*) TOLNER *Cod. Diplomat. Palat.* num. 224.
(*o*) TRITHEMIUS *de rebus geſtis Friderici* I. p. 20.
(*p*) *Gall. Chriſt.* Tom. V. col. 720.

regiones. (*q*) Kœnigshovius (*r*) *Bischoviswiler*, ab Argentinenſibus, Epiſcopo ſuo Waltherо infeſtis, An. MCCXXXVI. combuſtum, primus memorat. Eccleſiæ enim Argentinenſi per aliquot ſecula paruit. Waltherus de Mullenheim, & hoc remoto, Ettendorfii nobiles locum circa An. MCCCXXXII. acceperunt in pignus; ſed ita, ut jus patronatus, quod Wilhelmus II. Ep. D. Petri ſenioris Capitulo dein vendidit, atque judicium ſervaret Epiſcopus. Ab Ettendorfiis in Jo. Kleincunz, civem Hagenoenſem, & Reinboldum Jungzorn, militem Argent. An. MCCCCVI. (*s*) variasque alias progrediente ſeculo manus, piguus illud tranſivit. Caſtrum interea temporis excitatum, quod Fridericus I. Elector Palatinus, Nypergiis nobilibus eripuit, idque Philippus, Friderici ſucceſſor, ut juſte retineret, Engelhardo & Johanni de Nyperg fratribus An. MCCCCLXXX. octingentos florenos Rhenenſes exſolvit. (*t*) Kleincunziauam vici partem Eſchnavii, Zornianam Begeri à Blyberg poſſederunt, cum Maximilianus I. Imp. Philippi Electoris, hoſtisque Imp. rii, ditiones An. MDIV. invaderet. Occupato tum caſtro & vico à Cæſare, Argentinenſis Eccleſiæ, cui Albertus, Philippi agnatus, præfuit, dominium extinctum & Eſchnaviorum pars cum arce Nicolao Zieglero, Cæſaris à ſecretis primario, collata eſt; unde ad Joh. Bockium equitem mox devoluta, ad Fabianum ab Eſchnau emtorem An. MDVI. rediit. (*u*) Begeri tamen è vico nunquam excluſi fuerunt, donec Matthias Beger, gentis ſuæ poſtremus, An. MDXXXVII. periret, ubi Epiſcopivilla integra penes Ludovicum ab Eſchnau remanſit; qui & ſacra mutaturus, & allodium ſuum, caſtrum ac vicum, à Wolfgango, Duce Bipontino, recepturus erat in feudum, quod ad ſuos ex ſorore nepotes tranſiret. Inter hos Dietricus à Schœnberg, equeſtris exercitus Bipontini in Galliam ductor, cum An. MDXC. occubuiſſet, Flachios à Schwarzenburg, ſororis ſuæ nepotes, in feudo ſucceſſores habuit, quos ob delicta quædam commiſſa Dominus directus circa An. MDC. inde ejecit. Ita & utile Epiſcopivillæ dominium Bipontinis Ducibus vindicatum; pro quo Flachiis, poſt elapſos novem annos, flagitante civitatis Argent. magiſtratu, viginti & octo millia florenorum ſoluta fuerunt.

## §. CCCXLIV.

An. MDCXVIII. Pfalzburgenſes, novum Lotharingiæ Ducis imperium non ferentes, quanquam ipſorum religioni cautum fuiſſet, magno numero Epiſcopivillani migrare coeperunt, conſcientiæ libertate ac proprio idiomatis Gallici paſtore heic gaviſuri. Incrementa hæc ſecutum Germaniæ bellum maximopere turbavit. Poſt Mansfeldianam irruptionem Auſtriaci An. MDCXXIX. & interjecto iterum ſexennio poſt cladem Nordlingenſem Epiſcopivillam non ſpoliarunt tantum, ſed igne penitus vaſtarunt, ut per aliquot annos jaceret exanimis. Reſpiraverat nonnihil An. MDCXL. cum Chriſtianus I. Palatino-Birckenfeldenſis Princeps, à Friderico, Bipontino Duce, ſuoque affine, locum octogies mille florenorum pignus in viginti annos acciperet. At terminus hic ſæpe ac toties prolatus fuit, ut in Birckenfeldenſium poteſtate vicus maneret, donec anno hujus ſeculi trigeſimo tertio Ducatus Bipontini ipſi compotes facti ſunt, adeoque Epiſcopivilla cum Ducatu hoc iterum junda eſt. Incrementa.

Birckenfeldenſi periodo maxime ſuum illa florem jam debet, ſuum cum ſecum Principem haberet; qui & vetus caſtrum reſtituit, & novos cives Auguſtanæ Confeſſionis ſocios, allexit, Reformatis fere, ut in Ducatu Bipontino, ſolis antea heic admiſſis. An. MDCLXXIII. duplex Epiſcopivillæ circumductum eſt ſeptum, ut ab hoſtibus Germanis tutior eſſet. Vallo & propugnaculis à Germanis An. MDCCV. fuit munita, hoſtibus his ut liberna ſecura præberet. Sed Galli noſtri, qui Hagenoæ degerant, anno ſequenti munimenta hæc omnia diruerunt.

## §. CCCXLV.

Triplex Epiſcopivillæ Religionis ſtatus eſt. Reformatam Jac. Hockgard, paſtor ab ipſo Calvino Argentorati ordinatus, An. MDXLV. introduxit. Germanis junctі ſunt Galli An. MDCXVIII. Reformatis Lutherani An. MDCXL. qui omnes in uno templo Status hodiernus.

templo

(*q*) Prima regio vocatur *Schloſs u. Kirch viertel*: ſecunda *das teutſche dorf*, quæ prior omnibus fuit; tertia *das welſche dorf*; quarta *das voyſtettel*, quæ duæ circa An. MDCXX. à Pfalzburgenſibus advenis conditæ; quinta *das neue gaſſ viertel*, quæ anno hujus ſeculi octavo ædificari cœpta.

(*r*) *Chron. Alſat.* pag. 254. §. LIX.

(*s*) Herzog. *Chron. Alſat.* Lib. V. pag. 135.

(*t*) In literis venditionis ſcribitur: *Biſchweyler das Schloſs by Hagenauwer ſaiſſt an der Moter gelegen.*

(*u*) Literæ venditionis in Tabulario Epiſcopivillano.

templo ſacra faciunt. Acceſſere ſub Gallica dominatione Catholici, quibus Hanhofienſis eccleſia An. MDCLXXXV. tradita eſt. Magiſtratui XIV. ſcabinorum poſt Præfectum Principis ſcultetus præeſt. Commerciis, quæ Epiſcopivillam maxime illuſtrant, promovendis binæ per annum nundinæ trium dierum & mercatus ſingulis ſeptimanis ibi habentur. Matra navigabilis, quæ prope Druſenhemium jungitur Rheno, locum commerciis reddit aptiorem. Mulici Alſatiæ inferioris, uti ſuperioris Rappoltivillæ, & Sundgoviæ Thannæ, quotannis ſtato die conveniunt. (*w*)

Caſtrum quadratum, burgo boreale eodemque profundius, unde *Tieffenthal* nominatur, quatuor turribus ac binis foſſis munitum, Chriſtianus I. uti diximus, An. MDCL. renovavit.

*Hanhofen*, vicus Epiſcopivillæ vicinus, *Hagenhofen* antiquis vocatus, eidem ſemper cum Epiſcopivilla dominio fuit obnoxius. Ettendorffii ejus auctores ſec. XIV. fuiſſe videntur.

# COMITATUS.

## §. CCCXLVI.

Comitatus Alſatiæ inferioris.

Landgraviatui & Eccleſiaſticis inferioris Alſatiæ, de qua agimus, Principatibus ſuccedunt *Comitatus*, quorum alios fiſci, alios fundi fuiſſe, ſuo loco annotavi. (*x*) Fuerunt & mixti, qui de utroque participarunt. Comites fundi nomine tantum Comites erant, revera Dynaſtæ, multorum allodiorum poſſeſſores; at Comitum titulo ornati, quod ab antiquis Alſatiæ Ducibus, vel etiam à Comitibus fiſci, ſuum ducerent genus. Temporum tractu poſſeſſoris character communicatus eſt terris, unde Comitatuum fundi origo, qui origine Dynaſtiæ fuerunt. Comitatuum horum nonnulli ex allodialibus temporis tractu feudales ſunt facti; à poſſeſſoribus oblati in feudum. In claſſem hanc Werdenſis, Dagisburgenſis, imo & ex parte Luzelſteinenſis Comitatus, referendi ſunt. At præter Comitatum provincialem inferiorem, qui ex fiſcali feudalis eſt factus, cujus portio fuit Comitatus Riedenſis, duos quoque alios Comitatus ſeculo XI. & ſequentibus reperio, quorum alter pagenſis, alter urbicus fuit; uterque mere & ſimpliciter fiſcalis. Prior à Tabernarum Alſaticarum oppido ad civitatis Argentinenſis viciniam ſe uſque extendit; poſterior ipſius Argentinæ Comitiva fuit, quod urbes Regiæ antiquitus Præfectum vel Advocatum Cæſareum, ſub Comitis nomine habuerant. De Comite Argentinenſi in ipſius civitatis deſcriptione actorus ſum, de altero nunc ineo ſermonem.

## §. CCCXLVII.

Comitatus fiſcalis Anonymus.

Fiſcalis hic Comitatus idem fuiſſe videtur, qui primo ævo *Kirchheimenſis* eſt dictus. (*y*) Sub Ottone I. ab *Hugone*, adminiſtratore ſuo, (*z*) ſub Ottone III. & Henrico II. Impp. ab *Eberhardo* Comite (*a*) nuncupatus: ſeculo XIII. *Comitatus* ſeu *Comitia* ſimpliciter, ſine addito nomine, cœpit appellari. Hugonem iſtum alius Eberhardus Comes ſub Henrico Aucupe præceſſerat, teſte veteri tabulario D. Thomæ charta, qua Richwinus, Argent. Epiſcopus, qui An. DCCCCXXXIII. deceſſit, (*b*) *manſas VI. in marca Illachirecha* (Illkirch) *ab Eberhartto Comite* emiſſe ſcribitur. Eberhardum ſecundum, quem ſub Henrico II. vixiſſe diximus, alter ſecutus eſt Hugo. Collegiata D. Petri jun. à Wilhelmo Epiſc. Argent. ante portam Argentinæ civitatis, in *Comitatu Hugonis*, An. MXL. conſtructa eſt. Hugonem Gerhardus excepiſſe videtur, cujus memoria ſub Henrico IV. Imp. An. MLXXIV. occurrit. Henricus enim Abbatiæ Selſenſi triginta manſos, diverſis in locis ſitos, donavit; quæ loca, " Sierlenheim nempe, Mellesheim, " Wivesheim, (Olvisheim) Lupenſtein, Munmenheim, Bardeſtede, (Berſtett) Gotde- " nesheim, Osdervvilre, Wicchersheim, Willingishuſen, Boſſendorff, Richeneshoven, " Muzenhuſen, in *pago Norzgoe*, *in Comitatu Gerhardi Comitis*, " ipſe reponit Cæſar.

Comitatus hujus adminiſtratio denique ad Epiſcopum Argentinenſem devenit, quo tempore incertum. Seculo XI. id factum eſſe ſuſpicor. Præcedenti enim Otto II. Comitiæ Argentinenſis judiciorum partem Epiſcopo Erckenbaldo jam tradiderat. Fridericus

(*w*) Vulgo *Pfeifferstag* dictus.
(*x*) Tom. I. pag. 775. §. LXXI.
(*y*) Vid. Tomus I. pag. 641.
(*z*) Ibid. pag. 790. §. CII.
(*a*) Ibid. §. CIII.
(*b*) *Gall. Christ.* Tom. V. pag. 788.

Fridericus II. Imp. cum Bertholdo I. Epiſc. An. MCCXXXVI. in hæc verba convenit: *Proventus villarum* COMITIÆ *æqualiter dividentur.* (*c*) Bertholdus civitati Argent. immunitatem in *XV. villis Comitiæ*, quæ nominantur, An. MCCXLIII. conceſſit. (*d*) Rudolphus Habsb. in charta An. MCCLXXV. Hagenoenſibus in eodem Comitatu immunitatem addixit. Sub Bertholdo II. Epiſc. & Ludovico Bavaro Imp. " villæ „ *Comitatus*, quæ vulgariter dicuntur *Gravefchaft*, in quibus Imperium & Epiſcopatus „ omnia habent communia„ hoc ordine recenſentur: (*e*) " Craffstette, Knœrsheim, „ Meinolzheim, Luppenſtein, Waltolvesheim, Fridesheim, Durningen, Avenheim, „ Nugurte', Uttelnheim, Frankeim, Doſſenheim, Himmelotzheim, (vicus ignotus) „ Oſſenheim, Belheim, Dungensheim, Kriegesheim, Fulkriegesheim, Pfettensheim, „ Lutenheim, Zeinheim, Uttingen, Berſtette, Druhtersheim.

Indicant hæc loca, Comitatum à Tabernis Alſaticis ad Argentinam uſque ſe extendiſſe, tractumque Tabernenſis & Kocherſpergenſis maxime præfecturarum, in quibus de eo jam locuti ſumus, occupaſſe. In eodem codice ſcribitur: " Preter hoc in " villis propriis Epiſcopatus & in villis *Comitatus* colliguntur pulli, quando & quantum „ opus fuerit Epiſcopo. „ Ex diſtinctione hac villarum Epiſcopatus in proprias & in Comitatus villas apparet, poſteriores certis ſub conditionibus Epiſcopo fuiſſe conceſſas. Cæſares ei haud dubie Comitatus adminiſtrationem, cum dimidia redituum parte, conceſſerant. Dimidia Comitatus hujus portio, quæ Cæſarea fuit, & ipſa fere omnis ad Epiſcopos pedetentim devenit; quod per oppignerationis, commutationis, venditionis aliaque pacta, factum eſt, ut in ſingulis id vicis ſupra oſtendi. (*f*) Plura Comitatus hujus acquiſivit Guilielmus III. Epiſc. cui Waldolvishemium, Dingshemium, Doſſenhemium, cum aliis duobus vicis, ad Imperium ex feminiſſe ſpectantibus, pro S. Crucis oppido, Maximilianus I. Imp. An. MDXII. tradidit. (*g*)

## §. CCCXLVIII.

Similem ſifci Comitatum Spirigovia quoque habuit cis Queicham. Otto M. conjugi ſuæ Adelheidæ " quandam cortem *Steinwillare* nuncupatam, in *Spirigouue* ſitam, „ in *Comitatu Gerwagi Comitis*, cum ædificiis, mancipiis, terris &c. „ ad petitionem filii ſui Ottonis II. An. DCCCLXVIII. donavit. Otto III. vero Imp. " quoddam „ prædium, *Steinwillare* dictum, in pago, *Spirichgouue* vocato, ad *Comitatum Wolframi* „ *Comitis*, ſitum, ob interventum claræ aviæ ſuæ Adelheidis &c. „ Monaſterio Selſenſi An. DCCCCXCII. tradidit. Vicus Steinweiler, de quo hic ſermo, prope Billighemium oppidum ſitus, ad Electoris Palat. præfecturam Germersheimenſem nunc pertinet. (*h*) Henricus III. Imp. eidem Abbatiæ Selſenſi An. MLI. " decimam in loco „ *Mundelt* (Minfelden) dicto, cum capella *Friedhenvelt* aliisque villis in pago „ *Spirichgouue* & in *Comitatu Hirgonis Comitis* ſitum, donavit. „ De Minfelda & Freckenfelda ſupra (*i*) jam actum. Ita Comitatus hujus fiſcalis tres Comites, ſub Ottone I. Gerungum, ſub Ottone III. Wolframum, ſub Henrico III. Hugonem, inter Luteram & Queicham, reperimus. Sed terra illa immediata ſuam quoque cum Comite libertatem amiſit. Ad Palatinos & Eccleſiam Spirenſem omnia fere, quæ Comes Imperialis tenuerat, à pluribus retro ſeculis tranſierunt. Nos jam ad Werdenſis, Dagisburgenſis, Luceliteneſis Comitatuum expoſitionem tranſimus. Comitatus Pagi Spirenſis.

# COMITATUS WERDENSIS.

## §. CCCXLIX.

Alſatia inferior tres Werdas continet, quas inter ſe haud raro confuderunt ſcriptores. Prima Werda ad Rhenum Palatina eſt, (*l*) altera Lichtenbergenſis ad Suram, (*m*) tertia Landgraviorum olim, nunc Argent. Eccleſiæ, ad Ellum. Lichtenbergenſem HERZOGIUS (*n*) atque MEYERUS, (*o*) in Alſatia ſup. eam quærens, Comitatus noſtri caput graviſſimo errore conſtituunt. Werda apud Benfeldam in ſuperiorem & inferiorem olim dividebatur, quæ nova erroris occaſio. Meyerus per Werdæ tres.



(*c*) Tabular. Epiſc. Tabern.
(*d*) WENCKER *de Uſſiburg.*
(*e*) In Cod. Mſ. redituum ac feudor. Epiſcopatus Argent.
(*f*) Vid. ſupra pag. 140. ſqq.
(*g*) Conf. pag. 90. & 138.
(*h*) Vid. ſupra pag. 183.
(*i*) Pag. 190. §. CCCXLII.
(*l*) De qua ſupra pag. 180.
(*m*) Scribitur *Woerth*, de qua in Dynaſtia Lichtenberg. infra.
(*n*) *Chron. Alſat.* Lib. III. Cap. VII. pag. 17.
(*o*) SCHALTERI *Gloſſar. Teutun.* pag. 851. ſqq.

ſuperiorem intellexit eam, quæ eſt ad Ellum, per inferiorem, quæ eſt ad Suram, cum utraque ſita fuerit ad Ellum. Eodem modo Mœrſpergenſe caſtrum in ſuperius atque inferius erat diſtinctum.

Werda Landgravialis.

Henricus Comes, Landgravius, ſuam Werdæ ſuperioris partem An. MCCXXXII. Eccleſiæ Argent. cum nonnullis curtibus & vico *Eley* in feudum, ad filiarum quoque filios, vel, ſi ipſe liberis careret, ad eum, quem heredem deſignaret, tranſiturum, obtulit. (*p*) Inferioris Werdæ mentio fit in Emichonis Wildgravii charta An. MCCLXV. qua *Hipfensheim* vicus, ut Werdenſium allodium, ei ſubjungitur. (*q*) Villam *Ipfisheim* Henricus Landgr. uxori ſuæ pro quingentis marcis argenti jam An. MCCXXXVIII. obligaverat. (*r*) Curia Comitis (*Graven-hoff*) in *Hupfensheim* An. MCCCXL memoratur.

## §. CCCL.

Dubia Comitatus loca.

Gentilitiis his Werdenſium bonis feudalia plura, quæ in Landgraviatu inferiore expoſui, acceſſerunt. Oblata, num collata fuerint, de plerisque incertum. *Franckenburgum* cum omni Comitum banno, (*s*) nec non vicos *Humdesheim* & *Ofthus*, juxta Ellum prope Werdam ſitos, equidem oblatos crederem. Pars caſtri Werdenſis qua ratione feudalis evaſerit, novimus. Sed & novimus, caſtrum totum feudale fuiſſe, cum Epiſcopo Arg. Landgraviatus venderetur. Quando autem altera pars quoque Epiſcopo fuerit oblata, chartæ non docent. Uti vero cum priore parte vicus *Eley* & aliquot curtes oblatæ fuerunt, ita cum altera alii quoque vici, ab eo pendentes, haud dubie oblati ſunt. Werdenſis proſapia, tam antiqua uti videtur, Etichonida, opulentiore patrimonio debuit eſſe inſtructa. Lubens ergo & Præfecturæ Marckolsheimenſis vicos, (*t*) ut & Valvam, Enshemium, Dubinghemium, Flexbergam & Bergbietenhemium, ſub-feuda Landgraviorum, (*u*) gentilitiis eorum terris accenſerem, obſcuritas temporum niſi ſilentium imponeret. Eccleſia Argent. cur tam liberalis in Werdenſes fuiſſet? Plurima hujus Eccleſiæ feuda, caſtra præſertim & vicos, oblata fuiſſe, vel ex iis, quæ de feudis ejus allata ſunt ſupra, (*w*) comperiet lector.

Werdæ ſata poſteriora.

Ceterum Epiſcopus caſtrum Werd, à Landgraviis receptum, Geroldseckiis Dynaſtis cum pacto de retrovendendo An. MCCCLXVIII. vendidit. Geroldseckios exceperunt Zornii, cum quibus Epiſcopus litigans à Camera Imp. ſententiam An. MDXLII. impetravit, ut caſtrum ſibi redimere liceret, redditis prius, quæ in ejus ædificia Zornii impenderant. (*x*) An. MCCCCLIV. tamen Henricum de Landſperg, Ludovicum de Andlau, equites, & Jo. Conradum Bock, caſtrum Werd, ut pignus Epiſcopi, tenuiſſe, charta quædam nos docet, à Sculteto & juratis Werdenſibus ſignata; unde caſtrum inferius, quod omnino interiit, tum extitiſſe colligimus.

# COMITATUS DAGESBURGENSIS.

## §. CCCLI.

Caſtrum Dagsburg.

*Dagsburg*, *Tagesburg*, Gallice *Dabo*, caſtrum antiquiſſimi nominis, quod à Dagoberto Rege acceptiſſe nonnulli crediderunt, medio in Vogeſo & Comitatu cognomine ſitum, vetus ac novum extitit; utrumque interiit. Vetus inſederat monti, quem à S. Leone Papa, ex Dagisburgenſium Comitum ſanguine ibi nato, *Leonsberg* vocant, ſacello adhuc ſuperſtite, quod religionis cauſa frequentes inviſunt vicini. Novum, majus longe atque validius, (*y*) quod Leiningenſes maxime Comites, Dagisburgenſium ſucceſſores, inhabitarunt, leuca fere diſtans à veteri, à Gallis noſtris An. *MDCLXXVII.* deditione captum, atque biennio poſt d. 23. Nov. pulvere pyrio ita deſtructum eſt, ut nuda ejus area ſuperſit. Ex Andlavienſi Abbatiali Epiſcopale Argentin. ut mox dicetur, feudum evaſit.

§. CCCLII.

(*p*) Conf. ſupra pag. 131. §. CCXXIII.
(*q*) *Parerga Gesting.* Tom. I. Lib. II. pag. 114. & 116.
(*r*) Ibid. pag. 105.
(*s*) De quo ſupra pag. 162.
(*t*) De quibus ſupra pag. 159. §. CCLXXV.
(*u*) Supra pag. 132. §. CCXXIV.
(*w*) Pag. 166. ſqq.
(*x*) Wehnert *Obſervat. Pract.* voce *Ablöſung.*
(*y*) Imago ejus in *Topographia Alſatiæ* Zeilleri pag. 13.

## §. CCCLII.

Cognominis vicus ſubjacet caſtro, qui ultra centum continet focos. Eccleſiæ, ad diœceſin Argent. relatæ, patronus eſt Comes. *Haube & Schaferhof*, viculi recentes, Dagsburgenſi parochiæ adſcripti. Viel Comitatus.

*Hohmert* peculiarem ſibi parochum An. *MDCCXLVIII.* demum accepit, qui Epiſcopo Metenſi ſubeſt.

*Hartberg* à caſtro gentilitio Comitum Leininga-Dagisburg. & à Comitis nunc regnantis nomine *Carlshütte* vocatur officina vitriaria, cui ante quadraginta hos circiter annos lignorum uſus pro annuo ducentorum flor. cenſu emphyteutico datus.

*VValſchied* ingens quoque diœceſeos Metenſis vicus, cujus incolæ præ reliquis duri ac feroces. Eccleſia *VValſcheids* tota cum conductu in Hiſſenſis Monaſterii bonis refertur à S. Leone. (a)

*Abrersiler*, Germanice *Elbersweiler*, ob Saræ vicinitatem, quæ lignorum commercio commoda, ceteris Comitatus hujus locis ditior atque nobilior. Eccleſia *Elberswyhre* tota cum conductu & omni integritate in eadem S. Leonis bulla Hiſſenſi cœnobio adſcribitur. Romanicum in eo viget idioma. Litigioſum jus patronatus Epiſcopus Metenſis exercet. Vicinus ei novus viculus *Lettenbach*, ad S. Quirini præpoſituram ſpectans, officina vitriaria, ex qua ille nuper prodiit, inſignis, ubi artificioſa omnis generis vitra, cryſtallis ſimillima, conficiuntur.

*Voyer*, Germanice *VVeyher*, ad Lotharingiæ fines, Elbersvillanæ parochiæ annumeratur, tanquam filia matri.

## §. CCCLIII.

Anguſta, Nivea & Wolflingia valles, (a) ſexaginta familias, ſeparatim ac diſperſim viventes, quæ continent, parochiæ Oberſteigenſi adhærent. Oberſteigenſis Monaſterii, à Dagisburgenſi Comite fundati, cœnobitæ Tabernas Alſaticas An. *MCCCIII.* translati, deinde in Canonicos converſi ſunt; qui illis adhuc reditibus gaudent. *Hohgeſſt*, extra montium clauſtra prope VVaslenhemium, cum Dagisburgo Leiningenſes acceperunt in feudum. Villa *Gieſede* tamen, Comiti de Leiningen pro ducentis marcis obligata, in Bertholdi II. Epiſcopi & Capituli majoris de reluendis Eccleſiæ Argent. bonis oppigneratis aut venditis inſtrumento An. *MCCCXLIII.* legitur. Jus patronatus ad Capituluin majus pertinet. Magnus ibi ad B. Virginis imaginem conſluxus eſt.

*VVeyersheimm ad Tiarim*, inter Epiſcopum Argent. & Leiningenſes diviſum, de quo ſupra, (b) nihil quidem cum veteri Comitatu Dagisburgenſi habuit commune, ſed ad eum tamen hodie refertur.

## §. CCCLIV.

Comitatus Dagisburgenſis, Lotharingiæ finitimus & in diœceſin Metenſem excurrens, leucas ſex longus duasque latus, ſilvarum, quæ piſces alunt ac feras, plenus, ſub Leiningenſibus, ad quos ſec. XIII. pervenit, hodie longe contractior, quam ſub antiquis Comitibus fuit. Dagsburgicas terras, ut fertiles admodum atque vicis exculas, Richerius Senon. (c) ſec. XIII. ſcriptor laudavit. Magnarum certe plurimarumque veteris & medii ævi habitationum veſtigia, quæ in plerisque montuoſorum illorum tractuum partibus adhucdum viſuntur, Comitatum incolis abundaſſe demonſtrant. Præter Hiſſenſe vero, S. Quirini, Steigenſe aliaque Cœnobia, à Dagsburgenſibus fundata, Bernſtein, Girbaden & Ringelſtein caſtra cum aliis vallis Bruſcanæ locis, nec non Turqueſtein & Herrenſtein caſtra cum oppido Sarburg, à Comitatu hoc, ad Leiningenſes tranſituro, abſtracta fuerunt; prioribus ad Argentinenſem, poſterioribus ad Metenſem Epiſcopos devolutis. Mortua ſcilicet Gertrude Comitiſſa An. *MCCXXV.* gentis Dagsburgicæ ultima, de ſucceſſione ejus diſputatum. De Egisheimenſi Comitatu, Comitatus fata.



(a) In bulla circa An. ML. data, apud Calmet *Hiſt. de Lorraine* Tom. I. *Preuves* pag. 411.
(a) *Lugen- Schmer- und Wehklager- thal.*
(b) Pag. 160.
(c) *Chron.* IV. 21. add. *Chron. Met.* apud Dachery Tom. II. pag. 232.

quem etiam poſſederat, ſupra jam actum. (*d*) Dagisburgenſem Hermannus & Heinricus, Marchiones Badenſes, Gertrudis, ſuæ ex ſorore neptis, allodium, ad ſe pertinere rati, eum Bertholdo, Epiſcopo Argent. cum univerſo jure An. *MCCXXVI.* donarunt; (*e*) quod Sigebertus Landgravius ſolenni firmavit ſententia. (*f*) Conſenſit etiam Hedwigis, Abbatiſſa Andlavienſis, à qua caſtrum Dagesburc vinculo feudali pendebat, modo ſibi cenſus, ab antiquis temporibus debitus, ſolveretur quotannis.

## §. CCCLV.

Ita remoti ſunt Brabantiæ Duces, qui ſe quoque Gertrudis heredes dixerant, & ſanguinis (*g*) & promiſſionis Cefareæ, à Philippo Imp. An. *MCCIV.* impetratæ, (*h*) juſtitia innixi; ſed non remotus erat Leiningenſis Comes Simon, cui Gertrudis poſt duos Theobaldos, Lotharingiæ Principem & Campaniæ Comitem, nupſerat, uxoris ſuæ, quanquam ſine prole defunctæ, patrimonium è manibus dimittere nolens. Imo & frater ejus Fridericus Comitatu potitus eſt. Cum hoc Epiſcopus Argent. tandem An. *MCCXXXIX.* ita tranſegit, (*i*) ut ſibi Girbadam & villas omnes Bruſcanæ vallis cum Ringelſteinio caſtro ſervarit; " caſtrum de *Tagesburg* vero cum villulis ibidem „ adjacentibus, prout Symundus frater ſuus, dum vixit, tenuerat in feodum; item „ *Durrenſtein* & *Colrental* cum omnibus eorum pertinentiis . . . nec non villam in „ *Gaſſede* cum omnibus pertinentiis ſuis, excepto jure patronatus„ Friderico in feudum maſculinum contulerit, quod poſteri ejus, Leiningenſes Comites, hactenus poſſederunt tranquilli. Obſervandum tamen, quod *Durrenſteinium* & *Cobrenthal*, ignota hodie in Dagisburgenſi Comitatu nomina, periiſſe videantur. Nicolaus IV. in Bulla confirmationis jurium Monaſterii Steigenſis An. *MCCLXXXIX.* Prioratum de *Dirrinſtein*, in dioeceſi Metenſi ſitum, inter Steigenſium poſſeſſiones recenſet. Geographicam Comitatus tabulam & Romana, quibus abundat, Monumenta expoſuimus alibi (*l*)

Teſſera Comitatus eſt leo niger in flavo, vel albo, ſecundum quosdam, (*m*) alveolo, quem limbus rubeus circumdat. Toti Laterculo ſuperinducta ſunt octo ſceptra aurea, liliata, in crucem & decuſſim diſpoſita. (*n*) Sceptra hæc liliata Francici feudi originem declarare, autumavit Herzogius. (*o*) In Lichtenbergenſis Dynaſtiæ teſſera cum & leo niger & limbus ruber occurrant, nomenque Dagsburgi, *Cujrum dici*, Lichtenbergæ vero *Montem lucis* deſignet, nata hinc quoque Herzogio conjectandi occaſio, utrumque caſtrum & gentem utramque communes habuiſſe origines, chartæ omnes & monumenta quum contrarium demonſtrent. Leiningenſes, qui Comitatum hunc poſſident, Leininga-Dagsburgenſes ſe vocant.

# COMITATUS LUCELSTEINENSIS.

## § CCCLVI.

Comitatus limites ac ſitus.

Lucelſteinenſem Comitatum verſus meridiem Salmenſis, ad occaſum Sarwerdenſis, ad boream Bitenſis Comitatus contingunt; qui cum Albimontano, Homburgenſi, Sarburgenſi, Bipontino, Sponheimenſi &c. in trans-voſagicis Lotharingici regni partibus, inter Lotharingiæ & Alemanniæ Ducatuum fines, à temporibus ſec. X. pedetentim ſunt orti. Luzelſteinenſis hodiernus longe minor eſt veteri. Weſtraſiæ eum vindicant Palatini ſcriptores, (*p*) quod Pfalzburgenſis Principatus, qui Comitatus hujus pars fuit, & vicus Zillingen, ad eundem hodieque pertinens, in Weſtraſia poſiti. (*q*) Uti vero Weiſenburgum in Wasgovia, Phirretum, Altkirchium, Thanuæ, in Sundgovia ſitæ, annumerantur Alſatiæ, ita & Weſtraſiæ pagi portio Provinciæ Alſatiæ accedere potuit. Spirigoviæ partem Alſatiæ acceſſiſſe, in ſuperioribus docui. (*r*) Adde, quod Weſtraſiæ

(*d*) Pag. 72.
(*e*) Inſtrum. apud Laguille *Probat.* pag. 33.
(*f*) Ibid. pag. 34.
(*g*) Illuſtrabit hæc Genealogia Dagisburg. Comitum, quam in parte Genealog. infra dabimus.
(*h*) Miræus *Opp.* Tom. III. pag. 75.
(*i*) Inſtrument. vitioſum apud Laguille *Probat.* pag. 18.
(*l*) Tomo I. pag. 529. ſqq.
(*m*) Spener. *Oper. Herald.* part. ſpec. Lib. III. Cap. XLV. §. IV.
(*n*) Vid. Tabulam Inſignium Landgraviat. Comitatuum & Dynaſtiarum. Conſpicitur leo Dagsburg. in monumento ſepulerali Hiſſenſi.
(*o*) *Chron. Alſ.* Lib. V. pag. 2.
(*p*) Crollius in *Programm. de Weſtraſia*, ubi & alii memorantur. Hachenberg in *Vita Friderici I.* pag. 20. in finibus Alſatiæ, & pag. 38. ad fines Alſatiæ Lucelſteininm ponit.
(*q*) In tabula permutationis inter Nobiles de Landsberg & Munch de Wilſperg An. MDXXVII.
(*r*) Pag. 127.

Weſtraſiæ limes, pro diverſis Geographorum ſententiis nunc latior conſtituatur, nunc ſtrictior. (*s*) Comitatum ſuum Lucelſteinenſem, alia ut omittam, Georgius Joannes, Palatinus Comes, in literis ad Argentinenſes An. MDCLIII. ſcriptis, Alſatiæ inferioris membrum, Lotharingiæ contiguum, ipſe profeſſus eſt. Hodiernum Luzelſteinenſis Comitatus ſtatum deſcripturus ſum primum, atque deinceps exponam ea, quæ à veteri diſtracta ſunt.

## §. CCCLVII.

Caſtrum *Luzelſtein*, Lat. *Parva Petra*, (*t*) Gall. *Petite Pierre*, vel à rupe, cui infidet, minore, vel quod ipſum modicum fuit, nomen obtinuit. Minor eſt rupes intuitu majoris cujusdam, nobis ignotæ. Intelligenda forte vicina rupes *Altenburg*, in qua majus & antiquius aliquod caſtrum ſedille indicat nomen. Lucelſteinium, in meditullio Vogeſi, ubi via regia tranſit, in Alſatiæ, Weſtriæ & Lotharingiæ confinio ſitum, ab Hugone Comite Eccleſiæ Argentinenſi An. MCCXX. in feudum oblatum eſt. (*u*) Oblationis hujus virtute Bertholdus II. Epiſcopus Volmarum Comitem An. MCCCXXXIX. compellavit, ut arcem ſibi committeret, donec liber ab hoſtibus eſſet. Oppugnandæ illius cauſſa Argentinenſes cum Hagenoenſibus An. MCCCXIV. fœdus iniverant. (*x*) Rei eventus ignotus eſt. Telonium in Lucelſtein & Einarzhauſen Henrico Comiti An. MCCCLXXXII. in feudum à Cæſare datum. Liberi antea Comites ab Imperii nexu fuerant. Caſtrum Lucelſtein.

Burcardo Capituli majoris Argent. Præpoſito, ex gente ſua ſolo ſuperſtite, dimidiam Lucelſteinii, ad ſe revertendi, partem Wilhelmus II. Ep. Leiningenſi Comiti, ſororis Burcardi marito, An. MCCCCIII. contulit; quod ut impediret Burcardus, ad matrimonium progreſſus eſt, quartamque arcis partem Ruperto Palatino, Regi Romanorum, eodem anno adſcripſit, in paternæ hereditatis diviſione Ludovico & Stephano, Palatinis Comitibus, (*y*) ac ſeptennio poſt ſoli Ludovico Electori, facta cum fratre permutatione, relinquendam. Ludovico huic ſpes data, ut & in ceteris Lucelſteinii partibus, Eccleſiæ Argent. feudi lege obſtrictis, perituræ Comitum ſtirpi ſuo tempore ſuccederet. Burcardi filiorum imprudentia rem perdidit. Burcardus enim & Guilielmus fratres, Palatinorum vel hoſtes fovebant, vel inſeſtabant amicos, unde Ludovicus IV. Elector An. MCCCCXLVII. (*z*) & poſt quinquennium Fridericus I. eos armis aggreſſi ſunt. Funeſta Luzelſteiniis fuit Fridericiana expeditio. Ili enim neſcio quibus ſtimulis agitati, contra Fridericum, qui vivo Philippo Electore, cujus patruus & tutor erat, Electoris ſibi ſumſerat nomen, inſurgere poſt alios, variisque injuriis ſubditos ejus vexare cœperunt. Obviam ut iis iret Fridericus, magni animi Princeps, collecto numeroſo exercitu, Lucelſteinium duos per menſes ſeptemque dies An. MCCCCLII. circumſedit, hoſtes metu ſeveritatis ſuæ in fugam conjecit, arcemque cum oppido & univerſa illorum ditione, quæ ab arce pendebat, ſuam in poteſtatem redegit; à quo tempore Comitatus omnis in Palatinæ domus manibus perſtitit. Inveſtituræ, quam ab Eccleſia Argent. deinceps conſecuta eſt, formulam An. MCCCCLXII. primum ita mutatam reperio, ut pro Lucelſteinio ſolo & integro dodraus caſtri cum vicis, hominibus juribusque omnibus ad illum ſpectantibus, literis fuerit inſertus; (*a*) de qua mutationis vi & ſenſu vaſalli cum Domino directo nondum convenerunt.

Franciſcus de Sickingen, Treviris, quos fruſtra obſederat, Alſatiam petiturus, Lucelſteinium admotis ſcalis noctu d. 1. Nov. MDXXII. occupare molitus eſt. Sed incolæ, ſentientes periculum, irritos quoque conatus ejus reddiderunt. Una hæc fuit belli cauſarum, quo Palatinus & Trevirenſis Electores, Landgravio Haſſiæ junctis, oppreſſerunt Sickingium. (*b*) Habitatum deinceps fuit hoc caſtrum à paragiatis Palatinis, quorum poſtremi Veldentini fuerunt. Bipontinus eſt hodie. Caſtrum hoc, Vogeſi cuſtodem, præſidio veteranorum Ludovicus XIV. inſtruxit; ſucceſſor ejus in eodem illud ſtatu conſervat.



(*s*) Crollius loco allegato.

(*t*) Ita vocatur in literis Matthæi, Lotharingiæ Ducis, quibus Henrici, Landgravii Alſatiæ, filios An. MCCXXVIII. inveſtivit. Vid. *Parergon Gustinq.* Tom. I. Lib. II. num. 4.

(*u*) *Burg Lutzelſtein mit allem dem eigen, dat da lit mit der burg Lutzelſtein inderwendig eintre milen.* Literæ oblationis in cod. membran. tabular. Tabern. ex ſec. XIV.

(*x*) Wenckeri *Apparatus Archivor.* pag. 189.

(*y*) Joannis *Miſcell. Hiſtor. Palat.* pag. 49.

(*z*) Vid. Herzog *Chron. Alſat.* Lib. V. pag. 47.

(*a*) His verbis: *drey theil an der veſte Luzelſtein mit ihrer zuzeborungen, dorffſchafften, mannſchafften, dorffern, leuthen, hohen u. nideren gerichten, wildbannen, waldeu, feldern, waſſern &c.*

(*b*) Casp. Sturm de bello hoc, teſtis præſens.

## §. CCCLVIII.

Oppidulum

Oppidulum cognomine affidet caſtro. In eccleſiæ parochialis, quæ Catholicis & Lutheranis communis eſt, choro, quem Burcardus Comes An. *MCCCCXVII.* refecit, ut epigraphe exterius inſculpta teſtatur, Luzelſteinenſes duo ac Palatino-Veldentini Principes ſepulti ſunt plures. In vicinia fons eſt, quem minera martis commendabilem dicunt.

Imſtal caſtellum.

Haud procul Lucelſteinio caſtellum *Imſtal* ab Eccleſia Collegiata Neovillar. ad Philippum, Electorem Palat. An. *MDIII.* permutationis pacto pervenit. (c) Diſtrictus, ad caſtellum hoc pertinentis, limites liti inter Palatinos & Neovillarienſes occaſionem dederunt, quam arbiter An. *MDCXXIV.* electus amice compoſuit. Caſtellum in ruinis jacet, villa ſola ſuperſtes.

## §. CCCLIX.

Vici Comitatus.

Reliqua Comitatus loca in ſeptem Scultaſias diſtinguuntur:

I. *Weinberg* vicus in duas, Lucelſteinenſem ac Leiningenſem, partes rivulo diſtinctus. Philippus Elector Palat. pro caſtello Imſtal jus patronatus hujus loci Capitulo Neovillar. An. MDIII. tradidit.

II. *Lohr*, ſedes ſculteti. *Petersbach.* Carolus Philippus, Croyæ Dux, Georgio Johanni, Veldentiæ Duci, pro decem mill. flor. An. MDLXXXVI. venum dedit, Imperiale licet feudum cenſeretur. *Frohnmühl. Diefenbach*, feudum olim Imperiale oblatum. *Hausberg. Puberg.* Conductus inter hunc locum & S. Quirini Præpoſituram beneficium erat Imperiale. *Wingen* ſuperioris ſeculi bellis priſcum ſuum florem adeo amiſit, ut jam præter officinam & emphyteutas quosdam, cum veteris Monaſterii veſtigiis nihil ſuperſit.

III. *Hambach. Volsburg. Busweiler* ſive *VVeitlingen*, bifarium ejusdem vici nomen, quod uſurpatur promiſcue. *Roſſey*, cujus pars ad Bernholdios nobiles ſpectat.

IV. *Bettweiler. Durſtel. Adamsweiler. Gungweiler.*

V. *Behrlingen. Pfaltzweyer. VVeſchem. Crauffthal*, ubi monaſterium virginum nobilium fuit, de quo in Alſatia ſacra. *Schœnberg. Eſchberg.*

VI. *Hanckweiler. VVintersberg.*

VII. *Zillingen*, cujus trientem unum à Lucelburgiis emerunt Palatini, alium Wilſpergiis primo, dein Landsbergiis An. MDXXVII. & his ita volentibus, ut ære alieno ſe liberarent, Jo. Elverto, Quindecimviro Argent. cujus poſteris cum Burſcheidenſi dominio adhuc paret, in feudum contulerunt. Vicus *Strude* dominio Comitatus directo ſubeſt, feudum maſculinum oblatum Maziliorum de Fouquerolle, qui mediam ibi & infimam jurisdictionem exercent. Triginta quatuor focos jam continet. In agro ejus villam *Hammanshoff* Steincallenfelſii nobiles poſſident.

## §. CCCLX.

Terræ amiſſæ.

Multas inſuper terras Comites Lucelſteinenſes poſſederant, quæ in alienam pedetentim poteſtatem tranſierunt. Sareckianam & Geroldseckianam Dynaſtias, Metenſis Eccleſiæ feuda, non obtinuerunt Palatini. Priorem decem vici ad Saram compoſuerunt: *Altorff*, *Barſingen*, *Goſalingen* ex dimidia parte, *Gunderichingen* ſeu *Gondrechanges*, *Herolshart*, *Kirchberg* ſeu *Kirprich*, *Reitlingen*, *Steinſel*, *Rudingen* & *VVachenheim*. In pluribus tamen eorum Leiningæ Comites aliquid habuerunt juris, quod Metenſi paulatim reſignarunt Epiſcopo. Caſtrum *Sareck*, unde Dynaſtiæ nomen, Lotharingicum fuit pignus. Lucelſteinenſibus autem extinctis, Philibertus Philippus de la Palu, Varembonii Dominus, poſtremorum Comitum ex ſorore nepos, brevique poſt Dynaſtæ Rappolt-

(c) In charta commutationis hæc verba: *Unſer ſchlaſſlin Imbſtall bey ſeiner gnaden ſchloß Luzzelſtein gelegen.*

Rappoltſteinenſes de iſtis quidem Metenſis Eccleſiæ feudis inveſtiti fuerunt, ſed fruſtra; (*d*) quum Lotharingiæ Duces, invito Domino, illis potiti ſunt. De Geroldseckiana Dynaſtia infra pluribus agetur.

Inter Imperialia feuda ſua Lucelſteinenſes numeraverant *Haſelau*, *VVinden*, *Achen* prope Herbizheim in Comitatu Bitenſi, *VVoſſerchen* ad Saram, *Erlingen* & *Kiwzenrode*. Henricus Comes loca hæc omnia Wenceslao Imp. An. MCCCLXXXII. obtulerat, à Comitatu tamen, neſcio quo modo, pridem diſtracta.

## §. CCCLXI.

Palatina ſub periodo Præfectura Einarzhuſana, ſeu Pfalzburgenſis, ut dein vocata eſt, Lotharingiæ Ducis imperium ſubiit. Loca vendita.

*Einarzhauſen*, caſtrum cum vico, Burcardus de Luzelſtein, Præpoſitus Argentinenſis, acquiſivit, idque Ruperto Imperat. An. *MCCCCIII.* ita tranſcripſit, ut quadrante ejus ſub pacis caſtrenſis conditione Palatinis relicto, reliquum dodrantem in feudum, cujus & fœminæ capaces forent, ab eisdem acciperet. (*e*) Sed nova tranſactione An. *MCCCCXIV.* pro quadrante ſemiſſis Palatinis reſignatus, & ſexui ſequiori ſpes obtinendi feudi ademta eſt. Luzelſteinio capto, hanc etiam arcem Fridericus victoriosus An. *MCCCCLII.* facile ſubegit; (*f*) unde Pfalzburgum oppidum ſec. XVI. prognatum. Einarzhuſen caſtr.

*Pfalzburgum* à Georgio Johanne, Veldentino Principe, Luzelſteinenſis Comitatus poſſeſſore, ſub Maximiliano II. Imp. An. MDLXX. ædificari cœpit, (*g*) invitante loci, per quem ex Gallia, Lotharingia, Weſtralia, in Alſatiam & Germaniam deſcenditur, opportunitate. Privilegia ad hoc à Cæſare impetrata, in quibus liber ſecundum Auguſtanam Confeſſ. religionis aſſeritur cultus. Inceptum à Palatino opus Lotharingiæ Dux, cui venditum eſt, continuavit, Rex Galliæ perfecit; urbe ſecundum recentioris architecturæ militaris regulas An. *MDCLXXX.* ſic munita, ut vera Vogeſi in his partibus clavis, finiumque Galliæ fidus ibi ſurrexerit cuſtos. Lotharingus, ab Auguſtana Confeſſione cives declinaſſe cauſatus, terminum undecim menſium An. *MDCXX.* eis præfixit, quo vel Catholicis ſacris accederent, vel valedicerent focis. (*h*) Plurimos hinc Epiſcopivillam migraſſe, ſuperius relatum eſt. (*i*) Pfalzburg oppidum.

## § CCCLXII.

Sed & Palatinis olim obnoxium fuit caſtrum *Luzelburg*, Dagisburgum inter & Pfalzburgum, in Lotharingiæ Alſatiæque collimitio, ſitum, quod marcæ Aquilejenſi primitus annumeratum, & cum cella B. Quirini commutatum fuit. Stephanus Barrenſis, Metenſium Epiſcopus, ad quem hereditario jure pervenerat, illud retecit, fuæque circa An. *MCXXIV.* Eccleſiæ donavit. (*k*) Ademarus Epiſc. An. *MCCCXLIV.* Burcardo Vinſtingio illud in hypothecam conceſſit. At facta reluitione quadrantem ejus Carolus Lotharingiæ Dux An. *MCCCCII.* accepit in pignus. (*l*) Reliquis tribus partibus ſucceſſu temporis varii potiti ſunt Domini; quos penes Vinſtingenſes iterum ſec. XV. reperimus. Lucelburgii, nomen inde ducentes, cum caſtrenſibus aliis Metenſibus feudis eidem caſtro alligati fuerunt. Franciſco de Sickingen ejusque ſociis, vicinos invadentibus, cum id hoſpitium præbuiſſet, poſt alia Alſatiæ caſtra d. 19. Maji MDXXIII. captum & igne vaſtatum eſt. (*m*) Tum etiam in Palatini Electoris, qui arma ſua Trevirenſibus junxerat, poteſtate remanſiſſe videtur; unde cum Pfalzburgo deinceps Lotharingiæ Duci venditum eſt. Lucelburg caſtrum.

Huc denique pertinent vici *Haſelburg*, *Hiltenhauſen*, *VVilſperg* & *Mittelbronn*, cum jure conductus inter Tabernas Alſaticas atque Sarburgum, quod à Cæſare in feudum acceperant Lucelſteinenſes An. MCCCLXXXII. nec non Advocatia Monaſteriorum S. Salvatoris, Altæ-Silvæ, Præpoſituræ S. Quirini & alia.

Præclara

(*d*) Conf. ſupra pag. 125.

(*e*) TOLNER *Cod. Diplom. Palat.* num. 207. pag. 258. & JOANNIS *Miſcell. Hiſtor. Palat.* pag. 48.

(*f*) TRITHEMIUS *Chron. Sponheim.* ad h. an. ubi pro *Sinzarhuſen* legendum *Einarzhuſen*.

(*g*) Locus in charta Principis ita deſcribitur: *Als wir uns eufelhloſſen inn unſer Grafſchafft Lutzelſtein und an dem ort, da jetzumd das ſchloß u. der fleck Einortshauſen ligt, ein ſtatt Pfalzburg genannt anzufahauen.* Palatinam hanc Pfalzburgi originem ignoravit LONGUERUE *Deſcription de la France* Part. II. pag. 156. ſq.

(*h*) ZEILERI *Topographia Palatinatus Rheni* in append. pag. 14.

(*i*) Vid. ſupra pag. 191. §. 344.

(*k*) *Chron. Epiſcoporum Metenſ.* apud CALMET *Hiſt. de Lorraine* Tom. I. *Probat.* pag. 64. MEURISSE *Hiſt. des Evêques de Metz* pag. 397.

(*l*) MEURISSE loco cit. pag. 539. & CALMET Tom. II. pag. 13.

(*m*) CASP. STURM *de bello Sicking.*

Præclara hæc Comitatus Lucelſteinenſis pars Carolo, Lotharingiæ Duci, per Georg. Johannem, Principem obæratum, pro quadragies mille florenis An. MDLXXXIII. vendita, jure redemtionis nonnili in quadriennium ſervato, ex manibus Palatinorum exivit; quamvis Palatinas terras alienare pacta familiæ vetarent. Ludovicus Guiſius, Ludovici Cardinalis, qui Henrici III. Regis Galliæ juſſu cum Henrico fratre An. MDLXXXVIII. Bleſis neci datus eſt, filius nothus, Henrici Lotharingiæ Ducis beneficio Princeps Pfalzburgenſis ſeculo ſuperiore nuncupatus eſt, quod & cum Henrica, Caroli IV. qui Henrico patruo in Ducatu ſucceſſit, ſorore, conjuge ſua, nomen communicavit. (*n*) Pfalzburgum denique pace Lutetienſi An. MDCLXI. cum Sarburgo Galliæ vindicatum; (*o*) ſed de reliquis Principatus Pfalzburgenſis locis inter Regem & Lotharingiæ Ducem uſque ad An. *MDCCXVIII.* diſputatum, quo ſolenni inſtrumento Galliæ quoque relicta fuere. (*p*)

## §. CCCLXIII.

**Fata recentiora Comitatus.**

Lucelſteinenſem Comitatum Rupertus, Veldentinæ lineæ auctor, filius ejus neposque, duo Georgii Joannes, ac Leop. Ludovicus rexerunt, quorum ultimus, propioribus exclusis agnatis, Carolum XI. Suecorum Regem, ut Palatinum Bipontis Ducem, An. MDCXCIV. heredem teſtamento ſcripſit. Agnati proximiores erant Chriſtiani duo, Birckenfeldenſis & Solisbacenſis Principes, quibus & teſtamentum hoc, & Palatinus Elector, ad lineam primogenialem, cujus caput erat, juniorum extinctarum terras, præteritis collateralibus, redire debere contendens, hereditatis aditum negavit. Non ſcriptis, ſed armis quoque pugnatum. Elector viribus, Birckenfeldenſis judicio prævaluit. Pro hoc enim ſupremus Alſatiæ Senatus bis (*q*) pronuntiavit, Electore in Comitiis Germanicis hinc querelas movente. (*r*) Ope Galliæ ergo Comitatus inter Birckenfeldenſes & Solisbacenſes diviſus, transactione An. MDCCXXXIV. de Bipontino Ducatu cum Electore inita, apud eosdem remanſit. Matricula Imperii duos equites cum quatuor peditibus Lucelſteinenſi Comiti imperat.

(*n*) Is Monachii An. MDCXX.XII. Henrica vero An. MDCLX. diem ſupremum obierunt. Conf. CALMET *Hiſt. de Lorraine* Tom. III. pag. 180. & 195.

(*o*) Art. XVIII. apud LEONARD *Recueil des Traités de Paix* Tom. III. verſus finem.

(*p*) Art. VI. apud DU MONT *Corps Diplom.* Tom. VIII. Part. I. pag. 498.

(*q*) Briſaci d. 24. Sept. MDCXCV. & Colmariæ d. 25. Febr. MDCXCIX.

(*r*) FABRI *Staats-Canzley* Tom. V. Cap. VIII. Tom. XLVI. Cap. XIV. & Tom. XLVII. Cap. I I. STRUVII *formula ſucceſſ. Palatina* Sect. I I. pag. 254.

DYNA-

# DYNASTIÆ.

## §. CCCLXIV.

COmitatibus Dynaſtias ſubjungo, quas rerum politicarum ſcriptores Baronias, Baronatus, libera Dominia, quandoque & Toparchias appellant. *Dynaſtiæ* nomen prætuli reliquis, *Domnia* appellaturus bona ea, quæ uno vel paucis modo vicis componuntur, & à Corporibus eccleſiaſticis, à Nobilibus, aliisve poſſidentur. Inter Dynaſtias inferioris Alſatiæ ordine prima, ſi reſpicias ſitum, Vileriana comparet.

## DYNASTIA VILERIANA.

## §. CCCLXV.

Vallis & Dynaſtia Vileriana.

Quæ nunc à principe loco *Vileriana* Dynaſtia, (*r*) ea à principe olim caſtro *Ortenbergica* dicebatur. Vilerium oppidulum, in meditullio ſitum, & valli & Dynaſtiæ nomen ſuum communicavit. Vallem hanc veteres ab incerto poſſeſſore (*s*) *Albertinam* (*u*) vocarunt, quæ Leberiam à meridie, San-Deodatianam & Senonienſem ab occaſu, Rupenſem à ſeptentrione attingit; ſeptem leucis in longum, quatuor in latum extenſa. Ad Vilerianam & Leberiam communis ab ortu aditus eſt, quem Caſtinetum atque Scarævilla utrimque aperiunt; tres arces, montibus impoſitæ, (*x*) cuſtodiunt. Surgit inde mox montium jugum, ad Lotharingos procedens, cujus primo acumini arx Franckenburg impoſita eſt; (*y*) quod jugum Leberiam ad auſtrum à Vileriana ad boream valle diſcernit. De priore jam actum. (*z*) Vileriana cum præſtantiſſimis ubertate contendit; fontibus, pratis, ſilvis, vineis, agris omnium feracibus frugum abundans. Scara & Bruſca ex ejus ſinu procedunt. (*a*)

In valle hac non Dynaſtia modo homonyma, ſed & alia Dominia, Bannus Comitum, de quo ſupra, (*b*) & Danvillenſe caſtrum cum vico ſuo occurrunt. Quin & extra vallis fauces Scarævilla & Dieſenthalia Dynaſtiam reſpiciunt. Vallis nempe triginta, Dynaſtia viginti & duobus vicis conſtat; illa quatuor, hæc tres arces, nunc dirutas, numerat.

## §. CCCLXVI.

Ortenberg caſtrum.

Vetuſtiſſima, unde quondam Dynaſtiæ nomen, arx *Ortenberg* (*c*) dicitur, una leuca Seleſtadio diſtans. Wernherus Comes de Ortenberg, Abbatiæ Hugshovienſis, media in Alberti valle ſitæ, circa annum M. auctor celebratur; (*d*) quem Habsburgico ſanguine prognatum WIMPHELINGIUS (*e*) putat. Caſtrum *Ortinberg* Conrado de Liechtenberg, Epiſcopo Argent. Alberti Auſtriaci ſocio, An. MCCXCII. traditum, mox ab Ottone de Ochſenſtein, advocato provinciali, Adolphi Imp. nomine fuit obſeſſum. (*f*) De reſtitutione ejus, æque ac arcis Billſtein, Johannes Landgr. & Jo. de Liechtenberg cum Ochſenſteinio anno ſequenti convenerunt, quod Rex Adolphus probavit. (*g*) Sub Alberto I. itaque, Germ. Rege, penes Auſtriacos Ortenberga



(*r*) *Signuwrie de Viler, Herrſchofft im Weilerthal.*

(*s*) JO. RUTAEUS in *Antiquitez de la Voſge* Part. II. Lib. IV. Cap. XVI. eum Albertum, Etichonis Alſatiæ Ducis pronepotem; CALMETUS vero & HERRGOTT. *Geneal. Habsburg.* Tom. I. pag. 140. Alberum, Ottonis II. qui Rudolphi I. Imp. ſtatus fuit, fratrem ſuſpicantur. Sed GUILLIMANNUS *Habsb.* pag. 97. in alia omnia diſcedens, Ottobertum, quem Altenburgi Comitem & Landgravium Alſatiæ ſec. VII. facit, huc vocat.

(*u*) RICHERIUS SENON. Lib. IV. Cap. XIV. ap. DACHERY *Spicileg.* Tom. II. pag. 613. habet *Albertivallis*; ANNALES COLM. ad An. MCCXCV. *vallis Albrechtstal*; Fridericus III. Rex in charta An. MCCCXIV *vallis Alberti*, *vulgariter dicta Albrechtestal*; Koenigshovius aliique juniores *Obrechtsthal*; quod in ſuſpecto Henrici IV. Imp. diplomate jam occurrit, ubi Tanweiler in *valle Obrechtstaal* ſitum eſſe memoratur.

(*x*) Scil. Ortenberg, Ramſtein & Franckenburg.

(*y*) Ita quidem, ut nec Lebrahenſi, nec Vilerianæ valli accenſeatur. Ulricus Landgravius in charta An. MCCCXXXVI. ait: *Franckenburg gelegen gegen Albrechtstal über &c.*

(*z*) Supra pag. 123. §. CCVIII. ſeqq.

(*a*) Bruſca in monte oritur, quem Gall. *Climont* appellant.

(*b*) Pag. 162.

(*c*) Cognominе caſtrum trans Rhenum eſt, Ortenaviæ caput, quod Epiſcopus Arg. Friderico II. Imp. An. MCCLXVIII. abſtulerat armis, legato Pontificis auctore id non reddituros, niſi à Cæſare fatisfactum ſibi fuerit.

(*d*) In diplom. Friderici I. Imp. An. MCLXII. cujus verſio Gall. apud CALMET. *Hiſt. de Lorr.* Tom. I. Prob. pag. 386.

(*e*) De *Epiſcopis Argent.* pag. 49.

(*f*) ANNALES COLMAR. ad An. MCCXCII.

(*g*) Literarum Adolphi mentio fit ap. SCHILTER. *Gloſſar. Teuton.* pag. 34.

fuit, quod & Burcardus de Fricka, fcriba ejus, affirmat, ubi hominem ejus caſtrenſem Ludovicum de Amoltron prodit, qui triginta marcas argenti habuerat in feudum. At ſub Friderico III. Ludovici Bav. æmulo, Ortenberga cum omni fere Dynaſtia Vileriana Mullenhemiis Nobilibus vendita eſt, ut mox infra dicetur. An. MCCCCLXXIV. Petrus de Hagenbach, Caroli Burgund. in Alſatia Præfectus, cum Villerio oppidulo Mullenhemiis illud eripuit, (*h*) Epiſcopo & civitate Argent. indignantibus; quorum ope, poſt Hagenbachii interitum, recuperatum eſt brevi. (*i*)

## §. CCCLXVII.

Ramſtein caſtrum.

Retro Ortenbergam aliud caſtrum conſpicitur, *Ramſtein* quod vocant, anguſtiore ſed profunda valle, majoris Albertinæ veluti ramo, ab Ortenbergenſi diſcretum. Ramſteinæ arcis originem Annales Colmar. ad An. MCCXCII. ita exponunt: "caſtrum „ *Ramſtein* prope *Sleciſtat* fuit inchoatum à Præfecto terræ, contra multorum hominum „ voluntatem. „ Præfectus terræ, id eſt, advocatus provincialis, Otto de Ochſenſtein, ut modo vidimus, pro Adolpho Imp. tum oppugnavit Auſtriacos. Hoc ut felicius ageret, in ipſorum ditione novam arcem, Ortenbergenſi vicinam atque oppoſitam, nec non aliud in Scarævilla caſtellum extruxit. Utraque munitio in Auſtriacorum poteſtatem devenit, ut ex Burcardo de Fricka An. MCCCIII. apparet. Ramſteinium Reichenbergii Comites, à quibus & ipſum *Reichenberg* dictum eſt, una cum vico Erlenbach, in feudum tenuerunt. Hugo Comes de Reichenberg, gentis ſuæ poſtremus, qui An. MCCCLXI. deceſſit, in templo Abbatiæ Hugshovienſis ſepultus, (*l*) anno quinquageſimo ſeptimo de illo per Auſtriæ inveſtitutus eſt Ducem. (*m*) Ad Zornios de Bulach quum deinceps perveniſſet, cives Argentinenſes, indicto nobilibus ſuis bello, circa An. MCCCCXX. id expugnarunt. (*n*) Ramſteinium aliud in Alſatia caſtrum prope Oberbronnam, aliudque ſimile in Agro Baſilienſi, priſcis in ſcriptoribus obvium, reperimus.

Bilſtein caſtrum.

*Bilſteia*, media in valle ſupra vicum Urbeis in montis cacumine ſitum, in ſuperius & inferius olim fuit diſtinctum. Recenſetur in Adolphi Imp. charta An. MCCXCIII. & Burcardus de Fricka ditioni Auſtriacæ id diſerte adſcribit, Johannem de Amoltron hominem ejus caſtrenſem ſimul deſignans. Fridericus III. Rex Rom. & Leopoldus Dux fratres Bilſteinium hoc, cui Henricus Waffelarius tunc præerat, ſervato retractus jure, Epiſcopo Argent. An. MCCCXIV. vendiderunt. Eo ad Auſtriacos reducto, Henricus, Fridericus & Cunzmannus de Hadſtatt caſtrum inferius cum vico Baſſenberg An. MCCCLXI. impetrarunt in feudum, quod per duo & amplius ſecula penes illos manſit. De Bilſteinio alio Dynaſtiæ Richovillanæ ſupra (*o*) diſſerui.

## §. CCCLXVIII.

Vici ac Villæ.

Supereſt, ut viginti & duos Dynaſtiæ vicos ſecundum ſeptem, quas componunt, parochias enumeremus, ad occaſum progreſſuri ab ortu.

I. *Scherwweiler* & *Dieffenthal* extra vallem in ampliſſimo campo, Caſtinetum inter atque Dambacum, infra caſtrum Ortenberg, unam parochiam conſtituunt. Scarævilla incolarum numero, Diefenthalia vini copia & bonitate præſtat. Junta, uxor Adelberti Habsburg. Comitis, Abbatiæ Hugonis curiæ quicquid Scarævillæ juris habuerat, dediſſe ſcribitur. (*p*) Curiam ſuam & patronatum eccleſiæ in villa Scherwilre Rudolfus Comes Habsb. eidem Abbatiæ An. MCCLVIII. donavit. Eccleſiæ Argent. homines & bona Teutonici Ord. Rudolphus An. MCCLXIX. ibi accepit. (*q*) Advocatus provincialis, Otto de Ochſenſtein, Ortenburgum, quod Epiſcopus Argent. tenebat, Adolphi Imp. nomine obſeſſurus, caſtrum in Schervilla An. MCCXCII. extruxit. (*r*) Locum Mullenhemiis oppigneratum, Lotharingiæ Dux An. MCCCLXXIV. combuſſit. (*s*)

II.

(*h*) Koenigshov. Cap. V. pag. 370.
(*i*) Ibid. pag. 372.
(*l*) Luckius in *Heraldicis* MS. tabularii Argent.
(*m*) Cod. feudor. Regim. Enſisheim.
(*n*) Schilter ad *Koenigshov.* pag. 870. Herzog *Chron. Alſat.* Lib. IV. pag. 109.
(*o*) Pag. 78. §. CXX. ubi hoc inſuper addendum, quod cum feudum Lotharingicum fuerit, ante Lotharingos ad Dagisburgenſes Comites ſpectaverit. *Bilſtein caſtrum in Alſatia* Theobaldus, Friderici Ducis Loth. filius, initio ſec. XIII. cum uxore ſua Dagisburgica obtinuit. Teſtis rei Jo. à Bayono apud Belhomme *Hiſt. Mediani-Monaſt.* pag. 290.
(*p*) In diplom. Friderici I. An. MCLXII. Abbatiæ Hugshov. dato.
(*q*) Herrgott. *Geneal. Habsb.* Tom. III. n. 502.
(*r*) Annales Colmar. ad hunc An. pag. 27. ubi certe Scherwille pro *Haervoille* legendum.
(*s*) Koenigshov. Cap. V. §. CLVII.

II. *Petersholtz* (Gall. *S. Pierre aux bois*) & *Hohwart*. Duo hæc loca cum villa *Hondeswilre* & bonis in Tanwilre Rudolphus Comes ab Ecclesia Argent. pro Advocatia Rubeacensi An. MCCLXIX. in feudum obtinuit. (*t*) Hundeswilre & à Burcardo de Fricka inter Dynastiæ loca enumeratur, quod temporum injuria periit.

III. *Weiler*, Vilerium, Gall. *Viler*, locus Dynastiæ princeps, muris ac fossa olim munitus, numero incolarum tamen quibusdam Dynastiæ vicis inferior. Jo. Philippus Rheni Comes fine Maji MDCXXXIII. pro Suecis cum occupavit, tumultu per totam vallem excitato. (*u*) Duo Majores (*Meyer*) alternis vicibus communitati præsunt. *Erlenbach*, Gall. *Albé*, vicus omnium amplissimus, quem cum castro Ramstein Reichenbergii Comites ab Austriacis in feudum tenuerunt. *Trimbach*, quem Burcardus de Fricka *Trubenbach* vocat. *Bassenberg*, cum castro inferiore Bilstein, Hatstadii possederunt, ut feudum. *Lach*, Gall. *Lalay*. *Mittelscher*, Gall. *Charpe*. *Urbeys* infra castrum Bilstein.

## §. CCCLXIX.

IV. *S. Martin*, vicus Hugonis curiæ, Abbatiæ olim Benedictinæ, cujus advocati ex Comitibus Habsburgicis fuerunt, proximus. *Meisengott*, ubi Romanicum idioma incipit, cum villa sibi adhærente *Engelspach* seu *Guirlgotte*. *Steige* in clivo montis ad viam regiam, unde nomen, longe dispersus.

V. *Breitenbach*, vicus major, ubi lapis sciffilis, *ardoise*, effoditur.

VI. *Cobroy*, id est, Collis regius. *Roschbach*, Gall. *Rennupt*, ubi ecclesia, prioris parocho subdita, præstantesque ferrifodinæ. *Salsey*, Germ. *Saltzheim*. *Stampemont*, Germ. *Steinberg*. In CHRON SENON. (*x*) *Stamdoimont*, *Ramumper*, *Comretum* &c. vallis Alberti loca, illato per Episcopi Argent. homines igne consumta, leguntur.

VII. *Saales*, Germ. *Seel*, extremus vallis & Alsatiæ vicus, elegans satis nec pauper, unde Rupea & S. Deodati valles conspiciuntur. In San-Deodatianam progredienti fons salubris, (*z*) in angulo vallis, ubi S. Gundelbertus Archiepiscopus, primusque Abbas Senonienfis, latuisse traditur, primum occurrit. Eminet ultra mons acutus, cui castrum infidet *Spitzenberg*, Alsaticis documentis non ignotum. In Lucii III. bulla An. MCLXXXII. Mathæus, Lotharingiæ Dux, Monasterio Baumgartensi pasturas per totam terram castri, quod dicitur *Spiceberg*, dedisse scribitur. Vico Saales officinæ vitriariæ, (*Haug*, *Hauf*) propinquæ sunt, in Alsatia sitæ.

*Neuhoweg*, locus officina ferri quondam conspicuus. *Bruche* à Brusca, quæ à fontibus suis proxima eum perlabitur, nuncupatus. CHRON. SENON. (*a*) de militibus Episcopi Argent. terras Rudolphi Habsburgi Comitis vastantibus, scribit: „ Adunato „ armatorum cuneo, venerunt ad villam, quæ *Novum cujetum* dicitur, & illam igni tra- „ diderunt. Inde *ad Sales* venientes fecerunt similiter, & postea villam *Brusam* incen- „ derunt. „ Apparet hinc, hæc Salensis parochiæ loca medio sec. XIII. quo Chronicon illud scriptum est, jam condita fuisse.

## §. CCCLXX.

Jus patronatus in has septem parochias inter Dynastiam Vilerianam & Abbatiam Andlavienfem, Hugshovienfis Abbatiæ possessorem, ita divisum est, ut illi in Petersholz & Seel, huic in quinque reliquis parochiis, quamquam non ubivis soli, jus illud competat. Incolarum numerus quantum hoc seculo creverit, inde patet, quod octoginta ante annos nonnisi quadringenti in omni Dynastia numerati sunt foci, nunc mille & septingenti numerantur. Plerisque incolarum pristinæ servitutis nota inhæret, annuus canon, vel quod patrefamilias defuncto animal pretio fecundum Domino præstant. Jura & incolæ.

## §. CCCLXXI.

Vileriana Dynastia ab Ortenbergensibus, Habsburgici sanguinis Comitibus, ad Hohenbergenses Sueviæ Comites translata, ad Habsburgicos sec. XIII. rediit, quod ALBERTUS ARGENT. Fata antiqua Dynastiæ.



(*t*) HERRGOTT. loco cit.
(*u*) CHEMNITZ *Schwed. Krieg in Teutschland* Part. II. pag. 127.
(*x*) Lib. V. Cap. XIV. apud DACHERY *Spicileg.* Tom. III. pag. 615.
(*z*) *Bonne fontaine* vulgo dictus, Germ. *Gutbrunn*. CALMET *Hist. Lothar.* Tom. I. pag. 451.
(*a*) Lib. V. Cap. XIV.

ARGENT. (*b*) ita exponit : „ Comites (de Hohenberg & de Haigerloch, qui & „ Comites de Hurmingen dicti sunt) fuerunt potentes in Suevia & Alsatia. In Elsatia „ habuerunt castrum, quod dicitur *Ortenberg*, & magnas villas & totam vallem, quæ „ dicitur *Albrechtsthal*, cum omnibus pertinentiis . . . quod dominium Albertus Comes „ postea dedit Rudolfo de Habspurg in dotem dominæ Annæ, fororis suæ. „ Quodsi illustrium familiarum origines minus essent obscuræ, discremus fortassis, non modo Habsburgicos, sed & Ortenbergenses, Hohenbergenses, imo & Werdenses Comites, ab Etichone, Alsatiæ Duce, suum ducere genus; quod RUPRIUS (*c*) liberaliter admittit. Werdenses cum Franckenburgo & Castineto Bannum Comitum in Alberti valle tenuerunt, uti Lotharingici quoque Etichonidæ Lebrathensis vallis cum Kœnigsburgo & S. Hippolito compotes fuerunt. Forte qui sec. XI. Ortenbergenses, sec. XIII. Hohenbergenses dicti sunt Comites. Indicium rei præbent ANNALES COLM. ad An. MCCLXXXVI. quando Wernherum Comitem de *Ortibech*, Abbatiæ Hugshov. auctorem, de *Hurningen* quoque dictum fuisse tradunt; quo nomine & Hohenbergenses sunt usi; ut ex Alberto Argent. jam vidimus. Quin & alia in Alsatia superiore bona, Habsburgicis permixta, eos possedisse, Burcardus de Fricka testatur. Vilerianum dominium sub Habsburgo-Austriacis à seculi XIV. ævo in aliorum plerumque manibus fuit constitutum, ut pignus. Fridericus & Leopoldus Duces, quum ille Rex Rom. fuisset electus, Henrico de Mullenheim, civi Argent. eam absque Bilsteinio totam, cum Berghemio oppido (*d*) An. MCCCXIV. vendiderunt. Redemtionis, quod servaverant, jus cum Bilsteinio mox pro ter mille marcis argenti Episcopo Argent. pari modo concessum. (*e*) Mullenhemius, per Austriacos monitus, aliquandiu id elusisse videtur; quippe qui nonnisi post decennium literas Episcopo dedit, quibus loca sibi vendita se traditurum ei promisit, simulac pecuniæ persolutæ summa sibi restituereturur. Reluitionem per Episcopum factam non equidem reperi. Mullenhemios per omne fere seculum XIV. Dynastiæ partem cum Berghemio retinuisse, ea, quæ in Scarævilla & in Berghemio supra retulimus, satis ostendunt. Ortenbergæ Dominum Rudolphus IV. Austriæ Dux, Rudolphi I. Imp. pronepos, se nuncupavit, (*f*) quamvis utili ejus tum careret dominio.

## §. CCCLXVII.

Fata recentiora.

Eandem Dynastiam Schauberto cuidam, regininis Oenipontani assessori, oppignératam, Nicolaus Baro à Bollweiler, Ferdinandi I. Regis Rom. permissu, An. MDLI. redemit. Pignus non Bollwilenses tantum, sed & his extinctis Fuggeri Comites, ipsorum per feminam heredes, servarunt, donec Rex Franciæ, Alsatia potitus, id Zurlaubiis permitteret. Jo. Ernestus Fuggerus nempe, qui Margaretham à Bollweiler uxorem duxerat, à Leopoldo Archiduce An. MDCXXVIII. obtinuit, ut & sibi, & filio suo natu majori, quamdiu viverent, Dynastia subjecta maneret; quod factum. Christoph. Rudolphus vero, Jo. Ernesti filius, cum decessisset, Ludovicus XIV. eam Zurlaubio, Tugii Helvetiæ nato, exercitus Regii Tribuno, (*g*) feudi masculini lege concessit. Hoc sine prole mascula defuncto, Beatus Jac. de Zurlauben, nepos ejus, novo Regis beneficio Dynastiam obtinuit, reluctantibus semper Fuggeris Comitibus, qui oblatam sibi crebrius pecuniam, Austriacis pro pignore commodatam, quæ LXX. mille floren. summam tunc superabat, nonnisi An. MDCCXX. receperunt, allodialia bona, quæ hinc inde per vallem acquisiverant, Anthesiis postea venum daturi. Dominio *Baroniæ* An. MDCLXXXVI. & sexennio post *Comitatus* axioma à Rege tributum. Zurlaubii, regiorum exercituum legati, filiæ cum filiis novi hujus Vilerensis Comitatus heredes à Rege pronuntiatæ sunt An. MDCCIII. quare per filiam ejus natu majorem, Francisam Honor. Juliam de Zurlauben, ad Marchiones Mosanos (*h*) connubio translatus est, ad sequiorem quoque sexum, è Zurlaubia hac prodeuntem, devolvendus, si mares deficerent; quod literæ Regis, An. MDCCXII. ob id ipsum confectæ, testantur.

*KUNIGS-*

(*b*) *Chron.* apud URSTIS. pag. 106.
(*c*) *Antiquitez de la Vosge* Part. II. Lib. IV. Cap. XVI.
(*d*) Vid. supra pag. 114. §. CXCII.
(*e*) Liter æ hæc nomina referunt : „ castrum „ nostrum *Bilenstein* . . ac omne jus nobis com- „ muniter vel divisim in modum quemcunque com- „ petens in castro *Richenberg*, civitate *Bergheim*, „ castro *Ortenberg*, villa *Schervvilre* & valle Al- „ berti, vulgariter dicta *Albrechtstal* &c.
(*f*) Exempla vid. apud STEYER. *Hist. Alberti Sap.* addit. II. pag. 358. sqq.
(*g*) *Brigadier des Armées du Roi.*
(*h*) *Marquis de Menfe*, ex gente *Choiseul.*

## *KUNIGSBURGENSE DOMINIUM.*

### §. CCCLXXIII.

Vilerianæ valli vicinum Kunigsburgenſe Dominium, quod nonnunquam communes cum illa poſſeſſores habuit, heic loci ſubjungimus. Caſtrum *Hoh-Koenigsburg*, magno cum ſilvarum adjacentium ambitu, & vicus *Orſchweiler*, ad montis, ubi caſtrum eſt, ſitus radices, hoc componunt Dominium.

Hoh-Koenigsburg caſtrum.

Etymologia *caſtrum* denotat *regis*. Vere regium & non unius ſeculi opus ſuiſſe, ex ruinis apparet. Vaſti ejus murorum denſorum ambitus, turres immanes, ex lapide quadrato in altum eductæ; ſubterranei ſpecus, propugnacula, ipſeque in alti & acuminati montis præcipitio ſitus, illud inexpugnabile fere reddiderunt. Et caſtri, & nominis origo incerta. Nec minus incertum, cur in Lotharingicis chartis Romanice *Eſtuphin* dicatur. A Staufenſibus, ad Alſatiæ Ducatum promotis, nomen ortum fuiſſe diceres. Iisdem regio Germanorum ſolio admotis, alterum quoque nomen *Koenigsburg* acceſſit. In hoc ſane tractu fec. XI. Staufenſes jam bona poſſediſſe, S. Fidis Cœnobium, ab illis Seleſtadii inſtitutum & liberaliter dotatum, oſtendit. Quisquis ejus conditor fuerit, Landgravii Alſatiæ inferioris illud temporis tractu cum S. Hippoliti oppido à Lotharingiæ Ducibus in feudum tenuerunt, atque una cum Landgraviatu ſuo Eccleſiæ Argent. An. MCCCLVIII. vendiderunt. At Lotharingus, juri ſuo inſiſtens, Kunigsburgum & S. Hippolitum Burcardo Vinſtingenſi contulit. Oppidum hoc An. MCCCLXXIV. quum ad Vinſtingium pervenerit, Kunigsburgum quoque ad eundem perveniſſe veriſimile eſt. An. MCCCLXII. caſtrum hoc, Alſatiam latrociniis infeſtans, junctis Sigismundi Archiducis, Epiſcopi Argent. Dynaſtæ Rappolſtein. & civitatis Baſil. viribus, expugnatum atque everſum eſt. (*i*) Triginta tres, qui id tenuerant, nobiles atque plebeji, inter quos Utenhemius quidam, Wittenheimenſis & Adamus Ryſſius, filius Conſulis Argent. fuere, diſſidationis literas, quadriennio poſt miſerunt Archiduci, (*l*) qui caſtrum genti ſuæ vindicavit.

### §. CCCLXXIV.

Sub Auſtriacis.

An. MCCCCLXXIX. Fridericus III. Imp. Oſwaldo & Wilhelmo fratribus, Tierſteinii Comitibus, Kunigsburgum in feudum contulit, imperata ſimul ejus reſtauratione, quod civitati Argent. literis ſignificavit. Diſplicuit hoc Sigiſmundo Archiduci, qui ut caſtrum cum Berghemio oppido recuperaret, Alſatiæ & Briſgoviæ advocatiam provincialem Oſwaldo obtulit, qui eam accepit. Hanc tamen deinceps ſervaturus cum caſtro, novis id munimentis firmare cœpit; quæ ne perficerentur, Dynaſta Rappolſteinius hortatu Sigiſmundi prohibuit. Manſit ergo Kunigsburgum in Tierſteiniorum manibus, Cæſarea inveſtitura ab Archiduce probata, quam & Henricus, Oſwaldi filius, An. MDI. obtinuit. Exſtincta vero ſub Carolo V. Tierſteiniorum gente, Ferdinandus I. caſtrum & vicum Orſchweyer pro tredecim millibus aureorum Schweighardo Johanni & Fran. Conrado de Sickingen d. 29. Jan. MDXXXIII. oppigneravit, (*m*) ea lege, ut ſumtus præfidii, apparatus bellicos & quæ ad munimenta ſpectabant, præſtarent Auſtriaci; quo factum, ut primæ pignoris ſummæ octies mille floreni accederent. An. MDLXXII. Archidux viginti quinque tirones, qui caſtrum cum Franc. de Sickingen cuſtodirent, in eo collocavit. Bollvillenſis Baro caſtrum Sickingenſibus parum, ſibi ac ſubditorum ſecuritati multum profuturum exiſtimans, reluendi ejus facultatem An. MDCV. quæſivit, anno ſequenti his conditionibus impetravit, ut ſuis impenſis id tortum tectumque ſervaret, niſi damnum majus caſu acciderit, cujus reparatio ad Principem ſpectet; dein ut ad nutum Principis caſtrum cum tormentis redderetur, ipſique Bollvillano mille & trecenti floreni militaris ſtipendii loco & pro cuſtodia, nec non pro reparandis ædificiis quinquaginta floreni ſolverentur quotannis. Tum vero bis mille & ſexcenti flor. reficiendo caſtro dicati ſunt. Ita Archidux ac Bollvillenſis inter ſe convenerunt. Bollvillanis Fuggeri Comites ſucceſſerunt hæredes; ſub quibus Sneci menſe majo An. MDCXXXIII. arcis hujus expugnationem tentarunt. (*n*) Ad Sickingios Barones denique ſeculo ſup. Dominium hoc Kunigsburg. rediit, quibus in feudum à Rege datum.



(*i*) Urstisii *Chron. Baſil.* Lib. VI. pag. 428.
(*l*) Berleri *Chron.* Mſ. fol. 140. ſq.
(*m*) *Hauptmanns-und pfands-weyſe.*
(*n*) Chemnitz *Schwed. Krieg* Part. II. p. 127.

# DYNASTIA RUPISVALLENSIS.

## §. CCCLXXV.

Nomen & ſitus. Rupes, cui caſtrum, Dynaſtarum olim ſedes, inſederat, valli, in cujus medio ſita eſt, nomen ſuum communicavit, quæ *Steinthal* Germanis, *Ban de la Roche* (o) Gallis, appellatur. Vallis hæc Rupenſis, ſalebroſa omnino, ſex fere leucas in circuitu habet. Limes ejus occiduo-borealis Bruſca flumen eſt. Bruſca, ex Vilerianæ vallis Climontio profiliens, tres leucas emenſa vallem Rupenſem attingit, Alſatiam ad Schirmeckium uſque à Salmenſi Lotharingiæ Principatu (p) ſejungens. Alius ab aquilone rivulus, quem *Rothaine* accolæ vocant, Rupenſem à Schirmeckiana valle, (q) Epiſcopo Argent. ſubjecta, disterminat. A meridie valli Vilerianæ, ab ortu Barrenſibus & Ehenheimenſibus agris vallis noſtra confinis eſt. Interjectus mons, Odiliano altior, cui ſuperando vix quinque horæ ſufficiunt, inter Rupisvallenſes, Ehnheimenſes & Barrenſes, diviſus eſt. In dorſo ejus duarum leucarum planities, cujus pars, ad Rupisvallenſes ſpectans, campus ſublimis, Germ. *Hochfeld*, & campus ignis, Gall. *Champ du feu*, dicitur, exquiſiti pabuli ferax. Stagnum vicinum nec augeri pluviis, nec ſolis æſtu diminui ferunt.

Caſtrum. Rupisvallenſe caſtrum, quod ſimpliciter *Rupes* vel *Lapis*, Germ. *Stein*, ſcribebatur, ſuis pridem ruinis ſepultum, vicinis olim grave atque inſeſtum cum eſſet, à Salmenſi Comite & civitate Argentinenſi per tres hebdomades An. MCCCCLXXI. obſeſſum & expugnatum eſt.

Vici ac Villæ. Octo Dynaſtia vicos & aliquot villas complectitur, in duas parochias, Rothavienſem & Valdersbacenſem, montium jugo diviſos. Primam parochiam componunt: *Rothau*, locus primarius, ubi ſcultetus ceterique Dynaſtiæ officiales degunt; *Neuvillers*, vicorum Dynaſtiæ maximus, qui cum villa *Hautegoutte*, Germ. *Ober-Rothau*, quinquaginta circiter focos continet; & *Vildersbach*, vulgo *Vittisbach*. Secundam Parochiam conſtituunt: *Solbach*, minimus omnium, in quo vix quindecim foci numerantur. *Fondey*, Germ. *Urbach*, cum villa *Trouchi*; *Valdersbach*, vulgo *Vachtersbay*, ubi parochi domicilium. *Belleſuſſe* ſive *Belfiſi*, & *Belmont*, Germ. *Schœnenberg*, cum villa *les Hutres*.

## §. CCCLXXVI.

Status Dynaſtiæ. Plerique incolarum Auguſtanæ confeſſionis doctrinam profitentur, quam Veldentiæ Duces, hac Dynaſtia potiti, ſub ſeculi XVII. initium ei intulerunt. Eccleſiæ matres tres filias, Rothavienſis unam in Neuvillers, Valdersbacenſis duas in Fouday & in Belmont habent. In Rothavienſi Catholica quoque ſacra ſimultanea jam peraguntur. Hinc inde Calviniani & Anabaptiſtæ pauci occurrunt. Belli tricennalis tempore lues tot incolas abſtulit, ut vix decima pars ſalva remanſerit. Sunt hodieque ſenes, qui alicubi decem focos, ubi jam quadraginta numerant, ſe vidiſſe teſtantur. Peculiaris Romanica dialectus, à puriore Gallica & Germanica lingua multum abhorrens, apud incolas viget, Germanicæ licet ac Helveticæ ſint plerique originis. (r) Aeris & aquæ ſalubritas fertilitatem ſoli, quod nec frumenti ſatis, nec vinum ullum profert, longe præcellit. Montes æſtivum, valles hibernum pabulum pecoribus præbent. In ſumma tamen paupertate mendicatio nulla. Vitam duriſſimam ſinguli trahunt, laboris patientia haud parum commendabiles. In Rothavienſi diſtrictu ferrum An. MDCCXXIII. effodi cœpit. Vetuſtiores mineræ in Valdersbacenſi deprehenduntur.

## §. CCCLXXVII.

Fata ejus. Vallis hæc patrimonium vetus Imperii fuit, quod à multis retro ſeculis Rathſamhauſiorum genti fiduciario jure conceſſum, cujus gentis familia ſenior à caſtro Rupis-Vallenſi, in documentis *à lapide* & *ad lapidem* dicta, (s) cognomen accepit. Maximilianus II. Imp. Andreæ Erſtenbergero, qui Conſilio Imp. Aulico fuit ab actis, An. MDLXXIII. ſpem ſuccedendi fecit, Rathſamhauſiorum hic ramus ſi qua periret. Sexennio poſt ſpem

(o) In Burgundiæ Comitatu Alſatiæ confinis eſt Comitatus Rupenſis, *Comté de la Roche*, de quo ſupra pag. 53.

(p) RICHERIUS SENON. Lib. IV. Cap. XXVI. caſtrum *Salmis* in *Vraſcovalle* ponit, idque in fundo eccleſiæ Senon. ab Henrico Comite conſtructum refert.

(q) Diſtrictus hujus vallis, qui Rupenſi confinis eſt, peculiari nomine *Ban de la Rouſſe* dici ſolet, uti Rupenſis *Ban de la Roche* appellatur.

(r) Conf. Tom. I.

(s) *Item Stein.*

ſpem hanc Rudolphus II. Imp. firmavit. Jo. Fridericus Rathſamhauſius vero, qui tum feudo gaudebat, omnia hæc mox irrita reddidit, impetrata à Cæſare d. 11. Martii MDLXXX. venia, ut ipſe feuda ſua imperialia cuivis, non inhabili, venderet. Imo & ſobolem denique maſculam progenuit, qua diu caruerat. Samſo enim filius ei ſucceſſit, cujus tutores, Blaſius de Müllheim, Phil. de Fleckenſtein & Wolfg. Kranzius de Geiſpolzheim, privilegio paterno nixi, Rupis-Vallenſe hoc Dominium omne, comprehenſis etiam bonis allodialibus, Georgio Johanni, Veldentiæ Principi, pro ſeptem ſupra quadraginta millibus florenorum d. 3. Jun. MDLXXXIV. Pfalzburgi vendiderunt. Novam tamen pro pupillo ſuo Imperatoris inveſtituram menſe proxime ſecuto impetrarunt. (*t*) Rupes ergo à Rathſamhauſiis ad Palatinos Veldentinæ lineæ Principes tranſivit, ſub quibus & feudi Imperialis naturam conſtanter ſervavit. Emtor tamen ipſe non inveſtitus eſt, ſed filius ejus natu major Georgius Guſtavus An. MDCIV. pater Leopoldi Ludovici, cum quo linea An. MDCXCIV. interiit. Hic tres filias poſt mortem ſuam Dynaſtia gaudere voluit, Domini directi, ſi diutius vixiſſet, rogaturus conſenſum. Sed obſtabant maxime agnati Principes, Elector, Birckenfeldenſis & Solisbacenſis, qui gentis ſuæ pactis inſiſtentes, filias hereditatis iſtius, quamvis proavi ſui ære comparatæ, incapaces dixerunt. Cum tamen deficientibus tabulis (*u*) res non liquida eſſet, defuncti filiabus Rupes commiſſa eſt. Dorothea, natu minor, Guſtavo Sam. qui dein Bipontii Dux factus eſt, nupta, eam denique ſola poſſedit. Hac autem An. MDCCXXIII. mortua, Nic. Proſper Angervillierius, togatus Alſatiæ Præſes, regio diplomate, quod ante triennium acceperat, munitus, Dynaſtiam omnem, qualem poſt Rathſamhauſios Veldentini poſſederant, tanquam feudum vacans ſibi collatum, occupavit. Rex filiam patri, ſi hic filiis careret, natu maximam, ejuſque ſimul filios ſubſtituit heredes. Filia, Dynaſtiæ heres, nupſit Roufeccio Duci.

## DYNASTIA BARRENSIS.

### §. CCCLXXVIII.

Dynaſtia hæc libera olim & Imperialis, Ehnheimenſis civitatis agro ad ſeptentrionem confinis, ſex locis, *Barr*, *Mittelbergheim*, *Heiligenſtein*, *Gertweiler*, *Gockzweiler* & *Burgheim* componitur.

Barra vetus (*x*) & ſpectabilis burgus, ſex leucis Argentorato diſtans, Vogeſi montis fere adjacet pedibus, unde ad Hohenburgo-Odilianum monaſterium aſcenditur. Caſtrum, mœnia, foſſæ, quibus Barra munita fuit, nec non mercatus & nundinæ celebres, locum oppido ſimilem reddunt. Latine *municipium* eum non male diceres. Barrenſis villæ ANNALES COLMAR. ad An. MCCXCV. faciunt mentionem: „ In Bara „ villa dæmon caſtrum Domini Wephimanni militis deſtruxit. „ (*y*) Wepfermannorum de Barr, qui hic intelliguntur, familia his in oris ſeculo XIV. adhuc floruit. (*z*) Caſtrum ſuum Wepfermanni Rudolfo de Ochſenſtein An. MCCCLXXXI. vendiderunt. An. MCCCCXLIV. Barrenſes Gallis, caſtro potitis, ne Dynaſtiam incendio vaſtarent, quingentos florenos numerarunt. (*a*) An. MDXCII. Lotharingicis copiis, pro Epiſcopatu Argent. pugnantibus, numerata quoque pecunia eſt, ut locus ſervaretur; paulo poſt tamen caſtrum & ſeptuaginta domus ab iisdem deletæ ſunt igne. Parem calamitatem locus An. MDCLXXVIII. expertus eſt, qua eccleſia vix ſalva remanſit. (*b*) Barr.

### §. CCCLXXIX.

*Mittelbergheim*, vicus præſtans in colle molliter edito, vineis dives, inter Berghemium ſuperius vel Rappoltſteinenſe, & inter inferius vel Scharrachbergheimium medius, in omnis ævi documentis *Bergheim* ſimpliciter ſcribitur. An. MCCLV. Heinricus Ep. Arg. „ villam Berckheim cum juribus & attinentiis omni eo modo, quo eandem „ villam Fridericus quondam Imp. utendam fruendam poſſedit & tenuit, Eberhardo „ de Andelahe pro ducentis marcis argenti titulo pignoris obligavit. „ (*c*) Jam Epiſcopus Vici reliqui.

(*t*) Datæ inveſtituræ hujus literæ Pragæ d. 11. Jul.
(*u*) Tabularium Veldentinum regio juſſu Argentorati cuſtoditum.
(*x*) Conf. Tom. I. pag. 716.
(*y*) HERZOG. Lib. III. pag. 23. rem ad An. MCCXXXIV. ponit, caſtrique poſſeſſorem *Wolfenmann* falſo nominat.
(*z*) Vid. WENCKER *Collect. Archivi jura* pag. 417.
(*a*) SCHILTER ad *Koenigshov.* pag. 918.
(*b*) URSENSON *Elſaſi und Breisgau*, 12. Arg. MDCLXXIX.
(*c*) Charta in tabular. Capituli maj. Argent.

Epiſcopus Argent. & Barones ab Andlau ſuos heic ſubditos, ab Argentinenſibus diſcretos, habent. Berckheimenſes nobiles, quibus communis cum Andlavienſibus origo, gentilitium ſuum nomen hinc mutuaſſe videntur. Sacra Aug. Conf. parochus cum diacono facit.

*Heilgenſtein.* Sec. XIV. patritii Argentorati erant, Groſſtritſchii & Kleinſtritſchii ab Heilgenſtein dicti, quorum aliquot KOENIGSHOVIUS (*d*) memorat.

*Gertweiler* in S. Odiliæ Teſtamento ſubdititio, at veteri, & in Rudolphi I. Imp. diplomate, quo id An. MCCLXXXIV. retulit, (*e*) una cum reliquis Dynaſtiæ locis occurrit. Jus patronatus Capitulum majus Argent. concernit.

*Gockzweiler*, in priſcis monumentis *Gockenvvibe* conſtanter, nunquam *Gotterzweiler*, quod quibusdam placet, legitur. Eccleſia ejus mater eſt vici ſequentis.

*Burgheim* in Luitfridi Comitis inſtrumento An. DCCCCIII. *Burkein.* (*f*) Innocentii IV. bulla An. MCCXLV. monaſterio ſem. in Oberehnheim curtem in *Burckeins* aſſignat. Rudolphus I. Imp. in Hohenburgenſi (*g*) & Carolus IV. in Truttenhuſano diplomate An. MCCCLX. Burgheim *ſuperius* & Burgheim *inferius* recenſent; unde vicum duplicem ejusdem nominis fuiſſe intelligimus. Stat pro urbe traditio. Religio per omnem Dynaſtiam mixta. Catholici chorum, Proteſtantes navem eccleſiarum occupant.

## §. CCCLXXX.

Dynaſtiæ ſata.

Nuperum Hiſtoriæ Hohenburgenſis ſcriptorem (*h*) ſi audias, Barram cum reliquis Dynaſtiæ vicis B. Odilia Monaſterio huic, ab ea inſtituto, donavit. Nomina in ejus teſtamento leguntur, ubi tamen, medii ævi ſtylo, non tam loca ipſa, quam bona vel prædia ibi ſita, intelliguntur. Barrenſis Dynaſtia Imperiale domanium fuit ſub Carolo IV. Hic enim Truttenhuſano Cœnobio per omnem ejus diſtrictum jus paſcuorum An. MCCCLX. conceſſit. Ochſenſteinii antea cum oppignerata fuiſſet, Wenceslaus ſalvo Imperii jure Dynaſtiam reluendi poteſtatem Friderico Epiſc. Argent. An. MCCCLXXXVII. indulſit. (*i*) Ab Epiſcopo pignus ad Palatinos tranſivit, anno tamen incerto. Sub Ruperto, Wenceslai ſucceſſore, qui Palatinus ipſe erat, quantum Imperii terrarum hæc domus acquiſiverit, nemo ignorat. Ludovicus Elector, Ruperti Imp. filius, Abbatiam Andlav. à telonio ſuo in Barr, & curiam ejus Barrenſem à cenſibus publicis, immunem edixit An. MCCCCXXV. At bellum infelix Palatino-Bavaricum An. MDIV. Barrenſem Toparchiam Palatinis abſtulit, penes Maximilianum Imp. manſuram, donec ſub ipſius vitæ finem ad Ziegleros tranſiviſſet. Maximilianus I. enim An. MDXVIII. eam omnem, nec non officium & jura Sculteti Imperialis in Ehenheim, telonium in Keſtenholz, & quartam partem caſtri Landſperg, ſupra Barram ſiti, Nicolao Zieglero à Ziegelberg, Helvetio, qui Cæſari ab epiſtolis ſecretis erat, Electorum conſenſu, (*l*) pignori primum, dein in feudum dedit. Nicolaus Zieglerus, ſub Carolo V. Vicecancellarius Imperii factus, (*m*) ab eodem inveſtituram, ac brevi poſt proprietatem Dynaſtiæ An. MDXXI. accepit; Electoribus iterum conſentientibus, ita quidem, ut ad exemplum Alſatiæ ſuperioris Nobilium Auſtriacis ſervitia promitteret. (*n*) Hoc autem cum Dynaſtiæ libertati contrariari videretur, Cæſar Dynaſtas ab omni Auſtriæ vinculo immunes, ſolique Imperio declaravit obnoxios; quod ſolenni inſtrumento factum, (*o*) & à Maximiliano II. Imp. repetitum eſt. (*p*)

## §. CCCLXXXI.

Sub Argentina.

Maximilianus & Fridericus, filii Nicolai, qui æquis partibus ſucceſſerunt, ære alieno gravati, Dynaſtiam civitati Argentinenſi vendiderunt. Maximilianus hoc fecit An. MDLXVI. Fridericus biennio poſt fratris jam mortui exemplum ſecutus eſt; uxoris ſuæ, Kranziæ de Geiſpolzheim, & cognatorum nixus aſſenſu. Quadraginta &

(*d*) *Chron.* pag. 296. 309. & 364.
(*e*) DIONYS. ALBRECHT *Hiſtor. vom Hohenburg*, Probat. pag. 2. & 4.
(*f*) HERRGOTT *Geneal. Habsb.* Tom. II. pag. 197.
(*g*) DIONYS. ALBRECHT loco cit.
(*h*) Idem libro alleg.
(*i*) Autogr. in tabular. civit. Argent.
(*l*) Literæ Moguntini Elect. in tabulario Arg.
(*m*) WENCKER. *Collect. Archiv. jur.* pag. 437. & 619.
(*n*) Diploma Caroli V. Gandavi datum d. 20. Jan. MDXXI.
(*o*) Telcei d. 20. Sept. An. MDXXV.
(*p*) Auguſtæ Vindel. d. 22. Maji MDLXVI. in tabular. Argent.

& duo millia florenorum uterque fratrum ab Argentinenſibus accepit, qui, præter Dynaſtiam, & alia bona ipſorum allodialia conſecuti ſunt. (q) Fridericus tamen, quamdiu vixit, in caſtro habitavit, mortuus An. MDLXXXIII. Filius, quem cum filiabus reliquit, à Krantzio, cognato ſuo, An. MDXCVII. confoſſus eſt gladio. In bello Epiſcopali Petrus de Turre (r) Dynaſtiam, quam occupaverat, à Carolo Cardinali Epiſc. dono accepit; juſque ſuum Dynaſtiæ incolis pro mille thaleris d. 25. Aug. MDXCII. vendidit. (s)

## DYNASTIA WASSELNHEIM.

### §. CCCLXXXII.

Libera & Imperialis Dynaſtia.

Barrenſem Dynaſtiam Waſſelnheimiana ſitus ordine excipit, Argentorato, uti præcedens, ſubjecta. Libera hæc quoque Imperii Dynaſtia evaſit, poſtquam de ea inter Cæſares & Epiſcopos Argent. diu certatum. Sigebertus Landgrav. cum aliis arbitris tres villas Rinaugiam, Mulhuſium & *VVazelnheim* Eccleſiæ Argent. An. MCCXXI. addixit. Triennio poſt, compoſitione per legatum Pontificis Rom. tentata, decretum: " quod Epiſcopus Imperatori feodum ſuum meliorando curtim in Wazelnheim cum „ omnibus ſuis pertinentiis, exceptis jure patronatus in eadem villa Wazelnheim, „ & vaſallorum feodis, in feodum concedat. „ (t) Fridericus II. haud dubie ut Alſatiæ Dux, non ut Imperator, Epiſcopi vaſallus tum fieri debuerat. (u) Ducibus Alſatiæ cum Conradino, Friderici II. nepote, deletis, terræ Ducales ad Imperium redierunt. Adolfus Imp. ergo, lite nondum deciſa, cum Conrado Epiſcopo An. MCCXCIII. ita tranſegit, ut " medietatem ville nuncupate Wazelnheim, que ſita eſt „ prope caſtrum Cronenburg, „ toto vitæ ſuæ tempore retineret. Henricus VII. denique, Mollisheimum, Muzigam, aliaque loca & Imperii jura, Epiſcopo tradens, Mulhuſium & alteram medietatem villæ Waſſelnheim ab eo recepit. Ita Waſſelnheimum omne ad Imperium pervenit, ad varias deinceps Nobilium gentes fiduciario jure, & ab his ad Argentinenſes tranſiturum. An. MCCCCXLII. Fridericus IV. Imp. Walthero de Thann & fratri ejus Waſſelnheimii inveſtituram dedit Briſaci. Feuda literis expreſſa ſunt, ſculteti officium in *VVaſſelnheim*, dimidium judicium, curia dominica inferior, dicta Kunigshof, cenſusque varii ibidem; dimidium judicium in *Fr.delsheim* & Uttelnheim. Incolas alio diſceſſuros jam retineri juſſerat Sigismundus, ne periret feudum, vel debilitaretur. SCHILTERUS (x) ergo, Thannenſes Waſſelnheimium à Vinſtingenſibus Dynaſtis in feudum tenuiſſe ſcribens, erravit. Error inde prognatus, quod Waltherus & Gotfridus de Thann Wilhelmi, Dom. de Vinſtingen, Capitulum majus & civitatem Argent. vexantis, ſocii fuerunt. Gotfridus, Walthero fratre defuncto, caſtrum ſuum Waſſelnheim ob id ipſum Argentinenſibus tradere coactus, jurata perpetua pace An. MCCCCXLVIII. eosdem placavit. (y) Caſtrum, quinque turribus munitum, male tum habitum eſt. (z) A Thannenſibus mox ad Adelsheniios nobiles Waſſelnheimium devenit.

### §. CCCLXXXIII.

Argentinenſes.

An. MCCCCXCVI. Zeiſſolf, Georgius & Stephanus de Adeltzheim fratres, Gœtzonis filii, civitati Argent. caſtrum & vicum *Waſſelnheim*, cum omni apparatu bellico, nec non *Brechlingen*, & dimidiam partem vicorum *Fridesheim* ac *Uttelheim*, pro ſeptem millibus flor. vendiderunt, poſtquam Maximilianus I. anno ſuperiore in id jam conſenſiſſet, adjecta duplici conditione, nimirum, ut indole locorum feudali manente, civitas Argent. inveſtituram eorum per nobilem virum à quovis Imperatore futuro peteret; utque Adelshemii alia in venditorum bonorum locum bona, bis mille florenis comparanda, Imperio in feudum offerrent. Civitas Frid. Bockium equitem conſtituit, qui nomine ejus inveſtiretur à Cæſare; Cæſar Heinrico Comiti Hennenberg. Eccleſiæ Argent. ſcholaſtico, commiſit, ut fidelitatis juramentum ejus nomine reciperet. Habuerant Lutzelburgii Nobiles in caſtro ſedem, (a) quæ cum bonis aliis & civitati Argent.



(q) Duo inſtrumenta venditionis autographa in tabular. Argent.

(r) *Pierre de Fay la Tour Capitaine pour Monſ. le Card. de Lorraine.*

(s) Inſtrum. Gall. in *Statt Straſb. gegenerklerung, Beilagen* num. 36.

(t) Tabular. Capituli maj. Argent.

(u) Confer. ſupra pag. 166.

(x) *Obſervat.* ad KORNIGSHOV. *Chron.* pag. 1020.

(y) Literæ ejus in tabular. Argent.

(z) Expeditionis hujus Argentinenſium imaginem tabula picta repræſentat, quæ in tribu piſtorum ſervatur.

(a) *Burgſeſſi mit der behauſunge und ſtallunge in dem Sloſſe, u. dem Zovingoff zu Waſſelnheim &c.*

An. MDVI. vendita est. An. MDXCII. arx bello Episcopali à Lotharingicis copiis deditione capta. (*b*) Seculi superioris anno septuagesimo quarto idem à Gallis nostris factum, qui præsidio 140. militum Wasselnhemii collocato, mox à Brandenburgicis, qui binas castri turres dejecerant, d. 23. Oct. hinc abire compulsi sunt. (*c*)

Nobiles, à Wasselnhemio nomen gerentes, quos Annales Colm. ad An. MCCLXXXV. *Dominos de Wasselnheim* vocant, cum locum hunc nunquam possederint, advocatiam ejus Imperialem administrasse videntur. Hesso & Anshelmus milites, Advocati de Wasselnheim, villam totam Bischofesheim sec. XIV. ab Episcopo Argent. jure feudi habuerunt. (*d*) Dignitatis nomen successu temporis gentilitium evasit. Decimæ illo tempore in septem partes dividebantur, quarum duas feudi Imperialis lege Greiffensteinii, Landspergii duas, totidem Abbatia Hornbacensis, unamque parochus loci perceperunt. (*e*) Edmundus Grindalius, Angliæ Primas, patria ob motus religionis relicta, Wasselnhemium secessit, ubi idioma Germanicum ita didicit, ut eodem publice concionaretur. (*f*)

## §. CCCLXXXIV.

Præter Wasselnhemium itaque Dynastiam hanc componunt :

Vici. *Brechlingen*, proximus Wasselnhemio viculus, officina chartaria conspicuus.

*Fridesheim* ac *Utesheim*, veteris Comitiæ loca, (*g*) inter Episcopum & Civitatem Argent. quæ partem Imperialem nacta est, æqualiter divisa sunt. (*h*) Utelnhemio tamen neuter Dominorum jam gaudet. Hoc enim superioris seculi bellis fere deleto, Episcopus partem suam Jo. Jac. Schillingero An. MDCXCIII. brevique post & Civitas suam Lucæ Weinemero, Consuli Argent. centum quidem in annos, emphyteutica lege contulerunt.

Cum Wasselnheimensi Præfectura insuper duo vici *Zehenacker* & *Flexberg* seu *Flexburg* conjuncti sunt, quos civitas Argent. post Dynastiam Wasselnheimensem acquisivit. Hartmannus miles de Cehenackern allodium quoddam, pro X. talentis sibi oppignoratum, votiva ac spontanea donatione, maxime tamen ob filiarum ac filii sui conversionem, pro quinquaginta talentis Maurimonasterio An. MCXXXV. tradidisse, in Anselmi Abbatis membrana legitur. Vicum Zehenacker Bernh. Mœnchenheimer, Bipontinus, cui à Vinstingensibus Dynastis in feudum obtigerat, consensu Domini directi pro quadringentis & triginta duobus flor. An. MDIII. Argentinensibus vendidit. Flexbergæ vero partem Landspergii nobiles ab Ecclesia Argent. in feudum tenent. (*i*) Altera ad Argentinenses per Nicolaum Joergerum, civem suum, cui mille florenos An. MDIV. mutuos dederant, pervenit. Joergerus Flexbergæ & Orschvillæ semissem creditoribus hypothecam dederat, quam, rebus ejus in pejus ruentibus, Rothvillensis Judicii & Cameræ Spirensis decretis, Argentinenses An. MDXI. occuparunt, nemine præter Domum Austriacam contradicente, cui Orschvilla denique pro mille florenis An. MDXXV. relicta est. (*k*)

# DYNASTIA MARLEJENSIS.

## §. CCCLXXXV.

Marleja. Marilegium & Marlegia antiquæ dignitatis locus, (*l*) Germanis *Marley* & *Marle*, non *Marlesheim*, quæ Juniorum scribendi forma, scribebatur; uti ex *Eley* & *El* Elegium Elegiamque formarunt latine scribentes. (*m*) Marleja cum adhærentibus vicis sub Germanica Periodo, uti sub Francica, regiæ vel imperialis villæ innotuit indole; regio sub Francis Palatio, castro sub Germanis ornata.

Castrum hic Stephanus, Palatino-Bipontinus Dux, qui Marlejam redimendi jus à Sigismundo Imp. acceperat, construxit, ejusque bessem Geroldseckiis & Ochsensteinio Dynastis An. MCCCCXLII. in feudum contulit, censu vini, quem habuerant communem, in ejusdem sustentationem destinato. (*n*) Biennio post Angli, cum Gallis

(*b*) *Gegenerklærung der Stadt Strasbourg.*
(*c*) HAN *Beschr. Elsass* pag. 322. sq.
(*d*) Cod. MS. feudor. in tabular. Tabern.
(*e*) Cod. MS. Greiffensteiniorum in tabul. Tabern.
(*f*) CONRAD HUBERTUS in præf. ad Mart. Buceri scripta Anglicana, quæ An. MDLXXVII. Basileæ typis exprimi curavit fol.
(*g*) Conf. supra pag. 192. §. CCCXLVII.
(*h*) De iis supra pag. 141. sq.
(*i*) Supra pag. 170. §. CCXCVI.
(*k*) De Orschvilla vid. pag. 205.
(*l*) Vid Tomus I. pag. 703.
(*m*) Conf. supra pag. 151. §. CCLXIV.
(*n*) Instrument. tabularii Civit. Argent.

Gallis in has reverſi regiones, caſtrum Marlejenſe cum occupaſſent, (o) gravi hoc Argentinenſium obſidione receptum, hoſtibusque ejectis, igne vaſtatum eſt. (p) Priore Anglorum invaſione, An. MCCCLXXV. Marlejenſes, cum vicinis ruſticis, facto in eos impetu, trecentos & quinquaginta ſuorum, præter captivos, deſideraruut. (q) Breviſſima ergo hujus caſtelli ætas fuit, neque id poſtea reſtauratum invenio. Reliquias, quæ juris Palatini erant, Ludovicus Dux, Stephani filius, Rudolfo de Endingen præmii loco An. MCCCCLXXXV. donavit.

Emto per Argentinenſes Marlejæ dominio, curia quoque Abbatiæ Andlavienſis, dicta *Stadelhof*, quæ nunc publica, cum bonis ac juribus ejus univerſis, inter quæ Sculteti electio, per eosdem ære comparata An. MDX. & jus retractus, quod Abbatia ſervaverat, An. MDCLXXII. abolitum. Agri Marlejenſis decimis, Dagoberti II. Regis fundatoris beneficio, Haſelacenſis Collegiata à primordiis ſuis gaudet. Ad Marlejam & Maurimonaſterium curtem dominicam, unde monachis & eccleſiæ vinum dabatur, ſub Meinhardo Abbate, qui An. MCXLVI. defunctus eſt, habuit.

## §. CCCLXXXVI.

*Kirchheim* regium quoque ſub Merovingis & Carolingis Palatium, de quo alibi. (r) Vici reliqui.

In agro ejus viculus, olim villa, *Odrazheim*, quem poſt Begeros & Landſpergios Holzapfelii de Herxheim proprio jure poſſederunt. Jurisdictio vero ſuperior, ob Andlavienſem olim curiam *Stadelhof*, penes urbem Argent. eſt. (ſ) Nobiles ab Odrazheim, Eccleſiæ Argent. vaſalli, circa An. MDLXXIII. interierunt. Adelbertus Hartungus de *Odoratsheim* in charta Maurimonaſt. An. MCXXXV. legitur.

*Northeim.* Waltherus Epiſc. peculiari inſtrumento An. MCCLXII. promiſit: " quod durante guuerra inter nos & cives noſtros Argent. domum Northeim, que „ eſt C. de Wartinberc, Canonici Eccleſie noſtre, ulterius non firmabimus, nec „ munitionem ibidem aliquam faciemus. „ Partem vici, quam pro dedendo nomine ſuo Jo. de Ochſenſtein, Capituli Arg. Præpoſitus, & frater ejus Ottemannus, Jo. Nortwint, cauponi Argent. dederant, Walpurgi de Luzelſtein, Dom. de Gerolzeck nuptæ, An. MCCCXC. hic vendidit. Decimas Frid. Sturmius Nob. ab Electore Palat. An. MCCCCLIX. in feudum obtinuit. Jo. Sturmius, Academiæ Argent. Rector, à Rectoratu dejectus, reliquum vitæ tempus Northemii transegit.

Vicis vicinum caſtrum *Cronenburg* addo, quod inter Marlejam & Waſſelnhemium monti inſedit, vallique ſubjacenti, portæ imo & ſuburbio Argent. nomen ſuum communicavit. (t) Auctor ejus Wolfellus, Alſatiæ ſub Friderico II. Imp. Advocatus provincialis, uti Richerius Senon. (ſ) perſcribit. Sed vix conditum, Henricus de Stahleck, Ep. Argent. An. MCCXLVI. id aggreſſus deſtruxit, (u) adeoque ſub eodem Imperatore Friderico II. Cronenburgum exortum eſt atque interiit. Manſerunt tamen nomen & rudera; unde Waſſelnhemium in Henrici VII. An. MCCCVIII. aliorumque chartis, poſt interitum ſcriptis, prope Cronenburg ſitum eſſe legitur. Sed & quidquid ſupererat ruderum, An. MCCCLXIX. ſolo æquatum eſt. Vix ullum ejus veſtigium noſtro ævo comparet. Cronenburg caſtrum.

## §. CCCLXXXVII.

An. MCCLXXXVII. Kal. Maji Rudolfus I. Imp. villas *Marley*, *Kircheim*, & *Northeim*, Henrico Comiti de Veldentze pro quingentis marcis argenti obligatas, nec non villas *Ruwolzwibre*, *Dawne* & *Cotzwibre*, Simoni ac Walramo de Gerolzecke pro ducentis marcis oppigneratas, redimendi licentiam Ottoni de Ochſenſtein, cognato ſuo, Moguntiæ impertivit; quod ab Adolfo Naſſovio Turegi An. MCCXCIII. & Alberto I. Dynaſtiæ fata.



(o) Schilter ad *Kœnigsbov.* pag. 919.
(p) Ibid. pag. 930. & 1010.
(q) Koenigshov. Cap. V. §. CL.
(r) Tom. I. pag. 704.
(ſ) Lites hinc enatas, Jo. Heinricus Holzapfel de Herxheim, cujus uxor, Friderici de Landſperg filia, Odrazhemii hæres erat, An. MDCXIII. atque Helena Chriſtina Holzapfelia, nata de Schœnau, An. MDCLXXIII. cum Senatu Argent. compoſuerunt.
(t) Vid. Tom. I. pag. 705. §. CLXX.
(ſ) *Chron. Senon.* Lib. IV. Cap. VI. ubi: *caſtrum Cronebereh jacens vidum Morbei.* Morbei pro Marlei ſcripſit.
(u) *Fragment. Urſtiſ.* pag. 92. Koenigshov. Cap. II. §. XCVII. & Cap. V. §. CXXII.

Ulmæ An. MCCCV. confirmatum. De priorum trium vicorum reditibus octoginta libras denar. Argent. Heinrico de Mulnheim Ochſenſteinius An. MCCCXIV. vendidit, nobilemque virum Gebehardum de Gerolzecke, Burchardum de Oberkirche, Wilhelmum Burggravium de Oſthoven, milites, nec non Rudolfum de Bercheim & Eberlinum de Griſenſtein, armigeros, fidei juſſores dedit. Ludovicus Bav. ut Ochſenſteinios ſibi magis obſtringeret, redemtionis horum pignorum pretio bis mille floren. An. MCCCXXXIII. adjecit. Veniam redemtionis à Sigismundo Imp. Stephanus, Comes Palatinus, impetravit, at nonniſi minimam pignorum partem redemit. Ludovicus, Stephani filius, annuente Friderico IV. Imp. in Rudolfum de Endingen, & hic ſexennio poſt in civitatem Argent. hanc reluendi, quam acceperant, veniam transtulerunt. Interim pignora iſta plures in portiones diſcerpta fuerunt, aliis atque aliis in Ochſenſteiniorum jura ſuccedentibus. Nam reluitione Marlejæ ceterorumque vicorum nonæ partis à Johanne, Leiningenſi Comite, facta, Stephanus Dux Geroldseckiis & Ochſenſteinenſi Dynaſtis peculiari transactione An. MCCCCXLII. ſuas portiones retinere permiſerat, donec à ſe vel ab heredibus ſuis quatuor millia florenorum acciperent. Geroldseckiana partem Rupertus Palatinus, Epiſc. Argent. Hofwartho de Kirchheim, prætitæ operæ præmium, An. MCCCCLV. contulit. Hofwarthus eam Ulrico, Comiti Wirtenbergenſi, An. MCCCCLXVIII. (*v*) Eberhardus, Ulrici filius, Marco Kerlingio, Conſulari Argent. An. MCCCCLXXX. Kerlingius civitati Argent. An. MCCCCXCI. vendiderunt.

Initio emtionis per Argentinenſes facto, Ochſenſteinenſem quoque portionem, quæ dimidia totius erat, acquirendi nata occaſio. Henricus, Bipontino-Bitenſis Comes, qui Ochſenſteiniis Dynaſtis in his partibus ſucceſſerat, quadrantem vicorum Marley, Kirchheim, Northeim, Rumolsweiler, Cosweiler, Than & Munchhofen, cum ſemiſſe vallis Coronæ, Lichtenbergenſibus Dynaſtis antea oppigneratum, Argentinenſibus pro MCCCL. florenis vendidit, at ſervato retractus jure; quod tamen cum altero quadrante Georgius, Henrici filius, pro æquali fere ſumma pecuniæ An. MDVIII. deſeruit. Tabularii Argent. chartæ nos hucusque duxerunt. Epiſcopus Argent. dimidia fere Marlejenſis Præfecturæ parte deinceps potitus, eam transactione Hagenoenſi An. MDCIV. civitati Argent. alia inter pignora, octingentis millibus flor. redimenda, permiſit. (*w*) Duos contra vicos, *Rumolsweiler & Cosweiler*, retro Waſſelnheimium ſitos, de quibus infra, urbs Arg. Haindeliis de Breitenbruck An. MDCLIX. vendidit.

## MARCA MAURI-MONASTERIENSIS.

### §. CCCLXXXVIII.

Nomina & extenſio varia.

Diſtrictus, qui antiquum Mauriani, vel Aquilejenſis, Monaſterii patrimonium compoſuit, priſcum *Marcæ* nomen conſtanter ſervavit. (*x*) *Aquileia Maurimonaſterium* & *Aquileja monaſterium* in chartis ſub Meinhardo Abbate, qui An. MCXLVI. deceſſit, promiſcue fumuntur. Inſtrumentum illius ævi his incipit verbis: "Hec carta antiquitus „ eſt in Aquileja Maurimonaſterio facta. Iſte ſunt ville, que vocantur *Moremarcha*. „ Idem Maurienſis diſtrictus quandoque *Terminus*, *Provincia*, dicebatur. In Membrana Meinhardi Abbatis caſtrum Lucelenburch *infra Terminum noſtrum*; in alia mons Sindenus (*Sindelsberg*) cum ſuis appendiciis *infra Marcam ſeu Provincium* conſtitutus legitur. Vetus ejus circuitus latior fuit hodierno. Vetus borealem limitem Sornam habuit, adeoque Lucelburgum, Barram (*y*) & Ochſenſteinium caſtra cum vicis, ab eis pendentibus, comprehendit, quæ in alienis nunc manibus ſunt. De Lucelburgo inſignis in membrana Anſelmi Abbatis locus: "Comes Petrus, qui infra Terminum noſtrum in caſtro, „cui nomen Lucelenburch, pro quo nos olim cellam b. Quirini in cambio accepiſſe, „contentioſe teſtatur, confederat.„ Ante Anſelmum Abbatem igitur, id eſt, ante ſeculi XII. medium, arx hæc Abbatiæ Maurienſi ablata jam fuerat. (*z*) De Ochſenſteinio, quod in ipſo Marcæ meditullio ſitum, ejusque vicis, peculiaris mox infra ſermo erit. Marca hodierna, quam rivuli Moſſelbach & Behrenbach perluunt, Abbatiam Maurimonaſterii, oppidumque cognomine, Geroldseckia caſtra, majus & minus, vicosque octo *Lochweiler*, *Reutenburg*, *Singrijt*, *Sahlenthal*, *Dimbſthal*, *Hegenheim*, *Thal* & *Gothenhauſen*, complectitur. §. CCCLXXXIX.

(*v*) Debuit Hofwarthus Comiti 1900. florenos, pro quibus multas poſt lites jura ſua in *Marle*, *Otterweiler*, *Altheim*, *Wiler im Loch* & *Geiſs* ei tradidit.

(*w*) SCHILTER. ad *Kemigiſbon. obſervat.* XII. pag. 741.

(*x*) Conf. Tom. I. pag. 651.

(*y*) De hoc caſtro & vico Otterweiler ſupra §. CCXXXVII. & CCXXXIX.

(*z*) Conf. ſupra pag. 199. §. CCCLXII.

## §. CCCLXXXIX.

Monaſterium oppido, quod ei adhæret, originem dedit & nomen. Vicus antequam oppidum fieret, à primo cœnobii auctore *Leobardi villa*, *villa Domni Leobardi*, & à Monaſterii reſtauratore *Mauriviila*, imo & *Aquileja Mauriviilla* ſcribebatur, id quod Meinhardinæ quoque docent membranæ. At in notitia bonorum cœnobii vicini *Sindelsberg*, ſub Anſelmo, Meinardi ſucceſſore, ſcripta, *oppidum Maurimonaſterium* enuntiatur; unde medio ſec. XII. muris cinctum colligimus. Alexander III. Papa tamen locum, in quo Abbatia ſita eſt, *villam* An. MCLXXIX. in bulla vocat, qua præter alia ei confirmat " locum ipſum, in quo Eccleſia (ſeu Abbatia) ſita eſt, cum toto „ ambitu ſuo . . . eccleſiam parochialem in eadem *villa* cum eccleſiis ei adtitulatis, & „ decimam de omnibus illis vicis, qui ad Monaſterium ſpectare noſcuntur. „ Villa fortaſſis heic *oppidum*, quod ævo illo frequens eſt, denotat. Jurisdictio oppidi, uti Marca univerſa, feudum fuit Eccleſiæ Metenſis; de qua Abbates cum Dynaſtis, poſſeſſoribus Marcæ, inveſtiti fuerunt, cujus rei An. MCCXLVI. MCCCCLX. & ſequentibus proſtant exempla. (*a*) An. MCCCCLXXI. d. 23. Oct. Fridericus Elect. Palatinus, junctis cum Lotharingiæ Duce viribus, Maurimonaſterium oppidum & caſtellum Geroldseck, in quibus prædones, Lotharingo præfertim infeſti, latitabant, expugnavit, murosque & foſſas vaſtavit; latronibus fuga nocturna elapſis. (*b*) Prope Abbatiam & oppidum Aquilejenſis Marcæ poſſeſſores in communes uſus caſtellum ædificarunt, dictum *Weyerburg*, quod paucos ante annos Abbas delevit. Hoc in literis inveſtituræ aliisque chartis caſtellum Maurimonaſterii nominari ſolebat, & à Lucelſteinenſi Comite oppigneratum eſt Friderico, Epiſcopo Argent. An. MCCCXCI. inde per hunc Sigfrido de Oberkirch, ad Epiſcopum denique An. MCCCCLVI. rediturum. Mauri-monaſt. oppidum.

## §. CCCXC.

*Geroldseckiana* caſtra duo, majus & minus, (*c*) inter Tabernas & Maurimonaſterium prope arcem *Hoh-Barr* ſita, à Geroldseckiis Dynaſtis in montium ſummitate exſtructa ſunt, ut ex illis Abbatiam, cujus Advocati erant, defenderent; temporis progreſſu bonorum Abbatiæ invaſores futuri. Quamquam vero caſtra hæc in Marca ſita eſſent, in literis tamen Epiſcoporum Metenſium diſtinguuntur ab ea, quod reliquis Marcæ locis poſteriora, atque adeo Eccleſiæ Metenſi ſcrius in feudum oblata fuerunt. Annum eorum natalem ſilent monumenta; at ſi ex Geroldseckiani nominis apud Alſatas antiquitate conjicere licet, medio ſeculi XII. alterutrum jam perſtitit. Geroldseckium majus germanico ſtylo *am Woſchin*, id eſt, ad Voſaguin, appellari ſolebat, ut à Geroldseckio Ortenaviæ trans Rhenum, quod peculiaris Dynaſtiæ adhuc dum caput eſt, cujus inſtrumentum pacis Weſtphalicæ mentionem facit, diſcerneretur. Ortenavienſe *Hohen-Geroldseck*, Alſaticum vero *Gros-Geroldseck* vocabantur. Hoc noſtrum à Friderico I. & Philippo, Electoribus Palatinis, bis oppugnatum & captum eſt, annis nempe MCCCCLXXI. & MCCCCLXXXVI. quod ex illo latrocinia fierent. (*d*) Geroldseckium minus Rupertus Epiſc. Argent. Electori Palat. An. MCCCCLXVII. Electo Ruperto caſtrum Scharfenburg tradiderant. Pacem caſtrenſem, ſæpius renovatam, arcium harum coluerunt poſſeſſores, cui ipſe Cunradus, Epiſcopus Metenſis, An. MCCCCXXVII. acceſſit. Geroldseck. caſtra.

## §. CCCXCI.

Vici igitur ex veteri Marca reſidui ſunt:

*Lochweiler*, qui in chartis antiquis ſimpliciter *Wilare*, nec non *Wiler im Loch*, ſcribitur. Vici ac villæ.

*Reutenburg*. Burchardus, Ortolfi militis de Rithanburch filius, An. MCXXXV. memoratur.

*Singriſt*, lat. *Signum Chriſti*. Meinhardi Abbatis membrana: " Ad Ritenburc & ad „ Signum Chriſti dantur V. talenta &c.



(*a*) Inventar. chartarum Cancellariæ Vicenſis An. MDCXXXIV. ubi ita: " *Outre les dits ſeigneurs les „ Abbés du lieu reprennent de la juridiction tempo-„ relle, c'eſt-à-dire, du droit d'inſtituer nos juge ſecu-„ lier dans la Ville de Maurimouſter, & la paroiſſe „ d'icelle.*

(*b*) Trithemius *de geſtis Friderici viſtor.* pag. 14.

(*c*) *Gros und Klein Geroldseck.*

(*d*) Conf. Trithem. *Chron. Hirſaug.* & Gulielmann. *de Epiſc. Argent.* pag. 433.

*Sablenthal*, in alia membrana *Salabendal*.

*Dimsthal* ex *Dumpbelsthal*, veteri nomine, conflatum eſt.

*Hegenheim*, vulgo *Hagen*.

*Thal*, *Dal*, in documentis ſec. XII. *Domus Petri*, *Dompeter* nominatur, vicus minor.

*Gothenhauſen*, *Godenhuſa*.

Præterea villæ *Schwabweiler* prope Thal, *Waldhofen*, quæ nunc à *S. Gallo* vocatur, *Hengweiler*, *Buren*, *Sindelhofen* prope monaſterium deſtructum Sindelsberg, aliæque deperditæ, ut *Hemmingesbaren*, *Scaphuſa*, *Buel*, in chartis noſtris leguntur. Incolæ Marcæ, qui vel ingenui, vel ſerviles, vel proprii erant, (*e*) *Marckleuthe*, *Marckburger*, *Martinsleuthe*, *Martinsburger*, dicuntur, quod Abbatia S. Martino dicata eſt. Omnes per Marcam eccleſiæ filiæ ſunt S. Martini.

## §. CCCXCII.

Fata Marcæ. Maurienſis hæc Marca, ex fiſcalibus Regis Childeberti terris conſtans, Leobardo Abbati, ejusque monaſterio, in dotem conceſſa, varias rerum mutationes experta eſt. Poſtquam Ludovicus Pius Drogoni, Epiſcopo Metenſi, fratri ſuo naturali, Abbatiam hanc regiam, igne conſumptam, reſtaurandam commiſit, Eccleſiæ Metenſi obnoxia eſſe cœpit, atque ab eo tempore perpetuum ejusdem feudum permanſit. Advocati Abbatiæ, Geroldseckii Dynaſtæ, quum Marcam obtinuiſſent, poſſederunt eam quoque ut feudum Metenſe; Maurimonaſterienſis Marcæ nomine in *Dynaſtiæ Geroldseckianæ* nomen converſo. Joannes de Geroldseck, Gebhardi filius, cum An. MCCCLIX. obiiſſet, Epiſcopus Metenſis Geroldseckiis, qui ſupererant, præteritis, quartam partem Marcæ Ulrico de Vinſtingen, aliamque Johannis, Hugonis filii, partem Theobaldo de Blanckenberg, tribusque fratribus Rappoltſteinii Dynaſtis, An. MCCCLXIV. contulit; (*f*) quæ omnia tamen ad Volmarum Geroldseckium deinceps redierunt. Volmarus hic, Geroldseckiorum poſtremus, An. MCCCXC. extinctus improlis, cum Kunigundam & Adelheidem habuiſſet ſorores, quarum illa Rudolpho de Ochſenſtein, hæc Erhardo de Wangen nupſerat, An. MCCCLXXXI. vivus cum Theodorico, Epiſcopo Metenſi, convenit, ut dimidia pars ejus ad Metenſem rediret Eccleſiam, altera matri & ſororibus ſuis relinqueretur. Marcam feudum maſculinum fuiſſe tum habitum, hinc recte concludas. Epiſcopus, quem receperat, ſemiſſem Heinrico, Lucelſteinio Comiti, in feudum tradidit, uno ex alterius ſemiſſis quadrante ad Ochſenſteinios, altero ad Wangios translato. Marca ſic inter plures diviſa, uſque ad ſec. XVII. tamen indiviſim adminiſtrata fuit & recta, ita ut reditus pro ſua quisque parte acciperet. Vici & incolæ demum An. MDCXIV. diviſi ſunt. Vix ullus in Alſatia tractus frequentius oppigneratus, venditus, redemtus & inter tot poſſeſſores toties fuit diviſus.

## §. CCCXCIII.

Lucelſteinenſis pars. Lucelſteinenſes ſuum vix acceperant ſemiſſem, quum Heinricus Comes partem ejus Friderico, Epiſc. Arg. aliamque Eberhardo, Comiti de Ramberg, pignori dedit. Epiſcopalis An. MCCCXCIV. ad Leiningæ Comites, qui per Metenſes Præſules de illa inveſtiti ſunt, & per hos ad Lotharingiæ Ducem An. MD. pervenit. Intermedio tamen tempore & Epiſcopum rurſus & Civitatem Argent. creditores experta eſt Marca. (*g*) Rambergicum quadrantem Burcardus quidem, Lucelſteinii Comes, An. MCCCCXVII. recuperavit, ſed Jacobus & Wilhelmus, filii ejus, dimidiam quadrantis hujus, hoc eſt, octavam totius Marcæ, partem Ruperto Epiſc. An. MCCCCLI. rurſus oppignerarunt. Lucelſteiniorum jura Claudius Warambonius, Rupenſis Comes, illorum ex ſorore nepos ac hæres, Wilhelmo de Rappoltſtein, tutori ſuo, An. MCCCCLXXXV. vendidit; unde Epiſcopi Metenſis permiſſu Rappoltſteinenſes avitis ſuis inſignibus Geroldseckiana junxerunt. Wilhelmus hic ſexennio poſt, octava Eccleſiæ Arg. parte coemta, quadrantis devenit poſſeſſor, de quo ipſe & ſucceſſores per Epiſcopos Metenſes inveſtiti fuerunt. Sed & hic denique factus venalis, per Eberhardum Dynaſtam, Jo. Friderico de Landſperg An. MDCXXVIII. & quinquennio poſt Carolo, Lotharingiæ Duci, obtigit. Hic itaque Lucelſteinenſem omnem ſemiſſem Hermanno Egoni, Principi Furſtenberg. quem & ceteris Marcæ partibus potitum eſſe oſtendam, An. MDCLXXI tradidit.

§. CCCXCIV.

(*e*) De hac diſtinctione vid. infra ſect. de Morib.

(*f*) Luckii *Annal. Rappoltſtein.* Mſ. ad An. MCCCLXIV.

(*g*) Lotharingus illam An. MDXL. Wilhelmo Com. de Furſtenberg & An. MDCXXXIII. Theobaldo Keſſlero pignori dedit.

## §. CCCXCIV.

Ochsenſteinenſis quadrans, de quo nunc ſpeciatim loquar, in quinque partes ob totidem Rudolphi primi acquirentis liberos diviſus eſt. Ex his una per Johannem, Capituli Argent. Præpoſitum, Abbati Maurimonaſt. An. *MCCCCXXXVI.* oppignerata, (*h*) alia Margarethæ Ochſenſtein. conjugio in Fleckenſteinios translata eſt. Reliquas tres partes, Ochſenſteiniorum gente deleta, Henricus Bipontino-Bitenſis Comes, cui ultimi Dynaſtæ ſoror nupta erat, An. *MCCCCXC.* nova atque ſpontanea Epiſcopi Metenſis inveſtitura obtinuit; unde ejusdem Epiſcopi conſenſu ad Philippum, Hanoviæ Comitem, medio ſeculi ſeq. pervenerunt. Hic & particulam Abbatiæ Maurienſis, quanquam Henricus, Bipontinus Comes, jus reluitionis deſeruiſſet, poſt multas diſceptationes An. MDLXXVIII. recepit. Sed Jo. Reinhardus, Philippi nepos, An. MDCIX. eandem Friderico Abbati in decennium, hocque elapſo, Jo. Friderico de Landſperg denuo oppigneravit. Landſpergios Fridericus Dion. de Schellenberg circa An. MDCXLV. & hunc Furſtenbergenſes An. MDCLXXI. exceperunt, qui & Fleckenſteinenſi particula, tanquam allodio, (*i*) per Landſpergios nobiles potiti ſunt. Ochſenſteinenſis pars.

## §. CCCXCV.

Sed & Wangenſis quadrans in alienis ſæpe per oppigerationes manibus fuit. Hartungus de Wangen dimidiam ejus partem Wilhelmo Epiſc. Argent. An. MCCCCXIX. aliamque particulam Fridericus An. MCCCCLXXXVI. atque Stephanus An. MCCCCXCIX. Alberto Epiſc. nec non Joh. Wilhelmo III. Epiſc. An. MDXVIII. ſub retractus conditione venditerunt, qua Georgius de Wangen, Johannis filius, An. MDXXXVII. uſus eſt. Wolfius, Bernardus & Chriſtophorus patrueles, novas inveſtituræ literas d. 2. Sept. MDCIX. à Præſule Metenſe impetrarunt, quibus omnia Marcæ loca, præter Ochſenſteinenſia, recenſentur. Hermannus Egon, Comes Furſtenbergenſis, Wangenſem hanc portionem An. MDCLXVII. ante Lotharingicam emit. Wangenſis pars.

Furſtenbergenſes itaque, cum & Lucelſteinenſis & Wangenſis, partimque Ochſenſteinenſis portionis eſſent compotes, paulo poſt Cameræ *Reunionum* Metenſis decreto (*l*) compulſi ſunt, ut Epiſcopo Metenſi homagium, ipſique hujus urbis Parlamento, tanquam ſuperiori judici ſuo, præſtarent obſequium. Sed Abbatia antiquam dotem ſuam, quantum ex ea Furſtenbergenſes tenebant, amica transactione, quæ litem, à judice non deciſam, ſecuta eſt, anno hujus ſeculi quarto ab iis recepit. Marcæ ad Abbatiam reditus.

Appendicis loco addimus, Abbatiam Maurienſem poſſidere quoque vicos *Altheim ad Columbam*, (*zur Tauben*) & *Schmersheim*, feudum Metenſe. Illum vero Geroldseckii Dynaſtæ cum aliis locis, de quibus ſupra, (*m*) tanquam Argentinenſis Eccleſiæ feudum, poſſederant.

# DYNASTIA OCHSENSTEINENSIS.

## §. CCCXCVI.

In recenſendis Ochſenſteinenſium Dynaſtarum (*n*) terris, naturam illarum, non ſitum, ſecuti, allodia à feudis & pignoribus diſtinguimus, feudaque in ſuas iterum claſſes, ſecundum dominium eorum directum, referimus. Ochſenſteinenſes enim ab Imperio, ab Argentinenſi & Metenſi Eccleſiis, à Clingenſi Abbatia feuda, per omnem Alſatiam inferiorem diſperſa, poſſederant. A Metenſibus, quoniam primaria hujus gentis in iis ſedes fuit, initium ducimus; ad Imperialia & reliqua dein feuda tranſituri. Ordo deſcriptionis.

Primarium nempe nobiliſſimæ hujus gentis caſtrum erat *Ochſenſtein*, (antiquiores *Oſenſtein*, *Obſenſtein*, *Oſſenſtein* ſcripſerunt) totius Dynaſtiæ caput, quod immenſum olim, & in ruinis adhuc formidabile eſt. Triplex fuiſſe, veſtigia nos docent; ſpatiis interjectis diſtinctum; quanquam duo tantum innotuerint, majus & minus. Situs ejus in Vogeſi dorſo, in veteri Maurienſium Marca, inter Geroldseckium & Dagsburgicum caſtra. Caſtrum Ochſenſtein.

(*h*) Quam dein Abbas partim Philippo Electori Palatino, partim Alberto Ep. Arg. MCCCCXC. tradidit.

(*i*) Fleckenſteinenſes eam Dom. de Bœdigheim An. MDXLIV. vendiderant; unde ad Landſpergios devenit.

(*l*) Quod editum eſt d. 25. Jul. MDCLXXX. vid. *Recueil des Arrêts de la Chambre reg. à Metz pour la Reunion* &c. pag. 147.

(*m*) Pag. 166. §. CCLXXXIX.

(*n*) Ochſenſteinenſe ſtemma, quod in An. MCCCCLXXXV. deſinit, in Genealogicis dabimus.

caſtra. Tractus ille *Haberacker* nunc dicitur. Dynaſtæ Geroldseckii cum dominarentur in Marca, Ochſenſteinium caſtrum à nobili gente, Geroldseckiis vel cognata vel amica, conditum eſt, quæ nomen hinc ſuum, ut ipſi Geroldseckii, à caſtro ſumſerunt, quod vel ſub finem ſeculi XII. vel ſequentis initio factum eſt, quo prima Ochſenſteinii memoria comparet. Caſtrum hoc An. MCCLXXXIV. deſtructum ANNALES COLMAR. teſtantur: "Advocatus Alſatiæ (Dom. de Hohenſtein) cum Epiſcopi Argentinenſis adjutorio Ochſenſtein caſtrum potenter expugnabat & funditus evertebat. „ Seculo ſequenti caſtri majoris & minoris mentio fit. Utrumque ab Argentinenſibus dirutum eſt. Majus An. MCCCLXX. ut ſumptibus, in præſidiarios milites, parceretur; (o) minus autem An. MCCCLXXXII. (p) Rudolphus, Ochſenſteinii Dynaſta, Dynaſtiæ ſuæ partem Ruperto II. Electori Palat. An. MCCCXCI. vendidit, quam in diviſione Rupertina An. MCCCCX. Ludovicus Barbatus, Ruperti Imp. filius natu major, ſortitus eſt. (q) Otto VI. Rudolfi frater, caſtra ſua omnia Epiſcopo ac civitati Argent. pro mille florenis An. MCCCXCVIII. oppigneravit, addita cautela, ne adverſus dominos ipſius directos aut vaſallos atque cognatos iis uterentur. Jacobus, ultimus Bipontino-Bitenſis Comes, Ochſenſteinium poſt ſeculi XVI. medium ſuis vix refecerat ſumptibus, cum ignis, caſu ortus, id poſtremo conſumſit. (r)

## §. CCCXCVII.

Vici ac villæ.

Vici ac villæ, ab Ochſenſteinenſi caſtro pendentes, cumque eo ab Eccleſia Metenſi in feudum recepti, in priſcis inveſtituræ literis hi recenſentur: *Lindow*, *Eichelberg*, *Buer*, *Loingebern*; quorum nullum hodie veſtigium ſupereſſe comperimus; *Tillersmunſter*, proximus caſtro vicus, qui à reſtauratore ſuo Comite Reinhardo, Hanovienſium poſtremo, *Reinhardsmunſter*, itemque *Neudorff* appellatur. *Cymiterium Tillersmunſter* in charta Abbatiæ Maurienſis ſec. XII. legitur. Porro *Hengebn* villa, quæ *Hemmingesbaren* in priſcis documentis nominatur, & *Wolsheim* vicus, qui cum Tillersmunſter Weſthofienſi Liechtenbergenſium Præfecturæ nunc accenſetur. *Fierchhauſen*, feudum Liechtenbergenſe Volziorum ab Altenau. *Idersweiler*, ad Epiſcopos Argentinenſes translatus. (s) *Schweinheim* & *Odrazheim*, ab Ochſenſteinenſibus ad alios atque alios, tanquam vici allodiales, delapſi. De Odrazhemio ſupra (t) locuti ſumus; de Schweinhemio, quod Dagobertus Waldnerus Comes paucis abhinc annis acquiſivit, inferius plura dicturi. Horum omnium locorum inveſtituram Johannes & Otto Dynaſtæ An. MCCCXXXV. Ottemannus & Rudolfus An. MCCCLXXVIII. Georgius An. MCCCCLXI. ab Eccleſiæ Metenſis Præfulibus impetrarunt. Ochſenſteinenſibus extinctis Heinricus Comes Bitenſis An. MCCCCLXXXV. ſucceſſit, ſexennio poſt nova Domini directi inveſtitura muniendus. Per Bitenſes autem ad Hanoico-Liechtenbergenſes, ut infra dicetur, Dynaſtia Ochſenſteinenſis tranſivit.

Ceterum ex iis, quæ de Marca retulimus, conſtat, Ochſenſteinenſes quartæ ejusdem partis poſt Geroldseckiorum iuteritum compotes factos, & per Epiſcopos Metenſes quoque de illa inveſtitos eſſe, quæ pars Dynaſtiam quidem ipſorum adauxit, ſed ab ea deinceps fuit avulſa. Quicquid in Marca juris habuerant, Henrico Bayero An. MCCCCXVII. oppigneratum & pro redimendo Georgio, Dynaſta captivo, An. MCCCCLII. Luceſteinii Comitibus traditum eſt. (u)

## §. CCCXCVIII.

Feuda & pignora Imperii.

Feuda Imperii fuerunt *Niederbronn*, de quo per Landgravios Alſatiæ infer. primum, (x) dein per Imperatores (y) ipſos inveſtiti fuerunt, Oberbronnenſi Dynaſtiæ qui nunc adſcriptus eſt vicus; nec non *Pfaffenhofen* & *Nieder-Modern*, quos Ochſenſteinenſes cum Liechtenbergicis Dynaſtis habuerunt communes. At longe potiora fuerunt Ochſenſteinenſium bona, quæ ut pignora poſſederunt Imperii. In claſſem hanc referendæ ſunt Barrenſis & Marlejenſis Dynaſtiæ; item Rumolsweiler, Cosweiler, Hochfelden, quos Rudolfo I. Imp. affini ſuo, potiſſimum debuerunt Ochſenſteinenſes. De pleriſque jam ſupra (z) actum. Hochfeldæ caſtri, quod ibi erat, femiſſem Ottemannus ab Ochſenſtein Ruperto, Electori Palat. An. MCCCLXXXVIII. tradidit. (a) Nonam ejus partem Stephanus

(o) KORNIGSHOV. Cap. V. pag. 336.
(p) Ibid. Cap. VI. pag. 402.
(q) TOLNER. *Hiſt. Palat.* Cod. Diplom. pag. 153.
(r) HERZOG. Lib. V. pag. 60.
(s) Conf. ſupra pag. 142. §. CCXLV.
(t) Pag. 211. §. CCCLXXXVI.
(u) HERZOG. Lib. V. pag. 59.
(x) Conf. ſupra pag. 130. §. CCXIX.
(y) Inveſtituram ab Imp. Sieſmundo Volmarus de Ochſenſtein An. MCCCCXVIII. accepit. vid. *Factum pour la Baronneſſe de Sinclair contre Jean Remi Comte de Hanau.*
(z) De Barrenſi pag. 208. §. CCCLXXX. de Marlejenſi pag. 221.
(a) KORNIGSHOV. Cap. V. pag. 359.

Stephanus Palat. à Johanne Comite Leining. An. MCCCCXLII. redemit, pacemque caſtrenſem cum Georgio Ochſenſtein. renovavit. Reliqua Hochfeldæ fata alibi refero.

## §. CCCXCIX

Feuda Eccleſiæ Argent.

De Eccleſiæ Argent. feudis, in Ochſenſteinios collatis, Codex (*b*) ſec. XIV. hæc habet: " Domini de Ochſenſtein habent in feodo apud villam *Gugenheim* jus, „ quod vulgariter dicitur *der gezog*, & caſtrum & opidum *Richenshoven* cum attinentiis. „ Sic continet regiſtrum quondam Dom. Johannis Epiſcopi, excepto quod idem regi„ ſtrum de caſtro & opido Richenshoven nullam facit mentionem. Sed Dom. Bertholdus Ep. juſſit hoc inſcribi.

Reichshovium villam Matthæus, Lotharingiæ Dux, An. MCCXXXII. Eccleſiæ Argent. pro animæ ſuæ remedio in feudum obtulit. (*c*) Paulo poſt villa non tantum in oppidum converſa, ſed & caſtro aucta eſt, pro quo cuſtodiendo Fleckenſteinenſes aliique nobiles à Lotharingo beneficia acceperunt. Henricus de Fleckenſtein, Dominus de Sulze, An. MCCLXXV. Friderico Duci promiſit " cuſtodiam & reſidentiam „ facere apud Reichenshoven ſingulis annis dimidium annum pro centum & quinqua„ ginta libris Metenſibus &c. „ Idem quadriennio poſt Fridericus miles de Weinſtein pro feudo caſtrenſi pollicitus eſt, quod Dom. de Deinſperg ante ſe à Lotharingis habuerat. An. MCCLXXXVI. pax inter Conradum Ep. Argent. & Ottonem de Ochſenſtein, Advocatum provincialem Alſatiæ, ex una atque Fridericum Ducem Loth. ex altera parte condita eſt, qua Dux " omni juri ſuo, quod habuit in *cojiro Richens„ hoven*, exceptis caſtellanis & infeodatis, qui dicuntur *Seſſmann* &c. renuntiavit. „ (*d*) Belli, quod hanc præceſſit pacem, ANNALES COLMAR. (*e*) faciunt mentionem: " Epiſcopus Argentin. terram Ducis Lotharingiæ pluries intravit, & eum enormiter „ ſpoliavit. „ Ochſenſteinenſem juviſſe in eo Epiſcopum, ex pacis, quæ ſecuta eſt, formula diſcimus. Hoc autem Reichshovium caſtrum Lotharingis ademtum eſt; oppidum cum antea jam iis ablatum videatur, quippe quod Rudolfum Imp. Ottoni de Ochſenſtein poſt Ettendorfios An. MCCLXXXVI. contuliſſe, HERZOGIUS (*f*) ſcribit. Et caſtrum & oppidum Ochſenſteinenſibus traditum, ſub directum Eccleſiæ Argent. dominium rediit. In utroque Otto V. Dynaſta uxori ſuæ, Herzlandæ Phirretenſi, dotalitium 1200. marcarum An. MCCCXI. conſtituit. (*g*) Mena de Ochſenſt. tertiam caſtri & oppidi partem Schaffrido Comiti Leining. pro mille florenis An. MCCCLXIV. vendidit. (*h*) Ottemannus ſeu Otto VI. Dynaſta Reichshovium à Ruperto I. Palat. An. MCCCLXXXVIII. occupari permiſit, ut Lichtenbergenſes Dynaſtas, Argentinenſem & Hagenoenſem civitates, exinde debellaret. (*i*) Rudolfus, Ottonis hujus frater, partem ſuam Ruperto II. Elect. prioris ex fratre nepoti, triennio poſt vendidit, (*l*) quæ cum Ochſenſteinio & Hochfelda in diviſione Rupertina An. MCCCCX. Ludovico Barbato Elect. obtigit. (*m*) Sub Ruperto Imp. pax caſtrenſis inter ipſum, Epiſcopum Arg. & Eberhardum de Ramberg, cui Clara de Ochſenſtein nupſerat, An. MCCCCIV. renovata fuit. (*n*) Palatina hæc pars Maurimonaſterio, & per hoc Epiſcopo Argentinenſi vendita eſt, Henrico, Comiti Bipontino-Bitenſi, qui & Ochſenſteinenſium per uxorem heres erat, An. MCCCCXCII. conferenda, poſtquam ille perpetuam Reichshovii aperturam, pacemque caſtrenſem juraſſet Epiſcopo. Hæc ſub Ochſenſteiniis; reliqua infra in Lotharingicis.

Reichshofen caſtrum & oppidum.

## §. CCCC.

Alia feuda.

Dynaſtiam Landeck, amplitudine ſua inſignem, à Clingenſi Abbatia Ochſenſteinil tenuerunt, de qua jam alibi actum. (*o*) Imo & S. Stephani Abbatiæ Argent. beneficio Wangenſis oppiduli poſſeſſione aliquandiu iidem Ochſenſteinenſes gaviſi ſunt. (*p*)



(*b*) In tabular. Epiſcopali Tabernis.
(*c*) Charta apud CALMET. *Hiſt. de Lorraine* Tom. II. Probat. pag. 446.
(*d*) Cod. membr. Eccleſ. Argent. num. 211.
(*e*) Ad An. MCCLXXXV. pag. 21.
(*f*) *Chron.* Lib. III. pag. 53.
(*g*) Ibid. Lib. V. pag. 66.
(*h*) *Das ihri teil an der burge u. ſtatt zu Richenshoven mit allem dem das darzu gehoret.* Charta autogr. in tabular. Oberbronn.
(*i*) KORNHOFHOV. Cap. V. pag. 350. LAGUILLE *Hiſtoire d'Alſace* Tom. I. pag. 313.
(*l*) *Electa Juris publ. Palat.* Part. II. pag. 149.
(*m*) Apud SCHILTER. *Jur. publ.* Tom. II. pag. 325.
(*n*) HERZOG. Lib. V. pag. 58.
(*o*) Supra pag. 184.
(*p*) Ut infra in *Dominiis variis* docebitur. Conf. HERZOG. loco cit. pag. 59.

Inter allodia gentis magna Dynastiæ Oberbronnenſis pars comparet, cum aliis. Vicorum *Oberbronn*, *Pfaffenhoven* & *Nider-Motern* dimidiam partem, nec non vicos *Eckwersheim* prope Brumat, qui Burcardo de Müllenheim oppigneratus fuit, atque *Scharrachbergheim* Georgius, ultimus Dynaſta, Lichtenbergenſibus, à quibus captus erat, pro redimenda libertate ſua An. MCCCCLIV. tradidit. (*q*) Scharrachberghemium Otto de Ochſenſtein jam An. MCCXXVIII. poſſedit, teſte charta, qua Bernardus miles de Scharrech molendinum, " quod à Domino ſuo nobili viro Ottone de Ochſen„ ſtein ſub nomine feodi longo tempore habuerat, ſitum *ſecus villam ſuam Bercheim*, monaſterio Erſteinenſi donavit. (*r*) *Weſthauſen* prope Mauromonaſterium Ochſenſteinenſibus extinctis per Bitenſes Comites, ipſorum heredes, ad Eccleſiam Argent. devenit. (*s*) Otto III. Dynaſta uxori ſuæ, Cunigundæ de Lichtenberg, mille marcas Argent. pro dotalitio ex eo promiſit An. MCCLXXXVI. (*t*) De feudis Dynaſtarum Ochſenſtein. activis in Lichtenbergicis mox loquimur.

Ochſenſteinenſes Dynaſtæ, liberis Imperii Statibus annumerati, locum in ejus matriculis habuerunt ac cenſu. Cenſus ipſorum pro Turcis debellandis An. MCCCCLXVII. & MCCCCLXXI. unus eques & duo pedites; An. MCCCCLXXX. vero, cum gentis jam inſtaret interitus, duo equites ac tres pedites erant. (*u*)

## DYNASTIA HUNENBURG.

### §. CCCCI.

**Hunenburg caſtrum.**

Retro Herrenſteiniam arcem leuca dimidia, in Vogeſi montibus, caſtri *Hunenburg* (*x*) turris prælta ſuperelt, perantiquum celebris olim gentis monumentum. Hunenburgiorum nomen à ſeculi XII. initio quidem in chartis occurrit; at caſtri nonniſi ſub ejusdem ſeculi finem prima fit mentio. Otto Suevicus, pro novo Imp. Philippo, fratre ſuo, adverſus ſeditioſos Alſatiæ pugnans, ad caſtrum *Hunenburc* fratrem Conradi Epiſcopi Argent. qui ex gente Hunenburgica erat, interfecit. (*y*) An. MCCCLXII. Catharina, Johannis de Hunenburg filia, genero ſuo Henrico de Fleckenſtein dimidiam hujus arcis partem vendidit, quod eodem anno Carolus IV. Imp. data Fleckenſteinenſi inveſtitura firmavit, adjecta tamen conditione, ut Catharinæ ſexcentas haller. libras pro dotalitio quotannis ſolveret. (*z*) Anno ſequenti Henricus ille coram ſculteto Hagenoenſi, Volmaro de Wickersheim, aliisque Cæſareis judicibus adverſus Johannem de Waſſelnheim, dictum de Helſenſtein, actionem inſtituit, quod caſtrum Hunenburg cum vicis & ſilvis, (*a*) ad illud pertinentibus, ſibi tradere recuſavit. Vicorum iſtorum nomina non reperio in chartis; nec feuda Imperii, quæ poſt Catharinæ Hunenburgicæ obitum in Fleckenſteinios An. MCCCLXIV. collata ſunt. In diviſione Dynaſtiæ Lichtenbergenſis An. MCCCCLXXX. Hunenburgum cum ſilvis tantum, absque vicis, recenſetur. A Fleckenſteinenſibus enim ad Lichtenbergenſes pervenit.

**Waſenſtein caſtrum.**

Caſtrum *VVaſenſtein* vel *VVaſchenſtein*, retro Fleckenſteinium in Voſago ſitum, ab Hunenburgicis ad Fleckenſteinios quoque An. MCCCLXVII. transiiſſe, charta quædam nos docet. Sed & alios tum temporis nobiles, Ochſenſteinenſes, Rambergios & Landſchadios, caſtri hujus participes fuiſſe, HERZOGIUS (*b*) indicat, quando Rambergicam partem ad Ochſenſteinenſes An. MCCCXCI. translatam perſcribit. Verum & milites olim, dicti à Waſchenſtein, in Alſatia floruerunt. Semannus & Fridericus de Waſchenſtein, Engelhardi militis de Hagenowe filii, An. MCCLXXII. vallis B. Mariæ cœnobio vivarium donarunt. Caſtrum hoc & vicum Nieder-Steinbach Fleckenſteinenſes Hanoviæ Comiti hoc demum ſeculo vendiderunt.

Mediocris

---

(*q*) HERZOG. *Chron.* Lib. V. pag. 59.

(*r*) Chartular. Neoburg.

(*s*) Conf. ſupra pag. 142. §. CCXLV.

(*t*) HERZOG. loco cit. pag. 56.

(*u*) CORTEREL *Corp. Jur. publ.* Tom. I. Part. V. pag. 12. 15. & 18.

(*x*) Ejusdem nominis caſtrum Helvetico in Zugiorum Pago eſt, de quo ETTERLYN *Hiſt. Helvet.* pag. 115.

(*y*) *Hiſtor. Novient.* apud MARTENE *Theſ. Anecdot.* Tom. III. col 1151.

(*z*) Chartular. Fleckenſtein. ſec. XIV.

(*a*) En verba chartæ: *das er ime inebehabte Hunenburg die veſten u. vnd dazu gehort, dawſſer u. wald . . . das er ime das nit lut wolgent.*

(*b*) *Chron.* Lib. V. pag. 57.

Mediocris ergo Dynaſtia hæc fuit, quam non extenſio diſtrictus, ſed Dynaſtarum (*c*) celebritas reddidit illuſtrem.

## DYNASTIA HERRENSTEIN.

### §. CCCCII.

Caſtrum. Herrenſtein.

Caſtrum Herrenſtein, Neovillæ oppido imminens, inter Barram Tabernenſem & Lucelſteinium caſtra, in promontanis Vogeſi ſitum, Rhenum & Argentoratum aſpicit; ſeculo ſuper. à Gallis noſtris deſtructum. Formam ejus oblongam rudera demonſtrant, in eminente ac præcipiti conſpicua rupe. Chartæ veteres *Herenſtein* ſcribunt; literam *r* duplicant juniores. *Graculorum rupem* ſcriptio prior, poſterior *Dynaſtæ rupem* (*d*) deſignat. Caſtrum hoc Dagsburgi Comites olim ab Eccleſia Metenſi tenuerunt in feudum; quibus An. *MCCXXV.* extinctis, cum aliis locis ad Eccleſiam hanc rediit. (*e*) An. *MCCLVII.* Jacobus Ep. & Monaſterii Neovill. Abbas, de molendino quodam inter ſe convenientes, ſtatuerunt, quod illud "in uſum totius familiæ Domini „ Epiſcopi, commorantis in caſtro de Herenſtein & villa Neovillarenſi, „ æque ac Monaſterii, debeat ſervire.

Oppigneratum cum vicis.

Epiſcopi Metenſes ergo Herrenſteinium poſſederant, cum à Theodorico Ep. Bipontinis Comitibus & Lichtenbergicis Dynaſtis An. *MCCCLXXX.* oppigneraretur, ita ut illi tres quadrantes pro 5400. flor. (*f*) hi dimidiam modo quartæ ſeu octavam partem cum Neovillano oppido acciperent; (*g*) reliqua octava parte penes Epiſcopum manente. Inter hos Herrenſteinii poſſeſſores An. MCCCLXXXV. pax caſtrenſis condita eſt, cui omnes, cum quibus Bipontinum pignus deinceps communicatum fuit, acceſſerunt. (*h*)

### §. CCCCIII.

Argentinenſibus traditur.

Sed Bipontinis mox civitas Argentinenſis ſucceſſit. Frequentes enim in vicinos excurſiones ex Herrenſteinia arce cum fierent, Epiſcopus & civitas Argent. cum Præfecto & civitate Hagenoenſi ſub ſeculi XIV. finem id armis occuparunt. Finito bello Argentinenſes, caſtrum retinere cupientes, Bipontino-Bitenſi mille trecentos & nonaginta florenos pro dodrante numerarunt; triplum & amplius ab Epiſcopo Metenſi, ſi quando eum redimeret, accepturi. (*i*) Octavam Lichtenbergenſium partem, quam urbs quoque occupaverat, Johanni & Ludovico fratribus An. MCCCCXIII. reſtituit, addita conditione, ne ea ad ipſorum heredes transiret. Nec ſane transivit. Lichtenbergenſis familia quidem cum minaretur interitum, Georgius, Ep. Metenſis, Philippum, Hanoviæ Comitem, atque Simonem Wecker, Bipontino-Bitenſem Com. cum aliis feudis de Neovillæ oppido & caſtro Herrenſtein An. MCCCCLXXIII. coinveſtivit; reluitionis jure ſibi & ſucceſſoribus ſuis iterum ſervato. Verum nec Epiſcopo, nec Lichtenbergicis Dynaſtis ex Herrenſteinio tum aliquid remanſerat. Et ille & hi partes ſuas in alios transtulerant, per quos ad Argentinenſes devenerunt. Hi enim octavam partem allodialem ab Eliſabetha, Cunonis de Landſchaden filia & Schweighardi de



(*c*) Hunenburgenſes fuerunt Epiſcopatus Argent. mareſchalli; de quibus infra in Genealogicis agitur.

(*d*) *Rupem dominicam* nonnulli latine reddiderunt.

(*e*) RICHERIUS SENON. Lib. IV. Cap. XXI. ita: „ Quædam caſtra, ſcil. Herneſtem & Turqueltem „ (Herrenſtein & Turqueſtein) & quædam oppida „ peroptima . . . ad jus & proprietatem Metenſis „ Epiſcopii reſumſit & fatiſt.

(*f*) Inſtrumentum oppignerationis: *Drei theil der veſten Herenſtein, mit ſeinen rechten, huſen darfern . . . mit nahmen Dettweiler, Kleine Wiſſenow, Daſſenheim, Hachbemadt, und Kugelsberg u. der andern leuthe, die in andern darfern geſeſſen ſint u. zu der egenanten veſten Herenſtein hörent . . . Auch ſollen wir Dietrich . . ein viertheil ane der egenanten veſten Herenſtein haben u. an allem dem, das darzu gehört* &c.

(*g*) Johannes de Liechtenberg An. MCCCLXXX. ita: *Als der . . Herr Dietrich Biſchoff zu Metz mir u. minen erben u. nachkommen ingeben u. geſetzt hat ein halb theil ſeines vierten theils der veſten Herenſtein u. der darfer Dettweiler, Daſſenheim u. Klein Wiſſentowe mit herrſchafften . . . u. darzu die Statt Neuweiler* &c.

(*h*) Hannemannus Comes Bipont. & Sigelmannus de Windeberg quadrantem An. MCCCLXXXV. aliam partem Dietr. Camerarius de Wormatia & Conradus Landſchaden, aliam Johannes Dux Lotharingiæ An. MCCCLXXXIX. Dietmarus de Blumenau MCCCXCVI. pignori acceperunt. Camerarii hæredes erant Jo. de Sickingen, Rudolfus de Hohenſtein, Frid. de Fleckenſtein, Jo. & Dietr. Camerarii.

(*i*) Tranſactio hæc Ruperti Electoris Palat. & Bernhardi Marchionis Bad. ope An. MCCCXCVIII. ſa. facta.

Sickingen uxore, pro quadringentis aureis An. *MCCCCXXII.* & aliam quæ reſtabat, octavam, in ſex partes diviſam, ejusdem ſeculi decurſu, (*l*) coemerunt; ita ut pro univerſo caſtro & vicis ejus ter mille ſeptingentos nonaginta florenos Rhen. & quinquaginta libras denar. exſolverint.

## §. CCCCIV.

Situs caſtri ad acquiſitionem ejus Argentinenſes impuliſſe videtur. Imminet enim Epiſcopi Argent. & Lichtenbergenſium Dynaſtarum ditionibus, cum quibus civitati erant lites frequentes. Denique & diſtrictum montis, cui arx impoſita, *Glashalde* dictum, quem Capitulum Neovillar. poſſederat, An. MDXXVII. iidem comparaverunt Argentinenſes. (*m*)

Centum annis opus erat, ut Dynaſtia hæc in unum corpus coiret. In hoc temporis decurſu Epiſcopus Metenſis ſuo reluitionis jure, cui prima oppigneratione Bipontinos & Lichtenbergenſes adſtrinxerat, quodque ipſi ab initio agnoverant Argentinenſes, non ſemel uſurus videbatur. (*n*) Ferdinandus II. Imp. An. MDCXXX. Herrenſteinium ſibi tradi poſtulans, una cum Epiſcopo Argent. tulit repulſam. Quamdiu caſtrum hoc in poteſtate Argentinenſium fuit, militaris ad illud via, cujus reliquiæ extant, Argentorato duxit. Anno denique MDCLI. d. 10. Octob. Dynaſtiam hanc Reinhardo de Roſen, exercituum regiorum legato, pro XXXV. mille imperialibus civitas vendidit, addita conditione, ut incolis liberum Auguſtanæ conf. exercitium ſervaretur. Caſtrum in bello, pacem Neomagenſem ſecuto, à Gallis noſtris deſtructum eſt. Grandiores lapides ad Lichtenbergicam arcem fortius muniendam translati ſunt.

## §. CCCCV.

Dynaſtia Vici.

Ex quinque vicis, Herrenſteinio olim addictis, duo præ ceteris conſpicui, *Dettweiler* & *Doſenheim.* (*o*) Ille ad Sornam, hic ad Zinzelam rivos ſitus eſt. In illo Lichtenbergenſes Dynaſtæ jure patronatus gaudent. In hoc veteris muri ac foſſæ veſtigia comparent, ubi caſtellum *Warthenberg* ſtetiſſe videtur, cujus Abbas Neovillar. An. MCLIX. de pratis ei adjacentibus & ad reditus curtis ſuæ Doſenheim ſpectantibus ſcribens, facit mentionem. Nomen hoc cum caſtro interiit. Traditio vulgi eſt, Præceptoratum Templariorum olim ibidem extitiſſe. Tria caſtra Wartenberg in agro Baſil. Eccleſiæ Argent. feuda fuerunt. (*p*) Villicationem de *Dozhenſteins* cum omni integritate juſtitiæ Alexander III. Papa inter Abbatiæ Neovillanæ bona An. MCLXXVIII. recenſet.

Vicis iſtis ſeculo ſup. novus acceſſit, ex Helveticis colonis compoſitus, à Dynaſta, fundatore ſuo, *Roſenweiler* vocatus, cui nomine ſimilis alibi. (*q*) Viculus *Klein Wieſentau*, pridem deletus, ibi ſederat olim.

Vicus *Kugelberg*, in colle inter Dettvillam & Neovillam ſitus, quem veteres chartæ cum Wieſentavia recenſent, ad quatuor nunc habitationes redactus eſt.

*Hattmatt*, Dynaſtiæ Herrenſteinenſi demptus & Lichtenbergenſi adſcriptus eſt pridem.

Sub Roſenia gente majora indies incrementa Dynaſtia hæc accipit. An. MDCCLII. Rex Marchioni Roſenio Panchartam (*r*) conceſſit, qua præcipua ex regalibus jura Toparchæ firmavit.

DYNASTIA

(*l*) Eliſabetha, Dietrici Camerarii filia & Ulrici de Bickenbach uxor, An. MCCCCXXIX. Conradus de Ramſtein An. MCCCCLXIV. Johannes de Sickingen An. MCCCCLXXVIII. Fridericus de Landſperg cod. Fridericus de Fleckenſtein MCCCCLXXX. & Conradus Bock cod. civitati Argent. particulam quisque ſuam vendiderunt.

(*m*) Senatus Argent. diſtrictum hunc ſitum eſſe dicit, *von den berg, darauf das ſchloſſ Herrenſtein, ſo nun eigenthumbs weiſſ auſſlehet, geſtegen iſt.* Alia pars ſilvæ *Brettſchhoſſ*, alia *Faulberg* dicitur.

(*n*) Præſertim An. MDLXXXI. Carolus, ex Lotharingiæ Ducibus Metenſis Epiſcopus; qui pretium pignoris, ab Argentinenſibus recuſatum, cum in Camera Spirenſi depoſuiſſet, hæc Epiſcopo injunxit, ut Argentinenſes prius in jus vocaret; quod Epiſcopus facere cum nollet, pretium ei pignoris redditum eſt. Ab hoc tempore Herrenſteinium magis fuit munitum.

(*o*) Alius vicus eſt *Doſſenheim*, Kochersbergenſis præfecturæ, de quo ſupra pag. 141.

(*p*) Conf. pag. 167. §. CCLXXIX.

(*q*) In Dachſteinenſi præfectura ſupra pag. 145. §. CCLI.

(*r*) *Lettres Patentes.*

# DYNASTIA LICHTENBERG.

## §. CCCCVI.

Conſpectus Dynaſtiæ.

Dynaſtiarum Alſatiæ maxima Lichtenbergenſis eſt, caſtris, burgis, oppidisque dives, centum fere vicos complectens, & in novem Præfecturas (*t*) diviſa; quibus tres aliæ, extra Alſatiam ſitæ, una cis Rhenum, duæ trans Rhenum, accedunt. (*t*) Poſſeſſores ejus ex prima proſapia omnes, poſtremo excepto, (*u*) Dynaſtæ titulo contenti, *Dynaſtiæ* nomen terris ſuis impreſſerunt. Succeſſores ejus Dynaſtiæ & Comitatus (*x*) axiomate promiſcue, priore tamen frequentius, uſi ſunt. A Bruſca ad Selzam extenditur; ita tamen, ut variæ, Epiſcopales præſertim, terræ hinc inde interjiciantur. Solum ejus inæquale plerumque, collibus molliter ſurgentibus conſitum, qui ramulorum inſtar ex Vogeſo prodeunt, & ubi vergunt ad Rhenum, ſolvuntur in campos. Regio omnis, nemoribus ornata & ſilvis, varii generis fruges, pabula profert & vina. Vici plerique in vallibus ſedent. Incolæ in ſepties mille focos diviſi, quorum maxima pars Aug. Confeſſioni addicta. Philippus enim, Hanoviæ Comes, Lichtenbergenſis Dynaſtiæ poſſeſſor, Buceri & Hedionis conſilio An. MDXLV. ſacra mutavit.

Caſtrum Lichtenberg

*Lichtenberg* caſtrum, quod *Lucii montem* vocarent Latini, primaria Dynaſtarum fuit ac propriæ ſedes; quæ florentiſſimæ Genti ipſique Dynaſtiæ nomen impreſſit. Homonymas arces Weſtria Bipontina, (*y*) Comitatus Cattimelibocenſis, (*z*) Franconia, (*a*) Bavaria, (*b*) Brunſwicenſis Ducatus, (*c*) Carniola inferior, (*d*) oſtendunt. *Claromontii* nomen, quod idem ſignificat, in Gallia frequens. Lichtenbergici noſtri medio ævo à nonnullis quoque latine ſcribentibus, de *Claromonte* ſunt dicti. Alſaticum hoc Lichtenbergæ caſtrum, Eccleſiæ Argent feudale, excelſæ, præcipiti, & fere rotundæ Vogeſiani montis inſidet rupi, quæ caput ſuper vicinas extollit. Ex montanis Alſatiæ arcibus, quarum ingens eſt numerus, paucis cum aliis hæc integra ſupereſt; egregie munita; à Crequio, Franciæ Mareſchallo, An. MDCLXXVIII. expugnata; quam ab illo fere tempore milites veterani, uti Lucelſteinium atque Landscronam, cuſtodiunt. Philippus, Metenſis Epiſcopus, Lichtenbergam ſec. XIII. obſeſſam captamque evertit; ut mala, quæ tum Eccleſiæ ſuæ inde provenerant, in poſterum averteret. (*e*) In mutuæ ſucceſſionis Dynaſtarum Lichtenberg. pactis An. *MCCCLXII.* & in diviſionis Dynaſtiæ charta An. *MCCCCLXXX. Lichtenberg, caſtrum* occurrit & *oppidum*; quod illo tempore adhæſerat caſtro, uti Rothenburgenſe, Bollvillanum quoque fuit caſtrum & oppidum. (*f*) Ad montis radices Lichtenberga vicus, reliquiæ forſan oppiduli, ſedet.

## §. CCCCVII.

I. Præfectura Buxovillana

Præfectura Buxovillana Metenſibus, Imperiali & Palatino, feudis, at præſertim allodiis conſtat.

Buchsweiler oppid.

*Buchsweiler*, Buxovilla, oppidum Dynaſtiæ caput, quadringentos & quinquaginta circiter focos continens, Romanorum ævo jam aluit incolas, ut Laconicum, ibi repertum, teſtatur; (*g*) nomen, quo tum innotuerat, nobis ignotum. Locus ſub Ludovico Bavaro, uti Ingovilla, in oppidum converſus videtur. (*h*) Neovillana enim charta An. MCCCXLIII. *Buhrswihre oppidum* prima memoravit. Rudegerus de *Buhrswihre* An. MCLVII. donationis teſtis, & Eccleſia de *Buhrswihre* cum decima & curia An. MCLXXVIII. inter Neovillana bona occurrit. Collegiata hæc duos hodieque decimarum trientes, reliquum eccleſia Buxovillana Proteſtantium poſſidet. Oppidum, in



(*t*) *Baillages, Amteyen.*

(*t*) Babenhuſianam Wetteraviæ Præfecturam, de qua inter Caſſellanum & Darmſtadienſem Landgravios ab An. MDCCXXXVI. certatum, cujusque partem Darmſtadienſis cum Dynaſtia Lichtenberg. accepit, ſilentio prætereo.

(*u*) Jacobus, gentis ſuæ poſtremus, ex Dynaſta creatus eſt Comes, ut pars genealogica docebit.

(*x*) Ita *Graſſchafft und Herrſchafft* Lichtenberg in ejus diviſionis inter Hanoviæ & Bitis Comites inſtrumento An. MCCCCLXXX. enuntiatur.

(*y*) Ubi Præfectura Lichtenbergenſis Bipontini Ducatus.

(*z*) In vicinia ſilvæ Odenwald. Vid. WINCKELMANNI *Cbron. Haſſiæ* pag. 97.

(*a*) In Marchionatu Barutino, ubi Lichtenberg, caſtrum & oppidum; nec non in Comitatu Hennebergenſi, ad Ducem Saxo-Weimar. ſpectans Vid. HOSNNS *Lexicon topograph. Circuli Franconiæ* pag. 270. & 410.

(*b*) Inter Auguſtam Vindelicorum & Landsbergam, Lico fluvio imminens.

(*c*) In finibus Hildeſienſis Epiſcopatus.

(*d*) Quod ad Walvaſores Barones pertinet.

(*e*) NEUBURGII *Hiſt. des Eveſques de Metz*, p. 469.

(*f*) Vide ſupra pag. 54. §. LXXXI. & pag. 102. §. CLXXI.

(*g*) Conf. Tom. I. pag. 539.

(*h*) HERZOG. in *Chron. Alſat.* Lib. III. pag. 41. originem ejus ignorat.

in umbilico fere Dynaſtiæ & in profundo ſitum, aëris & aquarum ſalubritas, (*i*) ſolique fertilitas commendant. Ab arce Lichtenberga ſex mille paſſibus diſtat. Dynaſtæ rerum ſuarum ſecuri cum eſſe cœpiſſent, Buxovillæ habitarunt frequenter, eamque muris, foſſa, turribusque muniverunt. Caſtrum oppido junctum eſt; cujus mentionem in Jacobi Lichtenberg. inveſtitura An. MCCCCXXXV. reperio. Ultimus Landgraviorum Alſatiæ inf. qui An. MCCCLXXVI. obiit, Johannes Werdenſis Comes in aulica capella Buxovillæ ſepultus eſt. (*l*) Locum præſtantibus hortis & ambulacris poſtremus Comitum Hanovienſium Joh. Reinhartus inſtruxit. Totius Dynaſtiæ Regimen, Camera computorum, Conſiſtorium, à longo tempore ibi ſtabilitæ ſunt. An. MDCXXXIII. Gallicum Buxovilla admiſit præſidium, feudum Metenſe quod eſſet. (*m*) Conſilium oppidi XII. civibus & ſculteto componitur, qui nonniſi politiam & œconomiam procurant, quod & in reliquis Dynaſtiæ hujus oppidis, ut in omnibus Alſatiæ mediatis, obſervatur. An. MDCXII. Joh. Reinhardus I. Comes Gymnaſium inſtituit, quod An. *MDCCL.* renovatum. Judaicæ 40. familiæ jure incolatus & ſynagogæ gaudent. Cæterum ab omni militari præſidio immune eſt oppidum, quod Regiæ literæ, Comiti An. *MDCCI.* datæ declarant. Religio, ut per omnem Dynaſtiam, mixta; Lutheranis prævalentibus numero.

## § CCCCVIII.

Vici feudales.

Cum caſtro & oppido Buchsweiler ſub Eccleſiæ Metenſis clientela vici exiſtunt:

1.) *Hoh-Franckenheim.* Inter Abbatiæ Neovillanæ bona Eccleſia de *Franckenheim* (*n*) An. MCLXXVIII. enumeratur. Waltenheimenſis parochus ſacra heic Proteſtantium procurat.

2.) *Hoh-Azenheim.* Eccleſiam de *Azzenheim* cum decima & curia Abbatiæ ejusdem bonis Alexander III. Papa accenſet. Caſtellum nobilium à Waltenheim per Argentinenſes An. *MCCCLXV.* hic dirutum. (*o*) In colle, cui aſſidet, capella ſacris peregrinationibus celebris eſt, poſtquam incolæ An. MDCLXXXVIII. ad Catholica ſacra redierunt.

3.) *Menchenhofen* & 4.) *Nieder-Sulzbach*, Johanna Blamontana (de Blanckenberg) Johanni Lichtenbergico vendidit. (*p*) Capellam & curiam de *Menechenhoven* Alexander III. inter Neovillarenſia quoque bona refert.

5.) *Urweiler* ab Hedwiga Sturmia, Ottoni Kuſero nupta, Dynaſtas ad Lichtenbergenſes tranſiit.

6.) Viculus *Gichtweiler*, inter feuda Metenſia cum prioribus relatus, ante aliquot ſecula periit. (*q*) Ager ejus Ingovillano acceſſit.

*Ringendorf* à Landgraviis Alſatiæ (*r*) & Joh. de Thelingen, (*s*) Landgraviorum fortaſſis vaſallo, acquiſitus, Cæſari deinceps in feudum oblatus eſt. *Gottesheim* vicus Breunsheimenſi parochiæ adhæret. Cognominis in Brisgovia vicus eſt, quem Alſtætteri à Caltenburg cum Landſpergiis nobilibus ſeculo ſup. poſſederunt. Noſter An. *MCCCCLIII.* ab Electore Palat. in feudum receptus, à quo etiam Rathſamhauſii ad lapidem, poſt Wenſeros, jus patronatus cum decimis ac curia dominica ibidem tenebant. De nobili Gotteshemia gente plura Herzogius. (*t*)

## §. CCCCIX.

Vici allodiales.

Allodiales hujus Præfecturæ vici ſunt 1.) *Riedheim*, 2.) *Boſelshauſen*, 3.) *Bretzenheim*, olim *Brwoingesheim*, quem Johannes Dynaſta à Blanckenbergiis vel Blamontanis Dynaſtis comparavit. (*u*) 4.) *Dunzenheim*, unde genti nobili Argent. quæ An. MCCCCLXXXIII. periit, nomen. Inter Abbatiæ Schwarzacenſis bona curiam in Dunzenheim, quæ amiſſa eſt, Spirenſis & Argent. Epiſcopi An. MCLIV. retulerunt. Curiam ibidem Ochſenſteinenſes, poſteaque Bipontini Comites ab Eccleſia Metenſi tenuerunt in feudum.

§.)

(*i*) Fons unus in oppido medicatus eſt leniter.
(*l*) Vide infra Landgravios.
(*m*) Puffendorf. *Rer. Suec.* Lib. V. §. XCVIII.
(*n*) Vicus ejusdem nominis in Alſatia ſuper. vid. ſupra pag. 38.
(*o*) Koenigshov. Cap. V. pag. 289. §. LXVIII.
(*p*) Herzog. loco cit. pag. 45.
(*q*) In ſcripto Landgravii Haſſo-Caſſellani: *vrwk. gegründete gegen-deduction*, Marburgi 1637. docum. pag. 106. *Gichtweiler ein alt Capell*; in literis inveſtituræ regiæ An. MDCCXVII. *Githtweiler* ſcribitur.
(*r*) Vide ſupra pag. 132. §. CCXXVI.
(*s*) Herzog. Lib. III. pag. 42.
(*t*) Lib. IX. pag. 167.
(*u*) Herzog. Lib. III. pag. 42.

5.) *Dürningen* de quo ſupra in Epiſcopatu Argentinenſi. (*x*) 6.) *Ernolsheim*, olim *Eroldesheim*, cujus eccleſia & decima Neovillanæ Abbatiæ An. MCLXXVIII. adſcribitur, centum & quatuor focos continens. Caſtellum ibi, foſſis turribusque munitum. 7.) *Geisweiler* Hamannus de Lichtenberg à quatuor fratribus Falckenſteinïæ gentis cum Melshemio ſec. XIV. coemit. (*y*) 8.) *Gimbrett* cum Reitvillenſi parochia jungitur. 9.) *Griesbach*, ubi curia cum integritate juſtitiæ ad Neovillanam Abbatiam ſpectaverat, An. MCLXXVIII. cum parochia Neovillana coaluit. 10.) *Hattmatt*, vicus à caſtro & Dynaſtia Herrenſteinenſi pridem abruptus. (*z*) Sigfridus miles de Hattematt ex caſtri Lichtenbergenſis cuſtodibus fuit. 11.) *Imsheim*, olim *Hummensheim* & *Imensheim*. Eccleſiam de Hummenesheim cum decima & curia inter Abbatiæ Neovill. bona quoque Alexander III. recenſet. 12.) *Ifenhauſen*, viculus. 13.) *Kirvweiler*, cujus parochiæ locus præcedens inſertus eſt. 14.) *Melsheim*, à Falckenſteiniis cum Geisweiler ſec. XIV. coemtus. Incolæ Ingenhemianæ eccleſiæ juncti ſunt. 15.) *Reitvweiler*, olim *Rutebar*, *Roitebo*, *Rutebé*. Eccleſiam de *Routdebé* cum decima & curia, omnisque juſtitiæ integritate, Alexander III. Abbatiæ Neovill. An. MCLXXVIII. confirmavit. 16.) *Vvichersheim*, in collegiatæ Neovillar. inſtrumento An. MCCCXVIII. memoratus, & 17.) *Vviltshauſen*, olim *Vvilgolshauſen*, parocho Ringendorfiano crediti ſunt. 18.) *Vvallenheim* & 19.) *Zebersdorff*, in alia Neovill. charta An. MCCCXLIV. nominatus, paucorum incolarum ſunt vici.

## §. CCCCX.

II. Præfectura Ingovillana

Præfectura Ingovillana Metenſibus aliquot feudis, unoque Argentinenſi, ut & allodiis, conſtat.

Ingweiler oppidum.

*Ingvveiler*, oppidum centum & ſexaginta focorum; in quibus viginti duo judaici ſunt. Caſtro non munitum, Ludovicus Bav. Imp. An. MCCCXLV. muris cingi permiſit. (*a*) Carolus IV. triennio poſt vectigal de vino, per oppidum & juxta tranſiturо, poſcendi licentiam indulſit, feuda imperialia Lichtenbergenſium ut redderet meliora (*b*) Jus patronatus ad Dynaſtam ſpectat. Alexander III. Papa eccleſiam de Ingewilre, uti Reitvillanam, cum decima & curia Neovillanæ Abbatiæ bonis inſeruit. An. MDCXXXIII. præfidiarios quoque, uti Buxovilla, Gallos admiſit. An. MDCLXXIV. Turennius hic prætorium fixit.

*Oberſulzbach*. Johanna de Blanckenberg cum aliis præfecturæ Buxovillanæ locis hunc quoque Lichtenbergenſibus vendidit. (*c*) Quadraginta focorum vicus, peculiari olim parocho uſus, nunc Ingovillano commiſſus eſt. Prope illum villa *Pfaffenbolz* pridem interiit.

## §. CCCCXI.

Neuweiler oppidum.

*Neuvveiler* oppidum, Collegiatæ ejusdem nominis Eccleſiæ adſtructum, *Neovillare*, *Novumvillare*, *Novillare*, *Neovilla* latinis, ad Vogeſi pedes, ubi Herrenſteinia arx eminet, vitibus, pratis, ſilvisque præditum. Ex pecuaria præſertim incolæ vivunt. Neovilla, quæ in compoſitione Abbatis cum Hugone Comite Dagisburg. An. MCLVIII. & in chartis An. MCCXXVIII. (*d*) ac MCCLVII. (*e*) *villa Novillarenſis* ſeu *villa Nuvviller* dicitur, brevi poſt à Jacobo, Metenſi Epiſcopo, muro circumdata. Hic enim cum An. MCCLX. obiiſſet, ſede Metenſi, in magno illo Germanorum diſſidio, vacante, Sigismundus à Lichtenberg Neovillam cepit, caſtrum & muros oppidi diruit. (*f*) Præpoſiti Argent. literis An. MCCXCIX. ligillum civium oppidi Neovillarenſis appenſum. (*g*) Munimenta hæc, ab initio levia, pontibus, turribus ac braca V. pedum altitudinis, (*h*) paulatim adaucta ſunt. Sculptetus, tribunus ac reliqui oppidi judices cum Abbatia Neovillar. An. MCCCXXI. convenerunt, " cum cives oppidum " ſuum duxerint ſeu curaverint ſolidare, & muniminis quid impendere, tunc ipſi bur- " genſes petant ligna tantum ad pontes, portas, & ferras ac trabes turrium lapidearum

" ab

(*x*) Pag. 140. §. CCXLII.
(*y*) Herzog. loc. alleg.
(*z*) Vid. ſupra pag. 220.
(*a*) Herzog. Lib. III. pag. 44. & Lib. V. p. 7.
(*b*) Prodiit charta in *Vorſtellung der beſchaffenheit der Hanau-Lichtenberg. Reichs-lehens* pag. 26.
(*c*) Herzog. Lib. III. pag. 45.
(*d*) Charta, qua Epiſcopus eccleſiam parochialem Collegiatæ S. Adelphi junxit.
(*e*) Jacobi Epiſcopi Met. & Abbatis Neovill. charta.
(*f*) Specklini *Collectan. Miſſ.*
(*g*) Charta in archivo Collegiatæ Neovillar.
(*h*) Vid. infra Diſſ. noſtram de re militari Alſat. medii ævi.

„ ab Abbate, qui poſtulationem lignorum nullatenus refutabit. „ (*i*) Duplici muro decem munitæ turres appoſitæ maximam nunc partem disjectæ. Quatuor portarum una jam clauſa. Suburbium accrevit, quod charta An. *MCCCLXXXVIII.* memorat. Lichtenbergenſium cura quoque factum, ut Ludovicus Bav. Imp. Neovillenſibus eadem, quibus Hagenoa tum fruebatur, jura ac privilegia An. MCCCXXXVII. conceſſerit. Sed anno ſequenti Bertholdus Ep. Argent. Neovillam, Ludovico Imp. fidam, gravi obſidione fatigavit, quam Albertus Auſtriæ Dux, fuerat ante minatus. (*l*)

Ceterum Lichtenbergenſes Dynaſtæ Neovillæ multum impendiſſe videntur, ut reluitionem ejus Epiſcopis Metenſibus difficiliorem redderent. Plures in ea Nobiles, Durbachii, Rechbergii, Hundii, Küppenhemii, Firdenhemii, Bettendorfii, Fegershemii, Mittelhauſii, Colmarii, & qui ab ipſa Neovilla nomen traxerant, cum Joh. Rulmanno de Neuvveiler An. MCCCCLXXXII. deleti, fecuritatis cauſa, vel quod Abbatiæ Neovillanæ officiis fuiſſent adſtricti, confederant. Hugo dictus de Wide, miles *reſidens* in oppido, Neovillar. Monaſterio bona quædam An. MCCCXLV. vendidit. Omnes hæ familiæ nunc exſtinctæ; quibus decrementis evenit, ut ſeculo XVI. Neovillam Lichtenberga-Hanoici Comites vicum (*flecken*) vocarent. Retinet tamen noſtris temporibus oppiduli nomen, ac ſupra centum & quinquaginta cives, cum Catholicos, tum Lutheranos, æquali vere numero, continet; quibus pauci accedunt Judæi. An. MDLXIII. S. Adelphi Eccleſiæ navis civibus Aug. confeſſ. transactione relicta eſt; choro, quem murus à navi ſeparat, penes Canonicos remanente. Recollectorum Hoſpitium An. MDCCXXXVI. ibidem conſtructum. Conſilium oppidanum conſtat ſculteto, ſcabinis undecim, aliisque decem aſſeſſoribus, qui *Geſchworeri*, origine vocis incerta, vocantur. Scabinorum poſt ſcultetum primus appellatur *Stettmeiſter*, ex ſcabinis à Magiſtratu eligendus quotannis. Scultetum Dynaſta eligit.

## §. CCCCXII.

Poſſeſſores varii.

Neovilla Abbatiæ diu fuit ſubjecta. Alexander III. ſæpe jam allegatus, locum ipſum, in quo Monaſterium ſitum eſt, cum villa & integritate juſtitiæ, cum banno &c. Abbatiæ bonis accenſet. Quin & ex aliis Monaſterii chartis apparet, Abbatem fundi & agri dominum fuiſſe, ſculteum majorem conſtituiſſe, ex mulctis trientem accepiſſe, à reliquis oppidi judicibus jusjurandum cum advocato ſuo majore recepiſſe, vectigalia & tributa exegiſſe, menſuras ordinaſſe & pondera &c. quæ Monaſterii jura An. *MCCCCLXX.* reperio. Scultetus major plerumque nobilis erat, minor ex civium numero à majore creatus eſt. Prioris tribunal in Abbatia fuit, poſterioris in oppido. Succeſſu temporis jurisdictio Capituli intra Collegiatæ ſuæ ſubſtitit muros, ita tamen, ut & quatuordecim cives domeſticos, ab oneribus Dynaſtæ immunes, in oppido habeat. Curiam quoque dominicalem Capitulum ibidem poſſidet. Quin & dominium hujus loci Eccleſiæ Metenſi aliquando competiiſſe reperio. Raynaldus Epiſc. Metenſis pro ter mille libris Turon. Johanni ſeniori, Lichtenbergæ Dynaſtæ, An. *MCCCVII.* id oppigneravit, quod Ademarus Ep. An. *MCCCXXIX.* & *MCCCL.* ratum habuit, ea conditione, ut Epiſcopus pro ſubitu pignus reluere, neque tamen alii oppignerare poſſet. An. MCCCLXXX. Theodorus Epiſc. Neovillam cum Herrenſteinia arce redemturus, in xv. annos rem rejicere cogebatur. Succeſſores ejus, Henricus de Lotharingia præſertim An. MCCCCLXXXVII. reluitionem cum fruſtra tentaſſent, Johannes de Lotharingia Card. & Epiſcopus, per fratrem Antonium, Lotharingiæ Ducem, qui exercitum adverſus ruſticos rebelles in Alſatiam duxerat, An. MDXXV. Neovillam cum tribus vicis propinquis, Ernolzheim, Hattmatt & Griesbach, occupari curavit. Res ad Cameram & Comitia Imperii delata, quarto poſt anno per Ludovicum Electorem Palat. compoſita eſt, ita quidem, ut Hanovio-Lichtenbergenſi Comiti Philippo loca iſta redderentur, donec judex vel arbiter litem decideret. Obſtabat redemtioni, quod præter ſolutam Epiſcopis pecuniam ea quoque repetebatur, quam oppidi munitioni variisque bonis acquirendis Lichtenbergici impenderant. Ab hoc tempore Neovilla Lichtenbergenſi Dynaſtiæ tranquilla adhæſit.

## §. CCCCXIII.

(*i*) Verba ſunt chartæ archivi Hagenoenſis.

(*l*) Albertus Argent. in vita *Bertholdi* p. 275. Koenigshov. Cap. IV. pag. 259. & 321.

## §. CCCCXIII.

*Ingenheim*, feudum Eccleſiæ Argent. ab Eberlino de Greiffenſtein An. MCCCLII. comparatum. (*m*) Caſtrum cum vico in diviſionis inſtrumento An. MCCCCLXXX. memoratur. Inter ſexaginta focos, qui ibi ſunt, judæorum ſex numerati ſunt nuper. Vici.

Feudalibus allodiales ſuccedunt vici. *Lichtenberg*, prope caſtrum hujus nominis, ut ſupra jam dixi. *Wimmenau*. *Reipertsweiler*, ubi Jacobus Comes, Lichtenbergenſium poſtremus, ſepultus jacet. (*n*) Villa *Selhof* vicina, cujus advocatiam ab Ettendorfiis Lichtenbergenſes emerunt. (*o*) *Fullengarten* villa, ubi equarum olim armenta alebantur, unde nominis origo. *Schillersdorff* & *Mietesheim* in feudorum Imperialium, à Ruperto Imp. An. MCCCCV. Lichtenbergenſibus collatorum, numero comparent, cum jure patronatus eccleſiæ. Sed uterque locus in ſequentium Imperatorum literis cum omiſſus fuiſſet, Leiningenſes Comites eos cum Dynaſtia Oberbronnenſi, tanquam allodiales, ſibi vindicarunt, per Hanoico-Lichtenbergenſes longa in foro diſceptatione anno hujus ſeculi undecimo repetendos. (*p*) Hohenſteinios nobiles Schillersdorfium ab Ochſenſteinenſibus Dynaſtis An. MCCCLXXIV. in feudum tuliſſe, Herzogius (*q*) obſervat.

## §. CCCCXIV.

Præfectura Pfaffenhoviana feudis præſertim Regiis, quæ Imperalia olim fuerant, conſtat; quibus unum Argentinenſe & Murbacenſe, ut & allodium, accedunt. Imperalia ſeu regia ſunt : III. Præfectura Pfaffenhofen.

1.) *Pfaffenhofen* oppidulum, ſeculo XVI. demum muris cinctum. (*r*) In Friderici IV. Imp. charta An. MCCCCLXXXIV. qua Georgium Ochſenſteinium Dynaſtam de ejus feminiſſe inveſtivit, vicus nominatur. (*s*) Ochſenſteinenſes enim cum Lichtenbergicis eum, æque ac vicum Nidermotern, ab Imperio tenebant in feudum. Lotharingi, Auſtriæ fœderati, oppidum hoc An. MDCXXXIII. aggreſſi, cruento à Suecis prœlio cal. Aug. in fugam conjecti, (*t*) deinque abſentibus mox Suecis Hagenoa atque Tabernis, quo confugerant, reduces Pfaffenhovium injecto igne populati ſunt. (*u*) Inter centum & quinquaginta focos quatuordecim numerantur judaici. Erlewinus dePfaffenhofen, à Wolfelino, ſculteto Imperiali Hagenoæ, cum aliis in lite teſtis adhibitus, in Henrici Regis pro monaſterio Regispontano charta An. MCCXXVII. laudatur. Pfaffenhofen oppid.

## §. CCCCXV.

2.) *Altorf* & *Eckendorf*, ab inferioris Alſatiæ Landgraviis An. MCCCXXXII. per Simonem Dynaſtam acquiſiti. (*x*) In utroque loco Sigismundus Imp. Abbatiæ Sturzelbron. curiam An. MCCCCXVII. adſcribit. Zugmantelii, qui vico Altorf aliquando fuerunt gaviſi, (*y*) majorem decimarum partem in Eckendorf lege feudali percipiunt; ubi communis utriusque loci parochus degit. Nobiles ab Eckendorf, quibus illi ſucceſſerunt, circa An. MCCCCXXXII. periiſſe videntur. Altorfium Epiſcopale retulimus alibi. (*z*) Vici.

3.) *Obermotern* & *Nidermotern*; ſuperior & inferior Moteræ vicus. Illum Carolus IV. Imp. Ludovico Dynaſtæ vendidit; (*a*) hunc, ut modo vidimus, cum Pfaffenhovio Lichtenbergenſes, per Sigismundum Imp. An. MCCCCXIV. inveſtiti, junctis ſibi Ochſenſteinenſibus, poſſederant. Prior peculiarem, poſterior communem cum Pfaffenhovio parochum habet. De caſtello *Nider-Motherburg* infra in feudis Lichtenbergicis agimus.

4.) *Schalckendorf*, à Landgraviis etiam acquiſitus, (*b*) & à Cæſare in feudum receptus, Obermoterenſi eccleſiæ adhæret.



(*m*) Herzog. *Chron.* Lib. VI. pag. 170. conf. ſupra pag. 136.
(*n*) Ibidem Lib. V. pag. 35.
(*o*) Ibidem Lib. III. pag. 46.
(*p*) Prodiit Argentorati ſcriptum An. MDCLXXIII. hoc rubro : *Acta judicialia in ſachen contra Leiningen. Veſterburg, die dorffer Schillersdorff und Mietesheim betreffend.*
(*q*) Lib. VI. pag. 175.
(*r*) Herzog. *Chron.* Lib. III. pag. 41.
(*s*) Ubi : *Pfaffenhoven das halb dorff; Nieder Mottern den halben theil* &c.
(*t*) Chemnitz *Schwed. Krieg in Teutſchl.* Tom. II. pag. 201.
(*u*) Ibidem pag. 207.
(*x*) Supra pag. 132. §. CCXXVI.
(*y*) Herzog. Lib. III. pag. 43.
(*z*) Supra pag. 146. ab initio.
(*a*) Herzog. Lib. cit. pag. 42.
(*b*) Supra loco. cit.

5.) *Schwindrazheim*, locus piſtoribus olim ſuis, ob panis præſtantiam, clarus, quos Fridericus I. Imp. An. MCLXIV. Hagenoenſibus exemplo propoſuit. Gauniſſam (*c*) Alſatiæ diceres. An. MCLII. Comes Saræpontanus Simon curtem in *Sünderatesheim*, quam Abbatiæ Schwarzacenſi abſtulerat, ſacrorum commercio interdictus, & Friderici Imp. ſententia compulſus, reſtituit. (*d*) Biennio poſt Spirenſis & Argent. Epiſcopi Abbatiæ huic curiam dominicam in Schvvindratesheim cum baſilica, ſeu jure patronatus, addixerunt. Centum & quindecim ſocis, quos vicus comprehendit, ſeptem judaici accedunt. Alium in agro ejus vicum *Franckelsheim* quondam ſtetiſſe traditur.

## §. CCCCXVI.

Feudum Eccleſiæ Argent.

*Offweiler*, centum ac XII. ſocorum vicus, Lotharingicum primo, dein Argentinenſe feudum, quod Lichtenbergenſibus cum Ettendorfiis fuit commune. Utrique per Lotharingiæ Ducem inveſtiti ſunt An. MCCCXCII. qui ſeptennio poſt dominium ſuum directum Epiſcopo Argent. vendidit. Jus patronatus, Lotharingiæ quoque Ducis conſenſu, à S. Crucis Monaſterio in Boſonis villa Archidiaconatui Argent. An. MCCXXXVII. jam traditum eſt. Vicinus huic vico Præceptoratus *Dhan*, ordinis Teutonici, quem Eberhardus de Ettendorf An. MCCCLXVIII. inſtituit.

Feudum Murbac. Abbatiæ.

*Engvveiler* cum jure patronatus Murbacenſis Abbatiæ feudum eſt, ab Ettendorfiis (*e*) ad Lichtenbergenſes translatum, quibus extinctis, Rappoltſteinenſes Dynaſtæ id impetrarunt; unde iis cum Bipontino-Bitenſi Comite, Lichtenbergenſium ex parte herede, interceſſit, donec illis bis mille floreni pro jure ſuo An. MCCCCLXXXII. ſolverentur. Jo. Reinhartus, Hanoviorum Lichtenberg. poſtremus, nepotes ſuos ex filia, mares ac feminas, nec non ſorores ſuas, liberosque ſororum, per Abbatem Murbac. An. MDCCXXXIII. feudi hujus capaces pronunciari curavit. Poſt obitum ejus Haſſo-Darmſtattinus Princeps loci poſſeſſionem adiit, ſed lite in ſupremo Alſatiæ Senatu Colmariæ mota, hic vivam defuncti ſororem nepoti ex filia prætulit. Princeps, eadem An. MDCCLIII. mortua, denuo litem intendit, quæ nondum finita.

Allodium.

*Biſchoh*, ex *Biſchofesholz* contractum, vicus allodialis. Eccleſiam de Biſchovesholz & decimas Alexander III. Papa An. MCLXXV. inter Abbatiæ Neovillar. bona ponit. Parochus Offvillanus heic ſacra procurat.

## §. CCCCXVII.

IV. Præfectura Brocomag.

Brocomagenſis Præfectura Moguntinis, Imperialibus, Metenſibus & Argentinenſibus feudis, quibus & allodialis vicus accedit, compoſita eſt.

Brumat.

Inter Moguntina vetus Brocomagus, nunc *Brumat*; vulgo *Brunt*, ad Suram flumen, Præfecturæ caput, in quo ducenti & quindecim foci numerantur. Qua ratione hic locus ad Lauriſham Rhenenſis pagi monaſterium pervenerit, docuimus alibi. (*f*) Cum hoc ad Archiepiſcopos Mogunt. ſub Friderico II. Imp. tranſivit. (*g*) An. DCCCCLXXIX. Otto II. Imp. Monaſterio Tegernſee diploma *Brumadæ* dedit. Wernerus Abbas Lauriſham. monetæ privilegium in *Brumogad*, *in Pago Helisaze*, ab Ottone III. Imp. accepit. (*h*) Sub Henrico IV. Imp. Wintherus Abbas "non paſtor, ſed lupus, Sigehardi Comitis „ frater & opinati illius Adelberti, Mogontinæ ſedis Archiepiſcopi, patruus, nobilitatis „ ſuæ faſtu inſolenter abuti cœpit, & initio dolorum villam, imo regalis munificentiæ „ curiam *Bruomat*, medullam ſcil. Laureshamenſis eccleſiæ, & terram agri pleni, „ quem benedixit Dominus, prædicto fratri ſuo inbeneficiavit. „ (*i*) Wintheri ſucceſſor Anſhelmus *Bruomat* cum aliis piſcis regalibus, quos ille laicorum ditioni ſubjecerat, favente Imperatore, eccleſiæ ſuæ reſtituit. (*l*) At ſub Henrico V. Imp. Benno Abbas "præter cæteras enormitates *Brumad* ab eccleſia ſub nomine beneficii alienavit, „ (*m*) in poſterum ad illam nunquam rediturum. Locus Landgraviis Alſatiæ tum obtigiſſe videtur, à quibus ſaltem Dynaſtis Lichtenbergicis An. MCCCXXXII. venditus eſt (*n*) Hac dominii mutatione Brocomago mox ornamentum acceſſit, impetrata à Ludovico Imp.

(*c*) Pervetus agri Pariſienſis vicus *Gonneſſe* optimum panem præbet Lutetiæ.

(*d*) Vid. GUDENI *Sylloge Diplomat.* pag. 460. n. 7.

(*e*) In Ettendorfiorum recognitionis literis An. MCCCXLVII. legitur: *ein dorf by Pfaffenhoven i briſet Enweitr.*

(*f*) Tom. I. pag. 710. §. CLXXXIII. Adde pag. 231. ſq.

(*g*) Vid. SERARIUS *Rer. Mogunt.*

(*h*) *Chron. Lauriſham.* ad An. DCCCCXCVII. apud FREHER. *Scriptor. Rer. Germ.* Tom. I. p. 121.

(*i*) *Chron.* alleg. pag. 133.

(*l*) Ibid. pag. 134.

(*m*) Ibid. pag. 142.

(*n*) Vid. ſupra pag. 231. §. CCXXII.

Imp. An. MCCCXXXVI. poteſtate, ut vicus extolleretur in oppidum, (o) quod in Oetingenſium Comitum literis, quibus feudum hoc Archiepiſcopo Mogunt. An. MCCCLIX. adeoque diu poſt ejus venditionem, refutarunt, (p) nominatum reperio.

## §. CCCCXVIII.

Fata ejus ſub Lichtenberg.

An. MCCCLXXXIV. Lichtenbergenſes Dynaſtæ curarunt, ut dimidia pars oppidi, quam ipſi poſſederant, Ulrico de Vinſtingen per Moguntinum Archiep. conferretur in feudum. (q) Eam tamen quinquennio poſt in Leiningæ Comitum manibus deprehendo. Alteram partem cives quidam Argentinenſes, pignoris nomine, ut puto, tenuerunt. Leiningæ Comes Emico Brocomagum, duplici caſtro munitam, Ruperto Palatino feniori pro quater mille florenis, contra datam incolis fidem, An. MCCCLXXXIX. oppigneravit, brevique poſt diripuit; Argentinenſes vero ſollicitati perdiderunt incendio. (r) An. MCCCCXX. Conradus Archiep. Emiconem Comitem oppidi & caſtri Brocomagenſis ſemiſſe, vicisque ad illum pertinentibus, inveſtivit. (s) Elapſis triginta annis, inter Lichtenbergenſes & Leiningenſes, quorum quisque ſocios habuit, bellum exoritur, unius anni ſpatio terminandum. In hoc Schaffridus, Leining. Comes, cum Georgio de Ochſenſtein An. MCCCCLI. juſto proelio captus, pro redimenda pace Brocomagum, Waltenheim, Gries & Weiler, feuda quæ erant Moguntina, aliaque Lichtenbergenſibus reddidit. (t) Caſtrum Brocomagenſe tum per VI. dies obſeſſum fuit atque everſum. Anno ſeculi ſuper. ſeptuageſimo quarto Brocomagus à milite diſcurrente combuſta, ſuum inter oppida clauſa locum amiſit. Sub Romanis urbs florens; ſub Francis vicus; ſub Germanis oppidum; ſub Gallis formam vici majoris recepit. Novum caſtrum An. MDCCXX. ædificari coeptum, octo poſt annos finitum eſt. In agro ejus rubia tinctorum (u) provenit; ob quam peculiari Cæſarum privilegio, uti Hagenoenſes, muniti ſunt incolæ. Eccleſia parochialis, ut Abbatia Laurishamenſis, cui ſubdita erat, S. Nazario dicata eſt. Eccleſiæ patronatum exercet Dynaſta, Præceptoratus Stephansfeldenſis autem decimas percipit.

## §. CCCCXIX.

Vici.

*Krautweiler*, in chartis ſubinde *Weiler*, viculus eſt, rubiæ colendæ privilegio cum Brumatenſibus gaudens.

*Gries*, in Chron. Laurisham. An. DCCCCXXI. *Grioz.* (x) Gerardus de Gries in cauſa quadam Cæſaris teſtis An. MCCXXVII. laudatur. (y) Herzogius (z) locum hunc, quem & Kirchheim dictum fuiſſe tradit, feudis imperialibus, à Carolo IV. receptis, male annumerat.

*VValtenheim*, ubi gypſum præſtans effoditur, avehendum ad exteros, ſuum nobilibus, medio ſec. XVI. extinctis, nomen communicavit. Vinculum feudale à Moguntinenſi Eccleſia ultimus Hanovicæ gentis Comes An. MDCCXVI. quum ære redemerit, præcedentia loca allodialibus annumerari jam debent. (a)

Feudum imperiale.

*Kinzenhauſen & VVeitbruch*, à Landgraviis Alſatiæ inferioris per Lichtenbergicos empti, (b) & à Carolo IV. Imp. in feudum recepti ſunt. In Philippi Imp. diplomate Hagenoenſi An. MCCVII. aliisque ſec. XIII. chartis legitur *VVipruch*. Uterque vicus parochiæ Grieſenſi ſubeſt.

## §. CCCCXX.

Metenſis eccleſiæ feuda eſſe cenſentur *Mittelhauſen, Geudertheim & Eckvoersheim*. Albertus miles de *Mistelhus* inter Eccleſiæ Argent. vaſallos ſec. XIV. proditur. Gentis hujus poſtremus cum An. MDCXLIII. obiiſſet, caſtellum, quod Mittelhuſii habuerat, ad Weitershemios & ad alios progreſſu temporis emptione pervenit.

Metenſis clientelæ vici.



(o) Herzog. Lib. III. pag. 138. & Lib. V. p. 6.
(p) Schannat *Rer. Mogunt.* Vol. I. pag. 676.
(q) Ibidem pag. 696.
(r) Koenigshovius pag. 353. §. CXC.
(s) Charta autographa in tabulario Leiningae Hardenburgenſi, ubi: *Bromot burg und ſtatt bald mit darfern u. allem dem, das dazu gehoret.*
(t) Herzog. Lib. V. pag. 23. & 31.
(u) De qua Tom. I. pag. 9. §. XIII.
(x) Freheri *Scriptor.* Tom. I. pag. 128.
(y) Diploma Regispont. Henrici Regis.
(z) *Chron.* Lib. III. pag. 43.
(a) Vid. Tom. I. pag. 232. §. CXCIII.
(b) Conf. ſupra pag. 232.

*Geudertheim* centum prope focorum vicus cum caſtro. Dominium directum inter Imperium & Eccleſiam Metenſem fuit diviſum. Caſtrum cum ſemiſſe vici Dynaſtæ Ochſenſtein. quos ab Eccleſia Metenſi An. MCCCLXXVIII. & MCCCCLVIII. inveſtitos reperio, Walthero de Mulnheim ; Mulnhemius Schaffrido, Comiti Leiningæ, pro centum libris denar. Argent. An. MCCCCXLIV. vendiderunt ; à quo paulo poſt ad Lichtenbergenſes devenit. Alter vici ſemiſſis Mulnheniis primum, dein per Rupertum Imp. Bertoldo de Wichersheim, ſculteto Hagenoenſi, An. MCCCCIX. inde per Fridericum IV. Wurmiis ab Erſtenberg oppigneratus, hisque extinctis An. MDLXXXVI. Matthiæ de Gottesheim pro mille imperialibus in feudum collatus eſt.(*c*) Sub Wurmiis pignus in feudum jam tacite mutatum ; unde poſt gentis hujus interitum quæſtio agitata in foro , num pars hæc vere feudum ſit, an manſerit pignus. Poſterius Wurmiorum urſerunt heredes, ut pecuniam pro pignore ſolutam reciperent.(*d*) Lichtenbergenſis & Gottesheimenſis judices alternis vicibus quotannis jus dicunt. Dietricus & Cuno milites de *Godertheim* fec. XIV. vaſalli Eccleſiæ Arg. fuerunt.

*Eckwersheim* in Theodorici de Boppart, Epiſc. Metenſis, literis feudalibus An. MCCCLXXVIII. inter Dynaſtiæ Ochſenſtein. loca recenſetur. (*e*) Georgius ab Ochſenſtein, Lichtenbergenſium captivus, his, ut libertatem recuperaret, pretium An. MCCCCLIV. vicum hunc tradidit, ſed è Mulnhemiorum, quibus oppigneratus erat, manibus redimendum. Epiſcopus autem, quo inconſulto traditio facta, Ochſenſteinenſes porro, hisque deletis, Henricum, Comitem Bipontinum, An. MCCCCXC. de illo inveſtivit, Lichtenbergenſium heredes ex eo paulo poſt ejecturus. At Georgius, Henrici filius, patruelibus ſuis, qui cum Hanoicis Comitibus Lichtenbergenſis Dynaſtiæ poſſeſſores erant, patrimonium hoc Ochſenſteinenſe per Epiſcopum Metenſem An. MDXXXI. conferri curavit. Eckwersheimium inde cum Oberbronna & reliquis Bipontino-Bitenſium allodiis, in Alſatia ſitis, errore quodam ad Leiningenſes Comites pervenit, cum vi transactionis Heidelbergenſis An. MDXLI. ad Hanoicos debuiſſet devolvi ; qui Metenſe hoc feudum noſtra ætate ſupremi Alſatiæ Senatus ſententia recuperarunt (*f*)

Argentinenſis.

*Hoerde* & *Bietlenheim* Argentinenſis Eccleſiæ feuda ſunt, à Geroldseckiis Dynaſtis ad Lichtenbergenſes translata. (*g*) Herzogius (*h*) ad Landgravios ea pertinuiſſe ſcribit ; at quo teſte, ignoro. Prior vicus ultra centum & quinquaginta, poſterior vix triginta focos continet.

## §. CCCCXXI.

V. Præfectura Wolfisheim

Wolfisheimiana Præfectura duobus tantum vicis componitur ; quorum prior feudum Metenſe, poſterior allodialis eſt.

*Wolfisheim*, centum & amplius focorum unius ab Argentina leucæ diſtantia vicus, cum veteris caſtri ruderibus, quod exſtinctos An. MDLXXXI. Muſelerios auctores habuiſſe, ex inſignibus ad portam conſpicuis, patuit. (*i*) In Epiſcopali Argentinenſium bello ſeculi XIII. vicus flammis ſubjectus. (*l*) In eo bona quædam Silveſter Comes Conradus An. MCCLV. poſſedit. (*m*) Capitulum majus Argent. decimis, Dynaſta jure patronatus gaudet. Incolarum potior pars Auguſtanam Conf. profitetur ; ſed Catholica & Reformata quoque Wolfisheimii ſacra publice celebrantur. Fridericus Caſimirus, Hanoviæ Comes, cujus uxor Georgii I. Anhaltino-Deſſavii Principis filia, Reformatis favit, atque An. MDCLIV. publicam illis cultum Wolfisheimii conceſſit. Locus, ubi curia fuerat, converſus in templum, quo Reformati, Argentinæ habitantes, ad hunc uſque diem utuntur. Res eadem pacto ejusdem Comitis cum Reformatis ſibi ſubditis An. MDCLXX. firmata. Sacra Germanica ab initio & Gallica lingua ſunt inſtituta ; ſed ab An. MDCLXXXV. regio juſſu tantum Germanica.

*Hangenbietenheim* ſexaginta complectitur focos. Totidem ruſticos, Hohenſteinii nobilibus ſubjectos, An. MCCCLXIII. à Blanckenburgio Comite in *Hagenbietenheim* occiſos, Koenigshovius (*n*) tradit.

§. CCCCXXII.

(*c*) Conf. Herzog. Lib. VI. pag. 288.

(*d*) Vid. *Conſilior. Argent.* Vol. I. Conf. XXXIV.

(*e*) At in literis An. MCCCXXXV. quas nos in enumerandis ſupra pag. 216. feudis Metenſibus Ochſenſteinenſium ſecuti ſumus, vicus hic cum Geudertheimio omiſſus fuit.

(*f*) Qua in cauſa libelli, jura utriusque partis ex veteſtis tabulariorum monumentis perſpicue declarantes, lingua Gall. prodierunt.

(*g*) Conf. ſupra pag. 166. §. 289.

(*h*) *Chron.* Lib. III. pag. 39.

(*i*) Herzog. Lib. VI. pag. 189.

(*l*) Koenigshov. Cap. IV. §. LVII.

(*m*) Vid. *Paverga Gatting.* Tom. I. Lib. II. p. 228.

(*n*) *Chron.* pag. 332. §. 148.

## §. CCCCXXII.

Weſthofiana Præfectura, meridionalior reliquis, regia, olim imperialia, atque Metenſia feuda, complectitur. Illa antiqua, hæc ex Dynaſtia Ochſenſteinenſi acceſſerunt. VI. Præfectura Weſthofen.

*Weſthofen* (o) oppidum, ultra trecentos focos continens, muris ſuis & arce olim fuit munitum. Eccleſiam cum decima & curia apud Weſthofen Alexander III. Papa An. MCLXXIX. poſſeſſionibus Maurimonaſterii annumerat. An. MCCCII. Albertus I. Imp. villas Weſthofen & Baldeburnen Johanni de Lichtenberg, advocato ſuo provinciali Alſatiæ, pro mille marcis argenti, quas ei ſolvendas promiſerat, in pignus conceſſit. Carolus IV. Imp. An. MCCCXLVII. pignus commutavit in feudum. An. MCCCLXVIII. Burcardus de Vinſtingen & Ludemannus de Lichtenberg, propter usburgeros Argentinenſes, in duobus his locis degentes, cum Argentina transegerunt. (p) Wilhelmus miles de Weſthofen in ipſo hoc loco fundos feudales Eccleſiæ Argent. ſec. XIV. medio poſſedit. Vetus, quod oppido adjacet, caſtellum *Roſenberg*, à Bercktheimiis ad Mullenheimios aliquot ante ſecula translatum. Retro ſilvam Weſthofianam vicus *Elberſorſt* periit. Weſthofen oppidum.

Antequam *Balbronn* & Weſthofen feudum Imp. Lichtenbergenſium devenit, Fridericus Comes Leining. Baldenbronnam à Rudolfo I. Imp. pignori 480. marcarum An. MCCLXXXV. acceperat. (q) Eccleſiam in Baldenbrunne Henricus VI. Imp. prioratui Prænonſtrat. Hagenoenſi An. MCXCIII. donavit. Prioratus iſtius bona ad civitatem Hagenoam An. MDXLIII. emptione cum perveniſſent, civitas Balbronnenſia jura ſua Hanoviæ Comiti paulo poſt vendidit. An. MCCIV. Philippus Imp. Henrico I. Brabantiæ Duci, triginta carradas vini apud *Baldeburn* in Alſatia conceſſit; eadem charta, Confluentiæ data, Brabantiam S. R. Imperii feudum declarans. (r) Vicus ſupra centum & viginti focos continet. In diviſionis Lichtenberg. charta An. MCCCLXXXX. Balbronnæ jungitur caſtrum. Hartmannus & Wernherus de Baldeburne Eccleſiæ Argent. vaſalli, & Wernherus quidem homo ejus caſtrenſis in Girbaden, ſec. XIV. fuerunt. *Linzingen*, vicus cum caſtro, prope Balbronnam interiit. Curiam ac prædia hic inter feuda ſua Hanoico-Lichtenbergenſia numerarunt Boecklinii, quibus Leopoldus Samſon de Rathſamhauſen nuper ſucceſſit. Balbrona.

## §. CCCCXXIII.

*Trenheim* vicus quadraginta focorum, inter Dynaſtas Lichtenberg. & Flachslandios nobiles diviſus. Illi ſemiſſem ſuum à Sigismundo Imp. ſed difficulter obtinuerunt. Poſſeſſore nimirum ejus Goſſio Schaub defuncto, cum vi promiſſi Imperatoris locum occupaſſent, inveſtituram autem ab eo petere neglexiſſent, hic audaciam eorum indignatus, Gasparem Schlick & Wenceslaum de Windeck inveſtivit. At Cæſari irato An. MCCCCXXXI. à Lichtenbergicis ſatisfactum. Flachslandiorum pars allodialis eſt, ab Ulmiis ad eos delata. Incolis ſingulari privilegio alterutrum ſibi dominum eligere, liberum eſt. Trenheim.

Vici ex Dynaſtia Ochſenſteinenſi, de qua ſupra, (s) reſidui, adeoque Metenſis Eccleſiæ feudales *VVolxheim*, *Ahlenweiler*, *Reinhardsmunſter* & *Hengweiler*, dicuntur, quibus villa *Haberacker* accedit. Primus Ingenheimenſi, ſecundus peculiari parocho commendatus; reliqui duo Catholicis ſacris adſcripti ſunt. Loca hæc cum Ochſenſteinio, à quo pendebant, caſtro, poſt Ochſenſteinenſium Dynaſtarum interitum An. MCCCCXC. ad Henricum, Bipontino-Bitenſem Comitem, & per hujus filium, Georgium Comitem, ad patrueles ſuos, quod de Eckwershemio docuimus, (t) translata, conſentiente & inveſtiente ſemper Metenſi Epiſcopo, cum Lichtenbergenſi Dynaſtia denique conjuncta ſunt An. MDLXX. quum Philippus, Hanoviæ Comes, Jacobi, ultimi Bipontini, filiam unicam, Ludovicam Margaretham, duxiſſet uxorem. Vici alii.

## §. CCCCXXIV.

Woerdenſis Præfectura, excepto Gersdorfio, allodialis eſt tota. VII. Præfectura Woerdenſis.

*VVoerda*,

Ff 3

(o) Nomen locum verſus occidentem ſitum indicat, orientali (*Oſthofen*) Zugmanteliorum vico, de quo pag. 171. ſq. oppoſitum.

(p) Vid. Wenckr *de Uſiburg.* pag. 92. ſq.

(q) Autographum in tabular. Hardenburgo-Leining.

(r) Mieg *Opera Diplom.* ſupplem. Tom. III. pag. 75.

(s) Pag. 215. ſq.

(t) Pag. præced. §. CCCCXX.

Woerd. *Woerda*, primarium olim Vasgoviæ oppidum, (*u*) nomen habet à situ, quod aqua circumfluum. (*x*) Quin & agris, pratis, vineis silvisque incingitur. Perluunt illud Sulzbacus & Sura. Ille ubi muros intrat facit divortium, atque per interiora oppidi serpit ad latera. Woerdam sub Romana jam periodo habitatam fuisse, vetus indicat ara, quam supra (*y*) protulimus. Huic An. MDLXXVII. ibidem effossæ, subjecta est ab incolis basis, quæ traditione fabulosa conditorem & annum conditæ civitatis indicat. (*z*) Ante sec. XIII. nihil de ea certi nobis proferunt chartæ. Hujus enim initio Sturzelbronnense monasterium parochialia Woerdæ jura accepisse memoratur. Dominium ejus nobilis quidam de Boland Friderico, Comiti Silvestri, An. MCCCII. vendidit, anno seq. Johanni, Lichtenbergico Dynastæ, rursus vendendum. (*a*) Ludovicus IV. Imp. eadem, quibus Hagenoa fruebatur, privilegia, & inter hæc mercatum, An. MCCCXXX. Woerdensibus indulsit. (*b*) Carolus IV. ad decem Alsatiæ inferioris civitates scribens, ut ab omni Abbatiæ Weissenburg. læsione abstinerent, *Werde* & *Gerlingstorf* nominat postremas. Oppidum varias bellorum injurias expertum esse, moenia ejus destructa testantur. Castrum ei junctum charta divisionis An. MCCCCLXXX. memorat. E privilegiis suis mercatum, singulis annis quater habendum, servavit: Centum & viginti heic foci numerantur. Nonnulli, qui de Landgraviatu inferioris Alsatiæ agunt, hanc Vasgoviæ Woerdam cum Werda prope Benfeldam confundunt. (*c*)

## §. CCCCXXV.

Gersdorf. *Gersdorf*, contractum ex *Gerlinsdorf*, villam Gerlaci appellant. Locus muro quondam cinctus, qui Hagenoviæ & Roshemii privilegia à Carolo IV. Imp. An. MCCCXLVIII. accepit. (*d*) In alia hujus anni charta, quam modo allegavi, inter Alsatiæ inf. oppida cum Woerda relatus est. Ecclesia parochialis An. MCCCXXXIX. condita fuit. In Dynastiæ Lichtenbergicæ charta divisionis An. MCCCCLXXX. oppidum vocatur; vicus hodie nonaginta focorum, & Argent. Ecclesiæ feudum. Partem ejus Lambertus de Born Johanni, Dynastæ Lichtenberg. An. MCCCXIV. vendidit. (*e*) In monte, qui Gersdorfio adjacet, Reinhartus, Bipontii Comes, (*f*) Ecclesiam *B. Virgini ad Quercum* (*g*) dicatam, An. MDXVIII. exstruxit. Vicinorum ad hunc montem concursus fecit, ut Franciscani coenobium adstruerent.

Vici. *Mitschdorf*, olim *Mizdorph*, (*h*) & *Lampersloch*, vel *Lamperthesloch*, locus petroleo, quod è terra hic passim exæstuat, clarus, (*i*) Preuschdorfianæ parochiæ juncti sunt. *Preuschdorf*, centum ac decem focorum vicus. *Diefenbach*; *Oberndorf*, cujus nominis nobiles sec. XIII. vixerunt; (*k*) *Spachbach*, ubi duo sarcophagi Romani An. MDLXXXIII. eruti sunt; (*l*) & *Moersbronn*, ad parochiam Woerdensem pertinent. *Eberbach* sex & triginta focos continet. *Griesbach* vicus, à Buxovillanæ Præfecturæ vico cognomine distinguendus, cujus tertia modo pars ad Lichtenbergensem, reliqua ad Oberbronnensem Dynastiam pertinet. *Nider-Steinbach*, ad Steinbacum rivulum, Wasensteinii inter se partiti sunt nobiles An. MCCCIV. unde ad Abbatiam Neoburgensem translatus, cum villa *Pfaffenbronn* Fleckensteinensibus An. MDXX. & per hos Hanovio-Lichtenbergensi Comiti An. MDCCXI. cum Wasensteinio castro venditus est. Juris caduci vel mortuarii Bipontino-Bitenses Comites & Abbatia Regispontana olim quoque participes fuerunt.

## §. CCCCXXVI.

VIII. Præfect. Hatten. Præfectura Hattensis, olim *Hatgoviæ Pagus*, imo & Comitatus dicta, (*m*) imperialibus regiisve componitur feudis, quæ sub Hatgoviæ nomine comprehensa sunt omnia. *Hasten*

(*u*) Conf. supra pag. 126. §. CCXIV.

(*x*) *Werd*, unde *Keiserswerd*, insula Cæsaris; *Donauwerd*, insula Danubii. Subinde *Werd*, *Wærth*; Germani Inferiores *Werder* vocant. Ut à *Werda* Benfeldenſi distingueretur, *Werdam*, *Wærdtam*, *Wærtham*, scripserunt.

(*y*) Tom. I. pag. 437. & 475.

(*z*) Inscriptio hæc est: *Anno DCCC. XXVII. hervot Conrad Her zu Lichtenberg Werd*, 1580. Herzogium, Woerdensium tunc temporis præfectum, qui rem veram credidit, *Chron.* Lib. III. pag. 54. & Lib. V. pag. 5. inscriptionis hujus auctorem suspicor.

(*a*) Schilter *Gloss.* pag. 855.

(*b*) Herzog. Lib. V. pag. 7.

(*c*) Guillimannus *Habsburg.* Lib. VI. Cap. II. pag. 338. Anonymus scriptor de Landgraviis Alsatiæ & Werdæ in Schilteri *Thesauro Teuton.* Tom. III. pag. 855.

(*d*) Herzog. Lib. III. pag. 59.

(*e*) Ibid. & Lib. VI. pag. 156.

(*f*) Reinhartus hic filius fuit Simonis Bipontino-Bitensis Comitis, qui cum uxore sua Elisabetha dimidiam Lichtenbergensis Dynastiæ partem, Jacobo Lichtenbergensium postremo An. MCCCCLXXX. mortuo, accepit.

(*g*) *Unser lieben Frauen zur Eich.*

(*h*) *Tradit. Fuldens.* pag. 167.

(*i*) Conf. Tom. I. pag. 13.

(*k*) De quibus Herzog. Lib. VI. pag. 195.

(*l*) Teste eodem Lib. III. pag. 55.

(*m*) Vid. supra pag. 126. §. CCXIV.

*Hatten* vicus ingens & dives, nundinis celebratus, veteris Comitatus Pagenſis caput, ultra ccxx. focos noſtra ætate complectitur. Caſtrum ejus, quod Palatino-Electorale feudum eſt, in charta An. MCCCLXII. memoratur. Jus patronatus Capitulo ſuo An. MCCL. tradidit Honaugienſis præpoſitus.

*Ober-Betſchdorf*, olim *Bettensdorf*, cujus parochus eccleſiæ Woerdenſis aliarumque antiſtes *Specialis* appellatur. Volquinius Sumer de Bettensdorf in diplomate Regispontano Henrici Regis An. MCCXXVII. teſtis laudatur.

*Nieder-Betſchdorf*, *Schwabweiler* & *Reimersvweiler*, olim *Reimbrechtsvweiler*, præcedentis vici parochiæ adſcripti ſunt.

*Rittershofen*, olim *Rutershofen* & *Rottershoven*. Otto de Rottershoven & frater ejus Fridericus de Suffelheim in diplomate Henriciano, de quo ſupra, teſtes leguntur.

*Kühlendorf*. An. MCLXXXIII. Johannes, Surburgenſis Canonicus, prædium in *Kilendorf* eccleſiæ ſuæ donavit.

*Leutersvweiler* in charta An. MCCCLVI. ſcribitur *Lutersvviler*.

*Bühel* Fleckenſteinenſibus Dynaſtis per Eberſteinenſes Comites, ad quos Wilhelmi de Winſtein ejusque uxoris morte redierat, An. MCCCLX. venditus eſt allodialis, atque dein Bipontinis Comitibus ante An. MCCCLXIX. (*n*) in feudum oblatus; à quibus dominium directum An. MDLXX. nec non utile poſtremi Fleckenſteinenſis Dynaſtæ, qui hic ſepultus eſt, obitu ad Hanoico-Lichtenbergenſes Comites pervenit. De judicio, mercatu & vectigalibus ibidem Fridericus Imp. Windeckios nobiles An. MCCCCLXXXI. inveſtivit.

De locis his omnibus unico, qui nondum Lichtenbergicus erat, Bühlio excepto, nec non de Weſthofen, Sigismundus de Lichtenberg cum Henrico Fleckenſteinio de Bickenbach, An. MCCCLVI. ita convenit, ut ipſe judicia capitalia atque hoſpitii jus ſolus, reliqua cum Fleckenſteiniis communia haberet; (*o*) quod Rupertus Elector Palat. An. MCCCLXX. novis additionibus illuſtravit ratumque habuit. Quæ à Roederenſi Fleckenſteiniorum caſtro, feudo Palatino, pendebant, Philippo I. Hanoviæ Comiti, vendita, aliaque bona, in quibus curia dominica vici Schwabweiler erat, Philippo, Electori Palatino, An. MCCCCXCIV. viciſſim oblata ſunt. Partem juriſdictionis criminalis tamen, quam in Hatgovia iidem habuerant; Lichtenbergicæ Dynaſtiæ feudum fuiſſe, charta inveſtituræ An. MCCCCXXIII. indicat. Hatgoviam Fleckenſteinenſes quoque terras maxima ex parte comprehendiſſe, in illarum Dynaſtia docetur.

## §. CCCCXXVII.

IX. Præfectura Offendorf.

Offendorfiana quinque vicorum Præfectura (*p*) aſſidet Rheno; Lichtenavienſi trans Rhenum olim conjuncta, nunc oppoſita, omnisque fere allodialis eſt.

*Offendorf* centum & quadraginta focorum vicus, in Friderici I. Imp. literis, quibus coenobio Regispontano curiam ibidem adſcribit An. MCLXXXVII. *Offerendorf* enunciatur. (*q*) An. MDCLXXXIX. Aug. conf. ſacra hic abolita ſunt.

*Herlisheim*, cujus nominis oppidulum quoque in Alſatia ſuperiore, (*r*) Herlofesheim ſec. XIV. ſcribebatur. Vicus ampliſſimus, in quo ſupra trecentos & viginti nuper computati ſunt foci. Eadem hic, quæ Offendorfii, religionis mutatio contigit.

*Rohrweiler*, minor reliquis, quem cum duobus præcedentibus vicis Landgravii An. MCCCXLII. Lichtenbergicis Dynaſtis vendiderunt. (*s*)

*Druſenheim*,

(*n*) Hoc enim anno Sigismundus & Hanemannus fratres, Comites Bipontino-Bitenſes, Henrico ſeniori de Fleckenſtein permiſerunt, ut uxori ſuæ mille & quinquaginta florenor. dotalitium hoc loci conſtitueret.

(*o*) Verba chartæ: *das wir Symont befunder vorus haben die hohen gerichte u. herberge in den vorgen. dorfern, benuen u. gerichten, u. donach ſollent wir u. Heinrich von Fleckenſtein gemeine haben u. nieſſen alle andere gerichte, bennne u. lute in den vorgen. dorfern u. gerichten, hanwine, graueſchafft, haberu u. hunre &c.*

(*p*) Vulgo *Staab Offendorf*.

(*q*) Conf. Tom. I. pag. 728. §. CCXXXV.

(*r*) De quo ſupra pag. 87. §. CXL.

(*s*) Vid. ſupra pag. 233. §. CCXXVI.

*Drusenheim*, locus haud ignobilis, castro, quod *Burghof* dicebatur, & fossa olim munitus, centum & quinquaginta focos continet. Ex Imperiali feudo allodium factus An. MCCCCXX. per cognomines nobiles duodecimo post anno Lichtenbergicis traditus est. (*t*) Inter Abbatiæ Schwarzacensis bona curia in *Drosenheim* cum basilica, seu jure patronatus, quo etiamnum gaudet, An. MCLIV. legitur. Ad eandem spectant fundi, castro olim adjuncti. An. MDCLXXXIX. Catholica huc quoque reducta sunt sacra.

*Oberhofen*, in Philippi Imp. diplomate Hagenov. An. MCCVII. *Oberenhofen*, partim Ecclesiæ Spirensis feudum, partim allodialis est. Jus patronatus ecclesiæ Fridericus de Lichtenberg, Præpositus Capituli majoris Argent. Abbatiæ Neoburg. consensu patruelium suorum An. MCCXCVIII. donavit. Vicus hic, supra nonaginta continens focos, ex omni Præfectura solus Aug. conf. sacris adhuc addictus.

## §. CCCCXXVIII.

Arces variæ. Oppidis ac vicis diruta quædam Lichtenbergicæ ditionis castra subjungo.

*Hawenburg*, de quo specialius supra, (*u*) feudum est ex quadrante Palatinum.

Winstein. *VVinstein*, duplex castellum, vetus ac novum, *Altenwinstein* & *Newenwinstein* dictum, supra Richshovium situm est. Ex veteri tertia pars tantum ad Lichtenbergensem Dynastiam pertinet, feudum olim Imperiale cum bonis quibusdam in Hagenau, quod investitura Sigismundi Imp. An. MCCCCXIV. aliæque sequentes nos docent. Sed plura de eo, æque ac novo, in Dynastia Schoeneck afferemus infra.

Arnsperg. *Arnsperg* itidem duæ sunt arces, major & minor, longius à se invicem dissitæ. Majorem Lichtenbergenses cum vicis ac bonis, ei adhærentibus, ab Alsatiæ Landgraviis An. MCCCXXXII. emerunt. (*v*) In Ruperti Imp. literis, quibus Ludovicum Dynastam Lichtenberg. An. MCCCCV. de feudis imperialibus investivit, *dimidium castrum Arnsperg* inter ea nominatur. At Sigismundus, & qui eum secuti sunt, Cæsares, Arnspergam arcem simpliciter referunt. Refert quoque instrumentum divisionis Dynastiæ An. MCCCCLXXX. sed in Regis literis An. MDCCXVII. quas ultimus Hanovio-Lichtenbergicus Comes pro filia sua impetravit, semissis iterum castri exprimitur. Felseri ab Arnsperg, quorum insigne lilium rubrum erat, in Ludovico, qui An. MDLXIV. decessit, perierunt.

Arnsperga minor (*w*) prope Wasensteinium, ad nobilem Wasensteiniam gentem spectavit. An. MCCCXXXV. Cuno de Wasichenstein eques à pacis publicæ ad Rhenum custodibus, ob fractam pacem, puniendus, castrum suum Arnsperg, vi expugnatum, amisit. Hinc ad Bipontino-Bitenses, uti videtur, delatum, cum ipsorum Comitatu ad Lotharingiæ Ducem transiit; Hanoico-Lichtenbergensium Comiti cum Lembergensi Dynastia & castro *Luzelhard* An. MDCVI. amica transactione reddendum. Hac enim Carolus Dux " duabus vetustis ac jacentibus ædibus, parvæ Arnsperg „ & Luzelhard, renuntiavit. „ *Luzelhard*, Arnspergæ vicinum, quatuor Wasselnhemii nobiles Heinrico de Fleckenstein An. MCCCLXIII. vendiderant. (*x*)

Philippsburg. *Philippsburg*, prope Arnspergam majorem, auctorem suum Philippum IV. Hanovio-Lichtenberg. Comitem, vel nomine prodit; venationis præsertim causa extructum. Eadem, quam allegavi, transactione An. MDCVI. Lotharingus prædiis & bonis, versus castellum Philippsburg sitis, valedixit.

Falckenstein. *Falckenstein*, perantiquæ gentis & arcis nomen, Jacobus, ultimus Bipontino-Bitensis, & Philippus IV. Hanoico-Lichtenberg. Comites à Falckensteiniis nobilibus, quorum posterus, Balthasar, An. MDLXXXIII. obiit, sec. XVI. emerunt. (*y*) Petrus Comes de Falckenstein, qui alibi Comes de Lucelburg dicitur, in charta Neoburg. An. MCXXVIII. occurrit. Waltherus de Valckenstein cum fratribus suis feudum imperiale in Dauchendorf Abbatiæ Neoburg. An. MCCXXXVII. vendidit. Ne damnum aliquod ex castro Valckenstein civitati Argent. inferretur, nec pars ejus venditionis vel oppignerationis pacto ad alios transferretur, Gotfridus, Cunradus, Heinricus & Jacobus, armigeri de Valckenstein, An. MCCCXVI. caventes promiserunt. (*z*)

*VVasenstein*,

(*t*) Herzog. Lib. VI. pag. 208.
(*u*) Pag. 218.
(*v*) Conf. supra pag. 132. §. CCXXVI.
(*w*) Conf. supra pag. 176. §. CCCXI.
(*x*) Herzog. loco cit. pag. 312.
(*y*) Idem Lib. III. pag. 50. & Lib. V. pag. 8.
(*z*) Charta ipsorum apud Wenckern. in *Appar. Archivor.* pag. 195.

*Wasenſtein*, *VVaſichenſtein*, id eſt, Voſagi Rupes, ſec. XIII. & ineunte XIV. ad nobiles, nomen inde trahentes, ſpectavit, inter quos erat diviſum. Inde ad Huneburgicos Dynaſtas, & per hos ad Fleckenſteinenſes, ſaltem ex parte, connubiis delatum, (*a*) in caſtrum plurium familiarum ganerbiale paulatim evaſit. An. MCCCLXXVII. Cunemannus & Engelhardus fratres de Hohenſtein jus ſuum Erpfenio de Altorf, Johanni Oſtertagio de Winſtein, & Joh. de Clopfesberg, armigeris, vendiderunt. Pax caſtrenſis An. MCCCCXIV. inter tres Henricos de Fleckenſtein & Moenchheimeros Bipontinos; nec non alia An. MCCCCLXIII. inter Johannem, Jacobum & Fridericum de Fleckenſtein, Georgium Schauenburgerum, Jacobum de Oberkirch, Henricum, Simonem & Matthiam Moenchheimeros, Fridericum Bitſch ejusque filium in ſuperiore parte caſtri hujus inita. An. MCCCCLXVIII. Jacobus & Fridericus de Fleckenſtein, quidquid juris in *Ober-VVaſenſtein* habuerant, ſuæ ex ſorore nepti Catharinæ de Schwabenburg ejuſque marito Alberto Wolfio de Hofwihr, nec non Chriſtophoro de Hatſtatt, tradiderunt. An. MDV. Jacobus de Fleckenſt. ordinavit, ut Waſenſteinium, feudorum inſtar, penes familiam ſuam maneret, filiasque nunquam admitteret heredes. Waſenſtein

## §. CCCCXXIX.

Præfecturæ trans Rhenum duæ, quæ Lichtenbergenſi Dynaſtiæ ab antiquo adhærent, Imperio Germaniæ, uti Lembergenſis, ſubjectæ, à Lichtenavia & Wilſtadio ſua nomina tenent. Præfecturæ trans Rhenum.

*Lichtenau*, vix centum focorum oppidum, à Conrado de Lichtenberg, Epiſcopo Argent. fine ſeculi XIII. conſtructum, vel certe muro circumdatum eſt. (*b*) Vectigal atque conductus, præſertim in Rheno, feudum eſt imperiale; à Sigismundo Imp. An. MCCCCXXXI. conceſſum. I. Lichtenavienſis.

Præter oppidulum hoc quindecim vicos Præfectura hæc comprehendit: *Scherzheim*; *Grauelsbaum*; *Hebulingen*; *Muckenſchopf*; *Memprechtshofen*; *Holzhauſen*; *Hauſſgereuth*; *Diersheim*; *Leutesheim*; &, qui feuda ſunt Eccleſiæ Argentinenſis: *Freyßatt* maximus vicorum, cui nuperis annis augmentum, jure civitatis uſurum, acceſſit. Porro *Biſchofsheim*, qui, ab aliis hujus nominis locis diſtingueretur, ad Scalam (*zum Steg*) vocari ſolet; (*c*) *Linx*; *Hohbühn*; *Bodersweyer*; *Zierolshofen*; quibus villam, *Rencherlocherhof* nuncupatam, ſubjungo.

## §. CCCCXXX.

Wilſtadienſis Præfectura, propinquior Argentorato, hæc complectitur loca: II. Wilſtadienſis.

*VVilſtett*, vicus major cum veteri caſtro, in charta Boroni, qua ſuam Honaugienſis inſulæ partem monaſterio, in ea recenter conſtructo, donavit, *Gwelfiſtes* enuntiatus, (*d*) Argentinenſis Eccleſiæ feudum; at vectigal, uti Lichtenaviæ, Imperiale feudum eſt.

*Korck*, vicus quoque inſignis, ubi jam ſedes Præfecti, in Adelbertina S. Stephani Arg. fundatione *allode Comitis Hugonis Chorecka* nuncupatur.

*Odelshofen*; *Neuenuhl*; *Querbach*; *Eckartsweyer*; *Heſſelhurſt*; *Holnhurſt*, qui itidem Epiſcopatus Argent. feudum; *Legelshurſt*; *Bolzhurſt*; *Sand*; *Auenheim*.

In vetuſtis Præſulum Argent. literis, quibus Lichtenbergenſes Dynaſtæ inveſtiti fuerunt, *VVeiſſenweiler*, caſtrum ad Rhenum; nec non *Gnodersweiler*, *Neuland*, *Guerge* & *Renchenbach*, villæ deſtructæ, recenſentur. Caſtrum & vicum *VVirsweiler* Fridericus de Uſenberg (*e*) medio ſec. XIV. poſſedit. Seculi ejusdem fine lis inter Marchionem Hochbergenſem & Johannem Lichtenbergenſem de caſtro fuit, qua in Epiſcopi Argent. camera feudali An. MCCCCIV. deciſa, Johannes illo potitus eſt. Semiſſem ejus Egenolpho & Johanni de Rathſamhauſen Ludovicus, Johannis patruelis, An. MCCCCVII. in triennium oppigneravit, alterum ſemiſſem cum Marchio recuperaſſet Hochbergicus; qui & extinctæ Lichtenbergicæ genti ſucceſſit, unde Wisvilera tota Marchioni Bada-Durlacenſi obvenit.



(*a*) Vide ſupra pag. 218.
(*b*) Albertus Argent. pag. 109. Fr. Irenici *Exeg. Germaniæ* Lib. XII. pag. 398. Vid. ſupra pag 169.
(*c*) Conf. ſupra pag. 145. & 196. not. g.
(*d*) Mabillon. *Annal. Benedict.* Tom. II. append. pag. 695.
(*e*) Uſenbergenſis Dynaſtia inter Kenzingam atque Briſacum olim ſita.

## §. CCCCXXXI.

Præfectura Lemberg.

Quos hactenus enarravimus, districtus & terræ, veterem, qualem Lichtenbergenses possederant, Dynastiam compositerunt. Hanovio-Lichtenbergicis nova ex Bipontino-Bitensi Comitatu Præfectura accessit, inter Alsatiam, Lotharingiam & Bipontinas ditiones sita, *Lembergensis* scilicet; quam brevibus quoque fecundum loca sua recenseo. *Lemberg*, castrum antiquum, cum vico & insigni silvarum tractu. Hoc in divisione Bitensium terrarum inter quatuor fratres An. MCCCCLXXVI. Fridericus, natu secundus, obtinuit. *Pirmensens*, vicus hodie Præfecturæ princeps, centum & triginta circiter focorum, ubi castrum venatorium Hanovio-Lichtenbergici struxerunt, in quo frequens jam Principi sedes. A S. Pirminio nomen datum est loco, qui illa Vogesi deserta aliquandiu inhabitavit, unde *Pirminsitz*, *Pyrmesisse*, (*f*) Pirminii sedes, appellatus. In illis partibus Pirminii silva, Pirminii fons, adhuc nominibus superstant. *Winzlen*; *Gerspach*; *Fohrbach*; *Fratschen*; *Eschweiler*, pro dimidia parte; *Hoh-Emmd*; *Burgalben*; *Donnsieders*; *Münchweiler*; *Rupertsweiler*; *Winnigen*; *Insbach*; *Trulben*; *Hulst*; *Eppenbronn*; *Kruppen*; *Riedelberg*; *Simpten*; *Erlenbronn*; *Schweichs*; *Oberseinbach*; *Fischbach*, (*g*) cujus potior pars ad Episcopum Spir. pertinet; *Reissel*; *Bærenthal*; *Philippsburg*; *Mühlenthal*; *Leitzelthal*; *Liespach* cum villis quindecim: *Hungerspfühler-hof*; *Hasen-Eckerhof*; *Grandjischer-hof*; *Ketterich-hof*; *Rohebancker-hof*; *Salzwog*; *Glasshempten*; *Stephansbronnen*; *Felsenbronner-hof*; *Stiedersbach*; *Kahlhisley*; *Erlenkopf*; *Petersbronner-hof*; *Fischer-hof*; *Reinhards-hof*. In omnibus his Præfecturæ locis haud nongenti foci numerantur. Nonnulla eorum licet in Alsatia sita sint, ad Lembergensem tamen Præfecturam referuntur.

Lotharingiæ Duces cum relictas à Bitensibus, quorum stirps An. MDLXX. in Jacobo defecit, extra Alsatiam terras occupassent, Hanoico-Lichtenbergici Comites, ob contractum cum Jacobi hujus filia matrimonium hereditatem ejus petentes, ad Cameram Imperialem querelas detulerunt; quas transactio, lite pendente facta, An. MDCVI. ita sustulit, ut universis juribus " tam in castro Lemberg, ejusque districtu, quam in „ pagis Eppenbronn, Schweigs, Trulben, Hulst, Greppen & Steinbach; tum in „ duabus vetustis ac jacentibus ædibus, parvæ Arnsperg & Lutzelhard, & in pago „ Fischbach, sicuti in omnibus sylvis, nemoribus, prædiis & bonis, sitis castella „ Lichtemberg, Philippsburg & Lemberg versus, cum omnibus eorum pertinentiis & „ quæ illis accedere possunt „ Lotharingus cederet; Hanoico spondente Comite, " neminem eorum, qui habitant pagos Eppenborn, Hullt, Schweigs, Trulben, „ Greppen, & Steinbach, ab Ecclesia Catholica Romana contra conscientiæ libertatem „ se averturum. „ Lembergensis castri districtum, & discreta ab eo loca, ex hac charta colligimus. Præfectura omnis jure allodii gaudet.

## §. CCCCXXXII.

Periodi tres Dynastiæ.

Lichtenbergensis Dynastia per quinque seculorum decursum, si Dominos, qui ei præfuerunt, species, tres temporum epochas insignes experta est. Prima ipsorum Dominorum Lichtenbergensium fuit, An. MCCCCLXXX. cum Jacobo, gentis suæ postremo, finita. Secunda Hanoviæ Comitum, à Philippo I. Reinharti III. fratre, qui cum Anna Lichtenbergica, Jacobi ex fratre Ludovico nepte, dimidiam Dynastiæ partem (*b*) obtinuit, initium cepit; per Philippum V. abnepotem ejus continuata, qui cum Margaretha Ludovica, Bipontino-Bitensi herede, uxore sua, maximam reliqui semissis partem, speciatim feuda Lichtenbergensia reliqua, (*i*) An. MDLXX. acquisivit. Epocham hanc An. MDCCXXXVI. Jo. Reinhartus, Hanoviensium postremus, clausit Tertia Hasso-Darmstadiensium Landgraviorum gentis est, cum Ludovicus VIII. hereditarius tunc princeps, Carolam Christinam, Jo. Reinharti filiam, An. MDCCXVII. in matrimonium duxerit; cujus filius heres post avi materni mortem, à Ludovico XV. investitus, hereditatem hanc adiit.

Lites graviores de illa.

Lichtenbergicæ Dynastiæ corpus quum ex allodiis & plurimis variorum Statuum feudis componatur, quæ vel Imperialia, nunc Regia, vel Palatina; vel Metensia, Argentinensia, Spirensia, Murbacensia, sunt, quibus & Moguntina, seculo hoc in allodium

(*f*) Ita in charta Abbatiæ Hornbacensis An. MCCXXVII. Abbatiæ hujus, ubi S. Pirminius obiit, terræ *Ramus S. Pirminii*, *S. Pirmini Lande*, in vetustis monumentis dicuntur. Villam *Pirminsbrsina* Warmannus, vitæ Pirminianæ scriptor, refert apud Mabillon *Act. Sanct. Bened.* Tom. IV. pag. 134.

(*g*) Ubi limes Alsatiæ.

(*b*) Fuit enim inter Hanovios & Bipontino-Bitenses Comites virtute tranfactionis An. MCCCCLXXX. ita divisa, ut Hanoicus Philippus I. Buxovillanam Pfaffenhovianam, Welthoßanam atque Hattenheim; Bitensis, Simon Weckerus, Ingenvillanam cum Oberbronnensi, nunc sepulto, districtu, atque Werdensem, acciperent; reliqua ambo heredes possiderent communiter, in quibus & castra Lichtenberg, Hunenburg, Winstein & Arnsperg, fuerunt.

(*i*) De allodiis, quæ Dynastiam Oberbronn. constituunt, peculiaris nobis dein sermo.

allodium converſa, annumeres, non mirandum, ſi Hanoicis extinctis, ortæ ſunt lites. De Imperialibus An. MDCCL. inter Poloniæ regem Auguſtum III. ut Electorem Saxoniæ, & Ludovicum, Haſſo-Darmſtadienſium Principem heredem, certatum. Rex ad Ferdinandi II. Imp. diploma, An. MDCXXV. datum, provocavit, quo Jo. Georgio I. Electori Saxoniæ, & heredibus ſpes facta, ut perituris Hanoviæ Comitibus aliquando ſuccederent. At in ſupremo Alſatiæ Senatu Rex cecidit cauſa. (*k*) Ejusdem Ludovici Principis litem ſuper Metenſia, quæ Epiſcopus maſculina (*l*) vult, Lichtenbergica feuda, num inveſtitura eorum Regi ſoli ejusque Parlamento competat, Aula nondum decidit; (*m*) ut nec alteram cum heredibus collateralibus, an ultimi Hanoico-Lichtenbergici Comitis ſorores filia ejus excludere potuerit. Lichtenbergica enim feuda pars utraque fœminina agnoſcit. (*n*)

Lichtenbergenſis Dynaſtia, ſub Imperio Romano-Germanico conſtituta, An. MCCCCXXXI. contra Huſſitas decem haſtatos, (*o*) An. MCCCCLXVII. contra Turcas octo equites & XVI. pedites, ex decreto Comitiorum, transmiſit. Imperii matricula An. MDXXI. ejusque correctio An. MDLVII. equites ſex & XXII. pedites Hanoviæ Comiti pro dimidia, quam tum poſſidebat, Dynaſtia imperavit. (*p*) Bipontino-Bitenſes Comites, altero ſemiſſe cum Dynaſtia Ochſenſteinenſi gaudentes, cum An. MDLXX. periiſſent, Quæſtor Imperii Hanoicos, ipſorum in hac parte heredes, ad augmenta quoque onerum Imperii compelli voluit. (*q*) Onera Imperii.

## §. CCCCXXXIII.

Deſcriptioni Dynaſtiæ Lichtenbergicæ curiam feudalem ſubjungimus; quæ caſtra & vicos, ſub ejus, nec non Ochſenſteinenſi olim clientela exiſtentes, comprehendit. Curia feudalis Lichtenberg.

*Ehenweyer*, duplex caſtrum, cum quatuor vicis *Rathſamhauſen*, *Mietersholz*, *Eſchau* & *Wibolsheim*, Rathſamhauſiorum ab Ehenweyer proſapia, ex Lichtenbergenſium Dynaſtarum privilegio ab An. MCCCLXVII. ita poſſidet, ut heredes vicos inter ſe poſſint dividere. Rathſamhauſiorum feuda.

In Ehenweyer pax caſtrenſis inter Rathſamhauſios An. MCCCCLXVI. condita eſt. Caſtro jam diruto, viculus triginta circiter focorum, maxime piſcatorum, prognatus.

In Rathſamhauſen caſtrum olim primarium fuit gentis, quæ ſuum inde nomen traxit; hodie inferior vicus dicitur, à ſuperiore diſtinctus, qui Horburgenſis Comitatus feudum ad Rathſamhauſios ad Lapidem ſpectabat. (*r*) Memorant locum ANNALES COLMAR. ad An. MCCLX. nec non CHRONICON (*s*) & chartæ Ebersheimenſes.

Mietersholz à Francico Alſatiæ ævo nobis innotescit, (*t*) vicus haud mediocris, ubi Auguſtanæ Confeſſionis ritus exercetur.

De Eſchavia quædam annotavimus ſupra. (*u*)



(*k*) Prodierunt hac occaſione: *Deduction des droits, qui competent à Sa Maj. Frideric Auguſte Roy de Pologne, Electeur de Saxe, Comte de Hanau, ſur la Seigneurie de Lichtenberg*, & quod huic ſcriptum oppoſitum eſt: *Memoire pour M. le Prince Héréditaire de Heſſe, défendeur, contre Sa Maj. le Roy de Pologne* &c. fol.

(*l*) Poſt Lichtenbergenſium interitum An. MCCCLXXX. atque deinceps An. MDLXX. extinctis Bipontino-Bitenſibus, Lichtenbergicorum dimidia ex parte heredibus, Epiſcopi Metenſes feuda ſua vindicare ſtuduerant, ea maſculina cenſentes. Speciatim An. MDXCIV. Ludovico, Amaliæ Bipontino-Bitenſi, allodialium Lichtenberga-Bitenſium bonorum heredi, filio ex Philippo Leininga-Weſterburgico, litem intentavit Epiſcopus; ex cujus ſucceſſoribus Georgius Auguſtonius eadem feuda fratri ſuo, Francisco Duci de la Feuillade An. MDCLXXVI. contulit. At irritus huc uſque fuit Epiſcoporum conatus. Vid. *Factum pour Meſſire Chriſtian Prince Palatin, comme tuteur &c. contre Louis Eberard Comte de Linange-Weſterbourg & l'Evêque de Metz* &c. fol.

(*m*) Darmſtadienſium Princeps An. MDCCXXXVI. regis juſſu à Parlamento Metenſi inveſtitus eſt, intentata jam lite. Scripta hanc ſuper rem varia prodierunt.

(*n*) Et hac de re multis ſcriptis utrinque editis certatum: inter quæ eminet illud An. MDCCLV. cujus rubrum: *Mémoire pour le Prince Héréditaire Landgrave de Heſſe-Darmſtatt, contre les repréſentans de la Comteſſe de Naſſau, par Mr. de Germes*, Paris 4to.

(*o*) *Gleven*, *Glefener*, à Gallico *Claive*, quod haſtam ſignificavit. Talem equitem primarium duo vel tres alii comitati ſunt, arcubus & telis intricti. Unde X. haſtati plerumque XL. equites compoſuerunt. Ita tum apud Gallos Lances (*Lance*) quatuor equitibus conſtitit, quod in viribus exercituum illius ævi computandis notandum.

(*p*) CONTZII *Corp. Juris publ.* Tom. I. Part. V. pag. 8. 12. 34. 41. &c.

(*q*) Ibid. pag. 82.

(*r*) Vid. ſupra pag. 7c. in fine.

(*s*) Apud MARTENE *Theſ. Anecdot.* Tom. III. col. 1132.

(*t*) Conf. Tom. I. pag. 728. §. CCXXXIII.

(*u*) Pag. 164.

Wibolsheim in Lotharii Imp. pro Abbatia S. Stephani diplomate An. DCCCXLV. *VVeibilsheim* ſcribitur. Boeckliniorum, quod ibi eſt, caſtrum *Knobelsburg* dicitur, pro ſeniore familiæ ſec. XVI. conſtructum.

*Fegersheim*, *Ohnenheim* & *VVeyler* iidem Rathſamhauſii ab Ochſenſteinenſibus primo Dynaſtis, dein Bipontinis Comitibus, inde Hanoico-Lichtenbergicis receperunt in feudum. An. MCCCLXVIII. Otto de Ochſenſtein Hartmanno atque Theobaldo fratribus, inter quos loca hæc dividi permiſerat, absque maſcula prole deceſſuris, Lutelmannum atque Johannem agnatos ſubſtituit; quod aliis Ochſenſteinenſium literis paulo poſt ad univerſam Rathſamhauſiorum gentem fuit extenſum. An. MCCCCLXXXVI. Henricus Bipontinus, Ochſenſteinenſium, & An. MDLXX. Philippus Hanoicus, Bipontinorum heredes, inveſtituram dederunt.

In Fegersheim caſtellum, (*v*) Landſpergiorum allodium, ad Albertinos de Ichtersheim, & per hos ad Mackavios de Hürtigheim pervenit. Rudolphum de Vegersheim, armigerum Argent. ALBERTUS ARGENT. ad An. MCCCLIV. prodidit. (*w*) Caſparus, ultimus hujus gentis, An. MDCXXVII. interiit. Incolæ vici ab Auguſt. conf. ad ſacra Catholica ineunte ſeculo ſup. redierunt.

Ohnenheim in Caroli Craſſi diplomate Honaug. An. DCCCLXXXIV. *Hohenheim* & in poſterioribus chartis *Ohenheim* ſcribitur.

*VVeyler* & ager ejus cum Fegershemio pridem coaluit.

*Irmſtett* denique, viculus inter Marlejam & Sulzam in valle Coronæ, (*Cronsthal*) cum Ochſenſteinio caſtro minore, (*x*) poſt Ramſteinios atque Boeckliniæ gentis ramum, qui An. MDCCLII. interiit, Leopoldo Samſoni de Rathſamhauſen, ejusque poſteris maribus, hoc collatus eſt jure, ut uxoribus uſum fructum ejus libere poſſint adſcribere.

## §. CCCCXXXIV.

Feuda aliorum.

*Fürchhauſen*, vicus prope Tabernas, Metenſis Eccleſiæ feudum, Dynaſtiæ Ochſenſteinenſi junctum, (*y*) Volziis ab Altenau An. MCCCCXCII. in ſubfeudum, quo hodieque gaudent, conceſſus eſt. *Mulhauſen*. Triens vici cum caſtro ad eosdem ab aliquot annis Volzios pertinet, uti ſupra oſtenſum. (*z*) *VVaſenburg*, caſtrum antiquum ſupra Reichshovium & Niderbronnam, inſcriptione Romana memorabile, (*a*) Lichtenbergenſes ab Eccleſia Argent. à Lichtenbergenſibus Geylingii ab Altheim jam tenent in feudum. Johannes de Lichtenberg id à Wilhelmo de Born An. MCCCC. emit, ejusque genero, Hofwartho de Kirchheim tradidit, ut feudum. (*b*) In diviſione Dynaſtiæ Lichtenberg. An. MCCCCLXXX. caſtri hujus dominium directum Bipontino-Bitenſi Comiti obtigit. Geylingii vero Niedheimeris, à Waſenburg dictis, An. MDCCL. ſucceſſerunt. *Nidermotherburg*, caſtellum prope vicum Nidermotheren, (*c*) Conradus de Sulz An. MCCCCXCIV. à Philippo, Hanoviæ Comite, accepit, à Sulzenſibus per matrimonium ad Geylingios quoque An. MDCL. tranſiturum ex parte, quum & fœminæ An. MDXL. ejus capaces declaratæ fuiſſent. Aliam partem, ad Boecklinios delatam, Geylingii parata ſibi pecunia An. MDCXCVIII. compararunt. In *Boſſenheim* caſtrum poſt Baptiſtios nobiles, quos An. MCCCCXCII. primum inveſtitos reperimus, Ocahanii, vico quoque Præfulis Argent. beneficio antea potiti, (*d*) An. MDCCXLIII. obtinuerunt. *VVinzenheim* prope Kocherſpergam, cujus nobiles circa An. MCCCCXLI. perierunt, Zugmantelii de Brumat ab An. MCCCCXXXV. nec non vetus caſtellum in *Eckendorf* ab An. MCCCLXXXI. poſſident. *Hürtigheim* dimidia vici pars ab An. MDLXV. feudum eſt Zorniorum. (*e*)

*Schwack* & *Hohenfels* caſtra, *Dambach*, *Neuenhofen* & *Langenſulzbach* vici, qui Durckhemiorum nobilium ſunt, in Dynaſtia Schœneckiana; *Lœwenſtein*, caſtrum Fleckenſteinenſi vicinum, *VVindſteint*, *Kefenach*, *Hofen*, *Bären* & *Bernbach* vici, de quibus Barones à Sickingen inveſtiuntur, in Hohenburgenſi Dynaſtia; *Hochwveiler* in Fleckenſteinenſi, deſcri-

(*v*) HERZOGIUS *Chron.* Lib. III. pag. 12.
(*w*) *Clvon.* pag. 159.
(*x*) In chartis ſcribitur: *der Mittelberg zu Ochſenſtein, genannt klein Ochſenſtein.*
(*y*) Conf. ſupra pag. 216. §. CCCXCVII.
(*z*) Pag. 171. §. CCXXVIII. ubi triens pro quadrante legendus.
(*a*) Vid. Tom. I. pag. 240. & 445.
(*b*) HERZOG. Lib. VI. pag. 256.
(*c*) De quo ſupra pag. 147.
(*d*) Vid. ſupra pag. 269. §. CCXCIV.
(*e*) Conf. ſupra pag. 147. §. CCLIV.

describuntur infra. Extra Alsatiam, inter Sarburgum & Vinstingam, (*Feuſtrange*) castri & Dynastiæ *Sarreck* dimidia pars Lucelburgiis nobilibus An. MCCCCXCI. collata est; quam & hodiernos ejus possessores Guermangios ab Hanovio-Lichtenbergicis Comitibus recipere in feudum, regius apud Metenses Senatus supremus An. MDCXCV. justit arresto.

## DYNASTIA OBERBRONNENSIS.

### §. CCCCXXXV.

Ex Lichtenbergicæ Dynastiæ, in duas partes divisæ, (*f*) semisse Bipontino-Bitensi virtute pactionis, Heidelbergæ An. MDXLI. initæ, peculiaris Dynastia allodialis prodiit; quæ ab *Oberbronna*, Dynastarum sede, sortita est nomen. Castra duo, quatuordecim vici & aliquot villæ eam componunt. Dynastia omnis in Oberbronnensem, seu Rauschenburgicam, & Niderbronnensem, Præfecturas dividitur. In utraque, ut in Lichtenbergensi, Aug. Confessionis sacra à plurima incolarum parte coluntur. Dynastiæ origo & divisio.

*Rauschenburg*, vetus ad Matram supra Ingovillam castrum, quod à Rauschiis, haud ignobili gente, suum nomen accepit, à qua per Sturmios ad Bitenses Comites, non ad Lichtenbergenses Dynastas, (*g*) An. MCCCCXCVI. pervenit. Nam Adolphi Rauschii uxor & heres, Salome Lenzleria, alteras cum Philippo Sturmio nuptias contraxit, à quibus venditio facta. Franc. Irenico (*h*) vocatur *Russenburg*, ubi typographiam in castro hoc inventam memorat; scriptores, quorum auctoritatem secutus est, reticens. Bernhardus à Mallinkrot, (*i*) postquam Wimphelingii sententiam de Argentina, typographiæ inventrice, protulisset, addit: " Alter locus est Russenburg, Alsatiæ „ oppidum, ubi non tantum ex quorundam opinatione omnium primo impressoriam „ exercitam fuisse, sed etiam illud oppidum ex officinarum strepitu id nominis traxisse, „ Irenicus tradit. „ Mallincrotius Rauschenburg male *oppidum* vocat. Irenicus appellavit *prædium*, quod forte ad unum ex primis Argentinensibus typographis tunc temporis spectavit. Leiningæ-Westerburgici Comites, Dynastiæ possessores, arcem hanc, uti Oberbronnensem, nonnunquam inhabitarunt, quæ nunc jacet deserta. Ludovicus, Philippi I. & Amaliæ Bitensis filius, ducendæ suæ, si quando vidua fieret, uxori hic An. MDLXXVIII. domicilium assignavit. Rauschenburg castrum.

### §. CCCCXXXVI.

*Oberbronn*, vicus major cum castro, acclivitati montis adhærens; ab ea, qua planitiem aspicit, parte quondam munitus. Dimidiam ejus partem Mena de Ochsenstein medio sec. XIV. alteram Fritschmannus de Born Lichtenbergensibus vendiderunt. (*l*) Castrum exstructum est, postquam Dynastia hæc à Bitensi Comitatu fuit sejuncta, & per Amaliam Bitensem Westerburgicæ Comitum illata familiæ. Oberbronn.

*Zinsweiler* ad Zinselam, unde loco datum est nomen, quæque in charta Neovillana An. MCLVIII. *Seinzele* scribitur. Cognominis vicus trans Rhenum, in Schutterensi Henrici II. Imp. diplomate An. MXVI. relatus. (*m*) Vici reliqui.

*Urweiler*, ubi ecclesia & parochus. Ecclesiæ Metensis feudum, adeoque sibi reddendum esse, Hanovio-Lichtenbergici Comites sæpius statuerunt, quod in literis ipsorum feudalibus vicus *Ulweiler* prope Lichtenberg, conspicuus nullibi, recensetur. Prope Urweiler alius circa sec. XVI. initium interiit, (*n*) à Baltramo de Sulzbach Lichtenbergicis venditus, (*o*) qui *Nissern* dicebatur; obvium in Alsatia inferiore nomen. Supereſt ex eo hodieque molendinum. In charta Sigmundi de Lichtenberg An. MCCCXLVII. *Nivvarnen* scribitur.

*Merzweiler* à Blanckenbergüs (Blamontanis) emtionis contractu ad Lichtenbergenses pervenit. (*p*)



(*f*) Uti supra ostensum, pag. 234. §. CCCCXXXII. Nonnulla tamen loca Dynastiæ accesserunt, quæ proprie Bitensia erant.

(*g*) Quod vult Herzogius Lib. VI. pag. 278. quamvis non ignoraret, Lichtenbergenses hoc, quem ipse prodit, anno jam fuisse extinctos.

(*h*) *Exeget. Germ.* Lib. II. Cap. 47. ubi " alii „ in prædio Alsatiæ, nomine Russenburg, inceptam „ primitus hanc artem fuisse scribunt, quod à sono „ imprimendorum librorum dixerunt „ Indigitat vocem germ. *rauschen*, quæ strepere significat.

(*i*) *De ortu artis typograph.* Cap. IX.

(*l*) Herzog. Lib. III. pag. 53.

(*m*) Cocci *Dagobert.* pag. 77.

(*n*) Nominatur ut vicus in divisionis Lichtenbergicæ charta An. MCCCCLXXX. sed in transactione Heidelbergensi An. MDXLI. agri tantum (*Uhrweyler sampt dem Nyssern bann*) fit mentio.

(*o*) Herzog. Lib. III. pag. 45.

(*p*) Idem loco cit. pag. 50.

*Gumprechtshofen* per Matthæum, Lotharingiæ Ducem, Ecclesiæ Argent. An. MCCXXXII. cum Richshofio in feudum oblatus, (*q*) deinque succeſſu temporis in allodium Lichtenbergenſe converſus eſt. Sigismundus de Lichtenberg homines nonnullos hujus vici inter feuda ſua Lotharingica An. MCCCXLVII. enumerat. Vicus inter Oberbronn. & Niderbronnenſem Præfecturas nunc diviſus.

*Rothbach* prope Lichtenbergam cum cognomine, cui adjacet, rivulo, in Dynaſtiæ Lichtenberg. diviſionis inſtrumento An. MCCCCLXXX. enuntiatur. Lichtenbergicis autem Eberhardus ab Ettendorf An. MCCLXXX. eum vendidit. In valle interiore villa *Wildenguth.*

*VVeinburg* ſive *VVeinberg* ex dimidia tantum parte huc pertinet, altera enim, quæ rivulo ſeparatur, Comitatus Lucelſteinenſis eſt. (*r*)

*Sparsbach* retro Weinbergam inter duos ejusdem vallis lacus.

*Erckartsvveiler*, prope Lucelſteinium caſtrum, Sigismundus de Lichtenberg à Carlmanno de Born An. MCCCXLV. acquiſivit. (*s*) Per Georgium, Bipontino-Bitenſem Comitem, Eccleſiæ Metenſi An. MDXXXI. in feudum oblatus eſt, ut Dynaſtiam Ochſenſteinenſem in patrueles ſuos transferret; ſed oblatio invalida manſit.

*Zitterſheim* prope fontem Matræ, cum villis *Moterbrum* & *Breitenvvaſenhof.*

## §. CCCCXXXVII.

Niderbronn. Præfectura.

Niderbronnenſis Præfectura, tres integros, duosque ex parte vicos complectens, alio nomine vallis Richshofiana dicebatur, quod Richshofio oppido aliquando conjuncta.

Niderbronna.

*Niderbrom*, vicus major cum caſtro, monumentis Romanis (*t*) & balneis (*u*) clarus. Alſatiæ inferioris Landgraviis Ochſenſteinenſes in eo ſucceſſerunt Dynaſtæ, quibus per Ulricum Landgravium An. MCCCXXX. venditus primo, ſub conditione retractus, annoque ſequente collatus in feudum, (*x*) quod poſt Landgraviorum interitum ab Imperatoribus acciperent. Succeſſit mox alia Niderbronnæ venditio, per eundem Ulricum, Philippum fratrem atque Johannem filium, Lichtenbergicis Dynaſtis facta; (*y*) qua non obſtante vicus in Ochſenſteinenſium poteſtate permanſit. Lichtenbergenſes quoque, cognito forte errore, jus omne ſuum An. MCCCXXXVI. deferuerunt, quo Niderbronna inter Menam Ochſenſteiniam, Rudolſum, Johannem & OtmannumOchſenſteinios ſuit diviſa. Volmarus per Sigismundum Imp. An.MCCCCXVIII. Georgius per eundem An. MCCCCXXXVII. nec non per Fridericum IV. An. MCCCCXLII. & LXXXIV. de Niderbronna inveſtiti ſunt; (*z*) cujus nulla deinceps inter feuda Imperialia mentio recurrit. Omiſſa primum in Henrici, Bipontini Comitis, inveſtitura, qui Georgio defuncto improli An. MCCCCLXXXV. ſucceſſit, quod ſororem ejus Cunigundam duxerat uxorem; unde locus pro allodio habitus. Georgius Comes, Henrici filius, Reinharto, patrueli ſuo, Niderbronnenſem Præfecturam An. MDXXVI. cum Richshofio vendidit. Reinharti ex Simone Weckero filio neptis, Amalia, cum Alſaticis Bipontinæ gentis allodiis pactione Heidelbergenſi An. MDXLI. eam obtinuit, (*a*) ad Jacobum, Amaliæ patruum, poſtquam Amaliæ tutoribus 8500. florenos perſolviſſet, biennio poſt redituram; qui ſuis ex filia nepotibus, Hanoviæ Comitibus, An. MDLXX. eam reliquit. Sed Philippus, Leiningа-Weſterburgicus Comes, qui ſibi Amaliam matrimonio junxerat, nimiam læſionem cauſatus, pro reſcindendo hoc venditionis pacto MDLXXXVI. actionem inſtituit, à ſequeſtris, cauſæ ſuæ non faventibus, ad Cameram Imperialem provocans. Hæc ſententia denique d. 5. Julii An. MDCLXVII. pronuntiata Leiningenſibus, ex Amalia ducentibus ſanguinem, & Præfecturam integram, & fructus ejus perceptos, ab Hanoicis reſtitui juſſit; quanquam hi, à Leopoldo Imp. ante novennium inveſtiti, Niderbronnam feudis

(*q*) Conf. ſupra pag. 217.

(*r*) Vid. ſupra pag. 198. §. CCCLIX.

(*s*) Hertzog. Lib. III. pag. 44. & Lib. VI. p. 156.

(*t*) Conf. Tom. I. pag. 473. Nuper demum Pallas minoris formæ cum aliis reperta lapidibus; nec non vaſum terræ ſigillatæ, cui figuli nomen his literis inſcriptum: BELESVS F.

(*u*) De *fonte medicato Niderbronnenſi* diſſert. chemico-medica Jo. Lud. Leuschering prodiit Argentorati 1753.

(*x*) Conf. ſupra pag. 130. initio.

(*y*) Chartæ ſubſtantiam dedimus ſupra pag. 132. §. CCXXVI.

(*z*) Conf. ſupra pag. 216. §. CCCXCVIII.

(*a*) Vid. §. ſeq.

feudis Imperialibus accenſeri curaſſent. Quæſtionem feudalem, quæ de Niderbronna ſola, non de reliquis Præfecturæ locis movebatur, judices ad Aulicum Cæſaris remiſerunt tribunal. At ſententiæ hujus executio, ob belli aliaque impedimenta, locum non habuit, donec ſupremus Alſatiæ Senatus eam confirmaſſet An. MDCCIX. (*b*) Caſtrum, quod Hanoviæ Comites Niderbronnæ conſtruxerant, illis quidem reſervatum, ſed ab eo tempore jacet neglectum. Curiam Niderbronnæ dominicam Fleckenſteinii, *villicaturam* Ettendorfii Dynaſtæ, illi ab Hohenburgenſi S. Odiliæ Abbatiſſa, hi à Lotharingiæ Duce, ſec. XIV. in feudum habuerunt. Litem de curia iſta, Henrico Fleckenſteinio cum Petro de Andelo natam, Goſſe Sturmius, Burggravius Argent. An. MCCCLV. ita ſequeſter diremit, ut reditus ejus litigantes divideremt. De villicatura in villa *Niderborne* Reinboldus ab Ettendorf An. MCCCLXIX. inveſtitus eſt.

*Guntershofen*, nec non dimidia pars, uti diximus, vici *Gumprechtshofen*. *Utenhofen*. *Grieſbach*, cujus trientem Præfecturæ Lichtenbergicæ Woerd adſcriptum eſſe, ſupra annotavimus. (*c*) Accedunt duæ villæ *Schwarlenhof* & *Reiſſackerhof* in Jægeria valle. Vici reliqui.

## §. CCCCXXXVIII.

His Dynaſtiæ Oberbronnenſis locis quatuor alii vici *Eckwersheim*, *Schillersdorf*, *Mietisheim* & *Schweighauſen*, olim annumerati fuerunt. Tres priores, ut feudales, adeoque pactione Heidelbergenſi An. MDXLI. male feminis, Simonis Weckeri, II. filiabus, traditos, Hanovio-Lichtenbergenſes Comites recuperaſſe, in hujus Dynaſtiæ deſcriptione (*d*) oſtendi. Schweighauſen anno ſeculi ſup. ſexageſimo quarto Palatino-Birckenfeldenſi Principi pro ſeptem millibus aureorum venditus eſt. Loca diſtracta.

Heidelbergenſis itaque pactio, Electoris Palatini auſpiciis inter Jacobum, Bipontino-Bit. Comitem, & ejus ex fratre natu majore, Simone Weckero, qui deceſſerat, neptes An. MDXLI. inita, Dynaſtiæ huic Oberbronnenſi originem dedit. Jacobus Comitatum Bitenſem & feuda omnia; neptes ejus, Eſtera & Amalia, allodia, extra Comitatum Bitenſem ſita, adeoque Bito-Lichtenbergenſia maxime, obtinuerunt. Hæc, Niderbronnenſis Præfecturæ venditione, uti oſtenſum, imminuta, Eſtera ſorore defuncta cœlibe, ad Amaliam devoluta ſunt ſolam, quæ Philippo, Leininga-Weſterburgenſi Comiti, marito ſuo, ea & Forbacenſem Dynaſtiam An. MDLI. attulit dotem. At eadem hereditas, quæ femina ad Leiningenſes pervenit, feminis quoque ſuperioris ſeculi fine ab iisdem receſſit. Nam inter Philippi & Amaliæ ex Joh. Ludovico Comite abneptes, Sophiam Sibyllam & Eſteram Julianam, poſt deciſam graviſſimam cum Philippo, Weſterburgi Comite, propatruo & tutore ſuo, litem in ſupremo Alſatiæ Senatu, (*e*) An. MDCXCI. æqualiter ſuit diviſa. Sophia Sibylla Leininga-Dagisburgenſi in Guntersblum Comiti primum, dein Haſſo-Homburgenſi Landgravio, cum nupſiſſet, portio ejus inter filios atque nepotes in tres ſubdiviſa eſt partes; quarum unam Princeps Hohenloico-Bartenſteinius uxorio, idemque aliam, quæ ad Sophiam Charlottam, Sophiæ Sibyllæ ex filio natu majore neptem, quæ Baroni de Kuhla nupſit, prius ſpectantem, emtionis jure, tertiam Leininga-Dagisburgenſes in Guntersblum Comites, ex ſecundo Sophiæ Sibyllæ filio nati, nunc poſſident. Eſtera Juliana, Sophiæ Sibyllæ ſoror, marito ſuo, Ludovico Sinclario Baroni, qui origine Suecus erat, partem ſuam omnem Præfecturæ Niderbronnenſis cum Oberbronnenſis partis ſemiſſe, vel Præfecturæ hujus quadrante, teſtamento adſcripſit; alterum quadrantem cum ſua Forbacenſis Comitatus parte ſorori, ejusque heredibus, quos nominavi, relinquens. Sinclarius Baro, ad alteras cum Auguſta Sophia, Lœwenhauptia Comite, nuptias progreſſus, filiam (*f*) procreavit heredem, Illuſtriſſ. Comiti Adamo de Lœwenhaupt, Delphin. Cohortis Colonello, nuptam. Dynaſtiæ fata.

§. CCCCXXXIX.

(*b*) Hæc omnia fuſius exponuntur in *Factum pour Mad. Sophie Sibille .., & Dame Eſter Julienne .. contre Meſſire Jean René, Comte de Hanau-Lichtenberg, demandeur* &c. quo de Niderbronnæ feodalitate lis refuſcitata Colmariæ.

(*c*) Pag. 230. §. CCCLXXV.

(*d*) Pag. 228.

(*e*) Lis An. MDCLXV. incepta, de qua vid. Eſteræ Julianæ ſcriptum germ. *Leiningiſche hiſtorie oder wahrhafftiger bericht* &c. 4to. Item *Schreiben an den Landgrafen zu Heſſen-Homburg* 1703.

(*f*) Filium quoque ſibi ſuperſtitem reliquit, qui matrem præmatura morte patrimonii ſui fecit heredem.

## §. CCCCXXXIX.

Forbacenſis Comitatus.

Forbacenſis Comitatus, cujus mentionem injeci, prope Saræpontem in Lotharingia ſitus, à veteri & munitiſſimo quondam caſtro, quod Ludovicus XIV. evertit, oppidoque adjacente *Forbach*, *Vorpach*, *Fotobach*, nuncupatus, ex Dynaſtia per Leopoldum, Lotharingiæ Ducem, Dominum ejus directum, An. MDCCXVII. in Comitatum evectus, (*g*) per varios caſus ad Leininga-Weſterburgicos & Eberſteinenſes Comites, perque hos ad hodiernos ſuos poſſeſſores devenit. (*h*) Conſtat oppido, quod nominavimus, tredecimque vicis ac quatuor villis, (*i*) poſtquam quinque vel deleti vel alienati ſunt vici. (*l*)

# DYNASTIA FLECKENSTEINENSIS.

## §. CCCCXL.

Dynaſtiæ divilio.

Lichtenbergenſi Dynaſtiæ & geographico & dignitatis ordine Fleckenſteinia ſuccedit, Dynaſtis (*m*) auctoribus ſuis hoc ſeculo orbata. Toparchia hæc An. MCCCLIV. in duas partes jam fuit diviſa, quarum capita Fleckenſteinium caſtrum atque Beinhemium oppidum fuerunt. Ab illo montani atque Hatgoviæ vici, (*n*) ab hoc Riedenſes pendebant. Priores inter Luteram & Suram, poſteriores inter Suram & Matram amnes, prope Rhenum, ſiti ſunt; quibus & alia quædam loca, extra hos limites conſtituta, accedunt. Dynaſtia omnis, politicam ejus diviſionem & adminiſtrationem ſi ſpectes, in novem diſtrictus partita eſt, quorum plerique feudales, ceteri vel allodiales vel huixti fuerunt. Diſtrictuum horum nomina variant, & Parœciæ, Quæſturæ, vel etiam Scultaſiæ (*o*) dicuntur.

(*g*) Fuerunt tamen antiquiores, qui Forbacenſis Comitis nomen geſſerunt. *Thierry Comte de Forpach* An. MCCXLI. & *Jean Comte de Forpach* An. MCCCXL. in chartis occurrunt; quibus vero alii intermedii poſſeſſores Dynaſtæ vel Domini Forbacenſis axiomate contenti fuerunt. Lotharingiæ Dux cum nuper Comitatum patentibus literis inſtituerat, Comitis quoque titulum quibuslibet ejus poſſeſſoribus tribuit.

(*h*) Inter Forbacenſes Dynaſtas me lium fere tenet Arnoldus de Sierck, Monclarii & Munsbergæ Dominus, qui poſt plures alios, vel feudi vel pignoris nomine, terra illa poſitos, eandem à Reinharto & Ifabella, Lotharingiæ Ducibus, in præmium laborum, tanquam feudum hereditarium, An. MCCCXXXVI. accepit. Natura vero Lotharingiæ feudorum citra Saram ea eſt, ut vendi libere pollint, nec ad homagii præſtationem vaſallos, niſi à Domino directo vocatos, obligent. Vid. *Coutumes generales du Bailliage d'Allemagne*, juſſu Caroli Ducis An. MDXCIV. editas, tit. V. art. 12. Arnoldus unicam filiam Adelheidem Dynaſtiæ heredem, duarumque filiarum, Eliſabethæ atque Walpurgis, ex Hamanno, Leiningæ-Dagsburgenſi Comite, ſuſceptarum, matrem procreavit. Eliſabetha Emiconi, Comiti Daunenſi nupta, ſorori ſuæ ejusque marito Johanni de Hohenfels, Dom. in Reipoltzkirchen, paterna materaaque hereditate diviſa, Forbacenſem omnem reliquit. Hohenfelſiorum hæres cum An. MDCII. defeciſſet, Forbacum, non obſtante procuratoris Ducalis oppoſitione, Ludovico I. Leininga-Weſterburgico, & Joh. Jacobo II. Eberſteinenſi Comiti, Eliſabethæ, Walpurgis ſororis, per Barbaram Daunenſem, abnepotibus, in legitimo foro tributum eſt. Barbara enim hæc, Eliſabethæ neptis, duplex matrimonium iniit, prius cum Simone Weckero, Bipontino Comite, ex quo Annam, Oberbronnenſis Dynaſtiæ heredem, ſuſcepit; poſterius cum Jo. Jacobo I. Comite Eberſteinenſi. Leiningenſes itaque & Eberſteinenſes Forbacenſem Dynaſtiam primo communiter, dein ab An. MDCXVIII. diviſim poſſederunt, donec Jo. Jacobi II. Eberſteinenſis filius Caſimirus, cujus Leiningenſis Jo. Ludovicus tutor erat, An. MDCLX. diem ſupremum obiiſſet, uxorem gravidam relinquens. Vacuum eſſe Eberſteinenſem femiſſem Jo. Ludovicus Lotharingiæ Duci perſuaſens, ejusdem quoque inveſtituram obtinuit, quem ut poſt natam Caſimiri prolem ſervaret, ſe magnam pecuniæ ſummam erediturum ejus, Braconnierii Met. heredibus, ſolviſſe cauſatus eſt. Poſthumæ vero Albertina erat, quæ Friderico Aug. Wirtenberga-Neoſtadienſi Duci, An. MDCLXXIX. nupſit, Leiningenſes diuturna agreſſura lite, qua filiæ ejus duæ Eberſteinenſem illum ſemiſſem recuperarunt An. MDCCXXVI. unde emtionis jure ad Sponium Baronem, hodiernum ejus poſſeſſorem, cui notitiam hanc, ex chartis deſumtam, debemus, An. MDCCL. pervenit. Quod Leiningenſem ſemiſſem attinet, ad Elſeram Julianam atque Sophiam Sibyllam, Jo. Ludovici Comitis filias, uti Oberbronnenſis Dynaſtia, devolutus, cum altero ſemiſſe, quoeum adhuc junctus tum erat, Strahlenhemio Comiti, ſervato retractus jure, An. MDCCXVII. venditus eſt. Jure hoc retractus An. MDCCLI. uſi ſunt Sophiæ Sibyllæ nepotes, Leininga-Guntersblumenſes Comites atque Friderica Halliaca, Carolo Philippo, Hohenloico Principi, nupta, quibus & Elſeræ Julianæ portio voluntaria Sinclarii Baronis, mariti ejus, abdicatione accrevit.

(*i*) Vicorum nomina ſunt: *Speichern*, *Zinſingen*, *Altſtingen*, *Heslingen*, ex quo eccleſia tantum & parochi domus ſupereſt, *Kerbach*, *Eslingen*, *Cadenbourn*, *Behren*, *Gundviſingen*, *Oettingen*, *Kleinrosten*, *Neu-Glashutt*, *Schwaneken* & octava pars vici *Bufchbach*. Villæ autem ſunt *Schafbach*, *Alt-Glashutt*, *Stolzenbroun* & *Stirtingen*.

(*l*) Ante Weſtphalicum pacem quatuor vici *Ruchling*, *Betting*, *Diſtling* & *Bildſtein* bellicis tempeſtatibus interierunt. *Virtingen* poſt obitum Caſimiri, Eberſteinenſis Comitis, ad quem ſpectaverat, pro ſolvendo ejus ære alieno, ſub haſtam miſſus eſt.

(*m*) Baronatus nomen Rudolphinæ vel Daeſtalenſis lineæ proprium fuit. Hæ vero An. MDCXLIV. extincta, ad Fridericianam quoque lineam & terras ejus axioma Baronis tranſivit.

(*n*) Henrici duo de Fleckenſtein in transactione An. MCCCLXIII. ita: *Unſere veſten, mit nahmen Fleckenſtein die burg, u. alle die guter, darzer u. gerichte ... ſie ſint gelegen in dem geburge oder in dem Hettenbrone, oder anderſtwa; und darnach Beinheim die Statt und burg, u. alle die guter, darzer u. gerichte .. ſie ſint gelegen in dem Rint oder anderſtwa.* Hatgovia itaque, ſenſu latiore hic ſumta, non Lichtenbergenſem tantum Præfecturam *Hatten*, de qua ſupra pag. 230. ſq. ſed & Præfecturas Fleckenſteinenſes, Sulzenſem & Rœderenſem, complectitur.

(*o*) *Kirchſpiel*, *Kellereyen*, *Schultzenthum*.

I. Fleckenſtein caſtrum.

Fleckenſtein caſtrum, in Vaſgovia ſitum, Hagenoam inter & Weiſſenburgum, in monumentis Alſaticis ſeculo XII. jam celebre fuit. Inſidet illud rupi excelſæ, quæ columnæ inſtar in altum aſſurgit, mirabile viſu, olim inexpugnabile hoſti. Ars juvit naturam. Rupes, (*p*) in formam turris exciſa & excavata, impoſitis coronata ædificiis eſt. (*q*) Fleckenſteinia gens cum in duas familias, Fridericianam & Rudolphinam, quæ & Dagſtulenſis, divideretur, Fridericiana in duós ſubdiviſa eſt ramos, Sulzenſem atque Rœderenſem. Anteriorem caſtri partem Sulzenſis, poſticam Rœderenſis occupavit; à quibus pacis caſtrenſis formula An. *MCCCCVIII.* compoſita eſt. Vinculum feudale, quo arx hæc Imperio fuit adſtricta, à Rudolfo I. Imp. videtur repetendum. ANNALES COLM. ad An. *MCCLXXVI.* tradunt, Dominum de Fleckenſtein, à Rege Rudolpho obſeſſum, ſe ſuaque regis tradidiſſe poteſtati. Nulla tamen ante An. *MCCCCXXII.* inveſtitura reperitur. Miſſam in capella hic celebrari Wilhelmus, Epiſcopus Argent. An. *MCCCCXXV.* permiſit. Caſtrum hoc, nunquam antea captum, Vaubrunius, Gallici exercitus dux, An. *MDCLXXIV.* in poteſtatem ſuam accepit, (*r*) idque ſexennio poſt plane deſtructum eſt.

Frundſperg caſtrum.

Vicinum ei caſtrum *Frundſperg*, aliis *Frenſperg*, inter Ludovicum de Frundesberg, Reinhardum de Sickingen, illius ſocerum, & Sigfridum de Lœwenſtein, Eliſabethæ Frundſpergiæ maritum, An. *MCCCXLIX.* ita diviſum erat, ut Ludovicus dimidia, reliqui ſinguli quarta parte gauderent. Tum vero à novem pacis publicæ in Alſatia infer. cuſtodibus exuſtum, & ſoluto mille ac nongentorum flor. pretio iisdem traditum, penes Fleckenſteinenſes, à quibus reſtauratum eſt, tanquam feudum Palatinum remanſit; hisque extinctis, uti Rœderenſe caſtrum, de quo infra, Hatzeliis ab Electore Palat. collatum eſt.

## §. CCCCXLI

Sulza.

*Sulz*, vicus major, caſtro oppidique forma ſec. XIV. conſpicuus, tertius, quem in noſtra Alſatiæ geographia recenſemus, hujus nominis locus eſt, (*s*) ab aquæ ſalſæ ſcaturigine ſuam appellationem derivans. (*t*) Caſtrum, ganerbiale olim, triplici foſſa muroque duplici munitum, ad ſeculum ſup. uſque perſtitit integrum. Dimidiam ejus partem Henricus de Fleckenſtein, cognominatus à Bickenbach, Rudolfo de Hohenriet atque heredibus ejus An. *MCCCLI.* conceſſit. Henricum hunc Wilhelmus Archiep. Colon. cum Johanne de Than, caſtri & oppidi Sulzenſis ſimultaneo poſſeſſore, An. *MCCCLIV.* reconciliavit, utrique pacis caſtrenſis curam cuſtodiamque injungens. Vicum ante An. *MCCCXL.* in oppidum converti cœpiſſe, Walrami Archiep. Colonienſis literæ nos docent, quibus Henricum de Fleckenſtein iſto anno inveſtivit " de caſtro, dicto Sulz, & oppido eidem adjacente, nec non hominibus, „ dictum oppidum nunc inhabitantibus, qui olim in villa, ante prædictum caſtrum „ ſituata, conſueverant habitare. „ (*u*) Res tamen ut fieret, ſexennio poſt demum Ludovicus Imp. permiſit, novoque oppido, intra caſtri foſſam collocato, Hagenoenſis civitatis jura, nec non poteſtatem conceſſit, cogendi homines, in vico remanentes, ut ædes ſuas in oppidum transferrent; (*x*) cui Carolus IV. privilegium quatuor judæos recipiendi An. *MCCCXLVIII.* adjecit. Non eodem igitur, quo vicus ſteterat, loco, ſed in foſſæ caſtrenſis ambitu, oppidum Sulzenſe primitus ſurrexit; at novorum incolarum acceſſione amplificatum proprios quoque muros, quorum rudera ſuperſunt, accepit. In diviſionis Fleckenſteinenſis inſtrumento An. *MCCCCVIII.* Sulza civitas ante caſtrum ſita (*y*) nominatur. Oppidi condendi licentiam Fridericus IV. Imp. An. *MCCCCL.* renovavit; (*z*) unde ad vici formam illud aliquandiu rediiſſe colligimus, ſub qua ab aliquot ſeculis in chartis comparet. Feuda caſtrenſia Sulzæ



(*p*) Rupes Germ. *Stein*, unde Rapolti Petra *Rappoltſtein*, Parva Petra *Lucaeſtein*. Noſtrum *Fleckenſtein* Petram maculatam diceres.

(*q*) Icon. Fleckenſteinitæ hujus arcis apud MERIAN Topograph. *Alſat.* Repræſentat eam tabella conſpectui Alſatiæ Tom. I. præfixa.

(*r*) D. 19. febr. Quæſtor Dynaſtæ, cum 14. ruſticis præſidium tenens, vitæque ſuæ timens, illud tradidit.

(*s*) Vid. ſupra pag. 84. §. CXXXIV. & pag. 146.

(*t*) *Sulz*, vetus teutonica vox, ſalſamentum vel ſalſuginem ſignificat; unde *Sulzberg*, oppidum Briſgoviæ. *Mons ſalſuginis* in chartis dicitur. Voci huic frequenter & aliæ *bach*, *berg*, *burg*, *feld*, *mats*, ſubjunguntur; quarum vocum compoſitarum nonnullæ in Alſatia occurrunt. Loca horum nominum balnea, vel acidulas, vel ſalia, gignunt, vel olim certe produxerunt.

(*u*) Charta Archivi Fleckenſtein.

(*x*) Diploma in chartular. Fleckenſtein. ſec. XIV. ubi hæc verba: *Haben den burgern zu Sulz . . . erlaubet . . das ſie ein ſtatt bawen u. machen ſollen. u. mogen, inzwendig den graben, die zombe die burg ganz zu Sulz u. die veſten mit mauren, graben u. mit andern beveſtnungen.*

(*y*) *Sulza die ſtatt vor der burg.*

(*z*) EX.AT inter *Diplomata Friderici IV.* à BOECLERO edita, pag. 262.

Rotenburgici, Stolhofii & Rothvillenſes nobiles, nec non ignobiles plures, ſec. XVI. tenuerunt. Jus patronatus cum maxima decimarum parte, Dynaſtiæ Lichtenbergenſis feudum, Fleckenſteinenſium interitu ad eandem rediit.

Fons ſalſus, de quo ſupra, intra muros caſtri profunde ſcaturiens, ſolus in Alſatia & præſtans eſt, ab antiquo jam notus. Injuria bellorum neglectum Fridericus Wolfg. & Henricus Jacobus, Fleckenſteinii Dynaſtæ, Jo. Reinharto Krug de Nidda & Lud. Jacobo Gambſio An. MDCLXIII. in emphyteuſin dederunt; quod ab Electore & Capitulo Colon. ut dominis directis, firmatum. Straminis loco, quo aqua ſalſa, antequam committeretur igni, percolabatur, An. MDCCXXIV. ramentis ac vepribus uti cœperunt; quæ methodus, hic primum tentata, ad alias mox Galliæ Germaniæque ſalinas tranſivit.

## §. CCCCXLII.

Vici. *Hermersvveiler*, vel *Hermansvveiler*.

*Retſchvveiler*, olim *Retersvveiler*. Joh. de Utenheim armiger curiam plurimaque bona Johanni & Heinr. de Than fratribus An. MCCCXCI. hic vendidit.

*Memmelshofen*, olim *Meimmolshoven*. De ſexta decimarum hujus loci parte Fleckenſteinenſes per Archiepiſcopos Colonienſes peculiari inſtrumento inveſtiti fuerunt.

*Meiſenthal*. Hic & in præcedenti viculo Duci Bipontino, Dynaſtiæ Cleburgenſis poſſeſſori, angariæ præſtantur.

*Luſan*, ſive *Lobſan*, olim *Lubeſabe*, *Luſau*, inter Sulzenſem & Kuzenhauſiam præfecturas diviſus eſt.

*Jagersbofen*. Sulzenſis Paroeciæ locis in chartis annumeratur, villa pridem deſtructa.

## §. CCCCXLIII.

Fata Paroeciæ hujus. Paroeciam hanc omnem, tanquam avitum Eccleſiæ Colonienſis feudum, Fleckenſteinenſes atque Pülleri ab Hohenburg, qui unum eundemque ſtirpis auctorem habuiſſe putantur, An. MCCLXXV. poſſederunt communiter. In ea Hugo de Fleckenſtein uxori ſuæ, indulgentibus Pülleris, ducentas marcas argenti pro dotalitio An. MCCCV. adſcripſit. Johanne Püllero, qui inveſtituram neglexerat, An. MCCCXLVII. defuncto, Walramus Archiepiſcopus vicos *Memmelshofen* & *Meiſenthal* Henrico Fleckenſteinio contulit ſoli, unde lis inter ipſum atque Pülleros exorta; cui dirimendæ quinque ſequeſtri (*a*) electi, quatuor tantum, qui reliqui erant, vicorum ſemiſſem Pülleris An. MCCCLII. addixerunt. At iniquior Fleckenſteiniis Wilhelmus Archiepiſcopus, ad ſimultaneam omnis ſex vicorum parochiæ poſſeſſionem Pülleros juſſit admitti An. MCCCLVIII. ſuæque juſſionis cuſtodem Rudolfum, Auſtriæ Ducem, Advocatum Alſatiæ provincialem conſtituit. Henricus, lineæ Sulzenſis Fleckenſteinenſium prioris poſtremus, cum An. MCCCLI. obiiſſet, idem Wilhelmus Archiepiſcopus Johanni de Than feudum ejus apertum contulit; agnatis tamen Fleckenſteinenſibus, poſtquam Carolo IV. Imp. caſtri & oppidi Sulzenſis aperturam promiſerant, An. MCCCLV. ad ſimultaneam inveſtituram admiſſis, quibus Thanenſes ſua denique jura pro ducentis ſupra mille flor. An. MCCCCLXXXIX. vendiderunt. (*b*)

An. MCCCXCI. Henricus junior de Fleckenſtein quartam caſtri & paroeciæ partem Marchioni Badenſi oppigneravit. Fridericus IV. Imp. exigendæ in locis paroeciæ hujus gabellæ vinariæ privilegium Fleckenſteinenſibus conceſſit; à Carolo V. Imp. ad vicinum quoque vicum Hochweiler, de quo inter allodia, An. MDXXI. extenſum. (*c*)

§. CCCCXLIV.

(*a*) Scil. Hugo de Bemberg, Johannes de Than, Jo. de Waſgenſtein, Eberhardus Püller, & Jo. Trepeler, Equeſtris ordinis omnes.

(*b*) Reſtitutionem in integrum Chriſtophorus, Henricus & Bernardus de Than, Ulrici, qui hæc vendiderat, ex Philippo fratre nepotes, deinceps petierunt, quibus An. MDVII. pecuniæ ſupplemento ſatisfactum.

(*c*) Extat inter *diplomata* à Boecleko annexa Æneæ Sylvio, pag. 41.

## §. CCCCXLIV.

III. Quæſtura Rœderenſis

Quæſtura Rœderenſis (*d*) à caſtro *Nieder-Rœdern*, (olim *Rüdern*) quod peculiaris Fleckenſteinenſium rami ſedes fuit, vicoque adjacente nomen accepit. Duo caſtri hujus trientes Electoris Palatini feudum jam erant, cum reliquus triens allodialis Sponheimenſi Comiti Walravo per Henricum Fleckenſteinium de Bickenbach An. MCCCXVI. Heidelbergæ offerretur, in quo poſt filios filiæ quoque offerentis ſuccederent. Dominium ejus directum Palatino Electori atque Marchioni Badenſi, Comitatus Sponheim. heredibus, poſtea fuit commune; ita ut vaſalli à ſeniore, ſeu Palatinus ſeu Badenſis eſſet, inveſtirentur. Parœciæ Sulzenſis atque Hohvillerenſes ruſtici tumultantes pro damnis, caſtro huic illatis, An. MDXXVI. Dynaſtæ 50. florenos perſolverunt. Allodia, ad caſtrum ſpectantia, Hatzeliis An. MDCCX. vendita, iisdemque, decennio poſt, feuda Palatina quoque in Fleckenſteinenſium locum collata fuerunt. Vicum & dominii directi & diœceſeos diverſitas à caſtro diſcernit. Intermedius enim Selſæ rivus caſtrum Argentinenſi, vicum Spirenſi Epiſcopo aſſignat. Chorus Eccleſiæ, cujus patronatus penes Abbatiam Selſenſem fuit, à Catholicis die S. Michaelis An. MDCLXXXVI. occupatus eſt. Vicus Ober-Rœdern, qui paulo ſuperior, ſeculari pariter atque eccleſiaſticæ Spirenſis Epiſcopatus ditioni ſubeſt. (*e*)

*Eberbach*. An. MCLXIII. Abbatiæ Selſenſis allodium apud villam Eberbach, Dagoberti militis feudum, Monaſterio Regiſpontano traditum legitur. Vici.

*Wintzenbach* à Rœderenſi parochia pendet.

*Ober-Lauterbach*, ad Catholicos ritus ab An. MDCLXXXV. redux, ex ſemiſſe allodialis, qui per Vizethumios ab Egersberg, Fleckenſteinios heredes, ad Gautierium, Conſulem Weiſſenburg. devenit. Lauterbacum inferius Epiſcopo Spirenſi paret. (*f*)

*Kretzweiler* vulgo *Gretzern*. In diviſione Dynaſtiæ Fleckenſteinenſis An. MCCCCVIII. occurrit quoque vicus *Wingenbach*, qui periit.

Advocatia & jurisdictio criminalis, (*g*) in vicos Quæſturæ hujus, feudum Imperii fuerunt. Primam, quam novimus, inveſtituram Wenceslaus Imp. An. MCCCLXXXIV. Fleckenſteiniis dedit. Vicos ad proprium Adelheidis quondam relatos fuiſſe, ſupra (*h*) docuimus. Fleckenſteinenſes de nonnullis in illis juribus cum Abbate Selſenſi An. MCCCCLXXVI. transegerunt.

## §. CCCCXLV.

IV. Riedenſis Pagus.

Riedenſis pagus, vulgo *Uffried*, ad orientem Rheno, ad ſeptentrionem Suræ, ad occaſum Foreſtæ Sanctæ, verſus meridiem Motræ contiguus, in duas, ſuperiorem atque inferiorem, Riedas, quæ ſingulæ ſcultetum habent, rivulo interfluente diſtinguitur. Utriusque caput fuit Beinhemium, initio ſec. XV. ad Badenſes Marchiones, uti mox docebitur, translatum.

Inferioris Riedæ vici ſunt: *Roſchwog*, peculiaris judicii provincialis, ſub Land- Rieda infer.
graviis, ſedes, (*i*) ubi villicationem Præpoſitus Honaug. Capitulo ſuo donavit An. MCCL. Hic & in Giſenheim ſoli Catholicorum ſunt ritus.

*Roppenheim*, cujus nomen in Philippi Imp. diplomate Hagenov. An. MCCVII. legitur, eccleſiam parochialem, ut Kauchenheim & Seſſenheim, An. MCCCLXXII. jam habuit. Jus patronatus ad Ducem Bipont. ſpectat.

*Forſtfelden*. Bona Waltheri de Borre apud Forſtvelden Abbatiæ Regiſpontanæ An. MCCXXII. obligata. Præpoſitus Honaug. de medietate decimæ in Kauchenheim & Forſtvelt cum Anſelmo de Grünenberg An. MCCLXXIX. transegit.

*Kauchenheim*, vicus cum eccleſia parochiali, in nonnullis ſec. XII. chartis *Vechenheim* ſcribitur. Dux Welfo prædium ſuum in loco, qui dicitur Vechehaim, monaſterio Regiſpontano An. MCLIII. Hagenoæ donavit. Curiam Vechenheim Fridericus I.



(*d*) Germ. *Kellercy Nider-Rœdern*.
(*e*) Conf. ſupra pag. 174. §. CCCIV.
(*f*) Vide ſupra loco cit.
(*g*) Germ. *die oberſte Vogtey und hochgerichts zu nider-Rœdern* &c.
(*h*) Pag. 180. §. CCCXIX.
(*i*) Conf. ſupra pag. 129. §. CCXVIII.

Imp. inter ejusdem monaſterii bona An. MCLXXXVII. enumerat, cujus prima Abbatiſſa Adelheidis de Vechenheim erat. Eccleſiæ in *Koechenheim* poſſeſſionem Capitulum S. Petri ſenioris, quod tum Rinoviæ erat, An. MCCCVII. adiit. Hoc de ſalario parochi cum Fleckenſteinenſibus Dynaſtis, intercedente Magiſtratu Argent. An. MDXLIII. transegit.

*Giſenheim*, vicus Eccleſiæ præcedenti adſcriptus. Cognominis in Rhenigovia Moguntinæ ditionis locus ab ALBERTO ARGENT. ad An. MCCCI. memoratur.

## §. CCCCXLVI.

Rieda ſuperior.

In Rieda ſuperiore ſex numerantur vici: *Seſenheim*, ubi totius hujus tractus Eccleſia parochialis, à Carolo IV. An. MCCCLXXII. memorata.

*Runzenheim*, ævo ſup. *Runsheim*, qui Catholicis ſacris totus addictus eſt.

*Auenheim*, aliis *Augenheim*, ubi religio mixta.

*Stattmatten*, qui & *Stackmatten* promiſcue ſcribitur.

*Dalhunden*, vicus in Rheni inſula jam ſitus, quem Anſelmus de Bazendorf ante Fleckenſteinenſes, ut feudum Landgraviale, poſſedit. Henricus Fleckenſteinius de Sulza, ab Ulrico Landgravio deſignatus An. MCCCXXXIII. Anſelmi ſucceſſor, (*l*) vivo hoc vicum in ſubfeudum accepit An. MCCCL. mortuo Anſelmo per Landgravios ipſos de Dalhunda cum reliquis Riedenſibus vicis An. MCCCLIX. inveſtiendus.

*Denckelsheim*, *Dengelsheim*, *Dangolsheim*, *Dinckelsheim*, diverſa unius ejusdemque loci nomina ſunt, obvia in chartis.

In inſula Rheni, quæ Riedæ ſuperioris pars fuit, vitiur munitiſſimum illud quatuor propugnaculorum (*m*) Fortalitium Ludovicianum (*n*) quod vocant, ex Cæſareæ olim arcis Hagenoenſis lapidibus, Matra & Rheno advectis, An. MDCLXXXIX. extructum. Pons ibi antea, in utraque Rheni ripa cornuto opere ſecurus, quem Gallicæ Delphinus, Philippiburgum obſeſſurus, anno præcedente trajecerat. Quod trans Rhenum erat opus, una cum ponte Riſwicenſis pacis articulo XXIV. abolitum eſt. In fortalitio ducenti circiter civium, quibus Magiſtratus ſuus, loci numerantur.

## §. CCCCXLVII.

Beinheim oppidum.

*Beinheim*, oppidum cum caſtro, quod in Sigeberti Landgravii charta, qua Fleckenſteiniis Beinhemii in feudum concedendi ſpem fecit An. MCCLV. *villa* nominatur. (*o*) An. MCCCXIV. ab Argentinenſibus & Hagenoenſibus poſt Sulzam igne dirutum eſt. (*p*) Quando Fleckenſteinenſibus Landgravii illud conceſſerint, non conſtat. An. MCCCXXX. Ulricus atque Johannes Landgravii Henrico juniori dotalitium in caſtri Beinheimenſis ſemiſſe conſtituendi; (*q*) & An. MCCCXLVIII. Ludovicus atque Fridericus, Oetingæ Comites, Henrico ſeniori Beinhemium cum ceteris Landgravialibus feudis nepoti ſuo tradendi, facultatem dederunt. Avum & nepotem Ludovicus Oetingenſis de Beinhemio, oppido & caſtro, An. MCCCLIX. inveſtivit, (*r*) quod triennio poſt à Carolo IV. Imp. firmatum. An. MCCCLXXXI. Henricus de Fleckenſtein, impetrata biennio ante Oetingenſium Comitum ad hoc venia, Beinhenium cum aliquot vicis Epiſcopo Argent. deinde Johanni & Henrico de Than, fratribus, atque Joh. Lyningo de Lœwenburg quartam caſtri & oppidi partem An. MCCCXCVII. oppigneravit.

An. MCCCCII. die martis ante nat. Deiparæ Henricus & Fridericus de Fleckenſt. pater & filius, Beinhemii, oppidi & caſtri, ſemiſſem cum vico adjacente *Littenheim* Bernhardo, Marchioni Badenſi, pro 6000. florenis vendunt, vel Argentinenſi Epiſcopo, vel Oetingæ Comitibus, qui dominium ejus directum ſibi vindicabant, nec non Abbati Selſenſi, pro vendito ſimul molendino feudali, congruam ſingulis ſatisfactionem polliciti. Alter, Fleckenſteiniis reſiduus, Beinhemii ſemiſſis eidem Marchioni biennio poſt venditus eſt. An. MCCCCLXII. Carolus Marchio captivus Friderico I. Elect. Palatino, cui

(*l*) LAGUILLE probat. pag. 36.
(*m*) *Baſtions.*
(*n*) *Fort-Louis.*
(*o*) Non villam, ſed feudum *in* ea promiſit Landgravius, quod ſupra ad pag. 129. §. CCXIX. notandum.
(*p*) KORNIGSHOV. Cap. V. §. CXXV.
(*q*) Charta in tabular. civitatis Argent.
(*r*) Supra pag. 129. §. CCXIX.

1. Eccleſia Paroch. 2. Capucini. 3. Oratorium Munimenti. 4. Hoſpitium
A Merid. ad Septentr. 400. ab




1. Templum Paroch. 2. Porta Weiſſenburg. 3. Vetus Caſtrum.
A Merid. ad Septentr. 200. a

ad pag: 244.




Utilitum Munimenti Alsatici. 5. Pons Rheni. 6. Rhenus. 7. Porta Alsatica.
ccid. ad Orient. 200. porticæ.




. Porta oppidi Superioris. 5. Hospitium peditum. 6. Lutera amnis.
Oriente ad Occid. 200. porticæ.



cui pro redemtione libertatis centum millia florenorum promiſerat, Beinhemium cum caſtello & telonio, nec non aliis locis, pignori tradidit. (*r*) Quinquennio poſt Elector caſtrum cum vico Littenheim Bertholdo de Windeck oppignerauit. (*s*) Præter hunc vicum & alius recentior *Neuhauſel*, juxta Rhenum ſitus, ſpectat ad oppidum. Capella ei vicina An. MCCCLII. jam veteris Beinhemii (*Alt-Beinheim*) deſignatur nomine.

## §. CCCCXLVIII.

Fata Pagi Riedenſis.

Quo tempore Riedenſis hic pagus, ſub Roſchwogienſi judicio provinciali comprehenſus, (*u*) ad Fleckenſteinenſes devenerit, non liquet. Prima, quam reperio, Landgraviorum inferioris Alſatiæ, quorum feudum erat, inveſtitura, integrum pagum concernens, An. MCCCLIX. data eſt. At pagum omnem jam antea in Fleckenſteinenſium manibus fuiſſe, charta An. MCCCLIV. qua Riedam hi inter ſe diviſerunt, nos docet. Obvenit enim illi Fleckenſteinenſium ramo, cujus auctor Rudolfus, quique Dominii Dagſtulenſis atque Baronis axiomate illuſtris An. MDCXLIV. exaruit. Hunc, quamdiu floruit, Oetingenſes Comites, poſt Landgraviatum jam venditum, inveſtire continuarunt; quamvis Epiſcopus Arg. emptor & poſſeſſor Landgraviatus directum quoque Roſchwogienſis judicii ſibi vindicaret dominium. Aſt Cæſares etiam Fleckenſteinios de iisdem feudis An. MCCCCLXXI. inveſtire cœperunt; quod vel artificio vel errori adſcribimus. Carolus IV. nempe reſiduos in Riedenſibus trium parochiarum Seſenheim, Roppenheim & Kauchenheim, vicis Imperiales homines Hagenoenſi Fleckenſteiniorum feudo caſtrenſi An. MCCCLXXII. adjecit; quos Fridericus IV. Imp. intelligens, pro hominibus vicos, quos inhabitaverant, in charta An. MCCCCLXXI. nominavit. (*x*)

An. MCCCLX. Rupertus, Elector Palatinus, longam Fleckenſteiniorum cum Advocato provinciali Alſatiæ controverſiam ſequeſter decidens, huic jurisdictionem criminalem & jus hoſpitii, Imperatoris nomine exercendam, illis reliqua in pago Riedenſi jura addixit. (*y*) In his ne turbarentur Fleckenſteinenſes, Sigismundus Imp. Ludovico Electori Palat. & Bernhardo Comiti Eberſteinenſi, Advocatis Alſatiæ, An. MCCCCXX. literas ſcripſit. Quæ Advocatiæ provincialis (*z*) fuerant, Lichtenbergenſibus Dynaſtis deinceps in feudum conceſſa ſunt, adeo ut quemadmodum Fleckenſteinenſes in Hatgovia Lichtenbergenſium, (*a*) ita Lichtenbergenſes in hoc Riedenſi Fleckenſteinenſium pago Advocatiæ Imperialis participes fuerint. Subortas de illa frequentes lites Advocati provinciales An. MCCCCLXX. & MDXVI. compoſuerunt. Philippus, Hanoico-Lichtenbergenſis, & Jacobus, Bipontino-Bitenſis, Comites ſua denique jura Henrico, Johanni & Georgio de Fleckenſtein, Baronibus in Dagſtul, pro mille florenis, manente tamen feudi feminini nexu, An. MDXXXVII. ſq. vendiderunt.

Incolis utriusque ſexus ſolita ſervitutis nota, quæ mortuarium (*b*) dicitur, inhæret. Ultimi Dynaſtæ heredes filiæ, præter dimidiam mulctarum partem aliosque Riedenſis pagi reditus, hoc quoque mortuarii emolumentum ſervarunt.

## §. CCCCXLIX.

V. Scultetatus Weitersweiler.

*Weitersweiler* & *Zuzendorf* in Dynaſtiæ Lichtenbergenſis ambitu, ille vicus feudalis, retro Buxovillam, hic allodialis prope Pfaffenhofium, Fleckenſteiniæ quoque Dynaſtiæ partes, unum ſcultetum habuerunt. Weitersvillæ caſtrum plurium Dynaſtarum, qui hic ſepulti ſunt, ſedes erat, quod noſtra ætate neglectum concidit; ex Alſatia per Lucelſteinenſes Vogeſi fauces in Weſtraſiam tranſituris viam aperiens. Vicus hic cum Hunenburgicis, à cujus nominis arce parum diſtat, Imperii feudis quibusdam ad Fleckenſteinenſes perveniſſe videtur. Vectigal ibi conceſſione Wenceslai Imp. An. MCCCLXXX. inſtitutum eſt. In literis inveſtituræ ante An. MCCCCXXI. ſolum vectigal; in ſequentibus vectigal, caſtrum & vicus, nominantur. Antiquiorem tamen feudalem vici cum Imperio nexum Ruperti Imp. diploma An. MCCCCIV. indicat, quo Friderico de Fleckenſtein ſemiſſem ejus redimendi licentia data, poſtquam Epiſcopo Argent. cum Beinhemio An. MCCCLXXX. fuiſſet oppigneratus. Tabularium civitatis Argent.



(*r*) Trithemius *de rebus geſtis Friderici Palat.* pag. 27.
(*s*) *Electa juris publ. Palat.* pag. 166.
(*u*) Inveſtituram literæ vocant, *das Landgerichte zu Roſchwog. die darfer darein gehoeret.*
(*x*) Literas has edidit Boecklerus inter *Diplomata*, Ænea Silvii *Hiſtoriæ Friderici* ſubjuncta, pag. 56.
(*y*) Charta in tabular. Hagenoenſi.
(*z*) *Landvogtey Hagenau.*
(*a*) Vide ſupra pag. 231.
(*b*) Germ. *fall*, *wull*.

nonnullas Friderici IV. Imp. literas ſervat, quibus caſtrum & vicum Weitersweiler Henrico, Bipontino-Biteníi Comiti, ereptum, & à Rudolfo Volzio, neſcio quo jure, petitum, cognita à Senatu Argent. juſſu Imperatoris cauſa, Conrado Dieterico de Rathſamhauſen An. *MCCCCLXXIX.* collatum eſſe apparet; quod tamen non locum habuiſſe videtur. Weitersvilla ſane in Fleckenſteinenſium Dagſtulenſis lineæ manibus fuit An. *MDLII.* quo Johannes Dynaſta ibi ſepultus eſt. Jus patronatus, à Capitulo Neovillano An. *MDXLVII.* emtum, penes Fleckenſteinios heredes manſit, cum vicus ad Rohanæum Principem transiret. Prope caſtrum fons ſcabioſis ſalubris eſt.

Zuzendorf. *Zuzendorf* ad Waſenſteinios nobiles tanquam feudum Landgraviale ſpectavit. Johannes de Waſigenſtein, cujus filia Henrico de Fleckenſtein, dicto de Bickenbach, nupta erat, ducentis marcis argenti conjugi ſuæ, Catharinæ de Hunenburg, pro dotario Landgraviorum conſenſu An. *MCCCXLV.* hic aſſignatis, vicum ſeptennio poſt genero ſuo per eosdem Landgravios conferri curavit. Huic vinculum vaſallaticum eo, quo Landgraviatus ipſe diſtractus eſt, anno *MCCCLIX.* remiſſum. Dimidia pars loci Ulrico de Vinſtingen pro ducentis libris denar. An. *MCCCLXXIII.* oppignerata. Vectigal vini Rudolfus II. Imp. An. *MDCII.* exigere Dynaſtis permiſit; poſt quorum interitum Geylingiis, & per hos Steincalenfelſiis, hereditario jure vicus obvenit. Eccleſia Zuzendorfiana cum decimis Neovillanæ Abbatiæ bonis annumeratur An. *MCLXXVIII.* Johannes & Cunradus de Zuzendorf fratres de quibusdam ſuis heic prædiis An. *MCCCXXX.* transegerunt.

## §. CCCCL.

VI. Hochweiler & Drachenbrunn. *Hochweiler* in Hatgovia, & *Drachenbrunn* (*c*) verſus Cleburgum, feudales ſunt vici, qui ſexum ſequiorem admittunt. Poſteriorem, qui Johannis de Schœnberg feudum Fleckenſteinenſe An. *MCCC.* fuerat, Fridericus de Fleckenſtein Wolfgango, Duci Bipontino, ſolutis ſibi octingentis florenis An. *MDXLVII.* idemque anno ſequenti Hochweiler, vicum cum caſtro, à ſe nuper conſtructo, Philippo, Hanoico-Lichtenbergenſi Comiti, obtulit. Drachenbrunnum libero Ducis Bipontini munere Gœlnizii, Hochvileram cum Gœlniziis reliqui Fleckenſteiniæ gentis heredes acceperunt.

VII. Lembach. *Lembach*, olim *Lænenbach*. In duas partes Sura dividit locum; è quibus altera, ubi templum, cum jure patronatus Eccleſiæ Argent. feudum, altera allodialis eſt. (*d*) Hanc Henricus de Fleckenſtein à Reinboldo de Ettendorf An. *MCCCLVI.* eo pacto accepit, ut ſine maſcula prole deceſſurus filiabus, & his deficientibus, cuilibet agnatorum ſuorum, absque ſexus diſcrimine, feudum poſſit legare. Feudalem partem Fleckenſteiniæ gentis heredes communiter; allodialem nobiles de Vitzethum poſſident ſoli.

VIII. Trimbach. *Trimbach*, olim *Drigenbach*, feudum à Friderico V. ejusque ex Jacobo fratre nepotibus, lineæ Rœderenſis Dynaſtis, Archiepiſcopo Trevirenſi An. *MCCCCLXXXIV.* pro ſeptingentis florenis oblatum; quod ultimus Fleckenſteinenſis Baro genero ſuo, Ignatio Ludovico Vizethum ab Egersberg, annuente & inveſtiente Domino directo, An. *MDCCX.* tradidit.

IX. Nieder-Seebach. *Nieder-Seebach*, vico præcedenti in ſacris junctus, à Jacobo, Bipontino-Biteníi Comite, Friderico de Fleckenſtein pro nongentis florenis An. *MDXLIII.* venditus; dein Breuningiis ab An. *MDLXXXIII.* uſque ad An. *MDCLXXI.* oppignoratus, per Vizethumios, Fleckenſteiniorum heredes, ut allodialem Lembaci partem emerent, Reifenbachio nuper denuo venditus eſt.

## §. CCCCLI.

Dynaſtiæ periodi. Dynaſtia Fleckenſteinenſis ſub antiqua Dynaſtarum ſuorum gente tres periodos vidit, ſub quibus totum ejus corpus vel conjunctum fuit, vel in partes diſtractum. Prima ab originibus gentis uſque ad An. *MCCCLIV.* procedit; quo Dynaſtia omnis duos inter ramos diviſa eſt; unde fecunda Dynaſtiæ periodus. Rudolfinus ramus, qui junior fuit, Dagſtulenſis quoque dein vocatus, Beinhemium omnemque XI. vicorum pagum Riedenſem cum Weitersvilla accepit. Fridericianus, ut ſenior, Fleckenſteinium caſtrum cum reliquis locis retinuit, in duos etiam paulo poſt ramulos abiturus; inter quos An. *MCCCLXXXV.* nova inſtituta partitio, qua Sulzenſem alter, alter Rœderenſem arcem

(*c*) Draconis fons.

(*d*) Pars feudalis *flecken*, allodialis *dorf*, vocari ſolet.

arcem cum vicis ſuis obtinuit, Hochvilera, Drachenbrunno & Kuzenhuſio, priori, Zuzendorfio, Lembaco & Trimbaco, poſteriori adjectis. Rœderenſis An. MDCXXXVII. primus, ſeptimoque poſt anno Dagſtulenſis ramus exaruit; unde tertia Dynaſtiæ periodus, qua Sulzenſis ramus ſuperſtes Dynaſtiam ſolus ad extinctionem uſque ſuam poſſedit. (*e*)

Henricus Jacobus, Fleckenſteiniæ gentis poſtremus, cum An. MDCCXX. expiraſſet, Hercules Meriadecus, Rohanæo-Soubiſius Princeps, Armandi Gaſtonis, Card. & Epiſcopi Argent. frater, vi ſpei An. MDCCVI. ſibi factæ, & inveſtituræ ſimultaneæ An. MDCCXII. aſſentiente Henrico Jacobo Fleckenſteinio, à Rege impetratæ, non Regiorum modo, olim Imperialium, ſed Colonienſium quoque feudorum poſſeſſionem adiit; quamvis priora fœminina eſſe, adeoque ad neptem filiasque ſuas jure devolvi, Henricus ipſe ſuperſtes, mutato animo, adverſus deſtinatum ſibi ſucceſſorem Regemque contenderat. (*f*) Lis poſt fata ejus ab heredibus continuata, (*g*) novoque adverſario, Principe Oetingenſi, qui utrumque Riedenſis pagi dominium, directum atque utile, denuo requiſivit, aucta, (*h*) à ſupremo Alſatiæ Senatu ad Aulam avocata eſt; ubi Rohanæa, quæ ipſius Regis erat, (*i*) cauſa triumphavit: ita ut pauca modo, quæ indicavimus, loca, quod vel allodia, vel feuda fœminina, vel à Dominis directis ultro collata eſſent, penes ſeminas manſerint heredes, quas Pars Genealogica exponit.

Auguſtanæ Confeſſ. doctrina Dynaſtiæ Fleckenſteinenſi circa An. MDXLIII. illata eſt. Hodie, ut in omni Alſatia, Catholici ubique intermixti ſunt Proteſtantibus. Vicos, qui ad illorum ſacra toti redierunt, ſuo loco annotavi. Nec deſunt ex Palatinatu vicino advenæ Reformati. Judæi vero Dynaſtia hac nunquam excluſi fuerunt. Religio.

Ceterum illa Dynaſtiæ pars, quam linea Rudolfina poſſedit, Dagſtulenſi Baroniæ juncta, poſſeſſori locum & ſuffragium in publicis Imperii Comitiis, ut Rhenani ſuperioris Circuli membro, aſſignavit. Cenſus ejus militaris ex Matriculæ Wormat. An. MDXXI. (*l*) hujusque moderationum (*m*) præſcripto, tres equites atque ſex pedites fuerunt. Linea Dagſtulenſi vero deleta, hacque Baronia amiſſa, cenſus Fleckenſteinenſis An. MDCXLVIII. & MDCXCVIII. ad unum equitem, unumque peditem fuit redactus. (*n*) Dignitas & onera.

## §. CCCCLII.

Sed præter loca enumerata, non pauca alia Fleckenſteiniæ Dynaſtiæ juncta fuerunt, variis modis atque temporibus inde diſtracta. Loca amiſſa

Indicavimus jam Eccleſiæ Weiſſenburgenſis vicos, quorum advocatia feudum Imperiale Fleckenſteinenſium fuit. Adolfus Naſſovius Imp. " centum & viginti marcas " argenti ſuper advocatiam quinque villarum, videlicet *Schweigen*, *Montem ad quatuor* " *turres*, *Wibre* & *S. Germani* apud Wiſſenburg, (*o*) ac *Mulhhofen* apud Bullinckeim... " in dotalitium, ſeu in donationem propter nuptias " Rudolfi de Fleckenſtein uxori aſſignari An. MCCXCII. permiſit, id quod ab Henrico VII. An. MCCCIX. & Ludovico Bavaro An. MCCCXXX. confirmatum. Advocatiam in *Steinfeld*, *Kapſweyer* (*p*) & *Otterbach* (*q*) Philippus de Hohenhuſe, Fleckenſteinenſium vaſallus, ipſorum conſenſu Weiſſenburgenſi Abbatiæ vendidit. Indicavimus quoque Maurimonaſterienſis Marcæ partem In Alſatia.

(*e*) Reſtiterunt quidem Oetingæ Comites, Riedenſem pagum Dagſtulenſis rami interitu ad ſe rediiſſe putantes, neque Cæſarem cauſæ ſuæ adverſum habuerunt. At Sulzenſis bellorum atque mutatæ dominationis favore ſuam facile tutus eſt poſſeſſionem.

(*f*) Paulo ante obitum ejus impreſſum eſt ſcriptum Tit. *Factum pour Meſſire Henry Jacquet, Baron de Fleckenſtein, & Supplement de faſtum contre M. le Procureur General du Roy defendeur.* fol.

(*g*) Prodiit Lutetiæ *Memoire, pour Dame Marie-Dorothée de Fleckenſtein, veuve de Wolfgang-Henry de Gaiſaita, & conſorts, contre le Prince de Robat & contre le Prince d'Oettingen.* fol. Item *Memoire ſommaire pour les Dames heritieres de la maiſon de Fleckenſtein &c.*

(*h*) Hic edidit *Factum pour M. Albert Erneſt Prince du S. Empire & d'Oettingue &c.* fol. Item *Supplement ſervant de reponſes &c. nec non Memoire ſommaire &c.*

(*i*) Præter *Memoire pour Herculet Meriadeck, Prince de Robat & de Soubiſe*, prelum quoque ſubiit *Memoire pour l'Inſpecteur General du Domaine*, cui & Fleckenſteiniæ heredes & Princeps Oetingenſis vanis conatibus reſponderunt.

(*l*) Cortrej. *Corp. Juris publ.* Tom. I. Part. V. pag. 36. ubi *Fleckenſtein* legendum pro *Falckenſtein.*

(*m*) Ibidem pag. 136.

(*n*) Ibid. pag. 154. & 178. ubi Dynaſtæ Fleckenſteinio-Dagſtulenſes, pridem extincti, pro Fleckenſteinio-Sulzenſibus nominantur.

(*o*) De quibus vid. ſupra pag. 175. §. CCCVII.

(*p*) Conf. pag. 176. §. CCCIX.

(*q*) Duos vicos *Otterbach*, ſuperiorem & inferiorem, in Præfectura Gutenberg. pag. 190. retulimus.

partem, (*r*) Wasenſteinium caſtrum, (*s*) vicosque *Niderſteinbach* (*s*) & *Bühel*, (*u*) qui nunc Dynaſtiæ Lichtenbergenſi adſcripti. De *Starberg* & *Gunſtett*, quorum advocatia Imperialis quoque penes Fleckenſteinios erat, in Hagenoenſi Præfectura; de *Hofen* & *Bieren* vicis, qui An. MCCCLXXVI. Schweighardo de Sickingen traditi ſunt, in Hohenburgenſi Dominio agetur. *Kefenach*, de quo ſupra, (*x*) Carolus IV. Imp. An. MCCCXLVIII. Fleckenſteiniis contulit, quibus eodem anno cum Ochſenſteinenſibus de vici hujus jurisdictione lis fuit.

Extra Alſatiam.

*Dagſtulenſem* Dynaſtiam, Archiepiſcopi Trevir. feudum, (*y*) inter Moſellam Saramque ſupra Birckenfeldam in Weſtria ſitam, Rudolfinus Fleckenſteinenſium ramus, ſeculo XIV. ad finem vergente, matrimonio acquiſivit, eamque ejusdem rami poſtremus Domino directo vendidit. Dimidiam caſtri *Sweck* partem Elſa de Fleckenſtein, Rudolfi de Berckheim uxor, à ſorore ſua, Burcardo de Landſperg nupta, heres accepit, ſuoque ex fratre nepoti Henrico An. MCCCXXXIX. hoc pacto tradidit, ut ſi Henricus, quod accidit, improlis moreretur, ad Elſam ejusque maritum cum alia, quæ antea Henrici fuerat, parte rediret. An. MCCCCLII. & LXXXII. Epiſcopus Baſil. Henricum ſeniorem de Fleckenſtein de veteri caſtro *Oberetſch*, nec non vicorum *Oberetſch* & *Duchingen* ſemiſſe inveſtivit. *Rupersberg* caſtrum, cum duorum vicorum *Gomersheim* & *Freyſpach* ſemiſſe, qui feudum Imperii erat, Jacobo III. & Ludovico de Fleckenſtein, ductis duabus ſororibus, Barbara & Urſula de Ingelheim, commune, in diviſionis pacto, cum Jacobi III. filiis An. MDXXXIII. inito, Ludovicus ſolus retinuit; à quo per Annam filiam ad Camerarios de Worms, dictos Dalbergios, Fleckenſteinenſium conſenſu An. MDXLI. pervenit. *Alt-Windeck*, arx trans-Rhenana prope Schwarzacum, defuncto Jacobo à Windeck, à Wilhelmo, Marchione Badenſi, absque ullo Landſaſſiorum onere, Fleckenſteinenſibus An. MDCXXVIII. in feudum collata fuit.

## §. CCCCLIII.

Præfectura Kutzenhauſen.

Sed proprior nobis, quam ſubjungimus, Kuzenhuſiana ſeptem vicorum Præfectura, inter Sulzam atque Gersdorfium ſita, quæ, uti Sulzenſis, *Parœcia* (*z*) vocatur, quod vici omnes, poſtremo tantum excepto, uni parocho ſubſunt. Incolæ, ſervilis conditionis olim, mortuarium etiamnum præſtant.

*Nider-Kutzenhauſen*, ubi caſtrum & parochialis ſex locorum eccleſia, Fleckenſteinenſes ab Ettendorfiis fec. XIV. in feudum tenuerunt. An. MCCCXII. Wolframus de Fleckenſtein, quidquid juris in *Nider-Kuzenhuſen*, judicio, patronatu & adhærentibus ei vicis *Heldenſtng* & *Merckewihre* ab Ettendorfiis Dynaſtis tenuit, ſororis ſuæ filio, Anſelmo de Hohenſtein equiti, vendidit. Heinricus junior de Fleckenſtein eundem locum, conſenſu Reinboldi de Ettendorf, Dietrico de Hus, ſocero ſuo, An. MCCCLXII. & Præſuli Argent. cum Beinhemio An. MCCCLXXXI. oppigneravit.

*Ober-Kutzenhauſen*. Advocatia ejus & jurisdictio criminalis inter Imperialia Fleckenſteinenſium feuda recenſetur. Fridericus ſenior lineæ Rœderenſis, non conſulta Sulzenſi propiore, Fleckenſteinio-Dagſtulenſi ramo An. MDXXVII. eam vendidit.

*Feldbach*. *Halsloch*, olim *Heldenſtng*, & *Heilenſtoch*. *Merckweiler*, verſus quem minera aſphaltica Lamperslochio procedit. *Luſam* ex dimidia tantum parte. (*a*)

*Mattſtall*, à Lembacenſi parochiali eccleſia pendens, cum Hirzſtall aliisque locis, S. Walpurgis monaſterio per Godofredum de Fleckenſtein Comitem An. MCXXIX. donatus ſcribitur. (*b*) Sec. XV. *Nider-Mattſtall* dicebatur; ubi Henricus Munchenheimer Bipontinus, & uxor ejus Eva de Utweiler, quartam judicii partem Johanni & Jacobo de Fleckenſtein An. MCCCCLXXIV. cum aliis bonis tradiderunt. Propinqua ei officina vitriaria, quæ vici deſtructi *Ober-Mattſtall* nomen retinet. In hoc Henricus Dagſtulenſis Friderico, filio ſuo, & uxori ejus, judicium cum aliis bonis An. MCCCCXI. contulit. Eundem vicum Fridericus Petro de Kirſpach ſub retractus conditione An. MCCCCLII. vendidit.

## §. CCCCLIV.

(*r*) Pag. 215. §. CCCXCIV. Fridericus de Fleckenſtein ſuam quidem partem Georgio Dietr. de Bœdigheim An. MDLXVII. teſtamento legavit.
(*s*) Pag. 233. §. CCCCXVIII.
(*t*) Pag. 230. §. CCCCXXV.
(*u*) Pag. 231. §. CCCCXXVI.
(*x*) Pag. 187. §. CCCXXXVI.
(*y*) Vid. Hontheim *Hiſtoria Trevir.* Tom. II. pag. 41.
(*z*) *Kirchſpiel*.
(*a*) Vide ſupra pag. 242.
(*b*) Debus apud Schilter. *Gloſſar.* pag. 35.

## §. CCCCLIV.

Præfectura itaque hæc eosdem, quos Riedenſis pagus, Dominos habuit, Barones Fleckenſteinio-Dagſtulenſes; quibus Jacobus, Bipontino-Bitenſis Comes, Lichtenbergica ſua jura in *Ober- & Nider-Kotzenhuſen*, in Veltpach, *Hedlloch*, *Merckweiler & Luſaw* transactione reliquit. His autem An. MDCXLIV. extinctis, ultimi Baronis ſoror, Anna Sibylla, terræ hujus allodialis heres, eam Carolo Guſtavo, Cleburgo-Palatino, cujus terræ vicinæ erant, ſexennio poſt vendidit. Hic Sueciæ ſolio impoſitus, Præfecturam hanc Carolo Chriſtoph. Comiti de Schlippenbach, prætorianorum ſuorum Tribuno, paulo ante collatam, ſorori denique ſuæ Chriſtinæ Magdalenæ, Marchioni Bada-Durlacenſi Friderico IV. nuptæ, filioque ejus natu ſecundo, Carolo Guſtavo, An. MDCLVI. donavit. Caroli filia unica, Chriſtiana Juliana, Jo. Wilhelmo Eiſenaco-Saxoniæ Duci matrimonio juncta, eandem Dorotheæ Fridericæ, Jo. Reinharti Hanovio-Lichtenbergenſis Comitis conjugi, ex Marchionum Brandenburgo-Onolsbacenſium ſanguine oriundæ, An. MDCCV. vendidit; unde per hujus filiam ad Principes nepotes atque neptem Haſſo-Darmſtadienſes, penes quos nunc eſt, devenit. Fata ejus.

# DYNASTIA SCHOENECK.

## §. CCCCLV.

Bitenſes inter & Fleckenſteinias terras, ut & Niederbronnenſem inter ac Woerdenſem Præfecturas, montuoſus octo leucarum diſtrictus eſt, ſeptem caſtrorum novemque vicorum capax. Duo caſtra, *Schœneck* & *Hohenfels*, totidem Dynaſtiarum illuſtrium, quarum priorem Vinſtingenſes, (*c*) poſteriorem Ettendorfii poſſederant, ſec. XIV. capita fuerunt. Hohenfelſianæ Dynaſtiæ nomen cum ipſa gente ceſſavit. Schœneckianæ appellatio, aliquandiu etiam intermiſſa, novo denique ſignificatu revixit, ex quo ad Durckhemios, poſſeſſores hodiernos, pervenit; inſignem Hohenfelſianæ partem aliaque, ſeparata olim, loca complectens. Dynaſtia ambitus.

## §. CCCCLVI.

*Schœneck* (*d*) caſtrum, quod poſt Lichtenbergenſium Dynaſtarum interitum Simoni Weckero, Bipontino-Bitenſi Comiti, An. MCCCCLXXX. obvenit, Reinhartus, Simonis filius, Eckbrechtis de Durckheim An. MDXVII. in ſubfeudum contulit; feudum quod ipſe ab Epiſcopo Argent. tenebat; qui jus aperturæ ſibi, æque ac Comiti, ſervans, ſubinveſtituram probavit; addita conditione, Durckhemii caſtrum ut collapſum reficerent. Fridericum Epiſcopum, Capituli ſui atque Johannis de Lichtenberg conſenſu, illud ædificaſſe, produnt ſcriptores. (*e*) Reſtauratio ſeculo ſup. à Durckhemiis tentata, variasque ob cauſas iterum fuit omiſſa. Schœneck caſtrum.

Cum caſtro hoc vici *Dambach* & *Neunhofen*, prior autem ex quadrante modo, Durckhemiis collati ſunt, qui & alium Dambaci quadrantem à Philippo, Hanovio-Lichtenbergenſi Comite, An. MDXLII. impetrarunt. Reliquum vero Dambaci ſemiſſem Abbatia Sturzelbronn. à Boimundo de Ettendorf An. MCCCLXXXVII. dono accepit; ducentis marcis argenti à poſteris ſuis, ſi vellent, redimendum. Sed & Ettendorfianæ ditionis Neunhofium fuit, priusquam jure emtionis Lichtenbergicæ accederet. (*f*) Ettendorfii à Bipontinis Comitibus An. MCCCLX. de illo inveſtiti ſunt. (*g*) Vicus cum jure patronatus Durckhemiis traditus. Vici.

Schœneckianum hoc feudum ex primæ inveſtituræ formula ad præſtandas operas militares vaſallum obligavit, ita quidem, ut ipſe cum duobus equitibus armatus, quandocunque Domino directo placuerit, compareret, vel ſi ipſe non poſſet, duos ſaltem equites mitteret.



(*c*) Dominorum de Vinſtingen & Schœneck nomen in chartis noſtris ſec. XIV. obvium. Anonymum *Dominum de Schœneck* Alberus Argent. *Chron.* pag. 158. ad An. MCCCLI. memorat. Nobiles de Schonck, circa An. MCCCCLXVIII. extinctos, vide apud Herzog. Lib. VI. pag. 205.

(*d*) Lat. Angulum pulcrum ſignificat. Plura in Alſatia caſtra, quorum nomina in *eck* deſinunt, Hanneck, Laubeck, Schirmeck, Freudeneck, Windeck, Landeck, &c.

(*e*) Herzog in *Chron.* Lib. III. pag. 54.

(*f*) Herzog. Lib. cit. pag. 53.

(*g*) Idem Lib. V. pag. 136. ubi locum hunc *Newhofen* male vocat. In vetuſtioribus chartis *Nimhofen* ſcribi ſolet.

*Windeck* & *Wiſchhoſs*, caſtella retro Schœneckium ſunt; illud feudum Lichtenbergenſe, hoc allodiale; noſtris Geographis atque ſcriptoribus ignota, qui Windeckium caſtrum trans Rhenum, (*b*) Badenſe Fleckenſteinenſium feudum, noverunt. (*i*) A Windeckio noſtro duæ villæ, *Windecker-thal* & *Fiſcheracker*, quæ cum ipſo feudales, pendent.

## §. CCCCLVII.

Hohenfels caſtrum.

*Hohenfels*. Fridericus de Ettendorf chartam ſuam pro Rudolfo de Fleckenſtein An. MCCXCIII. datam ait: *in caſtro meo Hohenfels*. Seculi XIV. initio illud cum curte in Dambach & Berſtein, nec non hominibus ultra Bruſcam in Alſatia ſuperiore habitantibus, inter Ettendorfiana Eccleſiæ Argent. feuda numeratur; (*l*) cui prævia quatuordecim annorum oppignerationc An. MCCCXCVIII. venditum legitur. (*m*) At venditionis hujus nullum vel breve ſaltem robur fuiſſe, plura nobis perſuadent. Aliam ſane, Lichtenbergenſibus Dynaſtis factam, HERZOGIUS (*n*) prodit. A Lichtenbergenſi vero Dynaſtia cum Dambaci quadrante Hohenfelſii diruti femiſſis An. MDXLII. ad Durckhemienſes devenit, altero femiſſe quum jam fuiſſent potiti. Subjungimus ei vicos aliquot, Hohenfelſianæ Dynaſtiæ ſub Ettendorfiis olim adſcriptos, diſparique nexu ad Durckhemios nunc cum illo ſpectantes.

## §. CCCCLVIII.

Froſchweiler aliique vici.

*Froſchweiler* prope Werdam, ubi junioris ex Durckhemiis ſedes. Vicum hunc Anſelmus de Blumenſtein Sigismundo Krieg equiti An. MCCCXXXVI. in feudum dedit, lite ſuorum biennio ante cum Jo. & Ottomanno de Ochſenſtein ibidem terminata. (*o*) Per Ettendorfios Præfuli Argent. cum caſtro Hohenfels An. MCCCXCVIII. venditus, ſed & Eckbrechtis octennio poſt per eosdem collatus eſſe memoratur. (*p*) Sequenti vero tempore Argent. Epiſcopus Eckbrechtos de illo, nec non de Nehweiler & Efelshauſen vicis, conſtanter inveſtivit. In Froœſchweiler autem patronatus ac decimarum jus allodiale Durckhemii à Collegiata Selſenſi An. MDXL. emerunt. *Nehweiler* in literis feudalibus, ante Froœſchweiler, *Neuweyler* & *Nebweiler* ſubinde nominatur. Hic curia domitica monaſterii S. Walpurgis fuit, quæ cum Cœnobii Bibliſheimenſis jure, à Sturzelbronn. Abbatia de ſingulis Abbatibus ſuis vita defunctis mortuarium repetendi, Durckhemiis nobilibus An. MCCCCLXIV. vendita. *Ejchhauſen* villa erat An. MCCCCXXII. cum Jo. Schotte, civis Hagenoenſis, Epiſcopi Argentinenſis, ut Domini directi, permiſſu Durckhemios in poſſeſſionis ſocietatem aſſumſit. (*q*) At vicennio poſt inter vicos comparet. Proximus ei viculus novus, ad Durckhemios quoque pertinens, *Lienenhauſen* appellatur.

## §. CCCCLIX.

Langen-Sulzbach.

*Langen-Sulzbach* à rivulo, qui perlabitur, & à forma oblonga nomen trahit. Conradi, Silveſtri Comitis cum Woerda (*r*) peculium, Henrico de Fleckenſtein pignori datum fuiſſe, ex Henrici, Epiſcopi Argent. charta An. MCCLV. elucet. (*s*) Reymboldus de Ettendorf " *Langenſolzbach* cum ſuis pertinenciis, que illi de Wynſtein „ tenebant de me in feodum, bannum & juſtitiam majorem & minorem, cum nemore „ ibidem, quod appellatur *die hart* „ inter feuda ſua Lotharingica An. MCCCLXIX. enumeravit. Pars vici hujus Durckhemiis per Winſteinios: (*t*) judicium inſerius Lichtenbergicis Dynaſtis per Lamparthemios nobiles, An. MCCCCLVII. venditum. (*u*) Semiſſis alter Bipontinum ab An. MDXXXV. alter, prouti caſtrum Schœneck, Argentinenſe Lichtenbergenſium feudum, atque ab An. MDCII. Durckhemiorum ſubfeudum eſt.

§. CCCCLX.

---

(*b*) De hoc loquitur KORNICHOVIUS Cap. V. pag. 330.
(*i*) Conf. ſupra pag. 248.
(*l*) Vid. ſupra pag. 267. init.
(*m*) In ſcrinio Epiſcopali Tabernis.
(*n*) Lib. III. pag. 52. fin.
(*o*) Tabular. Fleckenſtein. Argentorati.
(*p*) Bcmundus de Etendorf, Dom. in Hohenfels, Henrico Eckbrechto de Durinck. equi.i An. MCCCCVI. in feudum largitus eſt *ſonſer dorf Froſchtwuire gelegen by Werde, in beſſerunge ſinre lehen . . . unde die Eſſunge eins viertam tetit, alſo et Walther von Thanne ſtet.* Ita autographum tabularii Durckheimenſis. HERZOGIUS Lib. V. pag. 136. bis *Foſſweiler* pro Froſchweiler ſcribens, hoc ad An. MCCCCV. ponit, atque biennio poſt vici hujus ſemiſſem, quem juris Lichtenbergici fuiſſe Lib. III. pag. 54. tradit, Fleckenſteiniis collatum, neſcio quo teſte, refert.
(*q*) In autographo dicitur *lehen gelegen zu Froſchwuire mit namen der hof genant Eſchhauſen.*
(*r*) De qua ſupra pag. 230.
(*s*) *Parerga Gesting.* Tom. I. Lib. II. pag. 111.
(*t*) HERZOG. Lib. III. pag. 54.
(*u*) Ibid. Lib. VI. pag. 185.

## §. CCCCLX.

Winſtein. caſtra.

*Alt-Winſtein* & *Neu-Winſtein*, (*x*) illud majore ex parte, hoc totum, Spirenſis Eccleſiæ feudum, ad Durckhemios ſpectant. De veteri ALBERTUS ARGENT. (*y*) ad An. MCCCXXXIV. ſcribit: " De Schmalſtein miles, ſuper optimo caſtro *Winſtein* " ſuſtinens Conradum de Winterbach, Epiſcopum (Argent.) ad multas coegit expenſas: " propter quod ipſe Epiſcopus & Hageñowenſes, quos etiam idem miles læſerat, idem " caſtrum X. hebdomadibus potenter obſidentes, quatuor machinis, duobus cattis & " LXXX. ſoſſoribus ipſum funditus deſtruxerunt. " Schmalſteinius ille miles ex gente fuit Winſteinia, quæ ab ipſo hoc caſtro nomen mutuavit. Carolus IV. duobus Ludovicis, Oetingæ Comitibus, vetus Winſteinium An. MCCCLXVI. addixit, idque Civitati Argentinenſi, ut Comites hos juvaret, literis Noribergæ ſignificavit. Hoc enim caſtrum feudum fuit Imperiale, inter plures poſtea, Leiningenſem, Lichtenbergenſem, Eckbrechtorum de Durckheim, Nageliorum, Winſteinenſium aliasque diviſum familias; quæ omnes ſolenni pacis caſtrenſis formulæ, An. MCCCLXXXIX. primum conſcriptæ & ab Electore Palatino confirmatæ, An. MCCCCXXXVIII. acceſſerunt. Durckhemios Fridericus IV. Imp. de ſexta ejus parte (*z*) An. MCCCCLXXI. inveſtivit. Aliam æqualem poſt Nagelios atque Landſpergenſes partem ab Electore Palat. An. MDCLXIV. iidem acceperunt. Trientem vero jure proprio poſſident. (*a*)

Novum Winſteinium, cum Leyfrido de Kœnigsbach, dicto Nagel, & Jo. de Altorff ſubeſſet, à Leiningæ Comitibus An. MCCCXLV. fuit everſum. (*b*) Caſtrum Wynſteyn in Vaſagio Carolus IV. Imp. inter Epiſcopi Spirenſis bona An. MCCCLXVI. recenſet. (*c*) Epiſcopus pro feudali, porcos in ſilva Apiana (*d*) ſaginandi, jure recepto An. MDCXLVIII. Durckhemiis viciſſim id contulit.

In valle ſubjecta, quæ & Venatoria & Winſteinenſis (*e*) dicitur, viculus *Winſtein* & villa *Gimſel*, allodialis uterque, nec non minera & officina ferri, (*f*) ad Winſteinia hæc caſtra referuntur.

## §. CCCCLXI.

Drachenfe's caſtrum.

*Drachenfels*, Rupes ſive caſtrum Draconum, trans Luteram ſitum, partim allodiale; partim Electoris Palatini, ut Clingenſis Abbatiæ poſſeſſoris, feudum; quod Argentinenſes An. MCCCXXXV. cum caſtro Ramſtein diruerunt. (*g*) Anſelmus de Drachenfels, fratris ſui Eberhardi nactus conſenſum, quidquid juris in caſtro hoc & adhærentibus ei vicis habuerat, An. MCCCXLIV. Bipontino Comiti Walramo vendidit. Walramus ſemiſſem caſtri Gerhardo de Weiskirchen an. MCCCLIII. quamdiu viveret, & ſeptennio poſt, propter oblatam ſibi dimidiam arcem Weiskirchen, quæ media fere via inter Bitim atque Hombacum eſt, ut feudum hereditarium, tradidit. Alterum ſemiſſem Eberhardus, Comes Bipont. Bitenſis, Heinrico & Thomæ fratribus de Otterbach An. MCCLXXXIV. oppigneravit. Hanemannus Comes partem ejusdem, Henrici Eckbrechti obitu ad ſe redeuntem, Henrico de Otterbach retractus conditione An. MCCCCIX. vendidit. Mortuo Conrado de Otterbach An. MCCCCXXVIII. Simon Weckerus Comes dimidiam portionis, quam habuerat, partem Alhemio Eckbrechto dedit, eique octo poſt annis, ut ſemiſſem arcis, quam Henricus de Otterbach tenebat, ſuo nomine redimeret, permiſit, anno ſequenti Alhemio atque Hertwigo fratribus cum Weiskirchæ ſemiſſe (*h*) lege feudali conferendum. Majorem itaque Drachenfelſæ partem, ut feudum Bipontino-Bitenſe, Durckhemii ſcc. XV. conſecuti ſunt, poſt extinctos Comites Bitenſes à Collegiata, olim Abbatia, Clingenſi, cui dominium ejus directum pridem competierat, uſque ad An. MDCXVIII. hocque à tempore à Palatinis Electoribus, quibus equitem unum vel tres pedites ideo præſtabant, inveſtiendi. Reliquam partem cum Ganerbiis pluribus habuerunt communem, & Ganerbiatu tandem expirante ſoli allodialem retinuerunt.



(*x*) Vocantur etiam *Hinder-Winſtein*, quod vetus, & *Vorder-Winſtein*, quod novum.

(*y*) *De vetusta Ecclesiæ Argent.* pag. 171. cont. KOENIGSHOV. pag. 322.

(*z*) *Ein dritter theil an dem halben ſchloſſ Winſtein.*

(*a*) De quo lis inter Hanoviæ Comitem & Durckhemios An. MDCCVI. amice compoſita; ubi reliquus triens, ut feudum regium, penes Dyn. Riam Lichtenberg. remanſit. Vid. ſupra pag. 232.

(*b*) HERZOG. Lib. III. pag. 50

(*c*) In *dedull.* Spirenſis Ep. pro *Monaſterio S. Lamperti* pag. 6.

(*d*) Vulgo *Biernwald*. Vid. ſupra pag. 174. §. CCCIV.

(*e*) *Jagerthal*, *Winſteinerthal*.

(*f*) Quæ Dietrichianæ familiæ Argent. An. MDCLXXXV. in emphiteuſin data.

(*g*) KOENIGSHOV. Cap. V. pag. 322.

(*h*) Durckhemii Weiskircham Schwebelio Bipontino. Jura utriuſque Lic. circa An. MDCVII. venditerunt.

Drachenfelsa nimirum ineunte jam sec. XV. castrum gænerbiale fuit. An. MCCCCVII. Hannemannus, Comes Bipontinus, ubi aperturæ, quod serva verat, jure usurus foret, pacem castrensem Ganerbiorum se probaturum promisit. An. MCCCCLXXI. Johannes Richter de Kütttelsheim, Burggravius ibidem, ejusque filius Wolfius, cum ædilibus atque Ganerbiis, (*i*) qui eum ceperant, intercedente Wycharto de Hohenberg, in gratiam redierunt, pro sua in castro hoc sede ducentos florenos accipientes. Pacis castrensis charta An. MDX. viginti quatuor Ganerbios enumerat, in quibus Franciscus de Sickingen septimus occurrit, tredecim post annis sibi, castro & Ganerbiatui huic illaturus excidium. Tum enim Trevirensis & Palatini Electorum, Hassiæque Landgravii, quos ille infestaverat, armis Drachenfelsa oppugnata, apparatu militari licet probe instructa, in oppugnatorum potestatem transivit. (*l*)

## §. CCCCLXII.

Vici. Castro & feudo huic Palatino vicus *Busenberg* & villa *Bærenbronn*, quæ sec. XV. vicus erat, juncti sunt. Busenberga, parochiæ Schwanheimensi prius adscripta, peculiarem sibi parochum An. MCCCCXC. accepit.

Sed & vicus *Erlebach* Drachenfelsio adhæsit, quem Domini directi fcstu Durckhemii An. MCCCCXC. Johanni de Tratt equiti vendiderunt, quemque Waldenburgii Barones jam possident. Feudalibus tamen Durckhemiorum literis usque ad initium hujus seculi insertus est.

Loca amissa. Durckhemii bona inter sua feudalia quoque vicum *Mellich*, retro castrum Lichtenberg, à quo pendebat, situm, & castellum in *Rohrbach* (*m*) sec. XV. numerarunt. De priore per Jacobum, Lichtenbergensem Dynastam, una cum Jo. Kranzio An. MCCCCLX. investiti sunt, postquam Rudolfus de Bietenheim Bechtoldum Kranzium, generum suum, An. MCCCXCVIII. in feudi hujus possessione sibi junxisset. At Hertwigus de Durckheim, aliis bonis vicissim acceptis, Domino directo hoc An. MCCCCXCV. restituit.

, Rohrbacense castellum ex dimidia parte Cuno de Durckheim post socerum suum, Johannem de Weitenmuhlen, ab Episcopo Spirensi An. MCCCCLII. obtinuit. Præter has investituræ literas nullæ deinceps occurrunt.

## §. CCCCLXIII.

Dynastia Hohenfelsia. Dynastia Hohenfelsiana, quam Ettendorfii possidebant, præter castrum *Hohenfels* & *Frydbrweiler*, *Dambach*, *Neunhofen*, *Langen-Sulzbach* vicos, Dynastiæ Schœneckianæ jam adscriptos, sequentia quoque loca comprehendit.

*Forstheim*, Præfecturæ Hagenoensis jam vicus. *Frenchweiler*, vicus ignotus. (*n*) *Offweiler* ex dimidia parte. (*o*)

*Grosteinhausen* & *Kleinsteinhausen*, feuda cum tribus præcedentibus Lotharingica, Alberto de Zweibrucken An. MCCCLXXXV. oppignerata, atque Henrico Eckbrechto de Durckheim An. MCCCXCVIII. in subfeudum tradita, (*p*) in Weltria prope Hornbacum sita sunt.

*Mulhausen*, de quo inter feuda Ecclesiæ Argentinensis. (*q*) *Ettendorf*, unde genti olim nomen, Præfecturæ Hagenoensi jam vicus, uti Forstheim, adscriptus. *Steinbach*, Bipontinum antea feudum. (*r*) *Engweiler*, Dynastiæ Lichtenbergensis vicus. (*s*) *Lembach* (*t*) & *Nider-Kuzenhausen*, (*u*) ab Ettendorfiis ad Fleckensteinenses Dynastas translati. *Lutzweiler*

---

(*i*) *Exmeistere und gemeinere.*

(*l*) Casp. Sturm. & ex eo Schilbel in *vita Casp. Agatiæ* pag. 112. sq. Bartholomaus Latomus hanc Drachenfelsæ destructionem cecinit:

» Audiit & timuit rupes invisa Draconum,
» Prædonum hospitium infestum, vicesque negavit
» Objicere ipsa suas, quamvis circumdata muro,
» Præceptisque locorum aditis sublime levaret
» In media astra caput, celsasque attolleret arces.
» Quin sese excidio tristi subjecit & armis
» Sponte sua politis. Veniam haud dignata mereri
» Occubuit rapidis cecidisque à culmine flammis.

Vid. Schardii *Scriptores rer. germ.* Tom. II. pag. 130.

(*m*) Intelligendus videtur vicus Waldrorbach, de quo pag. 174. §. CCCV.

(*n*) Nominatur cum reliquis feudis Lotharingicis in allegata Reinboldi de Ettendorf charta recognitionis An. MCCCLXIX. ubi fortassis *Frydbrweiler* intelligitur.

(*o*) Conf. supra pag. 226.

(*p*) Herzog. Lib. V. pag. 136.

(*q*) Supra pag. 171. §. CCXCVIII.

(*r*) Herzog. loc. alleg.

(*s*) Supra pag. 226.

(*t*) Supra pag. 246.

(*u*) Ibid. pag. 248. §. CCCCLIII.

*Lutzweiler*, *Boſſweiler* & *Zeirweiler*, Weſtriæ quoque vicos, Arnoldus de Sierck à Bemundo de Ettendorf An. MCCCCIII. in feudum accepit. (*x*) In *Herbolsheim* ad Saram Fridericus de Ettendorf Heinrico de Fleckenſtein, ut quinquaginta marcarum dotalitium uxori ſuæ conſtitueret, An. MCCXCIII. permiſit. *Biſchweiler* & *Hæuhofen* Ettendorfii poſſederunt, ut pignus. (*y*)

## *DOMINIUM HOHENBURG.*

### §. CCCCLXIV.

Hohenburgenſe Dominium, ex duobus caſtris, nunc dirutis, totidemque vicis conſtans, inter duo olim notiſſima caſtra, Weglenburg & Fleckenſtein, ſeſe extendit.

Hohenburg caſtrum, unde Dominio nomen, Pülleros veterem ac divitem Alſatiæ inferioris gentem, ſec. XIII. uti videtur, habuit auctores, quibus inde natum cognomen. Caſtrum hoc allodii naturam conſtanter ſervavit. Ultimus gentis, Reinhardus, An. MCCCCLXXXII. obiit. Eliſabetha ſoror, Eberhardo Hofwartho de Kirchheim nupta, quartam Hohenburgi & duorum ab illo pendentium vicorum partem Ludovico Palatino, Advocato provinciali Alſatiæ, vivo fratre ſuo An. MCCCCLXXIII. permiſit. (*z*) Reinhardus ejusdem caſtri trientem Hofwartho, affini ſuo, ejusque filiis circa An. MCCCCLXXVIII. conceſſit. (*a*) Sed & Margaretha de Hohenburg fuit, Richardi vel ſoror vel filia, quam Schweighardus de Sickingen, Franciſci illius pater, duxit uxorem; unde Hohenburgenſe dominium ad Sickingenſes pervenit. Drachenfelſio combuſto Hohenburgum etiam, à Trevirenſi & Palatino Electoribus deditione captum, die 12. Maij An. MDXXIII. flammis interiit. (*b*) Hohenburg caſtrum.

Alterum Hohenburgenſis hujus Dominii caſtrum, Hohenburgo proximum, *Lœwenſtein*, ab aliis *Lauenſtein* dicitur. Wolframus de Lœwenſtein id Rudolfo Imperatori, Rudolfus Ottoni de Ochſenſtein An. MCCLXXXIII. tradidit. (*c*) Pax caſtrenſis ibidem inter Ottomannum de Ochſenſtein & Henelium Streiff de Landenburg An. MCCCLXXX. confecta. (*d*) Poſtea Pulleri de Hohenburg per Ochſenſteinenſes de illo inveſtiti fuerunt. Dominium directum ad Bipontinos, & per hos ad Hanoico-Lichtenbergenſes Comites; utile cum Hohenburgo ad Sickingenſes devenit. Lœwenſtein caſtr.

### §. CCCCLXV.

Vici duo, qui ab his arcibus pendent, *VVindſheim*, vulgo *VVingen*, & *Klimbach* vocantur. Prior cum Lœwenſteinio feudalis, poſterior allodialis eſt. An. MCCCXXXIV. Reinboldus & Conradus de Windeck curiam & jura ſua Johanni de Waſchenſtein; hic triennio poſt trecentas marcas uxori ſuæ pro dotalitio conceſſerunt Windhemii. (*e*) Uterque vicus Auguſtanæ Confeſſioni adhæret. In Windhemio utriusque eccleſia parochialis. Vici.

Sed cum Lœwenſteinio atque Windhemio feudales vicos alios, *Keſſenach* nempe, *Bernbach*, *Hofen* & *Büren*, Sickingenſes poſſederunt, Bipontino Ducatui pridem adſcriptos. (*f*) Poſteriores duos Fridericus Blochholz, S. Petri Jun. Argent. Præpoſitus, Wirico de Hohenburg & Johanni de Fleckenſtein, annuum ſibi canonem præſtituris, An. MCCCCL. tradidit. Johanni Fleckenſteinio, Reinhardi de Hohenburg fidejuſſori, Schweighardus de Sickingen An. MCCCCLXXVI. illos eripuit. (*g*)

## VICI IMPERIALES ADVOCATIÆ ALSATIÆ.

### §. CCCCLXVI.

Imperialium quadraginta vicorum corpus nobis exponendum jam ſupereſt, quos *Præfectoriales* quoque vicos appellant, quod ſub Præfectura Alſatiæ, Imperiales X. urbes defendente, vici hi conſtituti fuerunt. Dynaſtiam non componit hoc corpus, quod Præfectus ejus non fuit Dynaſta, ſed Adminiſtrator, Imperii & Imperatoris vicarius, Cujus natura ſint.



(*x*) Herzog. Lib. V. pag. 136.
(*y*) Vid. ſupra pag. 191. ſq.
(*z*) Tabular. Palatino-Electorale.
(*a*) Tabular. Fleckenſtein.
(*b*) Herzog. Lib. III. pag. 58. Casp. Sturm in relat. germ. de *bello Sickingenſi*, teſtis præſens.
(*c*) Herzog. loco cit.
(*d*) Archiv. Fleckenſtein.
(*e*) Ibidem.
(*f*) Vid. ſupra pag. 187.
(*g*) Archiv. Fleckenſtein.

quem Advocatum appellant ; qui delegatam, non propriam, in illos poteſtatem exercuit. (*b*) Modici ex vicis his reditus, ſalarii inſtar, Advocato conceſſi ; cujus generis vicos quoque complures vicina trans Rhenum Ortenaviæ Præfectura vel Advocatia Imperialis complectitur. Vicorum noſtræ Advocatiæ numerus per ſecula variavit. Tempus erat, quo quadraginta numerabantur & unus ; inde decrevit, ſuperiore ſeculo ad XXXV. redactus. En nomina ipſorum.

Vici ipſi. *Batzendorf*, vicus inſignis, à quo initium ducimus, quod in eo novem vicorum ſedet ſcultetus. Fleckenſteinenſes poſt Landfpergios nobiles decimas Batzendorfianas à Dynaſtia Lichtenbergenſi acceperant in feudum.

*VVintershauſen*. Curiam Wintershuſen inter Abbatiæ Regispontanæ prædia Fridericus I. Imp. An. MCLXXXVII. jam numerat. Jus patronatus cum Berſtheimenſi conjunctum.

*Hachſtett* eccleſiam Berſthemianam cum duobus præcedentibus vicis matrem veneratur.

## §. CCCCLXVII.

*Berſtheim*. Jus patronatus ac decimæ Lichtenbergenſis Dynaſtiæ feudum ; ad cujus inveſtituram Henricus de Fleckenſtein, Rudolfi filius, An. MCCCIII. nec non Henrici hujus filii novennio poſt, cum Hugone de Batzendorf, qui ſolus id poſſederat, fuerunt admiſſi. A Fleckenſteinenſibus dein ſubinveſtitus Conradus de Hohenriet ſubfeudum hoc ſuum An. MCCCLXXIV. iisdem refutavit.

*Nider-Schaffelsheim* peculiarem ſibi parochum habet.

*Bernsheim* in Chronico Laurisham. (*i*) ad An. DCCCCXXI. vocatur *Bernesheim*. Lampartheimenſes nobiles cum An. MDXXI. periiſſent, vicus hic, quem à Cæſare in feudum tenuerant, ad Præfecturam Hagenoenſem rediit. (*l*) Eccleſia quoque mater quatuor vicorum adeſt.

*VValshelmheim* in eodem Chronico Laurisham. ſcribitur *VValahon* ; in charta Neovillar. An. MCXLVII. *VValesheim* ; in Philippi Imp. diplomate An. MCCVII. *VValhen*. Alexander III. Papa decimam in *VValesheim* Abbatiæ Neovillanæ An. MCLXXVIII. confirmavit.

*Kriegsheim* & *Rottelsheim* Bernsheimenſi parochiæ cum Wahlenhemio junĉti ſunt.

## §. CCCCLXVIII.

*Mummenheim*, vulgo *Momlen*, in allegato Chronici Laurisham. loco An. DCCCCXXI. commemoratur. Comitia ſtatuum inferioris Alſatiæ ſec. XII. ibi habita ſunt.

*Mutzenhauſen*. Quarta decimarum pars feudum Imperiale Gotteshemiorum fuit.

*Rumersheim* in Philippi Imp. charta, veteri Hoſpitali Hagenoæ An. MCCVII. data, legitur. A Romanorum ſtatione (*Romersheim*) hoc quidam nomen derivant. (*m*) Vetus caſtellum Prechterianum ibidem. Nobiles de Rumersheim circa An. MCCCCXC. defecerunt.

*Bilsheim*, cui æque ac Rumersheimio (*n*) cognominis in Alſatia ſuperiore vicus, olim pariter Imperialis, &

*Mittel-Schaffelsheim*, Rumersheimenſis eccleſiæ parocho commiſſi ſunt.

*Dangolsheim*, olim *Dancratesheim*, prope Sulzam & Bergbietenhemium, Præfecturæ Dachſteinenſis ad Epiſcopum Argent. ſpectantis loca, vicus major eſt, ubi Abbatia Schwarzacenſis trans Rhenum decimis ac jure patronatus gaudet. Curiam & baſilicam in

(*b*) In aliquot Fleckenſteinenſium chartis ſec. XIV. Imperiales hi vici vocantur *das Reich*.
(*i*) Freheri *Script. rer. Germ.* Tom. I. pag. 118.
(*l*) Herzog. Lib. III. pag. 43.
(*m*) Herzog. Lib. cit. pag. 34.
(*n*) Supra pag. 59. §. LXXXIX. Ad Rumersheimium hoc Alſatiæ ſup. Auſtriaco - Imperiales An. MDCCIX. à Gallis fuſi ſunt noſtris.

in Dancratesheim (o) Guntherus, Epiſcopus Spirenſis, An. MCLIV. inter ejus bona refert. Sed & Cœnobio Regiſpontano curiam in Danchratesheim Fridericus I. Imp. An. MCLXXXVII. confirmavit.

## §. CCCCLXIX.

*Kittelsheim* prope Kocherſpergam. Curiam dominicam in *Kuzzhesheim* idem Günterus Epiſcopus eidem Abbatiæ Schwarzac. adſcribit. Prope hunc vicum ſtagnum perennis aquæ, nunquam congelescens, ſonsque ſapore ac nomine (p) ſulphureus cernitur.

*VVingersheim*, in Philippi Imp. diplomate An. MCCVII. *VVintgersheim*, cum nobili familia, quæ An. MDIX. periit, ſuum communicaverat nomen.

*Boſſendorff*, *olim VValtorff*. Alexander III. Papa curiam de Waltorff, quæ An. MCCCXXII. in Boſſendorff ponitur, Abbatiæ Neovillanæ An. MCLXXVIII. confirmavit. Quartam decimarum partem Jo. de Kuhnheim An. MCCLXXXIX. dein Jo. Camerarius de Wildenholz, inde Jac. Zundius, & An. MCCCCLXXXII. Rudolfus Volzius, cujus poſteri ea hodieque gaudent, ab Imperatoribus in feudum acceperunt.

*Lichauſen*, cujus eccleſia Boſſendorfianæ, ut filia matri, ſubdita eſt.

*Scherlenheim* parocho Hochfeldenſi ſubeſt.

## §. CCCCLXX.

*Ettendorf*. Villa & Reinhardus miles de *Etendorf* in charta curiæ Argent. An. MCCCXXVIII. leguntur. Ettendorfii nobiles, quorum terras ſupra (q) relatas dedimus, vicum hunc ab Imperio in feudum tenuiſſe videntur, quare poſt illorum occaſum cum Præfectura Hagenoenſi hac junctus eſt.

*Morſchwoeiler*, ubi Beatus Rhenanus (r) novem idola, muris ſacelli cujusdam inſerta, ſuo tempore vidit; unde loco & nomini Romana tribuitur origo. (s) Jus patronatus hujus & ſequentis proxime vici penes Abbatiam Neoburgenſem eſt.

*Ringeldorf*. Reinboldus de Ettendorf decimas in *Rinckelndorf*, Ulrico equiti de Hagenau oppigneratas, An. MCCCLVI. Heinrico de Fleckenſtein in feudum dedit.

*Graffendorf* eccleſiam & parochum ſibi peculiarem habet.

*Uberach* à Bitſchhofiana matre eccleſia cum tribus ſequentibus vicis pendet, ſolus ſculteto munitus.

*Kindvveiler* in ſacris parocho Bitſchhofiano, in civilibus ſculteto Walckiano cum Bitſchhofen ſubeſt.

## §. CCCCLXXI.

*Bitſchhofen*, cujus agro vicus inſidet

*VValck*, Motera tantum flumine à Pfaffenhofio, Dynaſtiæ Lichtenberg. oppidulo, ſeparatus. Agro peculiari cum deſtitutus ſit locus, incolæ ex opificiis vivunt.

*Hüttendorf*. Villa *Hitindorf* in charta Neoburgenſi, fine ſeculi XII. ſcripta, legitur.

*Eſchbach*, obvium in Alſatia & trans Rhenum nomen.

*Hegeney* ad Parochiam Eſchbacenſem pertinet.

*Forſtheim*,

(o) Tom. I. pag. 719.
(p) Germ. *Schwefelbrunn.*
(q) Pag. 250.
(r) *Rer. Germ.* Lib. III. pag. 324.
(s) Hrazoo. Lib. III. pag. 43. locum vel *martis* vel *mortis villam*, à pugna cruenta ibi pugnata, latine dictum fuiſſe, falſo exiſtimat.


image
not
available

perveniſſe videtur, ſed ita, ut Leopoldus Archidux, vinculum ruperit; vicum hunc Aſcanio Albertino de Ichtersheim An. MDCXXXII. conferens in feudum; quum decennio ante pro quadragies mille florenis oppigneratus fuiſſet eidem. Feudum autem non ad Imperium, ſed ad ſuam Auſtriacam gentem, ubi Albertini maſcula poſteritas defecerit, Leopoldus redire juſſit.

Hochfeldenſem eccleſiam matrem Henricus III. Imp. Abbatiæ Florinis (*Fleury*) in Francia donavit; cui nimis remota cum eſſet, Abbatiæ Neovillanæ pro ducentis libris argenti & quinque libris auri An. MLXX. vendita eſt. Neovillanæ Henricus IV. Imp. tres ejusdem eccleſiæ partes An. MLXXXV. dono tradidit. (*d*) Hochfeldenſes ac Schwindrazhemios piſtores Fridericus I. Imp. Hagenoenſibus An. MCLXIV. propoſuit exemplo.

# DOMINIA VARIA.

## §. CCCCLXXIV.

Conſ. ectus.

Expoſui huc uſque caſtra, oppida & vicos, qui Landgraviatus, Principatus, Comitatus & Dynaſtias componunt. Supereſt, ut & ſingularia quædam loca utriusque Alſatiæ, potiſſimum inferioris, exponam, quæ non Dynaſtiæ, ſed Dominii ſub nomine eo, quem ſupra (*e*) indicavimus, ſenſu veniunt; quæque vel feuda vel allodia ſunt. In recenſendis autem illis non ſitum, ſed indolem locorum ſecutus ſum, allodiis feuda præmittens; in feudis dominii directi, in allodiis poſſeſſorum habita ratione. Imperialia, quæ nunc Regia ſunt, feuda & pignora primum occupant locum; inde Lotharingica, Palatina, Wirtenbergica, Rappoltſteinenſia, ſuccedunt. Secularibus Eccleſiaſtica quædam Baſilienſis & Metenſis Epiſcopatuum, ut & Andlavienſis Abbatiæ ſubſtitui. De Argentinenſis, Murbacenſis & Weiſſenburgenſis Eccleſiarum, æque ac Auſtriacis olim, nunc regiis, & Dynaſtiæ Lichtenbergenſis, feudis ſuo loco jam actum. Allodia vel ad Nobiles, vel ad Eccleſias, Capitula, Præceptorias atque Monaſteria, vel ad Civitates cum ſpectent, tres eorum quoque claſſes, Nobilium nempe, Eccleſiarum & Civitatum, conſtitui.

### *FEUDA IMPERIALIA.*

## §. CCCCLXXV.

Bilsheim.

Imperialis in Alſatia ſuperiore vicus, *Bildesheim* ſeu *Bilsheim* ad Ellum, inter Enſisheimum & S. Crucem, per Rudolfum I. Imp. Joanni de Loubgazzen Colmariæ An. MCCLXXXVII. pro centum, dein Wezeliis pro centum & ſexaginta marcis pignori datus fuit; quod & Carolus IV. eisdem An. MCCCLV. confirmavit. Relnitio demum ſub Ludovico XIV. Cæſaris atque Imperii jure utente, An. MDCXCIII. facta. Tum vero vicus hic Jacobo *de la Grange*, Alſatiæ Prætori, à Rege donatus; poſteaque Klinglinis, cum aliis iſtius oræ locis, (*f*) ab heredibus ejus venditus eſt.

Oſthauſen.

*Oſthauſen*, vicus cum caſtro, ad Ellum quoque infra Benfeldam ſitus, antiquum Zorniorum de Bulach feudum eſt. Jus patronatus cum curia dominica Hittenhemii nobiles præceptoriæ S. Johannis in Rhinovia quum An. MCCCXXXVIII. vendidiſſent; Zornii, feudi ſui partem id conſtituere putantes, inveſtituram ejus à Sigismundo Imp. An. MCCCCXXXIV. obtinuerunt. Cognitus tamen ab ipſis mox error, quod jus patronatus jam venditum fuerat, quum Zornii feudum iſtud acquirerent. Proteſtantium ſacra Leopoldus Epiſcopus An. MDCXVI. abrogavit; Catholicum parochum in Lutherani locum, commendatoris Rhinovienſis nomine, ſubſtituens.

Weſthauſen.

*Weſthauſen*, vicus occidentalis Oſthuſio, uti Northuſium (*g*) eidem borealis. Poſt Rathſamhauſios de Lapide ad Chamlajum, indeque ad Bernholdios, qui ſpem ejus à Ludovico XIV. adepti erant, hoc ſeculo devenit. In Maurimonaſterii vicinia ejusdem nominis vicus eſt, Ochſenſteinenſibus olim Dynaſtis, nunc Epiſcopo Argent. ſubjectus. (*h*)



(*d*) Chartæ tabularii Neovillar.
(*e*) Pag. 201. §. CCCLXIV.
(*f*) De quibus ſupra pag. 71.
(*g*) De quo ſupra pag. 156.
(*h*) Vid. pag. 142. §. CCXLV.

## §. CCCCLXXVI.

Plobsheim. *Plobsheim*, olim *Plabodesheim*, (*i*) *Blopoltzheim*, (*l*) vicus immediatus cum duplici caſtro, veteri ac novo; unde Blabolshemiis olim nobilibus gentilitium nomen. Hunc Imperatores Germanici identidem oppignerarunt. Jus reluitionis Albertus I. An. MCCVIII. & Carolus IV. An. MCCCLVI. Argentinenſibus dederunt Epiſcopis. (*m*) Decennio ante Ludovicus Bavarus illum Paulo Moſungo, civi Argent. centum nonaginta & quatuor marcarum pignus, tradiderat, quod Johannes Moſungus, oblato pretii augmento, ſub Carolo IV. retinuit. A Moſungis ad Treubelios atque Heidenios translatum, Sigismundus Imp. Johanni Zornio ab Eckerich, ducentos ipſi florenos atque trecentas poſſeſſoribus marcas ſolventi, An. MCCCCXIV. adſcripſit. Zorniorum poſſeſſionem Rudolphus II. Imp. An. MDLXXXIX. data Eberhardo Wamboldo, Aulico ſuo Conſiliario, redemtionis copia interrupit. Wamboldus tamen biennio poſt in gratiam Zorniorum jure reluendi ceſſit, accepta pecunia, quam Wilhelmus de Botzheim, Zorniorum affinis, ſuppeditavit; unde communem cum illis per quinquaginta annos, quibus eos Cæſar refcripto d. 10. Septembris An. MDXCIV. ſecuros eſſe juſſit, Plobshemii uſumfructum impetravit. Poſt hoc tempus Ferdinandus III. Imp. Chriſtoph. Melchiorem de Lœben, qui ſextam vici partem, ducta Botzhemia uxore, confecutus eſt, nec non Andream Scheidium An. MDCLV. Zorniis ſurrogavit, qui vero tentatam iterum averterunt reluitionem. At Ludovicus XIV. in Imperatoris atque Imperii jura ſuccedens, Chriſtoph. Gunzero ejusque affini, Nicolao Kempfero, quorum ille civitatis Argent. hic Nobilitatis Alſatiæ inferioris Syndicus fuerat, Plobshemium, reddito pignoris pretio, allodii jure poſſidendum, An. MDCLXXXIV. menſe Aprili in remunerationem conceſſit. An. MDXC. ipſo S. Trinitatis die Andlavii nobiles, Zorniis infenſi, in hunc vicum irruerunt, ac incolas quosdam abduxerunt captivos; Joh. Caſimiri, Comitis Palatini, auxilio d. 19. Jul. in ordinem redacti. Prope Plobshemium Turennius An. MDCLXXV. pontem impoſuit Rheno, brevi poſt ad Saspacum peritturus. Jus patronatus, Dynaſtiæ Lichtenbergenſis feudum, Rathſamhauſii exercent. Religio nunc, ut alibi, mixta. De veteri ad Quercum Capella jam alibi (*n*) actum.

## §. CCCCLXXVII.

Luzelburg caſtrum. *Luzelburg*, caſtrum duplex, anterius atque poſterius, (*o*) illud Regium, hoc Palatinum Rathſamhauſiorum feudum, Monaſterio Odiliano vicinum, à Lutzelburgo alio, quod ſupra (*p*) deſcripſimus, planè diſtinctum. Prius Andlavienſes ſub Wenceslao Imp. poſſederant; qui ſuo in Alſatia Advocato provinciali An. MCCCXCII. mandavit, ut ipſos in hac anterioris Luzelburgi, jam tum collapſi, poſſeſſione tueretur. (*q*) At anno ſequenti Wenceslaus Hartmannum, Egenolphum & Johannem, de Rathſamhauſen de caſtro hoc & vico *Otterot*, nec non quinta parte vici *Mmoldsheim*, inveſtivit. Rathſamhauſiis nonnulli acceſſerunt Ganerbii, à quibus pax caſtrenſis intercedente præſule Argent. ſignata. (*r*)

Otterott &c. *Otterote*, quem cum Luzelburgo Rathſamhauſii acceperunt, *inferior* (*s*) dicitur. Superior ad Eccleſiam Argent. ſpectat. Vicus hic inter duos Rathſamhauſiæ gentis ramos, à Lapide & ab Ehenweyer cognominatos, fuit diviſus. Priori Chamlajus, huicque extincto ſucceſſerunt Bernholdii. Sub Carolo IV. Imp. Johannes de Schaftelzheim vicum *Oderozheim* cum aliis duobus An. MCCCLXI. à Cæſare in feudum tenuit. (*t*)

*Zeinheim* ex ſemiſſe Sigismundus Imp. An. MCCCCXIV. Rathſamhauſiis contulit, alter ſemiſſis cum eſſet Epiſcopalis. (*u*)

Caſtrum ad *tres rupes*, (*x*) retro Barram atque Andlavium ſitum; nec non *Walſperg*, caſtri nobis ignoti, atque vici *Hohenburgweiler* dimidiam partem Fridericus IV. Imperialibus Rathſamhauſiorum feudis An. MCCCCXLII. adjecit. Silvam, ad Hohenburgweiler pertinentem, hi civitati Ehnheimenſi conſenſu Maximiliani II. Imp. An. MDLXX. vendiderunt, jus tamen Luzelburgum ſuum ex ea reficiendi ſervantes. Vicus ipſe in monte Odiliano, ubi nunc civitatis Ehnheimenſis villa eſt, periit.

§. MCCCCLXXVIII.

(*i*) Conf. Tom. I. pag. 730.
(*l*) In literis Caroli IV. mox allegandis.
(*m*) Chartular. Civitatis Argent. n. 239. ſq.
(*n*) Tom. I. pag. 87.
(*o*) *Vorderburg*, *Hinderſchloſs*; de poſteriore mox inter feuda Palatina.
(*p*) Pag. 299. §. CCCLXII.
(*q*) *Bey ihrem leben das burgſtall, die vorder Lutzelburg zu handhaben.* Archiv. Civitatis Argent.
(*r*) Vide infra in Ganerbiatibus.
(*s*) *Nider-Otterott*, *das nidere dorf.*
(*t*) Glafey *Anecdotor.* num. 440.
(*u*) Vid. ſupra pag. 141.
(*x*) *Schloſs zu den drey Steinen.*

## §. CCCCLXXVIII.

*Reichsfelden & Bernhardsweiler*, (quod epitheto *im Loch* ab alio vico, qui in civitatis Oberehnheimenſis dominio eſt, diſtinguitur) nec non ſemiſſem vici *Iterſweiler*, (*y*) hominesque in *Mittelbergheim*, (*z*) *Stotzenheim*, *Blienſweiler*, *Zell* & *Notholten*, (*a*) Andlavienſes nobiles à multis retro ſeculis poſſident. Gabellæ vini privilegium in Iterſweiler à Friderico IV. Imp. An. MCCCCLXXII. obtinuerunt. Reichsfelden &c.

*Kraut-Ergersheim* & *Innenheim* Johannes de Schaftelzheim ſub Carolo IV. Imp. poſſedit, cui ſine prole defuncto Nicolaus de Rumelheim, Johannes de Wickersheim & Egenolfus de Stuzheim, quibus eorum ſpes An. MCCCLXI. Noribergæ à Cæſare facta, (*b*) debuerunt ſuccedere. Feudum deinceps commutatum in pignus hereditarium; quod Pfaffenlappiis, Sebachiis atque Utenhemiis datum, pluribus cum familiis progrediente tempore communicatum, ad Berckhemios & Zuckmantelios tandem hoc ſeculo pervenit. Innenheimium anno ſeculi ſuperioris ſeptuageſimo quarto à Gallis Germanisque, in hac regione prædam facientibus, plane fuit everſum. (*c*) Kraut-Ergersheim &c.

*Blesheim*, olim *Bledensheim* & *Bledersheim*, (*d*) caſtrum & vicum, Sigismundus Imp. Nicolao Bockio & fratri ejus An. MCCCCXXIX. in feudum contulit. Jus patronatus penes Collegiatam D. Leonhardi, cujus menſæ capitulari reditus eccleſiæ parochialis in Bledensheim Præpoſitus Capituli majoris Argent. An. MCCCCXVI. reſtituit. Locus hic aſſidet colli, cujus cacumini facellum cum turre, undiquaque ſpectabili, impoſitum eſt; unde *Glockelsberg* dicitur. Ensheimenſe prœlium An. MDCLXXIV. ad huncus que collem ſeſe extendit. Blesheim.

*Lingolsheim*, in charta Maurimonaſterii ſec. XII. *Lingotsheim*, vicus prope Argentoratum, cum caſtro, quod à Walthero de Geroldseck, Epiſcopo Arg. An. MCCLXI. captum, (*e*) brevique poſt à civibus urbis combuſtum, (*f*) interiit. Vicum cum curia dominica Henricus Hacker de Landſperg à Dietſchio de Epfich, equite, An. MCCCXLIV. emit. Jus patronatus ad Capitulum majus Argent. ſpectat. Lingolsheim.

## §. CCCCLXXIX.

*Stützheim*, ſec. XII. *Stuzesheim*, Badenſes; advocatiam (*Vogtey*) vero ejus Onolsbacenſes Marchiones, ut Burggravii Noribergenſes, ab Imperio tenuerunt in feudum. Badenſes Fridericus IV. Imp. An. MCCCCLXXV. inveſtivit. (*g*) Decennio ante Fridericus hic Magiſtratui Argent. mandaverat literis, ut Stutzhemii cenſus, vaſallo nuper defuncto, ad Imperium redeuntes, ſibi reddi curaret. (*h*) Onolsbacenſes advocatiam ſuam Fleckenſteinenſi familiæ in ſubfeudum dederunt. Seculo XVI. Vœlſchii cum Haſiis, An. MDCIII. Ulmii Barones cum Neuhuſiis, noſtrique ſeculi An. XXVI. Flachslandii nobiles, data Ulmiis pecunia, vicum hunc obtinuerunt. Durante ſub ſeculi initium Galliæ cum Germania bello, Ludovicus XIV. Jo. Jacobum Wurmſerum Ulmiis, in hoſtico degentibus, ſuffecerat. Eodem modo Ulmiis in Trenhemii ſemiſſe, (*i*) feudo quoque Regio, Flachslandii ſucceſſerunt. Stützheim.

*Munoldsheim*, ſeu *Munoldsheim*, & *Mittelhausbergen*, una leuca diſtantes Argentorato, poſt Begeros de Blyberg, qui An. MDXXXII. extincti ſunt, ad Johannios, cognomen à Mundolshemio ſumturos, tranſierunt. De quinta Munoldshemii parte Wenceslaum Imp. inveſtiviſſe Rathſamhauſios, indicavimus ſupra. (*k*) Validam eccleſiæ turrim, ne hoſtem ſuum reciperet Epiſcopum, Argentinenſes, Hugsbergenſe progreſſuri ad prœlium, An. MCCLXII. deſtruxerunt. (*l*) Mundolsheim.

*Schirhofen*, novus trans Motram in ſilva Hagenoenſi vicus, qui ante quinquaginta circiter hos annos villa tantum erat, à Niedheimeris ad Worſtattios, quibus totus ager proprius eſt, beneficio Regis tranſivit; Schirceiniæ parochiæ in ſacris adſcriptus. Schirhofen.



(*y*) Conf. ſupra pag. 157.
(*z*) De quo pag. 207. §. CCCLXXIX.
(*a*) Supra pag. 156. §. CCLXX.
(*b*) Glafey *Anecdot.* num. 440.
(*c*) *Particula territorii Argent.* Append. pag. 2.
(*d*) Schiltra ad *Koenigshov.* pag. 932.
(*e*) Koenigshov. Cap. IV. §. XXXIX.
(*f*) Ibid. §. LIV.
(*g*) Diploma Ænea Silvii *Hiſtoriæ Friderici IV.* additum fol. 107.
(*h*) Archiv. Civitatis Arg.
(*i*) Vid. ſupra pag. 229. ubi ſemiſſem hunc male allodialem ſcripſimus.
(*k*) Pag. præced. §. CCCCLXXVII.
(*l*) Koenigshov. Cap. IV. §. XLIX.

## *FEUDA LOTHARINGICA.*

### §. CCCCLXXX.

Zellenweiler. Præter Sulzbacum, Alſatiæ ſuperioris oppidulum, (*m*) unicus in inferiore vicus inter Lotharingica feuda hic recenſendus eſt *Zellenweiler*, inter Benfeldam & Oberehnheim, qui ex Imperiali Lotharingicum Landſpergiorum feudum evaſit. Ludovicus Bavarus Imp. An. MCCCXXXIV. Johanni de Landſperg; Werlino equiti Johannes, Lotharingiæ Dux, An. MCCCLXII. inveſtituram ejus dederunt, (*n*) quæ à Lotharingiæ Ducibus ad hoc usque tempus continuata. Bona in *banno Zellenwitre* Conradus de Landſperg poſt Guntherum, patruelem ſuum, à Rudolfo Duce An. MCCCXXXVII. in feudum acceperat. (*o*)

## *FEUDA PALATINA.*

### §. CCCCLXXXI.

Lucelburg poſterius. Ex Palatinis, quæ paſſim indicavimus, (*p*) feudis indicandum ſupereſt *Luzelburgum* poſterius, (*q*) Rathſamhauſiis oppigneratum, antequam feudum ipſorum fieret. A Lutelmanno de Rathſamhauſen Heinricus de Hohenſtein, Ludovici, Electoris Palatini, nactus conſenſum, ducentis ſupra mille florenis An. MCCCCXXIV. illud redemit. In Mullenhemios deinceps translatum Rathſamhauſii ſolutis quadringentis florenis An. MDLVII. recuperarunt; Electoris Palatini hoc ob feudum vaſalli.

## *FEUDA WIRTENBERGICA.*

### §. CCCCLXXXII.

Sundhauſen &c. *Sundhauſen* Jo. de Landſperg armiger Eberhardo & Ulrico, Wirtenbergicis Comitibus, An. MCCC. in feudum obtulit, quod à Johanne & Gunthero fratribus de Landſperg An. MCCCXLIV. repetitum. Sundhuſium ergo cum Horburgenſi Comitatu, quem Wirtenbergici Comites An. MCCCXXIV. demum nacti ſunt, (*r*) nihil habuit commune. Caſtrum & vicum hunc Wirtenbergenſis Dux menſe Aug. MDCI. ob commiſſam feloniam armata manu occupavit; utrumque An. MDCXII. Jacobo Wurmſero, Hornbergenſi præfecto ſuo, cujus poſteri hodieque id poſſident, traditurus in feudum. Landſpergii, poſt multas diſceptationes, nonniſi An. MDCXC. juri ſuo transactione renunciarunt.

*Kruſheim* & *Baſenbiesheim*, ille ſuperioris, (*s*) hic inferioris Alſatiæ vicus, nobilium Alſatiæ inferioris matriculæ uterque inſcriptus, ab Eberhardo Wirtenbergæ Comite, ut Horburgenſis Comitatus poſſeſſore, ex feudo An. MCCCXCIV. dein à Georgio Duce Rathſamhauſiis ab Ehenweyer ex aſſe, collati ſunt.

## *FEUDA RAPPOLTSTEINENSIA.*

### §. CCCCLXXXIII.

Caſtra varia Dynaſtiæ Rappoltſteinenſis feuda, quæ hic referimus, pleraque in Alſatia ſita ſunt inferiore. In ſuperiore occurrunt quatuor caſtra *Ilzach*, *Angrætt*, *Hageneck* ac *VValbach*; (*t*) quorum duo priora ex parte, reliqua vero tota directo Rappoltſteinenſi dominio pridem ſubjecta fuerunt. Illzaci ſemiſſem Rappoltſteinenſes uti ab Auſtriacis acceperant, ita variis paulatim familiis, quas ſupra (*u*) enumeravimus, in ſubfeudum tradiderunt. Angrætti (*x*) & Hageneckii triens Johanni de Wettolsheim An. MCCCCLXXVIII. hujusque poſt obitum Egidio de Angrætt An. MDVIII. obtigit in feudum.

(*m*) De quo ſupra pag. 89.
(*n*) Literæ in tabulario Landſperg.
(*o*) Archiv. Lotharing. Nanceii.
(*p*) In Dynaſtia Lichtenberg. pag. 222. §. CCCCVIII. &c. in Fleckenſteinenſi pag. 243. §. CCCCXLIV. in Schœneckiana pag. 251. §. CCCCLXI.
(*q*) De anteriore vid. pag. 258. §. CCCCLXXVII.
(*r*) Vid. ſupra pag. 74. ſqq.
(*s*) Vid. ſupra pag. 75.
(*t*) Illzach prope Mulhuſium, Angrætt prope Gebvillam, Hageneck & Walbach in Gregor. valle.
(*u*) Pag. 40. §. LVIII. Hufii, Geilii, Hohenſtirtii; Landenbergenſes itaque utramque Illzaci caſtri partem, Auſtriacam & Rappoltſteinenſem, impetrarunt. Vicus ad Mulhuſios rediit.
(*x*) Vid. ſupra pag. 100. init.

feudum. "Dominus de *Haginecke* caſtrum *Haginecke*, quod anteceſſores ſui conſtruxe„ runt, vendidit, & dignitatem ſuam in extraneos transferebat. „ (*y*) Triennio poſt Huſii atque Hadſtadii, Lobegaſſios debellantes, "caſtrum Haginecke noctu cum ſcalis „ obtinuerunt & totaliter ſuccenderunt„ (*z*) An. MDXLIII. Abbas Monaſterii S. Gregorii Fridericum de Hadſtatt eodem de caſtro & monte inveſtivit. Feudum hoc, uti Sulzbacum, per Hadſtadios ad Schauenburgicos, Abbate quamvis renitente, devenit. Caſtellum ſimilis nominis ſupra Wettelsheimium ad equites S. Johannis Colmar. pertinet. De Walbacenſi vallis Gregorianæ caſtello in hujus nominis vico jam actum. (*a*)

## §. CCCCLXXXIV.

*Schœnau* & *Saſſenheim*, duos Marckolsheimium inter atque Rhinaviam inferioris Alſatiæ vicos, Schœnavienſes nobiles, una cum Ramſteiniis, medio ſec. XV. poſſederant; at à ſec. XVI. initio poſſident ſoli. An. MCCCLVII. Seleſtadienſes Jacobo & Rudolfo de *Schœnowe*, equitibus, pro combuſto vico *Schœnowe* ſexcentos florenos dederunt. (*b*) Schœnau &c.

*Dübolsheim*, vicinus Saſſenhemio vicus, Ebersheimenſibus ſec. XII. chartis & Annalibus Colmar. An. MCCLXXXI. quo monialis "incluſa de *Tubilzheim* ſe trans„ tulit in Cazintal, „ memoratus, Andlavienſes nobiles ab An. MCCCCXXII. quod novimus, agnoſcit dominos, quibus Fridericus IV. Imp. privilegium gabellæ vini hic inſtituendæ An. MCCCCLXXII. conceſſit. Jus patronatus, à Dynaſtia Lahrenſi trans Rhenum pendens, defuncto Jo. Georgio de Lichtenfels, gentis ſuæ poſtremo, Ludovicus, Naſſoviæ Comes, Wilhelmo Streiffio An. MDCXIV. contulit. Dübolsheim.

In *Kogenheim* & in *Stotzenheim*, Præfecturæ Benfeldenſis vicis, (*c*) caſtra ſunt duo, quorum illud cum gabella vini, mulctarum ſemiſſe, nemore, aliisque bonis Jacobus de Anſolsheim An. MCCCCLXV. inde Dambachii, Uttenhemii, Heuſiique poſſederunt nobiles; ab Heuſiis ad Glaubizios, ut feudum femininum, circa An. MDCCXX. tranſiturum. Stotzenheimenſis, quod *Grünſtein* vocatur, Meylaco de Dettlingen An. MCCCCLXXIV. collati, fata expoſuimus ſupra. (*d*)

*Scharrachbergheim*, vicus cum caſtro, prope Marlejam, trium Alſatiæ Berghemiorum infimum, (*e*) Dettlingenſium feudum eſt ab An. MCCCCXLII. Ochſenſteinenſium Dynaſtarum antea cum fuiſſet allodium. (*f*) Jus patronatus & decimas, quarum triente parochus, nunc Lutheranus, jam tum fruebatur, Greiffenſteinii nobiles; hominesque de curia hic infeodatos Geroldseckii Dynaſtæ, (*g*) ſec. XIV. ab Eccleſia Argent. habuerunt ut feudum. Caſtrum *Scharrach* dicebatur, cujus nominis familia equeſtris An. MCCCCLX. interiit. Scharrachbergheim.

*Ober-Hambergen*, ſive Hugsberga (*h*) ſuperior, vicinus Argentorato vicus ad regiam, quæ Tabernas Alſaticas ducit, viam, cum decima in Gottesheim & Geiswciler, Dynaſtiæ Lichtenbergenſis locis, Zorniis de Bulach per Rappoltſteinenſes Dynaſtas An. MCCCCXXVI. in feudum traditus jam fuit. *Superior Hugesbergen* & *inferior Hugesbergen* in veteri membrana Collegiatæ D. Thomæ, cui Richwinus Ep. Argent. ſuperiorem An. DCCCCXX. donavit, leguntur. Fridericus I. Imp. curiam in ſuperiori & inferiori *Hutpergen* cum banno & manſis Collegiatæ huic An. MCLXIII. confirmavit. In Altorfini Monaſterii necrologio ſec. XIII. *Hugesbergen* tres omnes, *ſummus*, *medius* & *infimus*, occurrunt. Carolus IV. Imp. An. MCCCLX. duas ad Ottonem de Ochſenſtein literas ſcripſit, (*i*) ut vicos *Nyderhugsberg*, *Obernhugsberg* & *Ruprechtsaw*, quos ad Imperium ſpectare audiverat Cæſar, occuparet, & donec jura vel Imperii vel alterius liquida fierent, in ſua poteſtate ſervaret. De Hugsberga ſuperiore inter Zornios atque Collegium Thomanum diſputatum eſt ſæpius. Hoc proprietatem ſibi vindicabat; Zorniis delegatam tantum juris dicendi facultatem relinquens. Hausbergen.



(*y*) Ita Annales Colmar. ad An. MCCC.
(*z*) Ibid. ad An. MCCCII.
(*a*) Supra pag. 119. §. CCI.
(*b*) Scriniim Civitatis Seleſtad.
(*c*) Supra pag. 166. ſq.
(*d*) Loc. allegg. §. CCLXX.
(*e*) Berghemium ſuperius, quod oppidum, Dynaſtiæ Rappoltſteinenſi quoque ſubeſt. Vid. pag. 113. ſq. De medio, ſive Mittelbergheim, in Dynaſtia Barrenſi pag. 207.
(*f*) Vid. ſupra pag. 228. §. CCCC.
(*g*) Supra pag. 166. §. CCLXXXIX.
(*h*) Vid. Tom. I. pag. 725.
(*i*) Extant hæ literæ apud Glafey *Anecdot.* num. 385. & 391.

## *FEUDA EPISCOPATUS BASILIENSIS.*

### §. CCCCLXXXV.

De Epiſcopatus Baſilienſis in Alſatia ſuperiore feudis paſſim egimus; (*l*) in inferiore vicus occurrit

Botzheim. *Botzheim*, paulo infra Marckolsheimium ſitus, qui utili Rathſamhauſiorum dominio ab An. MCCCXXVII. ſubeſt. Eccleſiam de *Bozinsheim* Burcardus, Ep. Baſil. monaſterio S. Albani An. MLXXXIII. donavit. Eccleſiam S. Mauritii martyris in *villa Botesheim* charta Ebersheimenſis Monaſterii An. MXLI. memorat.

## *FEUDA EPISCOPATUS METENSIS.*

### §. CCCCLXXXVI.

Schnersheim. Præter Dominium Lucelburgicum, (*m*) Marcam Maurimonaſterienſem (*n*) & inſignem Dynaſtiæ Lichtenbergenſis partem, (*o*) inter Metenſis Eccleſiæ feuda comparet *Schwersheim*, vicus cum caſtello cis Kocherſpergam, quo Greiffenſteinii fec. XIV. Marxii ab Eckwersheim fec. XV. gaviſi ſunt. (*p*) Carolus Card. Metenſis & Argent. Epiſcopus, Johannem Porceletum, Dom. de Maillane, An. MDXCVI. de illo inveſtivit. Dein ad Wenckenſternium, hocque cedente ad Hennequinum Baronem tranſiit, qui feudum hoc Abbatiæ Maurimonaſterienſi, cujus nunc eſt, An. MDCLXII. vendidit. Eccleſiam de *Swersheim* cum decima, domo lapidea & horreo, Alexander III. Papa inter Abbatiæ Neovillanæ peculia retulit An. MCLXXVIII.

## *FEUDA ABBATIÆ ANDLAVIENSIS.*

### §. CCCCLXXXVII.

Andlau oppidum. *Andlau* oppidulum Andlavienſes nobiles ab Abbatia, cui adjacet, & cui ſuam illud debet originem, tenent. Richardis Imperatrix Abbatiam fundavit. (*q*) Henricus II. Imp. Brigittæ Abbatiſſæ "mercatum ſive emporium qualibet quarta feria conſtituendi „ in pago Alſatia, in Comitatu Eberhardi, in ipſa villa monaſterii, quod dicitur „ *Antilaha*, cum theloneo & vectigali, & univerſa publica functione, excepta moneta, „ An. MIV. Moguntiæ permiſit. Mercatum, die Mercurii haberi ſolitum, Fridericus III. Imp. An. MCCCCXLII. Martis diei affixit, idemque hoc anno gabellam vini atque vectigal pro muniendo Andlaviæ oppido nobilibus Andlavienſibus confirmavit. Secundum Abbatiæ ſtatuta, ante ſec. XII. condita, nec Abbatiſſæ, nec Advocato licebat, duas villas *Andalojam* & *Chencingam*, (*r*) à Carolo Imp. traditas, "ulli homini in „ beneficium vel ulla occaſione amovere. „ Advocatiam judicii Andlavienſis cum hominibus ac juribus quibusdam, ut feudum Cæſareum, nobiles à Dicka poſſederant; quibus Carolus IV. An. MCCCLXI. Andlavienſes ſubſtituit. (*s*) Eccleſia Hoſpitalis extra oppidum quum An. MDLXX. ſacra Proteſtantium admiſiſſet, Abbatiſſa An. MDC. eadem aboluit.

### §. CCCCLXXXVIII.

Wangenburg aliaque caſtra. *Wangenburg* caſtrum, caſtro Ochſenſteinenſi vicinum, in Abbatiæ Andlavienſis fundo & Marcæ Maurimonaſt. collimitio ſec. XIV. conditum à Wangenſi familia, quadrantem illius Marcæ poſſidente, (*t*) ad quam etiamnum ſpectat. Caſtrum hoc cum Geroldseckiis arcibus ganerbiale fuit. Prima & mentio & pax caſtrenſis ejus An. MCCCXCIII. occurrit, quo Burcardus, Lucelſteinenſis Comes, Wangenburgi partem Henrico, Sarwerdenſi Comiti, pro ſexaginta florenis oppigneravit. Hartungus de Wangen, ab Epiſcopo Argent. quem offenderat, ſibi timens, Ludovico Palatino, Advocato tum provinciali Alſatiæ, An. MCCCCXVI. illud ſubjecit. Caſtri hujus nomen & viculo propinquo inditum, qui Abbatiæ Andlavienſis pariter feudum eſt.

*Freudeneck*

---

(*l*) Vid. pag. 61. §. XCIII. pag. 36. §. LIII. pag. 44. §. LXV. pag. 86. §. CXXXVII. pag. 100. §. CLXVIII.
(*m*) Vid. ſupra pag. 199. §. CCCLXII.
(*n*) De qua pag. 212.
(*o*) Vid. ſupra pag. 221. §. CCCCVII. ſq.
(*p*) Nic. Marx ab Eckwersheim die martis poſt Pentecoſten An. MCCCCLXVI. inveſtitus eſt.
(*q*) Vid. Tom. I. pag. 737. §. CCLVIII.
(*r*) Kenzinga oppidum Brisgoviæ Auſtriaci juris eſt.
(*s*) Glabet *Anecdot.* num. 492.
(*t*) Vid. ſupra pag. 214. ſq.

*Freudeneck* caſtrum, Wangenburgo propinquum, Georgius Haſner & Joh. de Wildſperg An. MCCCCVIII. commune habuerunt. Partem ſuam Wolfgangus Haſner Euchario Bock de Erlenburg An. MDXL. vendidit. (*u*) Freudeneck

*Birckwald*, caſtrum cum vico, à ſuo in betularum nemore, Maurimonaſterium inter & Wangenburgum, ſitu nomen ducens, Nicolaus Jac. de Ingenheim, gentis ſuæ poſtremus, An. MDXC. circiter mortuus, ædificavit, penes Abbatiam Andlavienſem deinde manſurum; donec Jo. Gabriel Rebſtockius, Abbatiſſæ cognatus, An. MDCVI. in feudum illud acciperet. Succeſſit Gabriel *Le Terrier*, ex Normannia nobilis, qui novum Birckwaldii nomen gentilitio ſuo adjecit, idque cum feudo hoc, ſequiorem quod ſexum admittit, ad poſteros ſuos transmiſit. Birckvvald.

## ALLODIA NOBILIUM.

### §. CCCCLXXXIX.

*Landſperg*, gentilitium perantiquæ familiæ caſtrum, ante An. MCC. in Monaſterii inferioris Hohenburgici ditione conditum. Hoc enim anno Edelindis de Landſperg, Monaſterii illius Abbatiſſa, teſtata eſt literis, (*x*) Conradum militem caſtrum Landſperg ſuo ædificaſſe conſenſu, ac feudum, in quo id ſitum eſt, jure concambii à ſe accepiſſe. Landſpergenſes præceſſiſſe videtur Wolfelinus, Imperialis Alſatiæ Prætectus, qui caſtrum *Landeshoarte apud Andelay*, (Landeswart apud Anlaviam) ſub Friderico II. Imp. conſtruxit. (*y*) Hæc cum Gebvilero (*z*) ad Landſpergam noſtram non temere referimus. Landſpergenſes ſemiſſem ejus, quod & alteri mox accidit, An. MCCCCXIII. Ludovico, Electori Palatino, ſub retractus conditione, vendiderunt, (*a*) pretioque poſtea reddito in ſuam rurſus poteſtatem redegerunt. Landſperg caſtrum.

*Rumolsvveiler & Corvveiler*, vicos quondam Imperiales, (*b*) civitas Argent. Hændeliis de Breitenbruck An. MDCLIX. vendidit, trienſ illorum quamvis Epiſcopi Argent. eſſet pignus. Rumoldivillæ adjacet caſtrum *Erlenburg*, quod Conradus de Steinbach, Maurimonaſterii Abbas, An. MCCCCXXXII. Johanni Meige de Weſthofen, armigero, Meigii Bernhardo Bockio An. MCCCCLXXIV. vendiderunt. Hoc Hændeliis quoque traditum eſt cum vico. Decimæ vini partem in *Rumbolsvvibre* Greiffenſteinii nobiles ſec. XIV. ab Erſteinenſi Monaſterio in feudum habuerunt. Per Monaſterium hoc jus decimarum ad Capitulum majus Argent. pervenit. Rumolsvveiler &c.

### §. CCCCXC.

*Schvveinheim*, in charta Theodoriciana Maurimonaſterii *Suenheim*, inter Metenſia Dynaſtiæ Ochſenſteinenſis feuda, (*c*) poſtea in aliorum manibus vicus allodialis comparet. An. MCCCCXVIII. nobilis familia, nomen hinc ſumens, locum poſſedit. An. MCCCCXCIII. nobiles Megdenſes, (*d*) An. MDXLVI. Monachos de Wildſperg, An. MDCLX. Holzapfelios, poſſeſſores ejus, chartæ declarant. (*e*) Poſtrema ex Holzapfeliis filia, Anna Ludovica, Zachariæ Herm. de Wangen nupta, cum eſſet improlis, Schweinhemium Falckenhaynio, cognato ſuo, teſtamento legavit. A Falckenhayniis ad Waldnerum Comitem An. MDCCL. emtionis jure tranſivit. Schvvein-heim.

*Landersheim* Felix à Mittelhuſen An. MDXCV. ex ſemiſſe poſſedit. Seculo ſuperiore vicus, inter Mittelhuſiorum heredes, Landſpergios ac Holzapfelios, diviſus, maximam partem à Luca Weinemero, Conſule Argent. coemtus eſt, ita ut Holzapfelii retinerent quadrantem, qui heredibus ipſorum Wangiis obtigit. Incolæ, parochiæ in Zehnacker adſcripti, à Proteſtantium ſacris haud ita pridem ad Catholica redierunt. Landers-heim.

*Vvilvisheim*, vulgo *Vvilſen*, Sornæ Hochfeldam verſus adjacens vicus, Neuenſteiniis, Lucelburgicis, Wangiisque ſeculo ſup. communis, Wangiis ſolis jam paret. Præſtans ab his caſtellum, peculiaris rami hodieque ſedes, ibidem ædificatum. Wil'vis-heim.

*Schaffhauſen*,

(*u*) Herzog. Lib. VI. pag. 248.
(*x*) In Tabular. Landſpergenſi.
(*y*) Richerius Senon. Lib. IV. Cap. VI.
(*z*) In præf. ad lib. de *ſacrilegii ultione*.
(*a*) Herzog. Lib. VI. pag. 256.
(*b*) Vid. ſupra pag. 211. §. CCCLXXXVII.
(*c*) Supra pag. 216. §. CCCXCVII.
(*d*) *Zur Megde*.
(*e*) Chartæ Tabularii Waldneriani.

Schaffhauſen. *Schaffhauſen*, propior Hochfeldæ vicus, Flachslandiorum peculium. Advocatiam ejus Diemarus Bogner Hagenoenſis à Carolo IV. Imp. An. MCCCXLVII. in feudum obtinuit; redituum Advocatiæ partem Ludovicus Bavarus cum ipſius jam adſcripſiſſet parenti. Vicum ipſum Bogneri Ludovici de Lichtenberg clientelæ commendarunt; (*f*) cujus jura dein Hanovio-Lichtenbergici Ichtershemianæ donarunt familiæ. Tranſiit ille ad Kœnigsbachios, qui Nagelii quoque dicti; & jure quidem allodii; in Advocatia Bogneris Breittenackeri cum ſucceſſiſſent. Nagelia vidua ſub Bernholdio curatore An. MDCXXVII. Schaffhuſium poſſedit.

Schweighauſen. *Schweighauſen*, vicus ad Motram ſupra Hagenoam, à Dynaſtia Oberbronnenſi alienatus, (*g*) per Palatino-Birckenfeldenſem Principem ad Wurmſeros, ab his ſextantes ejus quinque ad Kornmannos, cives Argent. An. MDCCXXIX. jure emptionis pervenerunt. Sextantem Wurmſeria Glaubiziis attulit dotem. Presbyter de Schweichuſen in Abbatis Selſenſis charta An. MCLI. jam legitur. Hagenoenſem eccleſiam à Schweighuſiana pendiſſe, traditio eſt. Alius in Alſatia ſuperiore hujus nominis vicus. (*h*)

## §. CCCCXCI.

Wivernheim. *Wivernheim*, tribus ab Argentorato leucis ad viam regiam, quæ Tabernas ducit, Wangenſes per tria fere ſecula, ut Eberſteinenſis Comitatus feudum, tenuerunt; ab An. MDCXXIV. quo vaſallagium ipſis remiſſum, ut allodium poſſident. Capellam prope vicum hunc Leopoldus Archidux, Epiſcopus Argent. An. MDCXVIII. Academiæ Molsheimenſi donavit. (*i*) De curia dominica S. Georgii, feudo Palatino-Electorali, Wurmſeri An. MCCCCLXVIII. inveſtiti fuerunt.

Niffern. *Niffern*, viculus olim, nunc duarum habitationum villa, banno ſuo peculiari adhucdum gaudens, cujus nominis villam in Dynaſtia Oberbronnenſi (*l*) jam vidimus, Berſtettianæ familiæ dominio ſubeſt. *Berſtett* & *Olsisheim* vicos, qui ex femiſſe quoque allodiales ſunt, inter Eccleſiæ Argent. feuda ſupra (*m*) retulimus.

Pfulgriesheim. *Pfulgriesheim*, olim Fulkriegesheim, Imperialis Comitiæ vicus, (*n*) Epiſcopo Argentinenſi per Imperatorem ſec. XIV. totus, at ex femiſſe pignori traditus fuit. Nobilium familiarum peculium deinceps factus, inter Truchſeſſios de Reinfelden atque Birckwaldios ſeculo ſuperiore diviſus, noſtro ad Wangenſes ſolos tranſivit.

Quatzenheim. *Quatzenheim*, à Mulnhemiis ad Landſpergenſes, dein ad Rathſamhauſios hereditatis, ab his denique venditionis jure ad Oberkirchenſes nobiles An. MDCCXIV. pervenit. Caſtrum, à Walthero de Mulnheim, S. Petri junioris Canonico, An. MCCCXL. ædificatum, poſt commiſſum prœlium Enshemianum An. MDCLXXIV. incendio hoſtili diſparuit. Dietricus de Landſperg & uxor ejus, Gertrudis de Wilſperg, caſtrum & vicum hunc filiis ſuis, excluſis filiabus, An. MDLI. per codicillum legarunt. Mutatio ſacrorum & à matre Doſſenhemiana eccleſia ſeparatio curante Landſpergio domino An. MDXXXIX. facta eſt.

## §. CCCCXCII.

Firdenheim *Firdenheim* ſive *Virdenheim*, ejusdem nominis nobiles, quorum ultimus An. MDCXXIV. deceſſit, poſſeſſores ab initio habuit; à quibus ad Bipontino-Bitenſes Comites, Thannenſesque nobiles medio ſec. XIV. devenerat. Thannenſium ſemiſſis An. MCCCCXLIV. Wirico de Hohenburg oppigneratus, à Richardo, Wirici filio, Heinrico de Falckenſtein, Electoris Palat. juſſu, An. MCCCCLXXI. traditus eſt. Triennio poſt Falckenſteinii hujus vidua filiusque Johannes, nec non An. *MCCCCLXXXVII.* incendio hoſtili diſparuit. Dietricus de Landſperg & uxor ejus, Gertrudis de Wilſperg, caſtrum & vicum hunc filiis ſuis, excluſis filiabus, An. MDLI. per codicillum legarunt. Mutatio ſacrorum & à matre Doſſenhemiana eccleſia ſeparatio curante Landſpergio domino An. MDXXXIX. facta eſt.

Bipontinus Comes Heinricus, ſua quisque jura Emerico Rittero, Præfecturæ Hagenoenſis Quæſtori, qui & reluitionis Thannenſium jus aboluit, vendiderunt. Per Emerici proneptem, Catharinam Ritteriam, Phil. Mœſſingero, XIII. viro Argent. nuptam, Firdenhemium inter duas, quas enixa erat, filias in totidem partes diviſum, atque ad Koppios Reiſſeiſeniosque connubiis ſuit translatum. Sed Phil. Jacobus Reiſſeiſen, Conſul Argent. Koppianum quoque ſemiſſem cum materno ſuo An. *MDCXXXIX.* conjunxit. Poſt fata ejus vicus iterum in duas partes diviſus eſt. Jacobeam enim filiam Tobias Bernegger duxit uxorem; unde dimidia vici pars juris Berneggeriani facta, à Jacobæ heredibus viduæ Phil. Ludovici de Buch An. *MDCXCIX.* vendita eſt. Ad Buchios itaque ſemiſſis jam ſpectat, alterum Reiſſeiſenii poſſident.

*Breuſch-*

(*f*) Hunzoo. Lib. III. pag. 42. & Lib. IX. pag. 164.
(*g*) Vide ſupra pag. 239.
(*h*) Pag. 44. §. LXV.
(*i*) *Wangiſche Ehrenrettung* 4to. MDCLXII. p. 8.
(*l*) Pag. 237. § CCCCXXXVI. *Niſſern* in Alſatia ſuperiore vid. pag. 60. fin.
(*m*) Pag. 109. §. CCXCIV.
(*n*) Vid. ſupra pag. 293. §. CCCXLVII.

*Breusch-Wickersheim*, Wickershemium ad Bruſcam, vicus cum arce, rivulo in Bruſcam defluenti aſſidens, poſt Wintherthurios, Zugmantelios, (o) Sturmiosque de Sturmeck, quorum ſanguis An. *MDCXL.* interiit, ad Meilacum de Dettlingen, Sturmii poſtremi vitricum, transivit. At filiæ ejus, Benignæ Salome de Dettlingen, Chriſtophori de Manteufel viduæ ſententia judicum locus hic An. MDCXLV. ablatus, & Phil. Bechtoldo de Weitersheim, cujus mater ex Sturmia gente erat, adjudicatus eſt; qui Geyllingiis, poſſeſſoribus hodiernis, illum biennio poſt vendidit. An. *MCCLXI.* Argentinenſes, cum Rudolfo Habsburgico aliisque Comitibus urbe ſua egreſſi, caſtellum Wickershemii militis, hoſtis ſui, cum expugnare non potuiſſent, vicum *Bruſchewikersheim* incenderunt. (p) An. *MCCCCXLIV.* caſtellum illud ab Armaniacis direptum eſt. (q) Breusch-Wickersheim.

*Kolbsheim*, olim *Kolbozheim*, vicus cum duplici caſtello, ſuperiore & inferiore, quod *Altenau* dicitur, ab Argentinenſibus An. *MCCLXI.* combuſtus eſt. (r) Catharina, Johannis de Landſperg vidua, Cunoni de Kolbotzheim, equiti, quosdam frugum reditus An. *MCCCLVII.* hic vendidit. Nobilis hæc Kolbshemiana familia circa ſeculi XV. finem interiit. Caſtellum Nicolai Lapp, in alia cum Epiſcopo ſuo diſcordia, Argentinenſes An. *MCCCCXVI.* diruerunt. (s) Trientem loci Jo. Jacobus Volzius, ab Altenavia arce cum ſuis majoribus trahens cognomen, à Conradi Bœcklinii liberis, ſuis ex filia nepotibus, An. *MDXCIX.* acquiſivit. Semiſſem, æque allodialem, cum ſuperiore caſtello Mulnhemii poſſederant, quibus per filias ablatus, Wurmſeros inter, Zedlizios aliosque diviſus, (t) cum Volziana parte Falckenhayniis haud ita pridem venditus eſt. *Odrazheim* viculum, de quo jam ſupra, (u) iidem Falckenhaynii ab Holzapfeliis cum Schweinhemio acceperunt heredes. Kolbsheim.

## §. CCCCXCIII.

*Boffsheim*, & *Widernheim*, duo Ellum inter Rhenumque prope Rhinoviam vici, à nobili Muegiorum familia diu poſſeſſi. Codex Mſ. ſec. XIV. (x) habet: " De " villa Boffesheim, cujus ville medietas tantum pertinet Epiſcopo, datur annuatim pro " collecta februarii una libra denar. " Quadrantem hujus vici Ludovicus Mueg à Petro Wirico Tabernenſi An. MDI. reliqua Sebaſtianus Mueg à S. Stephani Argent. Abbatia An. *MDLXVII.* & ab Hanoico-Lichtenbergæ Comite, qui ex Ochſenſteinenſi Dynaſtia alium quadrantem, in Theobaldum Murnhartum An. *MCCCLXXIV.* collatum, (y) acceperat, An. *MDLXXIII.* coemit; quadrienno poſt nobilitatis immediatæ inſignibus à Rudolfo II. Imp. condecorandus. Muegiis frequentes de Stephaniano Boffsheniii ſemiſſe cum Præſule Argent. lites ſeculo ſuperiore fuerunt. Hic jurisdictionem ad ſe pertinere contendit. Provocatum ad aulicum Cæſaris tribunal. Pro Muegiis Nobilitas Alſatiæ inferioris fortiter ſtetit. Muegianæ hic gentis ramus cum An. *MDCLXXXIV.* periiſſet, Suſanna Eliſabetha, Wilh. Sebaſtiani Muegii filia, Phil. Jacobo Volzio ab Altenau nupta, utriusque vici heres à judice pronuntiata eſt. Per hujus liberos pars ad Bœcklinios, Berſtettios aliosque deinceps devenit; pars apud Volzios remanſit. Boffsheim &c.

Widernheimum Jacobus Mueg, Sebaſtiani avus, qui An. MCCCCXCVIII. obiit, à Conrado Dietrico de Rathſamhauſen cum uxore ſua acquiſivit. Sebaſtianus eundem, in plures particulas diviſum, in poteſtatem ſuam totum redegit, qui dein paria cum Boffshemio fata habuit.

*Taubensand* vel *Neudorf*, novus in inſula Rheni quadraginta circiter annorum vicus, cum Nonnenvilla trans Rhenum, in cujus agro eſt, ad Rathſamhauſios, ut allodium, ſpectat.

*Gerſheim* inter Bockios, Zornios atque Dettlingenſes, qui Marxiis ab Eckwersheim fine ſeculi XVI. ſucceſſerunt, hodie diviſus. Nitidæ hic Dettlingenſium ædes cum hortis.



(o) An. MCCCCLXXV. Balthaſar de Zugmantel cum Eckbrechto de Winterthur de aliqua hujus vici parte transegit.

(p) Koenigshov. pag. 247. §. XLIV.

(q) Schilter *ad Kuningh.* pag. 1010.

(r) Koenigshov. Cap. IV. §. LVII.

(s) Herzog. *Chron. Alſatiæ* Lib. III. pag. 28, & Lib. VI. pag. 186.

(t) Tob. Bernegger *Particula Territorii Argent.* pag. 31. & Append. pag. 2.

(u) Pag. 211. §. CCCLXXXVI.

(x) Tabularii epiſcopalis Tabernæ.

(y) Herzog. Lib. VI. pag. 190.

*Hipsheim* ad Ellum maxima nunc parte allodialis, olim Abbatiæ Murbacenſis feudum. An. MCCCXXXIX. Fridericus Wildgravius de Kirchberg: Johannes Wildgravius An. MCCCCXI. de vico *Hipphensheim* per Abbatiam inveſtiti fuerunt. An. MCCCCLX. trientem ejus alienavit Johannes. (*a*) Hodie Kageneckii nobiles minimam à Wildgraviis portionem in ſubfeudum retinent. Triens vici ad Berſtettios, ſemiſſis ad Braunios atque Franckios, negotiatores Argentinenſes, ut allodia, pertinent.

## ALLODIA ECCLESIARUM.

### §. CCCCXCIV.

Schwarzenburg caſtrum.

*Schvvarzenburg*, validum olim prope Abbatiam S. Gregorii caſtrum; quod Gerolseckius Dynaſta (*a*) An. MCCLXI. cacumini montis *Schvvarzenberg*, Abbate Gregoriano, cujus mons erat, fruſtra obſiſtente, inædificavit. (*b*) Abbatia Epiſcopo cum Baſilienſi ſubeſſet, ſuaque in Gregoriana valle jura Richardus Rex Rom. An. MCCLXII. in eundem Epiſcopum transtuliſſet, (*c*) caſtrum hoc ejus quoque dominium ſubiit. CHRONICON. COLMAR. (*d*) de Walthero Roſſelmanno, Sculteto Colmarienſi, perduellionis reo ad Regem Adolfum An. MCCXCIII. perducendo, ſcribens, hæc addidit: " Sed milites Epiſcopi Baſil. violenter ſculteto eripiunt, & in „ caſtrum *Schvvarzenburg* transferunt . . . ab Epiſcopo Baſil. Sculteto Rex poſtulat: „ Epiſcopus dare recuſat &c. An. MCCCI. Epiſcopus Johannem de Wartenfels advocatum Schwarzenburgo caſtro præfecit, eumque pacis publicæ in Alſatia deſignavit cuſtodem. (*e*) An. MCCCXCVI. Wenceslaus Imp. caſtrum *Schvvarzenberg* in valle Monaſterienſi, (*f*) cum aliis bonis prope Mulhuſium, & vectigali vici Kembs, nec non parte tributi Judæorum in Baſilea, poſt Burcardi Monachi de Landscron obitum, Bertramo de Vilwill, Wilhelmo de Erlbach, Bernhardo de Webelnheim & Jo. Bedero de Spira contulit, ſed absque ullo, uti videtur, effectu. Remanſit enim caſtrum hoc penes Eccleſiam Baſilienſem, cujus Epiſcopus Humbertus id Begeris de Geiſpolsheim An. MCCCCII. in feudum tradidit; à quibus novennio poſt Ludovici Palatini, Advocati provincialis, clientelæ ſubjectum. Ludovicus An. MCCCCXIV. eidem quandam ſuorum præfecit. (*g*) Jacobus Begerus, Johannis filius, dives opum, An. MCCCCXCVI. impenſis decem millibus aureorum illud ſplendide reſtituit, plurimumque temporis in eo transegit. (*h*) Begeriæ gentis inſignia in ruderibus caſtri adhuc comparent. An. MDXII. diſſidia inter Jacobum Begerum equitem, Abbatem & civitatem Monaſterienſem, definitis Schwarzenburgicæ ditionis linitibus, per arbitros compoſita ſunt. Mortuis Begeris ad plebejas familias hoc feudum deſcendit, in quo Gualterius, ſupremi Alſatiæ ſenatus Procurator Regius, Petro Schœrio An. MDCLXX. ſucceſſit. Hujus filius denique caſtrum cum monte, quem Abbates, ut vetus eccleſiæ ſuæ patrimonium, toties petierant, Abbatiæ Monaſterienſi anno ſeculi hujus vigeſimo quinto vendidit. Turris major, qua clericos, criminis reos, olim incluſos fuiſſe, BERLERUS (*i*) memorat, paucis abhinc annis concidit. Aliud caſtrum *Schvvarzenberg* trans Rhenum prope Hochbergam, quod feudum ejusdem nominis familiæ fuit Auſtriacum.

### §. CCCCXCV.

Daugendorf &c.

Abbatia Neoburgenſis quatuor poſſidet vicos. *Daugendorf*, qui in ipſius Abbatiæ agro ſitus. Prædium hujus loci, cui jus patronatus deinde acceſſit, Hugo, Dagisburgenſis Comes, Neoburgenſibus donavit. *Grangiam Tochendorf* Alexander III. & Innocentius III. Papæ inter illorum bona recenſent. Waltherus de Valckenſtein & fratres ejus " feodum ſuum integraliter, quod in villa & in banno *Douchindorf* ab Imperio „ tenuerunt, „ Abbatiæ pro 80. marcis circa An. *MCCXXXVII.* indulgente Cæſare vendiderunt. Abbatia judicium heic habuit, à Sigismundo Imp. An. *MCCCCXVII.* confirmatum.

*Dumenheim,*

(*a*) Vid. ſupra pag. 171. in *Ichtersheim*.

(*a*) E familia iſta Ortenaviæ, non Alſatica, Waltheri de Geroldseck, Epiſcopi tum Argent. agnatum fuiſſe, ex inſignibus, in caſtro adhuc conſpicuis, colligimus.

(*b*) Charta Gerhardi Abbatis novo huic operi oppoſita, in biblioth. Abbatiæ Monaſt.

(*c*) Vide ſupra pag. 118. fin.

(*d*) USERII. *Scriptor.* Tom. II. pag. 52.

(*e*) Inſtrumentum apud OBRECHT *Academ.* pag. 335.

(*f*) *Die veſten Schvvarzenberg im Munſtertal gelegen mit ſeinen zugehorungen.* Charta autogr. in tabulario Colmar.

(*g*) Ex tabular. Electoris Palat.

(*h*) BERLER. *Chron. Mſ.* fol. 374. Vidit hic Jacobi epitaphium, rei teſtem, in capella caſtri, divæ Annæ dicata.

(*i*) *Chron Mſ.* loco cit. unde turris dicta *Pfaffenthurn*.

*Donnenheim* Heinricus VI. Imp. ex Landgravialibus bonis Abbatiæ donavit. (*l*) *Grangiam Tumenheim* tamen Alexander III. jam An. *MCLXXVII.* ei adſcribit; quam Carolus IV. *curtem* & Sigismundus *bovæ* in ſuis literis appellant.

*Ulrichiler* & *Nider-Altorf* Henricus de Halwingen, Scultetus Imperialis Hagenoæ, qui utriusque vici advocatiam ab Imperio tenebat, cum omne jure ſuo An. *MCCCXXXVII.* Neoburgenſibus tradidit, Ludovici Bavari ad hoc nactus conſenſum. Carolus IV. eandem advocatiæ villarum *Ulrichire* & *Altdorf* donationem An. *MCCCLVI.* confirmavit.

*S. Johann* & *Eckardsweiler* duo ſunt prope Taberuas Alſaticas vici, ad Abbatiam Johanneam; à qua prior vicus nomen & originem accepit, ſpectantes. Poſteriorem Abbatia An. *MDCCXXVIII.* ab Epiſcopo Argent. pro Sornhova accepit. (*m*) Epiſcopi locum, inter Wangios, Hohenfelſios, Reipolskirchios, diviſum, An. *MCCCCXCV.* & ſequentibus coemerunt per partes. S. Johann &c.

## §. CCCCXCVI.

*Veſſenheim* cis Kocherſpergam vici Barones à Schellenberg, illuſtris Sueviæ familia, poſt Truchſeſſios à Rheinfelden ſeculo ſuperiore potiti ſunt. Maria Anna, gentis ſuæ poſtrema, Ferdinando Ludovico, Waldpurgo-Wolfeggiano Comiti, An. MDCC. mupſit, allodium hoc Kloeckleris de Munchenſtein venditura; unde alia venditione ad Capitulum majus Argent. An. MDCCXIX. pervenit. An. MDCXVI. vicus hic parochum Auguſt. Conf. habuerat, ad Catholica dein ſacra rediturus. Ejusdem nominis vicus in Alſatia ſuperiore prope Nambsheimum, qui Ordinis Teutonici dominio ſubeſt. (*n*) Veſſenheim.

*Eckbolzheim*, vicus non mediocris ad Bruſcam, prope Carthuſiam Argent. cujus proprietas & jurisdictio ad Capitulum Argent. Thomanum ab antiquo ſpectat. Dagobertus II. Florentio Epiſcopo, Florentius fratribus Scotis, popularibus ſuis, apud D. Thomam Argentinæ collectis, dediſſe memoratur. (*o*) Sec. X. Ruthardus Epiſcopus jus decimarum & ſervitiorum cum curte una in *Ekkiboldesheim marca* Eccleſiæ Thomanæ donavit. An. MCLXIII. Fridericus I. Imp. " curiam & alias curtes cum banno, „ manſis, molendino & piſcatione, pratis & nemoribus in Eggebolderheim „ eidem confirmavit Eccleſiæ. Quanquam autem bannum, adeoque jurisdictionem ſec. XII. jam habuerit Capitulum, nobiles tamen de Girbaden advocatiam villæ *Eckbolzheim* ab Epiſcopo ſeculo XV. tenuerunt in feudum. (*p*) Girbadenſibus Uttenhemii atque Mulnhemii ſucceſſerunt; quibus Capitulum cum ſeſe opponeret, ad Epiſcopum & Capitulum majus, tanquam ad arbitros, utraque pars provocavit. Hi laudo ſuo non plenam modo vici proprietatem adjudicarunt Thomanis; ſed & ab omni, quam Henricus de Mulnheim tum ſibi vindicaverat, advocatia, imo & ab omni Epiſcopi & ejus ſucceſſorum petito, vicum pronuntiarunt immunem. (*q*) Eckbolzheimenſes quum An. MCCCCLXXXII. civitatis Argentinenſis ſe ſubmiſiſſent tuitioni, Senatus, ſatisfacturus Capitulo, paulo poſt eidem renuntiavit, aperte declarans, vicanos ſine conſenſu Capituli protectorem nullibi quærere debere. Eckbolzheim.

## §. CCCCXCVII.

*Wangen*, oppidulum cum caſtro inter Marlejam Weſthofiumque ſitum, S. Stephani Abbatiæ Argent. paret. (*r*) Caſtrum & oppidi mœnia An. MCCCLXXV. jam conſtructa fuerunt. Angli loco ſtratagemate capto, incolas male tractarunt, caſtro tamen non ſunt potiti. (*s*) Utrumque Galli, quos Armaniacos vocant, primo impetu repulſi, deditione incolarum An. MCCCCXLIV. occupaverunt; (*t*) quos brevi poſt Argentinenſes in oppido aggreſſi ſunt. Tum vero oppiduli magna pars fuit combuſta; Armaniaci enim incluſerunt ſe caſtro. (*u*) Locum hunc, quo fato ignoro, S. Stephani Abbatia plane amiſerat, ita ut Burckardo de Hohenburg & Werlino Stahel ſec. XIV. jure uxorio fuerit ſubjectus. Werlinus remiſſem ſuum Eccleſiæ Argent. à qua Wangenſes Wangen



(*l*) Vid. ſupra pag. 128. §. CCXVII.
(*m*) Conf. ſupra pag. 138. §. CCXXXVII.
(*n*) De quo vid. Tom. I. pag. 721. §. CCXIII.
(*o*) *Liber falicus* antiquus *Eccleſiæ Thomanæ* lit. A. fol. 376. *Notulas Curiæ domin. Eckbolsh.* ſec. XIV.
(*p*) Vid. ſupra pag. 267. §. CCXC.
(*q*) Laudum hoc datum eſt Dachſteinii die lunæ poſt dominicam exaudi An. MCCCCLI.
(*r*) Conf. Tom. I. pag. 710.
(*s*) Koenigshov. Cap. V. §. CLII.
(*t*) Schilter ad *Kenigsh.* pag. 921. & 1005.
(*u*) Ibidem pag. 929.

nobiles caſtrum pridem tenebant, (*x*) circa An. MCCCLXXII. in feudum obtulit, poſt ejus deceſſum, quod erat improlis, inveſtiente Epiſcopo ad Ochſenſteinenſes transiturum. Hohenburgicam partem Hartungus de Wangen heres accepit, eamque directo Abbatiæ San-Stephaniæ dominio ſubjecit. Hac Ochſenſteinenſes quoque An. MCCCCXIX. potiti, (*y*) totum oppidum deinceps An. MCCCCLXIII. ab eadem Abbatia in feudum receperunt, (*z*) ad quam ſubſecuto vaſallorum interitu mox rediit. (*a*) Sculteti majoris officium Nicolao Bockio in feudum obtigit An. MCCCCLXXXIV. Caſtrum, quod Wangenſes ſervaverant, ſub Eraſmo Epiſcopo eidem Abbatiæ An. MDLXVI. venditum. Eccleſia parochialis, An. MCCXIV. exſtructa, (*b*) Lutheraniſmum admiſit, cum San-Stephaniana Argentinæ Abbatia eundem admiſiſſet. Prope Wangam viculus *Schanlist*, cujus ager ſupereſt, proprium familiæ Argentinenſis olim nomen, (*c*) pridem interiit.

Belheim. *Belhenheim*, ad Wangios, Holzapfeliorum heredes, ſeculo ſuperiore quoque translatus, per eosdem Eccleſiæ S. Stephani Argent. An. MDCCXXVII. venditus eſt. *Belheim* inter Comitiæ Imperialis vicos ſec. XIV. occurrit. (*d*)

Rietfels. Præter Veſſenhemium, Alſatiæ ſup. vicum, quem indicavimus, (*e*) Ordini quoque Teutonico competit vicus *Rietfels*, haud procul Weiſſenburgo cis Luteram ſitus; cujus urbis Præceptoriæ per Eminomen, Leiningæ Comitem, An. MDLXXI. una cum caſtro venditus eſt. (*f*) Anſelmus de Batzendort, dictus de Blumenſtein, eundem locum cum advocatia atque judiciis Henrico Sulzenſi de Fleckenſtein An. MCCCL. vendiderat. (*g*) Per Fleckenſteinios ad Leiningenſes devenit.

## CIVITATUM LIBERARUM DOMINIA.

### §. CCCCXCVIII.

Non omnes, pleræque tamen, Alſatiæ civitates liberæ, quæ Imperiales dicebantur, vel oppida, vel caſtra, vel vicos villasque; imo Argentoratus atque Colmaria Dynaſtias integras, quas in Dynaſtiarum ſerie deſcripſimus, (*h*) poſſident. Sunt, quæ, ut Monaſterienſis, vicos quidem, at civitati non ſubditos, habent.

Argentinenſia. Argentinenſi civitati, præter Barrenſem, Waſſelnhemianam & Marlejenſem Dynaſtias, proximiores aliquot vici parent; qui Præfecturam componunt peculiarem, ante permutationem, cum Klinglinis factam, ab Illkircha, nunc à Dorolshemio, nuncupatam.

Illkirch. *Illkirch* (*i*) vetus Eccleſiæ Thomanæ membrana, unde Eberhardum Comitem ſeculo X. ei præfuiſſe patet, *Illachirecha* latine reddit. (*l*) Vicus Imperialis fuit, pignoris nomine civitati Argent. ſubditus. Rudolfus I. Imp. Illkircham & Illwickersheimum vicos An. *MCCLXXXVIII.* Nicolao Sculteto oppigneravit, quos cum Graſenſtadio redimendos Michael Rulenderlin à Ludovico Bavaro An. *MCCCXXV.* & Jo. Erbius eques à Carolo IV. An. *MCCCLXIX.* obtinuerunt. Zornii cum inter poſſeſſores eorum tum eſſent, Erbio cedere nolentes, inſigne pecuniæ augmentum dederunt Cæſari. Jura omnium Sigismundus Imp. in unum Nic. Zornium de Bulach An. *MCCCCXV.* congeſſit; ſed nec Erbii jam Zorniis, cum quibus tria hæc loca habebant communia, cedere voluerunt. Sigismundus ea triennio poſt in civitatem Argent. pro novies mille florenis, quibus bis mille & ſexcenti dein additi, transtulit, non ſine magnis impenſis atque difficultatibus, auctoritate Imperiali tandem ſublatis, à Zornii Erbiisque reluenda. Illkirchæ

(*x*) In Cod. membr. feudor. Eccleſiæ Argent. ſec. XIV. legitur: „ Heinricus miles de Wangen „ habet tertiam partem in caſtro Wangen, item „ communem libertatem, quæ vulgo dicitur *gezog*, „ de hominibus domine noſtre verſus Wangen. „ Peregrinus de Wangen habet duas partes caſtri de „ *Wangen*, & omnia bona ſua apud Mutzicke.

(*y*) Herzog. Lib. V. pag. 58.

(*z*) Teſtibus literis inveſtituræ An. MCCCCLXIII.

(*a*) Herzog. Lib. III. pag. 26.

(*b*) Teſte inſcriptione, ſupra portam turris conſpicua.

(*c*) Nicolaus Schanlitt An. MCCCCXXIII. conſul fuit Argentinenſis.

(*d*) Vid. ſupra pag. 193. §. CCCXLVII.

(*e*) Pag. præced.

(*f*) *Recueil d'Ordonnances d'Alſace* Tom. I. pag. 111.

(*g*) Chartular. Fleckenſtein. ſec. XIV.

(*h*) Argentinenſis civitatis Dynaſtias tres vid. pag. 207. ſqq. Landſpurgenſem Colmariæ Dynaſtiam pag. 103. & oppidum S. Crucis pag. 89.

(*i*) Vox denotat *Eccleſiam ad Illum*, quæ vico condenſo dedit occaſionem. Conf. Tom. I. pag. 725. §. CCXVI.

(*l*) Conf. ſupra pag. 192. §. CCCXLVII.

Illkirchæ duo caſtella fuerunt, quæ *Illhauſen* & *Niderburg* dicebantur. Prius ad Ellum hodieque ſubſiſtit, cum An. *MCCCCXXVIII.* quo ab Argentinenſibus everſum eſt, ad Kageneckios, ſec. XVI. ad Wurmſeros, (*m*) inde ad Botzhemios, Dietrichios ſpectaſſet, denique ad Klinglinos, antequam hi vicum acciperent, transivit. Molendinum ſupra caſtellum, quod feudum Badenſe, Illburg vocatur. Alterum caſtellum, quod verſus Argentoratum ad vici introitum erat, An. *MDCXIII.* Johannes Zimmerer, poſteaque Eduardus S. Aubin, Metis verſatus uterque, poſſederant.

*Grafenſtaden*, vicus minor, parochiæ prioris junctus, ponte (*n*) olim, nunc ponte, quo Ellus trajicitur, inſtructus. Pontonis jura cum vico per Imperatores oppignerata fuerunt. Civitas Argent. An. *MDCCXXXV.* Illkircham & Grafenſtadium commutans cum vico Hoenheim, (*o*) vectigalia ſibi ſervavit. Commutationis auctor Joſephus Klinglinus, Regius tum Prætor, Hoenhemii poſſeſſor. Vicus hic autem feudum Argentinenſis Eccleſiæ cum fuerit, vinculum feudale ad illos duos translatum eſt. Grafenſtaden.

## §. CCCCXCIX.

*Illwickersheim*, primitus *Wickersheim*, deinceps à S. Oſwaldi fonte, ad quem peregrinationes ſacræ fiebant, *S. Oſwald* appellatus, in altera Elli ripa ſedet, quæ Illkirchæ oppoſita. An. *MCCXXVI.* Henricus Rex, Friderici II. Imp. filius, Bertholdo I. Epiſcopo Argent. "*Cuſirum Wickersheim* cum ſuis omnibus pertinentiis titulo pignoris „ obligavit, ſub ea forma, quod idem Epiſcopus præfatum caſtrum fratribus de „ Hohenſtein, Henrico & Alberto, medio tempore cuſtodiendum commendare tenetur.(*p*) An. *MCCXLVI.* Henricus, Epiſcopus Argent. adverſus Conradum IV. Regem Rom. inſurgens, "firmiſſima & nobiliſſima duo caſtra (*Wickersheim*) & *Krouenburg*, funditus „ deſtruxit.„ (*q*) Idem ut faceret, Henricus Anti-Cæſar, Thuringiæ Landgravius, civitati Argent. mandaverat, cui gravia ex Wickershemio damna inferri audierat. Res, poſſeſſiones & jura, ad caſtrum *Wickersheim* pertinentia, Henricus hic Sygelino Bilde & Goſſelino, militibus Argent. pro ducentis, quas eis præmii loco promiſerat, marcis argenti An. *MCCXLVI.* oppigneravit. (*r*) Ab eo itaque tempore caſtrum Imperiale nullum hic fuit. Curiam in Wickersheim Rudolfus I. & Albertus I. Impp. ſtrenuo viro, Voltzoni de Hochfelden; piſcinam Adolfus Naſſovius An. *MCCXCIII.* Johanni Vogtio, civi Argent. pignori dederunt. Everſo Imperiali caſtro duo minora ſequentibus ſeculis Wickershemii fuerunt extructa. Alterum civitas Argent. Jo. Paulo Muegio An. *MDCX.* vendidit; unde per Muegios An. *MDCLXXXIV.* ad Bockios nobiles devenit. Alterum civium quorundam Argentinenſium peculium fuit. An. *MDCLXXXVIII.* mares in hoc vico ad Catholica ſacra redierunt; reſragantibus feminis. Illwickersheim.

Tres, quos memoravimus, vicos Illkircham, Grafenſtadium & Illwickersheimum, Ferdinandus II. Imp. An. MDCXXX. vicies mille flor. redemturus, rei perficiendæ curam Jo. Georgio Biegeiſen, Epiſcopatus Argent. Cancellario, commiſit. Arguerat Argentinenſes Cæſar, Cæſaream ut reluitionem ſub Rudolfo II. averterent, ipſos Electori Palatino, qui Imperii pignora redimendi jus habuerat, obtuliſſe hos vicos. Reſponderunt Argentinenſes d. 28. Jan. MDCXXXI. nullum ſibi cum Rudolpho II. multo minus cum Palatino, hac de re negotium interceſſiſſe; unde Imperatorem amplius intitiſſe non reperio.

## §. D.

*Dorolsheim*, *Dorlisheim*, (*s*) vicus prope Molshemium inſignis, cui murus circumductus fuit & foſſa, à Metenſi, uti videtur, ad Argent. Epiſcopatum, inde jure allodii ad varias gentes, nobiles atque plebejas, denique ad civitatem Argent. pervenit. Hoſpitale juxta villam *Thoroholſe* Richerius (*t*) memorat. Metenſis Epiſcopatus pignus Dorolshemium erat An. MCCXXXIX. quadringentis libris Metenſibus redimendum. (*v*) An. MCCLXII. Argentinenſes cum aliis Epiſcopi ſui locis Dorolshemium Dorolsheim.



(*m*) Herzog. Lib. III. pag. 13.
(*n*) *Das Fahr*, trajectus.
(*o*) De quo pag. 171. §. CCXCVII.
(*p*) Liber fal. Capituli maj. Argent.
(*q*) Anonymi *fragment. hiſtor.* apud Urstis. pag. 92. Koenigshov. pag. 116. & 316.
(*r*) Chartæ ap. Wenckeb. *Apparat. Archivor.* pag. 164. n. V. VI.
(*s*) Conf. Tom. I. pag. 720. §. CCVIII.
(*t*) *Chron. Senon.* Lib. V. Cap. XV.
(*v*) Inventar. chartarum Cancellariæ Vicenſis juſſu regio An. MDCXXXIV. factum.

mium vaſtarunt, (*u*) ignari tum, vicum hunc poſt aliquot ſecula ad ſe iri translatum. Translationis initium An MCCCCXCV. factum eſt; finis An. MDCCXXVII. in tot enim partes ille diviſus erat, ut duorum ſeculorum & amplius decurſu vix totus potuerit acquiri. (*v*) Patronatus ac decimarum jus ab Altæ ſilvæ (*w*) monaſterio An. MDLXXVI. civitati Argent. quoque venditum. Trientem decimarum Henricus Burggravius de Dorolzheim ab Eccleſia Metenſi An. MCCCLXIII. in feudum tenuerat, de quo Hohenſteinii, (*x*) Ramſteinii, Landſpergenſes atque Wurmſeri, deinceps inveſtiti fuerunt. An. MDXCII. Lotharingicæ Caroli Card. & Epiſcopi Argent. auxiliares copiæ Dorolshemium combuſſerunt. Maxima incolarum pars Roshemium tum fugerat. (*y*)

## §. DI.

Schiltigheim. *Schiltigheim*, (*z*) proximus Argentorato vicus, oblongus & præſtans; cum quo alii duo, *Botzburg* & *Adelshofen*, coaluerunt. De priore, quem Lotharii Imp. diplomata, S. Stephani Abbatiæ datum, An. DCCCXLV. jam memorat, Wernerus Epiſcopus Argent. An. MV. ſcribit: " villa nuncupata *Botzburg*, (*a*) & in nova transpoſitione „ *Schiltenheim*; „ unde apparet, illum paulo ante Schiltighemio fuiſſe inſertum. Adelshofium in Eccleſiæ Thomanæ, cui curia dominica, Adelochi Epiſcopi donum, hic competit, chartis antiquis *Adelhoueshoven*, *Adelhartshoven*, *Adulhartshoven*, *Adrazhoven*, ſcribitur; cum quibus & tabularii Epiſcopalis documenta conſpirant. *Villam Adrotzhoven* Reinboldus de Schœnecke & fratres ejus; (*b*) advocatiam curiæ dominicæ in *Adelhartzhoven* Johannes dictus Schwarber, miles Argent. ab Eccleſia Argent. ſeculo XIV. in feudum tenuerunt. (*c*) In Friderici Epiſcopi cum civitate Argent. bello An. MCCCXCII. viculus hic una cum Kœnigshova deſtructus fuit; revixit tamen & initio ſeculi XVI. demum cum Schiltighemio coaluit. Schiltighemium, caſtrum & vicum, Petrus Voelſchius civitati Argentinenſi An. MDI. ut allodium vendidit. Quinquennio poſt ſculteti ſuperioris officium eidem civitati venditum eſt. Caſtrum *Hegle* & vicum *Adelshofen*, Schiltighemium inter & Biſchofsheimium ſitos, qui ab Uttenhemiis per varias mutationes ad Zornios aliosque devenerant, partim An. MDII. partim ſexennio poſt, quadringentis & decem aureis coemit civitas, præſtandis quibusdam oneribus ſimul devincta. Caſtellum in Schiltighem, ad Flachios pertinens, An. MDCLXXVI. ab Argentinenſibus, ne bello ſibi noceret, everſum eſt. *Hegle*, ad cives quosdam privatos, Heuſios, Langios, Geigeros redux, An. MDCXC. pariter ſolo æquatum.

Ittenheim] &c. *Ittenheim* & *Handſchuheim* vicos Jacobus Beger de Bleyburg nomine pupillæ ſuæ, Melchioris Begeri de Geiſpolzheim filiæ, conſenſu agnatorum, Reipublicæ Argent. An. MDVII. vendidit. Parochum quisque ſuum, ſculetum ambo communem ſæpiſſime habuerunt. *Nider-Hausbergen*, vicus à ſeculo X. jam notus, (*d*) Imperialis olim & multis privilegiis ornatus, à Quæſtura civitatis immediate regitur, cujus tutelam ſponte ſua An. MCCCCLXXXIX. ſubiit.

## §. DII.

Hagenoenſia. Urbis Hagenoenſis, quæ poſt Argentoratum primaria, dominium duos complectitur vicos: *Kaltenhauſen*, qui in ipſo urbis agro ad Motram ortus, parochum haud ita pridem accepit peculiarem. *Schirrieth*, vulgo *Schirein*, recens quoque, uti Schirhofium vicinum, vicus, antea villa, ſuo à triginta circiter annis paſtore gaudet. *Hartzhauſen* viculus ad Hagenoenſium hoſpitale ſpectat. Prædium Harthuſen cum capella curiali & decimis Hartmannus quidam ſacerdos, ex familia Comitis Petri de Lucelburg, Eccleſiæ Argent. donavit, ſed inconſultis ſuis heredibus, qui defuncto Hartmanno poſſeſſionem ejus adituri & ipſi inter ſe colliſi ſunt; unde prædium hoc, defertum & incultum, conſentiente Præſule Argent. Neoburgenſi Abbatiæ An. MCCIX. traditum eſt. (*e*)

§. DIII.

---

(*u*) Koenigshov. pag. 253. §. LVII.

(*v*) An. MCCCCXCV. Urſula Wilkiommia; ſeptenio poſt Johannes de Mittelhauſen; An. MDIV. Jacobus Zur Megde, duodecimam quisque; An. MDLVI. Nicolaus Werlinus quartam; Capitulum S. Petri Junioris; Cœnobium S. Arbogaſti; Johannes Nazel de Kœnigſpach; Burcardus de Eichelberg, minores ſinguli particulas vici hujus civitati Argent. vendiderunt. Reſtabat duodecima pars una, à Widiis in Weilandios translata; quam Franciſca Salome Weilandia, Phil. Guſtavi Fabri vidua, An. MDCCXXVII. denique civitati eidem tradidit.

(*w*) Germ. *Hohenforſt*; Gall. *Haute Seille*, in Lotharingia.

(*x*) Hi parte quoque decimæ vini in *Altenberg*, monte vitifero Dorolhemiano, Eccleſiæ Argent. beneficio fec. XIV. gaudebant.

(*y*) *Statt Strasburg gegen Erklærung* 40.

(*z*) Conf. Tom. I. pag. 732. ubi *Stizingsbouhel* appellatur.

(*a*) Ita nos; Schilter. *ad Kœnigsbov.* pag. 535. habet *Botzburn*.

(*b*) Vide ſupra pag. 168. §. CCXCI.

(*c*) Codex membr. redituum & feudor. Epiſcopi Argent. ſec. XIV.

(*d*) Vid. ſupra pag. 261.

(*e*) Charta tabularii Neoburg.

## §. DIII.

*Kinsheim*, veteres *Küningsheim*, lat. *Regis villa*, qualis etiam fuit, dixere. Villam *Kunigesheim* in pago Helisacensi Lotharius Imp. Hercangario Comiti An. DCCCXLIV. donavit. (*f*) Rudolfus I. Imp. " villam *Kuningisheim* cum hominibus & pertinentiis „ universis, illis duntaxat exceptis, quæ in eadem villa aliis obligata, Hartmanno „ & Egilolfo fratribus de Ratzenhusen pro centum quinquaginta marcis argenti, in „ nostris ac Imperii usus expositis „ An. MCCLXXXVI. XIV. Cal. Junii, ante Luterburgum cum esset, oppigneravit. Ludovicus Bav. non redimendi tantum loci hujus potestatem, sed ipsam ejus proprietatem civitati Seleſtadiensi An. MCCCXXXVIII. donavit. Tum vero præter Rathsamhausios, Murnharti, Windeckii aliique, quibus satisfactum omnibus, hujus participes fuerunt pignoris. Ludovici donationem Carolus IV. An. MCCCXLVII. confirmavit. Sculteti constituendi jus, quod penes Abbatiam Andlaviensem fuerat, Seleſtadienses mille & quingentis florenis An. MDXXXIV. compararunt. Abbatiæ ilti Carolus Crassus " curtem nomine *Cunigesheim* cum omnibus „ adjacentiis „ tradidit. (*g*) Sed & Senonienſis Abbatia curiam in *Kungesheim* habuit; quæ Hybelungo, Philippi de Razenhusen procuratori, An. MCCLXXIV. Seleſtadii in feudum data. Advocatus de *Cunigesheim*, Waltherus de Stete, plura in agro hujus vici bona, legitimi Domini sui Egelolfi de Razenhusen consensu, Senonienſibus An. MCCXCIX. vendidit. (*h*) Kinshemio castrum cognomine imminet, quod Johannes de Hadstatt & uxor ejus cum vineis, silvis, hortis & pratis, Seleſtadiensi quoque civitati An. MCCCCXCII. venum dederunt. Hujus dominium utile cum multis in vico juribus Wilhelmus à Gollen, de civitate sua præclare meritus, An. MDCXLIX. die 3. Nov. pro tribus millibus aureorum accepit; ea conditione, ut arcem, quæ bello tricennali ruinam passa, reficeret, ipsiusque posteri mares, legitime nati, quibus de perpetua beneficii hujus usu cautum, ubi defecerint, centum & uno tantum annis penes filias earumque heredes illud maneret. Postremus marium An. MDCCIV. d. 8. Sept. obiit, tumque ad primi acquirentis proneptem, Marchioni de Broc nuptam, Kinshemium transiit; post completos, à masculæ stirpis interitu, centum & unum annos, ex supremi Alsatiæ senatus sententia, An. MDCCL. lata, ad Seleſtadienses reditum. Ad eandem civitatem vicus destructus *Burner*, Henrici VII. Imp. donum, de quo infra, spectaverat. Seleſtadienſia.

## §. DIV.

*Kagenfels*, vetus in valle Clingensi retro Ehnheimensem, ad quam pertinet, civitatem castrum, à Kagenia gente nomen accepisse videtur. In Rudolfi I. Imp. charta An. MCCLXXXV. *Kagenburgum*, castrum & silvam, à civitate ista Alberto Kagen pro annuo censu traditum fuisse legimus. An. MCCCX. Hohensteinii milites Kagenfelsam possidebant, ab Ecclesia Argent. eam recepturi deinceps in feudum. His Ganerbiorum forsan more Fridericus Stahel à Westhofen accessit; quem Ehnheimenses An. MCCXC. coepere cum arce, suaque in potestate diu servarunt. Hohensteiniis vicinæ silvæ usum, ab Ehnheimensibus negatum, ad reficiendum castrum Stephanus, Palatinus Comes, An. MCCCCXXX. addixit. (*i*) Successores eorum Uttenhemii ad Ramstein fuere, à quibus Kagenfelsa Lucæ Vischbeckio, dicto *Zaeckli*, Dynastiæ Villerensi præfecto, vendita. Vischbeckius jus suum in civitatem Ehnheimensem pro ducentis supra quinque mille florenis An. MDLXIII. transtulit, pristino tamen Ecclesiæ Argent. feudali nexu adhuc manente. Ehnheimenſia.

*Bernhardsweiler*, vulgo *Bertschweiler*, à quo alius ejusdem nominis vicus duabus leucis distat, (*l*) Rudolfus I. Imp. Walthero de Girbaden pro centum marcis An. MCCLXXVI. Ludovicus Bav. Ehnheimensi civitati An. MCCCXXX. Carolus IV. Hartungo de Wangen An. MCCCXLVIII. oppignerarunt. Anno vero sequenti Carolus vicum hunc pro centum & quinquaginta marcarum pretio Ehnheimensibus reddi voluit, eisque ut vici incolæ præstarent oblequium, Johannes de Vinstingen, provincialis Alsatiæ advocatus, curavit. Oppigneratio hæc & transactione cum Hartungo de Wangen An. MCCCLIV. & Wenceslai, Sigismundi, Friderici IV. Impp. chartis firmata est.

§. DV.

(*f*) Chartular. vetus Andlav. fol. 28. Conf. Tom. I. pag. 708.
(*g*) Statuta Abbatiæ Andlavienſis ante sec. XII. condita.
(*h*) Chartæ Senonienſes.
(*i*) Tabular. Rathsamhaus.
(*l*) Vid. supra pag. 259. initio.

## §. DV.

Weiſſenburg. Weiſſenburgenſis civitas duos hodie vicos, olim quinque, ſupra jam indicatos, (*m*) inter poſſeſſiones ſuas numerat: *Schweigen* & *Weiler*, qui parochiæ S. Michaelis in civitate adſcripti. Prior tamen templum habet peculiare.

## §. DVI.

Landavienſia. Landavienſi civitati tres ſubjecti ſunt vici. *Nuſidorff*, uno ab urbe trans Queicham lapide; ubi nobilis quædam Bertradis cum fratre, filiis ſuis atque cognatis Eccleſiæ Argent. miniſterialis An. MCCVIII. declarata eſt, Bertoldus & Heinricus de Scharpfenberg fratres cum eam miniſterialem ſuam eſſe voluiſſent. (*n*) Incolas vici Johannes de Heydeck, Madenburgenſis Dynaſtiæ poſſeſſor, ab angariis, in caſtro Madenburg præſtandis, quod nimis ab eo remoti eſſent, pro quinquaginta florenis An. MCCCCXCVIII. liberos pronuntiavit. Conradus de Heydeck vicum hunc omnem civitati Landavienſi, quod jam ſupra annotavi, (*o*) pro ter mille florenis An. MDVIII. vendidit. Emico, Leiningenſis Comes, Spirenſis Eccleſiæ feudum ſuique Comitatus partem illum fuiſſe aſſerens, ducentos quoque florenos à Landavienſibus, vexationem metuentibus, accepit. Homines proprios in eo plures Electior Palatinus & Epiſcopus Spirenſis habuere. *Queichheim* civitas Landavienſis An. MCCCCLXV. in viginti annos Epiſcopo Spirenſi oppigneravit. Reluitio tamen nonniſi An. MDLVIII. facta. Friderici, Electoris Palat. clientelam ille fubiit An. MCCCCLXIV. *Dambeim* Adolfi Imp. donatione An. MCCXCII. quo curia tantum fuerat, Landaviæ acceſſit. In ſingulis his vicis Auguſtanæ Confeſſ. parochus. Advocatus eorum Conſul civitatis regens, olim ſenator atque ſcabinus.

Briſacenſe. *Bitsheim* Alſatiæ ſuperioris è regione veteris Briſaci, ad quod ſpectat, vicus præſtans, ubi prioratus vel præpoſitura S. Johannis erat, à S. Albani prioratu Baſilienſi Ord. Cluniacenſis pendens; in cujus bonis recenſendis eccleſiam de *Biiſesheim* Fridericus I. Imp. An. MCLII. & Henricus, præſul Baſil. An. MCLXXX. primam poſuerunt. Reinerus prior de Biiſesheim, in Ortliebi, Epiſcopi Baſil. charta An. MCLIV. teſtis occurrit. Baſilienſes, Cœnobio S. Albani potiti, prioratum hunc Biesheimenſem Briſacenſi civitati pro trecentis & octoginta flor. An. MDLIII. vendiderunt. Epiſcopum Baſil. caſtrum in Biiſesheim An. MCCLXXXIII. ædificaſſe, ANNALES COLMAR. nos docent.

# LOTHARINGICÆ IN ALSATIA TERRÆ.

## §. DVII.

Lotharingiæ Duces, ex Alſatia ducentes originem, patrimoniales in ea terras ab antiquo poſſederunt. Has, in Vogeſo adque ejus radices Alſaticas ſitas, Lotharingia contermina ſibi ita vindicavit, ut fere nullus earum cum Alſatia nexus remaneret. Illa itaque ditionis ſuæ verſus ortum augmenta Etichonidis noſtris Alſatis, ad Lotharienſem Ducatum ſeculo XI. promotis, unice debet. Vallis Leberia ac Dynaſtia Bitenſis, quæ in Alſatiam excurrit, ut & alia quædam loca, Alſatiæ nobilibus in feudum collata, hæc augmenta componunt; de quibus ſingulis nonnulla ſubjungo.

Leberia vallis. Non omnis Leberia vallis Lotharingici juris eſt; pars ejus ad Dynaſtiam Rappoltſteinenſem refertur. (*p*) Ab hac rivulus *Liverſel*, è S. Deodati montibus deſcendens, partem Lotharingicam ſeparat. Limes dein per S. Mariæ Fanum juxta Lebraham, (*q*) usque ad S. Blaſii vicum, procedens, aliumque hinc rivulum, (*r*) qui paulo inferius cum Lebraha miſcetur, trans Lebraham fecutus, omnem cis & trans amnem hunc vallem, una cum S. Hippoliti oppido, Lotharingis vindicat.

Ad Lotharingiam ergo pertinet *S. Mariæ Fanum* ex parte, (*s*) in qua caſtellum, quod Jo. Jacobo Saur An. MDCCXXII. in triginta annos locatum, nuperque à Stanislao Rege civitati traditum eſt.

*S. Croix*,

(*m*) Pag. 176. §. CCCX.
(*n*) Tabular. Epiſcopi Argent.
(*o*) Pag. 174. §. CCCV.
(*p*) De qua vid. pag. 123. §. CCVIII. ſqq.
(*q*) Lebraha, unde valli nomen, ab accolis *Landbach*, rivus provincialis, dicitur. Foſſa provincialis, *Landgraben*, ubi Alſatia inferior incipit, ei paulo ſuperior eſt.
(*r*) Accolis *Iſenbächel*, rivulus ferri, qui in monte *Iſenrein* oritur.
(*s*) Conf. ſupra pag. 224. §. CCIX.

*S. Croix*, (*t*) ubi arx deſtructa ; *Grot-Rumbach* ; *Klein-Rumbach*, prope quem vicum *Eckerich* caſtrum ; cujus pars occidentalis Lotharingica, orientalis Rapoltſteinenſis. (*u*) *Steinbach*, *Frai Coſte* & *Monſplaiſir*, villæ ; *Muſloch* vicus.

*Leberau*, Gall. *Lievre*, olim *Fulradovillare* ; (*x*) cujus Prioratus cum primatiali Nanceji eccleſia nunc junctus eſt, Armaniacos Gallos An. MCCCCXLIV. admiſit hoſpites ; unde locus à ſupervenientibus Alſatis paulo poſt incenſus, (*y*) oppidi, quam habuerat, formam amiſit. *Deutſch-Rumbach* vicus, *Hingrie* & *Bois-l'Abbaiſe* villæ, huc quoque pertinent.

## §. DVIII.

*S. Hipolite*, germ. *Sant-Bilt*, olim *Audaldovillare*, (*z*) oppidum Lotharingicum extra vallem Leberiam, ad radices Vogeſi, infra Kunigsburgum caſtrum, ubi in veteris arcis ruinis Leopoldus Dux novam excitavit. Fata hujus oppidi antiquiora alibi (*a*) retulimus ; quibus hæc addo : quod Henricus II. Imp. diploma in *S. Hypolito* dederit An. MIII. (*b*) quodque Armaniaci, à civibus bis repulſi, deditione tandem eo potiti ſint An. MCCCCXLIV. (*c*) Domicellum de Commercy cum militibus ſuis relinquentes præſidio. (*d*) Hic oppido incenſo prima anni ſequentis die doloſe diſcedens, Berghei-menſes alioſque vicinos allexit, ut opprimerentur incauti. Armaniacos tamen iidem, qui fugerant, cum Rappoltvillanis reduces, hoc brevi poſt loco ejecerunt. (*e*) Carolus IV. Lotharingiæ Dux, quum pro Imperatore Leopoldo adverſus Galliam ſtaret An. MDCLXXIV. ſuum hic prætorium fixit. (*f*) S. Hippoliti oppidum.

In ipſo autem hoc tractu, præter Lotharingiæ Duces, Prioratus quoque S. Alexandri & S. Hippoliti, quorum advocatiam Lotharius II. Imp. illis confirmavit, (*g*) nec non Eckerichii nobiles, plura quoque bona habuerunt ; quibus Lotharingos injuſte potitos eſſe, Abbas S. Dionyſii prope Lutetiam, à quo Prioratus hi pendebant, apud Galliæ Regem ſæpe conqueſtus eſt. Duce Regis literis & per legatos hac de re monito, judicium quidem Nanceji An. MCCCCIV. inſtitutum, ſed Abbatis querelis nequaquam ſatisfactum. (*h*) Aliorum jura.

Viciſſitudines rerum, adverſas & proſperas, quas Lotharingiæ Ducatus & Duces ſuperiore & noſtro ævo experti ſunt, in has quoque Lotharingicas Alſatiæ partes influxiſſe, nemo non, me tacente, intelligit. (*i*) Fata.

## §. DIX.

Dynaſtia Bitenſis, (*l*) à caſtro Bitis, *Bitſch*, quod Vogeſo inſidet, nuncupata, verum Gerhardi Etichonidæ, Lotharingiæ Ducum latoris, patrimonium, ab omni, quantum novimus, ævo, limites in Alſatiam extendit. Hos Ruthardus, Matthæi Lotharingiæ Ducis, adminiſter, circa ſeculi XII. medium ita deſignavit : " à termino, " qui Salzbrugga Brumsberch, & per deſcenſum rivuli, qui Viſchbach vocatur, uſque " ad Peterlingun ; de Peterlingun per aſcenſum ſemitæ uſque ad Wendelesloch, & " per aliud latus in deſcenſu uſque in inferiorem Steinbach, (*m*) & per aſcenſum " rivuli, qui Stainbach vocatur, uſque ad ortum ejusdem rivuli. De fonte vero, " qui Stainbruno vocatur, uſque Nunhoven ; (*n*) de Nunhoven autem uſque Hunde-" neſſe ; Bitenſis Dynaſtia.



(*t*) Germani *Sant-Crutz* vocant, adeoque ab oppido Alſatiæ ſup. *Heilig Creutz* nomine diſtinguunt. Diſtinctio hæc in veteri jam ſcripto ſec. XV. apud Koenigshov. pag. 942. occurrit.
(*u*) Vid. pag. 123. §. CCVIII.
(*x*) Tom. I. pag. 722. & 737.
(*y*) Monstrelet *Chroniques* Vol. III. ad An. MCCCCXLIV.
(*z*) Tom. I. p. 715. §. CXCIV.
(*a*) Pag. 130. ſq.
(*b*) Apud Herrgott *Geneal. Habſb.* Tom. II. num. 156.
(*c*) Schilter ad *Koenigshov.* pag. 917. & 1003.
(*d*) Ibidem pag. 923.
(*e*) Ibid. pag. 932. & 1012.
(*f*) Calmet *Hiſt. de Lorr.* Tom. III. p. 719.
(*g*) Benoit *Origine de la Maiſon de Lorraine* pag. 216.
(*h*) Felibien *Hiſt. de S. Denys* pag. 321.
(*i*) In conventione memorabili An. MDCCXVIII. d. 21. Jan. inter Galliam & Lotharingiam inita, art. 23. ſcribitur : *Le Roi donnera ordre pour faire remettre inceſſamment au Duc la ville de S. Hipolite avec ſes appartenances & dépendances* &c. & art. 27. dicitur : *Sa Maj. ſe deporte des prétenſions mûës depuis peu ſur S. Marie aux mines, & le val de Lievre en la partie appellée de Lorraine, ſur la Seigneurie de Tauviller & dépendances* : &c. Rousset *Interêts des Puiſſances de l'Europe* Tom. II. pag. 165.
(*l*) Vulgo *Comitatus* vocatur, quod plura per ſecula poſſeſſores habuit Bipontinos Comites, An. MDLXX. in Jacobo extinctos, qui *Dynaſtæ* Bitenſis axiomate ſemper uſi fuere.
(*m*) De hoc vico Alſatiæ ſupra pag. 210. §. CCCCXXV.
(*n*) De quo in Dynaſtia Schœneck. pag. 249. §. CCCCLVI.

» neſſe ; de Hundeneſſe uſque Liegesbach ; de Liegesbach uſque Hamelesloch ; de » Hamelesloch uſque Smalendal per aſcenſum rivuli, qui Mathra vocatur, uſque ad » domum Giſelberti, per aſcenſum rivuli, qui Ligenbach vocatur. De Ligenbach » uſque Breidenſtain ; de Breidenſtain uſque Crigesbach &c. In hoc limite plura poſtea temporis caſtra, *Blumenſtein*, Waſenſtein, Arnſperga minor, Windeck, Hohenfels, *Rothenburg*, Luzelhard, Falckenſtein, *Walleck* &c. conſtructa fuerunt ; quorum pleraque in Lichtenbergica, Fleckenſteinenſi & Schœneckiana Dynaſtiis ſupra deſcripſimus. Rothenburgi, ab Argentinenſibus An. MCCCLXIX. diruti, (o) dimidiam partem Walramus, Bipontino-Bitenſis Comes, Gerhardo Harnaſch de Weiskirchen ad vitæ dies An. MCCCLIII. tradiderat. (p) Ex Waleckio (q) duæ turres altiſſimæ ſuperſunt. Ad pedes montis, cui caſtrum inſidet, vicus cognominis ſitus eſt, ad Comitatum quoque Bitenſem cum illo ſpectans. Blumenſteinium inter Bipontinum Ducatum, Dynaſtiam Lichtenbergenſem & Eccleſiam Weiſſenburg. diviſum. Lichtenbergenſis pars ad Dynaſtas Fleckenſteinenſes olim ſpectavit. Nobiles ab eo denominatos Herzogius (r) commemorat. In eodem, quem indicavimus, ambitu Fridericus, Lotharingiæ Dux, Abbatiæ Neoburgenſi prædium *Bretinbach*, à patre ipſi donatum, deinque à filio ereptum, An. MCCVII. reſtituit, ibique grangiam ex foreſta ſua conſtrui permiſit.

Dynaſtiam Bitenſem Gerhardus, Alſatiæ Comes, filio ſuo Theodorico, Lotharingiæ Duci ; hic Theodorico filio, Flandriæ Comiti, reliquit, qui Sigmundo fratri, Lotharingiæ Duci, jus ſuum commiſit. (s) Fridericus Dux eandem denique Eberhardo, Bipontino Comiti, An. MCCXCVII. conceſſit in feudum ; (t) quod pereunte hac gente An. MDLXX. vel ad Hanovio-Lichtenbergicos, vel ad Leiningenſes Comites, ob affinitatem ſæpius relatam, transiturum videbatur. Sed Lotharingiæ Dux feudum ſuum ipſe ſervavit, Præfecturam Lembergenſem tamen, de qua ſupra, (u) Hanovio Comiti ex eo relinquens. (x)

## §. DX.

Reichshofen oppidum.

Cum Dynaſtia Bitenſi Reichshovium quoque oppidum, eidem vicinum, ad Lotharingiæ Duces ſpectavit ; à quibus ex allodio in feudum Eccleſiæ Argent. converſum. (y) Extinctis Bitenſibus, quibus poſt Ochſenſteinenſes collatum fuerat, Argentinenſis Præſul oppidum & caſtrum hoc, reluctante Hanovio-Lichtenbergenſi Comite, ultimi Bitenſis genero, An. MDLXX. occupavit. (z) Utile igitur Reichshovii dominium, cum directo conjunctum, penes Eccleſiam Argent. remanſit, (a) donec Epiſcopus, Franciſcus Egon de Furſtenberg, utrumque Carolo IV. Lotharingiæ Duci, circa An. MDCLXIV. vendidit ; adeoque Reichshovii proprietas, poſt quatuor ſeculorum decurſum, ad priſtinos ſuos rediit Lotharingiæ Duces. Carolus IV. Carolo Henrico, Vaudemontii Principi, filio ſuo naturali, terras Bitenſes atque Reichshovium paulo poſt tradidit ; à quo oppidum hoc Suartio Abbati, palatii ſui præfecto, pro LXIV. mille libris circa An. MDCCVIII. venditum eſt. Suartio Abbati defuncto neptes ejus duæ anno hujus ſeculi vigeſimo ſucceſſere, Reichshovium quadriennio poſt Leopoldo, Lotharingiæ Duci, pro eadem, qua comparatum fuerat, pecuniæ ſumma reddituræ. Craonius Princeps, à Leopoldo beneficium hoc adeptus, filio & ſucceſſori ejus, hodierno Imperatori Franciſco, An. MDCCXXIX. illud reſtituit ; qui Lotharingia ad Galliæ regnum translata, proprietate tamen Reichshovii non interrupte perfruitur. Oppidum hoc, ducentos cives & viginti focos Judaicos continens, in ſuperius & inferius, quibus ſuburbium accedit, intermedia turre diſtinguitur. Turres omnes quadrangulares eo, quo caſtrum, oppido adſtructum, adſpiciunt, latere nunquam clauſæ fuerunt. Senatus Sculteto, Conſule, qui annuus, & ſeptem Scabinis perpetuis conſtat, quibus Baillivus Principis accedit. Viculus, olim villa, curtis Lauterbacenſis (b) dicta, huc quoque pertinet.

§. DXI.

(o) Kornigshov. *Chron.* Cap. V. pag. 328.
(p) Charta in tabulario Durckheim. Ejusdem nominis caſtrum & Dynaſtia in Sundgovia. Vid. ſupra pag. 56.
(q) Specklini charta geograph. Alſatiæ *Waldeck* habet.
(r) *Chron. Alſat.* Lib. III. pag. 58.
(s) Charta vetus apud Calmet *Hiſt. de Lorraine*, Tom. II. Probat. Col. CCCXXXV.
(t) Occaſione hac Lotharingus *villam Multiche, jure Maſſaſtron ſitam*, quam Eberhardus Comes habuerat, ab Epiſcopo Argent. in feudum accepit. Chartular. membr. Argent. num. 212.
(u) Pag. 234. §. CCCCXXXI.
(x) Calmet loco cit. pag. 1372. ſqq.
(y) Plura jam ſupra vid. pag. 217.
(z) Herzog. *Chron.* Lib. III. pag. 53. ubi tamen vera plura falſis immiſcuit.
(a) Tricennali Germaniæ bello Chriſtianus Palatinus, Sueciorum dux, die 17. Jun. MDCXXXIII. Reichshovium, caſtrum & oppidum, deditione accepit, cum Tabernis, Epiſcopi Argent. fede, anno ſequenti Gallis, Sueciorum fœderatis, relinquendum. Chemnitz *Schwed. Krieg in Teutſchl.* Part. II. pag. 262. *Theatr. Europ.* Tom. III. pag. 166.
(b) *Lauterbacher Hof.*

## §. DXI.

Præter hæc domania in chartis quoque noſtris Alſatica Lotharingiæ feuda comparent Feuda Lotharing.

*Sulzbach*, oppidulum in valle S. Gregorii. (*c*)

*Bitſtein* caſtrum & *Hunewеyer* vicus, Dynaſtiæ Richovillanæ adſcripti. (*d*) *Bitſtein caſtrum in Alſatia* Theobaldus, Lotharingiæ Ducis Friderici filius, per uxorem ſuam, Dagisburgenſem Comitem, initio ſec. XIII. accepit. (*e*)

*Reichenberg* caſtellum, & advocatia vici *Rorſchweyer* prope Berghemium oppidum. (*f*)

*Kuingsburg* caſtrum & vicus *Ensheim*. (*g*)

*Danweiler*, caſtrum & vicus, in Vileria valle, quæ Lebrahenſi proxima, ad San-Victorinos nobiles cum omni jure nunc ſpectat. *Zellenweiler*, (*h*) *Offweiler*, (*i*) *Forſtheim*, (*l*) *Langen-Sulzbach*, (*m*) vici. Inter antiqua hæc feuda tamen nonniſi Sulzbacum, Danvilla & Zellenvilla, nunc temporis moventur.

# CIVITATES IMPERIALES.

## §. DXII.

Principatus, Landgraviatus, Comitatus, Dynaſtias, atque Dominia Alſatiæ cum feudis ſuis huc uſque deſcripſi. Politicus rerum ordo jam ad civitates nos ducit; de quarum origine, diverſitate, fœderibus, privilegiis ac juribus, Advocatia Hagenoenſi & Cæſareomontana, nunc generatim agendum, antequam ſingulas civitates deſcribamus diſtinctim. Oppidorum, caſtellorum & arcium à longo jam tempore dives Alſatia fuit. Modico illa ambitu ſuo XIV. civitates Imperii liberas, ultra LX. oppida & mille vicos complexa eſt, antequam acceſſiſſet ad Galliam. Arcium numerus ad 200. & ultra aſcendit, quarum præcipuæ montanæ, in ruinis quoque ſuis formidabiles ſunt. Tranſitus.

Francica ſub periodo rara fuit civitatum conſtructio; ſub Germanica frequentior; ab initio tarda & lenta, ſub Gallica non urbibus modo & oppidis, ſed & munimentis, ac propugnaculis Alſatia ſuperbit. Franci, qui non, ut plerique Germani, campeſtres fuerunt aut vagi, (*n*) ex oppidis, quæ Alemanni, murorum impatientes, ſeculo V. in his oris deſtruxerant, Argentinam omnium primam, ſeculo VI. reſtituerunt, (*o*) eamque Tabernæ Alſaticæ ſub Carolingis ſecutæ ſunt. (*p*) Imperatores Saxonici, qui primi Germaniæ oppida muris cingere cœperunt, (*q*) veterem Saletionem reſtaurarunt in Selſa. (*r*) Frequentia ſub Suevicis Cæſaribus civilia bella, quæ Imperii ſacerdotiique diſcordia apud Germanos cis & trans Rhenum peperit, Alſatas impulit, muris frequentius ſe ut cingerent ac foſſis; cum in montibus præſertim nobiles munirent ſe caſtris. Turbæ frequentibus interregnis adauctæ ſunt. Supervenit denique Alſatici Ducatus interitus, (*s*) illo ipſo tempore, quo Germania, ſi non caruit Cæſare, eum tamen nec vidit, nec timuit; quo arces in receptacula degenerarunt latronum. Surrexit paulo ante interregnum Volfellus ille, provinciæ præfectus, Alſatiæ Theſeus, qui auctoritati Cæſarum in Alſatia firmandæ, Colmariam, Keiſersbergam, Seleſtadium, vicos Imperii, (*t*) muris circumdedit; (*u*) quum eodem fere tempore Fridericus II. Anvillam quoque, vicum ad Queicham, in oppidum converteret. (*x*) Sed & Principes, Epiſcopi, Abbates, Comites atque Dynaſtæ, Cæſarum imitati exemplum, Civitatum origo.



(*c*) Supra pag. 89. §. CXLII.
(*d*) Supra pag. 77. §. CXIX. ſq.
(*e*) Teſte BAYONO ap. BELHOMME *Hiſt. Mediani Monaſt.* pag. 290.
(*f*) Supra pag. 215. §. CXCIV.
(*g*) Pag. 130. §. CCXX.
(*h*) Pag. 260. §. CCCCLXXX.
(*i*) Pag. 226. §. CCCCXVI.
(*l*) Ibidem ab initio.
(*m*) Pag. 250. §. CCCCLIX.
(*n*) AGATHIAS *de Imperio Juſtiniani* Lib. I. ait: Φεύγουσι οἱ πολλοὶ, πόλεσι δὲ οὐκέτι ἐπιτήδειοι τὸν βαρβάρων, ἀλλὰ καὶ πολιτεῖαι οὐδὲ τὰ πολλὰ χρῶνται ξυμμίκτῳ.
(*o*) Vid. Tom. I. pag. 681. §. CXXII.
(*p*) Ibid. pag. 688.
(*q*) Caroli M. ævo oppida jam apud Germanos fuerunt, ſed muris non cincta. *Capitulare* An. DCCCV. Tom. I. BALUZ. pag. 421.
(*r*) Supra pag. 181. §. CCCXX.
(*s*) Sueviæ urbes Imperiales pleræque huic quoque epochæ libertatem ſuam debent.
(*t*) In quibus palatia regia paſſim fuerant. Vid. Tom. I. pag. 695. & 699.
(*u*) RICHERIUS in *Chron. Senon.* Lib. IV. Cap. VI.
(*x*) Vid. ſupra pag. 189. §. CCCXL.

exemplum, caſtrorum & monaſteriorum ſuorum accolas mœnibus cinxerunt, multisque adeo oppidis dederunt origines ; ſine Imperiali conſenſu , (*y*) quod ſeculo XIII. frequens. Inter perpetuas enim diſſidationes, cædes, incendia, mercator & opifex, vel bonus quisque ruricola, non aliam, quam intra muros, ſecuritatem invenit. Acceſſerunt ſeculo XIV. & XV. exteri hoſtes, Angli & Galli Armaniaci, qui incolis extrema minati numero oppidorum in Alſatia augendo occaſionem dederunt.

## §. DXIII.

Extructionis ordo.

Enimvero poſt Argentinam, Tabernas & Selſam ſub Friderico I. demum (*z*) Hagenoa & Maurimonaſterium comparent. Sub Friderico II. Altkircha An. MCCXV. Maſonis monaſterium MCCXVII. Anvilla MCCXIX. Dela MCCXXXII. Colmaria, Seleſtadium, Keiſersberga, Mulhuſium, Weiſſenburgum, Monaſterium vallis Gregor. Rufacum , Phirretum , Rhinovia , Lauterburgum ; ſub interregno Molshemium MCCLX. Gebvilla & Watvilla MCCLXX. Sulza Mundati ſuperioris, Sennhemium, S. Crucis oppidum, Muziga, Neovilla; ſub Rudolfo I. Sulzbacum MCCLXXV. Hagenbacum MCCLXXXI. Tabernæ montanæ MCCLXXXVI. Richovilla MCCXCI. Enſishemium , S. Amarini oppidum , Wilera , Ehnhemium ſuperius atque inferius , (*a*) Reichshovium , Landavia ; ſub Adolfo Naſſovio Bollvilla , Egishemium , Rappoltivilla, Ertſeinium ; ſub Alberto I. Thannæ, Belfortum, Landſerium, Benfelda ; ſub Henrico VII. Turinghemium & Berghemium MCCCXII. Florimontium ; ſub Ludovico Bavaro Brumatum MCCCXXXVI. Dambacum MCCCXL. Zellenberga , Marckolshemium. Buxovilla , Wœrda, Sulza Fleckenſteinia ; ſub Carolo IV. Herlishemium , Ammersvilla, Gemaria , Dachſteinium , Berſa , Schirmeckium , Lichtenberga , Gersdorfium , Jockgrimum , Tabernæ Rhenenſes ; ſub Friderico IV. Habshemium , Kienshemium , Junghoſzium , Andlavia , Bergbietenhemium. Sunt & loca , quæ aliquandiu muris cincta, hoſtium temporumve injuria ad priſtinum vicorum ſtatum redierunt , quod de Sermershemio, Habshemio, Landferio , Bollvilla, Rothenburgo, Junghoſzio, Ebersheim-Monaſterio , Ehnhemio inferiore , Bergbietenhemio , Schirmeckio , Lichtenberga , Brumato, Gersdorfio , Sulza Fleckenſteinenſi obſervavimus.

## §. DXIV.

Incrementa civitatum.

Prima oppidorum incrementa ſatis ſubita fuerunt. Nobiles arcium montanarum per aliquod anni tempus pertæſi ; opifices ſecuritate & lucri cupidine allecti , certatim ex agris migrarunt in oppida. Privilegia civitatibus cum concederet Cæſar, antiquioris cujusdem urbis jura dedit eis pro norma. Selſam Ottonis M. conjux Adelheidis ſecundum leges Romanas inſtituit. Anvilla Spirenſis civitatis, Neovilla & Gerſtorfium Hagenoenſia , Turinghemium Colmarienſia jura , cum conderentur , acceperunt. Servilis incolarum conditio in liberam ab Imperatoribus ſubinde mutata eſt, ut Anvillanorum nos docet diploma, quod illos à jure caduci declaravit immunes. (*b*)

Diverſitas earum.

Civitates, pro varia earum indole, in imperiales & provinciales ; hæ rurſus in pactitias, exemptitias & privilegiatas dividuntur. Inter provinciales enim, ut inter imperiales, varii libertatis gradus fuerunt. Enſishemium, Rubeacum, Thannæ &c. pluribus, quam aliæ infimæ claſſis civitates, juribus, à Cæſare vel à domino ſuo conceſſis, gaviſæ ſunt. (*c*) Provinciales civitates, ratione dominorum, in Epiſcopales, (*d*) Abbatiales, Ducales , Landgraviales , quoque poſſunt diſtingui. Quin & ex oppidis multa Comitum, Dynaſtarum, Nobilium, imo & Civitatum Imperialium ſubfuerunt ditioni.

§. DXV.

(*y*) Conſenſus hic quamvis neceſſarius eſſet, uti Berghemii exemplum probat ſupra pag. 114. §. CXCII.

(*z*) Ubi annus oppidi, conſtructi vel muniti , incertus, ibi primæ, quæ occurrit , mentionis habui rationem.

(*a*) *Niderelmbeim* oppidum Epiſcopo Argent. An. MCCLXXXIV. oblatum, quod addendum ſupra pag. 170. §. CCXCVI.

(*b*) Joannis in *Spicileg.* pag. 454. Ab onere hoc tamen, quo fruebatur Epiſcopus, Spiram Henricus V. demum An. MCXI. Wormatiam Fridericus I. An. MCLXXX. liberarunt. Lehman. Lib. IV. Cap. XXII. Schannat. *Hiſtor. Wormat.* in Probat. num. 91.

(*c*) Ipſe princeps uni præ altera plus juris indulſit. Nata hinc quorundam diſtinctio , qui inter Imperiales & provinciales poſuerunt mixtas; cujus ſententiæ Matthiae Stephani *de Jurisdict.* n. 20. & 36. ni rejicit eam Paurmeister *de Jurisdict.* Lib. II. Cap. ult. & Ludolph Hugo *de Statu regionum Germ.* Cap. IV. §. XXV.

(*d*) Epiſcopales , non quæ diœceſis Epiſcopalis caput, ſed quæ in dominio Epiſcopi ſunt.

## §. DXV.

Civitates Imperiales.

Primus inter urbes Alſatiæ locus Imperialibus debetur, quæ etiam *immediatæ* (*e*) dicuntur, quod Imperatori ſine medio ſuberant. Quatuordecim hujus generis civitates in Alſatia fuerunt; quem numerum in tam mediocri tractu non mirabitur, qui meminerit, eam longa ſeculorum ſerie liberam fuiſſe Imperii terram. Colmaria, Mulhuſium, Keiſersberga, Monaſterium, Turinghemium ſuperioris; Argentoratus, Hagenoa, Seleſtadium, Weiſſenburgum, Landavia, Ehnhemium, Roshemium, Selſa & Hagenbacum inferioris Alſatiæ fuerunt. Duces & Comites nudi magiſtratus cum eſſent, omnia Germaniæ oppida immediata fuerunt. Non audiendus enim PETRUS LUDEWIGIUS, (*f*) qui falſo ſuo de ſeptem Germaniæ populis & Archiprincipibus fundamento innixus, cunctas Germaniæ urbes primum mediatas extitiſſe contendit. Priſco Germaniæ ſtatui, aliunde nobis noto, hæc omnino repugnant.

## §. DXVI.

Advocatia Imperialium urbium.

Quamvis autem civitates noſtræ priſco ævo immediatæ, non tamen autonomæ vel vere liberæ fuerunt; quoniam Comes (*g*) primum, dein Advocatus aut Scultetus Cæſareus, in illis præſidebat, qui præter jurisdictionem capitalem vectigalia, cenſus, aliaque Imperatoris jura procuravit, quin & civilibus identidem præſedit judiciis. Advocatorum poteſtas, pro diverſitate urbium, major fuit vel minor. Poteſtate autem ſua Comites cum ſæpe abuterentur, Epiſcopis, (*h*) in urbe ſua cathedrali ſedentibus, occaſio data, ut comitivam ab Imperatoribus impetrarent, atque adeo eccleſiaſticæ jurisdictioni ex civili aliquid adderent. (*i*) Pleræque civitates noſtræ poſt abrogatos Comites urbicos cum fuerint prognatæ, Advocati & Scultaſii eorum locum tenuerunt; quæ officia nobilibus plerumque viris commiſſa, vel in feudum conceſſa, vel oppignerata, vel vendita fuerunt. Advocatis tertia mulctarum pars in ſalarium dabatur, quod jus advocaticum (*l*) in Advocatiis non Cæſareis quoque ſuit receptum. Politiæ & œconomiæ cura fuit penes ſenatum. Uti vero nec Comitum, nec Advocatorum, nec Scultetorum imperialium inſtitutio urbes immediatæ ſua privavit: ita nec decretum illud, quo Fridericus II. in Ravennatenſibus Comitiis An. MCCXXXI. jus Magiſtratum in urbibus Imperialibus ordinandi commiſit Epiſcopis. (*m*) At temporum progreſſu, creſcentibus procerum Alſatiæ opibus & cupidine alieni, Cæſares oppida contra Advocatos, Dynaſtas, Comites, imo & contra Epiſcopos muniverunt. (*n*) Civitates nonnullæ Advocati vel Sculteti munus ab Imperatore redemerunt; (*o*) apud alias variis illud modis ſublatum, & ubi ſubſtitit nomen, veteris poteſtatis modo perſtitit umbra. Advocatos Cæſareos in urbibus Imperii reſtituere ſuperiore ſeculo ſtuduerat Ferdinandus II. (*p*)

## §. DXVII.

Libertatis civitatum gradus.

Civitates poſtquam privilegiis Cæſarum, emptione, conventione, uſu, præſcriptione, ex regalibus juribus pleraque ſibi paraſſent, diverſi libertatis & potentiæ gradus inter eas exorti ſunt. Jus politiæ & œconomiæ conſtituendæ, jus militiæ, foederum, legationis, vectigalium, judiciorum, jus ſuffragii Comitialis, (*q*) plerisque devenerunt communia. Nonnullæ ſpeciale quoque jus monetandi, ſenatum ſuum atque ſcultetum conſtituendi, jus aſyli, jus ſacrorum, jus vitæ & necis &c. exercuerunt.



(*e*) Immedietas eſt perfecta, qualis Argentinæ erat, vel imperfecta, qualis fuerat Alſatiæ civitatum ſub Ducibus; quod ad pag. 6. & 11. §. XV. notandum, ubi ex mediatis illas Ducatu extincto immediatas evaſiſſe ſcripſi. Quanquam enim Duces non propriam exercuerant poteſtatem, libertati tamen urbium per eos multum deceſſit.

(*f*) *De imperii nexu Civitat.* Cap. VI. §. V. ubi Saxones, Franci, Suevi, Bajoarii, Thuringi, Vandali, Bohemi enumerantur.

(*g*) Qui in mallis urbicis aſſeſſores vel ſcabinos elegit nobiles; unde abrogatis Comitibus Ariſtocraticum in urbibus plerisque enatum eſt regimen.

(*h*) Conſilio pernicioſo, ut judicat BILIB. PIRCKHAIMBRUS *in epiſt. ad Bapt. Egnatium*, *de Ceriſura Reip. Germ.* inter opera ejus pag. 201.

(*i*) Vide infra in Argentina.

(*l*) *Vogtrecht.*

(*m*) *Receſſ. Imperii* Tom. I. pag. 15. MADERI *Antiquit. Brunsvic.* pag. 255. In Comitiis anni ſeq. Utini habitis, idem Fridericus civitates has *noſtras*, id eſt, Imperiales apellat. Turbas Wormatiæ hinc ortas vid. apud SCHANNAT. *Hiſt. Wormat.* Prob. pag. 214.

(*n*) Idem in Gallia factum eſt, cum procerum prævaluiſſet tyrannis. Reges potentiæ ſuæ ut reſtaurarent vigorem, civitatibus communias (*droit de communauté*) concedere coeperunt. Plures hujus generis chartas Ludovicus VII. Philippus Aug. & Ludovicus VIII. dederunt. Inter jura hæc ſcabinatus, majoratus, collegium, ſiſtum, campana, berfredus, jurisdictio &c. Abinde opibus urbes creverunt. Conf. PERARDUS *Docum. Burgund.* pag. 333.

(*o*) Colmarienſes, Seleſtadienſes.

(*p*) LUCIUS VERUS in *Apocalypſi* pro *innocentia*, *Cæſarum* pag. 254. ſed periculum pax Weſtphalica averſit. HEIDERUS *von den Reichsvogteyen* & KNIPSCHILD *de urb. Imper.*

(*q*) Roncalienſibus Friderici I. Imp. Comitiis An. MCLVIII. Civitatum Germaniæ Conſules interfuerunt. GOLDASTI *Conſtitut.* Tom. III. pag. 335. Pleræque noſtræ Civitates cum poſtea demum conditæ ſint, eas nonniſi ſec. XIV. in Comitiis comparere, non mirum.

Ex inæqualitate libertatis in antiquiore Juris publici doctrina civitatum immediatarum in *Imperiales & Liberas* orta fuit divisio, quam ante Constantienſe civitatum An. MCCCLXXXV. (*r*) Alſatiæ & Briſgoviæ ſtatuum fœdus, adverſus Anglos An. MCCCLXII. Colmariæ initum, (*s*) agnovit. Koenigshovius (*t*) noſter liberas civitates ab imperialibus & provincialibus aperte diſtinguit. In comitiorum Eslingæ regeſtis An. MCCCCLXXXVI. Argentina, Baſilea, Wormatia, Spira, Francofurtum, Hagenovia, Colmaria inter liberas; Auguſta, Noriberga, Ulma &c. inter Imperiales ponuntur. In Wormatienſibus comitiis An. MCCCCXCV. in liberarum civitatum ſcamno Colonia, Argentina, Baſilea; in Imperialium Ratisbona, Auguſta, Noriberga &c. occurrunt. In ordinatione regimenti, ibidem concepta, ſtatuitur, nonum aſſeſſorem ex liberis, decimum ex imperialibus urbibus eligendum.

Nec video profecto, cur Boeclerus, (*u*) Knipschildius, (*x*) Dattius, (*y*) Schwederus, (*z*) Besoldus, Wehnerus &c. hoc diſcrimen explodant. Ludolfus Hugo, (*a*) Coccejus, (*b*) Schilterus, (*c*) Ludewigius, (*d*) diverſa fere quisque ratione, illud admittunt. At temporis ſucceſſu, invidiæ inter urbes evitandæ cauſa, hæc ceſſavit diſtinctio. Unde in comitiis Imperii civitatum collegium ſimpliciter in duo ſcamna, Rhenanum Suevicumque, dividitur. Rhenano civitates Alſaticæ cum Saxonicis Weſtphalicisque (*e*) adſcriptæ. Juniore ævo omnes Imperii immediatæ urbes *Liberæ Imperiales* (*f*) dicuntur, quod & pacis Oſnabrugenſis formula probavit. (*g*)

Superioritas territorii regionum Germaniæ dominis, adeoque & civitatibus (*h*) propria, in facultate libere & ſuo nomine terras ſuas ordinandi conſiſtit; unde non inter regalia jura refertur, ſed ex multorum regalium coalitione longo temporis tractu ſurrexit.

## §. DXVIII.

Fœdera defenſionis.

Quanquam autem Alſatica Imperii oppida immediata & libera eſſent, plerorumque tamen modicæ opes erant & vires. Cæſar ergo impediturus, ne proceribus vicinis cederent in prædam, inſtigavit ea, ut in fœdera coirent, communemque illis nomine ſuo defenſorem præfecit; qui appellatione, medio ævo recepta, Advocatus Alſatiæ dicebatur. An. MCCCXXVIII. civitates noſtræ, excepto Weiſſenburgo, decennali Alſatiæ atque Brisgoviæ ſtatuum fœderi acceſſerunt. An. MCCCXLII. triennale inter *Ebenheim, Schletzſtat. Colmar, Keyſersberg, Munſter, Thorinchein, & Mulhuſen*, mutuæ defenſionis pactum Seleſtadii coaluit; An. MCCCXLVI. ad aliud triennium ibidem prolatum, ita quidem, ut urgentibus rebus ſingulæ legatos, de ſumma rerum deliberaturos, Colmariam mitterent.

## §. DXIX.

Fœderia Decapolitani initium.

At Decapolitanum corpus nonniſi ſub Carolo IV. formam inducere cœpit. Hic enim cum An. MCCCLIII. inter Imperiales Sueviæ civitates fœdus, & publicam in Alſatia pacem conſtituiſſet, (*i*) annoque ſequenti ſubortas inter Colmarienſes, Seleſtadienſes, Turinghemios & Monaſterienſes lites ipſe Keiſersbergæ præſens cum Argentinenſibus legatis (*l*) ſuſtuliſſet, brevi poſt decem Alſatiæ civitates, *Hagenawe, Weiſſenburg, Colmar, Sletzſtatt, Ebenheim, Rotheln, Mulhuſen, Keyſersperg, Turenkein & Munſter* arctius inter ſe fœdus inire juſſit adverſus quemcunque; Imperatore tantum, Imperio, Advocato

(*r*) Datt *de pace publ.* pag. 608. ubi Boeclerum *Notit. Imp.* Lib. XI. Cap. II. in Eslingenſi Civitatum Dicta diſtinctionem hanc primum occurrere aſſerentem, merito cenſet.

(*s*) Schilter ad *Koenigshov.* pag. 887. ſq. ubi *Straſsburg, Baſel & Friburg freye Stette*, reliquæ Alſatiæ Civitates *Richesſtette* vocantur.

(*t*) *Chron.* Cap. V. §. LXXVIII. ubi Judæos combuſtos refert, *in allen Stetten nſ dem Rine, es were fribe Stette, oder des Riches oder andere Herren.*

(*u*) *Notit. Imp.* Lib XI. Cap. II.

(*x*) *De Civitat. Imper.* Lib. I. Cap. II. §. XXV. ſqq.

(*y*) *De pace publica* Lib. III. Cap. XII. §. LIII. ſqq.

(*z*) *De pari inter civitatum Imper.* Cap. III. qui in *Jure publ.* Cap. III. §. II. ſub liberis Civitatibus ſcamnum Rhenanum, ſub Imperialibus Suevicum ſcamnum intelligit.

(*a*) *De Statu regionum Germ.* Cap. IV. §. XXV.

(*b*) *Juris publ. prudent.* Cap. XVII. §. VIII.

(*c*) *Jur. publ.* Lib. I. tit. 23. pag. 235.

(*d*) *De imperii nexu civitatum Imp.*

(*e*) Lunig *Reichs-Archiv.* Tom. I. fin. pag. 47.

(*f*) *Freye Reichs-Stette.*

(*g*) Art. V. §. XXIX. Art. VIII. §. IV.

(*h*) Andr. Knichen in *Velitat. Apologet.* civitatibus Imperii ſuperioritatem hanc territorii denegare ſtuduit, ſed vano labore. Hertius de *Superior. territor.* §. IX. & in Diſſert. de *Special. Reipupbl.* §. VI.

(*i*) Albertus Argent. *Chron.* pag. 159. ſq.

(*l*) Quos literis, die Martii poſt paſcha Mulhuſii datis, poſt XIV. dies ad ſe Keiſersbergam venire rogavit.

Advocato provinciali ceterisque Imperii Magiſtratibus exceptis. Fœdus duraturum erat uno poſt obitum Caroli anno; (*m*) qui & formulam fœderis ipſe præſcripſit, qua unius alteriusve civitatis aggreſſor ab Advocato ac reliquis civitatibus, communi erat dehortandus conſilio; ſi reſipiſcere noluerit, armata manu redigendus in ordinem. Inter ipſas autem civitates ſi lis oriretur, ſtatutum, ut Seleſtadii, (*n*) Advocatus & reliquarum convenirent legati, litemque dirimerent. Quod ſi quis ab una urbium fuerit proſcriptus, ille re à ceteris & Advocato examinata, ab iisdem proſcribatur; ſi inſons, reſtituatur in integrum.

Quum itaque Epiſcopus & Civitas Argentinenſis paulo poſt cum Hagenoenſibus bello colliderentur, reliquas Advocatiæ civitates quoque inimicas experti ſunt. Pax An. MCCCLX. Eriſthemii facta. (*o*) An. MCCCLXII. *Hagno, Colmar, Wiſſenburg, Sletzſtat, Ebenheim, Rotheim, Mulhuſen, Keyſersperg, Turinkeim, Münſter*, & *Selſ* ſtatuum Alſatiæ Brisgoviæ & Ortenaviæ fœderi, adverſus prædones Anglos Colmariæ inito, acceſſerunt. (*p*) Decennio poſt in bello Herlisheimenſi contra Erbium eædem hæ ſociæ per Alſatiam urbes comparent. (*q*)

## §. DXX.

Fœdere poſt Caroli IV. deceſſum extincto, quinquennale aliud ab octo civitatibus *Hagenaure, Colmar, Sletzſtat, Wiſſenburg, Mulhuſen, Ebenheim, Roſtheim & Selſſe*, omiſſis tribus Advocatiæ Keiſersbergenſis oppidis, Keiſersberga, Monaſterio & Turinghemio, An. MCCCLXXIX. initum eſt. (*r*) Inter varias conditiones hæc fuit, ut novemviri ex octo civitatibus, duo nempe Hagenoenſes, totidem Colmarienſes, ex Roshemio & Selſa unus, nec non è reliquis ſingulis unus, eligantur; qui de gravaminibus judicent & quid à ſociis præſtandum ſit opis, decernant. Præſidium (*s*) trimeſtre inter novemviros ambulet. Idem collegium de recipiendis aliis, ſi qui ſe offerant, ſociis ſtatuat. Fœdus renovatum.

An. MCCCLXXXI. illæſo hoc Alſatico fœdere, (*t*) Hagenovia & Weiſſenburgum aliud quoque cum Spira, Wormatia & Francofurto iniverunt; quod & An. MCCCLXXXIX. Hagenoviam, Selſam, Weiſſenburgum, Seleſtadium & Ehenhemium, feciſſe comperior. (*u*) An. MCCCCVIII. Rupertus Imp. ut Electior Palatinus, & filius ejus Ludovicus, Advocatus provincialis Alſatiæ, Argentina civitas & XI. urbes Alſatiæ, mutua ſibi per quindecim annos, ſi Rupertus viveret, ejusve in Imperio ſucceſſor id non impediret, ſpoponderunt auxilia. (*x*) Sigismundus, fœdus hoc Confluentiæ An. MCCCCXIV. confirmavit, (*y*) alioque diplomate vetuit, ne fœdus hoc ullo tempore ſolveretur. Solutum tamen videbatur ſeculo ſequenti, cum Mulhuſini ab eo receſſiſſent, & reliquas civitates religionis invaſiſſet diſcordia. At in conventu, Argentinæ An. MDLXXVII. d. 11. Martii habito, decretum, ut fœdus continuaretur, quod & Roshemii An. MDLXXXIX. repetitum.

Ceterum negotia in comitiis & conventibus civitatum Hagenoenſis & Colmarienſis legati nomine omnium procurare ſolebant. Hagenoa cum aliquando legatum ſola miſiſſet, Colmaria querelas movente, antiquum duorum legatorum morem conventus decapolitanus An. MDXLVI, Argentinæ firmavit. (*z*) Directorium, quod in ceteras ſibi civitates Hagenoa arrogavit, hæ reſpuerunt conſtanter. Literas tamen, ad Decapolim ſcriptas, reſignavit, cumque reliquis communicavit Hagenoa.

## §. DXXI.

(*m*) De his Caroli IV. Literis pauca ap. Lunig. *R. A.* Part. ſpec. Contin. IV. Tom. I. pag. 27. nos autographum tabularii Colmar. ſecuti ſumus.

(*n*) Seleſtadium privilegia & chartas, decem urbibus communes, in ſcrinis ſuis ſervavit.

(*o*) Apud Lunig *Reichs-Archiv.* Part. ſpec. Contin. I. *andere Fortſetzung* pag. 19.

(*p*) Schilter ad *Kanigshov.* pag. 887. ſq. & Lunig loco cit. pag. 20.

(*q*) Apud Wencker. de *Uſiburgeris* pag. 127.

(*r*) *An unſer lieben frauwen abent aſſumptio.* Tria hujus fœderis inſtrumenta, pro tribus, Hagenovia, Colmaria & Ehnhemio civitatibus, confecta ſunt.

(*s*) *Obmann* præſes dicebatur.

(*t*) *Den bunds, den wir haben mit der Reichs Stetten in Elſaſs.* ap. Lunig R. A. Part. ſpec. Contin. IV. Tom. I. pag. 31.

(*u*) Wencker de *Uſiburg.* pag. 151.

(*x*) Inſtrumentum apud Wencker. de *Uſiburg.* Continuat. pag. 4. ſqq.

(*y*) Ibidem pag. 22.

(*z*) Jus hoc, Colmarienſi civitati tributum, vernacule dicitur *das Mitreitungs-recht.*

## §. DXXI.

Jura Decapoleos communia.

Postquam civitates Imperii, Landavia & Selsa, oppigneratæ fuissent, Carolus IV. Alsaticis, sub advocatia tum constitutis, An. MCCCXLVII. privilegium de non oppignerando concessit, (*a*) idque Sigismundus ad ipsum Advocatiæ quoque munus & ad Imperii steuram An. MCCCCXIV. extendit. (*b*) Civitates æternam vicissim Cæsari & Imperio fidem An. MCCCCXVIII. voverunt. Decapoleos privilegiis si quæ contraria aliis Cæsar dedisset, hæc illis postponenda esse Carolus IV. An. MCCCXLVIII. Noribergæ edixit. (*c*)

Jus sacrorum.

Jus circa sacra Evangelicis Advocatiæ civitatibus Advocati aliquando negarunt ac Cæsares. Mutatis sane post pacem religiosam An. MDLV. Hagenoæ, Colmariæ, Monasterii &c. sacris, per leges Imperii hoc non licuisse, utrique clamarunt; unde veteris religionis, ubi exulabat, tentata restitutio; curante potissimum Leopoldo Archiduce, qui Advocatus tum erat, ejusque Sub-Advocato, Nicolao Barone Bollvillano, qui Protestantes, Hagenoenses præfertim, non semel turbavit. Habito conventu An. MDLXXIV. duo ad Cæsarem legati, Hagenoensis & Colmariensis, dimissi, qui pacem religiosam civitatum non minus quam aliorum Imperii statuum suffragiis stabilitam, illasque adeo pacis hujus beneficio privandas non esse, declararent. Maximilianus II. singulas civitates juribus suis uti posse d. 8. Dec. legatis respondit. At quæ hic æqua judicaverat, Rudolfus II. ægre tulit, aboluit fere Ferdinandus II. Quæ Hagenoæ atque Colmariæ hic fuscperit, suis locis exponetur. Ehnheimensis civitas, Rudolphi II. literis territa, sua sponte hoc sacrorum jure se abdicavit, cives Protestantes pro obtinenda religionis libertate An. MDXC. remittens ad Cæsarem. Jus controversum pax tandem Westphalica extra dubium posuit.

Proëdria ante Nobiles.

De proëdria civitatum nonnulla adjicio. Casparus Lerchius (*d*) de Hagenoæ Ehnhemii & Roshemii civitatum arrogata sibi præ Nobilitate immediata in Comitiis provincialibus proëdria conqueritur, literasque idcirco à nobilibus ad Cæsarem An. MDCXXV. & Electorem Moguntinum anno seq. datas observat. Lis hæc de prærogativa inter civitates & nobiles seculo XVI. demum cœpit, cum indubius antea urbium in conventibus & instrumentis publicis (*e*) præ nobilitate locus fuisset. Pro Hagenoa, adeoque & reliquis urbibus sociis, Camera Imperialis An. MDCXV. sententiam pronuntiavit; à qua nobilium corpus ad aulicum Cæsaris tribunal An. MDCXXVIII. processit, ubi lis non decisa.

## §. DXXII.

Onera Decapoleos.

Communibus civitatum privilegiis onera illarum, quæ vel imperialia erant vel provincialia, subjungo. In his vero nostras inter civitates ea ratio fuit, ut Hagenoa & Colmaria solæ tantum, ac ceteræ simul omnes, conferrent.

Steura Imperialis.

Summa Imperialis steuræ, à Decapoli die S. Martini quotannis præstanda, sub Sigismundo Imp. ad quater mille florenos aureos ascendit. (*f*) Fridericus IV. Imp. quum steuram Imperii Friderico Palatino, advocato provinciali, An. MCCCCLIV. oppignerasset, apocham solutionis tamen scribere ipse continuavit, sine qua urbes eam Palatino solvere noluerunt. An. MCCCCLXIV. denique cautelis adhibitis, Palatinam apocham accipere cœperunt, (*g*) in ipsam licet oppignerationem, juribus suis adversam, difficulter consenserint. Sub Austriaca periodo advocatis quidem census Imperialis solvebatur, sed apocham semper dedit Imperator.

Matricula.

Matricula Imperii, pro suppetiis adversus Turcas ferendis An. MCCCCLXVII. & MCCCCLXXI. condita, Colmariæ, Selestadio, Mulhusio & Weissenburgo æqualem militum numerum dictavit. In priore VI. equites & XII. pedites, in posteriore III.

(*a*) *Summarische Ausführung* &c. pag. 30.
(*b*) Ibidem, & apud Lunig *Reichs-Archiv*, Part. spec. Contin. IV. Tom. I. pag. 46.
(*c*) Lunig loco cit. pag. 36.
(*d*) De *Nobilitate immediata* Part. II. pag. 137. sq.
(*e*) Exempla plura de Ann. MDXXXI. sqq. apud Schilter. ad *Königshov.* pag. 614. sqq.
(*f*) Singulæ civitates quid sub Ruperto Imp. præstiterint, vid. apud Schilter. *Jur. publ.* Tom. II. append. pag. 102.
(*g*) Vid. *Summarische Ausführung der Landvogtey Hagenau*, pag. 18. & 44.

III. equites & VI. pedites imperati. (*h*) Ab hoc tempore major semper Hagenoæ, minor reliquarum civitatum in matricula census occurrit. Ad Cameræ Imperialis sustentationem vero, Hagenoa, Colmaria & Seleſtadium, singulæ LXXX. florenos contulerunt quotannis. (*i*)

Fridericus IV. Imp. cum An. MCCCCLIII. in Alſatiam veniſſet, Hagenoa & Colmaria mille; Seleſtadium & Weiſſenburgum quingentos; Mulhuſium, Keiſersberga, Monaſterium & Ehnhemium, trecentos ſingulæ florenos ei dono obtulerunt. Carolus V. reportata à Proteſtantibus victoria An. MDXLVII. bis mille ab Hagenoa, Weiſſenburgo & Landavia; centum & triginta tres ſupra mille à Colmaria; mille à Seleſtadio; ſexcentos à Keyſersberga; quingentos ab Ehnhemio; ducentos à Roshemio, centum à Turinghemio aureos exegit. An. MDCXXVIII. ter mille & quadringenti florèni, pro alendis quatuor alis equitum Imperialium hebdomatim ſolvendi, inter civitates noſtras ita diſtributi fuere, ut Colmariæ 850. Seleſtadio 750. Weiſſenburgo 600. Keiſersbergæ 300. Monaſterio 250. totidem Hagenoæ & Landaviæ ſimul, Roshemio & Turinghemio centum aſſignarentur. In extraordinariis oneribus non opum ſemper, ſed aliarum rerum, & inter eas religionis quandoque, habita eſt ratio. Onera extraord.

Ceterum ad provinciales, circulares, aliosque ſumtus communes Hagenoa & Colmaria dimidiam; Seleſtadium & Weiſſenburgum quartam; Landavia & Ehnhemium octavam; Keyſersberga, Monaſterium, Turinghemium & Roshemium ſimul quoque octavam contulerunt partem. Canonem huuc conventus civitatum, Argentinæ habitus, An. MDCVIII. conſtituit. Circularia.

Hæc de communibus civitatum noſtrarum fœderibus, juribus & oneribus; nunc de Advocatia & Advocato quoque communi diſpiciendum.

## §. DXXIII.

Plena Advocatorum fuit Suevia. (*l*) Advocatum ſuum habuit vicina Ortenavia; (*m*) habuit Spirigovia, Alſatiæ contigua. Advocatia ſeu præfectura (*n*) Alſatiæ à præfectorialium civitatum prima & antiquiſſima, ejusque caſtro, Advocati ſede, *Hagenouſis* appellatur. Origo ejus non in Suevici & Alſatici Ducatus, uti Ulrico Obrechto (*o*) videtur, interitu, ſed in ipſo hujus Ducatus flore quærenda. Ante Hohenſtauffios Duces tamen nullus in Alſatia Advocatus provincialis occurrit. (*p*) Sub Friderico, quem *Luſcum* vocant, Friderici I. Imp. patre, *Hezel Advocatus Alſatiæ* An. MCXXIII. quo Hagenoenſis circiter condita eſt, primus comparet. Advocati provinciales & Hagenoenſis civitatis prima eodem fere tempore mentio fit. Enimvero provinciæ politia ita fuit inſtituta, ut rei militari, paci publicæ & tranquillitati provinciæ proſpicere incumberet Duci; populis jura duo Landgravii dicerent; domania & regalia Cæſarum jura Advocatus provincialis procuraret; ut urbici Advocati Cæſarea jura procurarunt in urbibus. Diſerte id nos docet Abbatiæ Neo-Caſtrenſis memorabilis charta An. MCCXXXVII. ubi frater Bertholdus de Tannerode *Procurator rerum imperialium in Alſatia* enuntiatur diſerte. Primo Friderici II. Imp. anno regiminis *per Alſatiam Advocati provinciales* duo, Ulricus, Phirretarum Comes, & Otto de Ochſenſtein, in eadem charta (*q*) comparent; quorum alter Alſatiæ ſuperiori, inferiori alter haud dubie præfuit. Hos eodem ſub Imperatore plebejo quidem genere natus, at rebus geſtis clariſſimus, excepit Wolfellus. Scultetus enim vel Advocatus Hagenoenſis cum eſſet, Advocati provincialis quoque eidem à Friderico II. demandatum eſt munus. Hic tres Alſatiæ civitates mœnibus cinxit, totidemque in montibus caſtra, uti Richerius loquitur, *regno* exſtruxit. (*r*) Advocatiæ provinciales origo.



(*h*) Cobtrejus *Corp. Jur. publ.* Tom. I. Part. V. pag. 1. 11. & 16.

(*i*) Ibidem pag. 36.

(*l*) De Suevicis Advocatiis provincialibus nuperus ſcriptor egit Wegelinus, in *Hiſtoriſcher Bericht von der Keyſerl. u. Reichs Landvogtey in Schwaben* &c. Sect. III. pag. 55.

(*m*) Ubi trium civitatum imperialium Landvogteia.

(*n*) Præfecturæ vocabulum à junioribus, in tabula pacis Monaſter. An. MDCXLVIII. & in Capitular. Leopoldi Imp. Art. VIII. adhibetur. Germanis *der H. Reichs Landvogtey Hagenau im Elſaß*; nonnunquam *Pfleg und Landvogtey Hagenau*. Leo X. Papa *Baliviatum ſive Præſidentiam Imperialem oppidi Hagenau* latine reddidit, in bulla ad præpoſitum & dec. S. Thomæ Argent. An. MDXV. Scriptores domeſtici antiquiores & charæ *Advocatiam terræ*, *Advocatiam provincialem* nominarunt.

(*o*) *Prodrom. rer. Alſat* Cap. XIII. pag. 313. ſeq. Quos itaque ante Ducatum extinctum Advocatos reperit Obrechtus, illos non ad provincias, ſed ad eccleſias refert & urbes.

(*p*) Vid. infra in ſerie Advocatorum provincial. Alſatiæ, quam in ſectione politico-genealog. dab mus.

(*q*) Cujus autographum in tabular. civitatis Argent.

(*r*) Vid. ſupra pag. 275. §. DXII.

## §. DXXIV.

Indoles mutata.

Hohenſtauffii, ad ſolium imperiale evecti, ducalia ſua jura cum imperatoriis ita miſcuere, ut Advocatus provincialis Alſatiæ nonnunquam utraque adminiſtraret; unde ablata iis Cæſarea dignitate, non modo fiſcalia, ſed & patrimonialia Ducum bona ad Imperium redierunt. (s) Tum itaque Advocatorum Alſatiæ crevit auctoritas, quum juri fiſcali militare Ducum junxiſſent munus, præter quod & eorum poteſtas domaniis Imperatoris aucta fuit. Sub Richardo Imp. duos iterum Advocatos provinciales, Epiſcopum nempe Argent. & Scultetum Hagenöenſem, illum in ſuperiore, ubi ob terras Rubeacenſes potens erat; hunc in inferiore, reperimus Alſatia. Richardus Sculteto ſuo in Hagenau, cui terræ Imperialis in Alſatia cuſtodiam, atque adeo Advocatiam commiſerat, An. MCCLXII. mandavit, ut "ſub debito præſtiti juramenti „ civibus Argent. ſit aſtrictus ad juvandum eos cum noſtris fidelibus, ſibi noſtro nomine „ ſubjugatis, quantum de jure poterit, contra omnem hominem, dictos cives injurioſe „ & hoſtiliter impugnantem, & iidem cives Argent. verſa vice ſimiliter ſub præſtito „ juramento dictum Scultetum noſtrum & fideles noſtros, cuſtodiæ dicti Sculteti com- „ miſſos, juvare, quantum de jure poterunt, tenebuntur, contra omnem hominem &c. „ Verba hæc veram nobis Advocatiæ noſtræ, qualis poſthac fuit, indolem, verumque ejus cum civitatibus immediatis nexum oſtendunt. Fiſcalis Advocatorum poteſtas, in turbis illius temporis & rerum confuſione, quibus Imperatorum, poſt interregnum regnantium, acceſſit debilitas, Imperii bonis vi, fraude, donatione, oppignoratione, aliove modo certatim diſtractis, mox concidit; ita ut Alſatica Advocatia, ex fiſcali in armatam, quam Duces habuerant, mutata, ad civitatum & vicorum Imperialium denique reſtringeretur defenſionem.

## §. DXXV.

Advocati provinciales.

Advocatia mere adminiſtratoria, atque ab initio nonniſi temporaria fuit. Adminiſtravit eam aliquandiu Epiſcopus Argent. vel alius Princeps, Dynaſta vel Comes, ad Imperatoris amovendus arbitrium; donec invalescente Imperii bona dilapidandi abuſu, Advocatia hæc potentioribus commiſſa Principibus, ſub Carolo IV. ad Luxemburgenſes; ſub Sigismundo Imp. ad Palatinos; ſub Ferdinando I. ad Auſtrios, ut pignus Imperii, hæreditario jure tranſivit; quæ periodi in ipſa Advocatorum ſerie exponentur uberius. Sub-Advocatos Advocatorum abſentia & lonquinquitas neceſſarios reddidit; unde ſub Luxemburgicis, Palatinis atque Auſtriacis Principibus, extra Alſatiam degentibus, crebriores occurrunt. Sed & opus erat Caſtellanis, qui Imperialibus Keiſersbergæ & Plixburgi caſtris præeſſent; unde Advocatia Keiſersbergenſis prognata, de qua poſt provincialem inſtituitur ſermo.

## §. DXXVI.

Advocatiæ Alſaticæ extenſio.

Civitatum, ad Advocatiam pertinentium, numerus ad tredecim uſque ſec XIV. excreverat; indeque rurſus decrevit ad decem. Argentoratus, quæ ſuis ſe viribus defendere ſolebat, Advocato Cæſareo commendata quandoque, ut rebus urgentibus ei quoque adeſſet. Richardianis, quarum ſuperius verba dedimus, literis grave illud bellum præbuit occaſionem, quod cum Epiſcopo ſuo Argentina tum geſſerat, quæ cum Hagenoenſi alias Præfectura nihil habuit commune; niſi quod cum Palatinis quoque, dum Advocati provinciales Alſatiæ eſſent, fœdus defenſionis, aliorum ſtatuum liberorum exemplo, aliquando iniverit. Palatini, quibus An. MCCCCXIII. Advocatia oppignerata fuit, auctoritatem ejus multum dilatarunt; plurimis per Alſatiam Capitulorum, (t) Monaſteriorum, (u) Dynaſtarum, (x) Nobilium, (y) Civitatum (z) atque Caſtrorum, (a) in clientelam ſuſceptis; quas inter etiam extra Alſatiam fuerunt Wormatia & Spira, à quibus Palatini atque Archiduces, Advocati Alſatiæ, protectorium quotannis acceperunt.

---

(s) Qua de re infra in Ducibus.

(t) Ut Capit. majus Argent. cum vicariis cathedralis eccleſiæ, S. Petri jun. & Senior. ibidem; Weiſſenburg. Andlav. Stephansfeld. &c.

(u) Uti Ebersheim, Hohenburg, Alſpach, Sturzelbronn. Foreſtæ ſanctæ vel Hagenoenſis cœnobia cum foreſta ipſa ſub Advocatiæ tutela ſemper fuerunt.

(x) Lichtenbergici, denique ipſorum, heredes Hanoviæ Comites, Fleckenſteinenſes, Ochſenſteinenſes & Rappoltſteinenſes.

(y) Rathſamhauſii, Landſpergenſes, Waltenheimii &c.

(z) Argentina An. MCCCCLXIX. imo hæc An. MCCCCXXIII. jam à Ludovico Electore, quo non conſentiente fœdus iniverat, veniam precari coacta eſt.

(a) Schwartzenburg, Giſperg, Wangenburg &c.

acceperunt. (*b*) Quadruplex autem defensionis jus, majestaticum nempe, territoriale, administratorium atque conventionale apud Germanos obtinet. Primum soli Imperatori, secundum singulis terræ suæ Dominis competit; administratorio Advocati provinciales in Decapoli Alsatica gaudebant. Conventionalis illa fuit defensio, quam Palatini locis extra Decapolim præstiterunt.

Reditus.

Omnes fere, qui sub Advocati provincialis defensione fuerunt, modicum ei quotannis protectorium solvebant; quod Alsaticæ quædam Ecclesiæ etiamnum persolvunt. Redituum hæc Advocatiæ pars; cui diversi vicorum Præfectorialium, (*c*) Judæorum, emphyteutici, molendinorum, vini, frugum, caponum, gallinarum, straminis, &c. census, decimæ, mineræ, angariæ, accedunt; accedit quoque dimidia vini gabella Colmariæ. Ortenavica trans Rhenum advocatia, quamquam in tres modo Imperii civitates, Offenburgum, Gengenbacum Zellamque Hammersbacensem se extendat, Alsaticam tamen reditibus superat. (*d*)

## §. DXXVII.

Advocati in Decapoli jura.

Sed jam ad Decapolim nostram, (*e*) cui Advocatus præfectus erat, propius accedo; quæ sub Henrico VII. (*f*) ad numerum denarium, sub Carolo IV. ad duodenarium ascendens, Selsa tamen mox & Hagenbaco avulsis, (*g*) à Sigismundi Imp. temporibus Decapolis constanter permansit. Landavia enim sociis civitatibus vix accesserat, cum Mulhusium, fœdere Decapolitano relicto, ad Helveticum transiit. Advocatus communis, uti jam dictum, à Cæsare, Sub-advocatus ab Advocato provinciali constitutus est. Uterque singulis X. civitatibus, quas adiit, (*h*) specialem defensionem scripto (*i*) promisit; promissa sancte se servaturum adjurans. Utrique jusjurandum obedientiæ & fidei, (*l*) non subjectionis, (*m*) à civitatibus præstatur vicissim. Excipitur tamen Weissenburgum, quod data tantum manu promittit, atque Landavia, quæ Sub-advocato non jurat. Imperatores Austriaci, advocatia post Palatinos potiti, Maximilianus I. & Ferdinandus I. more Advocatorum, dederunt antigrapha, at ea non firmarunt jurejurando. (*n*) Nullum à civitatibus bellum, nullaque pro Imperatore expeditio sine Advocato suscepta. Ludovicus dives, Bavariæ Dux, cum civitatem Imperii Donaverdam An. MCCCCLVIII. occupasset, Fridericus IV. Imp. à civitatibus Alsatiæ petiit, ut urbi laboranti auxilium præstarent. Civitates antiquo id mori contrariari professæ sunt, (*o*) qui Advocato duce jubeat militare. Fridericus Palatinus, tum Advocatus Alsatiæ, contra agnatum suum noluit arma moveri. Advocatus, vel ejus vicarius, ad annuum renovandi senatus actum invitatus, si non compareat, statuto tamen die ad electionem prisco more proceditur. Præsenti non competit suffragium. Weissenburgum atque Landavia neutrum invitant. Ehnheimenses invitarunt, non ad renovationem senatus, sed ut Imperio se jurare præsens intelligat. Si quæ cum una alterave civitate lis advocato suborta, austregarum more à reliquis civitatibus; si cum universis, à Cæsare res fuit dijudicanda. (*p*) Weissenburgum, Landavia, Turinghemium protectionis censum Advocato non solvunt.



(*b*) Restituta Palatinis advocatia Alsatica An. MDXXX. protectorium hoc, quod Ferdinandus Rex servaverat, sibi quoque reddi petierunt. Ferdinandus id facere promisit, ubi Rex Rom. electus fuerit, quod anno seq. evenit. Literæ hac de re datæ Augustæ Vindel. d. 8. Nov. An. MDXXX.

(*c*) De quibus supra pag. 254. sqq. Vici hi ne ab Advocatis protectoribus vexarentur, civitas Hagenau ex Sigismundi Imp. mandato An. MCCCCXXII. curare debuit.

(*d*) Alsaticæ nostræ reditus jam ad XL. millia librarum Gall. ascendunt.

(*e*) Vernacule *die X. Erbvereinsſtatt: die X. vereinigte Reichsſtatte im Elſas.* Decapolim appello, quod X. plerumque urbibus constitit. Decapoles Italiæ, Asiæ minoris & Palæstinæ, notæ sunt.

(*f*) An. MCCCXII. quo vicus Turingheim in oppidum imperiale evectus est.

(*g*) Vid. supra pag. 179. & 182.

(*h*) Leopoldus Archidux, ultimus Advocatus Imperialis, cum hoc ipse facere non posset, literis reversalibus veteri mori prospexit Oeniponti d. 6. Apr. MDCXX. suoque nomine alium jurare jussit.

(*i*) Litteræ vocantur *reverſales.* Plures earum in lucem editæ in *Adumbrat.* alleg. pag. 4. seqq. & in *Sammariſcher Anfuhrung des H. Rom. Reichs Landvogtey Hagenau*, pag. 23. sqq.

(*l*) Formula vetus: *aller billicher dingen dem Landtvogt an unſers Herren des Kungs (Keyſers) ſtatt geborſam und gewertig zu ſinde.*

(*m*) Contra hos, qui Decapolim Alsatiæ Advocatis provincialibus subjectam fuisse statuunt, multis argumentis disputat Knipschild *de Civitat. Imp.* Lib. I. Cap. XII. §. CXCII. sqq.

(*n*) Verbo sese regio obligarunt. Vid. *Adumbrat.* alleg. pag. 6. sq.

(*o*) Respondarunt Imperatori his verbis: *Wann uns von der H. Richs wegen gebührt uffzuerziehen, das wir dann zu unſerem Landvogt, der uns von der H. Richs wegen geben iſt, ziehen, und uns mit demſelben zu der H. Richs banner fugen, und uns von im nit ſcheiden* &c.

(*p*) Sigismundus Imp. An. MCCCCXXV. id ordinavit, sequentes confirmarunt Imperatores.

## §. DXXVIII.

Advocatiæ Periodus Gallica.

Pace Monaſteriensi An. MDCXLVIII. Advocatiana ſeu, ut in Pacis Inſtrumento dicitur, " Præfecturam provincialem decem civitatum imperialium, in Alſatia ſitarum „ . . . . omnesque pagos & alia quæcunque jura, quæ à dicta Præfectura „ dependent, „ Imperator, Imperium & Domus Auſtriaca, cum omni jure ſupremoque imperio in Galliam transtulerunt. Civitates, libertatis ſuæ diſpendium metuentes, veram Advocatiæ hujus transferendæ indolem duplici ſcripto, Latino (*q*) & Germanico, (*r*) durante pacificationis negotio, expoſuerunt. Pace concluſa eædem Receſſui comitiorum Imperii An. MDCLIV. Ratisbonæ ſubſcripſerunt; Vautortio, Galliæ Regis ad comitia legato, nonnulla monente. Cum Henrico Harcurtio, Lotharing. Principe, qui Gubernatoris Alſatiæ & Advocati provincialis munus An. MDCLI. à Ludovico XIV. accepit, (*s*) de jurisjurandi utrimque præſtandi formula, deque literis reciprocis An. MDCLIII. diu diſputatum. (*t*) Alia difficultas An. MDCLVIII. ſe prodidit, quo ſenatus Alſatiæ ſupremus, Briſaco Enſisheimium translatus, regio edicto novam formam accepit. Civitates præfectoriales, quas ſenatui huic ſubjecit edictum, proteſtatæ ſunt contra. Harcurtio An. MDCLIX. Mazarinius Cardinalis, (*u*) huic Mazarinius Dux An. MDCLXI. in Advocatia ſucceſſit, qui cum in Alſatiam veniſſet, civitates jurisjurandi cauſa Hagenoam convocavit, ubi ruſus diu certatum. Soli enim Advocato, non Regi, quod Mazarinius poſtulavit, hæ jurare voluerunt. Ultra 20. dies agebatur de formula, qua civitates Regi, & advocatus civitatibus deberent jurare. Res denique d. 10. Jan. MDCLXII. ita transacta. Civitates primo Regi & advocato (*x*) jurarunt; dein antigraphi, ab advocato civitatibus tradendi, formula prælecta eſt, quam advocatus jurejurando firmavit. (*y*)

## §. DXXIX.

Civitates, cum An. MDCLXIV. varias ad comitia Imperii detuliſſent querelas, Status, Ratisbonæ congregati, die 19. Aug. anni ſequentis petierunt à Rege, ut in arbitros conſentiret. Conſentit Rex literis, d. 18. Sept. datis, atque Regem Sueciæ, ut Principem Imperii, Moguntinum & Coloniæ Electores, cum Haſſiæ Landgravio, ipſe propoſuit, quibus ab Imperio Electior Saxoniæ, Eichſtatenſis & Conſtantienſis Epiſcopi, cum civitate Ratisbona additi. Arbitri hi, utrimque agniti, Ratisbonæ, præſente Roberto de Gravel, Ludovici XIV. ad Comitia legato, negotium hoc tractarunt, non compoſuerunt. Acta rei geſtæ Ratisbonæ excuſa, (*z*) Batavici belli flammæ, An. MDCLXXII exortæ, cum implicaretur Germania, civitates imperiales Alſatiæ præſidiis munitæ ſunt Gallicis. (*a*) Inter pacis Neomagenſis negotia, Cæſarei legati tabulis inſerere voluerant, civitatum aliorumque Alſatiæ ſtatuum gravamina, poſt initam pacem ad arbitros deferi debere: at Gallicis conſtanter refragantibus legatis ſepoſita ſunt omnis hæc cauſa; Cæſareis ſibi ſcripto caventibus, quod " Articulus octavus, in ſuo „ projecto poſitus, in ipſo inſtrumento pacis Gallicæ omiſſus foret; „ ut Puffendorfius (*b*) loquitur. Reliqua Advocatiæ Hagenoenſis vide in ſyllabo Advocatorum, qui parti genealogicæ annexus eſt.

## §. DXXX.

Advocatia Cæſareomontana.

Decapolitanæ Advocatiæ Tripolitana, (*c*) illi obnoxia, ſuccedit, tria Decapoleos oppida, Keiſersbergam, Monaſterium & Turinghemium complexa. Singulas Imperii civitates advocatum vel ſcultetum Imperialem, capitalium rerum præſidem, habuiſſe, ſupra

---

(*q*) *Adumbratio jurium Præfecturæ provincialis Hagenoenſis in decem civitates imperiales* &c. 40.

(*r*) *Summariſche Anzeigung der Hoh. Rom. Reichs Landvogtey Hagenau* &c. 40. MDCXLVII.

(*s*) Londorp. *Acta Publ.* Tom. VI. pag. 636.

(*t*) Idem Tom. VII. pag. 106. ſqq. Literas X. civitatum ad comitia Imp. & formulas jurisjurandi exhibet.

(*u*) Hic in Præfecturæ jura diligenter juſſit inquiri. Scriptum, hac ſuper re miſſum in Aulam d. 26. Febr. MDCLX. dedit Laguille *Hiſt. d'Alſ.* pag. 208.

(*x*) Moris antea fuerat, ut advocatus primus ante civitates juraret. Mori tum inverſo Mazarinius peculiaribus literis proſpexit.

(*y*) Formulas has vide in Libro tit. *Relation über den Præſentations-Actu zwiſchen Herzog Mazarini &c.* pag. 34. ſqq. Item in *Relatione ſommaria*, An. MDCLXX. edita 40. pag. 9.

(*z*) Sub rubro: *Acta wormatiaca &c. Deductionis in puncto ſeptennii fidelitatis . . . ex capite ſupremi dominii S. Chriſt. rectæ Galliarum Majeſtati in Præfecturam provinc. decem civitatum* &c. An. MDCLXXI. Addatur *Nullitas Reunionis Alſaticæ* pag. 18. ſqq.

(*a*) *Memoriale der vereinigten Reichsſtatten an des Rom. Reichs Stande*, 40. MDCLXXIII.

(*b*) *Rerum Brandeburg.* Lib. XVII. §. XXIII. ubi articulus extat. Adde *Actes de la Paix de Nimegue* Tom. III. pag. 252. Didier *Hiſtoire des Negotiations de Nimegue* pag. 312.

(*c*) Vulgo *Reichsvogtey Keiſersberg*, nonnunquam *Pfleg Keiſersberg*.

ſupra (*d*) notatum. Ludovicus Bav. tribus Helvetiæ pagis, Uriis, Switiis ac Subſilvanis communem advocatum An. MCCCXXIII. Johannem Arbergæ Comitem præfecit. (*e*) Eodem modo tria, quæ nominavimus, Alſatiæ ſuperioris oppida, communem ab Imperatoribus advocatum acceperunt; militari & civili quadam poteſtate munitum; advocato provinciali obnoxium.

Origo muneris hujus ducenda à caſtro. (*f*) Keiſersbergenſe & Plixburgenſe, Imperialia duo caſtra ad Vogeſi fauces, in Orbeanæ & Gregorianæ vallium aditu ſita, Alſatiæ & Imperii propugnacula, ſuperioribus ſeculis advocatus cuſtodivit. Prius, quod Keiſersbergæ imminet, unde Keiſersbergenſe dicitur, à Wolfello, Alſatiæ advocato, ſec. XIII. rupi, in qua ſedit, impoſitum eſt, ut Orbeanam vallem, ad Lotharingos ducentem, aperiret ac clauderet. Plixburgi conditor nobis ignotus. Memoria ejus ſub Rudolpho Habsb. prima occurrit. (*g*) Vicinum ei aliud imperiale caſtrum *Landsburg*, quod in Alſatiæ plana produturis aperit portam. Hoc advocato Colmarienſi Cæſareo, qui Scultetus dicebatur, Sigfrido de Gundolsheim, creditum, procurante, uti videtur, Rudolfo I. Imp. ad Habsburgo-Auſtriacos devenit. (*h*) Plixburgi & Landsburgi cum advocatia Cæſareomontana nexum manifeſte produnt loca & jura, caſtrorum horum trium poſſeſſoribus hodieque communia. Ammersvillæ, Morsvillæ, Winzenhemii dominia inter advocatiam Keiſersberg. cui Plixburgenſis adhæret, & dynaſtiam Landſpurgenſem diviſa ſunt. Plixburgi mons & ſilva præcipuam emolumentorum advocatiæ partem componit; caſtrum vero ipſum dynaſtiæ Rappoltſteinenſi conjunctum. Singulæ hæ arces advocatum habuerunt. Keiſersbergenſis in civitate hujus nominis; Landſpurgenſis Colmariæ, Plixburgicus Monaſterii atque Turinghemii, (*i*) urbanam advocatiam Imperialem exercuerunt. Landſpurgo oppignerato, advocatia, ſub ſcultatiæ nomine, ad ipſos Colmarienſes pervenit. Plixburgo alienato, Keiſersbergenſis advocatus, qui Plixburgo quoque prius præfuerat, Imperialem Monaſterii & Turinghemii advocatiam ſervavit; unde duarum civitatum advocatia, cum Keiſersbergenſi conjuncta, tripolitana evaſit. Origo ejus.

## §. DXXXI.

Advocatus Keiſersbergenſis in ſingulis, quibus præfuit, civitatibus vicarium habuit, ipſe provincialis Advocati cum eſſet vicarius. Advocatus provinciæ enim ſub-advocatum ſuum generalem, hic advocatum Keiſersbergenſem, æque ac ſcultetum Hagenoenſem, Keiſersbergenſis caſtellanum (*k*) & ſcultetum Keiſersbergæ, nec non ſub-advocatum Monaſterii & ſcultetum Turinghemii conſtituerunt. (*l*) Officia hæc omnia Cæſare, vel Advocato provinciali, deficiente defierunt; à novo demum Imperatore Advocatoque confirmanda; ſeu oppignerata fuerint, ſeu non oppignerata. Keiſersbergenſem advocatiam provinciali, ut ſpecialem generali, ſubordinatam fuiſſe, non mirum. Nec mirum eſt, provincialem Advocatum habuiſſe Locumtenentem, qui caſtro Keiſersbergenſi ſub nomine advocati præeſſet, uti ſub-advocatus ejusdem caſtro Hagenoenſi præfuerat. Advocati dignitas.

Advocatus Keiſersbergenſis itaque caſtrum, quod inhabitabat, (*m*) hominesque ad advocatiam pertinentes, defendit. Ordinario, quod in arce fuit, præſidio cives Imperii, qui Ammersvillæ, Morsvillæ & Winzenhemii habitant, periculo imminente, acceſſerunt. Advocato & caſtellano abſentibus ſcultetus Keiſersbergenſis caſtro proſpexit. (*n*) Sed defenſio quoque, præter tres memoratas civitates & vicos imperiales, ad vicina quædam monaſteria (*o*) ſe extendit. Res graviores ad provincialem, vel ad ſub-advocatum ejus remiſſæ. Munus ſatum.



(*d*) Pag. 277. §. DXVI.

(*e*) Lauffer *Hiſtor. Helvet.* Tom. III. pag. 277. Poteſtas advocati coarctata magis An. MCCCXXIX. denique pagis ipſis permiſſum, ut ſibi advocatum eligerent, dummodo ſanguinis qui exerceret. Conf. Simler *de Rep. Helvet.* Lib. I. Cap. VI. & VIII.

(*f*) Ferdinandus Archidux, advocatiæ incolas ad caſtri Keiſersberg. refectionem invitans An. MDLXXIV. caſtri hujus cuſtodiam advocatiæ inſtituendæ cauſam primariam deſignat.

(*g*) Vid. ſupra pag. 120. §. CCII.

(*h*) Conf. pag. 103. §. CLXXIV.

(*i*) Adolphus Imp. Plixburgum & vallem S. Gregorii, i. e. jura Imperialia Monaſterii &c. An. MCCXCVIII. oppigneravit. Chron. Colmar. pag. 58.

(*k*) Qui cuſtos caſtri vicarius *Untervogt*, *Burgvogt*, dicebatur.

(*l*) Exempla hujus rei in Advocatorum provincialium ſerie infra proferimus.

(*m*) Carolus V. Imp. An. MDXXI. denuo juſſit, ut advocatus perpetuam hic ſedem haberet, idque inter civitatis Keiſersb. privilegia retulit. Advocati igitur, caſtri cuſtodes, cuſtodem quoque civitatem habuere, à qua commonefacti ſæpius ac reprehenſi fuere. Wilhelmum Schwendium ab inhabitando caſtro civitas An. MDLXXIV. abſolvit, modo caſtellanum, virum gravem, ei præficeret.

(*n*) De diſciplina militum & alia plura Lazarus Schwendius caſtellano ſuo An. MDLXXXIII. præſcripſit.

(*o*) Erant hæc Abbatia S. Gregorii, Eccleſia S. Petri & Præceptoria S. Johannis Colmariæ, Cœnobium Weinbacenſe, curiæ dominicales quædam Collegiatæ S. Deodati.

## §. DXXXII.

Munus togatum.

In criminalibus ſingularum trium civitatum judiciis advocati Keiſersbergenſis poteſtas togata ſe præſertim exſeruit. In plerisque enim Imperii civitatibus jus gladii ſibi reſervaverat Cæſar; quod per advocatos ille ſuos adminiſtrari curavit. Jus hoc advocatus Keiſersbergenſis cum Magiſtratibus ita exercuit, ut hi de crimine primum ſoli cognoſcerent. Capitale ſi eſſet, judicii diem advocato ſignificarunt; qui vel ipſe vel per vicarium ſuum præſidere judicio, (p) & procuratoris ſifci locum occupare tum cœpit. Judicium Keiſersbergæ ſub dio, Monaſterii in porticu (q) olim habitum. Perorata cauſa, ſenatus in curiam proceſſit; in judicii loco advocato manente. Redux ſenatus pronuntiavit ſententiam. Tum vero ea, quæ ad ſupplicium ſpectabant, advocatus curavit, ſcipionem, poteſtatis inſigne, frangens & verſus reum projiciens. Idem novum cum erigeretur patibulum, primus ei clavum infixit. Magiſtratus ſi pœnæ negligens eſſet, Advocatus provincialis, à Keiſersbergenſi monitus, providit.

Scultetus Keiſersbergæ, non advocatus, tractavit civilia, qui dijudicandis majoribus cauſis per hebdomadem ter in tribunali conſedit. Exteri ab eo incarcerari potuerunt; cives denuntiavit ſenatui. Idem ſcultetus ab advocato quidem inſtitutus, ſed ex civibus ſumendus, ſoli in jure dicundo Imperatori obnoxius erat. (r) Senatui cum intereſſe vult, primum à Conſule occupat locum.

Turinghemii ſcultetus Magiſtratui præſedit, nullumque peculiare judicium habuit, ut nec Monaſterienſis ſub-advocatus; (s) è civibus quoque olim petendus.

In Ammersvillano oppido, ubi duo alii non imperiales ſculteti, (t) ut & Morsvillæ ac Winzenhemii, ſcultetus Imperialis capitalibus cauſis præfuit ſolus. A locorum horum judiciis ad advocatum Keiſersbergenſem & Dynaſtam Landſpurgenſem alternis vicibus; ab imperialium vero civitatum ſententiis ad ſumma Imperii tribunalia provocatum.

## §. DXXXIII.

Jusjurandum.

Keiſersbergenſi advocato à civitatibus juratum, poſtquam ipſe de ſervandis earum juribus, & querelis adverſus cives ad Magiſtratum deferendis juraſſet. Apud Monaſterienſes Abbatiæ quoque juribus cavit jurejurando. Keiſersbergæ à Magiſtratu & civibus; Monaſterii & Turinghemii à Magiſtratu tantum jusjurandum præſtatur. Monaſterienſes ab eo liberi fuiſſe dicuntur, donec Ferdinandus Archidux, provinciali & Keiſersbergenſi advocatiæ præfectus, An. MDLXIX. id primus exegiſſet; Maximiliano tamen Imperatore cavente, civitatis libertati id non damno fore. Keiſersbergæ ſolemnior fuit advocati receptio, cum urbem primum intraret. Portarum claves ei offeruntur, quod urbis cuſtodiæ ex caſtro ſuo invigilaret.

Reditus.

Reditus advocatiæ Keiſersbergenſis (u) majores ex Ammersvillæ, Morsvillæ, Winzenhemii partibus, quæ advocatiæ huic parent, proveniunt. Ex imperialibus oppidis cenſus aliquos, bona ſifco addicta, certamque mulctarum partem, advocatus percipit. Ad eundem aureus de ſingulis Judæorum focis, ut & bona, à defunctis ſine herede relicta, per omnem advocatiæ diſtrictum pertinent. Poſterius in clericos quoque num extendi debeat, cum vicarius parochi Turinghemiani An. MDXLIII. absque herede deceſſiſſet, inter Epiſcopum Baſil. & Egenolphum de Rappoltſtein, cui advocatia oppignerata tum erat, diſputatum. (x) Quin & exigui quidam cenſus ab Eccleſiis & Monaſteriis quibusdam advocato ſolvuntur, qui ex omnibus his reditibus caſtrum ſartum tectum ſervare, & cuſtodes alere tenebatur. Faſſus hoc eſt ipſe Joannes Wilh. Schwendius An. MDCIII. cum civitas Keiſersbergenſis de hoc Imperii munimento neglecto moviſſet querelas.

§. DXXXIV.

---

(p) Quod ſtylo publico vocatur *den Stab fuhren.*
(q) Vernacule *Laube.*
(r) Magiſtratus Keiſersbergenſis cum ſculletum aliquando mandaſſet cuſtodiæ, Advocatus provincialis An. MDLXII. id injuſtum declaravit, manumque ſculteto a quoquam inferri ſevere prohibuit.
(s) *Untervogt, Unter-Reichsvogt.*
(t) Supra pag. 105. §. CLXXVII.
(u) Ferdinandus Archidux An. MDLXVI. urbarium, uti loquuntur, reditum advocatiæ hujus confici juſſit. Hodie reditus hi vix IV. millia librarum Gall. ſummam componunt.
(x) Elector Palatinus, Advocatus tum provincialis, rem hanc ita decidit, ut ex defuncti peculio octoginta florenі cum ſubvectitiæ vini Epiſcopo ſolverentur.

## §. DXXXIV.

Ceterum advocatiam hanc Joanni Luxemburgico, Bohemiæ Regi, Ludovicus IV. Imp. pignori dedit, unde enatæ ſunt turbæ. Johannes Rex centum & viginti libras precariæ Keyſersbergenſis, quotannis Imperatori præſtari ſolitæ, Johanni, Dynaſtæ Rappoltſteinenſi, An. MCCCXXXV. aſſignavit, donec mille & ducentæ libræ Hallenſes ei vel heredibus ejus perſolutæ fuerint; quibus hi bona, Keyſersbergæ vicina, & à Luxemburgi Comitibus in feudum tenenda, acquirerent. (*y*) Anno ſequenti idem Johannes Rex tribus civitatibus, literis Straubingæ datis, præcepit, ut Gotfrido, Leiningenſi Comiti, qui ſub Henrico VII. Imp. Johannis patre, Advocatus provincialis Alſatiæ fuerat, tanquam vicario ſuo, obedirent. Hoc ſcilicet anno Ludovicus Imp. advocatiam in ſuam poteſtatem recepturus, reſiſtente Johanne ejusque Advocato, Keiſersbergam, quæ etiam reſtagabatur, cum Monaſterienſes ac Turingheimenſes faverent Cæſari, obſidere juſſit. ALBERTUS ARGENT. (*z*) rem ita exponit: „ obſidentibus oppidis imperialibus ad mandatum Ludovici oppidum Keiſersberg, Regi Bohemiæ obligatum, conventum eſt, quod niſi Rex Bohemiæ infra certum tempus ipſos liberare poſſet, Ludovico ex tunc obedirent. Rege vero Bohemiæ eos non liberante, Ludovicus ad jus Imperii Keiſersberg, Turckheim, Munſter, caſtrum Blicksberg, prius per ſe obligata Bohemo, retraxit. „ Hagenoa, Roshemium, Ehnheminm, Seleſtadium, Colmaria & Mulhuſium, Keiſersbergam obſederant. (*a*) Steinungus miles, qui Keiſersbergenſi & Plixbergenſi caſtris nomine Johannis Regis tum præfuit, caſtra hæc Hugoni, Comiti de Hohenberg, Advocato provinciali, quatuordecim diebus ante proximas D. Martini nundinas recepit ſe traditurum, niſi vel ipſe cum exercitu adveniret, vel cum Ludovico Cæſare in gratiam rediret Bohemus. Steinungo interea temporis caſtra retinere, non autem oppida Turingheim & Munſter, quæ male habuerat, intrare permiſſum. Feudum quoque caſtrenſe in Plixberg cum univerſis bonis idem ſervavit. Johannem Regem non veniſſe auxilio, prolatis ſupra Alberti Arg. verbis docemur. Advocatiæ poſſeſſores veteres.

Wenceslaus tamen Luxemburgicus, Joannis filius, jus ſuum nova oppigneratione in alios transtulit; contra quos Wenceslaus & Sigismundus Imperatores, Wenceslai iſtius ex fratre Carolo IV. nepotes, Keiſersbergenſes ab Advocato provinciali & civitatibus Imperialibus adjuvari voluerunt. Carolus IV. Imp. horum pater, à Mulhuſinis An. MCCCLII. petierat, ut imperialem hujus anni cenſum, advocatiæ redimendæ cauſa, ſibi perſolverent. A quonam redimenda tum fuerit, non liquet. Quinquennio poſt liberam Rudolfus, Auſtriæ Dux, cum advocatia provinciali adminiſtrandam accepit.

## §. DXXXV.

Palatina advocatiæ provincialis periodus, quæ An. MCCCCXIII. initium cepit, Keiſersbergicam advocatiam ita involvit, ut variis Alſatiæ nobilibus, Begeris, Landſpergiis, Rathſamhuſiis, Hatſtadiis, vel officii vel pignoris nomine, regenda traderetur. Quum autem Palatinis advocatiam hanc, ut & provincialem, Maximilianus I. Imp. An. MDIV. eripuiſſet, ſuffecti ſunt advocati vere imperiales, ab ipſo Cæſare conſtituti, donec Caroli V. & Ferdinandi I. beneficio Palatini in utriusque poſſeſſionem rediiſſent. Keiſersbergenſis hinc Georgio, Erbacenſi Comiti, pro octies mille ac viginti florenis in viginti annos pignori tradita An MDXXXV. quod Georgio rogante ſexennio poſt in Wilhelmum, Dynaſtam Rappoltſteinenſem, translatum. Palatini.

Translata autem ad Auſtriacos advocatia provinciali, Keiſersbergenſem quoque à Rappoltſteinenſibus iidem receperunt; (*b*) Lazaro Schwendio, Dynaſtæ Landſpurgenſi, An. MDLXXIII. denuo oppignerandam; unde factum, ut Landſpurgum, feudum Auſtriacum, (*c*) poſt trecentos fere annos, quibus ſeparatum fuerat, cum Keiſersberga, Auſtriaco pignore, rurſus conjungeretur. Cauſas advocatiæ, de quibus Hagenoæ provincialis Advocatus ante cognoverat, Auſtriacum regimen Enſisheimii deinceps dijudicavit. Auſtriaci.

Elapſo

(*y*) Charta in tabular. Rappoltſtein.
(*z*) *Chron.* pag. 127.
(*a*) Compoſitionis, die S. Laurentii factæ, autographum in tabulario Colmar. extat.
(*b*) Annum reluitionis nondum inveni. Egenolphus vero de Rappoltſtein cum An. MDLXII. advocatus Keiſersbergenſis comparet, & Ferdinandus Archidux urbarium advocatiæ, An. MDLXVI. confici curaverit, ut ſupra notavi, medius inter hos quærendus eſt annus.
(*c*) Vid. ſupra pag. 107. §. CLXXX.

Regii. Elapso centum annorum, quem Ferdinandus Archidux Schwendiis indixerat, reluitionis termino, Ludovicus XIV. advocatiam Keisersbergensem, à provinciali discretam, Dom. Deniadry An. MDCLXXIV. contulit, eamque An. MDCXCVII. in feudum hereditarium, quod alienari possit, convertit. Francisco Demadry Josephus de Peschery An. MDCCX. successit. Pescherios Franciscus Antonius, Baro ab Andlau, mense Sept. An. MDCCXXXIX. excepit, cui Franciscus Leonorius frater ejusque posteri mares An. MDCCLV. à Rege substituti sunt successores.

## §. DXXXVI.

Advocatia Austriaca. Hæc de Imperialibus advocatiis Alsatiæ, quas Decapolitanam & Tripolitanam vocavi, quæ, ut jam dictum, ad Austriacam denique domum pervenerunt. Præter eas in superiore Alsatia quoque fuit advocatia Austriaca, adeoque mediata; cujus advocatus, reginminis Ensishemiani constitutus præses, cum senatu ei adjuncto, non modo patrimonialia & feudalia bona, ab Habsburgi Comitibus, Alsatiæ superioris Landgraviis, possessa, sed & Phirretensis Comitatus, omnesque adeo Austriacorum in Alsatia terras, quoad politica & cameralia, Ensishemii curavit. (*d*) Austriacus hic advocatus simpliciter quoque advocatus Alsatiæ à scriptoribus & in chartis appellatur haud raro, atque adeo ab incautis subinde cum Hagenoensi confunditur. Ab eo tempore, quo Archiduces advocatiis Imperialibus in Alsatia potiti sunt, earum quoque rerum inspectio reginimi Austriaco Ensisheimensi commissa est. Ensisheimensium advocatorum syllabum Hagenoensibus suo loco subjungimus.

His jam præmissis ad singulas civitates, quæ Imperiales dicebantur, recensendas progredior, ab Argentina, omnium principe, ducturus initium; quam Decapolitanæ eo, quo pax Westphalica illas recenset, ordine sequentur.

# ARGENTINA.

## §. DXXXVII.

Situs. Argentina in ubere, plano & peramœno inferioris Alsatiæ tractu sita ad Rhenum, junctis Elli & Brusca (*e*) aquis irrigua, magnitudine sua, munitionibus, turreque sublimi regiæ & reginæ civitatis speciem intuentibus offert. Elevatio poli est 48. grad. 35. minut. Longitudinis gradus 26. ab insula Ferro.

Nomen. Argentorato, seculi V. exordio ab Alemannis everse, (*f*) seculi VI. medio *Stratheburgum* successit; Franciceæ originis, adeoque & Francici, hoc est, Germanici idiomatis civitas, quam latini mediæ ætatis scriptores, pro Argentorato, *Argentinam* (*g*) dixerunt; quam formam in hac periodo nos plerumque sequemur.

Amplitudo primæva. Monarchia Francorum in duas partes divisa, cum ad Germanici regni corpus Argentina accederet, fossa ejus à Brusca & Stephaniano cœnobio ad forum equinum, ubi adhuc exstat, indeque per Prædicatorum Monasterium ad mercatoriam porticum, (*h*) fossam fartorum, juxta veteris hospitalis plateam decurrens, dirigebatur ad Bruscam. Muri, fossam olim comitantis, reliquiæ in ædificiorum fundamentis nostra ætate repertæ sunt plures; quæ docent, Strateburgi conditores Romanas architecturæ leges (*i*) & ædificiorum in area templi Prædicatorum fundamenta, quæ ex mœnibus antiquis supersunt, testantur.

§. DXXXVIII.

---

(*d*) Brisgoviæ Landgraviatus ab eodem advocato administratos fuisse, supra jam docui, pag 23.

(*e*) Brusca, retro Molshemium in fossam collecta, per 4. leucas navigabilis est. Johannes, Burgundiæ Dux, An. MCCCLXXXII. tractum Rheni Alsaticum *Sirenias partes* lusu verborum, in literis Meloduni ad Frid. Episc. Argent. Imperii in Alsatia vicarium datis, appellans, Argentinensem tractum præsertim intellexit. Wenckeb. *Apparat.* pag. 154.

(*f*) Tom. I. pag. 217. §. CLXVIII.

(*g*) Ita Moguntiacum in Moguntiam deflexerunt scriptores. Rhenan. *Rer. Germ.* Lib. III. pag. 320. Strateburgi origines vide Tom. I. pag. 683.

(*h*) *Erhilandi* vulgo.

(*i*) Vitruv. *Archit.* Lib. I. Cap. V.



A. Urbs primæva.
B. Incrementum 1um.
C. Incrementum 2um.
D. Incrementum 3um.
E. Incrementum 4um.
F. Incrementum 5um.

ECCLESIÆ & MONASTERIA

1. Ecclesia Cathedralis.
2. S. Petri Jun: } Collegiatæ
3. S. Petri Sen: }
4. S. Johannis Præceptoria.
5. S. Stephani.
6. Carmelitar. hod. S. Ludovici.
7. Prædicatorum.
8. S. Thomæ Colleg.
9. S. Nicolai.
10. S. Aureliæ.
11. S. Wilhelmi.
12. Omn. Sanctor. Colleg.
13. Aula Fratrum, hod. Colleg. S. Jesu.
14. S. Andreæ, hod. Recollecti.
15. S. Barbaræ, hod. Capucini min.
16. D. Margarethæ } Parthenia.
17. D. Magdalenæ }
18. S. Augustin. hod. Congregat. B. Mariæ Virg.
19. Conventus de minoribus
20. S. Arbogasti } Monasteria
21. S. Nicolai in undis } diruta.
22. S. Johannis in undis }

ÆDIFICIA PUBLICA.

23. Hospitale civium
24. Orphanotrophium, ol. S. Catharinæ
25. Aula Episcopalis
26. Curia senatus
27. Turris numaria, (Pfenningthurn)
28. Armamentarium, ol. S. Claræ
29. Granarium
30. Ergastulum censor. olim Præc. Johannit. infra und.
31. Emporium. (Douane)
32. Macellum
33. Stabulum publicum
34. Theatrum Anatom.




1. Castellum Regium (Citadelle.)
2. Porta Regia
3. Porta auxilij. (Porte du secours)
4. Castellum Albæ Turris (Fort blanc)
5. Castellum strato lapid. (Fort de pierre)
6. Capucini
7. Esplanad.
8. Hospitale militum
9. Hospitia militum (Casernes)
10. Academia Equestris



35. Specula Astronom.
36. Hortus Medicus

FORA

37. Militare (Place d'Armes)
38. Equinum (Breglie.)
39. Granarium vetus
40. Piscatorium

SUBURBIA

41. Albæ Turris
42. Cronenburgense
43. Strata lapidaris
44. Krutenau
45. Finckweiler
46. Bruch.

PORTÆ

47. Lanionum
48. Hospitalis
49. Albæ Turris
50. Cronenburg (Porte de Saverne)
51. Lapidaris
52. Iudeorum
53. Piscatorum
54. Elisabethæ } disjectæ.
55. Novæ }

AQUÆ

56. Brusca
57. Emissarius Rheni (Rhein-giessen)
58. Fossa Cerdonum

PONTES

59. Tectus, Pont couvert
60. Martinianus
61. Thomanus
62. Nicolaitanus
63. Carnificis (Pont du Corbeau)
64. Novus (Pont de l'Evechè)
65. Stephanianus
66. Piscatorius.




11. Theatrum
12. Pons Rheni
13. Munimentum Kehl
14. Aggeres aquis objecti (Digues.)
15. Ruperti augia.

Mensura 800 pertic. Franc.

0 100 200 400 600 800

Joh. Striedbeck sculps. Argent.

ECCLESIAE ET MONASTERIA: 1. Cathedralis, 2. Prædicatorum, 3
11. St Aureliæ, 12. Capucini, 13. St Wilhelm, 14.
AEDIFICIA PUBLICA: 19. Cur
PORTÆ: 23. Cronenburgica
28. Munsten.

ad. del. et sculps. Argent.

...um, 3. St. Petri Jun: 4. St. Nicolai, 5. Omn. Sanctor. 6. St. Thomargarethæ,
...mi, 14. St. Stephani, 15. St. Magdalenæ, 16. Recollecti, 17. Collegiu
... Curia Senatus, 20. Hospitale civium, 21. Ergastulum, 22. C
...urgica, 24. Lapidaris, 25. Iudæorum, 26. Piscatorum, 27. Alb.
...imentum Kehl, 29. Pons Rheni, 30. Coemeterium St. Helen
31. Sclopetariorum Campus vulgo Schiessrein.

## §. DXXXVIII.

Per ſeptingentos, & quod excurrit, annos ſtatus hic urbis, limitibus arctis incluſæ, duravit, dein amplificationibus quinque pedetentim adaucta eſt. Amplificationes.

Suburbani accolæ (*k*) ab occidua præſertim parte acceſſerant, qua ſtrata ſuperior in Galliam & ad Kœnigshovianum ducebat palatium; ubi Reges & Cæſares, regnum obeuntes, habitaverant, & in quo longa ſeculorum ſerie Cæſareus commoratus eſt Comes. Prima ergo urbis incrementa ab illa parte cœperunt circa An. MCCL. quo fatale illud Germanos agitavit diſſidium. Tum vero murus cum foſſa à ponte lapideo uſque ad D. Petrum ſeniorem & Bruſcam productus eſt; (*l*) ita tamen, ut forum excluderetur vinarium. Orta hinc urbis in veterem novamque diviſio. (*m*) Munitionis hujus, quæ muro ſuburbium cinxit, utilitatem intellexit mox civitas, cum An. MCCLXII. gravibus cum Gualtero Epiſcopo bellis involveretur. Prima.

Verſus ſeculi hujus finem divergium illud aquarum, aggeribus disjunctum, ad pontem tectum, conſtrui cœptum eſſe, inde conjicio, quod Annales Colmarienſes notant, inventorem operis, quod Bruſcæ aquarum partem in foſſam cerdonum divertit, An. MCCXCII. aquis periiſſe. Veriſimile enim eſt, aggeres eos omnes, qui hoc divergium componunt, ſimul tum fuiſſe confectos, quod eodem tempore ſecunda quoque urbis amplificatio acceſſit. Hac certe factum eſt, ut in novam civitatis amplificatæ foſſam, quæ multo latior ceteris fuit, novum quoque deduceretur aquarum divergium. Circa annum ſane MCCC. foſſa cum muro à Petro ſeniore ad juniorem & ad turrim uſque Judæorum perducta eſt, ut Albertus Argent. & Koenigshovius (*n*) tradunt. Tum vero pars illa muri, prima extenſione urbis extructi, quæ à Minoritarum Monaſterio ad D. Petrum Seniorem progrediebatur, ſolo æquata eſt, & foſſa completa. Secunda.

Amplificationi huic Albertus & Kœnigshovius aliam jungunt, quæ eodem tempore in oppoſita urbis parte ad meridiem facta eſt, adeoque trans Bruſcam. Hæc à ponte tecto ad portam Eliſabethæ, ad turrem lanionum, ad Monaſterium D. Catharinæ & ad emiſſarium Rheni uſque, quod ingreditur urbem, murum cum foſſa perduxit. Munitionem hanc Argentinenſes cum non ſufficere crediderint, exterior quoque lanionum turris cum foſſa & muro ſuperaddita eſt, ita, ut opus An. MCCCXXIV. uſque ad plateam Utonis, reliqua pars uſque ad turrim prope St. Catharinam An. MCCCXLIII. perficeretur. (*o*) Secundo urbis incremento Albertus & Kœnigshovius hæc omnia adſcribunt; quod eodem fere tempore ad boream & ad meridiem ſuſcepta munitio. Malim ego ſitus magis, quam temporis rationem habere; unde amplificationem hanc verſus auſtrum *tertiam* appello. Illud autem abſonum eſt, quod Herzogius (*p*) foſſæ ſecundæ opus ad portam lanionum tertiam amplificationem appellat, quæ munitionis fuit, non urbis, augmentum. Tertia.

## §. DXXXIX.

Quarta amplificatione, quæ Alberto & Kœnigshovio tertia, tres turres, Alba nimirum & Cronenburgica, ut & illa, quæ ſtratam lapidariam terminat, ſpeculatoriæ antea turres, in totidem portas converſæ ſunt, muris inter ſe junctæ & foſſis. Dilatatio hæc An. MCCCLXXIV. cœpta, An. MCCCXC. terminata eſt. Quarta.

Quintum denique incrementum Krutenaviæ ſuburbium à porta lanionum ad portam piſcatorum muris cinxit. Augmentum hoc & Alberti & Kœnigshovii ignorant Annales, qui ſeculum XV. non attingunt. De tempore ſcriptores diſcordant. (*q*) Quinta.



(*k*) Qui *Pfalburger* dicti ſunt.

(*l*) Albert. Argent. ad An. MCCCLXXIV. de incrementis urbis agens, hoc ad An. MCCL. ponit. Koenigshovius Cap. V. §. XXII. contra omnem veriſimilitudinem ad An. DCC. id figit, quo ipſa Lutetia urbicula fuit, quæ nonniſi circa An. MCC. ſua quoque incrementa accepit. De la Mare *traité de la Police* Tom I. pag. 79.

(*m*) Breviculus Jurium Civitatis Argent. in not. ad Koenigshov. Cap. L. pag. 715. ubi: unum pretconem in interiori, ſcil. veteri urbe, duos in exteriori. Primum hoc incrementum ſiſtit Merianus in *Topogr. Alſat.* ad pag. 53.

(*n*) Secundum hoc incrementum Koenigshovius ad An. MCC. jam ponit; circa ipſum autem incrementum cum Alberto concordat.

(*o*) Ita Albertus Arg. & Koenigshovius.

(*p*) *Chron. Alſat.* Lib. VIII. pag. 42.

(*q*) Kleinclaurl An. MCCCLXXIV. ponit, alii MCCCLXXXVII.

Verisimilior eorum opinio, qui An. MCCCCIV. opus inceptum, An. MCCCCXLI. terminatum prodiderunt. (*r*) Post incrementa hæc omnia longitudo urbis mille trecentas & octoginta quinque perticas à porta turris albæ ad portam novam, ubi Capucini sunt; latitudo à porta hospitalis ad stratæ lapidariæ portam quadraginta sex supra mille perticas explet. Argentinam ab initio tres portæ (*s*) clauderunt. Urbe dilatationibus aucta, adauctus est quoque numerus portarum, ita tamen, ut novæ cum surgerent, nonnullæ ex veteribus quandoque perirent, vel urbi includerentur. (*t*) Hodie septem numero superstites sunt portæ, (*u*) rudioris pleræque operis, omnes cataractis (*x*) instructæ. Nonnullis prætensa est porta anterior. (*y*)

## §. DXL.

Munitio vetus.

Vetus urbium munitio, præter fossas profundas & latas, quæ hodiernæ quoque munitioni in usu, mœnibus & turribus altis constabat. Romanorum (*z*) Francorumque turres erant rotundæ, quod arieti fortius, quam quadratæ resisterent. Strateburgum octodecim turribus fuit à Francis munitum. Plerasque earum rotundas, tum lapideas, tum lateritias fuisse, ex duabus reliquis, noſtro ævo destructis, (*a*) collegi, quarum tanta durities, ut nonnisi pulvere pyrio potuerint diffringi. Insequenti tempore turres rotundæ in angulis mœniorum positæ sunt, reliquæ fuerunt quadratæ. Gebvilerus, (*b*) An. MDXXI. scribens, XC. fere turres & propugnacula computavit.

Murus coctilis, pinnatus & loricatus fuit, cum ambulacro adstructo, quod *Peribolum* vocarunt; quodque An. MCCCLXXIV. muris Argentinenſibus prope portam lanionum additum, ut Albertus nos docet. Periboli hujus fragmentum prope Utonis

---

(*r*) Herzoo. *Chron. Alsat.* Koenigshovius qui An. MCCCLXXXVI. finem Chronicon finiit, Kruteuaviam An. MCCCLXXV. suburbium dicit, sed non mœnibus cinctum.

(*s*) Lapidaris, (*Steinthor*) sellaria (*Sattlerpforte*) & anonyma.

(*t*) Primo urbis augmento porta telonaria (*Zollthor*) & porta cordonum, (*Rintburgerthor*) cui fossa (*Rintthuter graben*) vicina erat, exortæ sunt. Posteriori numaria deinceps superstructa est turris. (*Pfenningsthurn*) Secundo augmento Judaica, Burgensis (*Burgthor*) prope D. Petrum jun. & Episcopalis, (*Biſchofsburgthor*) quæ etiam Spirensis dicitur, extructæ sunt portæ. Judaicam exteriorem An. MDLII. munivit civitas, teste inscriptione ejus: " Heinrico » Gallorum Rege militem in Carolum V. Imp. Aug. » per hanc Germaniæ partem ducente S. P. Q. Argent. » portam hanc aggere & fossa muniri fecit An. Dom. » MDLII. mense Majo, » Supra Episcopalem Conradi Episc. qui An. MCCII. obiit, imago posita, circa quam legitur: *Conradus de Hunenburg, fidelis Argent. Episcopus.* Wimphelino. *de Epist.* pag. 56. Tertio augmento Elisabethana, quæ circa An. MDCLXVIII. clausa fuit, cum aggeres novi à porta hac ad Brusæam usque docerentur; Carmelitarum, (*Frauen-brueder thor*) quæ dein porta hospitalis, ut & porta lanionum suam originem debent. Quarta amplificatione porta stratæ lapidaris, Cronenburgica, portaque turris albæ accesserunt, adeoque telonaria, Spirensis & Burgensis portæ ad internas urbis partes rejectæ sunt. Portæ stratæ lapidaris turris olim quoque alba, dein viridis appellata. Hodierna An. MCCCCLXXXI. condita, omnium turrium altissima fuit, donec pars ejus suprema An. MDXLIX. dejecta est. Porta turris albæ exterior cum fer, dein octo rotarum molendino, An. MCCCCXXXIX. constructa. De munitione inscriptio: " Carolo V. Aug. copias Germaniæ in Turcam, Pannonias invadentem, ducente Resp. Argent. » portam hanc aggere & fossa muniri fecit An. » MDXXXII. »

Quinto denique incremento porta piscatorum, Nicolaitana prope monasterium S. Nicolai in undis, Johannea prope monasterium S. Johannis in undis, & porta Catharinæa constructæ sunt. Nicolaitana & Johannea An. MDXXX. perierunt, cum in earum locum porta nova succederet, quæ ipsa quoque An. MDCLXXXIII. remota. Porta S. Catharinæ prope Orphanotrophium periit, cum An. MDXLV. agger & fossa ad eximam lanionum portam duceretur. Agger ille nuper destructus est, cum hospitium novum militum, nobile ac splendidum, extrueretur, fossa contigua in hortum conversa.

(*u*) Post quintum augmentum portæ exteriores numeratæ sunt decem. Nicolaitana & Johannea in unam, uti dictum, conversæ, supererant novem. Ab An. MDXLV. quo Catharinæa suppressa, persistebant octo. Arx regia cum An. MDCLXXXII. erigeretur, Porta nova destructa est. Supersunt itaque portæ lanionum, nosodochii, turris albæ, Cronenburgica, lapidaris stratæ, Judæorum, piscatorum. Non computo heic portam minorem, quæ dicebatur *das thor auf der Stunden*, ad quam terminabatur viculus *Stundenjaſſlein*, hod. *Bockengaſſlein*. Porta hæc, An. MCCCXCII. muro clausa, adhuc in veteri turri hospitalis visitur. Clausa fuit in bello cum Friderico Episcopo. Koenigshov. pag. 307.

(*x*) Germ. *Schutz*, quandoque *Schuffgattern*, Gall. *herſe*. Clathri hi pensiles Romanis non ignoti. Vegetius Lib. IV. Cap. IV. Argentorati cataractas portis An. MCCCXXXII. primum additas fuisse, Koenigshovius Cap. V. num. 98. scribit.

(*y*) An. MDLXVI. porta Judæorum & ad ejus exemplum ceteræ omnes pensilibus instructæ sunt pontibus. Consilio occasionem dedit Grumbachius, qui triennio ante porta efracta occupaverat Herbipolim. Portæ tempore pacis diu noctuque ante An. MCCCXXX. quo claudi cœperunt nocte, apertæ fuerunt. Koenigshov. *Chron.* Cap. V. num. 130.

(*z*) Vegetius Lib. IV. Cap. IV.

(*a*) In platea *Brandgaſſ*, cum Belombrea Gayotorum domus An. MDCCLIV. ædificaretur.

(*b*) *Panegyr. Carolin.* pag. 24.

Utonis vicum hodieque conſpicitur. At ſec. XVI. denique omnia urbis mœnia ex lapide ſtructa, terreo exteriore vallo circumdari cœperunt, ita, ut exterior ejus facies, ſolſam extimam reſpiciens, muro tamen tegeretur. (*c*)

## §. DXLI.

Sub Periodo Gallica ab omni parte munitionibus incrementa acceſſerunt, inter quæ præcipuum caſtellum regium, *Citadelle*, quod An. MDCLXXXII. inter urbem & Rhenum pentagona forma conſtructum, cujus munitiones, ante aggeres cuſpidatos diſpoſitæ, fere Rhenum attingunt. (*d*) Sed & in occidua ac boreali urbis parte duo regia caſtella minora, unum ad turrim albam, alterum ad lapidaris ſtratæ extremitatem, (*e*) eodem tempore conſtructa ſunt. Rhenus quoque ut fortius defenderetur, una cum ponte ſuo ab omni parte munitus eſt. Pons, ob inſulam interjacentem, in minorem majoremque dividitur. (*f*) Aditum minoris propugnaculum turriforme (*g*) cuſtodit. Inſulam inſigne cuſtodivit caſtellum, (*h*) poſt pacem Badenſem ſolo æquatum. Extremitatem pontis majoris in litore Rheni dextro pentagonum Kehlenſe munimentum defendit, quod cum regio Argentinenſi caſtello à Gallis conſtructum, dein Germaniæ conceſſum eſt pace Badenſi, An. MDCCXXXIII. receptum, & An. MDCCXXXVII. eidem reſtitutum. Munitio nova.

Nec ſpeculæ ſuburbanæ (*i*) ſilentio transeundæ ſunt, quarum tres in agro ſuo Argentinenſes excitarunt, (*k*) alias diligenter caventes, ne in vicinia urbis ſuæ ulla ab extero conſtrueretur munitio. (*l*) Cis & trans Bruſcanos urbis incolas pontes octo conjungunt. (*m*) Navibus ex Rheno ad urbem aditus ut redderetur facilior, majores noſtri emiſſarium ſupra pontem Rheni foderunt. (*n*) Speculæ pontes &c.



(*c*) Initium rei factum An. MDXXIV. prope Monaſt. D. Margarethæ. An. MDXXIX. vallum prope D. Nicolai in undis conſtrui coeptum. Sec. XVII. nova per aggeres majores cuſpidatos, ex vallo proſilientes, (*Baſtiones*) munitio acceſſit. Mersheuſerus, militaqum in Alſatico Sueconum exercitu operum architectus, conſilia ſua, hac ſuper re, Senatui aperuit. Primus hujus generis agger inter Albam & Cronenburgicam portam An. MDCXXXII. ab Hadriano Centurione erectus eſt. Vocabatur *Heiden-bolwerck*. Vid. *Bericht von Beveſtigung Straßburg*. An. MDCLXXXIII. pag. 9. An. MDCXXXIII. coronarium illud prope Cronenburgicam portam opus: anno ſequenti alterum inter Roſeneckium & portam Judæorum, conſtrui cœpere. An. MDCXXXVII. angulus ille exterior urbis recedens, ubi olim pratum *Finckmatt*, qui etiam *Roſengarten* appellari ſolebat, munitus eſt. An. MDCLVII. Eliſabethanus, ut & alter Ello vicinus agger, ab architecto *Wallpacio* incepti, An. MDCLXVIII. terminati ſunt. An. LXIII. agger prope portam hoſpitalis, inſequentibus LXIX. LXXI. LXXIII. LXXIV. aggeres ad portam albæ turris & piſcatorum erecti. Aggerum cuſpidatorum numerus denique ad ſeptendecim aſcendit, qui omnes, ut & vallum interjectum, inferiore præcincti ſunt vallo, quod medium ævum *bracam* vocavit, Galli noſtri *fauſſe-braye* vocant. Operum horum architecti Schwenderus, Arhardus, Kermannus, Herrius fuerunt.

(*d*) Opus finitum An. MDCLXXXIII. Nummus, Argentinam cum munitionibus repræſentans, Lutetiæ tum cuſus cum inſcriptione: *Clauſa Germaniæ Gallia*. In infima nummi parte: *Argentoratii arcet ad Rhenum*.

(*e*) Ibidem jam An. MDXLV. propugnaculum aliquod Senatus erexerat, quod ſplendidius deinceps, ut hodie videmus, furrexit.

(*f*) Minor, qui urbi proximus, quatuordecim, major quinquaginta & una fulticis conſtat. Duo pontes ſimul mille & trecentorum paſſuum ſpatitudinem habent.

(*g*) *Redoute*.

(*h*) *Fort de Pile*, cui caſtellum aliud in inſula vicina adſitum minus, *Fort du Rhin* dictum, quod cum majore dirutum eſt.

(*i*) Vulgo *Warten*.

(*k*) Inter urbem & Illkirchem An. MCCCCXXIX. conſtructa eſt ſpecula, cui *altæ* cognomen, (*Hohewart*; aliquando *Newewart*.) Acceſſit huic An. MDXXXVIII. ſpecula viridis, (*Grienewart*) inter civitatem & Lingolsheimum erecta. Similem cuſtodiam prope S. Helenæ eccleſiam, verſus Schiltigheimium, extitiſſe reperio, quæ *Wyckhauſel* dicebatur. *Wyck* bellum ſignificat. Idem nomen locus prope Lazaretum, extra portam lanionum, ubi jam telonium urbis eſt, retinet.

(*l*) An. MCCLXII. in Argentinenſium compoſitione cum Walthero Epiſcopo cautum eſt, ne intra milliare germ. ab urbe munimentum ullum (*debeine werhauſſen here*) erigeretur. An. MCCCXII. proviſum, ne in Fegersheimio vico ædificaretur munitio. Archiv. Argent.

(*m*) Supremus pons, qui tectus eſt, An. MDLVII. ſtructus, prope quem Bruſca, Ello ſuperius juncta, illabitur urbem, in tres alveos divisa. Propugnacula ponti huic jam olim adjecta fuere. Sed An. MDCLXXXVI. Ludovicus XIV. ingentem cataractam aquarum ex lapide quadrato ibidem extruxit, quod omne trajicienda flumen ab illa parte urbem firmiſſime claudit. Pons Martinianus, Thomanus, Nicolaitanus, pons carnificis, ex quo ſuffocandi olim dejecti fuerunt, cujusque mentio ſit in charta An. MCCCVIII. Pons prope palatium Epiſcopale, qui jam An. MCCCCXXXIII. vocatus eſt *novus*. Koenigshov. pag. 145. Pons Stephanianus & omnium denique poſtremus, pons ad piſcatoriam portam. Coercendo autem in urbe alveo Bruſcæ, riva ejus An. MCCCCXXIII. ad pontem uſque Stephanianum, indeque An. MDLXIII. uſque ad piſcatoriam portam munita eſt.

(*n*) Emiſſarium aquas prope monaſterium S. Johannis in undis, portamque tum ei vicinam, direxit in uibem; unde *Johannes gieſſen* & ſimpliciter *Rhein gieſſen* vocatur. At alveus ejus deincepe ad D. Catharinæ & aureum turrim, prope D. Guilielmi pontem, directus aquas ſuas cum Bruſca jungit. Alveus Bruſcæ à loco junctionis defcendens, in chartis vocatur *der Teich*. At Bruſca, ubi mille paſſus ab urbe defcendit, hoc nomen amittit, iterumque Ellus nuncupatur. Emiſſarium iſtud cataracta prope regium hoſpitale claudituf noctu. Inter duas, quas memoravimus, turres duplex cataracta lapidea, Gall. *Sas*, cujus ope Rheni & Bruſcæ aquæ, cujuscunque altitudinis ſint, poſſunt conjungi.

## §. DXLII.

Ædificia sacra. Sed jam ad ipſa urbis ædificia progredimur; inter quæ eminent ſacra. Sacra ſunt vel Catholicorum vel Proteſtantium. Catholicorum ſunt vel Parochiæ vel Monaſteria. Parochiæ ſunt ſex; quas inter ſummum eminet Templum.

Summum Templum. Summum Argentinenſium templum præcipuis Europæ annumeratur Baſilicis. (o) Primum, ſub Merovingis & Carolingis exſtructum, An. MVII. igne cœleſti conſumtum eſt, Choro ſervato. (p) Præſtantis, quam cernimus, molis fundamina An. MXV. poſuit Wernherus Epiſcopus, qui Habsburgenſis quoque in Ergovia caſtri conditor, adeoque nominis *Habsburgi* auctor perhibetur. Baſilica poſt varios caſus An. MCCLXXV. perfecta, biennio poſt inchoata eſt turris, ab Ervino à Steinbach, architecto. (q) Mirabile hoc opus poſt CLXII. annos finitum. (r) Ædificium Templi frequentibus cum Epiſcopo turbis identidem interrumpi cum vidiſſent Canonici, fabricæ curam An. MCCLXIII. ſibi vindicarunt, eamque An. MCCXC. Magiſtratui ſolenni pacto tradiderunt. (s) Horologium ad ſiniſtrum chori latus inter rariora cenſetur, quod An. MDLXXIV. confectum. (ſ)

## §. DXLIII.

Capitulum Cathedrale Canonicis XXIV. conſtat, quorum dimidia pars Capitulares, reliqui Domicellares, qui quartam modo capitularium portionem percipiunt. Eliguntur Canonici ex Principum Comitumve proſapia, qui per XXXII. gradus, in lineis ab utroque parente aſcendentibus, prognati ſunt. Inter Capitula ad Rhenum appellatur *nobiliſſimum*. Sub periodo Gallica pars tertia Canonicorum ex ſuprema Galliæ nobilitate eligenda. (t) Canonicos Præbendarii ſummi Templi excipiunt, quorum olim LXXII. nunc XX. qui *Magni Chori* nomine veniunt, & à Canonicis eliguntur. Senior cum quatuor Deputatis, qui quotannis mutantur, res Collegii adminiſtrat. Intereſt illis *Rex Chori*, (u) cujus præbendam Henricus Sanctus inſtituit. Beneficii hujus collatio penes Præpoſitum Cathedralis Capituli eſt.

§. DXLIV.

---

(o) Deſcriptionem ejus ex ſcriniis Fabricæ dedit Ostas Schadaus, 4o. MDCXVII. aliique ex junioribus plures.

(p) Chronus, quem Pipinus inchoaſſe, Carolus M. perfeciſſe creditur, quia lapideus eſt, non potuit conſumi. Schadaus pag. 9.

(q) Cui An. MCCCXVIII. mortuo filius Johannes ſucceſſit, An. MCCCXXIX. mortuus. Hic turrim uſque ad aream; Hilzius Co'onienſis, ſucceſſor, ad galeam uſque perduxit, circa An. MCCCLXV. defunctus. Crux & globus An. MCCCCXXXIX. demum impoſiti ſunt turri.

(r) Altitudinem turris Eisenschmidius *de Pond. & Mens.* Sect. III. Cap. III. pag. 112. æſtimavit 500. pedum Argent. ſeu 445. ped. Paris. Turris Vindobonenſis Auſtriæ, quam Archiduces, Landgravii Alſatiæ, amulam Argentinenſis, ædificaverunt, habet 425. ped. Paris. Vide Kuchelbecker *Deſcriptio urbis Vindob.* Part. II. Cap. III. §. XV. Turris fornicata Baſilicæ D. Petri Romæ eſt 430. ped. Paris. teſte Angelo Rocca, apud Bonanni *Hiſt. Templi Vaticani* pag. 98. Maxima Ægypti pyramis turrim Argent. nonniſi 2c. pedibus ſuperat.

(s) Codex vetus in ſcriniis Fabricæ, fol. 195. Specklinus in *Collectan. Mſ.* pag. 132. Schadaus in *Chron. Mſc.* Koenigshovius Cap. IV. §. LX. fabricam Magiſtratui An. MCCLXIII. jam traditam fuiſſe ſcribit, ſed male. Quæſtoria Fabricæ domus, *Frauenhauß*, An. MDLXXIX. condita eſt.

(ſ) Horologium vetus, quod interiit, in tres partes dividebatur; quarum infima, Calendarium feſtorum ſiſtens, orbem ſuum quotannis convertit. In media Aſtrolabium motus ſolis & lunæ, horas & ſemihoria indicavit. Summa pars Marianam repræſentavit imaginem, ante quam tres reges ſe inclinabant, cum machina moveretur ſuperior. Sed & hymni pulſati cymbalis, gallusque cantavit. Vetus illud Horologium poſitum fuit è regione hodierni. Anno enim MDLXXI. decrevit Senatus, ut novum conſtrueretur. Conradus Daſypodius, Mathematom Profeſſor, ichnographicam & orthographicam totius machinæ delineationem ædilibus obtulit, quæ menſe Junio coepta, triennio poſt abſoluta. Volcenſteinius, Auguſta vocatus, Daſypodii datus adjutor. Iſaacus & Joſias Habrechti, Scaphuſio orti, fabrile opus fecerunt; Tobias Stimmer imagines pinxit. Aſtronomicum ſeculum, planetarum periodos, ut & annos ſolis & lunæ, menſiumque converſiones; ſeptimanarum, dierum, horarum, ac minutorum diſtinctiones machina hæc exprimit. Trium fere pedum Aſtronomicus globus, in imo poſitus, 24. horis perficit curſum. In ſummo quatuor ætates, ſervatoris & mortis imagines, ſonitu campanarum indicant horas, quibus tintinnabulum pſalmodiæ, & Galli cantus accedunt. Machinam hanc Daſypodius ſuh rubro; *Heron machinicus*, latine germanicoque deſcripſit Argentorati An. MDLXXX. 4o. Horologii laudes Frischlinus & Cellius, Profeſſores Tub'ng. & Xylander, Auguſtanus, Carminibus cantarunt, An. MDLXXV. Argentorati impreſſis, 4o.

De Baſilicæ hujus Organo muſico ex chartis fabricæ hæc annotamus. Primum An. MCCLX. ſecundum An. MCCCXXVI. tertium An. MCCCCLXXXIX. Hodiernum An. MDCCXVI. ab Andr. Silbermanno, Saxone, conſtructum.

(t) Ex ſtatuto An. MDCLXXXVII. candidatus Gallus à patre, avo, proavo & abavo, Principis aut Ducis titulo inſignitis, ſit ortus. Matris majores ex nobilitate illuſtri militari ducantur. Seculo XIII. jam in Capitulo hoc immemorialis obtinuerat uſus, ut nonniſi Nobilem *ab utroque parente illuſtrem* in gremium reciperet. Improbavit rem Gregor us IX. Lib. III. *Decretal.* Tit. V. *Venerabili*; at uſus continuatus prævaluit.

(u) *Chor-Koenig*. Præbenda dicitur *Koenigs-pfründ*. Koenigshov. *Chron.* Cap. II. §. CLXIII.

## §. DXLIV.

Parochia Cathedralis Eccleſiæ, Capellæ D. Laurentii affixa, inter ſex Catholicas Civitatis prima & primaria eſt. Parochia D. Laurentii.

Secunda Parochia eſt Collegiata Petrina *Junior*, ab origine ſua parochialis, D. Columbæ dicata, (*w*) à Guilielmo Epiſc. An. MXXXI. amplificata, qui octo Præbendas inſtituit; quibus circa An. MXLVII. Hezelo ſucceſſor ſex alias adjecit. Leo IX. An. MLII. cum D. Petro (*x*) dedicavit, cappamque ibi ſuam reliquit, quæ periit. Ædificium præſens An. MCCXC. conſtructum eſt. Canonici XV. quorum unus eſt Parochus, octoque Vicariatus & XVI. Capellaniæ, Collegium componunt. Chorus, Canonicis (*y*) proprius, An. MDCLXXXII. à navi, quam Proteſtantes occupant, ſeparatus eſt muro. D. Petri Junior.

Capitulo huic *Oratorium omnium Sanctorum* ſubjungimus, quod in Parochia atque vicinia eſt ſitum. Henricus à Mullenheim, Nobilis Argent. illud An. MCCCXXVIII. in loco, ubi prius erant Saccitæ, (*z*) inſtituit. In eo ſunt XII. Præbendæ & Capellania: Mullenhemii jus Patronatus exercent, ad Præpoſitum D. Petri, qui Præbendarios inveſtit, devolvendum, ſi gens illa intereat. Oratorium hoc poſtquam aliquandiu VI. Præbendarios ex Proteſtantibus admiſiſſet, (*a*) ſub Gallica periodo totum ad Catholicos rediit. Orator. omnium Sanctor.

Tertia Parochia eſt *ſenior* Petrina, à Materno, D. Petri, ut perhibetur, ædificata diſcipulo. (*b*) Rhinovienſes S. Michaelis Canonici, Rheno pulſi, An. MCCCXCVIII. in eam translati, (*c*) adeoque juniores in urbe ſunt, quam alterum illud Collegium Petrinum. Eccleſia hæc XVII. Canonicis, inter quos parochus eſt, XII. Vicariis & V. Præbendariis conſtat. Navis, An. MDCLXXXII. muro ſeparata à Choro, quem Canonici occupant, parochialem Aug. Conf. eccleſiam conſtituit. D. Petri Senioris.

## §. DXLV.

D. Joannis Hieroſol. (*d*) Præceptoratui Eccleſia parochialis quarta annexa eſt. Moniales D. Marci, Dominicanæ regulæ, locum hunc olim occuparunt, qui An. MDCLXXXVI. Johannitarum Melitenſium ſacerdotibus XII. traditus eſt; ex quibus unus Parochiam exercet. Vivunt ſub Præceptore Domus, qui ab An. MDXCVI. mitratus & inſulatus eſt, (*e*) & à ſummo Ordinis Magiſtro ac Linguæ Germ. Priore confirmatur. An. MCCCXCIX. Præceptoratui huic Seleſtadienſis acceſſit. S. Johannis.

Parochia Stephaniana, ordine quinta, ſex Canonicis Regularibus D. Antonii commiſſa eſt. Oratorium eorum, quod An. MCCCCXLVI. ſurrexit, Stephanianæ Eccleſiæ vicinum, Parochiæ illis committendæ dedit occaſionem. De Parthenio D. Stephani infra. S. Stephani.

Ædes S. Ludovico ſacra, ex Hoſpitali Phyniæ (*f*) in Eccleſiam & Cœnobium Carmelitarum An. MCCCCLXXV. converſa, inde relicta, An. MDCLXXXVII. ſex Canonicis D. Auguſtini, è Congregatione Salvatoris, à Ludovico XIV. conceſſa eſt, ut ſextam Parochiam Catholicam conſtitueret. Rex pro reſtauratione Eccleſiæ & veſtibus ſacris ſumtus ſuppeditat. A Parochiis Catholicis ad Societates & Cœnobia tranſimus. S. Ludovici. Soc. Jeſu.

## §. DXLVI.

An. MDCLXXXIII. Epiſcopus Argentinenſis, Guilielmus Egon, Princeps Furſtenbergius, Seminarium eccleſiaſticum Argentinæ fundavit, Patribusque Societatis Jeſu, Provinciæ Campanæ, commilit. Ludovicus XIV. biennio poſt in Majoris Capituli (*g*) curia iisdem Patribus Collegium conſtituit. Pro Seminarii & Collegii augmento, Collegium.



(*w*) *Eine kleine Leutkirch vor der Rintburger pforte*, vocatur in chart's Capituli.

(*x*) WIMPHELING. *de Epiſcop. Arg.* pag. 41.

(*y*) Canonici ab An. MDLX. ad An. MDCLXXXI. Choro abſtinuerant, quod Proteſtantes occupaverant navem.

(*z*) Fratres de Saccis, quorum ordo Concilio Lugdun. An. MCCLXXV. extinctus.

(*a*) Tranſactio An. MDCLXXV. inter Blaſium de Mullenheim, Auguſt. Conf. addictum, & Præbendarios de Præbendis VI. in Proteſtantes conferendis initæ, quam Epiſcopus & civitas Argent. confirmarunt.

(*b*) Vid. Tom. I. pag. 331.

(*c*) Chori ſtructura An. MCCCCXXXII. finita eſt.

(*d*) *In dem Grünen Brucb.*

(*e*) Clementis VIII. Bulla.

(*f*) Vid infra in Hoſpitali.

(*g*) Capitulo in compenſationem dati ſunt reditus Prioratus D. Petri Colmar. vid. pag. 107. ſq. §. CLXXXI.

Abbatia Sanctæ Walburgæ, olim Benedictina, in ſylva Hagenoenſi, An. MDCLXXXVII. & beneficium Seltzenſe An. MDCXCII. regio dono acceſſere. Univerſitatis jura, quæ Molsheimenſe Collegium Moguntinæ Provinciæ An. MDCXVIII. acquiſiverat, ad Collegium Argentinenſe, poſtulante Epiſcopo, regia auctoritate An. MDCCII. translata ſunt. Humaniorum literarum, Philoſophiæ, Canonici juris, Theologiæ dogmaticæ & moralis ſchola in Collegio hoc, quod præſtantiſſima Bibliotheca & numismatum theſaurus exornat, ab eo tempore vigent. Supremi in Theologia & Philoſophia diſtribuntur honores. Patres quatuor à Confeſſionibus Hiſpaniæ Regum ac Reginarum, Guilielmus *D'Aubenton*, Petrus *Robinet*, Ignatius de *Laubruſſel* & Jacobus Antonius *Feyre* ex hoc Collegio prodierunt.

Capucini. Capucinis Monaſterium An. MDCLXXXIV. conſtrui cœptum eſt prope regium Hoſpitale. Ab An. MDCCXXXVIII. Monaſterium id *majus* appellatur. Tum enim ædificia Monaſterii, quæ ſanctimoniales Congregationis B. Virginis, in ſuburbium albæ turris An. MDCCXXIX. translatæ, reliquerant, Directores Hoſpitalis civium Capucinis ea conditione conceſſerunt, ut & in capella D. Barbaræ, quæ adjacet, & in ipſo Hoſpitali civium ſacra adminiſtrarent gratuito. Cœnobium hoc *minus* appellant. Renovata D. Barbaræ capella & An. MDCCXLVIII. conſecrata eſt.

Recollecti. In arce regia civitatis Hoſpitium Recollectorum An. MDCLXXXII. inſtitutum eſt à Rege, ut ſacra procurarent. Hi ex provincia Pariſienſi primum defumti, An. MDCCXVI. ex Provincia Argentinenſi peti cœperunt. At Recollectorum Cœnobium majus, quod cetera Alſatiæ ſuperat, in veteris Andreanæ parochialis Eccleſiæ fundo An. MDCCXLVI. exſtructum eſt. Hæc de Monaſteriis virorum. Ad Parthenia tranſimus.

## §. DXLVII.

S. Margarethæ. Primæ Margarethanæ ſorores fuerunt Beguinæ, in vico Eckbolsheim à Nobili quodam de Girbaden poſitæ, quæ S. Auguſtini, inde Dominici inſtitutum ſecutæ, An. MCCLXX. migrarunt ad urbem. Monaſterium earum, in ſuburbio albæ turris An. MCCCXXII. exſtructum, deinceps urbi incluſum. Acceſſerunt illis D. Agnetis ejusdem regulæ Moniales An. MCCCCLXXV. ex ſuburbio translatæ. Ab hoc tempore Margarethæ & Agnetis Monaſterium dicitur; ad quod An. MDXCII. nonnullæ ex Nicolaitano in undis Monaſterio Moniales quoque tranſierunt. Cultus ibi divinus continuatus; Senatu Directores conſtituente Cœnobii, quod obtinet hodieque.

D. Magdalenæ. Henricus de Hohenburg, nobili familia natus, pro mulieribus vagis, (*b*) ad meliorem vitam redituris, An. MCCCXV. aliquot domos, extra portam Hoſpitalis, emerat, quas deinde cum reditibus pro novo Hoſpitali, extra urbem extruendo, Civitati donavit. An. MCCCXXXVI. Monaſterium ſimile extra portam Judæorum (*i*) extructum eſt, quod An. MCCCCLXXV. in vicum Utonis (*l*) translatum; ubi cum Monialibus ſuis ſub nomine *D. Magdalenæ Pœnitentialium*, (*Reuerinen*) absque clauſura, ad noſtrum uſque tempus ſub urbis tutela, quæ illi quoque Directores dat, ſub regula S. Auguſtini, perſtitit, hodie in Alſatia unicum.

## §. DXLVIII.

S. Stephani. Antiquiſſimi Stephaniani Cœnobii origines in Francica Periodo (*m*) expoſui. Collegiata denique Virginum evaſit nobilium. (*n*) An. MDXXXIX. Adelheidis de Andlau Abbatiſſa cœlibatum reliquit. Margaretha de Landſperg Proteſtantium ſacra in Collegio ſtabilivit. Fürdenhemia, Abbatiſſarum poſtrema, obiit An. MDCXCIV. Henrietha de Vitzdum, Adminiſtratricis titulo ſuccedens, Proteſtantium poſtrema reſignavit An. MDCXCVIII. Rex pro Abbatia hac Magiſtratui alia bona in compenſationem concedens, Monaſterium Sanctimonialibus, quæ à viſitatione B. Virginis nomen habent, An. MDCCII. ad puellas educandas tradidit. (*o*) De parochia S. Stephani ſuperius actum.

Aliæ

(*b*) *Fahrende Weiber.*
(*i*) *Im Waſeneck, auf dem Schiterrein.*
(*l*) Corrupte *Rutengaſſ.*
(*m*) Tom. I. pag. 766.
(*n*) Gervilleri *Paneg. Carol.* pag. 33.
(*o*) Vocatæ ſunt in urbem, petente Regina Maria Thereſia, An. MDCLXXXIII. Habitarunt primo in aula Badenſi. An. MDCLXXXVIII. in Manteufelio-rum aulam prope publicum civitatis granarium, indeque An. MDCCII. in Monaſterium S. Stephani translatæ ſunt.

Congregat. B. Mariæ Virg.

Aliæ virgines ejusdem instituti causa An. MDCLXXXVIII. Longwico Molshemium, indeque An. MDCXCII. Regis jussu Argentinam venere. An. MDCC. Hospitale & Capellam S. Barbaræ acceperunt. An. MDCCVIII. data illis clausura. An. MDCCXXV. Maria Leszinskia per aliquot dies in Monasterium hoc secessit, antequam Ludovico XV. matrimonio jungeretur. An. MDCCXXIX. in turris albæ suburbium translatæ sunt, ubi olim Augustiniani, (p) & ab An. MDXXX. peregrinantes hospitati sunt pauperes. Locum hunc cum D. Barbaræ Monasterio Directores Hospitalis civium commutarunt. Monasterium à fundamentis exstruxerunt vestales, majore ut numero recipi possent educandæ puellæ.

## §. DXLIX.

Ecclesiæ Protest.

Catholicorum ecclesiis Protestantes septem Augustanæ Confessionis subjungo. Harum prima in veteris Dominicanorum ædis nave colligitur. Dominicani in suburbano primum loco, versus portam Elisabethæ, (q) An. MCCXXIV. condiderunt cœnobium; quod ejusdem ordinis moniales sub invocatione D. Elisabethæ deinceps occuparunt, postquam Rebstockii, aliique nobiles & cives pro iisdem Dominicanis An. MCCLIV. monasterium & ædem construxerunt in urbe. (r) In hac Protestantes An. MDL. concionari cœperunt, postquam Ecclesia Cathedralis transactione An. MDXLIX. ad Episcopum rediisset. Hanc autem cum An. MDLX. Protestantes denuo occupassent, clausa est Prædicatorum navis; An. MDCLXXXI. quo sacra Catholica Ludovicus XIV. in summum Templum reduxit, rursus aperienda.

D. Thomæ

Secunda Protestantium D. Thomæ ecclesia est. Florentius Argent. Episcopus circa An. DCLXX. cellam & oratorium prope Brusam pro fratribus Scotis suis construxit; Adelochus Episcopus sub Ludovico Pio ampliavit. An. MVII. fulmine tactam Guilielmus An. MXXXI. restituit. (s) Fratres sub Præposito diu in communione vixerunt, (t) donec An. MCCCLXXIV. corpus redituum in præbendas divisere. (u) Canonici sunt XIV. cum Præposito & Decano; reliquæ dignitates, mutatis sacris, abrogatæ. Antonius Firn, Hagenoensis, primus ibi An. MDXXIII. contra sacra tum recepta concionari cœpit. An MDXLIX. Erasmus Episcopus Capitulum cum templo schołæ & publico Protestantium cultui reliquit. (w) Summisserium ecclesiæ Catholicum Episcopus nominat. (x) Thomanæ huic junctæ sunt duæ sequentes, veluti filiæ:

D. Nicolai.

Tertia parochialis D. Nicolai ad Brusam ecclesia An. MCLXXXII. in Collegii Thomani fundo, permissu ejusdem, ab equite Walthero Spender condita est. Locus creditur olim fuisse castellum; inde capella Mariæ Magdalenæ Mauritio & Nicolao dicata, (y) denique ecclesia evasit, cui titulus D. Nicolai servatus, & quidem ad Brusam, ut à Nicolai Parthenone distingueretur. An. MCCCXIV. X. Kal. Sept. Ecclesia cum Parocho & Capellanis (z) à Johanne Episcopo juncta est Ecclesiæ Thomanæ, cujus fata religionis sec. XVI. subivit, Ant. Firnio heic quoque concionante.

## §. DL.

D. Aureliæ.

Aureliana parochialium Protestantium quarta est. Aureliam, ex XI. mille virginibus Argentinæ mortuam, ecclesiæ huic originem dedisse, Koenigshovius (a) tradit. An. MCCXIX. Henricus II. Episc. Capitulo Thomano eam concessit; Honorio III. con-

(p) Fratrum Ord. S. Augustini Eremit. Monasterium An. MCCLXV. condium, An. MDXXX. in pauperum peregrinantium conversum est hospitium. (*Elende Herberg.*)

(q) Tractus ille *Finckweiler* dicebatur; cujus pars, urbi inclusa, suum retinet nomen.

(r) Chorus An. MCCCVIII. inceptus, An. MCCCLXII. perfectus est. Koenigshov. pag. 297. 281. An. MDXXXI. monachi sub alimentaria conditione cœnobium suum tradiderunt senatui, qui reditus ejus tradidit Hospitali. Reliqua infra, ubi de Universitate studiorum est sermo.

(s) An. MCXLIV. Ecclesia cum tabulario igne consumta. Rudolphus Præpositus à Friderico I. Imp. An. MCLXIII. Pancharta obtinuit; ubi bona ejus, tum ampla, enumerantur. An. MCCLXX. navis templi. An. MCCC. turris anterior condi cœpta, An. MCCCXXX. finita. An. MCCCXLVIII. turris supra chorum confracta, additusque circuitus. An. MCCCLXVI. turris anterior altius elata est. Ex templo hoc monumenta An. MDLII. ad portam Judæorum construendam ablata sunt.

(t) Refectorii locus *Rebenthal* plebejo sermone dictus hodieque cum nomine subsistit. Dominicani Gebvillenses refectoria sua etiamnum fœ vocant.

(u) Bucer. *Scripta Angl.* pag. 213. ubi reformatio Collegii Thom. quæ An. MDXXXIX. proposita. Collegium Thomanum ab antiquo *dodtum* vocabatur.

(w) Sleidanus Lib. XXI. Guillimann *de Episc. Argent.* Obrecht *Gedenck rede* pag. 10. Professoribus Canonicis Nicolaitanus & Aurelianensis parochi interfunt.

(x) Neuheusser *Delineatio status Ecclesiæ Arg.* An. MDCLXI. pag. 8.

(y) Johannes Episc. in charta unionis An. MCCCXIV. vocat; " Ecclesiam sive Capellam S. " Mariæ Magdalene Argent. curam animarum habentem, quam vulgaris vox Capellam S. Nicolai no" minat, ultra Brusam &c.

(z) In veteri Protocollo Quæsturæ D. Marci fol. 275. legitur: *wehen deen Herren vom S. Nivolaus am der Brusche.*

(a) *Chron.* pag. 279.

conceſſionem firmante. (*b*) Ab hoc tempore communia ei cum Thomano templo fata fuerunt. An. MDXXIII. Symphorianus Pollio, ſummi antea templi concionator, annoque ſequenti Bucerus Eccleſiæ huic præfuere paſtores.

D. Petri junioris. In D. Petri jun. navi quinta Aug. Conf. parochia eſt, quam An. MDXXIV. Capito rexit paſtor, eique An. MDXLI. Paulus Fagius datus ſucceſſor. Interimiſtico tempore Catholica in eam ſacra per decennium reducta.

D. Petri ſenioris. D. Petri ſenioris navis ſextam Proteſtantium parochiam continet. Theobaldus Nigri, ex Stephansfeldenſi Præceptoratu egreſſus, parochiæ hujus An. MDXXIV. primus conſtitutus eſt paſtor, cui Petrus Philippi jam quadriennio ante viam paraverat. Ab hac etiam, ut à D. Petri junioris, eccleſia interimiſtico tempore Proteſtantes excluſi ſunt.

D. Guilielmi D. Guilielmi eccleſia Proteſtantium ſeptima eſt. Guilielmitæ An. MCCCIL in Krutenavia ſedem fixerunt. His, ut aliis monaſteriis, An. MDXXIV. præfecti à ſenatu dati, cui novennio poſt monaſterium cum eccleſia ſub annui ſtipendii, monachis, qui remanſerant, ſolvendi onere, traditum. (*c*) Anno ſequenti publicus Proteſtantium cultus ex Stephaniano ad hoc templum translatus eſt.

Reformatæ religioni addicti, qui Argentinæ habitant, publicum religionis exercitium non habent in urbe, ſed Wolfishemii, qui vicus leucæ ſpatio diſtat ab urbe. (*d*)

## §. DLI.

Ædificia ſacra deſtructa. Hæc de ædificiis ſacris, quæ etiamnum ſubſiſtunt; nunc de illis, quæ in urbe, ſuburbiis & ſuburbano agro, vel Eccleſiæ parochiales, vel Collegiatæ, Præceptoratus, vel Monaſteria virorum, fœminarum, vel Domus Beguinarum, vel Oratoria & Capellæ, neglectæ, aut omnino deſtructæ ſunt.

Eccleſiæ Parochiales. Perantiqua parochialis ad S. Crucem, prope D. Stephani, ubi jam ord. Equeſtris Prætorium, An. MDLIII. diruta, lapidesque ejus ad munimenta portæ Judæorum adhibiti ſunt.

Sed & D. Martini parochialis, quam An. DXIII. conditam fuiſſe, junior ejus epigraphe inepte profitebatur, duabus turribus altis inſtructa, in qua XIV. erant præbendæ, An. MDXXVII. everſa eſt, quod minabatur ruinam. Sita fuit in loco, ubi nova jam curia.

S. Andreæ eccleſia parochialis cum incluſorio An. MCCLII. à Rathſamhauſiis & Marxiis ædificata, An. MDXXIX. ad Rathſamhauſios rediit, (*e*) atque cum feudis lineæ illius, cui cognomen *zum Stein*, ad Chamlajum, deinque ad Rohanæos Principes tranſivit; qui eam An. MDCCXLVIII. Recollectis vendiderunt. (*f*)

Fuit & olim extra portam ſtratæ lapidariæ Parochialis D. Helenæ, Leproſorio vicina, à Gunthero Landſpergio An. MCCLXXXVIII. fundata, ubi hodieque Cœmetrium D. Helenæ. Schiltigheimenſium parochia hæc longo tempore fuit, An. MDXXXI. deſtructa.

## §. DLII.

Johannis Præceptoria. Wernerus de Hüneburg, Epiſcopatus Argent. Marefchallus, An. MCL. in inſula viridi, (*g*) ad Bruſcam, monaſterium in honorem Trinitatis condidit, in quod Canonici quidam Regulares ex San-Arbogaſtino extra muros Monaſterio translati ſunt. (*h*)

D. Marci

(*b*) Bulla Pontificis & charta Epiſcopi in ſcrinio Thom. extant.

(*c*) Hubers *Renovat. Templi Guilielm.* pag. 68. De Guilielmitis alumnis infra.

(*d*) Vid. ſupra pag. 228. §. CCCCXXI.

(*e*) An. MDXXIX. clauſa; An. MDXLV. pro Calvinianis aperta; An. MDLXIII. d. 19. Aug. iterum clauſa.

(*f*) De jure Patronatus Andreanæ Eccl. vid. pag. 267. §. CCXC.

(*g*) *Grünen-Werd.* Epitaphium fundatoris, qui An. MCLXVI. obiit, in Monaſt. olim extitit; inde ad Johannitas hodiernos tranſlatum.

(*h*) An. MCCCLXXI. Domus hæc ſacerdotibus Johannis Hieroſolymitani conceſſa eſt, Rulmanno Merswino ædificia augente. An. MDCXXXIII. Monaſterium ob munitiones urbis, ibi faciendas, ex parte deſtructum. Iconem hujus præceptoriæ exhibet Helyot *Hiſt. des Ordres Monaſt.* Tom. III. pag. 117. An. MDCLXXXVI. datum illis in compenſationem D. Marci Monaſterium, ubi jam habitant. De Johannitis & Parochia eorum ſuperius §. DXLV.

D. Marci Monaſterium à monialibus regulæ Dominicanæ olim fuit habitatum; quæ primitus in vicinia Canonicorum ſedebant, S. Arbogaſti inſtitutæ An. MCCLXI. (*i*) dein in vicinam monialium D. Agnetis, prope portam lanionum, migrarunt; An. MCCCCLXXV. cum Agnetenſibus & aliis extra muros monialibus tranſituræ in urbem, ubi novum illis Monaſterium exſtructum, (*l*) cujus reditus An. MDXXIX. in eleemoſynam converſi. D. Marci.

Blumenavii Nobiles domum ſuam, haud procul à Johannitis ſitam, Teutonico ordini An. MCCLXXXVI. dederunt; quæ novarum munitionum cauſa An. MDCXXXIII. ſolo æquata. Teutonici Ordinis Præcept.

Monaſterium ord. minorum conventualium S. Franciſci An. MCCXXX. conditum prope forum, quod inde nomen ſervavit. (*m*) Guardianus & conventuales ſenatui ſigillum Monaſterii An. MDXXIII. tradiderunt; quod quinquennio poſt cum Eccleſia deſtructum, lapidibus ad urbis munimenta adhibitis. S. Franciſci Monaſt.

## §. DLIII.

Arbogaſto ut gratificaretur Dagobertus II. Francorum Rex, ædificavit & facellum in agro ſuburbano ad Bruſcam. (*n*) An. MXXXI. fratres quidam Thomani ibi conſederunt. An. MLXIX. Monaſterium Canonicorum Regularium S. Auguſtini à Decano quodam Argentinenſi anonymo conditum eſt; nomine D. Arbogaſti ſervato. An. MDXXX. Canonici Reg. S. Arbogaſti per traditionem culmi Monaſterium cum reditibus, ad uſus Hoſpitalis, obtulerunt civitati. Poſt mortem ultimi Præpoſiti, Georgii Ebel, Senatus Monaſterium evertit. (*o*) Artis typographicæ inventor, Johannes à Gutenberg, prope Monaſterium hoc habitaverat, quum An. MCCCCXXXVIII. rudimenta ejus tractaſſet; ibique adeo vera nobiliſſimæ artis incunabula fuerunt. S. Arbogaſti

Fratres B. Mariæ Virg. in monte Carmelo An. MCCCXXVI. in viculo, qui hodiernum Hoſpitale civium tangit, (*p*) primum habitarunt. An. MCCCL. Monaſterium extra urbem condiderunt, prope vetus Hoſpitale. An. MCCCCLXXV. intra muros ad Hoſpitale Phyniæ translati. Carmelitæ.

Haud procul inde, & à veteri Kœnigshovio deſtructo, mille paſſibus ab urbe, in loco, qui B. *Virginis collis* (*q*) dicebatur, Carthuſia à tribus civibus An. MCCCXXXIX. Epiſcopi Bertholdi conſenſu extructa eſt. Hæc doctis olim viris ornata, ad An. MDXCI. uſque habitata à monachis; Henrico IV. Rege, apud Principem ordinis pro Argentinenſibus agente, (*r*) deſtructa, atque deinceps Molshemium translata eſt. Carthuſia.

## §. DLIV.

Ex Veſtalium cœnobiis duo tantum, Margarethanum nempe & Magdalenæum, in ſuo ſemper ſtatu manſerunt. Agnetanum (*s*) & Catharinæum, (*t*) ut & quatuor alia, Eliſabethanum (*u*) nempe, Nicolaitanum, Johanneum in undis, (*x*) & Marcianum, (*y*) Parthenia deſtructa.



(*i*) Knenigshovius pag. 282. annum hunc ponit. At pag. 400. occurrit An. MCCLI.

(*l*) *In dem Grünen Bruch.*

(*m*) *Barfuſser platz*; Gall. *Place d'armes.*

(*n*) Albertus Arg. *Chron.* An. MCCCLXXIV. Dagobertum Cœnobium ibi ſtruxiſſe ait.

(*o*) Sen. Buhler *Chron. Mſ.* Tom. I. fol. 74. *b.*

(*p*) *Bockigaſſlein*, à vicina Bockiorum domo.

(*q*) *Unſerer frauen Bohl*

(*r*) Ioannaſius, Henrici IV. legatus, hac ſuper re An. MDXCI. transactionem, à Rege firmatam, inivit, vi cujus abolitæ ſunt magnæ auri ſummæ, quasque ante triennium ſenatus Regi mutuo dederat, quas ad 130. mille flor. aſcendiſſe, Lagtelius Lib. VII. pag. 64. ait. Civitas nescio quid hoſtile à copiis Cæſareanis & Carthuſia tum timuit.

(*s*) Monaſterium S. Agnetis ord. Prædicatorum extra muros, prope portam lanionum, MCCXLVIII. conditum, An. MCCCCLXXV. metu Caroli Audacis deſtructum. Moniales Margarethanis conjunctæ, uti modo annotavi.

(*t*) Monaſterium S. Catharinæ ord. Prædicatorum, in eo, ubi jam eſt, loco conditum An. MCCXLVIII. in orphanotrophium An. MDXXXIV. converſum eſt.

(*u*) Monaſterium S. Eliſabethæ in agro ſuburbano ab ord. Dominic. ſodalibus An. MCCXXXVIII. conditum eſt. Pro his autem cum An. MCCLI. Monaſterium conderetur in urbe, monniales ejusdem regulæ illud occuparunt; quæ & ipſæ An. MCCCXCII. ad D. Nicolai parthenonem acceſſerunt.

(*x*) Duo monaſteria in undis quæ vocabantur, alterum Nicolaitanum, alterum Johanneum vicinum, illud in Krautenaugia, hoc prope Kotbaugiam, An. MCCLII. pro ſanctimonialibus B. Dominici & Franciſci, ex nobilium & plebejorum honeſtiorum ordine à quatuor viduabus diviſibus erecta ſunt. Johanneum An. MCCCCLXXV. Burgundici belli metus deſtruxit, monialibus ad D. Nicol. & D. Marcum translatis. Nicolaitanæ An. MDXCII. Margarethanis ſunt additæ, numero VII. An. MDCXCI. monaſteriam, commeatibus inſtructum, incendiarii manu conflagravit. In libro Sal. Capituli Thom. fol. 129. a legitur: *Nebem den frowen zu S. Claus zu den winden, an der ſite nebent den frowen zu S. Johannt zu den winden.* Add. Kornhoffii pag. 281. In loco, ubi monaſt. D. Nicolai conditum, prius erat capella *zu unſerer Frau in den Grunen Matten.* Ante hæc tempora incluſoſium D. Nicolao dicatum, ad Rheni ripam ſubſtiterat, quod fluctibus ejus abſumtum. Cognomen *in undis* utriusque monaſterio datum, quod tractus ille inundaretur frequentius. Gebwiller in *Panegyr. Carol.* pag. 35. de Nicolaitano monaſterio ſcribit: " Sunt etiam non- " nullæ domus . . . in quas virgines & honeſtæ " matronæ, cœlibatus fiducia prehendatæ, aſſumuntur; " qualis domus S. Nicolai, Barbaræ ac aliæ. " Gebwilerus, ſi de cœnobio hoc loquitur, ita intelligendus eſt, ut in eo certe fuerint prabendæ, virginibus non monialibus collatæ, quæ tamen cum monialibus degebant.

(*y*) De Marciano monaſterio, extra urbem deſtructo, ſuperius actum.

quæ omnia, Magdalenæo excepto, Dominicanæ regulæ fuerunt, ut & duæ Clarissarum (*a*) domus, vel interierunt omnino, vel statum mutarunt. Beguinaria (*a*) fuerant domus in quibus nobiles & non nobiles, laici laicæve conversi, privatis caltimoniæ & pauperlatis votis, sub nulla regula, à pontificibus probata, in communione vixerunt, Begardi & Beguinæ (*b*) appellati. Nonnullæ, ex Dominici & Francisci regulis aliquid servantes, Prædicatores & Fratres Minores religionis suæ directores habuerunt. (*c*) Viginti Beguinaria apud Basilienses An. MCCCC. fuerunt. (*d*) Multo major numerus Argentinæ. Portæ domuum cruce erant signatæ. Begardi non diu subsiterunt. Beguinas Joannes I. Episcopus Argent. damnavit; (*e*) quod & Johannes XXII. Papa fecit Avennione An. MCCCXXXII. (*f*) & tamen ad Reformationis tempora usque perstiterunt. (*g*) In specu Thomana, (*b*) ubi & Beguinæ fuerant, Begardos Fratres extitisse, schedæ An. MCCCCLXI. me docent. Domus ad D. Jacobum in Foro vinario veteri quoqde Begartos continuit. (*i*) Beguinarum domos, ob multitudinem earum, in notis expono. (*k*) De Beguinariis his annoto. I. Non omnia uno eodemque tempore subsistitisse. II. Duplici triplicive innotuisse nomine, quod à platea, ab insignibus domus, à donatore, vel venditore, subinde desumtum.

§. DLV.

(*a*) Monialium S. Claræ duo fuerunt cœnobia, unum in foro equatio, quod armamentario urbis accessit; alterum in insula vicina (*Werdt*) è regione Franciscanorum. Utriusque conventuales cum Priorissa An. MDXXV. monasterii sui claves tradiderunt Senatui.

(*a*) Germ. dicta *Einigungen, Samlungen*, id est *unziones, congregationes*, quæ in majores & minores dividebantur.

(*b*) Vernacule *Begharten, Lollbruder, Regnbren* vel *Leyen-Schwestren, Regel-Schwestren* Origo ex sec. XIII. Hodieque Gandavi, Machliniæ, Bruxellis &c. multa millia Beguinarum vivunt.

(*c*) In Capitulo Prædicatorum Basilicæ 80. hujusmodi mendicantes Begardi An. MCCCII. numerati sunt. In Capitulo Fratrum Minor. Colmariæ An. MCCCIII. triginta Begardi. ANNAL. COLMAR. pag. 34. sq.

(*d*) URSTIS. *Chron. Basil.* Lib. IV. Cap. IX.

(*e*) WIMPHELING. de *Episc. Argent.* pag. 78.

(*f*) KOENIGSHOV. Cap. III. pag. 200. Præcipuus declamator contra eas fuit Jo. Mulberg, Dominicanus Basil. An. MCCCC. URSTIS. *Chron. Basil.* pag. 201.

(*g*) Mentionem enim Argentinensium Beguinarum facit GERVILERUS in *Paneg. Carolina*, An. MDXXI. scripto, pag. 35. ubi Præfectas vocat. Formola mendicantium fuit: *Brod durch Gott*. Caput earum velum album, ad pedes usque defendens, tegebat. Sororibus præerat *Magistra vel Mater*.

(*b*) *Thomasloch.*

(*i*) HERZOG. *Chron.* Lib. VIII. pag. 118.

(*k*) An. MCCCCLXI. mentio fit Congregationis magnæ, *der grossen Einigung*.

Congregatio ad S. Barbaram, (*kleine Einigung*) in qua regula S. Francisci observata. HERZOG. *Chron. Alsat.* Lib. VIII. pag. 118. GERVILERUS *Paneg. Carolina* pag. 35. Virginibus prebendatis, nulli regulæ adscriptis, eas accenset, quæ nobilior Beguinarum species. Beguinæ Ossenburgenses ibi habitarunt.

Congregatio ad turrim An. MCCCCXV. In platea Aurifabrum.
Innenhemiana, An. MCCCCLXXI.
Spitziana, An. MDVI. In platea hujus nominis, sub inspectione Canonicorum D. Thomæ.
Schaffolshemiana, in platea D. Elisabethæ.
Kettenesiana, prope D. Thomam An. MCXIII.
Kremeriana, An. MCCCCXIII.
Lindenfeldiana, An. MCCLXXXV. dicta Domus in *Criegs Gasse*.
Herzogiana, An. MCCCCXVII.
Ad Horreum, MCCCCLXXVIII.
Ad Speculum in platea *Schuchgass*. An. MCCCCLXXII.
Merschrinia, An. MDIX.
Domus in deserto, (*in der Wusten*,) An. MCCCCXIX.
Rebliochiana. (*in der Leinen gass*.) An. MCCCXC.
Wetzeliana ad Forum vinarium An. MDIII.
Kugeliana, (*zu der Kugeln*.) An. MCCCCXII.
Blenckinia, An. MCCCCXXII.
Rietensis, (*zum Riet*,) An. MCCCCXII.
Ad Aquilam, An. MCCCCXIX.
Schaubiana.
Muegiana.
Hufleliana.
Gurtleriana, ad fossam cervinum An. MCCCXLV.
Ruffachiana ibidem. An MCCCCI.
Spœrliana, An. MCCCCLXVIII.
Bischofiana, An. MDVII.
Mosungeriana.
Judenbretteriana, An. MCCCCXXV.
Anonyma vicali *Rennegsiins*.
Anonyma vici *Horgasi*.
Sefelshemiana, An. MDX.
Schabiana, An. MCCCCXXXII.
Schenenbiana, An. MCCCXXXI.
Spiritus S. prope Augustinianos, An. MDXII.
Meinscheriana.
Krautenavia, An. MCCCLXIII.
Erneltiana, An. MCCCXLIX.
Ad Nucem, An. MCCCCLXIV.
Ad Uvam.
Roshemiana, in platea *Stadelgasi*.
Thomanæ spocus, ad *Hortum Rosarium*, An. MCCCLXXII.
Reimboldelina prope pelliones.
Vœgtiana.
Kageneckia, An. MCCCCXXI. prope S. Walpurgis Stamphiana.
Wittichiana.
Rappiana.
Ad Scalam altam. *zum hohen Steg*, An. MCCCCXXIV.
Bildiana, *zum Bild*.
In Colle S. Michaelis, An. MCCCCXXIV.
Ad Miseram Crucem, prope Capellam hujus nominis.

## §. DLV.

Nec transeunda sunt silentio Sacella & Oratoria, per urbem dispersa, *Capellas* quas vocant. Multæ in Parochialibus & Collegiatis Ecclesiis; nonnullæ in Præpositi, Decani & Canonicorum Summi templi curiis, in aula Fratrum, aut in nobilium ædibus, extiterunt. Summa ad CLXXX. ascendisse creditur. (*l*) Capellæ in urbe.

## §. DLVI.

Ædificiis sacris Hospitalia subjungo. Hospitale civitatis (*m*) instituit civitas. Cuno Episcopus aream, palatio suo tum vicinam, concessit. (*n*) Burcardus Episcopus An. MCXLIII. rem charta firmavit, ac nonnulla adjecit, (*o*) Gebhardum Episcopum quoque, successorem Cunonis, inter benefactores recensens. (*p*) Pestis An. MCCCXVI. exorta translationi ejus ex urbe in augiam lanionum, ubi hortus ejus supereſt, (*q*) dedit occasionem. At bellicis turbis An. MCCCXCII. in urbem, ubi jam sedet, translatum est. Hospitale.

Inter præcipua Hospitalis, quod præstantissimis exteri (*r*) accensent, patrimonia referendæ sunt decimæ Dambacensis Ecclesiæ; ex vicinarum Oberkirchensis & Altenwilerensis (*s*) Ecclesiarum interitu prognatæ: Inter hæc referenda quoque curia S. Dionysii in Ensheim; cui inditum hoc nomen, quod Lebrahensis Prioratus, ad quem curia hæc spectabat, à San-Dionysiana Abbatia prope Lutetiam olim pendebat.



(*l*) Capellæ S. Erhardi, in mercatorum platea, ubi olim Hospitale, An. MDLXIV. destructa est. Hospitali extra urbem, dein rursus in eam translato, D. Erhardi Capella semper adhæsit. Postrema ab incendio Hospitalis An. MDCCXVI. servata, in anatomicum Universitatis Theatrum conversa.

Capella S. Walpurgis à Leone IX. Pontifice consecrata. Ad hanc Capella D. Barbaræ & Hospitale Phyniæ translatæ sunt, cum hoc Carmelitis, in urbem migrantibus, concederetur; vicus D. Barbaræ inde vocatus. Sorores, huius Hospitalis minitræ, in Beguinarum quoque censum relatæ sunt.

Capella S. Jacobi, in platea fabrum calcariam *Sporengaſſe* olim, hodie *Spiegaſſe*, An. MCXC. à Jac. Zornio condita.

Capella S. Valentini, ubi olim Synagoga Judæorum, in platea, quæ à Judæis retinuit nomen.

Capella S. Joannis Baptistæ, priori vicina, ante curiam Decani Capituli Majoris.

Capella D. Lucæ, unde aulæ *Luxbof* nomen. Ex hac solennis olim processus Senatus & civium ab An. MCCCLVI. in memoriam terræ motus, quo orbis fere everſa. Solennitas hæc An. MDXXIV. abolita.

Capella S. Petronellæ in Ochsenſeinionum aula, ubi nunc Hanoico-Hassiacum Palatium, in platea *Brandgaſſ*.

Capella S. Ulrici in Episcopali Palatio.

Capella S. Nicolai, è regione Tribus lanionum.

Capella S. Mauritii in Ecclesiam Parochialem D. Nicolai conversa.

Capella S. Michaelis in colle, ob Arbogastum ibi sepultum condita, quam Leo IX. Papa consecravit. Alberti Arc. temporibus Sepulturæ Arbogasti adhuc ibi cernebantur. *Chron.* An. MCCCLXXIV.

Capella S. Sepulchri in horto Augustininorum, à Johanne Schaftolsheimenſi, monacho Augustt. An. MCCLXXIV. condita.

Capella Miseræ Crucis (*zum Elenden Creutz*) apud portam *Crouczburg*, in quam supplicio afficiendi ducebantur in transitu. An. MDXXIX. telonii domus in ejus locum extructa.

In agro suburbano Capella S. Ulrici prope Arbogastinum olim Monasterium An. MDXXXIV. destructa.

Ad S. Gallum erant includ. (*Kloſterinnen*) Kœnigshoviana S. Galli Capella An. MDXXII. in cœmeterium mutata.

Capella Sanguinis sacri (*zum heiligen Blut*) sita fuit prope Carmelitas, antequam urbem intrarent.

Capella Domini, (*anſers Herren Capell*) in eodem tractu.

Capella S. Sophiæ in Leprosorio.

(*m*) Dedicatum Deo, Mariæ Virg. & B. Erhardo, qui baptizavit Odilliam. Dictum aliquando *major* hospitale, *Mehre Spital*, ut à minore, quod Phynia instituit, distinguereturur.

(*n*) « Spatium à coquina intra murum & fossa» tum usque ad proximam portam, contra Monaste» rium. » Verba sunt chartæ Burcardi. Cunonis charta non extat. Sedit hic ab MCIII. usque MCXXIII.

(*o*) Burcardus capellam, ad Hospitale pertinentem, dedicavit, & ei curiæ suæ partem donavit, qua atrium ejus, versus Brufcam, ampliaretur, verba sunt chartæ. Wimphelingus in *vita Burcardi*. Eodem tempore Abbatissa Hasconiæ hospitalem quoque domum in Abbatiæ suæ vicinia, eodem Burcardo probante, extruxit. *Gall. Christ.* Tom. V. prob. pag. 482.

(*p*) Henricus de Veringa, Episcopus, decessorum suorum decreta An. MCCXX. probavit. An. MCXLIV. Conradus III. Imp. peculiari Diplomate sub regiæ tuitionis manum illud recepit; quod & Fridericus II. Hagenoæ An. MCCXIX. Rudolphus primus An. MCCLXXXI. Sigismundus An. MCCC. & Rudolphus II. An. MDXCIV. fecerunt. Accedunt Bonifacii IX. Martini V. Eugenii IV. Bullæ; privilegia item B. filiensis Concilii An. MCCCCXXXV. MCCCCXXXVII. & MCCCCXLIII. quibus Hospitali immunitas à *Gabellis Tailliisque* conceditur. An. MCCLXIII. Walcherus Episcopus Hospitale penitus civitati reliquit. Schiltbe. ad *Kunigsh.* pag. 730. Johannes Episcopus Hospitale in solius civitatis potestate esse, diferre fatetur in peculiari charta An. MCCCXIX. qua translationem Hospitalis ex Parochia D. Martini ad Parochiam Mariæ Magdalenæ & S. Nicolai juribus Magistratus in ejus personas & bona innoxium fore declarat.

(*q*) Locus Carmelitarum Monasterio vicinus. Kœnigshov. pag. 283. & 405. Frater Henricus de Hohenburg, ex nobili stirpe ortus, locum hunc pro mulieribus ad meliorem vitam conversis (*Bekehrte weibende Frauen*) An. MCCIX. fec, emerat. At An. MCCCXV. omnia hæc Magistratui concessit, qui An. MCCCXVI. novum Hospitale ibi extruxit, cujus Quæstor factus est idem Henricus.

(*r*) Zeilerus *Topographia Alſ.* pag. 53. sq.

(*s*) Priorem cum reditibus suis Rupertus Episcopus An. MCCCCL. Hospitali concessit, Nicolaus V. confirmavit. Altenvilerensis vero reditus ab Hohenburgensi Cœnobio An. MCCCXC. hospitale ecemit. Bertholdus Epise. Ecclesiam hanc Hohenburgensibus An. MCCCXXXII. concesserat. Conf. supr. pag. 253.

pendebat. (*t*) Sed & reditus Fratrum Prædicatorum, ut & Clariſſarum in foro Equario, dimidia item pars redituum Canonicorum S. Arbogaſti ſpontanea traditione ad Hoſpitale translati ſunt. (*u*) Quin & reditus denique Leproſorii, (*w*) Hoſpitalis D. Barbaræ, ut & hoſpitii peregrinantium pauperum, quos Ludovicus XIV. An. MDCLXXII. ordini S. Lazari in Gallia conceſſit, (*x*) An. MDCXCIII. rurſus eripuit, An. MDCCI. regio decreto ad Hoſpitale majus pervenerunt, quod ſolum jam reliqua omnia complectitur. Hoc An. MDCCXVI. totum incendio conſumptum. Novum, quod jam cernitur, ex cineribus An. MDCCCXX. ſurrexit. Nutriuntur in eo quandoque octingenti homines ſexus utriusque. In cella ſervantur vina An. MCCCCLXXII. MDXIX. MDXXV. producta.

## §. DLVII.

Hoſpitale minus

Hoſpitale minus Phynia, domicella nobilis, (*y*) & frater ejus An. MCCCXII. in fundo ſuo ſtruxerunt, D. Barbaræ dicatum, ubi deinceps Carmelitæ, noſtroque jam ævo Ludoviciana Eccleſia. (*z*) Inſtitutum eſt pro decem pauperibus infirmis & ſacerdote, qui ſacra adminiſtraret. (*a*) An. MCCCCLXXVII. in plateam translatum, quæ (*b*) *Barbaræ* nomen inde accepit. Reditus ejus denique Hoſpitali, ut ſuo loco jam dictum, acceſſerunt majori. Acceſſerat his olim Hoſpitale, quod Cunzelinus *zu der Megde* An. MCCCLXX. prope Johannitas, in inſula viridi, pro XII. mulieribus inſtitutum, (*c*) quod ædificium hodieque in ergaſtularia domo nova ſubſiſtit.

Pauperum peregrinant. hoſpitium.

Præter Hoſpitalia pro civibus conſtituta, pauperum quoque peregrinantium hoſpitium (*d*) ab Oettelino, Eccleſiæ Cathedralis Prædendario, An. MCCCLX. ex eleemoſynis collectis, in D. Eliſabethæ platea conſtructum eſt; quod anno ſeq. in forum vinarium vetus, (*e*) indeque An. MDXXX. ad Auguſtinianos translatum, denique cum Hoſpitali, ut modo dixi, conjunctum. De Veſtalibus, quæ nunc ibi habitant, ſuperius jam actum.

Subnecto his Hoſpitale venereum atque Boſſiam domum. (*f*) Illud conſtructum An. MCCCCXCV. cum venerea lues primum ſe manifeſtaſſet in urbe. (*g*) Noſodochium hoc primitus haud procul à porta Eliſabethana fuerat; dein in inſulam prope tectum pontem translatum, eique Carmelitarum & Clariſſarum Werdenſium reditus An. MDXXXVIII. adſcripti.

*Boſſia Domus* recepit eos, qui ſcabie incurabili vel porrigine laborant; (*h*) ſita eſt in platea Bieggeria. (*i*)

## §. DLVIII.

Lazaretum.

Publicis his pauperum & ægrotorum domibus acceſſit denique Noſodochium illud, extra portam Hoſpitalis, ſtadio diſtans ab urbe, *Lazarethum* quod vocant. Hoc civitas An. MDCLXXIV. paravit, cum recipiendæ militum ægrotantium multitudini non ſufficeret Noſodochium civium; (*k*) nec ad illud, niſi ingruente epidemia, recurritur.

Hoſpitale militare.

Militibus ægrotis curandis Ludovicus XIV. An. MDCXCII. Hoſpitale ingens inter urbem regiumque caſtellum (*l*) ædificavit.

His omnibus Orphanotrophium, Brephotrophium & Eleemoſynaria domus ſuccedunt. Orpha-

(*t*) Conf. Tom. I. pag. 737. Prioratum hunc Alexander VI. Capitulo Eccleſiæ S. Georgii de Nanceio An. MDII. conjunxit, Capitulum autem Nanceianæ primatiali Eccleſiæ An. MDCCXLII. conjunctum eſt. Hæc jus redimendi dictam curiam, tempore vendidionis An. MDCXLVIII. Lebrahenſi prioratui reſervatum, exercere cum veller, in ſupremo Alſatiæ Senatu An. MDCCL. cecidit cauſa.

(*u*) Uti in Monaſteriis deſtructis ſupra docui.

(*w*) Leproſorium extra civitatem in Patochia S. Helenæ fuit, prope veterem Eccleſiam, quæ rubra dicebantur. Uſu denique factum, ut Leproſorium ipſum *Eccleſia rubra* vocaretur. Ad hanc pertinet ejuſdem nominis in ſtrata longa domus, hodieque ſubſiſtens.

(*x*) Reditus nempe extra urbem, quæ novennio poſt demum in poteſtatem Regis devenit.

(*y*) Phyna, Fina, Finia, ſoror Johannis dicti in *Kalbsgaſſ*, militis Argent. A Kalbiorum familia nomen ſuum *Kalbsgaſſ* accepit.

(*z*) Viculus ille dictus *Hornecke-gaſſlin*.

(*a*) Koniqsh. Cap. V. pag. 287.

(*b*) Sunt Chronicæ juniores, quæ Hoſpitale hoc in honorem B. Mariæ Virg. & S. Andreæ conditum eisque S. Barbaram dein acceſſiſſe ſcribunt.

(*c*) Koniqshov. pag. 402. Specklin. Collect. pag. 267. An. MCCLXXX. ponit.

(*d*) *Die Elende Herberg.*

(*e*) Koniqshov. pag. 284. ubi dein officina fulonia.

(*f*) *Blatterhauſſ*, und *Boos*, *Boſi*, *Boſſenhauſſ*.

(*g*) Balth. Koomann in *Chron. Arg.* MS.

(*h*) Mentio ejus in *Pubcey-Ordnung* pag. 47. 63.

(*i*) *Biegergaſſ*, id eſt, excoriatorum platea.

(*k*) *Deſcriptio particulæ Territorii Argent* pag. 72.

(*l*) Deliberatum fuit, an non exſtruendum in loco *Fluckmatt*.

Orphanotrophium Partheno fuit D. Catharinæ An. MCCXLII. dicatus, (*m*) An. MDXXXIV. orphanis alendis deſtinatus. Orphano-trophium.

Brephotrophium, ubi incertæ matris nutriuntur infantes, inſtitutum eſt in veteri Guilielmitarum Monaſterio An. MDCCXLVIII. quod ante hunc annum ergaſtulum publicum fuerat. Brephotro-phium.

Eleemoſynaria D. Marci domus hodierna nomen iſtud accepit An. MDCLXXXVII. quo eleemoſynarum corpus, quod majores An. MDXXIX. ex reditibus monaſterii Marciani in ipſo Monaſterio formaverant, in locum hunc tranſiit, ubi venereum ante fuerat Hoſpitale. Eleemoſyna hæc Marciana parte dimidia redituum Monaſterii S. Arbogaſti adaucta eſt. An. MDCXLVIII. Daniel Steinbock, Senator, ſortem 3000. flor. pro viduis Paſtorum Eccleſiæ, item 4000. flor. pro pueris puellisque pauperibus, denique 2000. flor. pro honeſtioribus, in paupertate viventibus, legavit. D. Marci.

An. MDL. Eliſabetha Schafneria, Balth. Kœnigii conjux, teſtamento ſuo conſtituit, ut XII. domunculæ, pro habitationibus pauperum ædificarentur, quæ hodieque ſubſiſtunt, & Prechterianæ vulgo dicuntur, quod Prechteri teſtamenti habuiſſent executionem. Fuit & alia femina dives Prechteria, eleemoſynarum fundatrix.

## §. DLIX.

Reges & Cæſares in ſurbe non habuere Palatium, (*n*) niſi palatio ſub-urbano deſtructo; Sigismundus in aula Lucana, (*o*) Maximilianus I. apud Johannitas, (*p*) Carolus V. & Ferdinandus I. in Couradi Meyeri domo plateæ ſummi templi, quæ ad Bœckliniam dein gentem pervenit, hoſpitati ſunt. Ædificia profana.

Antiquiſſima urbis aula fuit Epiſcopi domus. Prima (*q*) alutariorum (*r*) vico fuit contigua. Altera, quæ ſucceſſit, paulo inferius ad Bruſcam exſtructa. In cujus loco Armandus Gaſto Rohanius, Card. & Epiſcopus, An. MDCCXLI. magnificum exſtruxit Palatium, ſuo nomine dignum; in quo ornando omnes inter ſe artifices opificesque certarunt. Aula Epiſc.

## §. DLX.

Non Eccleſiaſtica tantum tribunalia olim continebat Epiſcopi aula, ſed & in ea datus fuit locus civitatis Senatui, qui propriam denique curiam, à Palatio Epiſcopali diſtinctam, cum condidiſſet, vulgus tamen Palatii nomen novæ quoque Curiæ dedit. (*s*) Prima ad latus Epiſcopalis palatii condita. (*t*) Zorniorum & Mulnhemiorum, qui tum apud Argentinenſes rerum potiti, diſſidia fecerunt, ut An. MCCCXXI. Curia denique illa conderetur, quam nunc *veterem* appellamus, (*u*) ubi ſedet ſenatus. An. MDLXXXIII. *Curia nova*, Danielis Specklini, architecti, opus, acceſſit. (*x*) Curia ſena-tus.

Cancellaria An. MCCCCLXIII. conſtructa, (*y*) An. MDLXVI. duobus ambu-lacris cum veteri & nova Curia juncta eſt. An. MDCLXXXVI. maxima pars ejus incendio periit. Cancellaria



(*m*) Koenigshov. pag. 282.

(*n*) Adi Tom. I. pag. 701.

(*o*) *Luxhof*, quæ aula à capella D. *Lucæ*, ibidem ſtante, nomen accepit.

(*p*) In in'ula viridi. Memoria rei apud Joannitas ſervata in tabula picta, quæ cum illis ad D. Marcum, ubi jam ſunt, tranſivit.

(*q*) *Die alte Pfalz*. Koenigshov. *Chron. Arg.* Cap. V. §. LIII. LXXVII. CIII. ubi mentio *des Biſchofs Hofgarten an ſeiner Pfalzen oder Sale.*

(*r*) *Kuchlowangaſſi*, corrupte *Kurbengaſſ.*

(*s*) Ex Palatio vulgus *Palanz*, *Palaz*, denique *Pfalz* produxit.

(*t*) An. MCC. jam curia major & minor occurrunt. In charta tabularii Argent. legо: "Acta ſunt „ hæc An. MCC. . . . ſupra Palatium parvum. „ In alia An. MCCCXXVIII. "actum in civitate „ Argent. in Prætorio ſeu Conſiſtorio majori judiciali, „ vulgatiter Palatium nuncupato.

(*u*) In ſtubas tum diſtributæ fuerunt nobilium urbanorum familiæ, quas inter Zornia & Mulnhemia eminebant. Illa *Scala Alta*, hæc *Lapidis Molaris* inſigne habebat. Zornia gens 32. gentiles, Mulnhemia 24. numeravit. In duas has factiones diviſa tum fuit omnis nobilitas. Convenerunt ergo, ut inter duas earum ſtubas nova curia conderetur in medio, ad quam Zornii per ſcalam, ſtubæ ſuæ propiorem, quæ prope Cancellariam, Mulnhemii per alteram, verſus piſcatorium forum, ſibi propinquiorem, aſcenderent; quæ duplex ſcala hodieque ſubſiſtit.

(*x*) *Der neue Bau.*

(*y*) Ad ſcalam ejus ſculptura cernitur, lapidi elegantер inciſa, quæ Jacobum, Lichtenbergenſium Dynaſtarum poſtremum, cum Barbara ejus pellice ſiſtit. Hanzoo. *Chron.* Lib. V. pag. 32.

## §. DLXI.

Officina monetaria.

E regione veteris curiæ officina monetaria fuit. (a) Breviculus Statutorum Argentinenſium (a) ait: " Locus percutiendæ monetæ eſt maximum forum prope, „ circa ſtationem carnificum. „ Per carnifices intelliguntur laniones, quorum ſtatio fuit in foro piſcatorum, quod *maximum forum* dicebatur, antequam curia vetus & officina monetaria prope curiam hanc ædificarentur. Officina hæc An. MDCCXXXVIII. deſtructa eſt, ut area ante curiam ſpatioſior fieret. Regia officina monetæ ex adverſo Friburgenſium tribus eſt.

Turris pecuniaria.

Pecuniaria turris (b) An. MCCCXXXI. exſtructa eſt pro ærario publico, in loco, ubi olim porta cerdonum. (c) In hac Diplomata quoque Cæſarea, vexilla Civitatis, ſtalones, menſurarum publicarum prototypi, aliaque ſervabantur; quæ, turre An. MDCCXLV. octoginta & ſeptem pedibus, quod minaretur ruinam, decurtata, in curiam & tabularium civitatis translata ſunt.

## §. DLXII.

Armamentarium.

Armamentarium civitatis præcipuum (d) ab antiquo jam fuit in foro equario prope Clariſſas, quarum Cœnobium An. MDXLV. armamentario additum, ſpatium ejus ita adauxit, ut arma & tormenta bellica, per varias urbis partes diſperſa, (e) in eo omnia reponerentur. Armamentarium hoc celebre olim apud exteros fuerat. (f)

Granarium.

Granarium publicum è regione armamentarii An. MCCCCXLI. conditum, (g) cum Norimbergenſi inter præſtantiſſima totius Germaniæ habitum, (h) tabulatis quinque ſibi ſuperimpoſitis conſtat, quæ ſingula 370. pedes longitudinis habent. Primorum Strateburgi moenium fundamentis inædificatus eſt exterior granarii murus, unde extremitas ejus verſus foſſam curvata. (i) Quadragies mille quartalia frumenti ibi locum inveniunt. Granaria minora, quæ ad corpora pia, ad Nobiles, vel ad Clerum pertinent, ſilentio tranſimus.

## §. DLXIII.

Emporium.

Ad Bruſcam ſtat Emporium, (l) An. MCCCLVIII. exſtructum, cum geranio, foro vinario & portu, ubi aulâ olim ſalinaria (m) extitit.

Macellum.

Haud procul inde Macellum eſt majus, ad Bruſcam quoque in veteris fori lignarii parte An. MDLXXXVII. extructum. Superiore ejus parte nundinalibus menſibus mercatores exteri linteas & fericeas merces exponunt.

Stabulum.

Stabulum Magiſtratus publicum, (n) quod primitus aula civitatis (o) dicebatur, nomen ſuum accepit ab equis publicis, qui ibidem alebantur; (p) quorum uſus in bello & in Cæſarum expeditione Romana. Poſtquam cenſualis domus (q) prope tribum pellionum, in quam cives ſua deferebant tributa, An. MD. igne periiſſet, tributa ad ſtabuli publici cameram delata ſunt, quod hodieque in uſu. Ordinatio cenſus annui, (r) qualis hodie eſt, An. MDXXXII. initium cepit.

Ergaſtulum

---

(a) An. MDVI. deſtructa, triennio poſt renovata.
(a) Apud SCHILTER. ad *Kanigsh.* pag. 721.
(b) *Pfenningthurn.*
(c) KOENIGSHOV. pag. 284. Vide ſupra de portis.
(d) *Der Zeug- oder Buchſen hof.*
(e) Pars tormentorum bellicorum erat *in dem grunen Bruch.*
(f) Deſcriptionem ejus, quale ſuperiore ſeculo fuit, vide in Anonymi *Bericht von Beveſtigung der Statt Strasburg.* Francof. 1683. 4to.
(g) Teſte inſcript. lapidi inſculptæ.
(h) HENELIUS de *Ærario* pag. 68. ZEILERUS in *Itinerario Germaniæ* pag. 217. ſeq.
(i) In infima parte XLVIII. molendina manuaria, in ſecundo tabulato grana ex ſuperioribus ſeculis memoriæ cauſa ſervantur, inter quæ grana An. MCCCCXXXIX. producta, Verſus adſcripti illum notant annum, quo Armamicorum exercitus vaſtavit Alſatiam, quod An. MCCCCXLIV. evenit. Chronologia non quadrat. Aſſervantur etiam grana, quæ ex granario Clariſſarum Werdenſium vicino huc translata ſunt. Alia item An. MDXCI. quæ ob bellicos tumultus nonniſi biennio poſt colligi potuerunt. Conf. ZEILER. *Itin. Germ.* pag. 217.
(l) *Kaufhaus.*
(m) *Salzhof.*
(n) *Der Herren Stall.*
(o) *Der Statt-Hof.*
(p) Abbas Neovillarenſis ſec. XV. in recognitione juris civitatis 10. Libras denar. ſolvit quotannis pro equo publico. Civitas enim An. MCCCCLVIII. nobilitatis ſumtibus trecentos equos publicos aluit.
(q) *Schaalhaus.*
(r) *Stallgeld.*

Ergaſtulum cenſorium, aliudque lanis tractandis, pro pauperibus otioſis, illud in Guilielmitano Monaſterio, hoc in pauperum Xenodochio An. MDCLXXXII. Senatus inſtituit, atque poſtea temporis conjunxit in unum. At An. MDCCXLVII. maximæ molis ædificium in veteri Præceptoratus Johannitarum area pro Ergaſtulo exſtructum eſt.

## §. DLXIV.

Wirtenbergici Duces, (*s*) Hanovio-Lichtenbergenſes Comites, (*t*) Marchiones Badenſes, (*u*) Bipontini & Veldentini Principes, (*x*) ut & Rappolſteinenſes Dynaſtæ (*y*) ſuam ſinguli curiam Argentinæ habuerunt. Aulæ.

Urbe ad Galliam transeunte tria acceſſere Prætoria; I. Gubernatoris Provincialis ſagati, II. Miſſi Regii Provincialis togati, (*z*) III. Prætorium ordinis Equeſtris. (*a*) Nec transeundæ ſilentio Curiæ Eccleſiaſticæ Præpoſiti & Decani ſummi Templi; Aula Neovillanæ Collegiatæ, ut & Abbatiæ Mauri-Monaſterii; Aula Gayotorum. Quin & in extremitatibus urbis hoſpitia plura militum præſidiariorum molis ingentis extructa ſunt publice; Promptuaria pulveris pyrii; Cella ingens farinæ ad Elli in urbem introitum; Theatra duo, publicis ſpectaculis inſervientia.

## §. DLXV.

Ædificiis fora ſubjungo: Militare; (*b*) Vinarium vetus; Granarium vetus; Forum piſcatorium, herbarium, vetus & novum; Forum equinum, in quo ab aliquot annis Forum quoque granarium conſtitutum eſt novum, poſtquam area ibidem A. MDCCXLI. arboribus conſita eſſet, ut publicæ deambulationis fieret locus, cui ab auctore ejus, Duce Broglio, Franciæ Mareſchallo, militare imperium tum temporis apud Alſatas exercente pro Rege, *Brolii* (*c*) nomen impoſitum. Areæ denique Cathedralis Eccleſiæ, D. Thomæ, D. Stephani, & utraque Petrina ac Prædicatorum. Fora.

Ceterum à majoribus quoque noſtris proſpectum, ut cives publica intra muros urbis haberent molendina, ne periculoſis temporibus farina carerent. Horum ſunt quinque, inter quæ molendinum octo rotarum conſpicuum. Aliud aromata pinſit; aliud Epiſcopi eſt, quod Zornii tenent in feudum. (*d*) Molendina.

Plateæ, vici, viculique 200. per urbem; privatorum domus ultra quater mille numerantur. Incolarum numerus ad 50. millia accedit, non computatis præſidiariis militibus. (*e*) Platearum numerus.

## §. DLXVI.

(*s*) Prope plateam Phaſianam.

(*t*) Aula Ochſenſteinia poſt Gentem extinctam ad Lichtenbergicos Dynaſtas, horumque heredes, Hanoviæ Comites, tranſivit. Hanoviorum poſtremus ſplendidum in ejus loco palatium extruxit, quod Haſſo-Darmſtadienſes Principes An. MDCCXXXVII. perduxerunt ad finem.

(*u*) Duæ Aulæ Badenſes erant in urbe, Nobiliorem, prope Ludovicianam eccleſiam, ſeculo ſuperiore pro Gubernatore urbis comit Senatus (*Gouverneurs*) horum Aulæ in privatorum civium manibus ſunt.

(*x*) Quorum Aulam Bipontini jam poſſident Principes.

(*y*) *L'Intendance.* Quod prius fuerat prope pontem Martini, An. MDCCLIII. in viciniam Franciſcanorum translatum, ubi olim Judæorum cœmeterium.

(*a*) *L'Hotel du Directoire*, Germ. *Ritter-Hauß*, prope Abbatiam S. Stephani, quod hodie feudum regium eſt.

(*b*) *Place d'Armes*, *Barfuſſer-Platz.*

(*c*) Appellationem à medii ævi voce deſumtam eſſe crederes; quo *Brolium*, *Brullium*, *Brolium*, *Broglium* dicebatur nemus, ſepibus cinctum, in quo ferarum venatio. Communiter *Parcos* nuncupant. Luitprandus *Rer. in Europa geſtar.* Lib. III. Cap. IV. Peraud *Recueil de Pieces ſervant à l'Hiſt. de Bourg.* pag. 29. Veneti porticum, ubi Nobiles ſoli deambulant, apud aream D. Marci, *Broglio* hodieque vocant.

(*d*) Molendinum à Dunzio, veteri poſſeſſore, nomen habens, Civitas An. MDLXXXVI. emit.

(*e*) Numerum civium, ejusque augmenta ex annuis natorum & mortuorum ſyllabis optime colligas.

| | *Nati* | *Mortui* |
|---|---|---|
| An. MDLXXIX. | 966. | 813. |
| An. MDLXXX. | 895. | 1058. |
| An. MDLXXXI. | 934. | 1006. |
| An. MDCXXVIII. | 1016. | 1513. |
| An. MDCCXXVIII. | 1340. | 1340. |
| An. MDCCXXXII. | 1551. | 1306. |
| An. MDCCXXXVI. | 1591. | 1580. |
| An. MDCCXL. | 1498. | 1498. |
| An. MDCCXLIII. | 1288. | 1991. |
| An. MDCCXLV. | 1581. | 1384. |
| An. MDCCXLVII. | 1586. | 1447. |
| An. MDCCXLVIII. | 1562. | 1427. |
| An. MDCCL. | 1575. | 1715. |
| An. MDCCLII. | 1476. | 1516. |
| An. MDCCLIV. | 1600. | 1371. |
| An. MDCCLV. | 1483. | 1355. |
| An. MDCCLVI. | 1442. | 1824. |
| An. MDCCLVII. | 1478. | 1827. |
| An. MDCCLVIII. | 1357. | 1535. |
| An. MDCCLIX. | 1190. | 1407. |
| An. MDCCLX. | 1357. | 1746. |

## §. DLXVI.

Ætates & fata urbis. Externa hæc Argentinæ, ſub Germanica Gallicaque periodis, nongentos per annos creſcentis, fuit imago & ſpecies; per varias ſuas provecta ætates, quam materiale urbis appellant. Nunc ad rerum momenta progredimur; oſtenſuri, quibus ea modis & politicis gradibus ab infantia ad virilem illam ætatem pervenerit, atque adeo ab urbicula ad urbis magnæ aſcenderit famam. Infantiam nonniſi ſeculo undecimo egreſſa eſt; ſub Salicis & Suevicis Imperatoribus adolevit. Violenti illius interregni temporibus ad juventam aſcendit. Sub Auſtriacis Imipp. ad virilem denique evecta ætatem, inter omnes Imperii civitates alte extulit caput.

Infantia. In ſua jam infantia Strateburgum non Regiæ tantum, ſed & Palatinæ urbis elogio floruit; à Ducum & Comitum Provincialium jurisdictione immunis; peculiarem Comitem Regium, dein Cæſareum, habens. Libertas ejus in ipſo Germaniæ hujus perioidi ſe manifeſtat introitu. In Lotharingici enim Regni, inter Ludovicum Carolumque diviſi, tabulis, unde Periodus incipit, à duobus Comitatibus Provincialibus diſtinguitur *Stratsburch.* (*f*) In urbe hac Reges & Imperatores ſæpius morati ſunt. (*g*) At Otto Magnus à ſcriptoribus junioris ævi Argentinæ perhibetur. Auctor opinionis eſt HERMANNUS GYGAS, (*h*) qui Caroli IV. ætate *Flores Temporum* edidit, in quibus urbem pro Galliæ Rege ſtetiſſe in bello, atque hinc ab Ottone I. deſtructam & perviam factam fuiſſe tradit, ita ut, abolito veteri nomine *Silberthal*, eam *Straßburg* vocaverit. Strateburgi nomen autem, ab ipſis originibus ejus impoſitum à Francis, ſeculi VI. ſcriptor, GREGORIUS TURONENSIS, jam memorat. (*i*) Turbæ in partibus Rheni ſec. X. ortæ, non urbem, ſed Epiſcopum Argentinenſem ſpectabant. Briſacum enim, receptaculum rebellium, cum An. DCCCCXXXIX. Otto M. obſediſſet, Ruthardus, Argentinenſis Epiſcopus, ab initio præſens, à Friderico, Archiep. Mogunt. rebelle, inductus, inſcio Imp. diſceſſit. Briſaco capta, (*l*) Ruthardus Corbejam relegatus eſt. Inter omnes hos motus nulla de Imperatoris querela; nec querelæ materia. Hæc CONTINUATOR REGINONIS, (*m*) LIUTHPRANDUS, WITICHINDUS, ſynchroni; quibus HERMANNUS CONTRACTUS, MARIANUS SCOTUS, SIGEBERTUS, GOTOFREDUS VITERBIENSIS, OTTO FRISINGENSIS aliique ſuffragantur. GUILLIMANNI ergo, CRUSII (*n*) atque HERZOGII (*o*) de Argentinæ deſtructione narratio deſtituitur fide.

## §. DLXVII.

Henrico Sancto, Cæſarum Saxonicorum poſtremo, in ſolium elato, Hermannus, Alſatiæ Sueviæque Dux, Cæſaris æmulus, Argentinæ fere exitium attulit. Altvicum enim, Argentinenſem Epiſcopum, Henrico adhærere cum intelligeret Hermannus, irrupit in urbem. Multa ex ædificiis ſacris & profanis tum læſa ſunt. (*p*) Urbs ex malis vix reſurgere

(*f*) Initio tabulæ legitur: Coloniam, Treveros, Utrech, Strasburg, Baſula. In fine: *in Elſatia Comitatus duos.*

(*g*) Ludovicus Germanicus in ea San Stephaniano Parthenoni privilegia confeciſſe An. DCCCLXXI. & DCCCLXXIII. Ludovicus Infans, Carolingorum poſtremus, An. DCCCCV. Murbacenſibus in ea dedit diploma IV. id. Martii, ECCARD *Orig. Habsburg* pag. 122. Henricus I. Germaniæ Rex An. DCCCCXXX. Argentinæ degens, Eberhardo Alſatiæ Comiti, donavit Gundulfi villam, (*Gundrevilla* ad Moſellam prope Tullum) BENOIT *Hiſt. de Toul.* Probat pag. 18. Otto II. An. DCCCC. Erckenbaldo Epiſcopo Comitivam in urbe tradidit Otto III. An. DCCCCXCIII. Weiſſenburgenſe monaſterium privilegio Argentinæ ornavit X. Kal. Jun. Henricus Sanctus Imp. in Argentinenſi Baſilica conſtituit clericum, cum optima præbenda, qui Regem repræſentaturus Rex chori diceretur. Idem Henricus An. MIV. Argentinæ cum fuiſſet, S. Cyriaci Parthenoni in Sulzberg privilegium confeciſſe, ut ſchedæ Urſtiſianæ docent. Quin & eundem An. MXVI. Rudolphus Ignavus, Burgundiæ Rex, Argentinæ inviſit, ut pactum de Burgundiæ regno, ad Germanos redituro, renovaret. DITMAR. Lib. VII. pag. 407, 31. LEIBNIT. Imperator in ſuburbano palatio jura dicens, & cum Alſatienſibus colloquens, à ruente palatio fere oppreſſus eſt. Vid. ADELGOLDUS Epiſc. Traject. in *vita Henrici Sancti* apud eundem Tom. I. p. 440. & DITM. Lib. VI. pag 378. Res in vigilia Johannis Bapt. evenit.

(*h*) ECCARDUS cum aliis *Januenſem* vocat, unde latinius ſcripturi fabricarunt *Ædituum*, quos GUILLIMANNUS *de Epiſc. Arg.* pag. 245. ſecutus. Januenſem derivarunt à Janus; alii à Genua urbe, & tamen ex Franconia ſuit oriundus. Sed & alius Minorita MARTINUS *Flores Temporum* edidit, atque Hermannum noſtrum exſcripſit. Alii Hermannum ſua ex Martino compilaſſe volunt, continuaſſeque Martinum. Hunc edidit ECCARDUS in *Corp. Scriptor. medii Ævi* Tom. I. pag. 1551. Hermannum Gigantem vero in lucem dedit Jo. GERH. MEUSCHENIUS Lugd. Bat. 1750. 4to. Flores hos ad An. MCCCCXLIV. uſque continuavit REMBOLDUS SCHLECHT, Canonicus & Cantor D. Petri jun. in Argentina; quæ continuatio, nondum editus, extitit in Bibliotheca Uffenbachiana, teſte ejus Catalogo Tom. III. p. 600. Dabit eam noſtra Scriptorum Alſat. Collectio. Meuſcheniana editio MICH. EYSENHARDI, presbyteri, *continuationem* dedit, quæ finit A. MDXIII.

(*i*) Tom. I. pag. 208. 222. & 630.

(*l*) Ludovicus Ultzamarinus, Rex Franciæ, quidem in Alſatiam venit, ſua in Lotharingiæ regnum jura vindicaturus; ſed Ottonis M. exercitu adveniente mox in Galliam receſſit, nec unquam occupavit Briſacum. Urbem hanc à Ludovico captam, ab Ottone receptamſuiſſe, credidit GUILLIMANNUS de *Epiſc. Arg.* p. 140.

(*m*) An. DCCCXXXIX.

(*n*) Vid. Tom. I. pag. 222.

(*o*) *Chron. Alſ.* Lib. II. Cap. XIV.

(*p*) Hoc An. MII. factum teſtatur DITMARUS pag. 367. Hermannus denique Henrico Imp. Bruchſaliæ ſe ſubmiſit. Id. pag. 370. *Bruchſelium* Cæſar tum temporis Conrado, Franciæ Orient. Duci, pro caſtro ejus in Wormatia, tradiderat. vid. Monachi Kirsgart. *Chron. Wormat.* Cap. XI. ap. LUDWIG, *Reliq. Mſſt.* Tom. II. pag. 54.

reſurgere cœpit, cum eadem Baſilica templumque Thomanum eodem die An. MVII. igne conſumerentur cœleſti. Imperator ut occurreret malo, San-Stephanianos reditus, quos priora damna reparaturus jam An. MV. Wernero Epiſcopo conceſſerat, eidem ad novam Baſilicam ſtruendam confirmavit de novo. Fundamenta An. MXV. jecit Wernerus, *Ædificatoris* elogium, ſi quis unquam, promeritus; (*q*) qui tantæ molis ædificio, in modicæ tum extenſionis urbe extructo, magnitudinem ejus futuram auguratus eſt. Hæc Argentinæ infantia.

## §. DLXVIII.

Sub Salicis Imperatoribus Adoleſcentia cœpit, qui Argentinam quoque adierunt frequenter. (*r*) A Lothario Saxone Imp. Argentinenſes An. MCXXIX. nobile libertatis ſuæ pignus acceperunt, privilegio de non evocando ornati; quod omnium, in ſcrinio civitatis ſuperſtitum ex authenticis, primum eſt. Confentientibus enim Imperii proceribus decrevit: ut *nullus civium cujuslibet conditionis placitum aliquod, quod vulgo Thinch* (*s*) *vocatur, extra civitatem ſuam conſtitutum, adeat, vel prorſus ab aliquo cogatur adire.* (*t*) Lotharius in introitu ait: " fidelibus noſtris civibus Argentinenſibus pro " fidelitatis ſuæ conſtantia ... prædeceſſoribus noſtris & nobis ad honorem regni " bene ſervata & exhibita &c. " Imperialis civitatis, Imperatori ſoli parentis, hoc ſolemne teſtimonium eſt, præmiumque fidei, quod Lotharii partes contra æmulum, Alemanniæ Ducem, urbs defenderat ſtrenue; uti olim quoque Henrico II. faverat contra Hermannum. Adoleſcentia.

## §. DLXIX.

Hohenſtaufii, Salicorum ſucceſſores, & ſimul Alſatiæ Duces, civitatis adoleſcentis incrementa, plus, quam omnes anteceſſores, promoverunt. (*u*) Philippus Imp. An. MCCV. memorabili privilegio Argentinenſes Hagenoæ donavit, quo cuncta eorum per univerſum Alſatiani bona ab omnibus oneribus libera pronuntiat; (*x*) civitatem cum rebus



(*q*) Vid. ſupra in ædificiis ſacris.

(*r*) Conradus II. cum filio Henrico, natalibus Chriſti Argentinæ An. MXXXIII. celebratis, anno ſequenti ab hac urbe cum exercitu in Burgundiam trans Juram profectus eſt, Arelatenſi ut coronaretur corona. Fatebiaci proceres regni obvios habuit. Regreſſus cum multis obſidibus Argentinam feſtinavit, ubi Imperatrix expectaverat redituram maritum. Wippo in *vita Conradi Salici* pag. 478. apud Pistorium. Filius ejus Henricus III. An. MXL. X. Cal. Julii Argentinæ verſatus eſt, cum Abbatiam Fabarienſem in Mundiburdium ſuum reciperet. *Cod. membr. Archivi Folvar.*

Henricus V. anno quarto regni menſe Sept. Spira Argentinam venit, ut ſuperioris Germaniæ & Lotharingiæ principum ibi ageret conventum, in quo de Monachorum & Canonicorum bonis promulgavit edictum. Guillimann. *Epiſc. Arg.* pag. 219. Idem An. MCXIX. Argentinæ cum fuiſſet, cives Argent. ab onere, quo duodecimam vini venalis partem fiſco Epiſcopi inferebant, liberavit; conſuetudinem hanc appellans tyrannidem. Privilegium hoc de vino bannali. (*Bannwein*) quod ad advocatiam pertinuit, Argentina An. MCCLII. ab Henrico Stadeckio Epiſcopo 400. marcis argenti redemit. Caupones per VI. hebdomadas poſt Paſcha de ſingulis vini carradis (*fuder*) amphoram (*ohm*) advocato præſtare tenebantur. Idem Henricus Argentinæ Calixti II. legatos, pro pace Eccleſiæ conſtituenda advenientes, tum excepit, Epiſcoporum inveſtituræ ſe renuntiaturum promittens. *Concilior* Tom. X. pag. 872. edit. Labb. Quin etiam fine An. MCXXV. in hac urbe San-Blaſianis chartas conceſſit. Urspero. An. MCXXV. pag. 206. Herrg. Tom. II. num. 198. ſeq. Succeſſor ejus Lotharius Saxo An. MCXXVI. Comitia Argentinæ habuit, in quibus Reginaldus, Matiſconenſis Comes, judicatus eſt, quod mortuo Guilielmo Puero Burgundiam mirorem Helvetiamque contra decreta Cæſaris invaſerat; qui eum in Monclonis arce cepit & Argentinam deduxit; ubi in principum, egregiam adoleſcentis virtutem miratium, conventu abſolutus judicio. Guillimann. *Habsburg.* Lib. V. Cap. III. pag. 268. Idem Lotharius An. MCXXXI. pentecoſten Argentinæ celebravit, teſte *Annaliſta Saxone* apud Eccardum Tom. I. *Scriptor.* pag. 658.

(*s*) Per *Thinch* intelligitur maxime Landgraviale judicium, apud Thuringos *der Landgraven Dinſtuel.*

(*t*) Privilegium hoc bis repetiit Fridericus II. An. MCCXI. Auguſt. Vindel. & An. MCCXXXVI. Colmariæ. Obrecht. *Prodr.* pag. 297. Schilter. *ad Kamigshoo.* pag. 731. Wenckeb. *de Uſſiburg.* pag. 7. & ex his Lunig. *Reichs-Archiv.* ſed nullus integrum. Alſatia Diplomatica illud dabit. Iur hoc Otto IV. Carolus IV. Rupertus & Fridericus IV. Argentinenſibus renovarunt. Coram judicio Provinciali Stulingenſi An. MCCCCV. Argentinenſes, in judicium vocati, id protulerunt.

(*u*) Conradus III. An. MCXXXIX. in Argentinenſibus Comitiis Lucellenſis Abbatiæ fundationem firmavit, d. 15. Junii. Vid Bernhardini *faſtos Lucell.* pag. 26. & 102. Sed & An. MCXLI. MCXLIII. & MCXLIV. eum Argentinæ fuiſſe tria diplomata probant, quorum primum in San-Blaſiana cauſa; (Herrg. Tom. II. pag. 167.) ſecundum Abbatiæ Selzenſi, quod in cod. diplom. dabitur; tertium Einſidlenſibus datum. Vid. Hartzmanni *Annales Hirſaug.* pag. 206. Quibus & aliud addimus, quod Conradus An. MCXLIV. Hoſpitali Argent. conceſſit. Succeſſor Fridericus I. An. MCLXXX. Wormatienſibus libertatis chartam Argentinæ perſcripſit III. Non. Jan. Schannat *Hiſt. Wormat.* probat. pag. 86. Ibidem Henricus VI. An. MCXCV. literas Cœleſtini pontificis, à Cardinale Gregorio oblatas, accepit, ſacramque expeditionem ſe ſuſceptuturum promiſit. Rudolphus I. vix electus in Regem, 10. Dec. Rhenum deſcendens, appulit, atque An. MCCLXXIV. cum omni ſua familia in urbem hanc rediit, profecturus Baſileam. An. MCCLXXXII. idem provincialia Alſatiæ Comitia Argentinæ habuit, Hartmannus, Cæſaris filius, Baſilea Rheno vectus, ut patrem inviſeret, prope Rhinoviam die D. Thomæ ſuffocatus eſt aquis, anno XVIII. ætatis: periitque cum eo XIV. juvenes nobiles.

(*x*) XVII. Kal. Aug. Wencker *de Uſſiburgeris* pag. 2. Philippinum hoc privilegium Fridericus I. An. MCCXXXVI. Carolus IV. An. MCCCLV. Sulzbaci, Sigismundus An. MCCCCXXXIII. Baſileæ, Maximilianus I. An. MDLXVI. Auguſtæ & Rudolphus II. An. MDLXXXII. firmarunt.

ejus ad ſpeciale Imperii obſequium reſervans; quæ inſignem Imperii urbem haud dubie produnt, in quam exteri certatim recipi ſtuduerunt. Argentina hinc incolis, imo & accolis, *Pfalburgeros* quos vocarunt, multum adaucta eſt. Nobilium, Dynaſtarum & Comitum plurimi jus civitatis Argentinenſium ambierunt, in vicis, caſtris, oppidisve ſuis licet habitarent. Hos lingua vulgaris *Uſburger* (*y*) vocavit; in quorum numerum ſeculo ſequenti tot illuſtres recepti ſunt, ut Lichtenbergenſium Dynaſtarum, Comitum de Tubingen, de Wirtenberg, Johannis Landgravii Alſatiæ, Abbatiæ Selzenſis, Abbatiæ Andlavienſis aliorumque exempla teſtantur. Fridericus II. Imp. graves cum Gregorio IX. An. MCCXXVIII. quum lites habuiſſet, Argentina cum Epiſcopo Bertholdo Pontificis quidem partes ſecuta, biennio poſt tamen compoſita pax, & Imperator cum urbe reconciliatus eſt; qui An. MCCXXXVI. menſe martio Columbariæ diploma dedit, quo ad ſpeciale obſequium Imperii Argentinam reſervans, & deceſſorum privilegia renovans, à dura eos lege, quæ naufraga in Rheno aliisque fluminibus bona domini litoris vindicat fiſco, exemit; (*z*) unde commerciis urbem jam floruiſſe colligimus. An. MCCXLIII. Bertholdus Epiſc. cives Argent. ab omnibus oneribus & tributis liberavit, ratione bonorum, quæ in XV. vicis, ad Comitiam pertinentibus, poſſidebant. (*a*)

## §. DLXX.

Proſperos hos rerum ſucceſſus turbida, quæ Fridericum II. inſecuta ſunt, tempora interruperunt. Richardus quidem Imp. An. MCCLXII. die 18. Nov. Argentinenſibus omnia privilegia Hagenoæ firmavit, alioque diplomate ibidem poſt triduum dato, Argentinam in ſuam Imperiique tutelam recepit; Imperiali apud Hagenoenſes ſculteto injungens, ut Argentinenſibus, quoties id petierint, nomine Cæſaris adeſſet. (*b*) At Gualterus à Geroldseck, Argentinenſis Antiſtes, temporalium quorundam jurium, quæ Cæſares deceſſoribus ejus in urbe conceſſerant, & Advocatiæ Provincialis, quam gerebat, prærogativa innixus, ſuprematum in Argentinam ſibi competere exiſtimavit, ad ignota Ludovici cujusdam Regis privilegia provocans. Proximam armis occaſionem dedit Lotharingicum, quod Gualterus ſibi attraxerat, bellum. Hic enim vacante Epiſcopatu Metenſi plura hujus apud Weſtraſios loca cum occupaſſet, à novo Antiſtite, & Lotharingiæ Duce, ſua repetituris, hinc debellatus, ſuppetias poſtulavit ab urbe, quæ in temporalibus nihil Epiſcopo ſe debere profeſſa eſt; unde inſequuta mox interdictio ſacrorum. Cives irati vetus Epiſcopale caſtrum *Haldenburg*, leucæ ſpatio diſtans ab urbe, ſolo æquarunt. Archiepiſcopus Trevirenſis, San-Gallenſis & Murbacenſis Abbates, ut & Rudolphus Habsburgicus, Alſatiæ ſup. Landgravius, cum Laufenbergæ, Kiburgi, Friburgi, Neoburgi Comitibus, in Epiſcopi ſeſtinarunt auxilium. Otto ab Ochſenſtein, Gualterus à Girbaden & Rheingravii pugnarunt pro urbe. Initium à velitationibus factum; Argentina obſeſſa; breves inde induciæ; quibus Rudolphus Habsb. malam cauſam Epiſcopi ſentiens, eidemque indignatus, quod in conferenda Kiburgenſium Comitatus (*c*) ſpe in Abbatem San-Gallenſem propenſior eſſet, cum reliquis Comitibus An. MCCLXI. ab Epiſcopo recedens, ſtetit pro urbe.

Res omnis denique prœlio ad Hugsbergam deciſa eſt anno ſequenti. Epiſcopus, exercitum ipſe ducens, victus: frater ejus, qui Præfecturam utriusque Alſatiæ Imperialem gerebat, occiſus: multi ex nobilibus vincti in urbem adducti, in aula Fratrum cuſtoditi ſunt. In omni hoc bello civium Argentinenſium virtus ſub quatuor belli ducibus, Zornio, Liebenzellero, Kuchenmeiſtero, Eichioque eminuit, quibus perpetua virtutis monumenta civitas grata erexit. (*d*)

## §. DLXXI.

(*y*) Cives extranei, *Ausburger*, de quibus Wenckeri diſquiſitio ſæpe jam allegata.

(*z*) *Grund-ruhr-recht*, de quo infra. Vox hæc de naufragio in fluminibus; *Strand-recht* de naufragio in mari. Henricus IV. Imp. Ebenhemii in Alſatia conſtitutionem edidit, qua in mercaturæ favorem jus hoc, vel abuſum potius, ſuſtulit. Nomen *Grundruhr* inde natum, quod merces fundum fluminis tangant. Privilegium hoc Henricus VII. Hagenoæ An. MCCCX. Sigismundus Baſileæ An. MCCCCXXXIII. aliique Cæſares repetierunt. Quin & Innocentius IV. Pontifex illud confirmavit Lugduni An. V. Pontif. WENCKER *Apparatus Archivor.* pag. 160. & *de Uſiburg.* pag. 8. LIMNÆUS *jur. publ.* VII. 3.

(*a*) WENCKER *de Uſiburg.* Diſq. II. pag. 6. Comitiam hanc expoſui ſupra pag. 192.

(*b*) Chartas exhibet GERAUERUS in *vita Richardi* pag. 985. 988.

(*c*) Kiburgenſis Comitatus An. MCCXLIV. in feudum oblatus eſt Argentinenſi Eccleſiæ ab Hartmanno ſeniore. HERRG. *Cod. diplom. Habsb.* ad hunc annum.

(*d*) Statuæ dicebantur Regales, *Steinerne Kaiſer*, quarum una in platea Schätzgaſs, portæ adium inpoſita, in Curia mea canonicali jam extat, Rudolphum Habsb. repræſentans; altera in platea Ieporin, cui nomen inde *Steinerne Mannsgaſs*. Utraque hodie, dum ſupereſt. Tertia quæ prope Edem D. Nicolai; ut & quarta, quæ in Kalbiana platea fuerunt, interie-

## §. DLXXI.

Victoria hac opus erat, ut ad *Juventam* ſuam Argentina tranfiret; cujus initia in ipſum Alſatici Ducatus inciderant finem, quæ Alſatiæ liberæ & Argentinæ liberioris epocha eſt. Ex altera vero parte Landgravius ſuperioris Alſatiæ An. MCCLXXIII. ad ſolium Imperiale promotus eſt, Rudolphus Habsburgicus, Argentinenſium civitatis nuper ſtrategus. (*e*) Literæ Rudolphi I. ad Miniſteriales ejus per Alſatiam An. MCCLXXVII. datæ, ſuperſunt, quibus cavet, ne ullæ ab Argentinenſibus precariæ (*f*) ullo in loco exigerentur; (*g*) quin & Landgravium inferioris Alſatiæ reprehendit Rudolphus, quod ad judicium ſuum Argentinenſes vocaſſet. (*h*)

## §. DLXXII.

Incipit heic Argentinæ juventa, quæ armis concitatiſſima fuit, quaque cives vel injuriis vel cupiditate libertatis incenſi, nunc pro finibus, nunc pro ſociis & juribus, nunc pro aris & focis, arma corripuerunt; à prudenti Magiſtratu directi. Incolis tum abundaſſe civitatem, inde facile colligis, quod An. MCCLXVII. prope 500. peregrinatores ex ea in terram ſanctam, & An. MCCC. ad Jubilæum 850. profecti ſunt Romam. Aucta tum quoque ſunt, uti vidimus, civitatis pomœria trans Bruſcam. Rudolphus Rex An. MCCLXXXVII. Argentinæ fuit menſe Majo & Hagenoenſibus jura circa Eccleſiam S. Georgii conceſſit. Senatus tum quoque civibus injunxit, ut bis mille equos ad bellum quovis momento paratos haberent. An. MCCLXXXVIII. civitas cum Cæſare, cum Epiſcopo ſuo, aliisque Alſatis publicam pacem juravit. Idem Rex An. MCCLXXXIX. Argentinam venit, eodem biennio poſt rediturus, ut familiæ ſuæ, quæ ibi confluxerat, valediceret. (*i*) Spiram inde proficiſcens Germersheimii in caſtro Imperiali deceſſit. Argentina filio ejus Alberto (*l*) contra Adolphum adhæſit. Juventa.

## §. DLXXIII.

Inter proſperos hos civitatis ſucceſſus vires ſuas ſentire cœpit ordo plebejus, jugum denique indignatus nobilium. Plerasque civitates Germaniæ liberas vel à nobilibus vel patritiis illo ævo rectas fuiſſe, rerum Germanicarum nos docent Annales. (*m*) Comites urbici olim ab Imp. conſtituti, ex nobilitate Scabinos, Conſilii ſui aſſeſſores, elegerant; opificum & inſtitorum plebe excluſa; id quod, Comitiva ad Epiſcopos translata, vel eligendi quoque poteſtate urbibus conceſſa, ſervatum. Cum enim Conſules ex Senatoribus, Senatores ex nobilibus eligerentur, omne urbis imperium in poteſtatem nobilium, vel patritiorum (*n*) devenit. Ariſtocraticum autem Argentinæ hoc regimen in oligarchiam degeneravit, poteſtate ad Mulnhemios præſertim & Zornios translata; qui cum & ipſi inter ſe inimicitias alerent, altera in alterius partis conſpirante exitium, nata denique plebejis occaſio, ut utrosqu poteſtate privarent. Civiles hæ turbæ jam An. MCCCVIII. eruperunt in flammam, cum menſis Julii fine cives, in tribubus epulantes, nobiles, in curiarum quoque ſuarum una (*o*) commeſſantes, ex improviſo adorti, manus conſeruiſſent. In pugna hac nobiles, Nicolao Zornio, qui ſcultetus erat, duce, reportarunt victoriam; ſedecim cives occiſi, 30. vulnerati, 80. capti atque in perpetuum ejecti ſunt urbe. Poſt ſucceſſus hos nobilitas in cives durius agere perrexit, donec ſua ſe diſcordia perdidit, quam inteſtina Ludovici Bavari & Friderici Auſtriaci bella promoverunt, cum pro Auſtrio Zornii, Mulnhemii autem ſtarent pro Bavaro. Hic An. MCCCXX. turbas compoſiturus Argentinam acceſſit. Mulnhemii fidem ei in ſummo Templo, Zorniis fruſtra renitentibus, jurarunt. Cum Bavaro apud Germanos victore Mulnhemii apud Argentinenſes auctoritate creverunt; ſed & crevit invidia, qua denique factum, ut cæde inter nobiles, qui in duas has factiones abierant, in urbe An. MCCCXXXII. exorta, (*p*) plebeji, libertatis ſuæ tempus advenisſe jam rati, vexillum, claves, ſigillum, adeoque cuſtodiam urbis, donec turbæ ſedarentur, ſibi credi petierunt. Nobiles rerum ſuarum vel nimis ſecuri, vel impetum plebis metuentes, aſſenſerunt petito. Sub Ludov. Bavaro.



(*e*) Koenigshov. *Chron.* Cap. II. pag. 118. Rudolfo Habsburgico dein civitas ſtatuam equeſtrem in ſummi templi turre poſuit, quæ adhuc extat. Dedimus illam in Tab. I. Monumentor. Landgravial. ſuperioris Alſatiæ, No. 2.

(*f*) *Reste*, præſtatio primitios data ad preces.

(*g*) Wencker *de Uſthorger.* pag. 5.

(*h*) Literæ An. MCCLXXXV. datæ. Wencker *de jure Archivi* pag. 60.

(*i*) Trithem. *Chron. Hirſ.* An. MCCXCI.

(*l*) Albertus Rex electus Argentinam venit An. MCCXCVIII. d. 25. Aug. Koenigshov. *Chron.* Cap. II. pag. 122.

(*m*) Conring. *de Urbibus Germ.* § CXXIX.

(*n*) Octav. Gentil. *de Patriciis* Lib. IV. Cap. VI.

(*o*) Ad Scalam altam, *Hohe Stег.* Pugna facta ad pontem foſſæ vicinæ. Annales noſtri conflictum hunc vocant, *das alte Geſchæll, die groſſe Aechr.*

(*p*) In platea vulgo *Brandgaſſe*, in aula Sturmiorum. Annus & dies turbarum exiat in monumento ſepulcrali Canonici Thomani, qui obiit An. MCCCXXII. d. 23. Kal. Jun. ubi additur: "in „ eadem die facta eſt cedes inter partes civitatis Arg. „ ſcilicet Zorne & Mulnheim. „ Lapis in periſtylio eſt.

Plebs, summæ potestatis insignium compos, novam regiminis formam induxit; nonnisi tertiam ejus partem Nobilitati relinquens, quæ prius omnem tenuerat. Summa rerum ad Tribus, summaque in Tribus auctoritas in novum plebis caput translata, cui novatum quoque nomen *Ammun-Meijster*, contracte *Ammeijster*, inditum est. Argentoratensium exemplum triennio post Turicenses secuti sunt, eorumque factum Ludovicus IV. Imp. probavit. (*q*) Num Argentinensium quoque gesta probaverit, non equidem reperi: civitati certe jus nundinarum An. MCCCXXXVI. concessit. (*r*)

## §. DLXXIV.

Sub Carolo IV. Imp.

Carolus IV. ab Argentinensibus tarde agnitus Rex est, An. MCCCLV. tamen eis Privilegium dedit, quo ab omnibus teloniis, sine auctoritate Cæsarea datis, eos liberos declarat. Literæ, quibus Carolus IV. Carolique successores ad novam Argentinensium Reipublicæ formam suas literas accommodarunt, politici status conversionem ab illis tacite probatam ostendunt. (*s*) Burcardus Twingerus, Tribui pistorum præfectus, ex nobili licet profapia natus, civibus tamen auctor fuit, regimen ut nobilitati auferrent. Præmium ergo retulit, ut in regimine populari novo primus constitueretur Consul. Potestas ejus annua primum, at anno finito perpetua evasit. Post tredecim annos (*t*) valetudinis causa abdicavit Consulatum, successorem nactus Petrum Schwarber, nobilitati quoque adscriptum; qui An. MCCCXLIX. una cum Prætoribus (*Strettmeijstern*) dignitate privatus est, quod plebis, Judæos non cognita causa postulantis ad rogos, furori restiterat. Schwarberi successor fuit Johannes Betscholt, ex tribu lanionum, Consul serie tertius, at ex plebejorum ordine primus. Magistratum hunc posthac à plebejis possidendum solis, communitas decrevit.

## §. DLXXV.

An. MCCCXLVIII. Carolus IV. Argentinæ prope portam majoris Templi, quæ ex adverso Episcopalis Palatii est, sub dio, magna cum pompa Bertholdo Episcopo regalia contulit. Apostolicus Legatus, Bamberg. Episcopus, Clericos primum, inde civitatem, quod Ludovico Bav. Imp. adhæserant, liberavit à diris. Bulla Pontificis prælecta, accensisque luminibus peracta cerimonia est. (*u*) Brevi tamen post Argentinenses gravaminum materiam Cæsar suppeditavit. Hic enim Electoribus, Rheni accolis, gratificaturus, veteribus hujus fluvii teloniis cum nova addidisset, Argentinenses, qui eo tempore inter omnes Regni mercatores principatum tenebant, ut Trithemius (*x*) loquitur, per triennium catenis & trabibus Rhenum clauserunt; ita ut Electores tandem interruptionis commerciorum pertæsi, privilegiis nuper obtentis renuntiaverint. Ita vetus libertas est reddita Rheno. Biennio post Carolus iterum Argentinam invisit.

An. MCCCLXV. colluvies prædonum, ex Anglico contra Gallos bello post pacem reliqua, Alsatiam latrocinandi causa invasit, (*y*) & Argentinam aliquot diebus obsedit. Carolo IV. Imp. paulo post cum exercitu appropinquanti quum se junxissent Argentinenses, prædones retrogredi coacti sunt. An. MCCCLXVII. Argentinenses cum Bipontinis Comitibus, Hannemanno & Sigismundo, item cum Burcardo, Vinstingæ Dynasta; (*z*) An. MCCCLXXI. cum Johanne Argent. Episcopo & Eberhardo, Comite Wirtenbergensi, fœdus inierunt. (*a*)

Herlis-

(*q*) Suicerus *Chronolog. Helvet.* pag. 66. Lautter *Hist. Helvet.* Tom. III. pag. 302.

(*r*) De quo infra uberius.

(*s*) Carolus IV. An. MCCCLVIII. scribit: *Dem Ammaut, Rate und Burgeren.* An. MCCCLXVI. *Dem Ammun-Meister, dem Rate, und den Burgern.* Eodem: *Dem Ammun-Meister, dem Meister, und dem Rate.* Wenceslaus Imp. literis An. MCCCLXXX. & MCCCLXXXIII. hoc titulo notat: *Dem Ammn. Meijster, dem Burge-Meijster, Retem, und den Burgern.* An. MCCCLXXXI. & MCCCXCII. *Den Meijsteren, Ain-Meijsteren, und dem Rate zu Strasburg.* An. MCCCXC. *Dem Ammun-Meijster, Rate und Burger.* Sigismundus in literis Constantiæ scriptis, An. MCCCCXVII. *Den Erfamen Ammun, Rat und Burgeren.*

(*t*) An. MCCCXLV.

(*u*) Bertholdus Episcop. finita ceremonia Schwarbero dixit: " Tu me olim ad jusjurandum Ludo- " vico Imp. præstandum impulisti; & nunc eum do- " claras hæreticum. Consul regessit, non fassus sum a " hæreticum, sed quærenti tibi, an á diris velimus " absolvi? nos velle respondi. "

(*x*) *Chron. Hirsaug.* An. MCCCLI. Tom. II. pag. 218.

(*y*) Trithemius ibid. pag. 247. An. MCCCLXII. Koenigshovius in *Chron.* ad An. MCCCLXV. rectius ponit. Quinto die Julii ex Lotharingia in Alsatiam per Tabernas penetrarunt.

(*z*) Wencker. pag. 90. & 96. *Das Atzliche Herren oder Edelnatt, die ir Uzburger worren &c.*

(*a*) Wencker. pag. 98. Fœderi huic occasionem dedit bellum Wurtenbergicum, quod vocatur *der Schlegeler Krieg*, à clavis, quibus in bello hoc usi sunt rustici. Clava munita erat clavis dentatis, unde etiam *Morgenstern* dicta. Societas hæc contra Comites inita dicebatur *die Gesellschafft der Schlegeler*, cui multi Nobilium impliciti. Incepit jam An. MCCCLXVII. fine seculi nondum extinctum.

Herlisheimenſe bellum An. MCCCLXXIX. verbo tantum attingo, quod ob Erbium, civem nobilem, ab Argentinenſibus proſcriptum, totam fere armavit Alſatiam, ut Erbii & Haſtadienſium ſociorum colluvies, quæ Herlishemii ſe fixerat, exterminaretur. (*b*)

## §. DLXXVI.

Wenceslaus Rex An. MCCCXC. Argentinenſes proſcripſerat, (*c*) quod Bruno, Rappoltſteinius Dynaſta, exterus civis eorum, Johannem Harleſton, Equitem Anglum, cum ſociis in Gemariæ caſtro per aliquot annos captivum tenuerat. Poſtulaverat enim Cæſar, ſollicitatus ab Anglo, ut Argentinenſes Brunonem ad Equitem dimittendum ſuis cogerent armis. (*d*) Multi Principes, Dynaſtæ & Comites, in exitium urbis cum Epiſcopo, Friderico à Blanckenheim, conſpiraverant. (*e*) Multi hinc inde armorum apparatus; nihil tamen damni redundavit in urbem. Rupertus Palatinus, An. MCCCC. Imperator electus, brevi poſt electionem, cum onuſi domo ſua Argentinæ, quo venerat, magnifice ſuſceptus, eodem anno Heidelbergæ jus legum condendarum, quo antiquitus Argentinenſes jam uſi ſunt, (*f*) firmavit; idque Sigismundus Curiæ An. MCCCCXIII. Maximilianus Bolzani MDVIII. Carolus V. MDXXIX. ejusque ſucceſſores omnes (*g*) repetierunt. Idem An. MCCCCVIII. ad XV. annos fœdus cum Argentinenſibus inivit, cui Ludovicus, filius ejus, & reliquæ civitates Alſatiæ includebantur. (*h*) Sub Wenceslao & Ruperto.

## §. DLXXVII.

Sigismundus, Ruperti ſucceſſor, Argentinam ter venit. Primum An. MCCCCXIV. Julio menſe. Civitas ei 1500. florenos tum obtulit dono. Singularem Cæſaris comitatem mire prædicant Scriptores. At commentum illud de chorea Sigismundi per urbem Koenigshovius, (*i*) tum vivens, ignorat; quod Herzogius (*l*) tamen, ad Koenigshovium provocans, ut & Lehmannus, (*m*) memorarunt. Idem Sigismundus literis, An. MCCCCXXXIII. Baſileæ datis, Argentinæ jus feuda bonaque oppignerata poſſidendi conceſſit, ita ut ad ſingulos quoque cives jus illud extenderetur. Idem jus telonii, in urbe & extra urbem in Rheno, & circum circa percipiendi, ad dimidium uſque milliare Germanicum, Fridericus IV. ad totum extendit, quod novis ſequentium Impp. chartis uſuque firmatum. Jus recipiendi eos, qui à tribunalibus Imperii, imo & à Cæſare eſſent proſcripti, Sigismundus civitati donavit. (*n*) Friderico An. MCCCCLXXI. adjecit, ut proſcriptis in Imperio liberum ſit, tempore nundinarum, ut & quatuordecim dies ante & poſt nundinas, Argentinæ verſari. Omnia denique Imperatorum diplomata, ſuperioribus ſeculis conceſſa, Sigismundus confirmavit Pancharta, cui aureum Bullam appendit. Sub Sigismundo.

Illud autem inter Sigismundiana præſertim memorabile eſt, quod *Auſtregas* concernit, An. MCCCCXXXV. perſcriptum; ubi primæ inſtantiæ forum definitur, in quo actoribus reſpondeat civitas. (*o*) Auſtregale hoc forum Baſilea, Wormatia, Ulma compoſuerunt, in quo ad Ordinationum Imp. normam lites diſcuterentur.

Sub eodem Sigismundo (*p*) Capitulum majus Wilhelmum à Dieſt, Epiſcopum, Molshemii cepit, atque d. 7. Dec. civitati Argentinenſi tradidit, ut in turre, nummorum cuſtode, cuſtodiretur. Magiſtratus Capitulo eum reſtituit; à quo in Capella D.



(*b*) Ale. Argent. *Chron.* in fine, Koenigshov. Cap. V. §. CXLIV. Lautfer. *Helvet. Geſchichts* Part. IV. Lib. VII. pag. 171.

(*c*) Wencker pag. 168. & Schilter *ad Koenigshov.* pag. 755.

(*d*) In turbis his ſingulare, quod Bruno, ob quem Argentinenſes proſcripti ſunt, ipſe quoque cum aliis Argentinæ An. MCCCXCII. bellum indixit. Chartam dedit Wencker pag. 178.

(*e*) Pontem Rheni per incendiarias naves exuere, tentavit Epiſcopus. *Paralipom. ad Urſperg.* pag. 282.

(*f*) Henricus Epiſc. Arg. hoc ipſe faretur in transactione, quam An. MCCLXIII. cum civitate inivit; Art. VIII. apud Schilt. ad *Koenigshovium* pag. 710.

(*g*) Limnæus Lib. VII. Cap. III. §. XXXII. Knipschild de *Civ. Imp.* Lib. III. Cap. LI. n. 82.

(*h*) Wencker de *Ufsburg.* contin. pag. 3.

(*i*) *Chron.* Cap. II. pag. 144. ubi annus MCCCCXXXIII. male ponitur.

(*l*) *Chron.* Lib. II. pag. 96. ubi narratur, feminas Argent. mane ad Cæſaris veniſſe hoſpitium, qui nudipes cum illis ſaltavit per urbem. Annulos aureos nobilibus feminis poſt diſceſſum transmiſit.

(*m*) *Chron. Spir.* Lib. VII. Cap. XIV.

(*n*) Quod Fridericus IV. An. MCCCCLII. Romæ firmavit, Maximilianus I. Campidonæ An. MCCCCXCIV. Carolus V. Wormatiæ An. MDXXI. ſuo conſenſu roborarunt.

(*o*) Idem privilegium à Carolo V. Ferdinando I. aliisque deinceps renovatum. Auſtregæ hæ dicuntur privilegiatæ, à legalibus & conventionalibus diſtinctæ. Ordinatione earum diſſidationes ſublatæ ſunt.

(*p*) An. MCCCCXIV.

Johannis Bapt. Cathedralis Ecclesiæ deinceps inclusus est. Res An. MCCCCXVI. d. 27. Aprilis ad Concilium Constantinense delata est, (q) quod capitulo & civitati sacris interdixit; (r) at anno insequenti composita, quo civitas Imperatori & Concilio 50. millia aureorum, præmium reconciliationis, persolvit. (s)

## §. DLXXVIII.

Sub Friderico IV.

An. MCCCCXLIV. Delphinus Franciæ, Caroli VII. filius, cum 36. millium exercitu in Alsatiam veniens, inter varias expeditionis suæ caussas, veterum quoque Franciæ Regum in terram Rhenensem jura allegavit, Argentinam se obsessurum, aperte professus. (t) Nihil tamen à Delphino contra urbem tentatum. Contra milites Gallos autem, qui cum maxima Alsatiæ parte agrum quoque Argentinensem prædati sunt, crebris velitationibus cives vindicarunt injurias.

Sed & contra receptam tum apud Germanos judiciorum Westphalicorum, quæ Carolus M. instituisse credebatur, tyrannidem, qua ex omnibus provinciis cives ad illa rapi solebant, Fridericus IV. An. MCCCCLI. peculiari diplomate Argentinenses munivit. (u) Idem Fridericus An. MCCCCLXXI. cum filio Maximiliano urbem invisens, ei jus asyli concessit pro illis, quos Rotvilense, Westphalicum aliaque judicia proscribunt. Biennio post idem in hanc rediit civitatem, eique permisit, ut in numerum civium, quos velit, recipiat; dimittendos tamen, si intra anni spatium vindicentur à domino; retinendos, si post elapsum anni spatium repetantur. Idem Fridericus An. MCCCCLXXI. Græcii decrevit, ut Senatus Argentinensis, si à judice superiore jusjurandum præstare juberetur, id per duos vel tres ex senatorio ordine præstare possit pro toto senatu. Memorabilis præsertim ejusdem charta, An. MCCCCXC. Lintzii data, qua cives nulli ecclesiastico judicio parere vult, nisi in rebus, quæ sacra concernunt, illisque injungit, ut à civilibus judiciis se non abstrahi patiantur. (x)

Burgundicis Caroli audacis, quæ insecuta sunt, bellis Argentina quoque fuit implicita, Helvetiorum fœderata. Hæc enim An. MCCCCLXXIV. ad Novesii, à Carolo obsessi, liberationem Friderico IV. copias misit, maximamque pecuniæ partem Sigismundo suppeditavit Archiduci, ut 80. millia aureorum, pro quibus ille Carolo Alsatiam Brisgoviamque Austriacam oppigneraverat, eidem restituerentur. Hic, indigne rem ferens, Argentinenſibus per Petrum Hagenbachium, suum in Alsatia præfectum, atrociter minatus est. Hi suos quoque judices delegarunt Brisacum; qui cum judicibus Helvetiis Hagenbachii caput ensi subjecerunt. Civitas ad defensionem se parans, quinque Monasteria suburbana, ne in hostium propugnacula converterentur, destruxit. Arma vero sua Helvetiis quum Carolus intulisset, Argentina Bernatibus & Friburgensibus contra eum, Granſonium obsidentem, equites, pedites & tormenta bellica misit. (y) Post Granſonii prælium Argentina quoque Lotharingiæ Duci, octingentos pedites, quadringentos equites & XI. tormenta suppeditavit ad pugnam Nanceii, qua periit Burgundus. Arctius inter Argentinam & Helvetios hinc amicitiæ vinculum, quod An. MCCCCLXXXVIII. fœdere ad XV. annos condito, roboratum; unde & paci An. MCCCCXCIX. inter Maximilianum I. ac Helvetios factæ, urbs nostra inclusa est.

## §. DLXXIX.

Sub Maximiliano I.

Friderici IV. successor Maximilianus I. civitatem Argent. frequenter adivit. (z) Idem An. MCCCCXCIV. Argentinensibus privilegium impertitus est, ut documentorum Argentinensium apographa, quæ vocantur *Transsumpta*, Episcopi, Abbatis, aliorumve virorum, fide dignorum, munita sigillo, eandem in tribunalibus fidem, ac auto-

(q) *Acta Concilii Constant.* Von der Hardt, Tom. IV. Parte VIII. pag. 690.

(r) *Acta Concilii* loco cit. pag. 784.

(s) *Paralipom.* loc. alleg. dimidiam pecuniæ summam urbi se redditurum promisit Capitulum.

(t) ÆnEas Sylvius *Epist.* 78. & qui eum excripsit, auctor *Paralipomenon* ad Conr. Urspero, pag. 307. qui anonymus alias caute legendus. Idem confirmat Wimpheling. in *Germania cis Rhenum* p. 1.

(u) In Friderici IV. Imp. expeditione Romana An. MCCCCLII. splendidum illud Argentinense carrocium, ad Imperialis aquilæ volitans latus, pro aliis emicuit, ut infra docebimus.

(x) Hoc & præcedens decretum Maximilianus I. An. MDI. Carolus V. An. MDXXI. Ferdinandus I. An. MDLIX. & Maximilianus II. An. MDLXVI. Rudolphus II. Augustæ Vindelic. & Ferdinandus II. Vindobonæ An. MDCXXI. confirmarunt.

(y) Lauffer *Helvetiſche Geſchichte*, Part. VI. Lib. II. Magna tum celebritas Guil. Harteri, equitis Argent. cui in Morateni & Nancejano prælitis una ex aciebus commissa fuit.

(z) Maximilianum vicies Argentinæ fuisse scribitur in *ſummariſcher Bericht von der Stadt Straſb. freiheiten* An. MDCLXII. edito pag. 20. ubi error in numero esse videtur.

autographa, habeant. (*a*) Conservatorium omnium privilegiorum ad judices Rotwilenses datum; privilegium item de non appellando, (*b*) eidem Cæsari debent Argentinenses; quod Lotharii Saxonis privilegio *de non evocando* superadditum est. Lotharianí diplomatis, à successoribus repetiti, virtute nec ad Rotvilense, nec ad Westphalicum, nec ad Aulicum Imperiale, judicia Argentinenses trahi potuerant, nisi in ipsa civitate jus imploranti injuste denegatum, vel temere protractum. Maximilianus hoc insuper adjecit, ne appellatio locum haberet, nisi præstito prius jure jurando, non temere provocari. Diploma Aquisgrani datum An. MCCCCXCV.

Maximilianus cum An. MCCCCXCVI. XCVIII. & MDV. Argentinæ fuisset, postremi hujus anni d. 4. Maji statuit, ut bona civis Argentinensis à nullo Ecclesiastico vel civili judice premi arresto, vel vendi possint sub hasta, sine consulis scitu. (*c*) Rediit ille Argentoratum An. MDVII. annoque sequenti cudendæ aureæ monetæ jus dedit civitati, qua de re uberius infra. Idem Wormatiæ d. 18. Martii An. MCCCCXCVI. constituit, ut Senatus Argent. ad summam usque viginti quatuor aureorum Rhenensium sine provocatione judicaret. Summam hanc Wormatiæ An. MCCCCXCVII. ad quinquaginta, Saræponti An. MDV. ad centum & quinquaginta idem Maximilianus I. Carolus V. autem Ratisbonæ An. MDXLI. ad quadringentos, Ferdinandus I. Augustæ An. MDLIX. ad quingentos, & Maximilianus II. Augustæ MDLXVI. ad sexcentos aureos Rhen. extenderunt. In ultima Rudolphus II. Augustæ An. MDLXXXII. acquievit; quo in statu res sub Periodo Germ. perstitit. Maximilianus II. An. MDLXVI. jus telonii in Rheno ad flumina Ellum, Brusæam & Kinzigam extendit. Idem anno eodem jus erigendæ Academiæ civitati indulsit, quam Ferdinandus II. in universitatem studiorum An. MDCXXL erexit; quod privilegiorum Imperalium reperio postremum. (*d*)

## §. DLXXX.

Inter turbas religionis sec. XVI. exortas & continuatas An. MDXXVI. cum Electore Sax. & Landgravio Hassiæ, (*e*) An. MDXXX. cum Helvetiis Evangelicis, imo & cum Smalcaldiæ fœderatis Argentina se junxit. (*f*) An. MDXXXI. cum Saxone, Brandenburgico, Luneburgicis, Hasso, ad Gallicæ Angliæque reges literas dedit, quibus rerum susceptarum expositæ sunt rationes. (*g*) An. MDXXXII. primæ pacis religiosæ, Suinfurti initæ, particeps quoque facta Argentoratus. (*h*) An. MDXLVI. fœderatis Smalcaldiis suas copias junxit, quibus à Carolo V. devictis, Argentinenses 30. mille aureis atque 12. tormentis bellicis mulctati, cumque Cæsare reconciliati sunt Nordlingæ. (*i*) An. MDLII. Sleidanus à Senatu Argentinensi missus Tridentum, post aliquot menses, Cæsareis consentientibus legatis, discessit; (*l*) succedente ei Marbachio, Theol. Doctore; qui & ipse brevi post Argentinam redit; quum Mauritius Saxo, novus Elector, Augusta Vindelicorum occupata, cum exercitu suo contra Cæsarem, Oeniponti hærentem, procederet. Sub Carolo V. Imp.

Eodem tempore Henricus II. Galliæ Rex, Mauritii fœderatus, cum copiis versus Rhenum profectus, Tullum, Virodunum capit & Metim. Argentinenses legati ad Sarburgum ei obviam iverunt. (*m*) Henricus d. 7. Maji Tabernis Hagenoam & Weissenburgum versus à Rheno deflexit; brevi post per Bipontum & Lotharingiam rediturus in Galliam. Quinque millia præsidiariorum suis sumptibus Argentina tum aluit.

## §. DLXXXI.

Brevi post Carolus V. per Wirtenbergenses & Palatinas terras in Alsatiam progressus, d. 19. Sept. Argentinam intravit eques. Tres legati, ei obviam euntes, (*n*) deprecati sunt, ne per fines urbis exercitum traduceret, paucisque cum copiis urbem ingre-

(*a*) Imperatores, quot modo nominavi, hoc quoque privilegium firmarunt. Maximilianus I. ad summa Imperii tribunalia illud speciatim extendit An. MDLXVI.

(*b*) See. Gamps *differt. de Triga privilegiorum Reip. Argent. concessorum*, pag. 29.

(*c*) Id quod Maximilianus II. Augustæ An. MDCLXVI. & Rudolphus II. An. MDLXXXII. suis roborarunt decretis.

(*d*) Epitome horum privilegiorum extat in literis, quæ quotannis in novo Senatu præleguntur. Adi Limnæum Lib. VII. Cap. III. Sengkenberg *selecta juris & Hist.* Tom. VI. pag. 233. ubi privilegiorum illustrium breviculum. Joh. Casp. Bernegger, Matthiæ filius, cancellariæ registrator, An. MDCLXXXVI. ex autographis apographa temporis ordine in regestum redegit. Authentica privilegiorum Ludovici Bav. Caroli IV. Sigismundi, Friderici IV. aureis bullis munita, speciatim in turre numaria asservata fuerunt, post turrem destructam publico civitatis tabulario illata sunt. Clavigeri Reip. ab antiquo sunt Prætor Consulque regentes, duæque nautarum & lanionum tribus. De conservatoribus privilegiorum supra.

(*e*) Sleidan. Lib. VI.

(*f*) Idem Lib. VII.

(*g*) Idem Lib. VIII.

(*h*) Idem loco alleg.

(*i*) *Alta Colloquia* à Bucero edita pag. 66.

(*l*) Sleidanus Lib. XXIII. pag. 689.

(*m*) Legati erant Petrus Sturmius, Jacobi frater, Frid. Gotzesheimius & Joh. Sleidanus.

(*n*) Jac. Sturmius, Frid. Gotzesheimius & Lud. Grempius, sex ab urbe milliaribus.

ingrederetur. Magiſtratus Cæſarem apud Rheni pontem excepit. Poſt prandium (o) tempore pluvioſo rurſus eques profectus, Biſchofsheimii, mille paſſibus ab urbe, per aliquot dies ſubſtitit, ut exercitui, qui agrum Argentinenſem, Albano Duce, occuparat, intereſſet. Progreſſus inde Landaviam, totos 16. ibi perſtitit dies; ad obſidionem Metenſem ſe parans. (p) Eodem anno Joh. Marbachium ad Trident. Concilii um ſecunda vice miſit Senatus, ut Imperatori placeret.

An. MDLIII. Argentina Jac. Sturmium, virum generis & virtutis nobilitate illuſtrem, XCI. legationibus functum, Carolo V. & Magnatibus carum, amiſit. Triennio poſt Sleidanus, clarus ille Hiſtoriarum ſui temporis ſcriptor, deceſſit.

Joh. Manderſcheidius Comes An. MDLXIX. in conclavi capitulari Argentinæ electus Epiſcopus, in Baſilicæ choro altari impoſitus, jusjurandum illud detrectavit præſtare, quod deceſſores civitati de juribus ejus ſervandis præſtare ſolebant. At An. MDLXXVIII. præſtitit, cum ſenatus nonniſi civilia illud reſpicere declaraſſet.

An. MDLXXIV. legatos ad Cæſarem Argentinenſes miſerunt. (q) Sub Maximiliano II. Argentinæ, quam bis inviſit, omnia fuere tranquilla.

## §. DLXXXII.

Sub Rudolpholl. Imp.

At ſub Rudolpho II. filio ejus & ſucceſſore, graviſſimis Argentina agitata eſt motibus, quorum origo à Cathedrali repetenda Capitulo, in quo Canonici quidam Proteſtantes An. MDXLVI. jam numerari cœperunt. Hos inter tres erant Capitulares Colonienſes, ſpeciatim Gebhardus Truchſeſſius, Electus; qui cum in Archidiœceſi ſua priſtinum cultum abrogaret, ab aula Rom. An. MDLXXXIII. devotus eſt diris. Ejectus cum aſſeclis ſuis Gebhardus, Catholicis Argentinenſis Capituli dedit occaſionem, ut diſſentientes anno ſequenti quoque reditibus ac præbendis privarent. Proteſtantes, Reformatæ plerique religioni addicti, aulam fratrum occuparunt; at theſaurum eccleſiæ cum quæreret, ab adverſariis ablatum intellexerunt. (r) Utraque pars eorum ſenatu urbis, ut antea ſæpe, conqueſta. Senatus eos ad concordiam hortatus, ob jus aſyli ac tranſitum publicum, milites ad aulæ portas diſpoſuit. (s) Rudolphus II. Imp. ad ſenatum pro Catholicis ſcripſit, miſſosque ſuos Argentinam direxit An. MDLXXXV. qui concordiam reducere nullo modo potuerunt. (t)

Inter hæc Joh. Manderſcheidius, Epiſcopus Argent An. MDXCII. obiit. Acatholici in conclavi Capitulari Argentinæ d. 30. Maji, poſt habitam per Joh. Pappum concionem, Joh. Georgium, Joachimi Electoris Brandenburgici filium, qui ſtudiorum cauſa in urbe degebat, adminiſtratorem Epiſcopatus; Catholici Tabernis Carolum, Caroli Lotharingiæ Ducis filium, Cardinalem & Epiſcopum Metenſem, Præſulem Argentinenſem nono Junii poſtularunt. Civitas pro Brandenburgico, pro civitate reformati Helvetii, Erneſtus Fridericus, Marchio Badenſis, aliique ſteterunt. Anhaltinus Princeps, qui nuper pro Henrico IV. pugnaverat, in Germaniam rediens, à ſenatu dux copiarum ſuarum electus eſt; unde crebræ velitationes, civitati fatales. (u) Epiſcopatus anno ſequenti inter æmulos diviſus bellum ſopivit; quod decimo poſt recruduit, Hagenoenſi denique transactione An. MDCIV. per Fridericum, Wirtenbergiæ Ducem,

(o) Domum, ubi pranſus eſt, ſupra notavi. Ceterum Carolus V. ſemel tantum fuit Argentorati, nec ibi pernoctavit. KLEINLAWEL *Chron. Argent.* pag. 148.

(p) Quæ d. 22. Octobris ſuſcepta.

(q) De quibus Hubertus Languetus, Vindobonæ tum hærens, penultimo Decembris die, ita ad Joh. Sturmium ſcribit: „ Oratores, quos huc miſit veſtra „ Respublica, ſua virtute & induſtria effecerunt, ut „ multi de vobis longe magnificentius, quam antea, „ jam ſentiant. Mirantur enim tam ſplendidam „ legationem ab una civitate tam procul mitti. Sed „ longe magis mirum ipſis videtur, quod vobis ſup„ petant viri, qui res ſibi demandatas, tanta cum „ dignitate agere poſſint. Scio ex viris, fide dignis, „ Imperatorem, poſtquam Doctorem Hochfeldium „ orantem audivit, dixiſſe, ſe nullum antea audi„ viſſe, qui rei, de qua ageret, momenta & cir„ cumſtantias tanta arte exponeret, & tamen nihil „ admiſceret, aut inſereret ſuæ orationi, quod ab ea „ abeſſe, aut auditori faſtidium parare poſſit. . . „ Ipſi ſuis moribus tot hominum benevolentiam ſibi „ hic conciliaverunt, ut mea officia nulli uſui illis „ eſſe potuerint. &c. „ Paulus Hochfelder, Archigrammateus civitatis & affinis Joh. Sturmii, Rectoris Acad. fuit. Epiſtolam hanc edidit MISCHBOSIUS in libello: *Imago Reip. Argent.* An. MDCXLVIII.

(r) CHYTRÆUS *Chron. Sax.* pag. 796.

(s) Motus hi variis ſcriptis occaſionem dederunt, inter quæ eminent: *Georg von Seyn, Decanats Statthalter haber Sälf. Straſb. Anſchreiben &c.* Ejusd. *Appellation an Keyſerl. Maj. Churfürſten, Fürſten &c. Gebharden Erzbiſchoffen zu Cölln, Proteſtation-Schrift* MDLXXXV.

(t) *Acta der Kaiſerl. haber Straſb. verordneten Commiſſarien*, MDLXXXVI.

(u) THUANUS Lib. CIV. LONDORP. in *Contin. Sleidani* Lib. XXXII. pag. 868. SCHADÆUS *Strid. Cont.* Part. III. Lib. XVII.

Ducem, (x) in has conditiones finitum: I. Joh. Georgius Epiſcopatu ſe abdicet, civitas Carolum agnoſcat Epiſcopum. II. Capitulares VIII. Proteſtantes per XV. annos maneant in poſſeſſione aulæ fratrum, & percipiant reditus, quos capitulum in civitatis Argent. ditionibus percipit. III. Senior & Deputati cum Prædendariis, Gurtlerianam aulam inhabitantibus, in ſua maneant libertate. IV. Pro octingentis mille florenis, quos civitati Argentinenſi Joh. Georgius debet, cella telonaria & Præfecturæ Marlejanæ pars, quæ ad Epiſcopatum pertinet, civitati oppigneratæ permaneant. V. Scultaſiæ judicium, quod Epiſcopus in urbe hucusque exercuerat, Argentinenſibus quoque concedatur in pignus. VI. Omnia civitatis jura, conſuetudines, in eo ſtatu firmentur, in quo ſub præcedente Epiſcopo erant. Transactionem hanc Leopoldus Archidux, Caroli ſucceſſor, An. MDCVIII. jurejurando & codicillis firmavit. Transactio ad XV. annos inita, An. MDCXX. d. 2. Febr. ad ſeptem renovata eſt Hagenoæ.

## §. DLXXXIII.

Turbæ hæ tricennalis apud Germanos belli extitere præludia. Proteſtantium enim animos ita commoverunt, ut aliis accedentibus cauſis, hi denique An. MDCX. fœdus inter ſe Halæ Suevorum iniverint; inſtigante quoque Galliæ Rege Henrico. Fœderis hujus, *Unionem* quod vocant, caput erat Palatinus Elector, Calviniſmo addictus. Argentina inter civitates ei prima ſubſcripſit. In præcipiti hoc rerum ſtatu pro Leopoldo Archiduce, Argentinenſi & Paſſavienſi Epiſcopo, in Alſatia copias comparavit Erichingius Baro. Evangelici (y) fœderati ſub Ottone, Comite Salmenſi, Argentinenſibus miſerunt auxilia. Ex Paſſavienſi, ut appellabatur, exercitu ad urbis portas uſque manipuli excurrerant. (z) Civitas à Cæſare apud Imperii Cameram accuſata. Senatus chartam citationis affixam refixit. Semeſtre bellum Joh. Reinharti, Comitis Hanoviæ, cura menſe Aug. ejusdem anni MDCX. Wiſſtadii terminatum. (a) Bellum tricennale.

An. MDCXXVII. Hagenoenſis transactionis terminus ſeptennalis exſpiravit. Ferdinandus II. ergo menſe Aprilis literis ad Argentinenſes datis juſſit, ut Capitulo majori reſtituenda reſtituerent. Senatus aulam fratrum & ei adjuncta reſtituit. (b) Menſe Dec. Cæſareum aliud inſecutum decretum, quo eccleſias poſt pacem religioſam occupatas ſenatus quoque reddere jubetur. (c) Hic literis rerum olim geſtarum ſeriem Cæſari exponens, ad futurum ordinum Imperii conventum, ubi ſimiles lites componendæ, provocavit. Res variis modis protracta, donec An. MDCXXIX. memorabile illud Reſtitutionis bonorum eccleſiaſticorum, poſt pacem religioſam occupatorum, Edictum promulgatum à Cæſare; quo Argentoratenſis cauſa omnibus Germaniæ Proteſtantibus eſt facta communis, Suecico bello ſuſpenſa, & pacis Weſtphalicæ decretis deciſa.

An. MDCXXXI. Argentinenſium legati Conventui Proteſtantium Lipſienſi pro communis cauſæ defenſione interfuerunt. Ex decreto Conventus civitas equeſtrem & pedeſtrem paravit militiam.

## §. DLXXXIV.

Guſtavi Adolphi, Sueciæ Regis, qui cum exercitus ſui parte Francofurti tum ſteterat, legatus d. 12. Octob. Argentinam venit, de fœdere cum ſenatu acturus. Quin & Ludovicus XIII. qui cum triginta millibus militum apud Metas fuerat, d. 16. Dec. legatum miſit ad urbem. An. MDCXXXII. Majo menſe alius Sueciæ Regis miſſus Argentinam appulit, ut fœdus urgeret. Senatus auxilia Regi ſpopondit. Exercitus Gallicus Julio menſe appropinquavit ad urbem. Sueci vero fine Auguſti ponte Sueci in Alſatia.



(x) Henricus IV. Rex Franciæ, jam An. MDCIII. arbitri partes in ſe ſuſcipiens, partem bonorum, urbi vicinorum, Brandeburgico, aſſienandam exiſtimavit. THUANUS Lib. CXVIII. & CXXIX. JANSONII *Mercurius Gallo-Belg.* Lib. V.

(y) Ita fœdus Proteſtantium vocabatur. Sed & *Correſpondenter* ſunt dicti. PFANNER *Hiſt. Pacis Weſtph.* pag. 30. His oppoſita fuit Liga Catholicorum. LONDORPII *Acta Publ.* Tom. I. Lib. I. Cap. XV. ſq. KHEVENHULLER Tom. VII. pag. 284. PUFFENDORF *Rer. Suec.* Lib. I. §. XVIII.

(z) Rerum illo tempore prope urbem geſtarum commentarios ſcripſit HENR. KUGLER, civis *Arg.* qui in Bibliotheca mea manuſcriptorum Alſatiæ extant. Conf. KHEVENHULLER *Annal. Ferdin.* Tom. VII. pag. 290. CARAFA *Germ. Reſtaur.* pag. 43. *Paſſavienſis* exercitus dicebatur, quod à Leopoldo, Paſſavienſi & Argent. Epiſcopo, comparatus.

(a) KHEVENHULLER loco cit. pag. 292. SCHADÆUS *Sleidan. Contin.* Part. III. pag. 1537. ſeqq.

(b) CARAFA *Germania ſacra Reſtaur.* pag. 302. & Probat. pag. 12. LOTICHII *Rer. Germ.* Lib. XVIII. Cap. V.

(c) *Theatr. Europ.* Tom. I. pag. 1044. LOTICH. loc. allег. CARAFA pag. 41. Utrumque Cæſaris reſcriptum vide apud LONDORP. Tom. III. pag. 971. ſqq. Adde BRACMELIUM.

Rheni trajecto in augia lanionum confedetunt ; unde ad Ehnhemium obſidendum progreſſi, ab urbe noſtra acceperunt tormenta, quæ, Ehnhemio Suecis reſiſtere non auſo, Benfeldæ obſidioni adhibita.

An. MDCXXXIII. Sueci aulam fratrum cum reditibus, ut & jura Epiſcopi & Capituli, quæ habuerunt in urbe, una cum Wanzenoviæ & Kochersbergæ præfecturis, civitati Argentinenſi donarunt ; quæ omnia deinceps reſtituta ſunt pace.

Pacis Pragenſis An. MDCXXXV. formulam non acceperunt Argentinenſes, medium inter belligerantes ſtatum ſecuti, quod à multis probatum. (*d*) Unde & CXX. menſium ſummam pro continuatione belli contra Suecos ſolvere recuſarunt, quam exegerat Cæſar, mercatorias eorum naves Philippoburgi detinens. (*e*) Pax Oſnabrugenſis quinque ſcutatorum milliones Suecis ſolvendos decrevit. Argentinenſes An. MDCXLIX nonaginta florenorum millia pro rata ſolverunt.

An. MDCLXIX. Joh. Caſimirus, Poloniæ Rex, regno abdicato, Argentinam venit, profecturus Lutetiam.

An. MDCLXXI Carola Eliſabetha, Palatina, patre Electore fratreque comitantibus, Argentinæ excepta eſt à Galliæ legatis ; qui matrimonialia pacta cum Philippo, Aurelianenſium Duce, Ludovici XIV. fratre, ibidem ſignarunt, ſponſamque deduxerunt Lutetiam.

## §. DLXXXV.

Urbs Galliæ tradita.

Bello Batavico An. MDCLXXII. cui Imperium mox implicitum eſt, Rheni pons gravibus periculis expoſuit urbem. Galli navibus defcendentes Briſaco An. MDCLXXIII. combuſſerant illum, ne Cæſareani illa parte in Alſatiam, Lotharingiam, aut Burgundiæ Comitatum transirent. (*f*) Civitas neutri ſe tum parti addixit, eodemque anno nuntios (*g*) gratulaturos Regi miſit Nancejum, qui aureis torquibus redierunt ornati. Pedetentim tamen reſtauratus eſt pons, & propugnaculo utrinque munitus. Crequius ab ejus tranſitu prohibiturus Germanos, propugnacula An. MDCLXXVIII. expugnavit, cum paulo ante Hermannus, Marchio Badenſis, & Mercius cum Imperialibus copiis urbem intraſſent ; eam à Gallis obſidione cinctum iri exiſtimantes. At inſecuta mox Neomagenſis pax triſtia hæc fata feliciter diſcuſſit. Argentina legatos publice in Galliam miſit, gratulaturos de pace. Rex, apud Fontem Bliaudi hærens, per ceremoniarios ſuos in regio currn juſſit eos in palatium duci d. 12. Sept. ubi benigne exceptos donisque ornatos dimiſit, Gunzero, tredecimviralis collegii ſcriba, ad Regem verba faciente. (*h*) Neomagenſis Pax, Monaſterienſem ſtabiliens, in Galliæ poteſtate cum reliquiſſet Alſatiam, Camera reunionum, An. MDCLXXX. Briſaci conſtituta à Rege, Argentinam Gallici juris eſſe declaravit. Urbs, deſtituta auxilio, nec auſa reſiſtere, ultimo Septembris Regi ſe tradidit, capitulatione præmiſſa, (*i*) quæ omnia ejus privilegia, jura & inſtituta in civilibus & ſacris confirmat. (*l*) Baſilica Cathedralis Epiſcopo tum reddita. (*m*) Francicæ hæc periodi apud Argentinates initia ſunt. Paulo poſt (*n*) ipſe Rex urbem intravit ; Magiſtratu ad portam lanionum, Epiſcopo (*o*) ad Cathedralis Eccleſiæ portas eum cum pompa excipientibus. Biennio poſt Argentinam redivit ; (*p*) Delphino & regiæ domus ſuæ comitatus principibus. Vicennales induciæ, An. MDCLXXXIV. apud Ratisbonam cum Imperio initæ, (*q*) urbem hanc in poteſtate Galliæ reliquerunt, donec aliter ſtatueretur.

## §. DLXXXVI.

(*d*) LONDORP. *Acta Publ.* Tom. V. pag. 543.
(*e*) Ibidem pag. 642.
(*f*) Piſchmanni, legati Regii, ſermones ad ſenatum menſibus Martio & Aprili habiti, apud LONDORPIUM Tom. X. Cap. XIX. ſqq.
(*g*) Qui erant Albertus à Bernhold, Prætor, Andr. Brackenhofer, Conſul ; Jac. Fridius, Syndicus.
(*h*) SCHERAG *Libert. Argent.* pag. 61.
(*i*) Ipſam capitulationem dabit Alſatia diplomatica. Nummus memorialis cuſus eſt Lutetiæ eo anno cum inſcriptione : Argentoratum & Caſale receptæ.
(*l*) Confirmatio An. MDCXCII. à Ludovico XIV. & An. MDCCXVI. à Ludovico XV. repetita. *Ordonnances d'Alſace* pag. 142.
(*m*) *Theatr. Europ.* Tom. XII. pag. 276. ſqq.
(*n*) D. 23. Octob. Introitus in urbem ſolennia vid. apud LUNIG. *in Theatr. Ceremon.* Tom. I. pag. 83.
(*o*) Franciſcus Egon Furſtenbergæ Comes.
(*p*) D. 3. Jun. MDCLXXXIII.
(*q*) D. 15. Aug. LEONARD *Traitté Touchant* Tom. V. ANDLER *Corpus Conſtitut. Imp.* Tom. I. appendic. pag. 204. Art. IV. ita loquitur : « Durante XX. » annorum armiſtitio facta Chriſtianiſſima Majeſtas » permaneat in libera quietaque poſſeſſione civitatis » Argentinenſis cum fortalitio Kehl, aliiſque muris » mentis, inter urbem dictumque fortalitium ſitis » & conſtitutis, Rhenoque adjacentibus, ut & omnium quarumcunque ditionum & locorum, quæ » uſque ad primum Auguſti An. MDCLXXX. » vigore ſententiarum tribunalium Metenſis, Briſacenſis, ut & Veſontini, in Imperio occupata ſunt.

## §. DLXXXVI.

Pax Risvicenſis denique An. MDCXCVII. ab Imperii Germanici corpore Argentinam omnino avulſit, Galliæque adſcripſit ; Rege permutationis loco Friburgum atque Briſacum Cæſari reſtituente. (r) Emigratio civibus per anni ſpatium permiſſa. (s) Durante bello Rex non cenſum modo & reditus, ſed & ipſam redituum ſortem, quam exteri, bello jam cum Gallia impliciti, ſuper fiſcum civitatis ante bellum conſtituerant, Regio fiſco addixit, ſortesque adeo omnes, accepta ob id à civitate pecuniæ ſumma, extinxit ; unde non à cenſibus modo, ſed & ab ipſis ſortibus Argentina tum liberata eſt; (t) resque pace firmata. Raſtadienſis, ut & Badenſis pacis conventa, (u) quibus Risvicenſis ſtabilitur, limitem inter Imperium Galliamque denuo firmarunt. (x)

## §. DLXXXVII.

An. MDCCXXIII. Jo. Sobieskii, Regis Poloniæ, neptis, Maria Carola, cum Turennio Principe (y) d. 20. Sept. Argentinæ deſponſata eſt. Regum præſentia honorata.

An. MDCCXXV. Ludovici XV. nuptiæ cum Maria Leſcinzkia, patre Stanislao, Poloniæ Rege, Regina matre & Jablonouskia avia præſentibus, pronubo Aurelianenſium Duce, in urbe celebratæ ſunt Auguſtalibus feſtis.

An. MDCCXLIV. Ludovicus XV. ab Auſtriacis, qui Rhenum transiverant, liberaturus Alſatiam, per Tabernas Alſaticas d. 5. Oct. Argentinam advenit ; omnium ordinum gratulatione exceptus. Cives in turmas & cohortes diviſi, in Regis feſtinarunt occurſum. Epiſcopale Palatium tum Lupara fuit. Panathenæa Argentinæ nullo non ſpectaculorum genere per plateas, per theatra, per aquas, per aerem, edita ſunt. (z) Hoſpitem ardua turris, noctu corruſcans, populis nuntiavit. Die 10. Oct. Rex diſceſſit ab urbe ad obſidionem Friburgi; pernoctavit Seleſtadii, Rhenumque transivit Briſaci.

An. MDCCXLVII. Maria Joſepha, Auguſti III. Regis Poloniæ & Electoris Saxoniæ, filia, deſponſata Delphino, d. 27. Jan. urbem intravit, à civibus, ut ipſe Rex nuper, magno cum apparatu excepta. Biduo poſt iter continuavit Lutetiam.

An. MDCCLI. d. 7. Febr. funus Mauritii Comitis à Saxonia, Franciæ Mareſchalli generalis, qui Camboriti d. 30. Nov. An. MDCCL. deceſſit, Argentinam, dieque ſequenti ex Gubernatoris provinciæ domo ad templum Prædicatorum deductum eſt, ubi habitæ exequiæ. Poſt Mauſoleum, Regius ſumptibus parandum, corpus ejus choro inferetur Thomano.



(r) Art. XVI. formulæ pacis, d. 30. Octobr. ſignatæ, ita: " cum pacis meliùs ſtabiliendæ ergo " placuerit, loca quædam hinc inde permutari, " S. Cæſ. Majeſtas & Imperium cedant S. Regiæ " Majeſtati Chriſtianiſſimæ ejusque in regno ſucceſſo- " ribus ſubem Argentinenſem, & quidquid ad illam " in ſiniſtra Rheni parte pertinet, cum omni jure, " proprietate & ſupremo dominio, quod ſibi & " Romano Imperio hactenus in ea competit, & " competere potuerat, eaque omnia & ſingula in " Regem Chriſtianiſſimum, ejusque ſucceſſores, trans- " ferunt; ita ut dicta urbs cum omnibus juriſper- " tinentiis & dependentiis, in ſiniſtra parte Rheni " ſitis, absque ulla reſervatione; cum omnimeda " jurisdictione & ſuperioritate, ſupremoque Dominio " à modo in perpetuum ad Regem Chriſtianiſſimum " ejusque ſucceſſores pertineat, & coronæ Galliæ " incorporata intelligatur absque Cæſaris, Imperii " vel cujuscunque alterius contradictione. Ad cujus " ceſſionis alienationisve majorem validitatem, Im- " perator & Imperium, vigore præſentis transactio- " nis, expreſſe derogant omnibus & ſingulis præde- " ceſſorum Imperatorum ſacrique Romani Imperii " decretis, conſtitutionibus, ſtatutis & conſuetudinibus, " etiam juramento firmatis aut impoſterum firmandis, " nominatimque capitulationi Cæſareæ, quatenus " alienatio omnimoda bonorum & jurium Imperii " prohibetur, quibus omnibus expreſſe renuntiant, " dictamque urbem una cum Magiſtratibus, officia- " libus, civibus & ſubditis omnibus, à vinculis & " ſacramentis, quibus hucusque Imperatoribus & " Imperio obſtricta fuerat, exſolvunt, eamque ad " ſubjectionem, obedientiam & fidelitatem Regi " Chriſtianiſſimo, ejusque ſucceſſoribus præſtandam " remittunt; atque ita Regem Chriſtianiſſimum in " plena juſtaque, proprietate, poſſeſſione & ſupe- " rioritate conſtituunt, omnibusque in ea juribus ac " prætenſionibus ex nunc in perpetuum renuntiant, " inque hunc finem dictam urbem Argent. ab Imperii " matricula expungi placet. " Fid. Schraderi, Cameræ Imp. Aſſeſſoris Libellus An. MDCCVII. editus, ſub rubro : *Libertas Argentoratenſium ſyſto Riſwicenſi non expundia*, urbem Galliæ reſtitam non negat, ſed libertate urbis ſalva id factum eſſe ſtatuit.

(s) Art. XVII.

(t) Art. XLVI. ubi : " Reſtituentur jura, bona, " mobilia, & immobilia, cenſus quoque ceu reditus, " etiam qui redimi poſſunt, & qui vita termina- " nantur, (dummodo fors extincta non ſit) tempore " & occaſione belli occupata ſeu detenta &c. " Limitatio in gratiam Argentinenſium inſerta.

(u) An. MDCCXIV.

(x) Art. III. & ſeqq. Quæ An. MDCCIX. & MDCCX. Hagæ-Comitum & alibi ſuper Argentinam in Præliminaribus pacis acta ſunt, vide apud Lamberty *Mem.* Tom. V. pag. 288. & Tom. VI. pag. 3. *Actes de la Paix d'Utrecht* Tom. I. pag. 38. & 83.

(y) Boullionii Ducis filio. Obiit decimo poſt nuptias die, in ſummo templo ſepultus.

(z) Spectacula hæc omnia & Ludi ſplendide inciſi ſunt æri Lutetiæ Tab. X. regiæ formæ.

## §. DLXXXVIII.

Jura specialia.

Immunitatum & fatorum Argentinæ breviculo, quod non interrupta ferie contexui, specialem jurium quorundam, quæ ex ceteris selegi, expositionem subjungo; à nundinis initium ducens.

Nundinæ.

Nundinæ Martinianæ, quas Ludovicus Bavarus (*a*) urbi concessit, peculiari Sigismundi diplomate An. MCCCCXIV. ad Joh. Baptistæ ferias translatæ sunt, quatuordecim ante, totidemque post festum illud, diebus celebrandæ. Cum autem per quinquennium ob bellicas turbas, haberi non potuissent, Sigismundus literis, An. MCCCCXXXI. Bambergæ datis, cavit, ne interruptio hæc Argentinæ noceret. Anno itaque sequenti ad Gallorum præfertim, Lotharingorum, Helvetiorumque instantiam renovatæ sunt nundinæ, ipsisque mercatoribus Argentinensibus, non minus ac exteris concessa immunitas. An. MCCCCXXXVI. idem Sigismundus, à civitate rogatus, tempus nundinale ad octo dies ante, totidemque post Joh Bapt. festum restrinxit. (*b*) Denique initium nundinarum ad ipsum D. Johannis diem translatum est. (*c*) Nundinis his, quæ solennes sunt, (*d*) Johannææ accesserunt hibernæ, immunitate carentes.

## §. DLXXXIX.

Immunitas Nundinarum.

Æstivis mercatores Noribergenses gladium ancipitem, cum cultellis ligneis duobus, chirotecas duas sinistras, quarum utraque trium modo digitorum, ut & bacillum album, (*e*) immunitatis suæ symbola, Magistratui offerunt. Deceptus Limnæus (*f*) est, ubi refert, Francofurtenses scyphum ex albo ligno, in quo piper & muscatæ nux, afferre solere. Ex tributo hoc annuo nonnulli (*g*) collegerunt, Noribergenses jurisdictionem criminalem exercendi jus ab Episcopo Argentinensi, ut Alsatiæ Landgravio, his symbolis accipere; ignari, dona hæc non Episcopo, sed civitati Argent. offerri, quæ solam Nundinarum immunitatem respiciunt. Iidem Noribergenses, ut & Wormatienses ac Bambergenses, Francofurtensibus Nundinarum autumnalium tempore simile quid præstant. (*h*) Quin & Wormatiensibus in festo Joh. Baptistæ iidem Noribergenses duas chirothecas dederunt. (*i*) Ceterum Rudolphi I. extat Diploma, An. MCCLXXX. datum, (*l*) quo dicitur: " Cum ex antiqua consuetudinis observantia „ usque ad hæc tempora sit perductum, quod cives in Francfkfurt, in Argentina, & „ è converso cives Argentinenses in Francfkfurt, nullum dare teloneum consueverunt. „ &c. Reciproca hinc Argentinæ & Francofurti olim à teloniis immunitas fuit. Nundinarum Argent. jura senatus peculiari Constitutione An. MCCCCXV. expressit, quæ præcipue in immunitate à plerisque vectigalibus, & in summaria ac non dilata jurisdictione consistunt. Nundinales hinc constituti sunt judices; ad ternarium numerum An. MDCLVII. redacti. (*m*)

Mercatus minores.

Johannæis duobus Argentinensium mercatibus duos alios, equorum nempe & pecudum, eodem tempore habendos, Ludovicus XIV. An. MDCLXXXIX. adjecit. (*n*) Minus solennes Nundinæ encæniorum summi templi & D. Petri junioris, illæ S. Adolphi festo, (*o*) hæ septimana paschali, (*p*) celebratæ fuerunt.

## §. DXC.

(*a*) Gregorius IX. jam An. MCCXXVIII. jus mercatus Argentinæ dedit, quod portes ejus contra Fridericum II. sequeretur, ut urbs jure hoc usa non videtur. Koenigshovius Cap. V. §. LIV. privilegium nundinarum An. MCCCLXXXIII. adscripsit, ipsas quod non inspexerat chartas.

(*b*) Idem Fridericus IV. An. MCCCCXLI. seq. & MCCCCLII. Romæ firmavit.

(*c*) Jacobus Wenckerus, Jacobi filius & Jacobi nepos, *Dissert. de solennibus in Germania nundinis* pag. 21.

(*d*) Unde solennis illo die polsus companæ ab hora duodecima ad primam inirio & fine nundinarum, qui mos An. MDXXI. introductus est. Campana hæc olim dicta *Mord-Gloek*, campana vocans ad cædem.

(*e*) *Einen baslenen bis an den Handgriff geschnitzten stab.* Bacillus, summæ potestatis teitis, publico civitatis Noiberg. nomine munus hoc fieri declarat. Gladiorum olim frequens Noribergensium commercium fuit, quod ex Stiria chalybs ad eos facile pervenit; unde Brabantinis emporiis quoque gladios in recognitionem obtulerunt. Chirotheca Cæsarei consensus indicium est. Hujusmodi concessiones annuæ ortenus, non scripto, datæ, symbolo repetendæ fuerunt. Speculum Saxon. Lib. II. Art. XXVI. §. VI. Nicolai *de chirotbecarum usu & abusu*, pag. 26. seqq.

(*f*) *Jur. publ.* Tom. IV. ad Lib. VIII. Cap. III. pag. 155.

(*g*) Cyr. Spangenberg. *Adel Spiegel* Lib. X. Cap. XVIII. pag. 309.

(*h*) Urbis nempe Prætori poculum ligneum candidum, nec non baculum album offerunt. Lersner *Francksurter Chron.* Lib. I. Cap. XXVII. Quæ Goldastus de perantiqua Nundinarum Francof. origine habet Tom. III. *Constitut. Imp.* in not. ad constitut. I. pag. 1. plane dubia sunt. Frisi *abhandlung vom Pfeiffer-Gericht.* pag. 147.

(*i*) Constitutio Friderici II. An. MCCXIX. pro Noriberg. apud Goldast. *Const.* Tom. I. pag. 291.

(*l*) Frisi Libr. allegg. pag. 211.

(*m*) *Die Messi-Herren*, Prætor, Consularis, & Quindecimvir.

(*n*) *Ordonnances du Conseil d'Alsace* pag. 218.

(*o*) Absilis à plebe undique ex diœcesi concurrente, in Ecclesia Cathedr. cœtus, absolut Albert. ab Episcopus, à Geilero Keisersbergio inductus. Wimpheling. *Epist. Arg.* pag. 117.

(*p*) Dies *Krom-Mittwoch* vocatur, voce ex *Kraa-Mittwoch* corrupta. *Kraam* merces, *Kraamer* mercatores. Mercatus hic ex area D. Petri Jun. in templi majoris aream translatus.

## §. DXC.

Cenſus & homagium Imp.

Immunitas à cenſu, (q) & ab homagio, Cæſari præſtandis; prærogativa vexilli in expeditione Romana, (r) & in bellis publicis ad Aquilæ Imperialis latus geſtandi; libera ſuper Rhenum navigatio, (s) peculiaribus quidem urbi non conceſſæ ſunt chartis; at longo tamen uſu vim privilegiorum obtinuerunt, & in generali jurium confirmatione comprehenduntur. Libertatem à Cæſareo cenſu, annuove Imperii tributo, Argentinenſes Friderico I V. An. MCCCCLVIII. ita probarunt, (t) ut à petito deſiſteret. Immunitatem ab homagio, plura quoque per ſecula Argentinenſes ſervarunt, eamque allegarunt, quum idem Fridericus An. MCCCCLXXIII. cum filio ſuo Maximiliano Argentinæ verſatus, ad illud præſtandum cives invitaſſet; unde res priſtino tum in ſtatu permanſit. At An. MDXLVII. poſt reportatam contra Smalcaldiæ fœderatos, quibus Argentinenſium quoque copiæ intererant, victoriam, non homagium, ſed jusjurandum fidelitatis, proteſtatione coram notario teſtibusque præmiſſa, (u) Chriſtophoro Schaumbergio, Caroli V. miſſo, præſtitit ſenatus, poſtquam Granvellanus actum hunc urbi fraudi non fore, diſerte promiſiſſet. Quinquennio poſt Carolus ipſe cum urbem intraſſet, homagii præſtandi mentionem Seldius (x) quidem injecit, at re intellecta deſtitit à petito. Negotium hoc Argentinenſes, Epiſtola ad Leopoldum Imp. An. MDCLX. (y) ſcripta, explicuerunt, quum à civitatibus Germaniæ ſolitum is exegiſſet homagium. (w) Scabinorum collegium, ſenatus decreto adhærens, Cæſari dedit repulſam. Philippo Suevo tamen Argentinenſes homagium præſtitiſſe, tacentibus aliis, perſcripſit Conradus à Lichtenau (x)

## §. DXCI.

Jus monetandi.

Sed & jus monetandi, quod frequentibus inter Epiſcopum urbemque litibus dedit occaſionem, exponendum diſtinctius. Officinæ monetariæ non in Regio tantum Palatio, ſed & in civitatibus Palatinis conſtitutæ frequenter. (y) Carolidum nummi ſunt, in quorum poſtica *Argentina civitas, Strathburgus*, evidentiſſimum monetæ, apud Argentinates ſed Regis nomine ſignatæ, teſtimonium occurrit. (z) Otto II. Imp. in diplomate, quo regale monetandi jus An. DCCCCLXXIV. Erchenbaldo, Argentinenſi Epiſcopo, concedit, ſic loquitur: " Ad Epiſcopatum Argeutinenſis civitatis . . . quasdam res " juris noſtri, hoc eſt, monetam, quod hactenus ad ipſius præfatæ civitatis comper- " tinere & ſervire videbatur, cum omni integritate, nichil extra dimittente, per hanc " noſtræ auctoritatis paginam . . . in perhenne proprium donavimus. &c. " Argentinæ ergo Regia jam viguit fabrica monetæ, cum jus monetandi Ludovicus Germ. An. DCCCLXXIII. conceſſit Rataldo; (a) quod omne Otto II. in Epiſcopum transtulit. Hic exercitium fabricæ ſocietati ex nobilibus & ex civico ditiorum ordine, quin & ipſi ſæpe civitati, ad certum tempus locavit, vel nobilibus quandoque conceſſit in feudum. Præcipua ergo monetæ officina ſemper fuit in urbe, quæ commercii tui cauſa omni monetariæ rei invigilare ſolebat; monetarios, qui leges migraverant, mulctans. (b) Cudenda quum ſuerat nova ſpecies nummi, exemplaria ejus quinque



(q) *Reichsſteur & Cammergeld*, cenſus, qui ad Cameram Cæſaris ſolvebatur. Schragii *Libertas Argent.* pag. 52. ſeq.

(r) De vexillo hoc infra in re militari agetur.

(s) De qua infra in *Moribus*.

(t) Apud Schilter. *ad Kœnigshov.* pag. 612. Adi Ludewig *de Imperii meru civit.* Cap. VI. §. XI. Schrag *Libert. Argent.* pag. 40. ſq. ubi Jacobi Comitis de Lichtenberg, Henrici Comitis Bipontini, & agnati ejus Hannemanni, Capituli Majoris Argent. hac ſuper re chartæ; quæ omnes An. MCCCCLII. confirmatæ ſunt.

(u) Mandatum Schaumbergio datum à Cæſare; formulam jurisjurandi fidelitatis præſtiti, ut & proteſtationem ſenatus, actui præmiſſam, dedit Schragius in *Libert. Argent.* pag. 56. ſeq.

(x) Vice-Cancellarius Caroli V. Transactionis Paſſavienſis promotor.

(y) Epiſtola hæc d. 17. Sept. ſcripta extat apud Arasy. Freitsch. in *Electis Jur. Publ.* pag. 81. Add. Schrag. loco cit. pag. 60.

(w) Literis d. 18. Jun. An. MDCLX. Vindobonæ datis.

(x) Urſpergæ Abbas, *in Chron.* ubi de bellis Philippi, pag. 235. Lehmannus *Chron. Spir.* Lib. V. Cap. LXXI. hanc in rem quoque provocat ad Ottonem de S. Blaſio & ad Chron. Hirſaug. Trithemii, in quibus tamen, uti nec in Anonymo veteri apud Guillim. *de Ep. Arg.* pag. 267. hac de re nihil legitur. Jon. Bruningius *Diſſert. de Homagio*, inter Baſilienſes Vol. V. immunitatem hanc Argentinenſium impugnavit.

(y) Le Blanc *Monnoyes de France*, pag. 49. 98. 143. unde Denarii Palatini, moneta Palatina.

(z) Tom. I. pag. 818.

(a) Diplomatis authenticum in tabulario Epiſcopali Tabernis inſpexi. Falſus eſt ergo Canon Anonymi critici apud Mabillon *Rei Dipl.* Lib. III. Cap. I. §. VI. falſa eſſe diplomata, quæ jus monetandi ante Henricum Aucupem in Germania & Carolum Simpl. in Gallia concedunt Eccleſiis. In Gallia Cœnomanenſis Anſtles iam temporibus Pipini, imo Theodorici, hoc privilegium obtinuit. Rariſſimæ chartæ, quibus Ducibus principibusve jus illud conceſſum, quod ipſi ducatus formulæ adhæriſſe videtur. Conradus, Wormat. Dux, illod Spirenſi Epiſc. Ottonis I. conſenſu communicavit. Lehman. *Chron. Spir.* Lib. I. Cap. IV. Eisenbrin *Chron.* Lib. X.

(b) Leges has exhiber Schilter *ad Kœnigshov.* p. 707. & 721. Inter gravamina nobilium An. MCCCCXX. occurrit quoque perceſſio monetæ. Reſpondit ſenatus, eam ſe fibi tribuiſſe ob fraudes, à nobilibus in expenſione & redemtione monetæ commiſſas. Schilter *ad Kœnigshov.* pag. 842. & 856.

oblata Burggravio, ad quorum normam cetera enderentur. Civitatibus jus monetandi Cæsares fero dederunt. Multæ ante privilegium solenne, vel pacto, vel usu & præscriptione, vel Episcoporum indultu, nummos signarunt. (c)

## §. DXCII.

Cum urbe per Episcopum communicatum.

Monetandi jus Argentinensibus à Conrado Episc. An. MCCXCVIII. jam in decennium permissum. (d) Octennio post Joannes Episc. dimidiam monetæ suæ partem civitati, alteram quatuor civibus nobilibus, in sexennium dedit pro 150. marcis argenti. An. MCCCXXI. & MCCCLXXVI. Senatus cum monetario & sociis de valore argenti in monetam vertendi; de non fundenda pecunia cusa; de quinta mulctarum parte sibi solvenda, convenit. An. MCCCXXXIV. Bertholdus Episc. jus monetæ ad quadriennium pro 200. marcis argenti vendidit. (e) Burcardus Episc. Arg. advocatus provincialis Alsatiæ, Hagenoa, Seleftadium, Ehnhemium, Roshemiumque oppida, cum civitate Argent. pactum decennale inierunt, ut hæc denarios argenteos, angelo liliove fignatos, cuderet. Majorem in re monetaria potestatem fec. XV. exercere cœpit senatus. Tum enim grossi illi, inter senatores præsentes distribuendi, excusi sunt. (f) Anno seculi istius sexto senatus & scabini sanctionem super moneta ediderunt; qua monetariæ turris triumviri de rebus contra leges admissis, referre jussi, ac reditus ex moneta senatui attributi sunt. An. XXII. seqq. senatus novas leges condidit, in quas monetarius, custos & operarii jurarunt. Decreta tum fabrica grossorum & quadrantum; rei monetariæ inspectio propior triumviris vectigalium data.

## §. DXCIII.

Lis cum Bockiis.

Monetam suam cudere ut pergeret civitas, Guilielmus Episcopus An. XXII. in transact. Spirensi convenit. (g) Idem An. XXXIII. Wolthelmo & Adamo Bockiis, quorum hic Prætor civitatis erat, eorumque sociis novas literas monetales concessit. Graviter hoc cum ferret senatus, tredecimvirali collegio injunxit, novas contra abusus monetæ ut leges proponeret; quibus à senatu & collegio Scabinorum firmatis oppositurent se Bockii; jure à majoribus accepto se privari, monetamque à senatu cusam veteri deteriorem esse, conquesti. Bockios senatus reprehendit, quod occulte cum Episcopo agentes, plura juribus civitatis & transactioni Spirensi contraria, pacti sint. (h) Adamus centum libris mulctatus, in extremam civitatis partem (i) relegatus, literas investituræ, quas ab Episcopo capituloque acceperat, senatui restituit; unde graves Episcopi querelæ apud senatum, qui jus cives suos judicandi sibi competere respondit. Lis denique omnis finita est, cum An. MDVIII. aureæ, adeoque omnis monetæ cudendæ, plenum jus civitas obtinuisset à Cæsare.

## §. DXCIV.

Insignia monetæ.

Primos Argentina Penningos vel angelo, crucem tenente, fignavit, vel lilio. Angelo non diu usa est, at lilio semper; de cujus originibus infra. Lilium insigne civitatis proprium non est, sed soli monetæ dicatum. Nec silentio transeundum, aquilæ Imperialis typum nummis suis non impressisse Argentinenses, sed suis semper insignibus usos; quod inter liberarum Imperii civitatum primæ classis prærogativas nonnulli reponunt. (k)

Officina monetaria primum fuit prope macellum majus, (l) atque Palatium Episcopi, qui officinam suam communicavit cum urbe. At seculo XV. senatus è regione curiæ monetariam officinam construxit; (m) quæ Gallica sub Periodo ceteris regni fabricis accessit postrema. (n) Episcopalis officina interiit, suam cum exstruxisset senatus.

(c) Henricus Spir. Episc. An. MCCLXII. cum civitate de moneta transegit. LEHMAN. *Chron. Spir.* Lib. V. Cap. XCVI.

(d) Vetus codex tabularii Argent. de re monetaria.

(e) Joh. Episc. Basil. An. MCCCLXXIII. monetandi jus civitati Basil. pro 4000. flor. aur. oppignavit. Liber. Sal. Archivi Basil.

(f) *Rathsgrafichen*, de quibus infra §. DXCVIII.

(g) Art. XXV.

(h) Primo, omnes monetariæ rei participes bonis & corpore esse immunes; quum officina monetaria hac usque contra creditores tantum præbuisset asylum. Secundo, monetarium cum sociis de falsa moneta in civitate pariter ac in Episcopatu judicare debere, quod contrarium jurisdictioni senatus, &c.

(i) *Krutenau.*

(k) Apud LEHMAN. *Chron. Spir.* Lib. IV. Cap. XV.

(l) Leges statutariæ sec. XIII. Cap. XXIII. sic: „ Locus percutiendi monetam est maximum forum, „ prope circa stationem carnificum. „ Maximum forum fuit prope palatium Episcopi.

(m) Quam inter ædificia publica exposui.

(n) Singulis Regni officinis singulæ alphabeti assignatæ sunt literæ. Lutetiæ omnium prima notam A. gerit. Civitas Metensis *AA.* Argentinensis *BB.*

senatus. Episcopus præter Argentinensem, Castineti (o) quoque & Altorfii (p) officinam habuit; ut Johannis Episcopi charta An. MCCCVI. me docet. Quin & Seleftadii antiquitus fuit fabrica Episcopalis. Cum autem Fridericus II. Imp. ægre tulisset, quod in civitate Imperii jus hoc exerceret Episcopus, nullo privilegio munitus, in Compositione An. MCCXXIII. & MCCXXXVI. inter Cæsarem & Episcopum facta, cautum est, ne apud Schlettstatt moneta cuderetur. Fabrica hinc translata Castinetum.

## §. DXCV.

Moneta minor malleo, major prelo vel mola cudebatur. (q) Primi, ut vocantur, Thaleri Argentinæ An. MDLIX. cusi sunt malleo. Inter peritissimos civitatis monetarios fuit Johannes Mock, (r) qui filium Gasparem successorem reliquit. An MDCXIV. Joh. Jac. Eichelstein faciliorem monetæ cudendæ rationem Magistratui propsuit. Concessus est ei supra cellam vinariam locus. Hic prelo, (s) quod rota regebatur, nummos signavit. Mockus fabricam ad Brusæam flumen extruxit, quod rotam verteret. An. MDCXIX. abrogata est fabrica mallei. Novissimo demum ævo machina libramenti inventa est. (t) Veteres monetarii, spurios ex argento Pennings ut à genuinis distinguerent, cribro sunt usi. (u) Modus cudendi monetam.

## §. DXCVI.

Monetarius (x) ex quatuor Episcopi in civitate officialibus fuit, ex ordine delectus equestri, qui in sodales & reliquos officinæ ministros, custodem, (y) à se creatum, duosque vicarios, (z) jurisdictionem exercuit. Officiales hos quatuorviros monetales diceres. Progressu temporis Episcopus nobilibus atque patritiis monetam vel locavit, ut dixi, vel dedit in feudum. Socii monetales, curiæ communis participes, (a) novos sibi collegas non ex aliis, quam ex sociorum elegerunt familiis. Cudendæ monetæ merces, (b) inter illos dividenda, pars decima denarii fuit. Verum hoc monetariorum collegium non modo nummos percussit, sed & argentariam, collybum cambiumque exercuit. (c) Plures ex eo ad Magistratus promoti. (d) Officiales monetarii.

Rerum monetalium tribunal monetarius Præses & XII. assessores ex sociis, (b) in officina monetaria Episcopi nomine in judicio sedentes, constituerunt. Jurisdictio ejus antiquitus per civitatem omnesque Episcopi ditiones se extendit. Capitale judicium sculteto Episcopali servatum. Seculo XV. monetales causas ad se traxit senatus. Hæc de jure monetæ. Judicium monetæ Episcopi.

## §. DXCVII.

(o) *Chatenois, Kestenholz*, de quo pag. 163

(p) Altorff vicus, Abbatiæ hujus nominis contiguus.

(q) In actis monetalibus Germanicis modus molæ monetandi dicitur *Molen*, Galli monetam distinxerunt inter *Monnoye au Moulin*, & *Nonnoye au Marteau*; monetam preli & monetam mallei. Declaratio monetaria Ludovici XIII. An. MDCXL. apud BLANCUM pag. 300.

(r) Qui ab An. MDXLIX. usque ad An. MDLXX. hoc munere functus est.

(s) *Truck-werck*.

(t) Inventor ejus Nic. Briot, Gallus, quem tamen Galli nostri primo sequi noluerunt. Transivit in Angliam, inde revocatus auctore Sequerio, Cancellario regni. Methodus hæc ita placuit, ut An. MDCXLV. mallei usus aboleretur. LE BLANC *Monnoyes*, pag. 302. sqq.

(u) Constitutio monetaria An. MCCCXCIII. cribrum hoc *Ritter* vocat pag. 20. *Rutter* vel *Raider* instrumentum, quo intrinsecus auri argentique valor examinabatur; dictum est Argentinæ *Esel*, haud dubie à Gallico *Essai*. *Quinsin* medio ævo pro *Quintin*, valor legalis Argent, dicebatur, *Strahburger Prob und Pyand*.

(x) Magister monetæ, *Münzmeister. Brevic. jur. Episc.* Cap. XXI. apud SCHILTER ad *Königshov.*

(y) *Hüter*; hod. *Wardein*, *Munzwardein*, à Gall. *Garde*, qui internum monetæ valorem custodit.

(z) *Oberermeister*. Officii nomen à loco monetariæ domus, ubi cambium exercentes sedebant. In eadem enim officina nummorum fabrica & cambium fuit. Ordinatio vetus: *Es sol keinre zwo stett noch zwey orter haben, und wann auch einre, ein ors kauffs &c.*

(a) Unde *Hausgenossen*, quandoque etiam *Münzgenossen*, *Münzherren*, dicti sunt. In vet. Repetto rei nummar. Archivi Argent. dicitur: "An. MCCLXVI. » hec sunt nomina Dominorum, qui jus habent in » moneta, qui dicuntur *Hausgenossen* in Argentina. » Tales socios monetales præter Argentinam Basilea, Spira, Wormatia, Francofurtum, Hagenoa, Weissenburgum, habuerunt. BUCELINUS *Gmeralog.* Tom. I. fin. Basileæ tribus civium est, quæ nomen *Hausgenossen* hodieque retinet. URSTIS. *Epitom. histor. Basil.* pag. 244. *Edel* & *Hausgenossen* plerumque synonyma sunt, plebejo ordini opposita, quod socii monetales vel nobiles vel patritii essent. Domus eorum communis, multis immunitatibus prædita, opponebatur tribubus. LEHMANNUS *Chron. Spir.* Lib. IV. Cap. XIV. annotat, Ludovicum Imp. An. MCCCXXX. monetariis Spiræ concessisse, ut non tantum monetaria domus, sed & singulorum ædes jure asyli gauderent. Sociorum numerus Argentinæ An. MCCLXVI. ad quadraginta & octo supra trecentos; An. MCCLXXXVII. ad triginta & septem supra quadringentos, An. MCCCCXXXVII. nonnisi ad quadraginta ascendit. Sunt, qui origines nominis *Hausgenossen* jam à Merovingorum temporibus derivant, quibus Magister monetæ inter domesticos & commensales Regis (*commensaux*) habebatur. BOUTEROUE *recherches sur les monnoyes de France.* pag. 377.

(b) Vocati hi sunt *Gesworne Hausgenossen*. Sex novi assessores constituti quotannis.

(c) *Schlag-schatz*.

(d) Ambitio & dominandi eorum libido fecit, ut An. MCCLXVII. Colonia Agrippinensi & An. MCCCXLIX. Spira ejicerentur.

(e) Illi enim, qui ex plebejis familiis orti, aliquem ob divitias nobilitatis gradum hoc adepti sunt munere.

## §. DXCVII.

Nummi explicati.

Coronidis loco subjungimus nummos, qui Argentinæ à Cæsaribus primo, dein ab Episcopis, denique ab ipsa civitate proprio nomine, sub Germanica nostra periodo (*c*) cusi sunt; quos trium classium nummos tabulæ nostræ numismaticæ (*d*) exhibent. Antiquissimus est Ottonis I. Regis Germaniæ. (*e*) Antica nummi pars sistit caput Ottonis, nondum Imperatoris, cum inscriptione: *Otto Rex pacificus.* In postica templum cum imposita cruce & epigraphe: *Argentina Civitas.* Nummus hic Argentinæ cusus est inter An. DCCCCXXXVI. quo Henricus Ottonis I. pater, mortuus, & An. DCCCCLXII. quo idem Otto coronatus est Imperator. Ad Ottonem II. nequit referri, quia hic vivo patre coronatus est Imperator.

No. 8. Bracteatus bilateralis vel solidus Ottonem II. Imp. & in aversa templum cui imposita crux, repræsentat, cum inscriptione: *Erckenbalde.* Huic Episcopo Otto II. An. DCCCCLXXIV. adeoque primo Imperii anno, privilegium monetæ confirmavit.

Nummi No. 1. & 2. bracteati unilaterales sunt moduli majoris. Priore *Henricus Rex*, hujus nominis secundus, cum Kunigunda regina ad sinistram exhibetur. Cusus ante An. MXIV quo Imperii coronam accepit. Posterior est Cuonradi II. Imp. qui Henrico II. successit, & An. MXXXIX. decessit.

No. 6. Henricus Imp. Aug. cum Corona Imperiali sistitur. In aversa Palatium cum duplici turri, quas inter crucis forma legitur *Argentina.* Nummus ad Henricum III. vel IV. imo & ad quintum potest referri.

No. 3. Episcopalis est nummus bracteatus *Werneri*, cujus nominis literæ extremæ NERE adhuc comparent. In postica ædificium quatuor columnarum cum literis residuis ENTINA, quæ *Argentinæ* cusum demonstrant.

## §. DXCVIII.

Nummus No. 4. Episcopalis anonymus bractealis est. No. 9. Episcopus quoque anonymus Argentinensis, qui nummos suos aliquandiu angelo signarunt. Omnes hi, quos memoravimus, nummi argentei sunt, & in nummophylacio meo existunt, ut & sequentes, quos tabula III. repræsentat. Hos proprio civitas Argentinensis nomine fabricavit. Aureus primus ad instar florenorum Florentinorum & Rhenensium, brevi post privilegium aureæ monetæ cudendæ à Maximil. I. datum, cusus cum epigraphe: *Urbem virgo tuam serva.* Secundus post sacra mutata cusus cum epigraphe in postica: *Urbem Christe tuam serva.* Tertius ad instar ducatorum Venetorum factus, cum insignibus urbis in postica & epigraphe: *Gloria in excelsis Deo.* Ex argenteis maximus No. 8. memorialis est nummus, insignia XX. tribuum sistens. No. 5. itidem memorialis ludorum, qui An. MDLXXVI. publice habiti. No. 11. & 12. florenus & semi florenus argenteus.

No. 6. *Grossus* Argentinensis ex antiquioribus est, seu dimidius assis, qui nummis bracteatis successit, horumque respectu dictus est *Grossus.* Cruci in postica circumscribitur: *Gloria in excelsis Deo & in terra pax hominibus.* Nummus hic, quia senatoribus præsentibus (*f*) distribuebatur, dictus est *Rathsgroschen*; Germanicum enim nomen à latino derivatum est. Nummi No. 4. & 7. sunt asses simplices, No. 9. duplex assis cum nota numerali Romana (XII.) quæ valorem duodecim crucigerorum, qui duos asses conficiunt, designat. No. 10. semissis est. No. 13. quadrans. No. 15. sextans. Duo minuti No. 16. & 17. sunt Halenses, *Heller*, quod litera *H.* subtus signata indicat. No. 18. semi Halensis vel obolus est. (*g*)

Præter hos Argentina alios quoque plures maximi moduli ex auro & argento nummos, usuales & memoriales, per varia temporum intervalla, magnorum eventuum occasione, cudere solita est.

## §. DXCIX.

Pons Rheni.

Jure pontis Rhenani Argentina diu caruit, ad An. MCCCLXXI. usque contenta pontone. (*b*) In bello cum Windeckiis nobilibus trans Rhenum tum gesto, temporarium pontem, tormenta bellica ut commodius transveheret, construxit, (*i*) qui privilegio

(*c*) Francicæ Periodi nummos Argentinenses vid. Tom. I. pag. 818

(*d*) Tab. I. & III.

(*e*) Tab. I. Numm. Episc. Argentin. num. 7.

(*f*) *Præsenz-gelt.*

(*g*) De specicibus & valore numismatum generatim infra tractabitur.

(*b*) Trajectus talis in Ruperti insula fuit, alterque ad Keylam.

(*i*) Pons hic à pontibus Rheni undecimus est, si Huningensem & Brisacensem, qui nonnisi temporarii fuerunt, excipias. Pons Rheni Basileæ jam An. MCCXXVI. structus est. Urstisius *Chron.* Lib. I. Cap. XX. In aliis Alsatiæ locis nonnisi trajectus fuerunt.

privilegio Wenceslai An. MCCCXCIII. (k) devenit perpetuus; vectigali munitus, quod Sigismundus An. MCCCCXIII. firmavit, Maximilianus II. An. MDLXX. & post Rudolphi II. obitum Palatinus Elector, ut Imperii vicarius, An. MDCLXXII. auxerunt.

Nec transeundum silentio jus circa Judæos. Cameræ hi Cæsareæ servi licet ab antiquo haberentur, Argentinenses tamen pro lubitu eos ejecerunt, receperunt, & ab illis exegerunt vectigal. (l) Leges, An. MDXXXII. & MDXLVIII. latæ, prohibuerunt, ne Judæi cum civibus Argent. contraherent, aut negotiarentur. Maximilianus II. pœnam adjecit privationis rerum, de quibus contractum; tempore Nundinarum solennium & rebus, quæ necessariæ ad victum, exceptis. A seculi XIV. fine Judæi non amplius tolerantur in urbe; intraturi ad breve temporis spatium admittuntur, vectigali soluto. Servus publicus illis olim additus comes.

## §. DC.

Inter specialia denique urbis nostræ jura referimus Imperialia, nunc Regia, feuda, quibus ea investiri solebat, imo etiamnum investitur ex parte. Pertinet huc Dynastia Wasselnheimensis, de qua suo loco; itemque jus gladii in oppido Imperiali Oberehnheim, & in vicis, ad scultasiam (m) illam pertinentibus; quin & in Dynastia Barrensi, quæ Argentinensis ditionis est. Vasallagium hoc unus ex Prætoribus sustinuit, Præpositus feudorum (n) appellatus; qui novo Imperatore electo, vel ipse, vel per alium, à Consilio Imperiali Aulico investituram accepit. (o) Oberehnheimenses jus gladii An. MDCLXIX. ab Argentinentibus pro sex mille florenis redemerunt; at investitura, quæ Barram atque Dynastiam Wasselnheim concernit, in supremo Alsatiæ senatu hodieque peragitur. Feuda Regia.

In Comitiis Imperii Argentina sedit in scamno Rhenano inter primarias urbes, quæ cæteras convocant. (p) Comitiorum Wormat. Matricula An. MDXXI. ad expeditionem Romanam 40. equites & 225. pedites ei imperavit; qui An. MDXLV. & MDLI. ad 25. equites & 150. pedites reducti sunt. (q) His alendis duodecim florenos pro equite, pro pedite quatuor, adeoque nongentos florenos singulis mensibus præstitit. An. MDCLIII. Deputatorum ordinariorum Imperii adscripta Collegio. (r) In Conventibus circuli Rheni superioris tenuit inter urbes præsidium. In Conventibus Alsatiæ non tantum, ut reliquæ civitates Imperiales Alsatiæ, prælata fuit nobilitati, sed & in confœderationibus bellicis classem peculiarem constituit. (s)

## §. DCI.

De Insignium jure denique nonnulla observo. In usu horum Argentina medii ævi variavit; aliis in vexillo aureaque moneta, aliis in argentea, aliis denique in publico sigillo, in monumentis, & in ædificiis usa. Jam An. MCCXLIII. sigillum majus ceræ rubræ, à sericeo filo viridi pendens, occurrit, in quo Mariæ virginis, filium in sinu gestantis, imago, cum epigraphe: *sigmum burgensium Argentinensium civitatis.* Eadem imago in sigillo alio An. MCCCVI. ut & in vexillis duobus, (t) aureisque nummis (u) Argentinensium comparet. Wimphelingus (v) majori epistolarum sigillo inscriptum fuisse tradit hunc versum: *Virgo vega prolem, quod plebem fervet & urbem.* Templum majus cum sex turribus ei deinceps impressum, quod & apud Spirenses obtinet. (w) In sigillo Argentinensium minore vel secreto angelica b. virginis salutatio exprimitur, quod templum in honorem ejus constructum. Majoris sigilli usus ad negotia publica; minoris ad negotia secreta; quæ tamen distinctio non observata constanter. Duorum sigillorum usum Sigismundus Imp. civitatibus injunxit. (x) Apud Argentinenses hoc demum tempore duplicis sigilli usum cœpisse non dicerem. Fuerunt quandoque peculiaria sigilla ad causas alia burgensium, alia senatus. Insignia.



(k) Hoc anno cum Argentinensibus in gratiam Wenceslaus redierat. WENCKER *de Ufsburg.* pag. 191.

(l) SCHILTERI *Observ.* 18. *ad Kœnigsh.*

(m) Supra pag. 209. *Oberschultheissen Amt.*

(n) *Lehens-Probst.*

(o) Nic. Jac. à Wormser An. MDCXVII. sub Imp. Matthia; Joach. à Berstett An. MDCXXI. sub Ferdin. II. investiti sunt, ut urbis legati.

(p) Argentinæ, Noribergæ, Francofurto & Ulmæ jus indicendi Conventus Civit. Impp. competit. Vid. Recess. Civitatum An. MDXXIII. Noribergæ.

(q) In Comitiis Noribergensibus An. MCCCCLXVII. ad bellum Turcicum 40. equites & 80. pedites; in Ratisbonensibus An. MCCCLXXI. itidem contra Turcas 20. equites & 40. pedites; in Comitiis iterum Noriberg. An. MCCCCLXXX. in eodem bello 30. equites & 60. pedites; in aliis Comitiis Noriberg. anni sequentis 67. equites & 66. pedites; in Comitiis Francofurt. An. MCCCCLXXXIX. 33. equites & 104. pedites, Argentinæ imperati fuerunt.

(r) *Recessus Imp. novissimi.* An. MDCLIV. §. CXCIV.

(s) Vid. Charta Confœderationis contra Armacos An. MCCCCXLVI. apud SCHILTER. ad *Kœnigshov.* pag. 953.

(t) Vid. infra in re militari.

(u) Vid. Tabula III. numism. num. 1. & 2.

(v) *Germania ejs Rhenum* pag. 45.

(w) Henricus V. in privilegio Spirensibus dato jussit, ut in vexillo & insignibus summi templi imagine, cum sex turribus ejus, uterentur.

(x) In Reformat. Imperii Cap. XVI. apud GOLDASTUM *Reichs-Sax.* Part. II. pag. 135.

Ordinaria civitatis noſtræ inſignia in monumentis atque ædificiis rubra ſtrata vel baltheus ruber & dexter, quem alii viam purpuream vocant, (*y*) in clypeo albo ſemper conſtituit. A devaſtatione urbis per Attilam multi ſtratam male derivant. (*z*) WIMPHELINGIUS (*a*) eam magnam ſanguinis, ſive pro fide, ſive pro Romano Imperio effuſi, & inſtar rivi aut fluvii per urbis vicos promanantis, inundantiam ſignificare credidit.

## §. DCII.

Flos lilii à ſec. XIII. Argentinenſium (*b*) in moneta argentea fuit inſigne. ISRAEL MURSCHELIUS (*c*) Dagobertum I. juris hujus, Argentinæ conceſſi, facit auctorem. (*d*) Sed & alii pridem à Francico lilio Argentoratenſe derivarunt, contra quos mire ſtomachatus eſt WIMPHELINGIUS. (*e*) " Rex Gallorum, inquit, tria „ habet lilia, urbs noſtra unum. Rex Gallorum lilia in ſignis & armis circumſert, „ urbs noſtra in nummis. „ Addere quoque potuiſſet lilia Galliæ flava eſſe, cum Argentinenſe ſit albuin. At lilii Argentinenſis origo veriſimilior hæc eſt. Jus monetandi plura per ſecula, ut aliis in urbibus, ita & Argentorati, penes Epiſcopum, quod vidimus, fuit. Hic nummis ſuis duo peda averſa, mediumque inter ea baculum Epiſcopalem eminentem impreſſit. Communicato monetæ jure cum civitate, conſuetis hæc monetalibus ſignis uſa figuram, lilio haud plane diſſimilem, temporis tractu convertit in lilium: prouti Baſilienſes, obtenta ab Epiſcopo ſuo monetandi facultate, eodem Epiſcopali pedo iisdemque ſignis, quibus antea Epiſcopus, conſtanter ſunt uſi, niſi quod pedum rubrum commutaverunt in nigrum. Wimphelingius hæc ſi noviſſet, breviore ſane via lilium Argentinenſe Francici in urbem imperii teſtem non eſſe probaſſet. Et tamen ante Wimphelingium in ſua contra Gualterum Epiſcopum lite An. MCCLXII. lilia veterum Franciæ Regum benignitatis in urbem documentum Argentinates profeſſi ſunt. (*f*)

Galea inſignium Argentinenſium haud dubie olim fuit aperta. Urbs, à ſolis primum recta nobilibus, cur galeam apertam non habuiſſet, quæ ſinguli nobiles utuntur. Clauſam tamen quandoque reperio, quod ſculptorum pictorumque ignorantiæ tribuendum. Lacinia galeæ variavit, in qua lilia etiam ſubinde occurrunt.

## §. DCIII.

Summa jurium Argent.

Illuſtribus Regum & Imperatorum privilegiis alia magno numero pedetentim acceſſerunt jura, quæ Argentinenſes pactis, transactione, præſcriptione, aliisve titulis acquiſiverunt; unde inſignis ille jurium regalium (*g*) denique prodiit complexus, qui ſupremacum aut ſuperioritatem territorii componit, quam Cæſarum capitulationes, receſſus Imperii, & inſtrumenta pacis Statibus Germaniæ firmarunt.

Virilis ætas.

In virili ergo & maſcula ſua ætate Argentina hæc exercuit jura: Jus armorum & armandiæ, jus belli, induciarum & pacis; jus fœderum cum Germanis & exteris; cum Civitatibus, Dynaſtis, Comitibus, Landgraviis, Ducibus, Electoribus, Epiſcopis & quibuscunque Eccleſiarum Prælatis; imo cum Imperatoribus ipſis; (*b*) jus mittendi recipiendique legatos; jus carrocii & vexilli in Expeditione Romana, & in Imperii bellis ad Aquilæ Imperialis latus, & inter liberas civitates primo loco gerendi; jus pro lubitu extendendi pomœria, & propugnacula urbis; jus arces & caſtra in territorio ædificandi, firmandique præſidio; jus aperturæ in oppidis & caſtris ſociorum, ſpeciatim Argent. Epiſcopi, quod An. MDII. Albertus redemit; jus conductus, viarum publicarum,

(*y*) GELENIUS *Colonia Agripp.* & SPENERUS *Op. Herald.* Part. Geneal. I. membr. 2. num. 46. pag. 152.

(*z*) IRENICUS *Exeget. Germ.* Lib. I. Cap. XVIII. HERZOG. *Chron.* Lib. VIII. pag. 41.

(*a*) *Germania cit Rhen.* pag. 10. ſeq.

(*b*) Confluentia, Suzbacum, Neiſſa Sileſiæ &c. pro inſignibus lilio quoque utuntur.

(*c*) In libello Germ. *Flos Reipublicæ Argent.* pag. 6.

(*d*) Lilia francica in vexillis, inſignibus & nummis ante Philippum Aug. non reperiuntur. Ludovicus VII. pater ejus illa primus inveniſſe creditur, *Fiorus* forte hinc dictus. CHIFLETIUS in *Lilio Franc.*

(*e*) *Germ. cis Rhen.* pag. 10.

(*f*) SCHADÆUS *Chron. Mſ.* ad An. MCCLXIII. in Arch. Argent.

(*g*) Regalia propriè ſunt Jura Regum, quæ conceſſione eorum, paulatim ad Proceres Eccleſiaſticos, Laicos, & Civitates pervenerunt. Fiſcalia quoque dicebantur, at Sec. XII. vox *Regalia* prævaluit. RADEVICUS Lib. III. Cap. LI. Alio ſenſu Regalia fuerunt bona, quæ Eccleſiis conceſſerunt Reges, Epiſcopi vel Abbatis morte aperta, unde nominationes ad Epiſcopatus & Abbatias Reges ſiepe diſtulerunt vel electiones impedierunt; quæ una ex præcipuis diſcordiæ inter Imperium & Sacerdotium cauſis.

(*b*) Fœdus cum Ruperto Imp. vid. apud WENCKER. *Uſeburg.* Cont. pag. 5.

carum, fequelæ, feu milites legendi, aliisque adducendi; jus politici fui ſtatus formam, politiam & Magiſtratum conſtituendi, homagium à civibus recipiendi & ſubditis; jus ferendarum & antiquandarum legum; jus cenſus, emigrationis, ærarii, monetæ; jus cancellariæ, archivi, rubræ ceræ in ſigillis, (*i*) inſignium; jus de non evocando, de non appellando; jus cameralis judicii delegati; jus adgratiandi, conductus, vectigalium, gabellarum, detractus; jus cujuscunque Domini vel ſtatus ſubditos ſuſcipiendi in cives; (*l*) jus aſyli, proſcriptos fugitivosque recipiendi; (*m*) jus foreſtale, fluminum, auri in Rheno legendi; jus gladii, merumque omne & mixtum, imo & eminens imperium; jus liberæ navigationis in Rheno, Rhenum inducendi in urbem; jus geranii, emporii, nundinarum; jus advocatiæ in collegiatas & monaſteria; jus principes, comites, barones, & nobiles, abbatias, collegiatas, civilegio donandi; jus indicendi ludos equeſtres; jus vaſallagii, dynaſtias & feuda acquirendi, regendi; jus in provincialibus & in Imperii comitiis ferendi ſuffragium, in collegio civitatum præſidendi; jus Imperatoribus non præſtandi homagium; jus auſtregarum; jus nobiles creandi, & nobilitatos ſibi proprios reddendi; (*n*) jus admittendi & non admittendi Judæos; jus fabricæ ſummi templi; jus circa noſocochia; jus patronatus ac beneficia eccleſiaſtica conferendi, & à pacis religioſæ temporibus jus circa ſacra, Academiam & Scholas.

Immediata ergo urbs fuit Argentina ſub Merovingis & Carolidis; immediata ſub Auſtriacis, at quanta immedietatis diverſitas!

## §. DCIV.

Jus privatum Argent.

A publico Argentinenſium jure ad privatum tranſimus. De veteris Argentorati legibus ſuo loco diſſerui; (*o*) nunc de legibus Strateburgi, Argentorato quæ ſucceſſit, dicendum. Strateburgus Francica licet fuerit civitas, à regibus Francorum exſtructa, civibus tamen ejus, ut reliquæ Alſatiæ, Alemannica lege (*p*) vivere permiſſum, origine Alemanni quod eſſent. (*q*) Urbs autem opibus & fortunis cum creſcere cœpiſſet, ſuis quoque legibus & moribus vivere voluit, quæ juris Alemannici uſum non abrogarunt, verum ſubordinarunt; (*r*) quod & de jure Romano, in ſupplementum patriarum legum aſſumto, intelligendum. Leges hæ primum An. MCCLXX. in Breviculum redactæ ſunt. (*s*) Hoc autem rude nimis cum eſſet, plenior legum Argentinenſium codex An. MCCCXXII. à duodecimviris, ex nobilitate deſumtis, quorum Reinboldus Huffel & Gœzius de Groſtein præſides erant, confectus eſt juſſu Senatus. Legislatoribus in domo Johannitarum, inſulæ viridis, aſſignatus eſt locus, unde prius, quam conficeretur negotium, egredi illis non licuit. Menſtruum opus à ſenatu populoque probatum. (*t*) Duodecim Tabulas Argentinenſium diceres. Codex cum ipſa curia, quæ *vetus* nunc dicitur, conditus eſt. Ita jus legum ferendarum antiqua poſſeſſione & privilegiis Imperatorum, quæ vidimus, ipſo fatente Epiſcopo, (*u*) exercuerunt Argentinenſes; quod & ipſi in codice hoc diſerte enuntiant. (*w*) Neque tamen negaverim Speculi Suevici, ante Ludovicum Bav. conditi, ſubſidiarium aliquem uſum Argentinæ invaniſſe. Plures ſane codices ejus Mſſ. urbs noſtra cuſtodit, & in ea Speculum hoc typis exſcriptum eſt primum. (*x*) Quin & Comitiorum Germanicorum decreta, quæ dicuntur *Receſſus*, ut legum civilem quandoque



(*i*) Jam An. MCCLXXXIV. extat Argentinenſium Charta, cum rubro ſigillo.

(*l*) *Der freye Zuzch.*

(*m*) Rudolphus II. agnovit hoc jus Argent. in Literis An. MDCIII. d. 23. April. & d. 7. Aug. ad Senatum Argent. occaſione Philippi Jac. Guſtenhoferi, ſcriptis. Al himilta he Praga. ubi Imperator cum cuſtodiis juſſerat, dapſus, Argentinam conſuvit. Senatus, literis acceptis, eum quidem cuſtodiæ mandavit; at Imperatori reddere recuſavit, urbis ſuæ immunitatem allegans. Nec ſiſendum, ipſam urbem aliquid utilitatis ab hominis ſcien ia arcani duci poſſe, ſperaſſe. Idem Henricus IV. Gall. Rex, literis ad Senatum datis, ſperaverat. Poſt annuam cuſtodiam Guſtenhoferus traditus eſt Commiſſario Cæſareo, Rudolpho de Landenberg, Sorenaviæ Præfecto, qui nomine Cæſaris promiſit literis, rem juribus urbis non fore præjudicio.

(*n*) In additamento ad *Chron.* Koenigsh. Cap. V. apud Schilter. *Jur. Publ.* Lib. I. Tit. 7. pag. 90. legitur: *Eo anno zalt von Gott-geburt MCCCCLXXII. jor, do machte man Edelut zu Straßburg uf der Pfaltzen &c. und verbundent ſich X. jor eygen zu ſin umb iren Adel.*

(*o*) Tom. I. pag. 213.

(*p*) Alemanica Lex tum fuerat Lex Provincialis, *Landrecht*; in cujus ſubſidium uſu dein acceſſit Romana, jus dicta commune, *gemeine Recht.*

(*q*) Ibid. pag. 259. & 427.

(*r*) Schilter. *ad Königshov.* obſerv. XII. §. V.

(*s*) Membran. Codex authenticus in ſcrinio civitatis extat; ex quo cum Schilterus *ad Königsh.* pag. 700. latine cum verſione Germanica edidit.

(*t*) Koenigsh. *Chron. Lat.* Mſ. fol. 199. ubi denique ſubjungit: "Hic eſt liber, qui communiter „ in Palatio (*Pfalz*, Curia) allegatur, & qui Con„ ſulibus annuatim legitur, inſinuatur, & per Ar„ genſinenſes obſervari juratur.„ Codex hic, prelo nunquam ſubmiſſus, vocatur *Stattbuch.*

(*u*) Henricus Epiſcopus id faretur in Tranſactione cum civitate An. MCCIII. art. 8. Schilter. *ad Königsh.* pag. 710.

(*w*) *Der Rat der ewribtet uibt nach deme Lantrechte, weem neewen nach der Warheite und der Stette rehte die hie geſchriben ſtan:* Schilter, loco allcg. pag. 601.

(*x*) An. MDVII. fol.

receperunt Argentinenſes; (*y*) qui, ut TACITUS (*z*) de Romanis ait, ſimplices primo & rudes paucitate, denique copia legum laborarunt. Progreſſu temporis enim tantus conſtitutionum ſingularium numerus acceſſit, ut omnes in unum corpus collectæ duodecim volumina ſuperent. Ex his juris ſtatutarii Argent. ſyſtema concinnavit SCHILTERUS. (*a*) Nonnulla ejus capita, à jure quæ recedunt Romano, propono lectoribus.

## §. DCV.

Capita quædam ejus. Laudemium, quod in alienatione bonorum emphyteuticorum jure Romano debetur, jure Argentoratenſi non præſtatur, niſi in ipſa emphyteuſeos conſtitutione ſit diſerte promiſſum. (*b*) Donationes conjugum, quas jus Romanum inter vivos declarat invalidas, jus Argentinenſe ſimpliciter prohibet, adeo, ut ne quidem teſtamento vel quocunque demum modo, absque Magiſtratus permiſſu, qui, ubi liberi adſunt, vix unquam impetrabitur, conjux conjugi illius rei proprietatem tribuere, aut uſum fructum vel inter vivos, vel mortis cauſa, concedere poſſit. (*c*) Societas conjugalis, quæ ex plerorumque Jurisconſultorum ſententia, à benedictione ſacerdotali incipit, Argentinenſium moribus à conſenſo demum thalamo conjugali initium capit. Bona à conjugibus durante matrimonio acquiſita, vel alterata, Argentinæ ita dividuntur, ut ejusdem duæ tertiæ partes ad maritum, ejusve heredes perveniant; nulla redintegratione, niſi in pactis dotalibus reſervata, locum habente. (*d*) Gaudent mulieres privilegio peculiari, vi cujus cum in communione bonorum cum maritis vivunt, ſuorumque bonorum redintegrationem pactis dotalibus ſibi reſervarunt, ſi dein communioni illi ſolenniter coram judice renuntiarunt, ſoluto matrimonio, aut periclitantibus mariti facultatibus, bona, quæ non mutata ſunt, retinent, mutata vel amiſſa ut ex bonis mariti reſtituantur, poſtulant; imo ſi hauriri ex iis poſſunt, recipiunt, & à debitis durante matrimonio contractis abſolvuntur; niſi ex cauſis, per ſtatuta expreſſis, indignæ privilegio hoc fuerint judicatæ, quod beneficium ceſſionis appellant. (*e*) Incertum inſtituere heredem, vel in alterius arbitrium inſtitutionem conferre, quod jure Romano nefas erat, uſu olim Argentinæ invaluerat; Rex ſpeciali edicto An. MDCCXLIV. prohibuit.

## §. DCVI.

De oppignerationе rerum immobilium actis Cancellariæ inſerenda, ſenatus decreta, (*f*) nec non conſtitutio de iis, quæ in concurſu creditorum obtinere debent, An. MDCL. promulgata, per regiam ordinationem An. MDCLXXXVIII. ita immutata ſunt, ut quæ coram Notario vel regio vel à Magiſtratu conſtituto aguntur, eodem plane gaudeant jure. Minor, vigeſimum ætatis annum egreſſus, curatore non eget; immobilia vero alienare, niſi accedente curatoris auctoritate & Magiſtratus decreto, ante adimpletum vigeſimum quintum ætatis annum prohibetur. In ſucceſſione aſcendentium ab inteſtato cum patre matreve fratres ſororeſve defuncti, jure Romano quod obtinet, non concurrunt, ſed hereditatem æquis partibus aſcendentes primi gradus dividunt. Alterutro prædefuncto, ſuperſtes hereditatem filii absque bonorum diſcrimine capit ex aſſe. (*g*) Cum aſcendentibus vero ulterioris gradus, nepos vel neptis, fratres ſororesque, bilaterales & unilaterales concurrunt, ac æquis partibus hæreditatem cum iisdem in capita dividunt. (*h*) In ſucceſſione collaterali quoque fratres ſororesque germani non excludunt fratres ſororesque conſanguineos & uterinos, quod Juſtinianei juris; ſed unilaterales æquo cum bilateralibus jure hæreditatem fratris ſororisve, absque liberis decedentis, ab inteſtato dividunt. (*i*)

§. DCVII.

---

(*y*) Receſſum Imp. Spirenſem An. MDXXIX. de ſucceſſione nepotum ex fratribus & ſororibus in capita, ſi ſoli ſunt, ſuccedentibus, ſanctione ſpeciali confirmant Argentinenſes: *weil wir gefunden daß ſolche conſtitution aller erbar- und billichkeit gemeß, auch nicht wider gemeine geſchribene Rechte ſo ordnen, ſtatuiren und gebieten wir hiemit unſern Burgern, daß forthin in ſolchen Erbfallen es ſolle gehalten werden vermög angeknüpften Reichsabſchieds An. 1529. zu Speyr gehalten.* TABOR. *Parat.* Part. III. ſect. II. 122.

(*z*) *Annal.* Lib. III. Cap. XXVI. ſqq.

(*a*) Quod in Scrinio Civitatis extat, non editum typis.

(*b*) GOTHOFR. GAMBSII *Diſſert.* ſub SCHILTERI præſidio, *de Bonis Laudemial.*

(*c*) JAC. REHMII *Diſſert. de Donation. inter virum & uxorem ad Conſtitut. Argent.* ſcripta An. MDCXCII. *Kleine Rathſ-Ordnung*, fol. 42.

(*d*) FRID. WÜRZII *Diſſert. de Bonis Conjugum illatis & durante matrimonio acquiſitis*, edita An. MDCLXXX. CHRISTOPH. ARTOPOEI *Diſſ. de redintegratione bonorum uxoris* An. MDCCXXII. MEISTER *Notariats-Spiegel* Lib. III. Cap. V.

(*e*) *Das Weibliche Recht.* Conf. Conſtit. *Vom ſangerbten Ausgohn*, & PETRI A CARBEN *Diſſert. de Beneficio Ceſſionis*, An. MDCCXXVII. edita.

(*f*) An. MDLXXXVII. MDCVII. XXV. XLI. XLVI. edita & faſciculo ordinationum de contractibus inſerta.

(*g*) *Conſil. Argent.* SCHILTER. Reſp. CLIV. & CCV. TABOR. *Paratitl. Jurisprudentiæ* Part. III. ſect. II. §. XV.

(*h*) Decretum d. 26. Maji An. MDXV.

(*i*) *Kleine Rathsordnung* Cap. VI. TABOR. loc. allег. §. XVII. Alias differentias Juris Argent. à jure Rom. annotarunt JOACH. REHMIUS An. MDCLXI. JAC. SCHERTZIUS An. MDCCXI. GODEFR. STOFFREGEN An. MDCCXXII. Poſtremus ſpecialim in Materia concurſus Creditorum.

## §. DCVII.

Jurisprudentiæ Argent. fama ad exteros paulatim, casus dubios, causasque criminales haud raro ad hanc urbem deferentes, transivit. Episcopatus incolæ, cum à judicibus suis se læsos crederent, ad Magistratum civitatis nostræ provocarunt frequenter. (*k*) A Bliensvillensi Alsatiæ Imperiali judicio ad Senatum quoque Argentin. provocatum non semel. Ob criminalem suam jurisdictionem senatus, Jureconsultis illustribus semper instructus, ab initio consulebatur; ex frequentia consiliorum pedetentim provocatio orta est; præcipue cum consiliorum tandem tæderet senatum, qui ob id Appiacensibus aliquando respondit, nolle se amplius pro consiliario haberi, nisi consuetudo id ferat. (*l*) Jurisprudentiæ Argent. fama.

## §. DCVIII.

Quin & civitatis Argent. institutio politica à longo tempore magnam celebritatem accepit. Perplures hujus generis leges, quæ in singulas politiæ partes sese extendunt, per seculorum decursum prodierunt in lucem. Præter ordinationem politiæ generalem, (*m*) quæ aliis norma esse potest, Lex de *Incendiis*, de *Fontibus*, de *Moneta*, *Annona*, de *Emporio & Mercibus*, de *Medicis Clinicis & Pharmacopoliis*, de *Eleemosynis*, de *Educatione Liberorum*, de *Opificum officio*, de *Servis*, de *Cauponis*, de *Nosodochiis*, de *Ergastulis*, Lex item *sumptuaria*, aliæque magno numero, corpus aliquod politicæ disciplinæ componunt, quod aliis civitatibus possit esse exemplo. In disciplina hac apud Argentinenses eminuit Georgius Obrechtus, (*n*) cujus plurima manu exarata in Alsaticis meis scriniis servo. Politica institutio.

## §. DCIX.

Tot illustres, quas exposuimus, libertates & jura primariam Imperii Germanici urbem, immunem & liberam cum aperte demonstrent, reperti sunt tamen scriptores, qui eam aliquandiu mediatam fuisse, tradiderunt; ipsi autem inter se tam parum concordes, ut nec de domino, nec de tempore conveniant. Argentina nunquam mediata.

Koenigshovius Duci & Landgravio (*o*) ad An. MC. usque Argentinam obediviſſe existimat. Guillimannus (*p*) momentaneum Ducis in Argentinam effingit imperium, Adelbertum urbis & Stephaniani monasterii conditorem constituens; ita tamen, ut monasterio civitatem subjiceret, Henrici sancti donatione An. M V. ad Wernerum Episcopum cum monasterio transituram. Sed Guillimannum Lotharii Imp. diploma (*q*) decepit, ubi Adelbertus Abbatiam *in parte suæ hereditatis inter ruinas veteris Argentorati fundasse* perhibetur. Strateburgum, à Franciæ Regibus structum, non omnem Argentorati everſæ compleverat ambitum. Pars hujus, in ruinis quæ mansit, inter allodia Adelberti Ducis cum esset, eodem hic in loco monasterium exstruxit; quod cum Regia civitate Strateburgo nihil habuit commune. Nec insequentibus seculis Argentina urbs fuit ducalis, licet jura quædam, ad publicam spectantia pacem, Regis & Imperatoris nomine, in ea administraverint Duces. Alsatia per sesquiseculum caruit Ducibus; à Cameræ nuntiis recta. Sueviæ & Alsatiæ Duce An. DCCCXVII. rursus constituto, successores ejus, ut præcedentium seculorum Alemanniæ Duces, nonnisi administratorium Magistratus provincialis officium in Alsatia exercuerunt; cum Bavariæ & Saxoniæ Ducibus non comparandi, quorum major in Ducatibus suis fuerat potestas. Licet ergo Ditmarus, (*r*) Hermanniani belli occasione, Argentinam *Alemannici Ducatus caput* appellet, nihil tamen immedietati hoc derogat urbis. Taceo, quod Ditmari loquendi modus valde improprius est. Argentina Alemannici Ducatus caput vere non fuit, sed præcipua in Alemannia civitas, à Rege, non à Duce pendens. Frid. Hahnius, (*s*) Ditmari auctoritate seductus, Ducalibus urbibus Argentinam accenset. Non Ducalis.



(*k*) Quæ provocatio dicebatur *Zugrecht*, *Græg*, *Zug*. Transactio An. MCCLXIII. inter Henricum Episc. Argent. & Clerum cum Civ. Argent. *Sune-Brief*, §. IX. apud Schilter. *ad Koenigsh.* pag. 729. sqq.

(*l*) Consuluit. Silberradius, in notis ad Hiermeccii *Histor. Juris* Tom. II. pag. 993.

(*m*) Cui Tit. *Policey - Ordnung*, quæ An. MDCXXVIII. edita.

(*n*) Diversus à Georgio Obrechto, Ulrici patre, qui I. V. D. & Procurator causarum capite plexus est, de quo infra.

(*o*) Landgraviis, præter Kœnigshovium, nemo aliquid juris in Argentinam tribuere ausus est.

(*p*) *De Episc. Argent.* Cap. IV. Schadæus in *descript. Summi templi* Cap. II. Guillimannianum hoc commentum pridem confutavit Heidæus *von den Reichsvogteyen* pag. 19.

(*q*) Tom. I. pag. 682.

(*r*) *Chron.* Lib. V.

(*s*) Dissert. *de Regno Arelat.* Cap. II. pag. 18.

## §. DCX.

Ludewigii error.

PETRUS LUDEWIGIUS (*r*) è contra Argentinam univerſæ ditionis Rhenenſis caput à Romanis jam conſtitutam, à Suevis in priſtino immunitatis ſtatu relictam, Henrico Leegnante Germaniæ regno ſe junxiſſe exiſtimat; Argentinenſium quorundam auctoritate ſeductus. (*u*) Verum enimvero figmentis non opus, ut antiqua libertatis gloria Argentinæ vindicetur. Quidquid vetus Roma Argentorato largita eſt, id cum Romano Imperio & cum Argentorato interiit. Strateburgum, nova Franciæ civitas, non aliis potuit juribus frui, quam quæ Meroveadum & Carolidum Franciæ Regum, deinque Imperatorum Germaniæ, liberalitate accepit.

Froſſarti error.

Monſtro ſimilis eſt FROSSARTI, (*w*) gravis alias ex Caroli IV. Imp. ævo Hiſtorici, narratio, qui dominium in Argentinam ab hoc Imperatore in Wenceslaum fratrem An. MCCCLXVIII. collatum eſſe, perſcribit; neſcius eundem Carolum novis privilegiis urbem ornaſſe. Sed Advocatia provincialis Alſatiæ in Wenceslaum translata Froſſartum decepit, cujus animo inſedit opinio, Advocatiam non modo in omnes ſe extendiſſe Alſatiæ urbes, ſed & in eas exercuiſſe imperium.

## §. DCXI.

Urbs non Epiſcopalis.

Speciosius eſt illorum aſſertum, qui Epiſcopatus municipium olim Argentinam extitiſſe crediderunt, quod inſignia aliquot jura in ea poſſideret Epiſcopus. Enimvero poſtquam Ludovicus Rex jus monetandi, & Otto II. Imp. comitivam urbis communiſſet Epiſcopo, hic officiales monetæ, rerumque civilium & criminalium judices, Argentinæ conſtituit; quibus Burggravius, Epiſcopalis palatii cuſtos, atque telonarius acceſſerunt. Jura hæc, quæ in urbe exercuit Epiſcopus, induxerunt permultos, eandem Epiſcopo ut crederent ſubjectam. (*x*) Jus hoc Amando jam, Argentinenſi Epiſcopo, à Dagoberto M. datum GEBVILERUS (*y*) effingit. CASSANUS (*z*) Argentinam Ludovici Pii munus B. Virgini traditum contendit. De falſo Guillimanni aſſerto, qui urbem cum S. Stephani monaſterio ad Epiſcopum perveniſſe putavit, jam ſupra.

Liberi ſub Imperio ſtatus Argentinenſium duodecimo ſeculo teſtis eſt Henricus VI. Imp. qui Canonicorum majoris Eccleſiæ homines, quos ad publica ſervitia Argentinenſis adegerat Senatus, ſententia An. MCXCVI. Ehenheimii lata à *publico Civitatis jure* & ab omni *jure fiſcali* exemit; id eſt, Argentinenſes nec proprio nec fiſci Imperialis nomine ab iisdem aliquid exigere debere, pronuntiavit. Filius ejus, Fridericus II. in diplomate, civibus ſuis in Mollesheim An. MCCXIX. dato, ait: "Apud Argenti„ nam, & in aliis civitatibus & locis *noſtris*, prædicti cives nullum amplius exſolvere „ cogantur telonium. „ Eandem Argentinenſium à temporali Epiſcoporum imperio immunitatem ipſum Cathedralis Eccleſiæ An. MCCCCLII. profitetur Capitulum; (*a*) profitetur ipſa fatorum & incrementorum urbis, quam generatim expoſui, ſeries. Libertas hæc tamen ſuos habuit gradus, ſuaque temporis tractu augmenta accepit, quæ poſtremis denique ſeculis ad ſupremum illum autonomiæ gradum aſcendit.

§. DCXII.

(*r*) *De diſpari nexu Civitatum Imp.* Cap. V. §. XXXII.

(*u*) Jo. ULR. FRIOIUS, Archigrammateus urbis, id aſſtruere conatus eſt in lib. mſc. de *Libertatibus civitatis Argent.* pag. 56. qui in ſcriniis civitatis ſervatur. Quin & ipſa civitas in literis d. 11. Mart. MDCXX. ad Electores & Principes Mulhuſini Thuringiæ conventus datis ſcripſit: *wir ſind eine freye ſtatt. ſmſere vorfahren ſind frey anno reich kommen. wir haben unſere freiheit anno Reich gebraucht. Das ſtatt regiment, ſo wir fuhren, iſt uns von Gotz verleyhen.* LATOMI *relatio hiſtor. ſemeſtr.* An. MDCXX. fol. 35.

(*w*) *Hiſtoire & Chronique memorable* Vol. III. Cap. XCVII. pag. 244. ubi: *Il bâi donna la ſeurveuteté de la belle, bonne & riche, cité de Strasburg.* Wenceslaum hunc Froſſartus Bohemiæ Ducem vocat, quia Bohemiæ Regis filius erat. Rectius eum appellaſſet Luxemburgi Ducem. Hunc enim fratrem ſuum Carolus IV. ex Comite Ducem An. MCCCLIV. creavit; unde Luxemburgici Ducatus origo.

(*x*) Qui hodieque Epiſcopus & Princeps Argent. S. R. Imp. Princeps vocatur; quod & Spirenſis, Wormatienſis &c. Epiſcopi faciunt. Senatus Argent. ante plura jam ſeculа ſcripſit: *Unſer gnediger Herr von Strasburg: unſer Herr von Strasburg.*

(*y*) *Panegyr. Carol.* pag. 24. Emunitatis Rubacenſis Donatio facta Arbogaſto, qui Dagoberti ſynchronus fuit, non Amando. Amandum qui Epiſcopum Argentinenſem admittunt, eum ſeculo IV. adſcribunt. Adde ejusdem GERVILERI *Epitomen artus Archiducum Auſtriæ* Lib. VI. Cap. III. In Dagobertina donatione de Argentina ne verbum quidem.

(*z*) *Recherches des Droits du Roi* Lib. II. Cap. V. pag. 175. Referenda huc quoque inſiſtis illa SEB. FRANCKII in *Chron. Germ.* pag. 285. de anonymo quodam fratre Ludovici, relatio.

(*a*) "Nos Præpoſitus, Decanus & Capitulum „ dicimus & atteſtamur, ſub noſtris reverentiis & „ honoribus, nobis conſtare & eſſe notum, quod „ civitas Argent. à tanto tempore, cujus initii non „ eſt memoria hominum, fuit eſſeque conſueviť, „ prout hodie exiſtit, *Civitas libera.* Quocirca „ duntaxat ſervire conſuevit Imperatori Romanorum „ ultra montana, ad ſuam Cæſaream coronationem, „ & non ultra; quodque eadem Civitas Argent. in „ temporalibus Epiſcopo Argent. non eſt ſubjecta, „ nec pro eo aut Eccleſia ſua, nec ipſe Dominus „ Epiſcopus imperium habet ſuper eadem. Inſuper „ ipſa civitas ſuos conſules & conſulatus, majores „ & minores, & eorum officiatos, regimen & guber„ nationem inſtituit & deſtituit, præcipit, mandat, „ interdicit, præceptaque & mandata publicari facit, „ & id continuavit ſine Epiſcopi Argent. licentia, „ impedimento, reſiſtentia & contradictione.

## §. DCXII.

Comitiva Cæsarea Episcopi.

Temporalium in urbe jurium origo ex Comitiva in Episcopum translata provenit. Otto II. in diplomate (*b*) sic loquitur: "Jubemus, ne posthac, sicuti nostri prædecessores statuerunt, aliquis Dux vel Comes, aut Vicarius, vel aliqua judiciaria „ potestas, infra præfatam Argentinensem Civitatem, quæ rustice Strazburg vocatur „ alio nomine, vel in suburbio ipsius Civitatis aliquibus placitum vel districtum habere „ præsumat, nisi ille, quem ipse ejusdem Civitatis Episcopus sibi advocatum elegerit. &c. „ In contraria tamen omnia abit Ulricus Obrechtus, (*c*) immunitatis Argentinensium à Cæsareis judicibus solidissimum argumentum in ipso hoc Diplomate se reperisse existimans. (*d*) Ante omnia observo, Ottonum invaluisse ævo, ut Episcopis (*e*) urbium Comitiva committeretur. Otto II. in diplomate, (*f*) quod profero, non de re nova, Episcopo concessa, sed de confirmatione loquitur; unde comitivæ ad Episcopum translatæ auctorem Ottonem I. reputares; quæ translatio ob Comitum tyrannidem urbibus grata fuit, quod ab Episcopo, cujus jurisdictioni ecclesiasticæ jam erant assuetæ, (*g*) expectarent æquiora. Adamus sane Bremensis, (*h*) seculo XI. vivens, Bremam scribit ab Ottone I. libertate donatam, cum jurisdictionem in urbe commisisset antistiti. Translatione comitivæ ergo immediatus ille urbium status nihil detrimenti accepit. Cæsarea Comitiva, in Italicis quoque urbibus frequens, ad Episcopos plures eodem fere tempore ab Impp. translata est; ut Fridericus I. Imp. in Pace Constantiæ An. MCLXXXIII. facta nos docet: "In civitate illa, inquiens, in qua „ Episcopus per privilegium Imperatoris vel Regis Comitatum habet, si consules per „ ipsum Episcopum Consulatum recipere solent, ab ipso recipiant, sicut consueve„ runt recipere, alioqui unaquæque Civitas à vobis Consulatum recipiat. „

## §. DCXIII.

Advocatus.

Primarium Comitis Imperialis officium cum fuerit jurisdictio criminalis; Episcopus eam Advocato speciatim commisit, uti Cæsar in civitatibus, ubi comitivam non possedit Episcopus, eandem Advocato vel sculteto suo credidit. Advocatus Argentinensis, à Canonicis vel etiam à civibus subinde electus, ab Episcopo confirmatus, ab Imperatore bannum sanguinis, uti vocant, accepit; unde Advocatus sanguinis, (*i*) & Carnifex *vicarius Advocati* dicebatur. (*k*) Prima Advocati Argentinensis mentio in Lotharii II. Imp. Charta, An. MCXXIX. Argentinæ civitati data, occurrit, ubi inter testes in ordine Comitum *Henricus Advocatus Civitatis* & *patruus ejus Sifridus* leguntur. Idem Henricus chartæ, quam Burcardus Episcopus Capitulo Thomano concessit, An. MCXLV. interfuit testis. *Breviēulum Juriun* (*l*) Advocati jura exponit. Advocatiam civitatis nulli Imperatori, Regi, Duci aut proli eorundem, quin & nulli illustri, vel superillustri personæ, unquam se collaturum, Episcopus & Capitulum An. MCCXX. & MCCXLVII. solennibus scriptis promiserunt; idemque literis An. MCCXLVIII. datis Innocentius IV. comprobavit. Cum ergo Lichtenbergenses Dynastæ Advocatiam hanc ab Episcopo accepissent in feudum, Ludovicus una cum Henrico & Ludovico filiis, Henrico Episcopo An. MCCXLIX. promiserunt, quod "Advocatiam Argent. debito modo tenebunt, & eandem in nullam personam „ illustrem, vel sublimem, cujuscunque dignitatis vel conditionis, transferent, „ inpheodando, permutando, &c. „ Et tamen An. MCCLXXXIII. Rudolphus Imp. Advocatiam hanc à Lichtenbergensibus emit; (*m*) sed res caruit effectu. Successu temporis factum, ut senatus urbis, Advocato tantum, Sculteto vel vicariis eorum præsen-

(*b*) Laguille in Prob. p. g. 33. Autographum interiit, at vetus seniorum Episcopalium receptum fec. XIV. apographum, quod examinavi, conservat.

(*c*) *Probr. Rerum Alsat.* pag. 295.

(*d*) Non equidem video, quo fato fit factum, ut hæc verba: *Nisi ille quem ipse ejusdem Civitatis Episcopus sibi advocatum elegerit*, non legantur in Prodromo. Deceptus quoque ipsem Obrechtus, quod Chartam hanc intercessione Episcopi pro Argentinensibus impetratam fuisse prodit, quam pro se ipso petiit atque obtinuit Erchenbaldus.

(*e*) Merseburgum, Minda, Colonia, Wormatia, Spira, Comitivam quoque suam sub Ottonibus ad Episcopos translatam viderunt, ut Ditmarus, Chronicon Mindense, Coloniense, Schannatus atque Lehmannus testantur.

(*f*) Diploma An. DCCCCLXXXII. scriptum indicatur Salerni, quod librarius errans vel corruptor in *Saberne* mutavit, Tabernis Alsaticis, ubi Episcopi sedes est, datum fuisse credens, quod & Obrechtus, re non satis examinata, admisit. Otto II. enim ab An. DCCCCLXXXI. ad An. DCCCCLXXXIII. quo obiit, non excessit Italia, Romæ quoque sepultus. Spurium ergo declarandum esset Diploma, si authenticum extaret, atque *Zabernia* prognatum se diceret.

(*g*) Conring. *de Repub. Imp.* pag 67.

(*h*) Cap. LI.

(*i*) *Blutvogt.*

(*k*) *Breviēulum Jur. Episcop.* Cap. IV. Advocatorum tempore sueinorsi in patibulo mobili suspensi sunt Illwickersheimii.

(*l*) Cap. II. num. 4. fqq.

(*m*) Annal. Colmar. An. MCCLXXXIII. Quam falsa ergo Kopnigshovii *Chron.* pag. 1071. sententia est, qui nonnisi post Landgraviorum interitum Argentinam Advocatum accepisse arbitrantur.

præſentibus, judicaret de crimine. (*n*) Jacobus, Lichtenbergenſium poſtremus, cum An. MCCCCLXXX. moreretur, Philippus, Hanoviæ Comes, fratris ejus filiæ maritus, in maxima terrarum parte ſuccedens, Advocatiæ quoque inveſtituram ab Epiſcopo accepit, atque deinceps judicium colli civitati reliquit, *Bannum ſanguinis* (*o*) ſibi reſervans, quem una cum Burggraviatu Bockiis in ſubfeudum conceſſit. Senatum tamen jam An. MDVIII. & MDIX. Ordinationes ſuper ſupplicia furcæ, gladii, ignis, rotæ, feciſſe reperio. Omnia denique Advocatiæ jura cum turribus illis civitatis, quæ carceri ſervierant, pro 2000. florenis aureis Hanovio-Lichtenbergici vendiderunt. (*p*) Joh. Reinhardus Hanoico-Lichtenbergenſis An. MDCIX. Advocatum hereditarium Argent. cum in literis ſe appellaſſet, Argentinenſes proteſtati ſunt contra. Fridericus Calimirus denique in literis, ad Magiſtratum Argent. An. MDCLXVI. ſcriptis, declaravit, axioma hoc juribus civitatis non fore fraudi.

## §. DCXIV.

Sculteti. Sculletus, qui etiam Cauſidicus, ſub-ſculletum (*q*) & alios duos judices inferiores (*r*) elegit; unde tria Sculteto ſubordinata judicia, quibus ſingulis ſui erant ex opificibus aſſeſſores. Sculteti autem ipſius judicio quinque aſſederunt Scabini. Tres præcones vel Heimburgenſes præſto erant Sculteto, (*s*) ut & cippi ſeu carceris cuſtos. (*ſ*) Scultetus, ut reliqui in urbe officiales Epiſcopi, ex civibus deſumtus. (*t*) Judicia Sculteti habita primum ſub dio prope ædem D. Martini, ubi hodie curia nova, (*u*) eaque deſtructa, ad D. Barbaræ Capellam; quandoque in ipſa carceris domo. (*w*) Scultetus ruſticos litigantes in urbe & Judæos judicavit, vel judicem illis dedit Judæum. Recipere potuit cives, infra X. libras Argent. poſſidentes; (*x*) qui majora bona adepti, ad jus civitatis plenum admiſſi ſunt. Sculteti munus, nobilibus olim viris commiſſum, Zorniis denique datum in feudum Bertholdi Epiſcopi literæ An. MCCCXLIII. declarant, Scultetatus officium civibus Argent. pro 700. marcis argenti oppigneratum fuiſſe. An. MCCCCXXVI. Nic. à Groſtein illud, dum viveret, pro annua penſione 25. librarum tradidit civitati. Auctoritas judicii hujus ab An. MCCLXIII. jam imminui cœpit. Extat Johannis Epiſcopi Capitulique decretum An. MCCCLIV. quo Scultetatus reſtaurandus decernitur. (*y*) Circa An. MDXXVIII. Melchior Dolphe ſub-ſculletus de judiciorum ſuorum contemptu ad Epiſcopum multa perſcripſit. An. MDCIV. Hagenoenſi transactione (*z*) reliquæ judicii hujus ad civitatem perve-nerunt; quæ urbico illud primum judicio, dein Senatui Minori utrumque conjunxit.

## §. DCXV.

Burggra-vius. Epiſcopi Palatium cuſtodivit *Burggravius*, cui in urbis artifices & opifices, quibus magiſtros (*a*) præfecit, inſpectio quoque competiit. Liquidarum & non liquidarum rerum menſores (*b*) conſtituit, ſuos habens accenſos. (*c*) Salarii loco ex eſculentis & potulentis vectigal percepit. Burggraviatus nunc annuus fuit, (*d*) nobilibusque commiſſus, (*e*) nunc datus in feudum; unde in proprium denique nomen familiæ *Burg-*

(*n*) Quod exemplum An. MCCCXXII & Wilhelmi Epiſc. charta An. MCCCCIX. me docent.

(*o*) Judicium colli, *Holtgericht*, ubi de fama, Judicium ſanguinis, *Blutgericht*, ubi de vita. Prius frequentius dimnat ad numellas, *Halsriſſen*, unde *Halsgericht*. Besoldus in *Thesauro Practico* in voce *Blutbann*, exiſtimat, judicium colli eſſe cognitionem criminis, *Blutgericht* ſupplicium ipſum.

(*p*) Hic finis Advocatiæ Argent. cum fuerit, graviter à Schwartzbischio erratum, quod in *Diſſert. Principatum Moſellæ Auſtrali* pag. 526. ſcribit: " Advocatia Argent. poſtea ceſſavit, quum auctore " Ruperto Palatino Civitates Imperiales hoc onere " liberatæ Vogtos ſive Advocatos habere deſierunt. " Baſilienſes An. MCCCXLVIII. Advocatiam, An. MCCCLXXX. Scultetatum ab Epiſcopo ſuo redemerunt. Urstis. *Epit. Hiſt. Baſil.* pag. 237. 239.

(*q*) *Ober und unter Schultheiß.*

(*r*) Judicia hæc vocabuntur *die Hindere Gerichte*, *die 3. Untergerichte*; item *die Drey gericht des Stockgerichtes*, quæ judicia Senatus ex Scabinis inſtruxit. Judicia fora dividebantur quoque in citeriora & ulteriora, *vordere und hintere geiſtliche Gerichte.*

(*s*) *Waibel, Buttel.*

(*ſ*) Cippariius, *Stockwart.* Cippus medio ævo inſtrumentum, quo reorum pedes conſtricti, ut Januensis in *Catholico*. Item pro carcere. Baldricus *in Chron.* Scultetus ſuos quoque habuit Lictores, *Stockbutten*. Eidem ſubjecti *die Bittger*, excoriatores, unde *Bittger-gaſſ*, ubi excoriatores.

(*t*) Vi Transactionis cum Guilielmo Epiſc. An. MCCCXCV. f. Cæt.

(*u*) *Brevioulum Jur. Epiſc.* Cap. III.

(*w*) *In dem Stockhauſe, do der Stock amd das gerichte jetze ſynne iſt.* Charta An. MCCCCXII. Unde etiam dictum *das Stockgerichte*, quod à *Stattgericht* diſtinguitur, cui Sub-ſculletus præſedit.

(*x*) Dicti ſunt *Schultheißburger*, *Klein-Burger.*

(*y*) Chartular. membr. Archivi Epiſcop. Ab An. MCCCCLXII. Scultetо non amplius licitum fuit, civem in domo aut in platea prehendere.

(*z*) Præceſſit jam An. MDXCVII. majoris Capituli conceſſio & An. MDCII. Molsheimenſis tranactio prævia.

(*a*) *Zunftmeiſter.*

(*b*) *Seyzere.*

(*c*) *Gerichtsbutten.*

(*d*) An. MCCLVIII. hoc Epiſcopus cum Capitulo decrevit.

(*e*) Bockii, ad quos ſub-Advocatia per Lichtenbergenſes pervenit, Burggraviatum quoque poſſederunt. Schadaus *Chron.* Mſ. pag. 67.

*Burggraviorum* tranſivit. (*f*) Burggravialis judicii ſedes erat in Palatio Epiſcopi, (*g*) ubi nobiles Scabini aſſidebant Burggravio; at ſec. XVI. judicium hoc habitum in tribu piſtorum. An. MDLVI. abolitionem ejus Epiſcopus petiit, civitasque conſenſit ea conditione, ut judicio Sculteti duo adderentur Scabini. (*h*) De monetario, Epiſcopi officiali, ſuperius (*i*) actum.

Inter urbicos officiales Epiſcopi Telonarius vel portitor Burggravium ſecutus eſt; telonii cellæ præfectus; (*k*) minora telonia per ſub-officiales exercens. Ad cellam hanc deferebatur mercium in urbem & ex urbe portandarum, imo & transeuntium, vectigal. Immunitatem & aſyli jus ei Senatus Argent. An. MCCCXXV. conceſſit. (*l*) Telonario ſeptem pontium in urbe incubuit cura. Munus hoc etiam plerumque in nobilium manibus fuit. Primus inter telonarios Argent. quem novimus, Gelfradus in charta Lotharii II. An. MCXXIX. & deinceps Henricus de Mullenheim An. MCCCXIV. occurrit. Epiſcopus penſiones & reditus annuos Equeſtribus familiis ex cella hac percipiendos aſſignavit in feudum. (*m*) Bertholdus Epiſc. An. MCCCXLIII. cellam telonii civitati Argent. pro 1400. marcis oppigneravit. Idem An. MDXCVII. factum eſſe teſtatur SCHILTERUS. (*n*) Cellam hanc, ut & Burggraviale Scultetique judicium eidem civitati Epiſcopus An. MDXL. emendam obtulerat; oblationis nulla habita ratio. (*o*) Hagenoenſi denique Transactione An. MDCIV. cella hæc ad Civitatem cum penſionum adhærentium onere tranſivit. Telonarius.

## §. DCXVI.

Ex variis his, quæ Epiſcopus in urbe exercuit juribus, non potuerunt non variæ inter eum & urbem lites, imo & bella, prognaſci, quæ ſec. XIII. & XIV. præſertim vigeruntque; unde variæ transactiones & conventiones prodierunt. Transactio, cum Henrico Geroldseckio An. MCCLXIII. ſynodo provinciali firmata, ſubſequentium fuit norma & baſis; qua ſua civitati libertas, ſenatum conſtituendi jus, jus item circa almendas, circa Hoſpitale, relinquuntur; miniſterialium Epiſcopi in urbe reſtricta poteſtas. Alia cum Johanne & omni Clero An. MCCCXIV. ratione immunitatis Eccleſiarum, ut & ædium Cleri, Clericique ipſius: item cum Friderico Blanckenhemio An. MCCCLXXXV. ſuper Pfalburgeros, vel exteros cives, in Epiſcopatu habitantes, quorum jura coarctata ſint, incolis Epiſcopatus in urbem, civibus ex urbe in Epiſcopales terras, migrare permiſſum. Statutum præterea, ut bona civium, in terris Epiſcopi ſita, nihil ſolvant Epiſcopo; omnibus tamen Epiſcopalium officialium, quoad paſcua, ſylvas, aquas &c. juribus utantur: novum telonium in Epiſcopatu non erigatur. Gravaminibus ſuis in civitatem renuntiavit Epiſcopus. An. MCCCXCIII. cum Burcardo Antiſtite ratione monetæ cudendæ civitas convenit. Inter plurimas cum Guilielmo à Dieſt transactiones eminent, quæ An. MCCCXCV. MCCCCVI. XXII. XXIII. & XXVIII. compoſitæ ſunt. Conradus Elector Moguntinus & Bernhardus Marchio Badenſis conciliatores fuerunt ſecundæ. Tertiam Ludovicus Elector Palatinus promovit. Omnium ſumma huc redit: civitatis jura, privilegia, conſuetudines, tribunalia, mores & inſtituta ſubſiſtant; Fabrica ſummi Templi, Hoſpitale publicum, almendæ, jus monetandi, porta Epiſcopi, & quæ à longo jam tempore in civitatis poteſtate erant, in eadem permaneant. Nova telonia abolita, jus conductus ſervatum Epiſcopo. Uſsburgeratus recuſandus ſubditis Epiſcopi. Epiſcopus civitati, Civitas Epiſcopo, mutuam fidem amicitiamque adjurent; litibusque inter partes ortis, res auſtregis componantur ſeu arbitris. Transactione An. MCCCCVI. reditus omnes Epiſcopatus à triumviris adminiſtrati fuerant. Rudolphum ab Andlo Epiſcopus, Hugelmannum Vinſtingium Canonicum Capitulum, Ulricum Bockium Senatus Argent. ad decennium conſtituerunt. An. MCCCCXCI. inter Albertum Epiſcopum & civitatem conventum, ut Eccleſiaſtici judices cauſas rerum civilium, quæ cives reſpiciunt, ad Senatum remitterent, idque vice verſa fieret à Senatu. Sed & cum Capitulo ſolo multoties transegit Senatus; qui in turbis cum Epiſcopo plerumque expertus eſt Capitulum favens; quod officia, Epiſcopatui præſtita, non ſemel laudavit. (*p*) Fabricam Eccleſiæ majoris An. MCCCXCV. & MCCCCXXII. Guilielmus Epiſcopus & Capitulum reliquerunt Transact. cum Epiſcopo.



(*f*) HERZOG. *Chron. Alſat.* Lib. VI. pag. 158.
(*g*) *Breviculum Jur. Epiſc.* Cap. XV.
(*h*) CLUSSRATH. Mſſ. voce *Burggraven-Gericht.*
(*i*) Pag. 324. §. DXCVI.
(*k*) *Zollheller, Zollteuder.*
(*l*) Cod. membr. ſec. XV. de Cellæ telonariæ juribus. Archiv. Argent.
(*m*) Enumerat eas Codex allegatus.
(*n*) Ad *Chron. Koenigshov.* pag. 706.
(*o*) CLUSSRATH. *Miſcell.* Mſſ. in voce *Zollheller.*
(*p*) In fœdere An. MCCCCXVI. Capitulum appellat Magiſtrum & Senatum Argent. *ſeine beſonders gute freund; die dem Biſtum und dem Stift je und je allzeit hülflich und troſtlich geweſen.*

reliquerunt Senatui. (q) An. MDLXI. d. 9. Jun. Transactio Weilenſis inita, qua civitati majorum modo reparationum relictum eſt onus. At An. MDCCXV. ſolenni porro transactione, quam Aula probavit, conventum, ut quotannis mille ſcutatos fabrica perſolvat Capitulo, quod ex ſumma hac cæteras, ſpeciatim & interiores, faciat impenſas.

## §. DCXVII.

Antigrapha Epiſcopo-rum

Epiſcopi, uſque ad Francicum Egonem omnes, ſub Antiſtitii initio, literis, jurejurando firmatis, poſtquam caviſſent Capitulo, eadem quoque ratione caverunt civitati. Civitas non juravit viciſſim, quia annuæ ſolennitati interfuit Epiſcopus, qua novus Senatus *Eccleſiæ honorem*, *civitatis utilitatem* & *honorem*, ſe promoturum (r) juravit. (s) Epiſcopus initio regiminis civitati juravit & antigraphum (t) dedit. Quo tempore primum id fecerit Epiſcopus, non equidem reperio. (u) An. MCCCCXL. Rupertus ſuum antigraphum ſcripſit, in quo moris id eſſe, (w) adeoque à deceſſoribus jam factum, fatetur. An. MDXLIV. jusjurandum præſtitit Eraſmus. An. MDLXXVIII. Jo. à Manderſcheid Epiſc. in Palatio ſuo Tabernis Argentinenſium legatis ipſe juravit, & jusjurandum viciſſim à legatis accepit. Idem fecit Carolus Cardinalis Lotharingus, *manu cordi impoſita*; (x) quam formulam literis, d. 10. Jan. An. MDCV. Nanceji datis, omiſit, debilis manus quod eſſet.

## §. DCXVIII.

Judicia Eccleſiaſtica.

De Eccleſiaſticis Epiſcopi in urbe judiciis nobis ſermo non eſt, quæ ab omni ſeculorum memoria Argentinæ perſtiterunt, quæque Joannes Epiſcopus An. MCCCLXVI. Guilielmus An. MCCCXCV. Eraſmus & Jo. Manderſcheidius, alio nunquam ſe translaturos promiſerunt. (y) At ſchiſmate poſt Jo. Manderſcheidii mortem inter Canonicos orti, Carolus Lotharingus tribunal Eccleſiaſticum cum Canonicis, Vicariis, Capellanis, ex urbe Molshemium transtulit; unde, Argentina ad Gallicæ imperium An. MDCLXXXI. translata, cum omni Clero in urbem reductum.

## §. DCXIX.

Regimen urbis.

Regimen Argentinæ aut forma ejus interior ſub Francis & ſub Germanis ad Ottones uſque eadem fuit. Miſſus regius vel cæſareus jura fiſci, ut in aliis urbibus, exercuit; qui antiquiore ævo Comes, Vice-Comes, dein Advocatus, Scultetus, Burggravius, (z) quandoque Major, appellatus: monetam, telonia, judicia quædam, merum mixtumque imperium, Cæſaris nomine procuravit. Comitis Argentinenſis veſtigia alibi jam à nobis expoſita ſunt. (a) Urbicos hujus generis Comites Geneva, (b) Veſontio, (c) Spira, (d) Wormatia, (e) Treviri, (f) Metæ, Tullum, Virodunum, (g) aliæque urbes viderunt; quorum nonnulli deinceps Comites Epiſcopales ſunt facti. Comiti

(q) Inſtrum. in Arch. Argent. Conf. ſupra pag. 292. §. DXLII.

(r) *Der Stift ehr, der Statt nutz und ehr.*

(s) Idem Baſileæ, Spiræ, Wormatiæ, alliique Imperii urbibus, Epiſcopatuum capitibus, obſervatur.

(t) Reverſales.

(u) Friderico Spir. Ep. jam An. MCCLXXXVIII. Spirenſi civitati *hujusmodi* literas dedit. LEHMANN. *Chron. Spir.* Lib. V. Cap. CXIV. BUDER. *de Capitulationibus Epiſcopor. Germ.*

(w) *Wie ſich dann ein Biſchoff gegen der Statt Straßburg verſchreiben, ſförmaren und Brief geben ſoll.*

(x) *Mit aufgelegter Hand auf unſer Hertz.*

(y) *Daß die geiſtlichen Gerichte ewiglich bey der Statt bleiben.*

(z) Coloniæ Agrippinæ, Noribergæ, Magdeburgi, hoc nomen invaluit. HAHN in *Burggraviatu Ubio-Agripp.* pag. 173.

(a) Tom. I. pag. 702. Kœnigshovii vicus Comitis, *Grafengaſſ*, diu nomen ſervavit. In libro Almendæ archivi Argent. legitur: *Graven gaſſe bey Carthenſer Landſtraſſ anfangend zur linckon hand u. gegen S. Gallen gaſſ gebend.* In ſuburbano itaque hoc imperiali palatio, poſt traditam Epiſcopo comitivam urbis, Comes quoque imperialis ſedit, qui comitatum fiſci ruralem, de quo pag. 192. ſq. adminiſtraſſe videtur, antequam & hic committeretur Epiſcopo. Imo nec tum palatium iſtud vel Comite vel villico carere potuit, quod imperiale ſemper permanſit, ac dimidia redituum Comitatus pars, uti oſtenſum, ad Imperatorem deinceps quoque ſpectavit.

(b) SIGON. *Hiſt. de Genève.*

(c) Henricus VI. Imp. in Charta MCXC. ait: „ Vice-Comes & Major Civitatis Viſuntinæ, qui ibidem „ Jurisdictionem temporalem authoritate noſtra dicunt „ ſe habere.„ DUNOD. *Hiſt. de l'Egliſe de Beſançon* Tom. I. *Preuves* pag. 54.

(d) LEHMANN *Chron. Spir.* Lib. IV. Cap. VII.

(e) SCHANNAT. *Hiſt. Wormat.* pag. 198.

(f) Adelardus An. DCCCLIII. Odoacrus An. DCCCXCV. Comites Trevir. occurrunt. Poſt Wigerium An. DCCCCII. Comitiva ad Archiepiſcopum Ludovici Infantis juſſu devenit. HONTHEMII *Hiſt. Trevir.* Tom. I. ad hunc annum.

(g) Comitatus Virodun. ab Henrico V. Imp. datus Comiti de Grandipratio, ALBERICUS An. MCXXIII. *Chron. Monaſt. S. Vitoni Virod.* An. MCXXII. LABB. *Bibliorth. Mſſ.* Tom. I. pag. 401.

Comiti fuit subſtitutus ſenatus, in quo, ex veteris ævi more, prævaluit nobilitas. Ariſtocraticum hoc regimen ad An. MCCCXXXII. duravit, quo Argentina in Democratiam, ariſtocratice temperatam, converſa. Senatus in utroque conſiderandus eſt ſtatu; qui ut rectius intelligatur, nonnulla de curiis præmittenda & tribubus. (*b*)

## §. DCXX.

In Curias diſtributi ſunt nobiles, quarum octo (*i*) reperio; quibus præfuit Magiſter, qui & Magiſter civitatis (*Stettmeiſter*) dicebatur; ex nobilitate ſemper electus. (*k*) Iisdem curiis honoratiores ex plebe, quin & nautæ, frumentarii, reſtiarii, carpentarii, pelliones, vinarii, falſamentarii, attributi fuerunt. (*l*) At An. MCCCLXII. omnibus plebejis injunctum, ut curiis relictis ad tribus transirent, quarum numerum curiæ nonnullæ, tum in tribus converſæ, auxerunt. Nobilium Curiæ.

Tribus viginti & octo ſeculum XIV. numeravit. An. MCCCCXLII. Tribus pictorum, panni tonſorum, navicariorum, vinariorumque ob paupertatem abolitæ, aurifabris, pannificibus, nautis & falſamentariis junctæ. Idem An. MCCCCLXXXII. aliis quatuor tribubus evenit. Tribuum numerus pedetentim ad viginti, quæ nunc ſuperſunt, reductus. (*m*) Patritiæ tamen quædam familiæ (*n*) adſcriptæ ſunt Tribubus. Tribus civium.

## §. DCXXI.

Sub Ariſtocratica forma Senatus mire variavit; ſenatorum numero nunc imminuto, nunc aucto. An. MCCXXV. duodecim ſenatores literas ſignarunt, additis verbis: *Interfuerunt & alii plures.* (*o*) Quinquennio poſt viginti quatuor compoſuerunt Senatum, inter quos Scabinorum Magiſter, pluresque Scabini. An. MCCXXXVII. duo Magiſtri Burgenſium, non Scabinorum, in Senatu occurrunt. Duodecim minimum ut eum componant, anno ſequenti decretum. (*p*) An. MCCXL viginti & Senatus antiquus.



(*b*) Vulgi ſermone *Conſtoffer und Handwercker.* Curia Germ. *Staffel*, *Conſtaffel*: Nobiles curiis adſcripti *Conſtofeler* dicti ſunt; quod, curiis quoque abolitis, ad noſtra uſque tempora perdurat nomen. Crederes derivandum id eſſe à tabula, uti apud Francos *Chevalier de la Table ronde*, *la Table de marbre.* Illi errant omnino, qui à latino *Cohorsſalubris* derivant. Verior conjectura à gradibus, per quos aſcendebatur ad curias, uti judicium *Staffel gerichd* apud Weiſſenburgenſes nomen traxit à gradibus, prope quos haberi ſolebat. Quin & convivales ſtubæ armigerorum, *Conſtoffer Stuben*, *Conſtaffer Trinckſtuben*, appellabantur hæ curiæ, quod in illis nobiles compotare ſolerent.

(*i*) Prima ad Scalam altam, (*Zum Hohen Steg*) quæ ſita fuit e regione cœnobii cognominis hodierno, & quidem cis foſſam. Secunda ad Lapidem molarem (*zum Mahlſtein*) prope Bruſcam, ad introitum vici Kalbæani. Tertia ad Navem, (*zum Schiff*) quæ poſtea in tribum nautarum converſa. Quarta ad Epiſtolam, (*zum Brieff*) prope pontem D. Nicolai, à dextra viculi, cui à navibus nomen, *Schiffgeſſlein*; tresque aliæ anonymæ. Duæ priores ſunt reliquis notiores, quod in prima Zornii, in ſecunda Mulnhemii curiales, quodque poſt ceteras fuerunt abolitæ. In quartæ abolitæ locum ſucceſſerant duæ, una prope viculum Bockiorum, trans Bruſcam, *Bockengeſſlein*, qui ab ædibus Bockiorum, obi dein Wormſeri, nomen accepit; altera cis Bruſcam, quæ deinceps in tribum vietorum converſa eſt. His à Koenigshovio Cap. V. §. Cl. memoratis, addenda eſt ſeptima cis pontem Thomanum. *Sechs Conſtoffer Stuben* ſine adjectis nominibus memorantur in veteri reſtitto: *Alt Articul-Buch* F. fol. 28. In Ordinatione bellica An. MCCCXCIV. octo occurrunt: 1. *Conſtofel zu S. Peter*. 2. *vor dem Munſter*: 3. *in Kalbsgaſſe*. 4. *S. Niclauſe*. 5. *in Spettergaſſe*. 6. *zu S. Thomas*: ubi hodie *die Schaferey*. 7. *an der Oberſtraſſen*. 8. *am Hohwege*. Equitum clavus geſtantium (*Gleiſen*) diſtributio ſecundum Conſtofelas haſ facta eſt. Wenckeer von *Clevers-Burgeren* pag. 61. Turicenſes nobilium curiam hodieque *Conſtaffel*, Senatores nobiles *Conſtaffel-Herren*, appellant. Bluntschli *Memorabilia Tigurina* pag. 565. Leu *Helvetiſcher Lexic.* Tom. V. pag. 421. Curiæ apud Bernates *Geſellſchaften* dicuntur. *Delicia urbis Bernæ* Cap. LI.

(*k*) In legibus Argent. de Uſsburgeris An. MCCLXII. legitur *Conſtofeler-Meiſter.* Wenckeer. *de Uſsburg.* pag. 116.

(*l*) Koenigshovii *Chron.* Cap. V. §. C.

(*m*) Ordo tribuum hic eſt. 1. Nautarum, quæ An. MDXVI. ab anchora cœpit appellari, ab An. MCCCCLXXI. primum obtinet locum, quum antea mercatores ordine primi fuiſſent, nautæ ſecuenti. 2. Mercatorum, cujus inſigne frœculum ſphæricum eſt. 3 Lanionum, quæ An. MDXXII. florem ſibi ſymbolum fumſit. 4. Cauponum, quæ An. MDXVII. liberorum civium (*Freyburger*) nomen accepit. 5. Textorum ſive fullonum. 6. Molitorum, frumentariorum & tonſorum, quæ ab An. MDXXII. à lucerna, imo ab antiquiore tempore Magiſtratus cœnaculum, (*Herrenſtub*) dicitur. Conſul & Senatores ibi, ſubinde & in aliis tribubus, epulari ſunt publicæ. 7. Salſamentariorum & Reſtionum, quæ ab An. MDXXI. Æthiopis (*Mohrin*) inſignita eſt nomine. Eidem qui arborum fructus vendebant, (*die Oſter*) adſcripti erant. 8. Aurifabrorum, pictorum, typographorum, bibliopolarum & bibliopegarum, quæ à grallis (*Stelzen*) appellatur. 9. Piſtorum. 10. Pellionum. 11. Vietorum. 12. Coriariorum. 13. Vinariorum, *Weinſticher*. 14. Sartorum. 15. Fabrorum ferrariorum. 16. Sotorum, *Schuelſutere*, unde contracte *Schuſter*. 17. Piſcatorum. 18. Fabrorum lignariorum, quæ in platea *Zimmerleutsgaſſ* fuerat, inſigne habens *zum Pimpernuſſ*. 19. Hortulanorum & olitorum, quæ duas alias tribus ſibi habet. 20. Cementariorum. Viginti harum tribuum inſignia vid. in maximi moduli nummo argenteo Tab. Numiſm. III. num. 8.

(*n*) Quas Guilielmus Epiſcopus *Geſchlechter* appellat in charta An. MCCCCXXXVII. ubi: *Die Hufſgenoſſen und die Geſchlechte, die das Recht von unſern Vorfarn, ſonfern Stiffs und von uns, an der Munſter zu Strasburg hant.* Nobilitatis prærogativa fuit olim, nomen gen ile habere. Plebeji ergo hoc jure potiti, gradum aliquem nobilitatis adepti ſont, unde *Geſchlechter. Repertorium Juris Publ. & Feud.* pag. 504.

(*o*) *Alt Articul-Buch* cum literis A B C D &c.

(*p*) *Das XII. oder mehr, thuen es mit, des Rhats ſein ſollen.*

& uni Senatoribus, ac Magiſtris burgenſium duobus, Scabinorum & officialium (*q*) conſenſus acceſſit. An. MCCLV. inter quindecim Senatores unus *Alagiſter civitatis* comparet, cujus nominis prima hæc mentio. (*r*) An. MCCLXXXI. quatuor Magiſtros, totidem Equites novemque Senatores, qui ſubinde & Conſules dicuntur, reperio. Inde mox octo, mox ſeptem, mox quatuor, opifices cum nobilibus in Senatu ſederunt. (*s*) Sub poſtrema Ariſtocratiæ formæ periodo, quæ ultra xx. annos duravit, viginti quatuor Aſſeſſores, nobiles omnes, vel certe plerique, compoſuere Senatum; ita mutatum quotannis, ut ex veteri Senatu quatuor Magiſtri eligerentur in novum, qui fine Auguſti, quandoque Septembris, in Epiſcopi horto civibus fidem adſtrinxit.

Democraticam formam An. MCCCXXXII. cum induiſſet Senatus; in ea quoque conſtituenda per centum & quinquaginta annos Civitas variavit, vel ratione numeri ſenatorum utriusque claſſis, vel ratione temporis, quo Senatores ſuum gererent munus. Ex ſingulis enim tribubus cum deſumeretur ſenator; ſenatorum numerus cum tribuum quoque numero mutatus. Sed & in numero Senatorum variarunt nobilium, ita tamen, ut plebeji prævaluerint ſemper. (*t*) An. MCCCCXXXIII. ſtatutum, ut electio novi Senatus fiat die Jovis poſt ſeptimum nativitatis Chriſti, & ut quindecim Scabini ſingularum tribuum ſuum eligant Senatorem; cum vetus antea Senatus elegerit novum. Statutum inſuper, ut Magiſtri quatuor civitatis ex nobilium ac civium ordinibus ſumantur. (*u*) An. MCCCCLXXII. denique decretum, ut nobiles tertiam tantum Senatus partem componerent; quo factum, ut ex illis decem, ex plebejis XX. cum Conſule ſuo An. MCCCCLXXXII. in ſenatu eſſent: quæ forma, ab eo tempore ſubſiſtens, jam exponenda ulterius.

## §. DCXXII.

Senatus hodiernus.

Senatores triginta, qui componunt Senatum, non annui, ut antea, ſed biennales ſunt, adeoque quindecim modo Senatores novi quotannis creantur. Decem illæ Tribus, quarum Senator, biennio finito, Senatu diſcedit, per Scabinos ſuos, poſt auſpicia anni, novum eligunt Senatorem. Decem Senatores novi cum veteribus decem tribus repræſentant omnes, atque conjunctim in curia ſuum eligunt conſulem. (*w*) Eodem modo dimidia Conſtaflerorum pars quotannis mutatur. An. MCCCCXXXI. Senatores ſecundum ordinem tribuum ſedere cœperunt, antea enim ſedebant promiſcue. Quatuor per hebdomadem Senatorii ſunt dies. Senatus merum in civitate imperium exercet, ac omnia forenſia. Judicii eadem, quæ in Camera Imperii, forma eſt. Tres

(*q*) *Schoffen u. Amman*, de quibus infra.

(*r*) Deſint omnino Magiſtri civium vel *Burgermeiſteri* nomen An. MCCCLXX. eique appellatio Magiſtri civitatis vel *Stettmeiſteri* ſucceſſit. Variarunt mirum in modum Imperatores, ad civitatem Argent. ſcribentes. Fridericus II. in literis ſuis An. MCCXII. habet: *Scultetо, Magiſtro Civium, Conſulibus, & Civibus Argent.* Item: *Strenuis & Prudentibus Viris, Magiſtro, Scultetо, Conſulibus & Univerſitati* &c. Item *Gotzlino de Kagenegge Magiſtro & Conſulibus Civitatis Argent.* quæ cum hodierna formula: *Meiſter und Rath*, cui Magiſtri vel Prætoris nomen præmittitur, egregie conſpirat. Conſules enim Senatores vel Conſiliarios hic denotant. Henricus Rex Rom. Landgr. Thuringiæ, An. MCCXLVI. ſcribit: *Dilectis ſibi Magiſtris, Conſiliariis & Univerſitati Civium Argent.* WENCKERI *Apparat. Archivor.* pag. 164. Formula Germanica, hodie recepta, *Meiſter und Rath*, An. MCCLXXXI. primum, & in Ludovici Bavari literis An. MCCCXL. occurrit. Carolus IV. An. MCCCXLVI. *Magiſtris Conſulum, Conſulibus ac Univerſitati* &c. Item Germ. *Burgermeiſter, Rate und Burger* &c. Ita quoque annis ſequentibus plerumque. An. MCCCLVI. latine: *Magiſtro Civium, Conſulibus ac Univerſitati Civitatis Argent.* eodemque *Meiſter, Rate und Burger gemeiniich der friben Statt zu Strazburg.* Eodem *Magiſtris Civium, Conſulibus & Univerſitati Civium Civitatis Argent.* Item An. MCCCLX. *Magiſtro Conſulum, Conſilio, Judici & univerſitati Civitatis Argent.* An. MCCCLXI. ſimpliciter *dem Meiſter und dem Rate.* Eod. *dem Rat, dem Burgermeiſter u. den Burgern.* An. MCCCLXXIII. *Meiſtern, Reten u. Burgern.* Rupertus Rex Rom. in literis ſuis ad Senatum Argent. hac formula ſemper uſus eſt: *Ehrſame Meiſter u. Rath zu Strasburg.*

(*s*) An. MCCLXXXIV. viginti novem ſubſcripſerunt, è quibus XXI. axioma *Herr* præfixum, quod in reliquis octo, qui ex tribubus fuerant, omiſſum. An. MCCCVI. viginti Equites & quatuor Opifices; anno ſeq. ſedecim nobiles ſeptemque ex ordine civium in Senatu erant &c.

(*t*) Prima mutatio An. MCCCXXXII. contigit. In ſecunda anno MCCCXXXIV. octo nobiles cum duobus Magiſtris, quatuordecim ex ordine civico & viginti quinque ex opificibus cum duo quoque Scabinorum Magiſtro; An. MCCCXLIX. undecim nobiles cum quatuor Magiſtris, ſeptendecim ex civibus & viginti octo opifices cum Magiſtro ſuo, qui & Conſul dicebatur; An. MCCCLXXI. quatuor Magiſtri & Conſul ad decennium; An. MCCLXXXI. iterum annui electi fuerunt. An. MCCCCXVI. Conſul decedens nonnisi quinquennio poſt eligibilis. An. MCCCCXX. Conſul apud Minores Conventuales, non in curia, creatur. An. MCCCCLVI. dimidius tantum Senatus renovandus quotannis. An. MCCCCLXX. duo ſecim Conſtaffleri, viginti quatuor opifices & conſul reperiuntur.

(*u*) *Auff Ritterн, Knechten und Burgern.*

(*w*) In conſilis electione ſuffragia ſi æqualia ſunt, ſex ſcatulæ adhibentur, in quibus argentei oboli, (*Helbling*) quos inter unus aureus eſt; Scatulæ ſuper duas chartas, qu bus duorum Candidatorum inſcripta ſunt nomina, diſtribuuntur. Aureus Conſulem deſignat. Secuio ſuperiore ter accidit caſus. De primo adhuc legitur inſcriptio in quindecimviruli conclavi.

Tres civitatis Conſiliarii aſſident. (*x*) Lunæ & Saturni diebus Tredecimviri, Quindecimviri, XXI. viri (*y*) accedunt Senatui, & publica cum eo negotia tractant, rationes ærarii audiunt, electiones, ab aliis Collegiis factas, confirmant, Leges condunt, Privilegia concedunt. &c. Senatui ſub Democratia, ut in Ariſtocratico ſtatu, præſident Magiſter civitatis, vel Prætor, & Conſul. Sex viri Prætorii ſunt, quos inter trimeſtris hæc dignitas ambulat. Prætor regens exquirit ſententias. Acta publica ejusdem expediuntur nomine.

## §. DCXXIII.

Prætorem regentem Conſul excipit regens, qui convocat Senatum, primusque à Prætore rogatus ſuffragium fert. Hic minores res quotidie domi & bis per ſeptimanam in Curia judicat; res graviores ad fora majora remittit; Deputatos Reip. nominat; Senatum & Collegia, cum res exigit, extra ordinem convocat; Tredecimvirali Collegio intereſt. Penes eum claves erant & ſigilla civitatis. Conſulatus annuus inter Conſulares ſex ambulare ſolet, ita tamen, ut XX. Senatores liberam electionem inſtituant. In demortui locum eo demum tempore eligitur novus, quo defunctus iterum creari potuiſſet Conſul. Hic peculiari apud Argentinenſes nomine appellatur *Ammeiſter*; de cujus nominis origine multi multa ſcripſerunt. (*z*) Conſul.

Tredecimviri.

Aucta civitate Senatus, rerum tractandarum multitudine diſtrictus, alia paulatim Collegia, quæ ſuccurrerent, inſtituit. An. MCCCXXXIII. per XXVIII. ſelectos ex tribubus *Duodecimviri* (*a*) conſtituti ſunt, IV. ex nobilitate, (*b*) IV. ex Conſularibus, IV. ex opificibus (*c*) vel tribubus. Duodecimviris his Conſul annuus regens ſemper accedit, unde Tredecimviralis Collegii origo & nomen. Præſidet ei Prætor & Conſul regens; hic vero convocat Collegium. (*d*) In eo de arcanis & majoris momenti negotiis tractatur vel prædeliberatur. Eidem rerum militarium olim cura incubuit. Cameralis judicii formam induit, cum à majoris minorisve Senatus provocatur ſententia.



(*x*) Advocati Civitatis dicti, olim *Rathgeb.*

(*y*) Collegia hæc Senatui juncta *Rath und XXI.* publico ſtylo audiunt.

(*z*) Vox *Ammeiſter* Ammannorum Magiſtrum vel Præſidem denotat. Ammann hodieque apud Helvetios frequens; Germani ſuperiores *Amptmann* pronuntiant, atque voce hac indicant officialem. Officia Burggraviatus, Sculteatus, quæ Epiſcopus in urbe conſtituit, & quæ ab illis pendebant, dicebantur *die Aempter*; Officiales *die Ammann*, *Amtleuth*; ut patet ex Transactione cum Wilh. Epiſcopo An. MCCCCXXIX. An. MCCLVIII. Senatus Conſulto ſubſcripſerunt: *Von den Ammannen oder Amtleuthen Walter der Kiefermeiſter* &c. In Bertoldi Epiſcopi transactione An. MCCCL. legitur: *Von erbaltung der Ambachtsluite.* Sed & Ammanni nomen tribus cujusque Magiſtro (*Zunftmeiſter*) dabatur. Ammannus hos tribuum Burggravius Epiſcopi conſtituere ſolebat. *Amman-Meiſter* ergo magiſtrorum tribuum Magiſtrum denotavit. Nomen novum Magiſtratui plebis novo impoſitum, quod Magiſter ille, poſt introductam Democratiam, non modo ſcabinorum ſed & magiſtratuum in tribubus Magiſter creatus eſt; plebejorum omnium civium caput. Veteribus Tribuum Magiſtris tum ſubſtituti ſunt novi; non à Burggravio poſthac, ſed à tribubus annuatim eligendi, uti hodieque eligentur. Tum ergo Burggravii circa tribus imminuta & in novum Conſulatum translata poteſtas. Primus Magiſtratum novum hunc geſſit Burcardus Tuuingerus, in ſcriptis & in epitaphio latino apud SCHADAUM *Magiſter Scabinorum*, vernacule *Schaffas - Meiſter* vocatus; quod poſterius nomen ſub Ariſtocratia jam, ſed diverſo plane ſenſu, innotuit. Caput ille fuerat Scabinorum Collegii, qui jam tum plebem, per tribus diſpertam, repræſentarunt. Magiſter Scabinorum, ut & officiales tribuum, qui nunc *Ammanni*, nunc *Zunftmeiſter* dicebantur, in gravibus cauſis in Senatum vocati ſunt; quod Senatus decretum An. MCCXL. probat, ubi legitur: " De conſenſu Scabinorum & officialium. " In tranſitu annoto, quod Magiſter Scabinorum à Magiſtro Burgenſium plane fuerit diſtinctus. Plebejus ille ſcabinis in tribubus, hic nobilis Senatui, ex nobilibus tum compoſito, præfuit; qui hodie *Stettmeiſter*. Qui ergo, Ariſtocratia vigente, Magiſter Scabinorum appellatus eſt, cum Democratia An. MCCCXXII. exorta Magiſtrum officialium, *Ammann-Meiſter*, novo ſtilo vocitunt; quod non modo in Scabinos tribuum, ut Scabinorum Magiſter, ſed & in tribuum officiales, qui Magiſtri Tribuum dicebantur, magiſterium exerciturus effet. Veteris hæc rerum ſtatus momenta docuerunt me Schedæ Bernegerianæ Mſ. *Von veranderung der Regimenti*, quæ in Tabulario Argent. I. D. G. Lad. 69. num. 8. exiunt. Apud SCHILTERUM in Præf. ad *Konigshovium* legitur: *Hugo Gallus Schaffneumeiſter.* Magiſter Scabinorum ergo, qui Senatui olim nonniſi vocatus interfuit, ſub Democratia, Magiſtri officialium (*Ammann-Meiſter*) titulo, non ſummus modo tribuum præfectus, ſed & præcipuum civitatis caput Conſulque inter eſſe jam cœpit. Ab hoc quoque tempore officialium Epiſcopi nullus in Senatu comparuit; publicique adeo ſtatus apud Argentinenſes mutatione poteſtas Epiſcopi & nobilium imminuta; ſumma rerum translata ad plebem. Ita antiquatum in tribubus nomen *Ammanni*; quod officialium Epiſcopi auctoritas antiquata in tribubus. Formula tamen vetus, *Meiſter und Rath, Schaffen und Ammann*, adhibita in Fœdere An. MDXCI. d. 8. Dec. ſed non ſenſu antiquo. Genuina hæc vocis *Ammeiſter*, ex *Amman-Meiſter* contracta, origo; quæ Kœnigshovii etymologiam, ex *Handwerchsmeiſter* contractam, evertit. Germanica hæc denominatio *Conſulis* Argentinenſibus propria eſt; unde ex ipſis regiminis ejus repetenda vicibus. Baſilienſes per aliquod temporis ſpatium eadem voce ſunt uſi.

(*a*) *Zwoelffer.*

(*b*) *Conſtoffler*, ita tamen, ut non duo ejusdem clypei eligantur. CLUSRATH *Miſcell. Mſſ.* in voce *Dreyzehen.*

(*c*) *Von den Handtwerckern.*

(*d*) *Die XIII. gebrime Rath.*

## §. DCXXIV.

Quindecimviri.

Tredecimviralis Collegii ſuaſu (*e*) eodem quoque anno Quindecimvirale conſtitutum eſt, dignitate ſecundum; quod quinque nobilibus, decem non nobilibus conſtat, quos inter nec Conſularis, nec Conſul. Quindecimviri cuſtodes legum & conſtitutionum, œconomiæ curatores & cenſores publici ſunt, quorum cenſuræ omnium Collegiorum membra ſubjiciuntur. Iisdem inſpectio ærarii, monetæ, granarii, molarum, cellæ vinariæ, lignilis, vectigalium, puteorum, aromatum, emporii, ſalis, ſevi, ſimiliumque rerum, quæ œconomiam concernunt, ut & jurisdictio in Tribuum cauſis, commiſſa. Ex eodem ordine quatuor conſtituuntur Ædiles, quorum duo ſunt nobiles, ut & pharmacopœorum, typographorum inſpectores, præfectique incendiis. Collegium quotannis eligit duos, qui ſinguli per ſemeſtre præſident, (*f*) collegas, cum opus eſt, convocant, & qua de re agendum ſit, proponunt, rogantque ſententias. Duo ex eadem Tribu, ut & qui trigeſimum tertium ætatis nondum attigit annum, non eligibiles ſunt. Electio à Senatu & XXI. viris ſuſcipitur, & quidem intra octiduum. Ante An. MDXCIV. à Quindecimvirali ipſo fiebat Collegio.

Viginti-unumviri.

Tertius Ordo Viginti-unumviralis eſt. Mentio ejus jam An. MCCCCXVIII. occurrit. De origine ita conjicio. Majores annuum Senatus regimen, XX. Senatoribus civicis & Conſule conſtans, cum vidiſſent inſtabile, aliud quoque civicum eodem numero XXI. crearunt, quod ſtabile foret. Civicis ergo Tredecimviris octo & civicis Quindecimviris decem, alios porro tres ex civium claſſe addiderunt, qui XXI. viralem perpetuum componerent Ordinem, quem in gravibus negotiis ut conſiliarium, at cum ſuffragio, ſibi jungeret Senatus. (*g*) Viginti-unumviris civicis unus ex Nobilitate additus eſt, ne ab ordine hoc nobiles, ceterorum participes, viderentur excluſi. Succeſſu temporis Conſtaſterii X. reliqui, priſtino tamen XXI. virorum nomine manente, acceſſerunt.

Triplex hic ordo regimen *ſtabile* dicitur. Tres omnes collecti, Cameræ tres ſecretæ vocantur. (*h*) Quodſi quis ex ordine inferiore ad ſuperiorem promoveatur, aut morte decedat, in locum ejus, vel ex inferiore Collegio, vel ex Senatoribus aut Scabinis, intra triduum eligitur ſucceſſor.

## §. DCXXV.

Senatus minor.

Minor Senatus ſex Conſtaſteris & XVI. Senatoribus civicis conſtat, quibus Conſul decedens accedit Præſes. In eo teſtamentariæ, hæreditatum, poſſeſſionum, contractuum, debitorum, fidejuſſionum &c. cauſæ tractantur. Summa pecuniæ, de qua judicat, per temporum intervalla variavit. (*i*) Subjuncta huic olim fuerant minora quædam tribunalia: Oppidanum, (*k*) delectis ſeptem compoſitum Scabinis, in quo debita uſque ad trecentos florenos diſcuſſa atque bonorum ſubhaſtationes factæ. Judicia hæc abolita, cauſæ ejus attributæ Senatui minori. Septemvirale judicium, (*l*) cujus aſſeſſores ex Scabinis quoque deſumti, de rixis, injuriis verbalibus, cognovit; munditiemque urbis curavit. Quæ nunc judicium curat cenſorium. Sculteti judicium, ubi cauſæ pecuniariæ infra 20. florenos agebantur, Transactione Hagenoenſi abolitum eſt An. MDCIV. Erat præterea judicium reductionis, (*m*) An. MDCXXIX. inſtitutum, in quo de viliore moneta, belli tricennalis tempore cuſa, (*n*) diſcuſſæ ſunt lites.

Contractus civium medio ævo curiæ Epiſcopalis judex conſcripſit. (*o*) Succeſſerunt An. MDLXXXVII. Notarii jurati contractuum; Directoribus Cancellariæ ſubjecti. Peculiare deinceps Collegium, (*p*) quod in Cancellaria ſedebat, & An. MDCXXV. in aula Cancellariæ contractuum Senatus & XXI. virorum decreto conſtituta eſt Camera, ubi omnes inirentur contractus. An. MDCXLI. ſigillum proprium huic cameræ conceſſum. Ex

(*e*) Ordinatio XV. viris præſcripta Tredecim viros quoque habet auctores, à Scabinis & Ammanno confirmata An. MCCCCXXXIII. Vice verſa & XV. viri conſtitutionem XIII. viralis collegii ordinarunt. CLUSERATH *Miſcell. MSſt.*

(*f*) *Frauſachen-Meiſter*; unus ex nobilium, alter ex non nobilium ordine. Ille primo præſidet ſemeſtri.

(*g*) Unde *Rath und ein und Zwanziger*, quos Conſul novus in tribuum allocutione *Senatores*, *die alte Herren*, appellat.

(*h*) *Beſtandig Regiment. Die drei geheime Stubet.* Singularis eſt Formula: *Meiſter und Rath ſamt unſern Erwurdigen, den XXI.*

(*i*) An. MDCLXV. ad mille & ducentos flor. aſcenderat; An. MDCLXXXVIII. ad quingentos redacta.

(*k*) *Stattgericht*, aliquando & *Reiſſengericht*, denominatione ignota.

(*l*) *Die Sieben Zuchtiger. Das Siebner Gericht.*

(*m*) *Das Nachtragigericht.*

(*n*) Moneta corruptiſſima, *Kipper und Wipper Munze*, quæ ab An. MDCXX. per aliquot annos duravit.

(*o*) Legere ſcribereque tum vix poterant Laici. Formula ſolita *Coram nobis Judice Curiæ Epiſc. &c.*

(*p*) *Contract-Herren.*

Ex Collegiis, Senatui junctis, alia prodeunt minora. 1. Collegium Deputatorum, (*q*) cui Syndicus, Advocati & Consiliarii adlident, concluſa ſua Senatui & Collegiis junctis aperientes. 2. Collegium agri communis vel Almendæ habens rationes. (*r*) 3. Collegium, cui Archivi & Cancellariæ; (*s*) 4. Collegium, cui Privilegiorum conſervatio curæ; 5. Collegium præfectorum excubiarum. (*t*) Aliud munitionum vallationumque urbis (*u*) collegium ſublatum. Sequuntur judicia varia. 1. Cenſorium, (*x*) ſeptem olim, dein octo, qui ex Conſtafleris & Scabinis eligebantur, ab An. MDCCVIII. vero decem viris, Prætorio, Conſulari, XIII. viro, XV. viro, XXI. viro, Conſtaflero, Senatore & quatuor ſcabinis conſtans. Hoc morum in omnes incolas, monopolii, fraudis, nequitiæ cenſuram, atque generatim politiam urbis exercet; leviores injurias atque crimina punit. 2. Matrimoniale, (*y*) uno conſtans Prætore, Conſulari, Tredecimviro, duobus Quindecimviris & duobus Senatoribus ex majore Senatu. 3. Clientelare, (*z*) cui cura eorum, qui in clientelam urbis recipiuntur. 4. Tutelare, (*a*) quod pupillorum habet rationem, An. MD. inſtitutum. Tres ex eodem Senatorio ordine in eo judices ſedent.

## §. DCXXVI.

In ſingulis Tribubus ſunt XV. Scabini, principes tribus; ex quibus unus perpetuus eſt tribus Director, (*b*) ſtabili adſcriptus urbis regimini. Sequitur hunc tribus Senator, qui per biennium ſedet in Senatu majore. Ex his XX. tribuum Scabinis oriuntur Trecentumviri, qui Conſilium Scabinorum (*c*) dicebantur; quod ſub Ariſtocratia jam ſubſtitit, ſub Democratia auctoritate polluit majore, ita ut diviſis Senatorum ſententiis pronuntiaverit, imo & ſententiam, à Senatu latam, infirmarit quandoque. (*d*) In gravioribus cauſis ergo Scabinorum ſententiam exquiſivit Senatus, ſine cujus triumque collegiorum decreto convocari non poſſunt. Quum An. MDXLVII. Carolus V. minaretur civitati, Scabini in curiam vocati ſunt. (*e*) An. MCCLXX. Scabini ab omnibus civibus, dein à Senatu electi; hodie ab ipſis ſingularum tribuum eliguntur Scabinis. Eligendus viginti quinque ætatis, decemque civilegii annos debet habere. Scabini quotannis ex tribu illa, quæ in Senatu minore Senatorem non habet, collegam offerunt Senatui majori; qui ex oblatis, quos vocant *Adjunctos*, (*f*) unum in Collegium Triumvirorum ærarii, ex Scabinis conſiſtens, (*g*) unum in Collegium Triumvirorum ſtabuli, (*h*) qui colligunt cenſum; ceteros in Senatum minorem atque Dicaſteria inferiora, diſtribuit. Scabini.

## §. DCXXVII.

Prætor Directorem, Senatorem atque Scabinos, Magiſter tribus eſt, qui quotannis eligitur. Singulæ tribus tribunitios quoque judices (*i*) habent, qui de rebus tribuium, ad opificia ſua ſpectantibus, cognoſcunt, & à quibus ad XV. virale collegium provocationes fiunt. Judices non eodem in ſingulis tribubus numero ſunt, nec eodem omnes modo eliguntur. Sunt tribus, ubi XII. judices ſunt, ubi plures conſtituuntur. Sunt tribus, ubi tota tribulium concio; ſunt, ubi Scabini tantum; ſunt, ubi Scabini & Aſſeſſores tribunitii conjunctim, jus habent eligendi. In quibusdam Tribubus judicis honor perpetuus, in aliis annuus & ambulatorius eſt. Ita XX. Judicia tribunitia ſunt; quibus Lapidariorum Judicium peculiare ſubjungitur, de quo infra uberius. Præter hæc ex Tribulibus Tribuum à majore Senatu quotannis panum, carnium, molarum, à XV. viris vero ſalſamentorum, cannabis, coriorum, navium, vaſorum item ex auro & argento fabrefactorum, &c. inſpectores conſtituuntur. Judicia tribuum.

Poſtquam

---

(*q*) *Die verordnete Herren.*
(*r*) *Almend-Herren.*
(*s*) *Ober Cantzley-Herren.*
(*t*) *Oberwacht-Herren.*
(*u*) *Fortifications Herren.*
(*x*) *Policey-gericht*, olim *Zucht-gericht*. Ordinatio ejus An. MDCXXVIII. prodiit, cui pro circumſtantiis rerum novæ adduntur.
(*y*) *Ehe-gericht.*
(*z*) *Schirm-gericht.*
(*a*) *Vogtey-gericht.*
(*b*) *Oberherr.*
(*c*) In Literis Senatus ad Leopold. Imp. An. MDCLX. dicitur: *Der graviere von 300. mannen beſtehende Schöffenrath.*
(*d*) An. MCCCCXXIII. Regiſtrum publ. mſ. hujus anni.
(*e*) Ex Scabinorum collegio 114. cenſuerunt, rem ad omnem populum referri debere. At ſeſſione ſequenti 206. ſuffragiis decretum, ut ſoli res relinqueretur Senatui. Conclave peculiare in Curia eſt pro Scabinis. (*Schöffenſtube*) Decreti, Scabinis concurrentibus facti, formula hæc fuit: *Unſere Herren, Meiſter und Rath, Schöffel und Ammann.*
(*f*) *Zunnamer.*
(*g*) Conſtafleri ad annum uſque MCCCCXL. Adjunctum quoque obtulerunt Senatui. *Neu Articul Buch* fol. 12. imo ad Triumviratum ærarii Conſtafleros ad An. MDLVII. oblatus. Cluverathe *Miſcell. Mſſ.* Triumviri hi *Dreyer des Pfenningthurns* dicuntur.
(*h*) *Dreyer auf dem Stall.* De ſtabulo ſupra pag. 304. Cenſus civicus annuus dicitur *Stallgeld.* Tres de mille ſolvuntur florini. Cenſus in aulam defertur, ubi equi publici ſunt.
(*i*) *Zunfftgericht*, à quo diſtinguitur *Handwercksgericht.* Illi Tribus Director, huic duo Inſpectores opificum, (*Ober Handwercksherren*) præſident.

Jusjurandum annuum.

Postquam in tribubus & curia electiones omnes annuæ rite factæ sunt, (*l*) novus Magistratus in pegmate, ante Cathedralem ecclesiam erecto, (*m*) convenit, ubi publice prælecta Charta magna Argentinensi, (*n*) quæ præcipuas regiminis publici continet leges, Consuli primum Prætor, Prætori deinde Consul & Senatus cum Reipublicæ consiliariis & scribis; eidem denique Prætori universus populus, qui paulo ante ex tribubus suis ordinatim in aream subjectam accessit, nudo capite, erectis in cœlum digitis, jusjurandum præstant. Constaffleri, ex quo curiæ eorum abrogatæ, in communi ordinis Equestris Alsatiæ inferioris Prætorio conveniunt, atque inde ordine procedunt ad pegma, idem cum ceteris jusjurandum præstituri. (*o*)

## §. DCXXVIII.

Lapidariorum judicium.

Antequam regimen & judicia civitatis dimittam, de singulari Lapidariorum Argentinensium judicio facienda est mentio; quod non postremum olim in civitate locum obtinuit, imo hodieque inter lapidarios Germaniæ omnes occupat supremum. Admiranda summi templi & speciatim turris ejus structura lapidariorum hujus urbis famam dilatavit, & apud Germanos æmulationem incendit. Vindobonenſis & Colonienſis turres, ad inſtar Argentinenſis extructæ, fecerunt, ut earundem urbium collegia & fabricæ præ aliis celebrarentur; quibus & Turicenſis accessit; cum qua Colonienſis haud ita pridem conjuncta. A principibus his fabricis, quas *Tabernacula* (*p*) vocant, reliquæ omnes civitatum Germaniæ ab antiquo pendebant. De communi omnium Germaniæ lapidariorum societate constituenda superioribus seculis Argentinæ, Spiræ, aliisque in urbibus, deliberatum est diu. Ratisbonæ denique An. MCCCCLIX. D. Marci die magna illa Germaniæ societas, *Fraternitatis* (*q*) sub nomine, inita est, qua fabricæ summi Argentinensium Templi magister perpetuus fraternitatis universæ constitutus est præses. (*r*) Institutum hoc, per aliquod tempus neglectum, Imp. Maximilianus I. An. MCCCCXCVIII. Argentinæ solenni confirmavit diplomate, quod à Carolo V. Ferdinando I. aliisque renovatum. In judicio (*s*) sedent magistri eorumque sodales; qui omnes cum præside sententias ferunt, causasque secundum statuta (*t*) sine provocatione dijudicant. Auctoritatem judicii Saxoniæ, (*u*) Thuringiæ, Westphaliæ, Hassiæ, Franconiæ, Bavariæ, Sueviæ, omnisque Mosellanici tractus lapicidæ agnoscunt. Quin & Vindobonense collegium, cui Stiria & Hungaria; Turicense, cui Helvetia subsunt, in dubiis & majoribus casibus ad Argentinense, ceu ad matrem, confugiunt. Participes sodalitii omnes tessera quadam communi, (*x*) at secreta, sese invicem norunt. Vulgata per Europam sodalitas (*y*) à lapidariorum societate hac originem & formam suam cepisse novimus. Eadem ordinis in collegia, (*loges*) collegiorum in magistros, sodales & tirones divisio; leges tesseræque secretæ. Omnibus præsidet magister supremus. Lapicidæ ordinarium tribus cæmentariorum, cui adscripti sunt, judicium abhorrent, quod lapidariam suam artem cæmentario opificio longe præstantiorem haud immerito judicant. Ad judicium hoc rerum ædilitiarum arbitrium certatim olim detulerant cives; qua re Senatus An. MCCCCLXI. inductus eidem ædilitias lites decidendas commisit, certas simul leges (*z*) normamque judicandi præscribens. Additus scribæ legum peritus. (*a*) Cum autem judicium istud temporis tractu auctoritate sua abuteretur, judicandi potestas An. MDCXX. ei ademta & Senatui commissa miuori. (*b*)

§. DCXXIX.

(*l*) Primo die Jovis post novi anni auspicia. Tempus illud dicitur *Churnacht*, *Churmorgen*.

(*m*) Olim ceremonia hæc in horto Episcopali, mense Augusto, vel Septembri facta, uti Schedæ An. MCCCXXI. MCCCXXII. MCCCXXVI. me docent.

(*n*) *Schwarbrief*.

(*o*) Vid. CASPARI BERNHOORI, Matthiæ filii, *Forma Reip. Argent.* & DACHTLERUS apud KNIPSCHILD de *Civit. Imp.* Lib III. & apud LIMNÆUM *Jur. Publ.* Lib. VII. Cap. III. num. 9. SPEIDELIUS in *Speculo Europæ* pag. 929. seq.

(*p*) *Hütten*. Argentinensis primaria omnium *Haupt-hütte* vocatur.

(*q*) *Bruderschaft*.

(*r*) *Daß der Werckmeister unser lieben Frauen Münsters der mehrern Stifft zu Straßburg, und alle sin nachkommen desselben werckts, unserer Ordnung der Steinwercks oberster Richter sin soll*. Vetus Regestrum scrinii, quod collegium artis lapidariæ Argentinensis asservat. Idem magister quoque vocatur *Werckmeister des Hohen Stiffts Straßburg*, qui diversus est à magistro Civitatis, *der Statt-Werckmeister*.

(*s*) Judicium hoc *Hüttengericht*, quod sub tabernaculo haberetur, imo plerumque simpliciter *Hutten*, *Steinwerck*, *Bruderschaft*, dicitur.

(*t*) Statuta hæc renovata An. MDLXIII. Argentinæ prodierunt, sub rubro: *Der Steinmessen Bruderschaft Ordnungen*. Vocantur etiam *Das Steinwerckrechts*.

(*u*) Dresdensi & Noribergensi collegiis multam pecuniariam haud ita pridem Fabrica Argentinensis dictavit; persoluta est mulcta.

(*x*) *Das Wortzeichen, der Grus*.

(*y*) *Frey-Maurer, Francs-maçons*.

(*z*) Leges hæ An. MCCCCLXI. conditæ, An. MCCCCXC. renovatæ sunt.

(*a*) Sententiæ, à collegio hoc latæ scriptoque comprehensæ, (*Hüttenbrief*) magno numero in scrinio hinc inde supersunt.

(*b*) Vid. RUD. MOLLINGERI *Dissert. de Pariete communi*, An. MDCCXXXIV. Argentinæ habita, pag. 56.

## §. DCXXIX.

Quod ſi hæc omnia brevi contempleris in tabula, haud difficulter reſpondeas quæſtioni, quænam Argentinenſium fuerit Reipublicæ forma. Formam hanc annus MCCCXXXII. in duas dividit Epochas, quarum prior mere ariſtocratica, poſterior democratica fuit; ariſtocratice temperata. Besoldus (*c*) tamen atque Limnæus (*d*) poſteriorem hanc mere democraticam dixerunt. At Berneggerus (*e*) & Christ. Matthiæ (*f*) noſtræ ſententiæ ſunt. Bodinus (*g*) Argentinam ochlocratice rectant fuiſſe putavit; Argentinenſes legem tuliſſe ſcribens, ne quis, niſi à cerdonibus, aut coriariis, aut id genus opificiis ortus, ad Magiſtratum perveniret. (*h*) Origo erroris, quod apud Argentinenſes à parte potiori tribus olim dictæ ſunt *Handwercker*, (*i*) quodque literati, mercatores, omnesque primarii cives tribubus quoque ſoleant adſcribi. His autem ad munia publica ſemper aditus patuit, ita quidem, ut & opificibus in electione præferrentur plerumque. Alii exteri, Argentinenſis quoque ignari reginiis, fallunt-tur, quando Nobiles noſtros, Magiſtratui adſcriptos, Patriciis illis, qui Noribergæ, Auguſtæ Vindelicorum, Ulmæ, &c. ſummam rerum tenent, æquiparant. Sub ariſtocratico enim democraticoque regimine Nobiles, qui Argentinæ Magiſtratus poſſederunt, ex immediatæ nobilitatis cataſtro, adeoque ex corpore equeſtri, olim Imperiali, nunc Regio, ſemper electi fuerunt. Andlavii, Landſpergii, Bockii, Mulnhemii, Zornii, Wormſeri, Berckhemii, Berſtettii, Kageneckii, aliæque in Magiſtratuum Argentinenſium comparentes later culis, priſcæ nobilitatis ſemper reputatæ ſunt gentes; Ludorum & Capitulorum equeſtrium participes; Imperialibus, Epiſcopalibus, aliiſve feudis, allodiisque immediatis ac regalibus ſimul juribus gaudentes; à civicis Patriciorum familiis ſemper diſtinctæ. Forma Reip. Argent.

## §. DCXXX.

Hanc Reipublicæ formam Ludovicus XIV. invenit, cum d. 30. Sept. MDCLXXXI. Argentinam præmiſſa Capitulatione, (*k*) qua omnia ejus in civilibus & ſacris confirmata jura, occupaſſet, nec mutata eſt poſtea, niſi quod Rex An. MDCLXXXV. Martio menſe Prætorem omnibus urbis Collegiis nomine ſuo præfecit; unde Regius Prætor. (*l*) Primus hoc munus geſſit Ulricus Obrechtus, ex Univerſitate translatus in curiam, ubi Conſiliarii munus exercens, ad Regiam denique Præturam promotus, An. MDCCII. mortuus, filium in dignitate ſucceſſorem reliquit, cui Baptiſta & Joſephus Klinglini, pater nempe & filius; hisque An. MDCCLII. Baptiſta de Regemorte, ſupremi Alſatiæ Senatus antea aſſeſſor, ſucceſſerunt. Ipſius autem Curiæ dignitates & munera, ut & omnia, quæ inde pendent, civitatis officia, inter Catholicos & Proteſtantes, æqualiter dividi An. MDCLXXXVII. Regia Ordinatio juſſit. Suprema rerum capitalium, ut & civilium, francicas mille libras non excedentium, cognitio, magiſtratui Capitulatione permiſſa, peculiaribus deinceps Regis literis firmata eſt; qui & plenum politiæ exercendæ jus An. MDCXCI. eidem addixit. (*m*) Tum inſuper à jure albinagii, (*n*) annoque ſequenti ab edicto, quo nova per univerſam Alſatiam, Conſiliariorum, Procuratorum, Quæſtorum, Notariorum &c. officia Rex creaverat, libera pronunciata eſt Civitas. (*o*) Periodus Gallica.

## §. DCXXXI.

Sed Argentina, ſub Periodo Gallica totius Alſatiæ caput, bellicis præſidiis aucta, novorum quoque tribunalium facta eſt ſedes. Extructis in extremitatibus urbis tribus caſtellis peculiarem judicem (*p*) Ludovicus XIV. dedit. Novi Epiſcopalis palatii juribus & immunitati proſpiciens Cardinalis Rohanius, peculiarem judicem (*q*) conſenſu Regis in eo conſtituit. Ab hoc, ut & ab arcium regiarum judice, ad ſupremum Alſatiæ provocatur Tribunal. Militiæ urbanæ jus dicit Regius Præfectus, (*r*) qui Judicia nova.



(*c*) *Politicor.* Lib. I. Cap. VII. & *de Democratia* Cap. III. num. 2.
(*d*) *Jur. Publ.* Tom. IV. Lib. VII. Cap. III. pag. 149.
(*e*) Cent. 1. *Quæſt. ad Taciti Germ.* Quæſt. 98.
(*f*) *Syſtem. Polit.* Lib. II. pag. 247.
(*g*) *De Rep.* Lib. VI. Cap. IV. Lib. IV. Cap. I.
Arnisæus de *Republ.* Lib. II. Cap. V. Sect. I. num. 41.
(*h*) Bernegger *Quæſt. Miſcell. ad Taciti Germ.* Quæſt. 55.
(*i*) Opifices.
(*k*) Quam Alſatia diplomatica dabit. Nummus memorialis cuſus Lutetiæ hac inſcriptione: *Argentoratum & Caſſide recepta.*
(*l*) *Preteur Royal.*
(*m*) *Ordonnances d'Alſace* pag. 245.
(*n*) Ibidem pag. ſq.
(*o*) Ibidem pag. 254.
(*p*) *Juge Royale de la Citadelle & des fortifications.*
(*q*) *Juge du Palais Epiſcopal.*
(*r*) *Lieutenant du Roi.*

qui res militares, civiles, criminales minores, inter milites, vel etiam inter milites & cives, ubi civis actor eſt, dijudicat. Qui univerſæ per Alſatiam militiæ præeſt, Regiorum exercituum Legatus, (*s*) vel quandoque Franciæ Mareſchallus; Togatus item Provinciæ præſes, (*t*) in prætorio uterque ſuo Argentinæ res ordinant.

Monetarium Tribunal initium An. MDCXCIII. plenariam formam An. MDCCII. accepit, ubi omnia, quæ monetam concernunt, diſcutiuntur; provocationes ad curiam monetalem, quæ Lutetiæ eſt, fiunt. Sed & in urbe eſt Capitalis Præfectorum caſtrenſium Tribunus, (*u*) cui viarum publicarum commiſſa ſecuritas; qui in deſertores militiæ, latrones, latrunculos, quæſtiones exercet.

Inferioris denique Alſatiæ ordo Equeſtris in curia quoque ſua *Directorium* habet, ad quod cauſæ nobilium certis per ſingulos menſes diebus ſolent deferri, unde ad ſupremum Alſatiæ provocatur ſenatum.

## §. DCXXXII.

Religio. Sed jam tempus eſt, ut à Civilibus Argentinenſium rebus procedamus ad Sacras. Chriſtiana apud eos Eccleſia, ſub Romanis occulta, ſub Francis vireſcens, ſub Germanica periodo præſtantiſſimos Antiſtites, ſec. X. Erckenbaldum, ſequentibus Wernherum, Henricum Stahleckium, Bertholdum Bucheckium, Johannem Lichtenbergenſem, Guilielmum Hohenſteinium, Eraſmum de Limpurg & Furſtenbergios habuit, quos Gallica ſub periodo Rohanæi ſecuti ſunt. (*x*) Moguntiæ, metropolitanæ ſuæ, ſubordinata Argentinenſis, Moguntinenſium ſynodorum ſecuta eſt canones, quarum à ſeculo IX. ad ſeculi XIII. medium uſque celebratæ ſeptendecim. Ex his quinque priores ad periodum Francicam pertinent, reliquæ ad Germanicam, quam tracto. Prima hujus ſynodus An. DCCCLXXXVIII. diſciplinam eccleſiaſticam reformavit. (*y*) Quæ ſeculo XI. habitæ ſunt ſynodi, diſcordiam Imperii & Sacerdotii, clericorum conjugia & ſimoniam ſpectabant. In diſcordia Sacerdotii & Imperii Argentina civitas Cæſarum ſubinde partes ſecuta eſt, (*z*) hac quoque parte cum Epiſcopo ſuo diſcors haud raro. Sed & ſuas Epiſcopus ſynodos Argentinæ quotannis in craſtino Animarum habuit; quibus Canonici & Sacerdotes multi, nec non milites interfuerunt, virique alii. (*a*)

Waldenſium numerus cum Argentinæ creviſſet, octoginta eorum, quos inter & nobiles, An. MCCXII. ad rogum damnati ſunt. (*b*) Damnatorum bona fiſco addicta, eorumque dimidia pars relicta inquiſitori. Prohibuit denique ſenatus, ne Dominicani inquirerent, niſi ad inquirendum provocarentur. (*c*) An. MCCCCLVIII. Fridericus Reiſer, Huſſiticæ ſectæ, cum aſſeclis multis utriusque ſexus in foro equino combuſtus eſt, clero, Magiſtratu & hæreticæ pravitatis inquiſitore, Dominicano, præſentibus. (*d*) Urbs tum in novem deſcripta parochias quatuor monachorum mendicantium, Prædicatorum nempe, Auguſtinianorum, Franciſcanorum & Carmelitarum, cœnobia continebat. Inter parochos autem & monachos hos propter ſepulturæ & confeſſionis jura graves interceſſerant motus, quibus omnis mox implicita civitas. Romæ contra parochos pronunciatum. Auctor turbarum Jo. Cruzerus, Gebvillanus, ad ſummum templum parochus, qui cum ab Epiſcopo, Archiepiſcopo Moguntino & Pontifice Rom. fuiſſet damnatus, urbe quoque Senatus & tribuum conſenſu proſcriptus eſt. (*e*) Sacramenti euchariſtici uſus ad mortem damnatis Argentinæ, ut

(*s*) *Lieutenant general des armées du Roi, Commendant en Alſace.*
(*t*) *Intendant de Juſtice, police & finances.*
(*u*) *Le grand Prevot.*
(*x*) Laterculum Epiſcoporum dabit *Alſatia ſacra.*
(*y*) Extant capitula *Concilior.* Tom. IX. & ap. MARTENE *Collect. vet. monum.* Tom. I. pag. 661.
(*z*) Præcipue pro Ludovico Bavaro contra Epiſcopum ſtetit.
(*a*) RICHER. *Chron. Senon.* Lib. V. Cap. II.
(*b*) KOENIGSHOV. pag. 398. Loco inditum nomen *Kezergrub*, foſſa hæreticorum, haud procul à cœmeterio S. Galli. KLEINLAUUEL in *Chron. Argent.* pag. 28.
(*c*) An. MCCXXXII. monachus Dominicanus Draſo, inquiſitor hæreticorum, ab Henrico de Mulnheim Argentinæ occiſus eſt, quod hæreticorum numero eum accenſere vellet.
(*d*) Fridericum Danubianum, (*Donauer*) hæreſiarcham, de Conſtantini donatione male ſentientem, igni, ſuorumque non paucos utriusque ſexus complices partim ultimo ſupplicio, partim exilio An. MCCCCLVIII. damnatos, tradit WIMPHELING. *Germ. cis Rhenum* pag. 34.
(*e*) Jo. CASP. BERNEGGERI *Bericht von dem Ultimum vale* ap. SCHILTER. *ad Kanigshov.* pag. 1128. Per ultimum vale intelligitur mortuarium, quod mortuo cive ab ejus heredibus ſibi prætari voluerunt parochi. Cruzerum defendit WIMPHELING. *de Epiſc. Argent.* pag. 110.

ut alibi paſſim, denegatus eſt olim. Hoſtia conſecrata illis è longinquo oſtenſa. At Jo. Geilero Keiſerbergio apud ſenatum, qui exteros Theologos & ſtudiorum Univerſitates An. MCCCCLXXXIII. conſuluit, (*f*) inſtante, decretum, ut morte plectendis euchariſtia adminiſtraretur. Sub Gallica periodo ſolum confeſſionis ſacramentum, ex Eccleſiæ Gallicanæ inſtituto, (*g*) conceditur.

## §. DCXXXIII.

Eruditos medii ævi inferius enarro. Eminuit inter eos poſt Jo. Taulerum laudatus modo Geilerus, doctrina & eloquio præſtans, in ſeculi mores magno zelo invectus, quum Eccleſiaſtæ munere in ſummo templo fungeretur. Deceſſit hic An. MDX. Petrum Wickramum & An. MDXXIII. Symphorianum Pollionem ſucceſſores habens, quorum libertas in concionibus Capitulo diſplicuit. Indulgentiarum enim litem in Wittebergenſi Academia An. MDXVII. vix moverat Lutherus, quum theſes ibidem propoſitæ cleri Argentinenſis foribus affigerentur. (*h*) An. MDXX. Petrus Philippi, Rumſpergenſis, ad D. Petri Senioris Eccleſiaſtes, à Capitulo dimiſſus eſt, quod Wittebergenſium doctrinæ favere videretur. (*i*) Veſtigia hujus An. MDXXI. ſecutus eſt templi majoris Plebanus, Matthæus Zellius, Keyſersbergenſis, (*l*) plebis ſuæ favore ſuffultus; quem biennio poſt Wolfg. Fabricius Capito, Hagenoenſis, Caſp. Hedio, Etlingenſis, Moguntia advenæ, & Martinus Bucerus, Seleſtadienſis, Weiſſenburgo Argentinam appellens, conſilio & concionibus juverunt. His enim civitate donatis, decreto Kal. Dec. edito, (*m*) "Evangelium ad ſacrarum literarum normam prædicandi „ poteſtas à Senatu conceſſa. Annus ergo MDXXIII. mutationis ſacrorum æram Argentinæ conſtituit. Sine ullo tamen res peracta tumultu. (*n*) An. MDXXIX. S. P. Q. Argentinenſis Miſſam, quæ in quatuor Baſilicis adhuc ſubſtiterat, ſuſpendit; (*o*) & Proteſtantibus Imperii ſe junxit Ordinibus. (*p*) Sacra mutata.

## §. DCXXXIV.

Inter hæc ſuam de Euchariſtia ſententiam, à Lutherana diverſam, Zwinglius Turici, Oecolampadius Baſileæ ſtabiliverant; (*q*) quorum in partem Argentinenſes propenſi, diffidium tamen non tanti putarunt, ut cum Saxonicis rumperetur concordia. In arctius autem horum fœdus An. MDXXIX. quum cuperent admitti, eosque minus faciles (*r*) experirentur, cum Helvetiis An. MDXXX. fœdus inierunt, atque in Auguſtanis Comitiis peculiarem Confeſſionem, (*s*) quæ ob Conſtantienſis, Lindavienſis & Memmingenſis civitatum acceſſionem, *Tetrapolitana* vocatur, Carolo V. per Hedionem obtulerunt. Cæſar eam quidem accepit, at prælegi noluit; in fine tamen comitiorum confutatio ejus prælecta. (*t*) Argentinenſes ergo, amicitiam Saxonum denuo conciliaturi, dogma de S. Cœna An. MDXXXII. Suinfurti ita interpretati ſunt, ut Principum quoque Confeſſionem reciperent; (*u*) Tetrapolitanæ tamen ſuæ non valedicentes, quam An. MDXXXIV. publico Senatus decreto Eccleſiæ ſuæ miniſtris Tetrapolitana Confeſſio.



(*f*) Petri Schotti Reſponſum hac de re vide in Wenckeri *Collect. Archivi* pag. 433. & 631. adde ejusd. Schotti *Opuſc.* pag. 116. ſqq. Wimphelino. *de Epiſcop. Argent.* pag. 118.

(*g*) Caroli M. VI. Gall. R. An. MCCCXCVI. juſſit hoc ſolenni edicto. *Ordonnances des Rois de France* Tom. VIII. pag 132. Antea enim moribus Galliæ conſeſſio quoque ad ſupplicium damnat s fuit deneg ta.

(*h*) Frid. Schmidii, Conſiliarii Argent. qui An. MDCXXVII. deceſſit, *Hiſtoria Reformationis*, circa An. MDCXXX. ex Archivi publici & Thomani Actis Germanice conſcripta, inter Codd. Miſſ. Bibliothecæ meæ Alſaticæ. Primam inter urbes Imperii Argentinam fuiſſe, quæ ſacrorum mutationem admiteret, uti inter principes Saxo de Haſſus quoque primi fuerunt, Sturmius in *Anti-Pappo* IV. pag. 1. obſervat.

(*i*) Idem Schmidius Cod. alleg.

(*l*) Zellius præf. ad *Catecheſin* An. MDXXXIV. communi miniſtrorum nomine editam. 80.

(*m*) Extat illud in Collectione Mandatorum, à Magiſtratu circa religionis negotium ad An. uſque MDXXXV. evulgatorum 4to.

(*n*) Rempublicam hanc laudat Erasmus in Epiſtola, Friburgi An. MDXXX. ſcripta, quod non alibi res geſta moderatius, vel minore tumultu. *Epiſtolar.* Lib. XXXI. num. 59.

(*o*) D. 20. Febr. Sleidan. Lib. VI. conf. Miniſtrorum Argent. præf. ad libellum, *de mox ferendis innovationibus*, Argent. MDXXX. evulgatum.

(*p*) Sleid. Lib. VI. Proteſtantium nomen oriri tum cœpit.

(*q*) Lavaterus & Hospinianus in *Hiſtoria Sacramentaria.*

(*r*) Muller *von der Evangel. Stande proteſtation* Lib. II. Cap. XXXII. pag 330. ſqq.

(*s*) Sleid. Lb. VII. Hæc latine & germanice una cum Apologia Argent. MDXXXI. prodiit 4to.

(*t*) Vide Præfationem Confeſſionis An. MDXXXI. editæ. Idem Baſil enſibus evenit, quorum Confeſſionem, ab Oecolampadio An. MDXXX. confectam, Carolus V. rejecit. Impreſſa hæc eſt demique An. MDXXXIV. poſt mortem Oecolampadii. Extat in *Corpore Confeſſionum*, & ab Helvetica priore An. MDXXXVI. & poſteriore MDLXVI. probe diſtinguenda, uti id ſolide docet Ven. Breckius, Prof. Theol. in *Diſſert. de Confeſſione fidei Baſil. Eccleſiæ*, pag. 10.

(*u*) Verba Tetrapolitanæ vel Argentinenſis Confeſſ. Art. 18. hæc ſunt: *Chriſtus verum ſuum corpus, verumque ſuum ſanguinem vere edendum & bibendum in cibum potumque animarum, quo ille in æternam vitam alantur, dare per ſacramenta dignatur.* Confeſſio Auguſtana, An. MDXXX. quoque Carolo V. exhibita, Art. X. ait: *De Cœna Domini docent, quod corpus & ſanguis Chriſti vere adſint & diſtribuantur veſcentibus in Cœna Domini.* Melanchthon in nova Edit. An MDXL. Wittebergæ data, Articulum hunc ita poſuit: *quod cum pane & vino vere exhibeantur corpus & ſanguis Chriſti veſcentibus in Cœna Domini.* Hinc invariatæ & variatæ confeſſionis Auguſtanæ diſtinctio. Variatæ Reformati accedunt. Localem enim præſentiam negant, ſacramentalem admittunt.

præfcripſerunt de novo. (x) Nec priſtinam idcirco cum Helvetiis familiaritatem abrupit Bucerus ; Chriſtum in S. Cœna præſentem, ſed elementis non alligatum exiſtimans. Priore effato Lutheranis, poſteriore Zwinglianis ſtuduit placere. Notiſſima illa denique pacis formula An. MDXXXVI. Witteberga cum Luthero confecta eſt. (y) Tetrapolitanæ tamen confeſſioni ſuæ Argentinam valedixiſſe ne credas, quæ Calvino, Geneva ejecto, Profeſſionem Theologiæ & Eccleſiæ Gallicæ ſuggeſtum An. MDXXXVIII. commiſit. (z)

## §. DCXXXV.

Deſeritur. Poſtquam autem Bucerus ob Interimiſticos motus An. MDXLIX. Argentina diſceſſiſſet in Angliam, (a) Hedioque eidem in Conventus Eccleſiaſtici prædio ſuccedens An. MDLII. obiiſſet, (b) Joh. Marbachius, Lindavienſis, Hedionis ſucceſſor, & præfertim Joh. Pappus, ſucceſſor & popularis Marbachii, Conventus Eccleſiaſtici præſides, non euchariſticam modo Tetrapolitanæ doctrinam, ſed & Prædeſtinatianiſmum, quem Calvinus & Zanchius præfertim heic propagaverant, pedetentim aboluerunt. Condita quidem An. MDLXIII. formula pacis, ſub nomine *Conſenſus*, (c) quæ Theologos diſcordes in concordiam reduceret. Eodem tamen anno clauſa eſt Reformatorum ad D. Andream Eccleſia ; (d) eorumque cauſa profligata eſt penitus, quum Concordiæ formula, An. MDLXXX. apud Saxones publicata, Argentinæ reciperetur. Sturmius, receptioni reſiſtens, An. MDLXXXI. à Rectoris perpetui Academiæ munere Senatusconſulto remotus eſt. (e) Qui ex Reformatis ſupererant, animi ſenſa occultentes, Crypto-Calviniani dicebantur, quorum numero nonnulli Schenckbecherum, XIII. virum, Sturmii amicum, accenſent. Agenda Eccleſiaſtica, in hunc ſenſum An. MDXCVIII. compoſita, à Senatu probata & An. MDCLXVIII. roborata, corpus doctrinæ & rituum Eccleſiæ Proteſtantium Argentinæ conſtituunt. (f) Secularem ſacrorum mutatorum memoriam nummo ſingulari An. MDCXVII. celebrarunt Argentinenſes. (g)

Inter

(x) Acta Mſſ. ſynodi An. MDXXXIII. Argentinæ celebratæ. Huc pertinent quoque *Agenda Eccleſ.* An. MDXXXIV. primum Senatus auctoritate typis impreſſa. Prælectum civibus d. 7. Febr. MDXXXV. Senatus mandatum per tribus. Confeſſionem Auguſtanam mandato illo civibus commendatam fuiſſe, evincere ſtuduit Pappus in *Conſut. Bruderi* pag. 34. & 377. ſed vano labore.

(y) Ex ea illa in *Agendis Eccleſia Argent.* pag. 52. Adde Buceri *Tomum Angl.* pag. 664. *ſqq.*

(z) Bucerus An. MDXXXVI. ad Memmingenſes ſcripſit, conſeſſioni Tetrapolitanæ ſuperſtructum iri concordiæ opus. Schoelhorn. *Ameen. Litter.* Tom. VI. pag. 364. Blaurerum dein d. 6. Julii monet, ne Articulis, Tetrapolitanæ adverſantibus, ſi qui intexantur, ſubſcribat. Vid. Buceri *Tom. Angl.* pag. 669. Ipſi Argentinenſes Miniſtri in literis ad Lutherum, poſt initam concordiam, ſcripſis *Tomo Angl.* pag. 684. aſſeruntˌ eandem doctrinam, quam concordia ſtabilit, in Tetrapolitana contineri. Add. confeſſio, quam miniſtri Eccleſiæ Argentinenſis An. MDXLVIII. hoc titulo evulgarunt : *Stannariſcher vergriff der XXII. lehre und religion, ſo man zu Straßburg nun in die 28. jahr gelehret hat.* Demonſtrat hoc ſcriptum, Argentinenſis tum Eccleſiæ doctrinam ab illa, quam à primis annis ſuſceperat, & coram Cæſare An. MDXXX. erat profeſſa, adeoque à Tetrapolitana, nequaquam differre. Caterum An. MDXXXVI. Bucerus & Capito eum Theologorum Helveticorum Conventui intereſſent Baſileæ, perſuaſerunt illis quidem, ut Saxonicæ Concordiæ ſubſcriberent, quod *Antiſtitii Baſil. Acta* Mſſ. Tom. I. teſtantur ; at Convenrus Tigurinus An. MDXXXVIII. progreſſum rei impedivit. Vide Buceri Epiſtolam eodem anno ſcriptam, ad Comandrum Rhætum, Paſtorem Curienſem ; item aliam ad Freehrum Ulmenſem.

(a) Bucerus Cæſari pridem ex Colonienſi negotio, quum Hermannus Proteſtantium ſacra in Archiepiſcopatu introducere ſtuduiſſet, fuit exoſus. Vid. Jov. Sturmii Ep. ad Wallingamum An. MDLXXVII. *Tomo Angl.* præfixa.

(b) An. MDXLI. Capito ; ſeptennio poſt Zellius è vita exceſſerant.

(c) Exat in *Agendis Eccleſ. Argent.* pag. 65. add. Schladeri *Contin. Sleid.* Lib. VIII. pag. 319.

(d) Zanchius tum Argentinæ valedixit. P. Martyr jam An. MDLVI. diſceſſerat Turicum.

(e) Extant hanc in rem Sturmii Rectoris *Antipappi* quatuor. Petrus Villerius in *Apologia Eccleſiarum Belgii*, contra auctores Libri Bergenſis An. MDLXXIX. ſcripta, ita inſit : " Fatemur ſane nos " ab Argentinenſibus habuiſſe primum miniſtros verbi, " qui in aliquot celebribus noſtris urbibus Evange- " lium prædicarunt ; id.circone juravimus in verba " Marbachii, aut adoleſcentis Pappi, qui hac ætate " impotentia plusquam Pappica, ſub ſpecie charita- " tis chriſtianæ reliquas omnes eccleſias dilaniare vel " tyrannis dilaniandas offerre ſtudet ? eorum enim " doctrinam aperte cum ea, quam viri præſtantiſſimi, " Hedio, Capito, Bucerus, Argentorati dneuerunt, " quum nondum Pappus pappare ſciret, pugnare " fatentur omnes docti & pii viri, concordiæque " veræ ſtudioſi. " Gerdesii *Scrin. Antiq.* Tom. I. pag. 174.

(f) Quod Argentinæ Marbachius incepit & Pappus perfecit, id Baſileæ Sim. Sulcerus, Eccleſiæ Baſil. per 13. annos antiſtes, efficere ſtuduit ; ſed fruſtra. Baſilienſes Formulam Concordiæ, à Theologis Luther. contra Reformatos confectam, probare noluerunt. An. MDLXXXI. d. 16. April. vetuit Senatus, ne Formulam hanc minitiri acciperent. *Acta Mſſ. Antiſtitii Baſil.* Tom. I. pag. 540. & *Decretorium Academ.* Tom. I. Defuncto An. MDLXXXV. Sulcero, qui ſucceſſit, Jac. Grynæus, Oecolompadianam de re euchariſtica Eccleſiæ Baſil. ſententiam ſtabilivit. Beckius Diſſ. *de Conſeſſ. fid. Baſil.* pag. 16.

(g) Nummus extat Tab. III. numiſmat. num. 14.

Inter varia hæc sacrorum Argentinæ fata monasteria D. Margarethæ & D. Magdalenæ, Præceptoriales Johannitarum & ord. Teutonici domus, sacra sua utcunque retinuerunt. (*b*) Calendarii Juliani formæ, ad annum usque MDCLXXXII. Argentorati servatæ, Gregoriana successit. (*i*)

## §. DCXXXVI.

Sed & præter sacra Christiana ab antiquiore jam Franciæ (*l*) & Germaniæ ævo, Regum Cæsarumque indulgentia, Judaismus locum habuit in urbe. Judæi, Cameræ Cæsareæ servi, (*m*) commerciis diteſcentes & numero aucti, peculiarem urbis regionem, (*n*) synagogam amplam & cœmeterium tenuerunt. Cum autem An. MCCCXLIX. per universum orbem regnasset mortalitas, & Argentorati per ætatem sedecim millia hominum morerentur, invidia in Judæos, de fontibus veneno infectis accusatos, conjecta est. Fama rei mox ubique percrebuit. Persecutionis initium factum est Bernæ. (*o*) Friburgenses, Basilienses & Argentinenses nostri, hac de re facti certiores, ad Bernensium exemplum incarcerarunt Judæos, à furibunda plebe coacti. In comitiis provincialibus, Benfeldæ habitis, decretus est eorundem interitus. Argentinensium legati repugnavere decreto. At redux in urbem cum duobus Prætoribus, (*p*) idem sententibus, Schwarberus Consul exilio damnatus est, quod Judæos de veneficio non fuisse convictos libere profiteretur; injustum quoque esse publicam rumpere fidem, quam, magna pecuniæ summa nuper accepta, illis promiserant cives; præcipuum Judæorum crimen divitias esse causatus, quodque maxima pars civium illis esset in ære. Combusta sunt d. 14. Febr. MCCCXLIX. Judæorum prope duo millia sexus utriusque, quingenti infantes initiati baptismo. (*q*) Bona combustorum inter cives divisa. Decretum est insuper, ne Judæi unquam admitterentur in urbem. An. MCCCLXVIII. tamen rursus pro viginti annis admissi sunt, summa viginti mille florenorum civitati soluta. Vicennio elapso in perpetuum ejecti, quod nonnulli eorum Joannem, Burgundiæ Ducem, contra urbem excitasse dicebantur. Judaismus.

## §. DCXXXVII.

Conversionem sacrorum restauratio literarum apud Argentinenses præcessit. Superioribus seculis quidem non defuerant ingenia, quæ Philosophicis, Theologicis, quin & historicis scriptis in hac urbe inclaruerunt. Ex secul. XIII. testes sunt Petrus de Argentina, Carmelita, belli Argent. sub Walthero Episcopo scriptor; Buscardus, ord. Præd. Hugo & Udalricus de Argentina, ejusd. ord. Theologi. Ex sec. XIV. Albertus, Thomas, Johannes, de Argentina quoque cognominati; Albertus M. Joh. Taulerus, habitis ad populum sermonibus clarus; Jo. de Tambaco, Ord. Prædic. Fridericus Closnerus, Rerum Argentin. scriptor. Seculo XV. Jac. a Koenigshoven, Joh. Burcardus, Alexandri VI. Papæ Ceremoniarum Magister; Jo. Andreas de Argentina; Sixtus Rusinger, Remboldus Schlechtius, Canon. S. Petri Jun. Paulus Munthart, legum doctor, Joh. Simler, Jureconsultus, quos omnes *Alsatiæ Literatæ* plenius exponet. Sed omnia horum scripta ferream sane sapiunt ætatem, quæ per Europam tot seculis dominata, quamque Seleſtadienſium schola, & sodalitas doctorum Virorum, seculo XV. finiente Argentinæ instituta, pedetentim correxit. Literæ.



(*b*) Teutonica & Johannitica domus, vallo vicinæ, novarum munitionum occasione An. MDCXXXIII. vel deitructæ omnino, vel mutilatæ sunt, ut supra ostendi. Quereles hac super re, bello finito, apud Cæsarem & in Comitiis motæ, ap. Londorpium *Acta publ.* Tom. VII. pag. 150. sq. leguntur. Cultus quoque in monasterio monialium S. Nicolai in undis usque ad An. MDXCVIII. quo hæ in Parthenium D. Margarethæ translatæ sunt, perstitit. Vid supra pag. 299. not. (*x*)

(*i*) Regio mandato d. 12. Februarii.

(*l*) Gregorius Turon. Lib. VI. Cap. XVII. Fredegarius Cap. LXV.

(*m*) *Kayſerliche Cammer-Knechte.*

(*n*) Quæ hodieque vocatur *Judengaſſ.* Porta Judæorum quoque retinet nomen.

(*o*) Albertus Argent. *Chron.* pag. 147. & *de vebus gestis Bertholdi Episc.* pag. 177.

(*p*) Sturmio & Winterthurio. Tum enim per breve tempus nonnisi duo Prætores fuerunt. Conf. supra pag. 310. §. DLXXIV.

(*q*) Albertus Argent. loco cit. pag. 148. & 178. Koenigshov. Cap. II. §. CCXII. & Cap. V. §. LXXVIII. Wimpheling. *de Epiſc. Argent.* pag. 86. sedecim millia Judæorum Argentinæ extincta tum fuisse memorat.

Præcipuos fodales ex Wimphelingii ad Eraſmum Epiſtola, ſodalitatis nomine An. MDXIV. ſcripta, (r) addiſco. Eraſmus Wimphelingio ita reſpondit; (s) " Germaniæ „ noſtræ gratulor, quæ tam multos, tam eximios gignat & alat viros, non ſolum „ omnis doctrinæ genere præcellentes, verum etiam pari morum integritate parique „ modeſtia præditos. „ Societas hæc quotannis novis adaucta eſt membris. (t)

## §. DCXXXVIII.

Gymnaſium.

Viguit apud Argentinenſes hoc literatorum muſeum, antequam publicum juventutis conſtitueretur Gymnaſium. Jam An. MDI. Senatum Argentinenſem WIMPHELINGIUS (u) inducere ſtuduit, ut publicam erigeret ſcholam, ne filios ſuos foris mittere cives cogerentur. An. MDXIV. Hier. Gebvilerus ſummi templi ſcholæ fuit moderator. An. MDXXVI. cura Buceri in Prædicatorum, ut & in Thomano Collegio, amplior literarum apertus eſt ludus. Sapidus, Gebvileri diſcipulus, pueros ibi ad humanas præparabat artes; (x) heic Latina Daſypodius, Græca Bedrottus, Hebraica Caſelius, Mathematica Herlinus, Sacra Capito, Bucerus, Hedio docebant. (y) An. MDXXVIII. Otto Brunfelſius in Carmelitarum Collegio juventutem inſtituit. Eodem Senatus doctos undecunque arceſſivit & tres ſcholarchas conſtituit. (z) An. MDXXXVI. ſcholæ D. Petri ſenioris Jo. Schwebelius præfuit. Joannes denique Sturmius, Sleida Eiſliæ ortus, Lutetia, ubi docuit, Argentinam vocatus, publicum commune Gymnaſium An. MDXXXVIII. Rector aperuit; Jacobo Sturmio, Prætore urbis, quem Capito, Hedio, & præſertim Bucerus impulerant, rem omnem promovente. In nova hac ſchola decem primum inſtitutæ ſunt claſſes; (a) tanto cum ſucceſſu, ut alteras Athenas, alteramque Maſſiliam Sturmius Argentinam reddiderit; ad quam Galli, Angli, Dani, Sueci, Poloni, Itali, Hungari confluxere, & præſertim Germani. (b) Collegiatæ Thomanæ Canonicatus Profeſſoribus in ſchola docentibus pro ſalario conceſſi. An. MDXLI. ſchola hæc ob peſtem in Carthuſiam extra urbem, indeque Gengenbacum trans Rhenum, denique Weiſſenburgum, ubi hieme ſequente periſtit, translata. (c)

## §. DCXXXIX.

Academia & Univerſitas.

In ſtatu hoc ſchola vocabatur Gymnaſium; quod Maximilianus II. in Auguſtanis Comitiis An. MDLXVI. in Academiam, quæ Magiſtros artium & Baccalaureos creandi facultate gauderet, erexit. (d) Ex Profeſſoribus & Præceptoribus claſſicis tum Academia conſtitit. (e) At Academiam in Univerſitatem ſtudiorum An. MDCXXI. Ferdinandus II. convertit; quæ plenis juribus, quibus ulla unquam Germaniæ Univerſitas gaviſa eſt, frueretur. (f) Tum vero ab Univerſitatis corpore ſeparatum Gymnaſium;

---

(r) Legitur in fine libelli ERASMI *de copia verborum ac rerum*, qui editus Argentorati 1514. in 4to. Nominantur in ea SEBASTIANUS BRANTUS, JACOBUS STURMUS, THOMAS RAPHUS, THOMAS AUCUPARIUS, MATTHIAS SCHURERIUS, JOHANNES RUDALFINGIUS, STEPHANUS TIELERUS, JOHANNES GUIDA, OTOMARUS.

(s) Epiſtolam reſponſoriam Jo. MICH. MOSCHEROSCHIUS recudi fecit ſub tit. *D. E. R. epiſtola; Imago Reip Argent.* 4to An. MDCXLVIII. Sodalitatem hanc paulo ante Eraſmus inviſerat, à Magiſtratu Argent. nullo non officii genere ornatus, quod Eraſmus ipſe graro animo prædicat.

(t) BEATUS RHENANUS, ad Luſcinium, græcas literas Argentinæ profitentem, Baſilea ſcribens, ejusdem ſodalitatis facit mentionem, eique NIC. GERBELIUM addit. Epiſtola hæc duobus brevibus Leonis X. pro Eraſmo, quæ Probenius impreſſit, præfixa eſt. CEREALIUS, Pforzheimii natus, Vindobona ad hiſtoriam docendam Argentinam vocatur, in Epiſtola ad Schwebelium XXVI. pag. 75. eadem de re ſcribens An. MDXXIV. HEDIONEM memorat ſodalem, cui accenſendus eſt JACOB. OLARIUS, de quo IRENICUS *Exeg. Germ.* pag. 369. Tum vero PETR. SCHOTTUS, THOMÆ WOLPHII duo, Jo. GEILERUS, Muſarum, Argent-næ renaſcentium, lumina jam erant extincta.

(u) In *Germania Cis-Rhen.* pag. 25. ubi ignorantiam hiſtorum Argentinenſibus exprobans, ait; " Gymnaſium in urbe veſtra, ſine omni impenſa Reip. „ ſola domus excepta, erigi puſſet.

(x) SEELZIUS in *Append. Chronol. ad orationes ſeculares* An. MDCXXXVIII. pag. 297. ſeq. & 310.

(y) CAPITO in Præf. ad *Comment. Habakuk* An. MDXXVI. STURMIUS in *Anti-Pappo* IV. pag. 8. & 17. BOECLER. *in Orat. ſecul.*

(z) Teſtis ipſe BRUNFELS. in Præf. ad *Catech. pueror.* An. MDXXIX. BOECLERUS in *orat. ſeculari* pag. 140. *Actor. Jubilei*, male ponit Brunfelſium An. MDXIX. qui aliquot annis poſt Moguntiæ Argentinam venit.

(a) STURMIUS inſtituti ſui rationem reddidit in libello de *Ludis Liter. recte aperiendis.*

(b) STURMIUS in *Anti-Pappo* IV. fol. 157. ſq. SLEIDANUS Lib. XII.

(c) *Antipapp.* II. fol. 111. Pro aperiendis, emendandis, augendis Argentinenſium ſcholis aureos plures libellos edidit Sturmius, qui junctim impreſſi ſunt Tornifi Boruſſorum, tribus voluminibus 4to. An. MDLXXXVI. ſqq.

(d) STURMIUS in *Epiſt.* ad Georg. Cœleſtinum An. MDLXXVIII. ſcribit, Argentinenſes quatuor Faculratum jus ab Imperatore obtenturos fuiſſe, ſi petiiſſent. At modeſtia eos retinuit. Inaugurata Academiæ facta An. MDLXVII. Conf. *Acta Introduchionis*; GEORG. OBRECHT *Gedenck-Rede* pag. 17.

(e) Epiſtolas Claſſicas ſuas tum Sturmius ſcripſit.

(f) Acta promulgationis Privilegii Univerſitatis An. MDCXXI. publicata.

fium; filia Universitatis futurum, quæ antea consors. Præceptores à Conventu Professorio excluſi, Gymnaſiarchæ ſubjecti; (g) Rector Univerſitatis, quatuorque Facultatum Decani ſemeſtres creati, quorum viſitationi ac examinibus Gymnaſium ſubjacet. Sceptra ſigillaque duo, duo Bidelli & carcer conſtituti. (h) Sub tertia hac ſcholæ Argent. epocha An. MDCXXXIV. decem Gymnaſii claſſes ad ſeptem reductæ ſunt. (i)

## §. DCXL.

Collegia. Præter Facultatum Profeſſorum collegia numeroſius aliud Theologicum, quod Conventus Eccleſiaſticus dicitur, nec non Medicum ſeculo XVI. Senatus ordinavit. Prius quidem An. MDXXXI. Præſide Martino Bucero (l) inſtitutum, Doctores ac Profeſſores Theologiæ, Paſtores ac Diaconos urbis univerſos, uti Medicam Medicinæ Doctores ac Practicos quoque omnes, civium ordini adſcriptos, complectitur. In hoc Decanus perpetuus (m) & Prodecanus, annuatim eligendus, præſidium tenent. Inſpectio in Pharmacopolia & rerum ad artem ſpectantium ei attributa jurisdictio eſt; gravioribus rebus directores Pharmacopoliorum ex Magiſtratu interſunt. Sententiæ Collegii ſi reus refragatur, operam ſuam præſtat Senatus. Idem conſultantibus inquilinis & exteris ſuper artem reſpondet. (n)

Theatrum Anatomicum Argentinenſe, à longo jam tempore clarum, hoſpitali civitatis adhæret, ut eo promptius cadavera in illud poſſint transferri. Præſtans ibi Cimeliotheca Anatomica & hiſtoriæ naturalis eſt.

Societas pro convertendis Judæis Argentinæ ab Elia Schadæo, Minorum Prophetarum primum, dein linguæ Hebrææ Profeſſore, qui An. MDXCIII. obiit, inſtituta eſt. Inſigni Judæos convertendi fervore Vir præditus fini huic aliquot libros imprimi curavit. (o)

## §. DCXLI.

Collegium Guilielm. Ut autem Univerſitas, Gymnaſium & Eccleſia præſtantia quoque pauperum ingenia aleret, in vacua Cœnobii Guilielmitani conclavia pueri, qui bonis literis incumberent, à Præfectis Cœnobii, An. MDXXXIX. recepti fuerunt. Priore, qui Cœnobium relinquere noluerat, An. MDXLIII. mortuo, Jac. Sturmius Prætor, Jac. Mayerus XIII. vir & Caſparus Hedio contubernium alumnorum XXII. ſub Pædagogo inſtituerunt. Magiſtratus ex Collegiis ſuis duos dedit Præfectos; & Inſpectorem Hedionem, quem Ludovicus Rabus, dein Marbachius, excepit. An. MDLXVI. ex Profeſſorio, Eccleſiaſtico, & Gymnaſtico ordinibus, tres Viſitatores ſunt additi. (p) Alumnorum leges An. MDLIV. conditæ & An. MDCXXIV. renovatæ ſunt. Alendis illis ſumptus ex D. Nicolai in undis, aliorumque Monaſteriorum reditibus deſumti; quibus privata civium liberalitas, & ab An. MDXCII. annaria ſtipes, in Eccleſiis Proteſtantium collecta, quotannis ſuccurrit. Circa An. MDCLX. alumni hi in Collegium Prædicatorum tranſierunt, diſtributi in cellas; (q) nomen tamen Guilielmitarum retinentes.

Quin

(g) Præceptorum Gymnaſii ſalarium ex Minorum olim Conventualium reditibus petitur. Profeſſoribus autem Canonicatus D. Thomæ pro ſalario aſſignantur. SLEIDANUS. Lib. XXI.

(h) Scripta, quæ inauguration em, ſolennia & jubilæum ſcholæ Argent. ſub diverſo ejus ſtatu reſuſciunt, edidit CHRIST. AUG. HEUMANNUS in *Bibliotheca*, quam *Conringii Academicis Antiq.* adjecit

(i) Libellus publici juris tum factus hanc fuſius exponit. Gymnaſium ſuperius inferiusque diviſum. Illi quatuor curiæ adſcriptæ, in quibus Præceptores ambulatorii, in inferioribus autem tribus perpetui. An. MDCXXXVIII. & MDCLXVI. Gymnaſii & Academiæ jubilæa celebrata ſunt. Acta jubilæi Gymnaſii prodiere collectim An. MDCXLI. in 4to. Jubilæum Academiæ carminibus & programmate; quod Schallerus conſcripſit, celebratum An. MDCCXXXVIII. mutatio quædam in ſuperiore Gymnaſio ſuſcepta, claſſe ſelecta conſtituta, qua de re proeramma illius anni. An. MDCCLI. idiomatis Gallici inſtitutio addita. Magiſtratus decretum typis impreſſum.

(l) Poſt hunc in Angliam profectum Caſparus Hedio An. MDXLIX. Joh. Marbachius An. LII. Jo. Pappus An. LXXXII. Joh. Isechtold An. MDCX. Thomas Wegelin An. XXIII. Jo. Schmid An. XXIX. Jo. Conradus Danhauer An. LVIII. Sebaſtianus Schmid An. LXVII. Jo. Fauſt An. XCVI. Jo. Joach. Zentgraff. An. MDCCII. Bernhardus Wagner An. MDCCVII. Elias Silberrad An. XXVIII. Jo. Leonhardus Frœreiſen An. XXXI. electi ſunt Præſides.

(m) Primus fuit Melchior Sebizius; ſenior; inde Jo. Rud. Salzmann, Melch. Sebizius, junior, Jo. Alb. Sebizius, M. Mappus, Jo. Val. Scheid, omnes Profeſſores. An. MDCCXXXI. poſt Scheidii mortem à Tredecimviris conſtitutus eſt Jo. Saintlo, Med. Doctor, Quindecimvir, cui An. LV. Jo. Chriſt. Ehrmann, Med. Doctor & Practicus, vivo datus eſt ſucceſſor.

(n) Conſitutio, collegii hujus res ordinans, à Senatu An. MDCLXXV. typis edita proſtat.

(o) Pentateuchum N. T. Evangelia Lucæ & Joh. Acta Apoſtolorum, Pauli Epiſt. ad Rom. & Hebræos; Germanica lingua, ſed literis Judaicis; ut & Myſterium Pauli Rom. 11. de converſione Judæorum, Argent. MDXCII. ubi in præfatione alia hujus generis ſcripta promiſit.

(p) HUBERUS *de Renovat. Templ. Wilhelm.* pag. 62.

(q) Jam ante alumni quidam in Collegio Prædicatorum fuerunt, cum quibus Guilielmitani conjuncti ſunt. Vid. *Carmen ſecutare Collegii Guilielm.* SAM. BAOTHAGII An. MDCXLIV. Argent. 4to.

Stipendia.

Quin & in civitate, literarum amica, omnium ordinum cives, literati & illiterati, reperti sunt, qui magnam bonorum suorum partem Musis consecrarunt; ut ex eorum reditibus bonæ indolis juvenes stipendia & ad exteros evolandi facultatem accipiant. (r)

Academia Equestris.

Universitati accedit Academia, ubi equitatio, pugillatio, saltatio, sub idoneis exercentur Magistris. Scholares *Academiæ* Rectoris Universitatis jurisdictionem agnoscunt. Academia hæc An. MDCCLIII. magnis impensis constructa de novo.

Bibliothecam publicam in conclavi, ubi Jurisconsultorum jam auditorium, primitus constituerunt majores. An. MDXC. in Exedram, Acroaterio, exercitiis Academicis destinato, superstructam, fuit translata.

Ceterum ante literas renatas jam Argentinæ Poëtastrorum Teutonicorum, quos Phonascos appellant, Collegium extitit, hodieque superstes, quod in aliis Alsatiæ urbibus interiit. (s)

## §. DCXLII.

Typographia Argent. inventa.

Bibliotheca Typographiæ, apud Argentinenses inventæ, nos admonet, quæ musarum hujus urbis gloriam tam subito promovit. Gutenbergius, (t) ex nobili Gensfleischiorum familia Moguntiæ ortus, vir sagacis ingenii, relicta patria, fortunæ suæ sedem fixit Argentorati; ubi Alsaticam ducens uxorem (u) per decennium jure incolatus gavisus est. (x) Habitavit in agro suburbano prope portam albam, (y) ibique de ligneis mobilibus literis sculpendis cogitare cœpit, quæ pro lubitu jungi possent atque disjungi, (z) variisque adeo libris imprimendis servire, quæ præcipua Typographiæ utilitas est, eamque à tabulis sculptis pridem notis distinguit. Andreas Drizenius, Andreas Heilmannus & Jo. Riffius, cives Argentinenses, fortunæ mediocris, cum Gutenbergio, operis suscepti causa, jam circa An. MCCCCXXXVI. societatem inierant. Quum autem An. MCCCCXXXIX. moreretur Drizenius, inter fratrem ejus Georgium & Gutenbergium, ratione societatis cum Andrea defuncto, lis coram Senatu

(r) Beneficia præcipua hoc instituta sunt ordine. *Schenckbecherianum* à Johan. Schenckbechero XIII. viro An. MDLXXVII. *Mauritianum*, à Mauritio Uberheuw, D. Petri Jun. Canonico pro scholaribus VIII. An. MDXCV. *Hellerianum* à Jo. Hellero Consulari An. MDCXIV. *Prechterianum* ab Ursula Prechteria, nata Duntzenheimia An. MDLXIX. *Schiffmannianum* à Jo. Ad. Schiffmanno. J. U. Cand. An. MDCLXVII. *Ottonianum* à Marco Ottone, Consiliario civitatis, An. MDCLXXIII. *Fridianum* à Jo. Jac. Fridio, Advocato & Syndico Reip. Argent. An. MDCLXXIV. *Meyerianum* à Matthæo Meyer, Med. Doctore & Practico, An. MDCLXXX. *Gothianum* à Jo. Car. Gol, J. V. Licent. An. MDCCVII. *Leiterspergerianum*, à Joh. Leitersperger Quindecimviro, An. MDCCLIV. Enumeratis his stipendiis præfecti sunt ex Magistratu, Professoribus & civibus diribitores. *Dannhauerianum*, à Jo. Conrado Dannhauero, Profess. Theologiæ; *Schallerianum* à Joh. Schallero, Prof. Philos. An. MDCLXXV. *Gottwaldianum*; *Marcianum*. Ex Eleemosyna publica juvenes XIX. pauperes, literarum studiosi, panem & stipem accipiunt. His & stipendia varia pro artificibus accedunt.

(s) De Phonascis allbi uberius, ubi de Alsatiæ moribus.

(t) In effatis testium legitur ad marginem: *Juwelier Hanss Gutenberg.*

(u) Postremam gentis nobilis, Enneliam *zu der Isernen Thur.*

(x) Gutenbergius jam An. MCCCCXXXIV. questus est Argentinæ, quod Moguntini certos ei reditus annuos per plures jam annos non persolverent. Archigrammateum ergo Moguntinense cum altubi invenisset, cepit cum & nonnih accepta solutione dimisit. Dimissionis instrum. factum Argentinæ die Domin. post S. Gregorium An. MCCCCXXXIV. in Argent. Tabulario extat. Ex Charta compositionis, quam Conradus III. Elector Moguntinus, An. MCCCCXXX. inter Senatum & cives fecit, apparet, Joh. Gutenbergium eo anno jam abfuisse Moguntia; atque ita per XV. annos incola Argent. fuisset. Charta hæc extat Tom. III. *Scriptor. Mogunt.* pag. 469. & apud KOELERUM *Ehrenrettung Gutenbergs*, pag. 67.

(y) Effata testium in lite contra Gutenberg: *do werent Andreas Heilman u. der zu Gutenberg homonen zu S. Arbogasth.* Conventus S. Arbogasti fuit extra portam albam.

(z) Caracteres hi, filo ut possent conjungi, perforati fuerunt, uti ens vidit SPECKLINUS testis *Chron.* Mf. Archivi Argent. unde excerpta apud SCHILTER. ad *Königshov.* pag. 442. Specklinus addit, se vidisse quoque integra verba ligno insculpta, ipsimque prelum; omnia hæc autem le vivo neglecta periisse.

Senatu exorta eſt ; ex cujus actis (*a*) addiſcimus, ſocios hos, ſub Gutenbergii ductu mobiles jam tractaſſe literas, easque in tabulæ planæ formam compreſſas ſubjeciſſe prelo. Poſt hanc litem, cujus exitum ignoro, quinquennium totum Argentinæ Gutenbergium porro transegiſſe, rotulus Gabellarum vini (*b*) me docet, in quo nomen ejus An. MCCCCXLIV. conſignatum inveni. In hoc temporis intervallo artis ille ſuæ rudimenta continuavit, variosque exiguæ molis libellos characteribus non fuſis, ſed ex ligno plumbove ſculptis, (*c*) impreſſit, adeoque per ſeptem minimum annos Argentinæ typographiam exercuit ; nonniſi poſt incolatum decem annorum rediturus Moguntiam.

## §. DCXLIII.

Quocunque ille tempore in patriam hanc ſuam urbem redierit, in perficienda tamen typographica arte ante An. MCCCCL. nihil prorſus ſuſcepit. Petrus enim Schœfferus, perfectæ apud Moguntinenſes typographiæ auctor, An. MCCCCXLIX. Lutetiæ librarium egit. Mihi ſane hæc ſcribenti ante oculos eſt chartaceus Bibliothecæ noſtræ Academicæ codex, quem anno hoc Petrus Gernsheim Lutetiæ deſcripſit. (*d*) Hic ergo nonniſi An. MCCCCL. de perficienda typographia cum Gutenbergio & Fauſto potuit Moguntiæ conferre, atque ligneis vel plumbeis characteribus ſculptis, à Gutenbergio Argentinæ inventis, fuſiles ſubſtituere ſtanneos, formis expreſſos; unde typographia nitidior atque concinnior prodiit. Lites, Gutenbergium inter & Fauſtum mox ortæ, impulerunt hunc, ut ab omni illum typographiæ excluderet conſortio. Unde in epigraphis, primorum librorum, Moguntiæ impreſſorum, calci ſubjectis, omnem inventæ typographiæ gloriam ſibi & Schœffero ſuo Fauſtus adſcripſit, Gutenbergii, inventoris veri, ubique reticens nomen. Gutenbergio ab artis inventione excluſo, excluſa quoque fuit Argentoratus, ubi ab eo ars fuit inventa. Vicit tamen invidiam veritas. Plerarumque enim Europæ gentium Annales Typographiæ incunabula Gutenbergio vindicant. Moguntiæ perfecta.

## §. DCXLIV.

Argentinenſium cauſæ nocuit : I. Quod Gutenbergius ; Moguntinus origine, Argentina relicta in patriam rediit, ibique mortuus eſt. Moguntinum, Moguntiæ mortuum, typographiam ibidem inveniſſe, veriſimile eſt. Decennalis apud Argentinenſes incolatus Gutenbergii ipſis Argentinenſibus ſec. XVI. & ſequenti fuerat ignotus. II. Quod prima impreſſoriæ artis rudimenta Argentinenſia nonniſi imperfecta & paucorum eſſent foliorum, absque anno impreſſionis & loco ; ars enim in occulto tum habita. III. Quod Argentinenſium cauſa ab ipſis Argentinenſium ſcriptoribus, ad hunc uſque diem, male fuit defenſa. Documentorum enim, quæ in publicis eorum ſcriniis latebant, non conſcii, ad avia deducti ſunt, nec inter ſe ipſi concordes. Jac. Wimphelingius, qui Seleſtadienſis ortu, nobiliorem tamen vitæ ſuæ partem Argentinæ transegit, duodecennis jam fuerat, cum primitias typographicas Gutenbergius Argentinæ Quid Argentinæ nocuerit.



(*a*) Partem actorum, quæ ſententias Senatus An. MCCCCXXXIX. continet, ex Contractuum Protocollo mecum An. MDCCXL. jam communicavit Jac. Wenckerus, Conſulatûs, publico tum tabulario præfectus. At An. MDCCXLV. Jo. Henr. Barthius, cultos Archivi, effata teſtium, qui in cauſa hac auditi ſunt, reperit, cum Numismatice turris deſtruendæ occaſione veteres chartæ & codices in publica Curiæ ſcrinia transferentur. Effata hæc præcipuas Typographiæ partes nobis ante oculos ponunt Enne ia teſtis enuntiavit, Laurentium Beldeckium mortuo Andreæ Drizenio ad Nicolaum fratrem ejus veniſſe, nomineque Gutenbergii petiiſſe, ut quatuor tabulas ſub prelo jacentes, inde eximat, easque dejiciat, ne quis videre poſſit, quid res ſit, quam ille clam habeat. *Andr. Drizehen ſelig hat 4. Stuck in einer preſſen ligen. Do bet Gutenberg gebeten, das er die uff der preſſen nement und die von einander legent, uff das man nit gewiſſen kunne, was es ſy, das er hat nit gerne das das jemand ſibet* Idem Hanns Sidenmeyer teſtatur. Conradus Sabspach effatus eſt, Heilmannum, qui unus ex ſocius erat, mortuo Andrea, ad ſe veniſſe, dixiſſeque, tu prela confeciſti, abi, & tolle tabulas ex pselo, & diſjice eas, ne quid inde aliquis diſcat. *Nym die Stucke uff der preſſen und zerriere ſie von einander, ſo weis niemand, was es iſt.* Laur. Beldeckius enuntiavit : ſe à Joh. Gutenbergio poſt mortem Andreæ Drizenii ad Nicolaum fratrem ejus miſſum, ut diceret ei, ne cuiquam prela monſtraret, cochleas circumageret duas, ut fruſtula concideret : *Das er die preſſe die er hunder im bet, niemand zeigte &c. und gan ieber die preſſen und die mit den 2. worbeln uffdraue, ſo wirdent die Stucke von einander, dieſelben Stucke ſoit er dann in die preſſen oder uf die preſſe legen, ſo kunde darnach niemand geſehen noch gemercken.* Artem hanc ſocii vocarunt ſua lingua *Kunſtwerck*, per riſum ſubinde *Gauckelwerck*.

(*b*) Vectigal vini, dictum *Helbeling Zoll*, Gutenbergius An. MCCCCXLIV. perſolvit.

(*c*) Aſſervu p'ures hujus generis in Bibliotheca mea ; nonnullos eorum in *Diſſert. de Inventione Typographiæ*, An. MDCCXL. ſcripta, quæ in *Commentariis Acad. Reg. Inſcript.* Tom. XVII. extat, pag. 770. recenſui.

(*d*) Petrus de Gernsheim ipſe Petrus Schœfferus eſt. In calce codicis literis grandioribus hæc ſcripta leguntur. „ Hic eſt finis omnium librorum tam „ veteris quam nove loice completi per me Petrum „ de Gernſzheym alias de Moguncia anno „ MCCCCXLIX. in glorioſiſſima univerſitate Pari„ ſienſi. „ Codex formæ majoris eſt. Porphyrii & Ariſtotelis libri varii, ab eodem Petro Schœffero exarati, in eodem volumine occurrunt.

tinæ tractaret. Ille ergò, quum Gutenbergium artem excusoriam Argentinæ inveniſſe, Moguntiæ perfeciſſe, An. MDII. ex vero ſcripſiſſet; (*e*) ſexennio poſt in alia omnia diſcedens, ab Argentinenſi quodam Anonymo artem inventam & ab eo Moguntiæ ſub ductu Johannis Gensfleiſch, ex ſenio cœci, in domo Boni Montis (*Gutenberg*) completam fuiſſe, contra omnem rei geſtæ fidem perſcribit. (*f*) Hier. Gebvilerus, qui Wimphelingium ſenem juvenis vidit, Jo. Mentelium ſtanneis calamis excudendi artem An. MCCCCXLVII. Argentorati inveniſſe narrans, inventæ typographiæ laudem ei adſcribit. (*g*) Wimphelingii & Gebvileri errores Daniel Specklinus, circa An. MDL. vivens, commiſcuit; Mentelio Argentinenſi inventionem artis tribuens, famulum ejus Gensfleiſchium, arte perſpecta Moguntiam profugum, Gutenbergio artis myſteria revelaſſe memorat. (*h*) Error hic bonam licet Argentinenſium cauſam evertat, ad omnes tamen eorum ſcriptores, Boeclerum, (*i*) Schragium, (*k*) Schmidium, (*l*) Schilterum, (*m*) & ipſius Mentelii atnepotem Jac. Mentelium, (*n*) transivit; Anonymi cujusdam ex Sec. XV. Chronico Mſ. archivi Argent. ſeductos; cui quanta fides habenda ſit, nemo re probe examinata non perſpicit. Gutenbergium ſane eundem cum Gensfleiſchio fuiſſe, ipſa Collegiatæ noſtræ Thomanæ ſcrinia docent. (*o*) Gutenbergius Argentina diſcedens omnem ſui memoriam ſecum abſtuliſſe videtur.

## §. DCXLV.

Rudimentorum artis, apud ſe inventæ, memoriam neſcio qua ratione ipſi Argentinenſes amittere potuerint. Ipſas Moguntinenſium formulas (*p*) in fine Pſalterii An. MCCCCLVII. Rationalis Durandi An. LIX. & Catholici Januenſis An. LX. ſi inſpicias, gloriam inventionis Fauſtus ſibi & Schoeffero non adſcribit; ſed Argentinenſia rudimenta ſilentio præteriens, artem induſtrie conſummaſſe ſe jactat, & recte ſe jactat. Fuſilium enim characterum inventio Moguntiæ, ſculptorum Argentinæ debetur. At ſculptos apud Argentinenſes ſi Gutenbergius non inveniſſet, nec fuſiles apud Moguntinos inveniſſet Schœfferus, à Gutenbergio artis rudimenta edoctus.

Quodſi quis denique typographiæ inventæ laudem Argentinæ non tribuendam exiſtimet, quod Gutenbergius non Argentinenſis, ſed Moguntinus origine fuerit; ille intelligat, nec Fauſtum, nec Schœfferum, quos Moguntia jactat, Moguntinos fuiſſe. (*q*) De loco, ubi ars inventa, non de patria inventoris, quæritur.

Jactantiæ ergo non accuſandi ſunt Argentinenſes, quod typographicas origines ſuæ vindicant urbi. Tenzelius, (*r*) Struvius, (*s*) Koelerus, (*t*) authentica illa acta, quæ ante oculos habeo, (*u*) ſi & ipſi vidiſſent, Argentinenſium cauſæ defenſores ſe conſtituiſſent, non hoſtes.

Nec

(*e*) In Rer. *Germ. epitome*, Thomæ Wolphio An. MDII. dicata, apud Schard. *Rer. Germ.* Tom. I.

(*f*) *De Epiſc. Argent.* ſub Ruperto.

(*g*) In *Panegyri Carolina* An. MDXXI. ſcripta pag. 37.

(*h*) In *Chron. Argent.* Mſ. quod ſcrinia civitatis aſſervant. Ex eo verba deſcripſit Schilter. ad *Kœnighov.* pag. 442.

(*i*) *Orat. ſeculari. de Typographia* An. MDCXL. habita.

(*k*) Advocatus Reip. Argent. *vom Erfindung der Buchtruckerey.*

(*l*) Jo. Schmidius in concione de hoc Argum. An. MDCXL.

(*m*) *Ad Kœnighov.* loco alleg.

(*n*) Caſtro-Theodoricenſis de *vera Typographiæ origine* 4to. Pariiis 1650.

(*o*) Extat hoc documentum in libro Salico B. fol. 293. Joh. Georg. Scherzius, Juris Prof. excerpta communicavit Schelhornio, qui *Amœnitatib. Liter.* ea inſeruit Tom. IV. pag. 304.

(*p*) Exponit eas Maittaire *Annal. typograph.* Tom. I. pag. 35. ubi tamen Pſalterii formula ita legenda ex vero: "Preſens Spalmorum Codex venuſtate "capitalium decoratus rubricationibusque fufficienter "diſtinctus, adinventione artificioſa imprimendi ac "characterizandi abſque calami ulla exaratione hic "effigiatus, & ad eufebiam dei induſtrie eſt confum- "matus per Johannem Fuſt civem Maguntinum & "Petrum Schoffer de Gernſzheim anno Domini "milleſimo CCCCLVII. in vigilia aſſumptionis.

(*q*) Fauſtus Aſchaffenburgo, Schœfferus Gernsheimio oriundus erat.

(*r*) *Diſcurs von Erfindung der Buchdruckerey.*

(*s*) *Introduct. ad Rem Liter.* Cap. XI.

(*t*) *Gutenbergs Ehrenrettung* pag. 2.

(*u*) Quæque cum brevi commentario propediem editurus ſum.

Nec Mentelius, quem artis inventorem huc usque Argentinenſes conſtituerant, ſua privandus eſt laude. Quod enim Gutenbergius cum Schœffero Moguntiæ, id ſolus Argentinæ Mentelius (*x*) præſtitit. Hujus ſucceſſores fuere Eckenſteinius, Ruſchius, (*y*) Flaccus, Gruningerus, Prüſſius, Schurerus, qui prelis ſuis Argentinam illuſtrarunt. Præcipua typographia fuit in ædibus, cujus inſigne *vivarium*, propria Epiſcopi. Typographia reſtaurationem literarum, utraque mutationem ſacrorum, apud Argentinenſes promovit.

## §. DCXLVI

Hæc rerum Argentinenſium delineatio urbem, ſub Periodo Germanica, nulli Imperialium ſecundam demonſtrat; pace præſtantem & bello. Enimvero magna rei militaris laude Civitas hæc libera ab omni ævo floruit. Bella perpetua per Alſatiam, Helvetiam, Burgundiam, Lotharingiam, Sueviam, cum Epiſcopis ſuis, cum Principibus, Comitibus, Dynaſtis atque Nobilibus geſta, quibus firmata libertas, ſociique defenſi, effecerunt, ut cives ſemper eſſent armati, equitatu, peditatu, armamentario, (*z*) bellique ducibus, ſemper inſtructi. Sec. XIII. militiæ tanta fuit celebritas, ut ipſi Alſatiæ ſuperioris ex Habsburgica gente Landgravii, Rudolphus placidus, (*a*) Albertus ſapiens atque Rudolphus, dein Germaniæ Rex, avus nempe, pater & filius, copiis Argentinenſibus præeſſent ductores. An. MDLXXXIII. Georgius Johannes, Palatinus Rheni Comes, Argentinenſibus præfectum militiæ ſe obtulit literis, idemque quadriennio poſt repetiit præſens. In bello Epiſcopali cum Cardinali Lotharingo Anhaltinus Princeps Argentinenſium copiarum ſe præſtitit ducem. Belli denique tricennalis temporibus urbs, Suecis juncta, Auſtriacis intacta, ſemper ſtetit in armis, adeoque & Gallis, Suecorum fœderatis, amica. Ceterum non ſeneſcere ſolebant Argentinenſium bella. Odiduum ſæpe turbas ingentes abſolvit & peperit. Subitæ acies ſubitas lites non ſemel diremerunt, ea tamen ſeculi inhumanitate, ut non in homines tantum, ſed & in tecta ſæviretur. Quot oppida, caſtra, caſtella, burgi & vici, vel diruti vel incendio deleti! (*b*) Res militaris.

## §. DCXLVII

Ex bellis his multiplicia quoque exorta ſunt fœdera, quæ cum Civitatibus, Dynaſtis, Comitibus, Landgraviis, Principibus, Ducibus, Electoribus, Abbatibus, Epiſcopis, Archiepiſcopis, per quadringentorum annorum curſum Argentinenſes pepigerunt. An. MCCLV. fœderi Civitatum Statuumque Rheni Argentina acceſſit. (*c*) An. MCCCXXXII. cum Balduino Trevirenſi Archiepiſcopo, Moguntini Archiepiſcopatus & Epiſcopatus Spirenſis adminiſtratore; An. MCCCXXXVIII. cum Auſtriæ Duce, Epiſcopo Argentin. & Abbate Murbacenſi, Rappoltſteiniis Dynaſtis, Comitibus in Hohen- Fœdera.



(*x*) Vincentii Bellovacenſis Specula X. Voll. à Mentelio Argentinæ maxima forma An. MCCCCLXXIII. in publicum emiſſa, artis perfectæ illuſtres ſunt teſtes.

(*y*) Adolphus Ruſchius, Mentelii ſucceſſor, ex familia illa natus fuit, à qua Rauſchenburg caſtrum nomen accepit; in quo Icenicus typographiam natam fuiſſe credidit. Vid. ſupra pag. 217. §. CCCCXXV. Ruſchii hujus mentio apud WIMPHELING. in *Epit. Hiſt.* Cap. LXV.

(*z*) Armamentarii Argentinenſis fama in proverbium abiit, *Straburger Geſchütz*.

(*a*) HORNIGHOV. *Chron.* Cap. II. pag. 118. & Cap. V. pag. 314. GERHARDUS DE ROO *Hiſtor. Auſtr.* Lib. I.

(*b*) In bello Epiſcopali Geroldseckiano intra biennium munitiſſima caſtra Haldenburgum prope Hugsbergam, Wickersheimium ad Bruſcam, Lingolsheimium, Northuſa, turriſque in Mundolzheim, Argentinenſium armis deſtructa. Paulo poſt Reichenſteinia arx prope Richovillam & arx Weglenburg idem ſubierunt fatum. Seculo XIV. undecim caſtra per Argentinenſes capta vel omnino everſa ſunt: Erſteinium, Schwanau, Frundsberg, Ochſenſtein & Windeck; quorum illud in Alſatia, hoc trans Rhenum; Herlisheim ſuperioris Alſatiæ, Caſtillonenſe Comitatus Burgundici, Hornberg trans Rhenum, & Homburg trans Vogeſum, Loewenſtein, Herrenſtein. Seculo XV. ineunte caſtra Waldſperg & Freudeneck capta, bellumque in Epiſc. Guilielmum decretum. Inde Armaniacæ per Alſatiam ſucceſſerunt velitationes, ubi magna Argentinenſium apparuit virtus. An. MCCCCLXXI. caſtrum in valle Rupenſi ab iisdem eſt captum. An. MCCCCLXXIV. caſtrum Ortenberg, quod Hagenbachius, Caroli audacis Præfectus, injuſte occupaverat, Argentinenſes pro civibus nonnullis recuperarunt. Eodem anno ceperunt Schutterum in Ortenavia, ubi Geroldſeckii prædas ſuas, mercatoribus Baſilienſibus Rhenum deſcendentibus prope Rhinoviam ablatas, depoſuerant. Inſequentium temporum bella ſuis annis memoravi.

(*c*) LEIBNIT. *Cod. Jur. Gent.* in Mantiſſa pag. 93. LEHMANN *Chron. Spir.* Lib. V. Cap. XCII. Pro ſtabiliendo hoc fœdere colloquium Argentinam indictum; at nuntii Comitum advenientes ab Emicone, Leiningæ Comite, capti ſunt in villa Herde & in caſtrum Landeck deducti, in vigil. S. Michaelis 1255.

Hohenburg, ſocietatem inivit, cui An. MCCCXLV. Landgravii Alſatiæ acceſſerunt. An. MCCCLXII. fœderi inter Epiſcopos Baſil. & Argent. Abbatem Murbacenſem, Auſtriæ Ducem, Fürſtenbergicum Comitem, Ochſenſteinios & Geroldseckios Dynaſtas, Argentina ſe junxit. An. MCCCLXXI. cum Eberhardo, Wirtenbergæ Comite; An. MCCCLXXX. cum Comitibus Palatinis, Wenceslao, Luxemburgi & Brabantiæ Duce; An. MCCCXCIX. cum Joanne, Electore Moguntino, Bernhardo, Marchione Badenſi, Eberhardo, Wirtembergenſi Comite, Argentinenſes pacti ſunt fœdus. An. MCCCCVIII. Ruperto Germaniæ Regi, filioque ejus Ludovico, qui in Palatino Electoratu patri ſucceſſit, civitas ſe junxit, addita conditione, ut ex Senatu Argentin. arbiter ſumeretur, ſi lites orirentur. Innumera alia cum Epiſcopis Argent. Civitatibus, Dynaſtis, fœdera prætereo. Illa, quæ religionis cauſa inita fuerant, ſuperius expoſui. (*d*)

## §. DCXLVIII.

Argentinenſium character.

Quanquam autem ſua ſtrenue Argentinenſes defenderent, aliorum tranquillitatem tamen non facile ſollicitarunt, non appetentes alieni, nec ſui profuſi, mediocritate contenti; Maſſilienſibus ſimiles, quos comitas græca & provincialis parſimonia commendavit Romanis. Unde Argentinam templum humanitatis ab omni tempore dixeris, ad quod exteri facile admiſſi; in quibus cives noſtri non patriam, ſed animum reſpexerunt & artem, peregrina ſimplicius æſtimantes quam ſua, honorum & divitiarum mediocriter cupidi, mercaturæ, quantum neceſſe eſt, ſtudioſi. Veterem Argentinenſium propenſionem in Gallos ægre tulit Jac. Wimphelingius, (*e*) Gallis iniquus. " Ex noſtris, inquit, plerique plus Gallico, quam Romano, aut Germanico regno » favent. Mittuntur enim nonnunquam ad Gallicos Reges à noſtratibus oratores » ſemigalli, qui cum à Gallis benigne excipiuntur, aſſentari ſolent eis & favere, » ſperantes ſi has noſtras terras Reges Gallorum vincerent, ſeſe ſub eorum dominatu » nonnihil honoris atque dignitatis conſecuturos; quod alioquin, quoàd hic Romanæ » aquilæ dominabuntur, non poſſe eis provenire formidant. " Jacobo Sturmio, Argentinenſium legato, propenſum civitatis in Gallos animum in Spirenſibus Comitiis An. MDXLIV. Henricus junior, Dux Brunsvicenſis, quum identidem objiceret, de benevola Galliæ Regis in urbem mente certum ſe quoque eſſe Sturmius regeſſit. (*f*) Appropinquante Henrico II. Rege Argentinam verſus An. MDLII. ut oppreſſis à Carolo V. Germanis auxilium ferret, civitas, ne offenderet Cæſarem, diſſimulavit. Diſſimulatio Gallia An. MDCXXXV. ſuccurreret.

De Argentorati dotibus multa Wimphelingius, (*g*) Erasmus, (*b*) Gebvilerus, (*i*) qui eam viderunt. Elogia metrice enuntiata apud Raph. Volaterranum, (*l*) Franc. Irenicum, (*m*) Reusnerum, (*n*) Nicod. Frischlinum (*o*) aliosque paſſim, reperimus. (*p*) Præter nimiam libertatem, legum frugalitatis ſumptuariæque deſectum, ac valentium mendicantium copiam, nihil culpatu dignum Argentinæ ævo ſuo Gebvilerus invenit. Inter urbis incommoda B. Rhenanus, (*q*) & ex eo Seb. Munsterus, (*r*) retulerunt, quod egeſtoriis careat. (*s*)

## §. DCXLIX.

(*d*) Pag. 313. §. DLXXX. & pag. 341.

(*e*) In dedicat. libelli: *Germania cis Rhenum*, An. MDI.

(*f*) *Henrici jun. Ducis Brunſvic. Antwort wider den Churf. von Sachſen und Landgraf zu Heſſen auf dem Speir. Reichstag* An. MDXLIV. lit. E.

(*g*) *Germania cis Rhenum.*

(*b*) *Epiſt. ad Wimpheling.* apud Mich. Moschedidit, qui ſec. ſuperiore *Imaginem Reip. Argent.*

(*i*) *Panegyr. Carolina* pag. 29.

(*l*) Lib. VII.

(*m*) *Exeget. Germ.* Lib. XI, pag. 369. auctore Dracontio.

(*n*) *De Civit. Impp.* pag. 28.

(*o*) Apud Schad. *deſcript. ſumini templi* pag. 310.

(*p*) Salomon Frencelius ſec. XVII. Poeta Silefius, ita de Argentina:

"Ubi integra eſt fides, ubi leges bonæ.
"Ubi tam decens, tam pulcher ordo, tam vetus.
"Schola tam frequens, celebris, docta, ſedula.
"Urbsne aurea eſt, vel appellanda argentea?

(*q*) *Rer. Germ.* Lib. III. pag. 259.

(*r*) *Coſmograph.* Lib. III. Cap. XCI.

(*s*) Egeſtoriis his Baſilea abundat, per quæ civitatis conſervatur mundities, ubi teſtudines ſub terra ſordes recipiunt, & in flumen propellunt.

## §. DCXLIX.

Ceterum præter bella cum exteris, quæ raro erant diuturna, præter tumultus, (*t*) qui & transitorii tantum minusque frequentes, publica quoque urbium flagella, inundationes aquarum, (*u*) incendia, (*x*) pestes, epidemiæ, (*y*) terræ motus, (*z*) fames, (*a*) Argentinam identidem affligerent. Memorabilia.

## §. DCL.

Sed jam tempus est, ut in agrum circumjacentem exspatiemur ex urbe. Totius hic Alsatiæ fertilissimus est, magnis proventibus felix & dives, femina quæcunque concipiens & cum fœnore reddens, (*b*) omnium arborum patiens; pascuis, viridariis, hortis, ambulacris refertus, oculos amœnitate demulcens; omnis generis fruticum, olerum & herbarum ferax, Nicotianæ (*c*) præfertim. Extra portam Turris albæ detectus est acidularum fons An. MDCLXIX. cujus aquæ vitriolo & cupro impræ gnatæ ab exteris frequentari cœperunt, fed non diu fama duravit. Ager urbis.



(*t*) Inter Nobiles ipsos magis, quam inter reliquos cives, rixæ & cædes: & notabiliores quidem An. MCCCXXXII. XIII. Cal. Junii inter Zornios ac Mulnhemios, & An. MCCCLXXIV. die S. Georgii inter Rebstockios atque Roshemios, etcetera. Vid. Kornigshov. Cap. V. pag. 304. & 311. An. MDCLXXII. magna animorum agitatio in urbe fuit. Georgius Obrechtus, L. V. D. Procurator caufarum, libellis pluribus famosis contra Dominicum Dietrichium, Consulem, virum prudentem & gravem, per aliquot menses in urbe diffeminatis, d. 22. Jan. incarceratus, quinto post die crimen sponte confessus, d. 7. Febr. ad gladium damnatus est, inops urdecim liberorum pater, inter quos erat Ulricus, reus. Dein Prætor. Aneilla, Obrechto domum redeunti prælucens, ignara rei, fibellum in platea vitulina fustulerat, innocua index futura facinoris. Jo. Waltheri *Chron. Argent.* Mss. pag. 261. sqq.

(*u*) An. MCXCVIII. inundatio gravis. Irenicus *Exeg. Germ.* Lib. XI. pag. 369. An. MCCLXVIII. *Rhenus omnes pontes destruxit*, & An. MCCXC. *quater ante nativitatem Domini inundavit.* Annales Colman. pag. 8. & 25. An. MCCCII. *Argentinæ Rhenus intravit cellaria multorum, & unus ex civibus lucium magnum in suo cellario comprehendit.* Ibidem pag. 14. An. MCCCXLIII. circa festum Jacobi idem fluvius, pontibus ac molendinis ablatis, mœnibus urbis alluvione fua non parum nocuit. Kornigshov. pag. 165. An. MCCCLXXIV. *venerunt tres inundationes aquarum fuccelentes fe infra festum Epiphaniæ & festum S. Valentini.* Albertus Arg. *Chron.* pag. 165. An. MCCCLXXXV. minus quidem, at diuturnior, Rheni inundatio fuit Kornigshov. pag. 366. An. MCCLCIII. pons Rhenanus & An. MCCCCXXII. murorum pars ac plura molendina vi aquarum ablata funt. An. MCCCCLXXX. circa diem Mariæ Magdalenæ; An. MCCCCXCVI. in feriis nativitatis Christi, An. MDXXXV. An. MDLXX. circa d. S. Nicolai, An. MDCXLIX. & LI. ineunte vel Rhenus vel Ellus, vel uterque simul, extra alveum fuum transfui, agri Argentinenfis, imo & urbis quandoque, partem vastarunt. An. MDCLXX. d. 9. Jun. octodecim pontis Rhenani pilæ impetu glaciei everfæ funt. Jo. Waltheri *Chron. Argent.* mss. pag. 254.

(*x*) An. MCCLXX. & MCCCLIII. die S. Alexii, ædes ad forum lignarium; An. MCCXCII. vicus pellionariorum, Annales Colm. pag. 27. An. MCCXCVIII. in vigilia assumptionis Mariæ trecentæ & quinquaginta quinque domus, tectum, organum muticum & campanæ summi templi, An. MCCCXIX. & LII. platea calcariorum (*Sporrergaß, bod. Spitzgaß*) igne absumptæ funt. Annales Colmar. pag. 32. Kornigshov. Cap. V. §. LXV. sq. An. MCCCXXVII. & MCCCLXXXIV. ad fossam dictam *Rintzbutergraben*, & posteriore quidem anno usque ad plateam, quæ à fine ineendii *Brænden-end* dicitur, centum & fexaginta fex domus; An. MCCLXXIII. prope octoginta ædificia in armentaria (*viehgaſi*) & vicinis ei plateis; eodemque fuburbium albæ turris bis; quinquennio post domus ibi recens extructæ conflagrarunt. An. MCCCXCIV. fexcentæ in Krutenavia, triennio post quadringentæ & An. MCCCC. festo nativitatis Christi circa horam meridianam quindecim ædes combustæ. Kornigsh. loco cit. §. LXVII. sqq. pag. 289. & 389. Speckl. *Collect.* mſ. pag. 266. Klebinlawel pag. 80. & sequentibus passim.

(*y*) An. MCCCXVI. penuriam frumenti dira mortalitas fecuta est, quæ transferendo extra urbem hofpitali occasionem præbuit. Kornigsh. Cap. V. §. XLVII. Eiusdem seculi annis LVIII. LXIII. LXXXI. LXXXVII. idem flagellum Argentinam fœdasse ac ditasse ecclesias, auctor est Kornigsh. loco cit. §. XCI. sq. An. MCCCCXVIII. morbus ibidem invaluit, quem vulgus *Veits tanza*, choream S. Viti, appellavit; quod multi ex plebe homines pruritu saltandi se agitatos dicebant. Remedium itinere sacro ad D. Viti capellam prope Tabernas quotidium. Schilter ad *Königth* pag 1088. An. MDXLI. fex mille, An. MDLXIV. quater mille & treeenti, An. MDLXXXII. bis mille septingenti & quatuordecim homines. Crusius *Annal. Suev.* Tom. II. Lib. XII. Part. III. pag 785. Argentorati mortui sunt.

(*z*) An. MCCLXXXIX. summum templum & omnis urbs commota. Kornigshov. Cap. V. §. CXCVIII. An. MCCLCVI. die S. Lucæ Argentina violento terræ motu concussa, at Basilea eversa. Annuæ fupplicationi D. Lucæ dies ab eo tempore dicatus, quo senatus vestibus pœnitentium prisci solenni ceremonia superos quotannis placavit. An. MCCCLVII. die S. Sophiæ, LXIII. circa solstitium æstivum, An. LXIV. die S. Egidii, An. LXXII. die 1. Junii novi, sed minus graves, fecuti sunt motus. Kœnigsh. loco cit. pag. 361. fq. Ufftisii *Epitome Hiſt. Raſil.* pag. 76. An. MCCCCXLIV. LXIX. An. MDLIX. d. 25. Jan. An. MDCI. d. 8. Sept. An. MDCXLII. d. 16. Nov. An. MDCLV. d. 21. Martii An. MDCLXIX ultimo Sept. An. MDCCXVIII. die 3. Aug. & An. MDCCLV. d. 9. Dec. circa horam 3. pommeridianam pari foli trentore Argentinenses territi sunt.

(*a*) An. MDXXIX. triennalis fere Germaniam Galliamque fames cum preſſiſet, Resp. Argent. exiris fupra centena millia quartalium frumenti vendidit, bis mille centum & quinquaginta pauperes Gallos & Germanos in Minorum monasterio nutrivit. Duodecim menſium ſpatio quingenti & quadraginta octo peregrini supra 20. millia excepti fuerunt. Superarent hæc fidem, nisi scriptor illius temporis, Argentinæ qui visit, Caſparus Hedio, rem traderet in *Paralipom. ad Urſperg.* pag. 361. An. MDCXXXVI. quartalis frumenti pretium ad 15. imo 20. florenos ascendit, milites circa urbem cum omnia essent populati. Equi & canes devorati.

(*b*) Cepæ, coriandri, & anisi femina præ aliis æstimantur. Vide Conspectum Alsatiæ Tom. I. pag. 9. §. XIII. ubi & de Brassicæ cap. tatæ pondere & magnitudine enormi.

(*c*) Nicotiana in agro Argent. plantari cœpit An. MDCXX. à Roberto Kœnigsmann, mercatore, patre Robetti Kœnigsmanni, Prof. Eloquentiæ, in fundo tractus, qui *Vach-Ward* dicebatur, una leuca ab urbe. Ab eo tempore curtis Anglica (*Engelhendiſch hof*) dicitur, quod ex Anglia Nicotianæ grana attulit Kœnigsmannus, ibique plantavit.

Kœnigshoven.

Vicinum huic portæ Kœnigshovium fuit, de quo plura jam alibi. (*d*) *Regiovillam & Kinigushove vicum* RICHERIUS SENON. (*e*) vocat. Regius nempe vicus cum Palatio fuit, cujus marca ad veteris urbis usque se extendit pomœria; Sec. XIV. destructus, incolis cius in urbem translatis. An. MCCXLVI. Offenna de Kunigeshoven, uxor Hugonis militis de Mittelhus, curiam unam apud lobium in Kunigeshoven Cathedrali Ecclesiæ Argent. donavit. Kœnigshovium denique à Carolo IV. civitati concessum est. An. MCCLXXXII. Gœselinus Kurnagel, miles Argent. monasterium virorum in honorem S. Galli, ubi nunc cœmeterium, condidit, curamque ejus Canonicis D. Thomæ commisit. Nic. Spender, Præpositus Thomanus, monasterium monialium ibidem instituit. (*f*) " Aream super Brusca inter Kunigeshoven & Eckebolzheim „ construendi monasterium concessam „ Bertholdus Ep. in literis, An. MCCCXXXIX. Carthusiæ datis, refert. Retro cœmeterium hoc castellum turriforme ad Bruscam conspicitur, *Brüscheck* quod nominant, mille passus distans ab urbe. Soluto, quo Marchioni Badensi obnoxium erat, vinculo feudali, à Maximiliano Felice, Wolckenstein-Ebersteinensi Comite, ad Jo. Franciscum, Comitem à Branckhorst & Cronsfeld, nec non Godefridum Stœsserum, urbis Argent. Advocatum, dimidia ad utrumque parte, jure emtionis An. MDCLXXXI. pervenit. Cronsfeldæ Comiti ac Stœsseris Gunzeri mox succesſere, à quibus per Wurmseriam, Gunzero antea nuptam, An. MDCCXVIII. ad Treitlingeros descendit.

Otenckel.

Sed & alius præter Kœnigshovium vicus, urbi ab ista parte vicinus, ad Bruscam interiit, qui in charta concambii An. MCLXII. *Otenckel* vocatur. Alexander IV. bulla Anagniæ data An. MCCLIX. S. Arbogasti Canonicis adscribit: " villam, quæ dicitur „ Otenkelin, cum decimis & omnibus pertinentiis suis: navigium ad opus transeuntium, „ quod habetis ibidem. „ (*g*) An. MCCCCXLVII. Canonici Thomani, ut Aurelianæ possessores Ecclesiæ, cum Arbogastinis convenere, ut ligneo hi baptisterio uterentur, nec alios, quam qui in curia ipsorum vel in vico *Otenkelen* nascerentur, infantes baptizarent. Vici hujus incolæ, ut & Kœnigshoviani, paulatim migrarunt in urbem.

## §. DCLI.

Ruprechtsau.

Ruperti Augia, extra portam piscatorum, inter Ellum & Rhenum, insula est magna; incolis dispersim habitantibus plena, qui civium jure Argentinæ fruuntur. Augiam nomen suum à Ruperto Bockio, ejusdem circa annum MCC. incola, accepisse ferunt. (*h*) Ecclesiæ Argent. feudum cum esset, (*i*) Carolus IV. vicum cum duobus aliis, ut jam annotavi, (*l*) vindicare Imperio jussit. Episcopus forte occasione Comitivæ Cæsareæ, (*m*) cum reliquo civitatis agro publico, Ruperti augia potitus erat. In cessione Advocatiæ urbis, quæ feudum Episcopale Lichtenbergensium fuerat, comprehensus est Rheni in eadem Augia trajectus, cum silvis & insulis, ad Lichtenbergicos antea spectantibus; qui trans-Rhenanas suas cum Alsaticis terras hoc trajectu, antequam pons Rheni ab Argentinensibus exstrueretur, conjunxerant. Capella hujus vici, quæ jam parochialis, procurante Nicolao Swarbero An. MCCCXXXIX. ædificata, An. MDXLV. renovata est. (*n*) Suburbanis extra portam plateæ lapidaris Schiltighemium accensæas vicum, de quo alibi plura. (*o*)

Almenda.

Ceterum suburbanus ager antiquitus *Almende* dicebatur, & inter Imperatoris domania fuit, à quo ad Episcopum & ex parte denique ad civitatem tranivit. An. MCCXIV. Fridericus II. Imp. pro Episcopo sententiam tulit; (*p*) " pro terris illis „ in civitate sive extra, quæ vulgo nuncupantur *Allmende*, quod nullus hominum illas „ terras habere debeat, vel sibi ex iisdem aliquid vindicare, nisi de manu Episcopi, „ qui ipsas terras ab Imperio & de manu nostra se tenere recognoscit. „ Ex Bertholdi Episc.

(*d*) Tom. I. pag. 701.
(*e*) *Chron. Senon.* Lib. IV. Cap. XXII. & Lib. V. Cap. XIII. Hagenoæ civitatis pars nomen *Kunigshove* olim quoque gessit.
(*f*) SCHILTER *ad Königsh.* pag. 1123. Charta D. Thomæ An. MCCCLXXXVIII. *die Klosterfrauen zu S. Gallen, in dem dorf Königshoven, darunber die herren zu S. Thoman zu gebieten haben.*
(*g*) *Die fuder bey S. Arbogast.* Trajectus Illi fuit ponte nondum exstructo.
(*h*) HERZOG *Chron.* Lib. VI. pag. 224.
(*i*) Vid. pag. 167. §. CCXCI.
(*l*) Pag. 261. §. CCCCLXXXIV.
(*m*) De qua plura pag. 292.
(*n*) Teste inscriptione supra portam ejus conspicua.
(*o*) Pag. 270. §. DI.
(*p*) In charta Rothvillæ data.

Digitized by Google




1. Ecclesia paroch. S. Georgij. 2. Præmonstrat. 3. Monasterium Augustin. 4. Dominican. 5. Conventual.
11. Porta infer. vel Weissenburg.

Ad pag. 353.




1. 6. Capucin. 7. Colleg. Soc. Iesu. 8. Sorores Griseæ. 9. Cœlestinæ. 10. Porta sup. vel Argent.
us. 12. Nova. 13. Porta Rubra.

Epiſc. charta An. MCCXXX. qua monaſterii S. Marci translatio permiſſa, apparet, Senatum Argentinenſem locum publicum, *Almenda*, conſenſu & auctoritate Epiſcopali liberaliter dediſſe. Anno ſequenti civitas, ut Regi Rom. Henrico, Friderici II. Imp. filio, ſatisfaceret, *Almenda* ſuæ partem vendiderat, ſummam 200. marcarum in reconciliationis cum Imperatore inſtrumento pollicita, ut CONRADUS DE FABARIA (*q*) teſtatur. Camerales cenſus ex domibus in Almenda conſtructis Epiſcopus Nobilibus variis dedit in feudum. (*r*)

Ceterum quum An. MDXXVI. Magiſtratus vetuerit, ne mortui ſepelirentur in urbe, Cœmeteria extra muros & extra portas diverſas, ad S. Helenam nempe, ad S. Gallum, (*s*) & ad S. Urbanum, conſtituta ſunt tria. De munitionibus & turribus ſuburbanis, (*t*) ut & de Præfecturis civitatis Argentinenſis, ſupra diſſerui. Herrenſteinium caſtrum, ſec. XIV. acquiſitum, ſec. ſuperiore venditum eſt. (*u*) Illkircha, Grafenſtadium & Illwickersheim, (*x*) Marlejenſis Dynaſtia ex parte, (*y*) Waſſelnhemiana, (*z*) item Dorolshemium, (*a*) ſec. XV. Schiltigheimium vero; (*b*) Ittenheim, Handſchuheim (*c*) & Barrenſis Dynaſtia, (*d*) ſec. XVI. ad Argentinenſes pervenerunt.

## HAGENOA.

### §. DCLII.

Argentinam in urbium Alſaticarum ordine excipit Hagenoa, S. Rom. Imperii Camera, Advocatiæ Decapolitanæ ſedes & caput; (*e*) Cæſareo quondam inſtructa palatio. Hæc inter Vogeſum & Rhenum, Argentinam & Weiſſenburgum media, in tractu Hagenaugiæ, (*f*) unde nomen accepit, ſita, Hohenſtaufiis, Alſatiæ Ducibus, ad Imperii ſolium deinceps promotis, ſuos debet natales. *Villam Hagenowe* à Friderico Coclite, ſecundo ex gente hac Alſatiæ Duce, ſub Henrico V. Imp. *fundatam*, & *jure ſuo fulcitam*, filius ejus Fridericus I. Imp. in diplomate, Hagenoenſibus An. MCLXIV. dato, perſcribit. Origo.

Hagenoæ origines ergo inter An. MCV. quo Fridericus Cocles Dux factus, & An. MCXXV. quo Henricus V. Imp. mortuus, ſine dubio ponendæ. HIERONYMUS GEBVILERUS (*g*) arcem & villam Hagenoenſem circa An. MCXV. conditas, villamque à Friderico I. An. MCLXIV. muris cinctam arbitratur. Caſtrum, quod venationis cauſa Alſatiæ Duces in foreſta ſancta habuerant, oppido condendo dedit occaſionem. Fridericus Cocles, an filius ejus Fridericus I. Imp. illud condiderit, certo non liquet. Villa enim in chartis haud raro denotat oppidum. (*h*) Fridericus I. Imp. An. MCLXXXIX. Hoſpitale quatuor clericis ordinis Præmonſtrat. tradidit " de voluntate, ut loquitur, dilecti filii noſtri Friderici, Suevorum Ducis, qui in „ prædicto prædio nobis ſuccedit. „ Friderici II. Imp. filius Henricus Præmonſtratenſibus quoque An. MCCXXXV. " parochiam in nova civitate noſtra Kunegeſouue, „ quæ in *fundo noſtro proprio* conſtructa dinoſcitur „ adſcripſit. Vicina Neoburgenſis Abbatia in fundo allodiali Friderici Ducis extructa eſt, quam Barbaroſſa "*hereditario* „ *jure patri ſuccedens*, in Imperatorum ſive Regum, aut Ducum, vel Comitum, „ de noſtra progenie in futurum nobis ſuccedentium „ tutelam An. MCLVI. ſuſcepit. Ipſam

(*q*) *De caſibus monaſterii S. Galli* Cap. XVII. apud GOLDAST. *Alemann. rer.* Tom. I. pag. 85.

(*r*) Berſtettii, Reichii, Kageneckii, &c. cenſus hujus generis (*fodenzins*) poſſidentur hodieque.

(*s*) An. MDXXII. jam area, S. Galli capellæ adjacens, in cœmeterium converſa eſt. SCHILTER *ad Koenigsh.* pag. 1123.

(*t*) Vid. pag. 291.

(*u*) Vid. pag. 219. §. CCCCIII.

(*x*) Pag. 268. §. CCCCXCVIII.

(*y*) Pag. 212. §. CCCLXXXVII.

(*z*) Pag. 209. §. CCCLXXXIII.

(*a*) Pag. 269. §. D.

(*b*) Pag. 270. §. DI.

(*c*) Ibidem.

(*d*) Pag. 208. §. CCCLXXXI.

(*e*) Conf. ſupra pag. 297. & 281. Advocatus in palatio, Sub-Advocatus extra palatium habitavit.

(*f*) Vid. Tom. I. pag. 641. olim *Hagenowue*; int. *Hagenowia*, *Hagenoja*, *Hagenoja*, ſcribebatur. *Hag* ſepem vel ſilvam; *owue* vel *ue* regionem aquis irriguam, ſignificat. Conf. Tom. I. pag. 9. Matra, Zinſela & Sura, ſilvam Hagenoenſem permeant. Zinſela bis mille paſſibus ſupra Hagenoam conjungitur Matræ. Hanovia, Wetteraviæ urbs, primi quoque temporibus *Hagenowe*, ejuſque poſſeſſores, dein Comites facti, *Domini de Hagenowe* dicebantur. Vid. LUNIG *Theſaur. juris Comitum* pag. 773: & *Unterſuchung Hanau contra Carben* pag. 37. Fictam nominis hujus originem ab Agenore, Cadmi patre, à quo *Agenorii ora*, corrupte *Agenoia*, *Hagenoia* dicta ſit, RICHARD. BARTHOLINUS *Aufriador* Lib. IX. verſ. 533. ſq. protulit, ap. REUBER. *Scriptor. Germ.* pag. 1237. & REUSNERUS *de Urb. Imper.* pag. 62.

(*g*) In Epiſtola ad Senatum Hagenov. libello, de *graviſſima ſacrilegii ultione*, Hagenoviæ An. MDXXVIII. excuſo, præmiſſa. Gebvilerum ſequuntur omnes, SEB. MUNSTERUS *Cosmograph.* Lib. III. Cap. CXLV. HERZOGIUS *Chron. Alſat.* Lib. IX. CRUSIUS *Annal. Suev.* Lib. XI. Part. II. pag. 443.

(*h*) Vid. ſupra pag. 45. & 213.

Ipſam foreſtam ſanctam, in qua Hagenoa & Abbatia Neoburgica ſitæ, Staufenſium Ducum fuiſſe peculium, infra oſtendo. Hagenoa ergo, Ducalis ab initio civitas, tum demum Imperialis eſt facta, cum Fridericus I. Coclitis filius, ſolio imponeretur Cæſareo, vel quum medio ſeculi XIII. Staufenſium proſapia cum Conradino An. MCCLXVIII. periret. Wilhelmus, Conradi IV. ultimi ex hac gente Imperatoris, ſucceſſor, vivo adhuc Conradi filio, Conradino, ad quem cum Ducatu Alſatiæ Hagenoa pervenire debuerat, civitatem hanc An. MCCLV. inter Imperiales jam refert; ad patrimonium Conradini quum pertinuiſſet de jure. (*i*) Naſcentis Hagenoæ mœnia à Minoritarum monaſterio, ubi porta (*l*) civitatis erat, ad turrim, quam à ſagittariis appellant, (*m*) indeque per D. Georgii cœmeterium ad Matram dirigebantur, pauloque inferius à lapideo Matræ ponte ad Monaſterium illud redierunt. Prima amplificatione circa An. MCCXXXV. omne ſuburbium ad Torturæ turrim uſque (*n*) cum tractibus vicinis incluſum eſt muro; quod veteris oppidi augmentum Henricus Rex, ut modo vidimus, *novam civitatem Kunegeſhuue*, Augiam Regis, appellat. Secunda amplificatio Præmonſtratenſes, tertia reliquas partes urbi inferuit. E mœnibus, foſſa lata circumdatis, LIV. quadratæ, vel octangulæ turres prominuerunt; maximam nunc partem deſtructæ. Ex quinque portis nonniſi tres ſuperſunt. (*o*)

## §. DCLIII.

Ædificia ſacra.

Inter ædificia ſacra primo loco commemoranda eſt parochialis D. Georgii eccleſia, cujus matrem nonnulli in Schweighuſiana (*p*) requirunt; à quia, conſentiente patrono, Selſenſi Abbate, ſub Conrado III. Imp. ſeparata, & in Rectoriam converſa eſt. (*q*) Jus patronatus Imperatores ipſi exercuerunt. Rudolfus I. An. MCCLXXXVII. Eccleſiæ illi Præpoſitum & Canonicos dedit; collatione Præpoſituræ ſibi ſervata. (*r*) An. MCCCLIV. Joannitis & circa An. MDXXXVI. Rectori denuo parochia commiſſa eſt. Anno hujus ſeculi trigeſimo octavo Collegiata Surburgenſis in ædem D. Georgii translata, Rectorque eccleſiæ inter Canonicos receptus.

Alteram Hagenoæ parochialem eccleſiam Prior & quatuor Clerici Ord. Præmonſtrat. cum aliquot converſis occupant in loco, cui Hoſpitalis veteris nomen. (*s*) Fridericus I. Imp. Xenodochium, DD. Paulo & Nicolao ſacrum, An. MCLXIV. pro egenis & peregrinantibus extra urbem conſtruxerat, (*t*) illiusque curam Præmonſtratenſibus An. MCLXXXIX. uti dictum, commiſit. Philippus Suevus, Friderici filius, omnium cis Matram ſeptentrionem verſus habitantium parochiam An. MCCVII. eisdem conceſſit. Præmonſtratenſes, injuria temporum preſſi, cum An. MDXXXV. monaſterium ſuum deſeruiſſent, ſecularem ibi parochum Magiſtratus conſtituit, donec An. MDCXLIII. urgente Raſilio, ſub Ludovico XIII. Alſatiæ rectore, priſtini ſacerdotes reducti ſunt. Prioratus hic, à Vadegotiæ Abbatia in Comitatu Saræpontano pendens, (*u*) non reformati, ſed veteris inſtituti eſt.

## §. DCLIV.

Monaſteria virorum.

Monaſterium ord. S. Auguſtini An. MCCLXXXI. cœpit inhabitari, monachis è ſilva in civitatem translatis. (*x*) Triennio poſt Rudolfus I. Imp. ædificationem ejus, charta Briſaci data, probavit. (*y*) Dominicani paulo ante An. MCCXCIII. Hagenoæ recepti ſunt. Minorum Conventualium Cœnobium Nobiles Fleckenſteinii fratres & Bechtelius patricius, ordinem ingreſſi, An. MCCXXXVIII. inſtituerant. Magiſtratus

(*i*) Inter Hagenoæ & Noribergæ origines multiplex ſimilitudo. Hohenſtaufii utriusque urbis conditores. Utrique conſtruendæ caſtrum Ducale, venationis cauſa extructum, dedit occaſionem. Utrique dein Præfectus Cæſareus, illi *Advocati*, huic *Burggravii* nomine, præfuit. Fundus & ager utriusque civitatis arenoſus. Conf. Jo. AB INDAGINE (*Falckenſtein*) *Deſcriptio Noribergæ* Lib. II. Cap I.

(*l*) Dicta *Bruderthor*, præter quam duæ aliæ tum portæ erant, *Kieſelſteigerthor* & *Schottenthor*.

(*m*) *Armbruſterthor*.

(*n*) *Fiſcherthurn*.

(*o*) Vocantur *Roththor*, *Oberthor*, *Spitalthor*; Duæ reliquæ *Kieſerthor* & *Marſchalkthor* nunc clauſæ ſunt.

(*p*) De vico Schweighauſen, Hagenoæ vicino, vid. pag. 264.

(*q*) Campana maxima templi fuſa eſt An. MCCLXVIII. à M. Henrico de Hagenoa, ut ejus inſcriptio docet. In cœmeterio præſtantiſſimum opus eſt oliveti mons, ex lapide rubro An. MDVII. ſculptus.

(*r*) Diploma Argentinæ datum.

(*s*) In chartis Prioratus hic *Conventus fratrum domus hoſpitalis in Hagenowe ord. Præmonſtrat.* vocatur.

(*t*) In allegato iſtius anni diplomate hoſpitalis jam mentio fit.

(*u*) *Wadegaſſen.* CAR. HUGONIS *Annales Præmonſtrat.* Tom. II. col. 1007.

(*x*) Codex mſ. monaſterii Auguſtin. Friburgi Helvetiæ.

(*y*) Locus, ubi monaſterium extructum, antea *Roſthof* dicebatur.

Magiſtratus recepta à Monachis (z) eccleſia An. MDXLVI. Proteſtantium ſacris eam deinceps dicavit, veteres poſſeſſores An. MDCXXIV. denuo admiſſurus, ut infra docebitur. Capucini vetus Guilielmitarum cœnobium hodie occupant. Jeſuitæ, quibus Senatus illud An. MDCXIV. tradiderat, An. MDCXXVII. Capucinis locum fecerunt. Marienthalenſe Guilielmitanum extra urbem cœnobium (a) filiam hanc An. MCCCXX. pepererat in urbe. Ambo ab uno regebantur Priore, donec bonorum diviſio An. MCCCCXXXII. inſtituta. An. MDCCXLVIII. Eccleſia nova novumque monaſterium in loco veteris excitata ſunt.

Jeſuitici apud Hagenoenſes Collegii origines Molshemio repetendæ. Ab An. MDCIV. Molsheimenſes quidam ſodales S. Georgii parochiam per aliquod tempus adminiſtrarunt. Septennio poſt cura ſcholarum, triennioque deinceps (b) parochialis S. Georgii curia cum ædificiis, areis, horto & S. Michaelis capella, iisdem ſodalibus tradita, donec propriam ſibi conſtructuri eſſent eccleſiam. Sed & An. MDCXIV. Jeſuitæ monaſterium Guilielmitarum in urbe, ac triennio poſt alterum extra urbem à Magiſtratu, in cujus poteſtatem An. MDXLIII. utrumque devenerat, acceperunt. Splendidum denique Collegium in area veteris palatii Imperialis, cujus partem à civitate & Niedlheimeris nobilibus obtinuerant, An. MDCCXXVIII. exſtructum. E regione Gymnaſium civitatis publicum Magiſtratus excitavit. Collerium Soc. Jeſu.

## §. DCLV.

Moniales ord. S. Franciſci Tertiariæ, à veſtitus colore *ſorores griſeæ* dictæ, Beguinarum more primitus, ſub regula S. Franciſci, prope D. Georgii ædem, vivebant. An. MDCXVI. novam à Senatu habitationem, Præmonſtratenſibus vicinam, ut & annuum pecuniæ ac frumenti ſtipendium, ne ſtipem amplius conquirerent, acceperunt. Tertiariæ.

Pœnitentes D. Magdalenæ, regulæ S. Auguſtini, ab Argentinenſi ejusdem inſtituti monaſterio pendentes, An. MCCCCLXXII. nactæ ſunt Hagenoæ ſedem, quam medio ſeculi ſequentis ob paupertatem reliquerunt. Vacuum itaque cœnobium Monialibus B. Mariæ virginis annunciatæ, (c) quas etiam *Cœleſtinas* vocant, ex Burgundia in Alſatiam vocatis, à Leopoldo Archiduce, Epiſcopo Argent. Pœnitentium Argent. conſenſu, An. MDCXXI. traditum; quæ tamen brevi poſt, Suecico bello, id ultro deſeruerunt. Claves & documenta Magiſtratus urbis ad Pœnitentes Argentinam miſit. At ſub belli hujus finem An. MDCXLVII. eædem moniales ad Monaſterium hoc redierunt; Pœnitentibus Argent. aureum florenum in recognitionem beneficii quotannis ſolvendum pollicitæ. Solum iſtius regulæ in Alſatia hoc monaſterium eſt. Cœleſtinæ.

Hoſpitale, quod *vetus* appellatur, à Friderico I. Imp. conditum & in Prioratum ord. Præmonſtrat. ut dixi, converſum eſt. Hoſpitale S. Martini, vulgo *novum*, à civitate An. MCCCXXVIII. exſtructum, (d) à Bonifacio IX. aliisque Pontificibus ornatum privilegiis, opibus auctum, incendio urbis An. MDCLXXVII. combuſtum. Oratorium ejus, An. MDLXX. collapſum, An. MDCXIV. renovatum fuerat. Hoſpitale peregrinantium S. Jacobi quoque in urbe ad Matram negligitur, quod ex collatis hoſpitalium iſtorum reditibus novum Xenodochium ædificandum paratur. Extra muros Leproſorium eſt. Hoſpitale.

Curia civitatis & Granarium publicum, An. MCCCCLXXIX. exſtructum, nihil habent peculiare; niſi quod in hoc aries ligneus vetus, (e) ferro munitus, ſervetur. Curia.

## §. DCLVI.

Ducale Palatium, in inſula Matræ à Friderico Duce ædificari cœptum, filius Fridericus, Imperator conſtitutus, Imperiale reddidit. Amplum & turribus anguloribus quatuor fuit inſtructum. In medio alia turris aquilam Imperii oſtentavit in apice. (f) Forma in antiquis Hagenoæ ſigillis exprimitur. Supra portam facellum erat, Palatium Imperiale.



(z) Ex omnibus duo tantum manſerunt monachi, Marcellus Bernsheimer & Jo. Sulzbach, qui annua ſibi ad vitam ſtipendia pacti ſunt.

(a) Leucæ unius ſpatio diſtans ab urbe, ſacris peregrinationibus clarum.

(b) D. 3. Jun. An. MDCXIV.

(c) Sub ordinis S. Franciſci inſpectione vivunt. Vid. Helyot *Hiſt. des ordres monaſtiques* Tom. VII. pag. 339.

(d) Herzog lib. IX. pag. 158.

(e) De quo in re militari Alſatiæ.

(f) Alii columbam interpretabantur.

in tres capellas distinctum, quod Capellam Imperii (*g*) Carolus IV. Imp. An. MCCCLX. nominavit, quodque Gebvilerus, (*h*) testis oculatus, ita describit: " Quo decore Fridericus Ænobarba Hagnovienſem quoque arcem, tunc foris oppidum, „ nunc vero in medio ejus ſitam, affecerit, paucis ablolvemus. Hunc enim Romani „ regni faſcibus adornatum, mox ad regii facelli præfatæ arcis extructionem properaſſe „ invenimus; quod vivo marmore à fundamento erectum, & tribus capellis, ſibi „ invicem uno tecto ſubjectis, ac coctili lapide cameratis, diſtinctum, intra paucos „ annos magnifico ſumptu prius civitate perfici curavit. In ſuperiori ejuſdem regiæ „ ædis facelluło, clauſuris & ſtructura contra fures & conflagrationes tutiſſimo, „ regalia inſignia, coronam ſcil. gladium &c. depoſuit, haud parum nominis, vene- „ rationis & utilitatis arci, templo ac demum Hagnovienſi civitati ea re pariens, „ frequenti hominum cœtu hoc auguſtius facellum devotionis gratia cum oblationibus „ adeunte &c. „ Inſignia Imperii, ſub Friderico I. Henrico VI. & Philippo Suevo Impp. per quinquaginta circiter annos in hoc Palatio ſervata, poſt Philippi obitum Epiſcopus Spirenſis in caſtrum Trifels (*i*) transtulit, ubi Interregni tempore manſerunt. Præfectus caſtri hujus ab initio Burggravius dicebatur. (*k*)

Cuſtodia caſtri nonnullis Alſatiæ Nobilibus demandata fuit, quibus eum in finem caſtrenſia collata ſunt feuda, quæ enumeravimus paſſim. *Burgenſes* (*l*) hos Fridericus I. Imp. An. MCLXIV. jam memorat. In horum numero ſequentibus annis Lichtenbergici & Fleckenſteinenſes Dynaſtæ, Durckhemii, (*m*) Berſtettii, Wickersheimii, Volzii, Niedheimeri, Gotteshemii, Wangenſes, ex ordine equeſtri, comparent in Chartis; quorum nonnulli in ipſa palatii inſula domos habuerunt. Carolus IV. de lite, inter Reinboldum minorem de Saraponte & Hartungum de Wangen " ſuper quibusdam „ bonis caſtrenſibus *pheodalibus*, ab Imperio dependentibus, & ad caſtrum *Hagenowwes* „ ſpectantibus „ exorta, ad Senatum Argent. An. MCCCLI. literas perſcripſit. Stislaviis de Weitenmuhlen An. LXIV. permiſit, ut bona ſua feudalia, à caſtro hoc pendentia, caſtri & civitatis Hagen. nec non Selſenſis, ope adverſus quemcunque defenderent; eosque, ut homines caſtrenſes, ſoli Imperatori obnoxios, à civitatis Hagen. oneribus & vectigalibus voluit eſſe immunes. (*n*) Poſt varios caſus cura palatii Civitati commiſſa; dominio ejus Regi ſervato. Incendio urbis maxima parte combuſtum; unde lapides ejus ad S. Ludovici Fortalitium per Matram delati, (*o*) nuperque Collegium Soc. Jeſu in ejus loco ædificatum.

## §. DCLVII.

Incolæ. Hagenoenſis populus in novendecim olim, hodie in viginti & unam, tribus diviſus; quarum duæ *Conſtafleriorum*, diverſo ab Argentinenſibus ſenſu, vocantur. Altera nempe divitum, qui non opifices ſunt; altera pauperum vel capite cenſorum eſt. Tribuum præſides per triennia à Senatu conſtituuntur. Hagenoa plena fuit Nobilium, quos vel Palatii Imperialis cuſtodia, vel honores Senatus, vel ſecuritas, ex agris in urbem attraxerant. Jusjurandum fidei, quo cives Magiſtratui obſtringebantur, nobiles quoque præſtare juſſit Sigismundus An. MCCCCXVIII. (*p*) Ex quo Scabinatus cum plebejis communicatus, familiæ patritiæ, in electione Magiſtratuum præferendæ, paulatim enatæ ſunt. Ex nobilibus & patritiis gentibus, quas Herzogius (*q*) recenſet, illuſtriores fuerunt Berſteinii, Bogneri, Breuningii, Gotteshemii, ob religionem expulſi, Greiffii, Heckeri, Hochſtettii, Kleincuntzii, Kœnigii, Lampertheimii, Niedheimeri, Reinboldii, Ritteri, Rofenbaumii, Scheidii, Schottii, Seſſolshemii, Waldeckii, Wangeri, Wilvishemii. Soli Wangii adhuc ſuperſunt & Wimpfii. (*r*)

Judæi. Judæos nunquam non Hagenoa admiſit. Richerius (*s*) plures hujus gentis ſub Friderico II. Imp. in *Hagenowia* habitaſſe refert, nimiam Imperatoris in eos indulgentiam improbans. Richardus Imp. An. MCCLXII. de illis ita ordinavit: " Mandamus, „ ut Judæi de *Hagenowe*, camere noſtre ſervi, noſtre camere tantum & per noſtras „ patentes

(*g*) *Des Reichs Capellen* ap. Glafey *Anecdot.* num. 172.

(*h*) In epiſtola ad Senatum Hagenov.

(*i*) De quo vid. *pag.* 188.

(*k*) An. MCCLXXVI *Ludovicus miles de Arnſperg, Burggravius Sereniſſ. Rudolphi Rom. Regis*, Sculterus & univerſitas Hagenoenſis, litem inter Regiſpontanum monaſterium & vicum Forſtfelden decideruntt.

(*l*) Germ. *Burgmannen*, qui Feuda caſtrenſia, *Burglehen*, poſſidebant.

(*m*) Hi feudum ſuppliciis, *Henckenlehen*, quod eos ad ſumptus ſuppliciorum præſtandos obligabat, Hagenoæ poſſident. Simile feudum, uti ſuo loco videbimus, Oberenhemii erat.

(*n*) Charta in tabulario nobil. Durckheim. famil.

(*o*) Vid. pag. 244. §. CCCCXLVI.

(*p*) Chartular. Hagenov. fol. 41. *b.*

(*q*) *Chron. Alſat.* Lib. IX. Cap. X.

(*r*) Horum auctor Hermannus à Wimpfen, ob virtutem bellicam, An. MCCCLXXIII. nobilitate donatus, poſteros multos reliquit; quos inter pronepos Johannes, An. MCCCCVIII. natus, Hagenoæ ſedem fixit, ubi Magiſtratum geſſit, ſuumque genus propagavit.

(*s*) *Chron. Senon.* Lib. IV. Cap. XXXIII. apud Dacherium *Spicileg.* Tom. II. pag. 640.

„ patentes litteras ſerviant, nec ab aliquo, quicunque fuerit, ad indebita & inconſueta ſervicia compellantur. „ Carolus IV. Magiſtratui licentiam dedit, quotquot voluerint, Judæos recipiendi. Auctus hinc ſummopere numerus eorum, qui civitati gravis cum fieret, Sigismundus Imp. An. MCCCCXXXVI. vetuit, ne porro ædes Judæo locatione vel venditione traderentur à cive. (*f*)

## §. DCLVIII.

Privilegia Hagenoæ hoc data ſunt ordine. Fridericus I. cives ab exactionum, hoſpitii, caduci, telonii, judicii exteri, aliisque oneribus immunes eſſe juſſit; iisdem regulas juris circa homicidia, vulnera, hereditates, debita, venditiones &c. præſcribens. Conradum IV. feuda & officia Hagenoenſibus, militibus ac civibus, dediſſe, Wilhelmi Cæſaris diploma declarat. Hic inter alia, quæ vel rata habuit, vel conceſſit de novo, centum & quinquaginta modo libras Argentinenſis precariæ nomine ſibi & ſucceſſoribus ſuis ſolvendas An. MCCLV. ſtatuit; quod à Richardo Imp. deinceps firmatum. Idem *Ungeltum* in communes civitatis uſus adhiberi permiſit. Richardus Hagenoam quocunque titulo alienare An. LVII. prohibuit, & ab onere circa bona, quod *Buteil* vocarunt, ejus cives exemit; triennio poſt tamen d. 12. Sept. caſtrum & civitatem Hagenoenſem Walthero, electo Argent. Epiſcopo, quatuor nulle marcarum, quas ei dare promiſerat, pignus Wormatiæ aſſignaturus; quo Waltherus, mortuo Richardo, frueretur, donec de iſta pecuniæ ſumma ſatisfactum. (*t*) At Epiſcopum Cæſaris vita longe ſuperavit. An. LXII. die 16. Oct. idem Richardus " cives de Hagenouue, qui per „ ſpatia quædam mali & intranquilli temporis, & præcipue propter diutinam ſuam „ abſentiam, ingratitudinis vitium quodammodo viſi fuerunt exercere, „ ab hoc defectionis reatu Hagenoæ abſolvit, iisdemque eodem die vetera jura confirmavit, novaque indulſit; honeſtos quoscunque cives, uti miniſteriales ac nilites, ad judicum & officialium Cæſareorum munera admittendos eſſe pronuntians. (*u*) Rudolfus Habsburg. pro tribunali ſedens Hagenoæ, XI. Kal. Jan. An. MCCLXXV. civitati huic jura omnia, quibus Friderici Imp. tempore in Comitatu & extra (*v*) fruebatur, integra manere voluit. Albertus I. An. MCCXCIX. novos Hagenoæ cives, qui per annum & diem urbem inhabitaverint, pari cum veteribus jure juſſit gaudere. Privilegia Sec. XII. & XIII.

## §. DCLIX.

Henricus VII. duas nundinas annuas XIV. dierum An. MCCCX. urbi conceſſit. Hodie quater, at per paucos modo dies, nundinæ habentur. Sturam imperialem civium ac Judæorum, Ludovicus Bav. & Fridericus, uterque Rex Rom. electus, ſe nemini daturos in feudum, An. MCCCXV. receperunt. Usburgeros Hagenoenſes ad alium judicem, quam ad Scultetum urbis hujus Cæſareum, trahi Ludovicus An. MCCCXXII. vetuit. Regimen democraticum XXIV. virorum decennio poſt confirmavit, & judicium ſanguinis, ad ſolum hactenus Scultetum pertinens, An. MCCCXLVII. cum civitate communicavit. Idem privilegia Hagenoenſium, ſi quæ Lichtenbergenſibus vel Ochſenſteiniis Dynaſtis, urbibus aut locis quibuscunque, in contrarium data fuerint, ſalva manere juſſit. Lanionum jura Advocato provinciali & Scultetо Imperiali Carolus IV. Noribergæ An. MCCCLX. commendavit; (*w*) qui & quatuordecim poſt annos liberam cum reliquis Alſatiæ civitatibus fœdera contrahendi facultatem largitus eſt urbi. Idem An. MCCCLXXII. Imperiales Advocatiæ provincialis vicos, ab Imperio atque urbe nunquam alienandos, huic in ſuis atque Imperii negotiis bellicis opem præſtare juſſit. Vicis iſtis, ab Advocatis provincialibus quandoque vexatis, Hagenoam An. MCCCCXXII. Sigismundus protectricem conſtituit. Privilegiorum vero Hagenoenſium vindex Judicium Rothvillanum à Friderico IV. An. MCCCCLX. ordinatum. Idem Magiſtratui jus recipiendi Judæos Ratisbonæ An. MCCCCLXXI. impertivit; civium ab omni jurisdictione extera, non Imperiali, nec non vectigalibus, paulo poſt libertatem renovans. Voluit nempe Cæſar, ut privatæ civium lites in Judicio Cæſareo, Hagenoæ ſtabilito, vel à Senatu civitatis; publicæ vero totius urbis ab Advocato provinciali, hocque deficiente ab ipſo Imperatore, judicarentur. Hanc à judiciis peregrinis immunitatem auctoritate Pontificia Raimundus Card. & Legatus à latere An. MDII. roboravit. Sec. XIV. & XV.



(*f*) Chartular. Hagen. fol. 54. *b.*
(*t*) Charta autogr. in ſcrinio Capituli maj. Argent.
(*u*) Diplomm. autogr. in tabulario Hagenoenſi.
(*v*) De Comitatu hoc actum eſt ſupra pag. 192. §. CCCXLVII.
(*w*) Glafey *Anecdot.* num. 332.

Moneta. Jus monetandi quod attinet, Leopoldus, Austriæ Dux, literis Badæ An. MCCCLXXIV. datis, Advocato provinciali Alsatiæ, sculteto & senatui Hagenoensi, nomine Imperatoris mandavit, ut omnis generis monetas, exceptis aureis & argenteis, cuderent. At An. MDXVI. Maximilianus I. Imp. jus aureæ & argenteæ monetæ, ad instar Electorum Rhenensium cudendæ, Hagenoensibus contulit, formulas & imagines, quibus singulæ nummorum species signandæ essent, præscribens. Carolus V. hoc avi sui privilegium ad novas monetæ argenteæ species, quæ in Maximiliani literis non expressæ, ad thaleros nempe, integros atque dimidios &c. An. MDXLIV. extendit. Ab eo tempore Hagenoa ex omni metallo & modulo nummos promiscue signavit; aquila duplici in altera parte, altera rosa signatos; quorum specimina quædam Tabula II. numismatica exhibet.

Insignia. Primum urbis insigne fuit palatii Imperialis imago, duas turres ejus anteriores cum media inter quatuor exhibens. Alterum, quod præsertim respicit nummos, rosa alba quinque foliorum est, cum umbilico rubro, in area coerulea; quod aureis & argenteis Hagenoensium monetis Maximilianus I. Imp. An. MDXVI. imprimendum concessit.

## §. DCLX.

Urbs Cameræ Imperii. Hagenoa in Comitiis Imperii, in scamno civitatum Rhenano, post Francofurtum; in Conventibus provincialibus post Argentinam prima sedebat; *Cameræ Imperii* elogio, paucis Imperii urbibus communi, (*x*) ornata. Camera domum vel palatium, specialius conclave judicii, thesauri vel fisci, designat. His sensibus Nuntii, Servi, Judices & Assessores Cameræ Germanis sunt noti. (*y*) *Cameram* suam *Hagenowa* Fridericus II. Imp. in diplomate Neoburgensi An. MCCXVI. jam vocat; quod nomen à Friderici IV. temporibus potissimum invaluit. Triplici vero respectu id Hagenoa potuit adipisci, vel quod in ea sub Suevicis Imperatoribus clinodia Imperii servata, (*z*) vel quod tribunal Imperiale, (*a*) aut ærarium Alsatiæ publicum imperiale, heic fuit. Hieronymus Gebvilerus (*b*) Hagenoenses id honoris obtinere scribit: "ut quatuor „ imperialibus villis oppidum connumeratum, Cæsarea deinceps camera in Alsatiis „ haberetur, cui præter innumeros pagos cætera quoque oppida, Romano Imperio „ tributaria, annuum vectigal penderent, constituto etiam illic imperiali præside ac „ quæstore censuario, id tributi exigente. „ Auctor Quaternionum (*c*) Hagenoam inter quatuor Pagos Imperii numeravit.

Ex matriculæ Imperii præscripto adversus Turcas An. MCCCCLXVII. in Comitiis Noriberg. VIII. equites, XVI. pedites; (*d*) An. MCCCCLXXI. in Comitiis Ratisbon. IV. equites, VIII. pedites; (*e*) An. MCCCCLXXX. in Comitiis Noriberg. VI. eq. XII. ped. (*f*) Anno seq. ibidem XX. eq. totidemque pedites; (*g*) An. MCCCCLXXXVI. in Comitiis Francof. mille florenos; (*h*) Anno seq. in Comitiis Noriberg. adversus Hungaros 800. florenos; (*i*) An. MCCCCLXXXIX. in Comitiis Francof. adversus Gallicæ & Hungariæ Reges V. eq. XX. ped. (*k*) An. MDXXI. in Comitiis Wormat. VIII. eq. XXXVI. ped. (*l*) An. MDXLV. & seqq. VI. eq. XXX. ped. vel per singulos menses CXCII. florenos, (*m*) ad Cameram Imperii vero LXXX. flor. Hagenoensis civitas præstitit.

## §. DCLXI.

Cæsares in ea morati. Hagenoam & palatium ejus Imperiale ad seculum usque XVI. longo ordine Cæsares frequentarunt. Fridericum I. quinquies, (*n*) Henricum VI. (*o*) & Philippum, (*p*) filios

(*x*) Vesontionem Carolus IV. in charta An. MCCCLXIV. apud Chifletium *Vesontion.* Part. I. pag. 241. Genuam Carolus V. in privilegio An. MDXXV. Barcinone dato, in *Genua Liguft.* pag. 294. & 304. *Cameram* vocarunt. Cameracenses civitas quoque Camera Imperii in vita Benedicti XII. Papæ vocatur; quod Baluzius in suis ad hunc locum notis per proprium patrimonium, propriam possessionem Imperatoris, quæ neque alienari, neque separari possit à dominio ejus, interpretatur. Vid. *Vitæ Papar. Avenion.* Tom. I. pag. 201. & in not. pag. 803.

(*y*) Nuntii Cameræ dicebantur quoque Milli Regii, Milli Dominici. Servi Cameræ sunt Judex, qui circa palatia habitabant, utensilia administrabant palatiis, & ab his solis eorumque judicibus pendebant.

(*z*) Vid. supra pag. 356..

(*a*) Judicium nempe provinciale, *Landgericht*, de quo pag. 360. §. DCLXIV. Judicium Cameræ, *Cammergericht*, Principis Abbatis Weissenburgi, adeoque in Hagenoæ vicinia, quondam floruit.

(*b*) *De sacrificii ulsione*, in epist. prælim. Gebvilero additipulantur Herzogius, Limnaus, Knipschildius.

(*c*) Goldast. *Constitut. Imp.* pag. 37. Conf. supra pag. 19. not. (*e*)

(*d*) Cortesj. *Corp. Jur. publ.* Tom. I. Part. V. pag. 33. & Schilter *Institut. Jur. publ.* Tom. II. append. de Hussitis pag. 224.

(*e*) Cortesj. loco cit. pag. 26.

(*f*) Ibidem pag. 19.

(*g*) Ibidem pag. 23.

(*h*) Ibidem pag. 24.

(*i*) Ibid. pag. 26.

(*k*) Ibidem pag. 29.

(*l*) *Recess. Imperii* edit. noviss. Tom. II. pag. 221.

(*m*) Cortesj. loco cit. pag. 141.

(*n*) Hic Neobergensi Abbatiæ III. Cal. Martii An. MCLVIII. Anniversarii VIII. idus Aprilis & V. idus Octobris An. LXXVIII. Sturzelbronnensi octavo idus April. anni sequentis; Weissenburgensi IV. idus Julii An. MCLXXXVII. Hagenoæ instrumenta dedit.

(*o*) Henricus VI. conventum Principum An. MCXCII. Hagenoæ instituit; anno sequenti XIII. Cal. Martii literas ad proceres Angliæ apud *Hagenoam* dedit. Lunig *Spicil. Eccl.* Continuat. II. pag. 140. Richardus, Angliæ Rex, ad Alienoram reginam matrem suam, & Justitiarios Angliæ, XIII. Cal. Maji ibid. m epistolam scripsit. Rymer *Acta Angl.* Tom. I. pag. 80.

(*p*) Defuncto Henrico fratre Philippus "ad partes „ Rheni se contulit in continenti, & natalem Do„ mini in castro *Hagenoæ* celebravit; ubi veneruot „ ad eum & officiales & Ministeriales & quidam de „ Principibus & Baronibus terræ, cum quibus habuit „ mysterium consilii sui. „ Ita Conradus Ursperg. ad An. MCXCVII. pag. 233. Idem Philippus XVII. Calend. Augusti An. MCCV. Argentinenſibus privilegium concessit Hagenoæ. Wencker *de Urbang.* pag. 2.

filios ejus, bis; Ottonem IV. (q) Fridericum II. ſæpius, (r) hujusque filios Henricum Regem quater, (s) & Conradum IV. bis, (t) poſtque Suevicos Impp. Richardum; (u) Rudolfum I. minimum ſepties, (w) Adolphum, (v) Albertum I. (w) Henricum VII. (x) Fridericum III. (y) Carolum IV. (z) Fridericum IV. (a) Maximilianum I. (b) & Ferdinandum I. identidem hic commoratos reperio. Ferdinandus Rex, Colonienſis, Trevirenſis & Palatinus Electores, Bavariæ & Brunsvici Duces, Auguſtanus, Spirenſis, Argentinenſis & Tridentinus Epiſcopi, Principum Proteſtantium legati ac Theologi magno numero, de formula pacis, inter Catholicos & Aug. Conf. ſocios concilianda, An. MDXL. ultra menſem (c) Hagenoæ egerunt. Cum vero Saxoniæ Elector Haſſiæque Landgravius, qui adeſſe ipſi debuerant, non comparuiſſent, alium locum, Wormatiam nempe, ubi utriusque partis legati virique docti pari numero convenirent, ad 28. diem Oct. Ferdinandus indixit.

## §. DCLXII.

Hagenoæ regimen, ut in urbibus plerisque, primitus penes nobiles fuit; ex quibus Scultetus Imperialis, judiciorum præſes, & Scabini perpetui duodecim electi. Regiminis forma.

Sculteti Hagenoenſis mentio fit in Fridericiano diplomate An. MCLXIV. Chartæ, quam idem Imperator Præmonſtratenſibus An. MCLXXXIX. dedit, Billungus Scultetus de Hagenowa ſubſcripſit. In Abbatiæ Neoburg. charta An. MCCXV. Wolfelinus Scultetus & Syfridus Scultetus minor, in Seleſtadienſi An. MCCXL. Wilhelmus, Scultetus. Imper.

Yy 3 Hage-

(q) " Otto IV. generale colloquium in quadra-„ geſima habens apud Hageoowe, expeditionem in „ Italiam Principibus edixit. „ Otto de S. Blasio ad An. MCCIX. pag. 226.

(r) Fridericus II. in Palatio hoc ſuo Wormatienſem eccleſiam III. Nonas Octobr. An. MCCXIII. apud Schannat. *Hiſt. Wormat.* Probat. num. 106. Monaſterium Montis Angelorum, apud Guillim. *Habsburg.* Lib. VI. Hirſaugienſem VIII. id. Julii anno decimo quinto, vid. *Alsatum, Wirtenberg.* pag. 544. eodemque Lutrenſem VIII. id. Septembris apud Schannat. loco cit. num. 108. Sanctorum omnium Abbatiam, menſe Januario anno decimo octavo; ſequenti VIII. & III. Id. Sept. hoſpitale majus Argent. nec non XVIII. & XIV. Cal. Octobris Anvillenſes, ap. Joannis *Spicileg. tab.* pag. 455. ſedemque Romanam; ap. Lunig. *Spicilег. eccleſ.* Cont. I. pag. 168. ubi & jusjurandum, Pontifici Romano tum Hagenoæ præſtitum; menſe Decembris anni trigeſimi quinti Abbatiam S. Gregorii, privilegiis munivit. Poſteriore hoc anno menſe Auguſto generalem Curiam in Palatio ſuo *Hagenowe* celebraverat. Hanselmann *de Domo Hohenſtaica* pag. 398.

(s) Henricus Rex An. MCXXXVIII. quarto Cal. Aprilis Abbatiæ Ottenheim, An. trigeſimo primo incolis vallis Uraniæ adverſus Habsburgi Comitem; anno trigeſimo quarto d. 3. Octobris Eccleſiæ Baſilienſi, annoque ſequenti Prioratui Præmonſtrat. Hagen. imperitius eſt chartas.

(t) Conradus IV. anno trigeſimo octavo d. 1. Martii Abbatiæ Neoburgenſi, anno ſq. menſe Febr. Abbatiæ Pariſienſi, ap. Hugon. *monum. S. Antig.* Tom. II. pag. 294. nec non Engelhardo militi de Hagenowe. An. MCCLI. menſe Aprili monaſterio Neoburg. cenſum quendam agrorum in Suvelnheim, ſibi ac patri præſtiti ſolutum, remiſit Hagenoæ.

(u) Richardus An. MCCLXII. die 16. Octob. duplicem chartam Hagenoenſibus, & d. 21. Nov. Argentinenſibus aham dedit. Biduo poſt Turincenſium & Suevicæ Ducatu libertatem firmavit, ap. Teuhud *Chron. Helvet.* pag. 163. de pace inter Epiſcopum & Civitatem Argent. recoccilianda ibidem ſollicitus.

(w) Rudolfus I. An. MCCLXXIV. tertio Cal. Jonii Leiningæ Comiti pro oppido ſuo Landau privilegium mercatus Hagenoæ ſcripſit. Anno ſeq. pridie idus Aprilis Weiſſenburgenſis Abbatiæ & Civitatis lites in *Hagenauw* decidit, & XI. Cal. Junii Fridericianum Hagenoenſium privilegium præſens roboravit; verſatus ibidem Cal. Novemb. ap. Glafey *Anecdot.* pag. 342. ubiſupra Decemb. ejusdem anni, ubi protectionis ſpeciales literas Schwarzac. monaſterio dedit; nec non XV. Cal. Maji An. MCCLXXVII. ap. Glafey loco cit. Quinto Cal. Junii anoi ſq. ubi Henrico, Comiti Lucelburg. mandavit, ut monaſterium Sti. Maximini defendat; ac X. Cal. Decembris anni octogeſimi primi, quo charta Seleſtadienſibus data. Anno octogeſimo ſecundo Rudolphus in judicio apud *Hagenegam*, præſentibus Imperii principibus, ſententiam contra Flandriæ Comitem pronuntiavit. Martene *Thef. Anecdot.* Tom. I. col. 1181. Quarto Non. Decemb. ejusd. anni privilegia civitatum eccleſiis innoxia eſſe debere, ibidem declaravit. Lunig. *Spicil. Eccleſ.* Part. I. pag. 811. & alii; qui vero errant in tempore, An. MCCLXXXIII. qui minime cum anno X. re. ni Rudolphi appoſito quadrat, ponentes. Rudolphus enim An. MCCLXXIII. d. 30. Sept. electus fuit, adeoque d. 3. Dec. MCCLXXXIII jam undecimum regni annum agebat. An. MCCLXXXIII. idem Cæſar d. 6. Maji Selſam civitatis imperialis juribus ornavit Hagenoæ, & die 17. ejusdem menſis ibidem judicio in cauſa Schwarzacenſi præſedit. Gudeni *Sylloge. diplom.* pag. 469. num. 10. Anno nonageſimo primo XII. Cal. Julii, in Baronum & Procerum Imperii corona, Valenchenenſium adverſus dominum ſuum, Hannoniæ Comitem, ſeditionem ibi damnavit. Martene loco cit. col. 1241. Triduo ante Abbatiæ Weiſſenburgenſis jus foro eccleſiaſtico in cauſis ſuis utendi hic quoque firmaverat. Conf. Lunig *Spicil. Eccleſ.* Tom. III. pag. 699.

(v) An. MCCXCII. ſeptimo idus Decembris, teſte diplomate civitati Seleſtadienſi Hagenoæ dato. Torneamentum eod. anno Hagenoæ celebratum, in quo miles à Scalario interfectus ſit, Annales Colmar. pag. 27. memorant.

(ww) An. MCCXCIX. quarto idus Maji & idibus Junii An. MCCCIV. ubi de antiquis Hagenoæ juribus & foreſta ſancta præcepta dedit.

(x) Decimo quarto & XV. Cal. ut & II. idus Sept. An. MCCCX. vid. Glafey *Anecdot.* num. 487. pag. 611. Wencker *Apparat.* pag. 161. Benoit *Hiſt. de Toul*, Probat. pag. 36.

(y) An. MCCCXV. decimo tertio Cal. Aprilis Seleſtadienſibus, Ao. MCCCXXVI. ſecundo Cal. Maji Prioratui Præmonſtrat. Hagenoenſi præſens diplomata dedit.

(z) II. id. Dec. & pridie S. Luciæ MCCCXLVII. Seleſtadienſis ac Keiſersbergenſis civitatum jura Hagenoæ firmavit. Vid. Laguille Probat. pag. 50. Circa autumnum anni MCCCLIII. liga pacis ad tiennium à Carolo hic facta. Albertus Argent. *Chron.* pag. 141. & 144. Anno ſexageſimo quinto denique illum Hagenoum rediiſſe lego.

(a) Friderico IV. præſenti Hagenoenſes die S. Bartholom. An. MCCCCXLII. jusjurandum fidei præſtiterunt.

(b) Maximilianus I. die 6. April. An. MDV. Ambaſium Cardinalem de Ducatu Mediolanenſi pro Rege Ludovico XII. Hagenoæ ioveſtivit; Leonard *Traitté de la France* Tom. II. pag. 40. Die 16. Dec. An. MDXVI. redux civitatem hanc privilegio monetandi ornavit.

(c) A 25. die Junii uſque ad 28. Julii. Inno Ferdioandus jam ante menſem advenerat. Sleidanus *Commentar.* Lib. XIII.

Hagenoenſis Scultetus, teſtes occurrunt. Seriem Scultetorum Hagenoenſium à ſec. XIV. dedit Herzogius. (*d*) Wilhelmus, Rex Rom. An. MCCLV. juſſit, ut ſcultetus ſecundum ſcabinorum ſententiam ſe judicaturum, urbisque jura ſervaturum juraret. (*e*) Ex Scabinis Cæſares Scultetum elegerant. Æmulatio denique fecit, ut Scultetum nec Argentinæ, nec Hagenoæ natum, imo nec ex officialibus ſuis, ſe daturum Ludovicus Bav. promitteret. Tractu temporis denuo petierunt, ut ex ſcabinis ſcultetum conſtitueret Cæſar. Sub Wenceslao Sub-advocatus provincialis hoc functus eſt munere. Fridericus IV. An. MCCCCLXXII. permiſit, ut deficiente ſculteto vices ejus gereret ſcabinus, donec novus crearetur à Cæſare. (*f*) Munus hoc quidem Hagenoæ ſemper viguit, at crescente per privilegia Cæſarum Senatus auctoritate, Scultetus denique nonniſi in cauſis criminalibus vocatus in Senatu comparuit; non ut judicaret, ſed ut præſideret judicio, ſententiamque Senatus exquireret, quam deinceps executioni mandavit. Bona fiſco addicta; tertia mulctarum parte Scultetus gaviſus eſt. Sub Gallica Hagenoæ periodo ſculteti Imp. loco Regius conſtitutus eſt Prætor.

## §. DCLXIII.

Scabini. Scabinos Wilhelmus Imp. in charta An. MCCLV. miniſteriales juratos nuncupat. Nobiles genere duodecim, ut dixi, numero fuere. Defuncto filius vel alius ex eadem ſtirpe ſucceſſit, regimenque adeo ariſtocraticum ſereque hereditarium pedetentim evaſit. Deficiente vero ſcabinali familia vel idoneo in ea membro, Scabinum ex opificibus ſurrogare juſſit An. MCCCLXXIX. Wenceslaus Imp. unde duodecimo poſt anno tres ad Scabinatum promoti opifices. Denique nulla omnino generis habita ratio, numerusque Scabinorum ad quatuor redactus, quos jam Magiſtros civitatis (*g*) appellant. Domus eorum cum aſyli privilegio gauderent, Maximilianus I. id An. MCCCCXCVII. ita reſtrinxit, ut læſæ majeſtatis atque civitatis reos exciperet. (*h*)

Senatores. Scabinis viginti quatuor viri ex opificum tribubus aſſeſſores annui An. MCCCXXX. fuerunt adjuncti; non tam jurisdictionem, quam œconomiam ac politiam civitatis cum illis adminiſtraturi. Hanc reginiis formam Ludovicus Bav. biennio poſt Noribergæ roboravit; (*i*) quo ipſo anno Argentinenſe quoque regimen ariſtocratico-democraticum evaſit. (*k*) Senatus hic plebejus quotannis renovatus, eique à tota civitate plebeja jusjurandum fidei præſtitum eſt. Numerus Senatorum ac Scabinorum poſtea temporis adeo imminutus, ut ſex tantum, iique perpetui, etiamnum remaneant.

Forma hodierna. Magiſtratus Hagenoenſis ergo Prætore Regio, quatuor Scabinis vel Magiſtris civitatis, ſex Senatoribus nunc conſtat. Ex Scabinis Magiſter civitatis regens, ex Senatoribus Mareſchallus, (*l*) quisque trimeſtris, eliguntur. Gebvilerus (*m*) illum Conſulem, hunc Tribunum plebis vocat; Conſulem monarchiam, Scabinos ariſtocratiam, Mareſchallum & reliquos ſenatores, ex vulgo electos, democratiam referre exiſtimans. A Senatu ad ſupremum Alſatiæ tribunal in cauſis, centum librarum Franc. ſummam aut valorem non excedentibus, provocare An. MDCCXLII. menſe Febr. literis patentibus Ludovicus XV. vetuit.

## §. DCLXIV.

Judicium provinciale. Præter Senatum civitatis Imperiale judicium olim viguit Hagenoæ, Scultetо Imperiali & indefinito Scabinorum numero (*n*) compoſitum. Hi in propylæo Palatii, (*o*) ante Capellam, (ubi Cæſar cum Imperii Proceribus ſubinde judex ſedebat,) dein in publica prope forum civitatis porticu, ejusque camera bis per hebdomadem de criminibus, tutelis, debitis, cognoverunt, non tantum inter cives, ſed & inter eos, qui imperiales Advocatiæ provincialis vicos, imo & nonnulla Lichtenbergenſium, Flecken-

(*d*) *Chron. Alſat.* Lib. IX. Cap. IV. pag. 154.
(*e*) Reverſales hujus generis plures ſcrinium Hagenoenſe aſſervat.
(*f*) Chartular. Hagenoenſe fol. 65.
(*g*) *Stettmeiſter*, olim etiam *Burgermeiſter*.
(*h*) Chartular. Hagen. fol. 67.
(*i*) Idem à Carolo IV. An. MCCCLX. apud Glafey *Anecdot.* num. 81. & à Wenceslao Imp. iisdem fere verbis An. MCCCLXXIX. factum.
(*k*) Vid. ſupra pag. 309. & 314.
(*l*) Sitridus Marſcalcus de Hagenouue in Henrici VI. Imp. diplomate, Weiſſenburgi An. MCXCIII. ſcripto, teſtis legitur. Idem & omnes Scabini cum Scultetis duobus, majore & minore, in allegata ſuperius Neoburgenſi charta An. MCCXV. memorantur. Primi itaque mareſchalli ante mutatam regiminis formam nobiles fuere.
(*m*) In præfat. libri *de ſacrilegii ultione*.
(*n*) Qui ex XII. Scabinis Senatus erant. Hi enim in utroque Collegio jus aſſidendi habuerunt.
(*o*) *In der Burg*, *auf der Grete*, *vor der Capell*. Ita formula ſententiarum ſculteti. *Grete* propriæ aperti locus, qualis ante Cathedralem Eccl. Argent. è regione Epiſcopalis Palatii. Tribunalis hujus in Palatio locum patres noſtri viderunt.

Fleckenſteinenſium, aliaque loca inhabitarunt vicina. Hoc reſpectu Tribunal iſtud appellari quoque ſolebat *Provinciale Judicium* (*Landgericht*) frequentius tamen Judicium Sculteti, Judicium Scabinorum, Judicium Porticus, (*p*) appellatum. Richardus Imp. Hagenoæ An. MCCLXII. permiſit, ut præter miniſteriales & milites, quales Scabini Civitatis tum erant, honeſtos etiam famæque integræ cives in hoc judicio ad ſententias ferendas admitteret. Ambiguitas nominis *Landgerichs* nonnullos (*q*) in errorem induxit, ut Mallum hunc pro Landgravico Provinciali haberent. PFEFFINGERUS (*r*) graviori errore Judicium hoc Porticus in Imperiales decem Alſatiæ Civitates extendiſſe ſe credidit; cum eæ nec Landgravialem, nec Præfecti Hagenoenſis ullam jurisdictionem agnoverint. Nec Judicio Porticus Præfectus Hagenoenſis, ſed Scultetus præſedit, qui Cæſari ſoli ſuberat, Præfecto non ſuberat. Exemtionis Privilegium ergo à Provinciali Judicio, quod Carolus IV. An. MCCCLXX. Colmariæ indulſit, non Hagenoenſe Judicium, ut Pfeffingerus exiſtimat, ſed Landgraviale Superioris Alſatiæ reſpicit. Judicium hoc Porticus privilegium de non appellando à Friderico IV. Imp. An. MCCCCXLVIII. accepit, quod ei competere Wehnerus, Knipſchildius, Scharfchildius, Buckiſch, Schwederus, agnoſcunt. At exempla quoque apud GYLMANNUM & KNIPSCHILDIUM (*ſ*) proſtant, ex quibus apparet, ab Judicio hoc ad Imperii Cameram quandoque provocatum.

## §. DCLXV.

Ceterum nec Literati viri defuerunt Hagenoæ. CONRADUS DE HAGENOIA, Haſelacenſis & Surburgenſis Canonicus, Carroli IV. Imp. Capellanus domeſticus fuit An. MCCCLX. (*s*) HENRICUS DE HAGENOIA, Theologus & Capellanus Heidelbergæ, de vita & moribus Epiſcoporum, Prælatorum & Principum, eodem ſeculo ſcripſit. (*t*) WOLFG. FABRICIUM CAPITONEM, Theologiæ, Juris ac Medicinæ Doctorem, (*u*) ut & CASP. BITSCHIUM, illuſtrem Jureconſultum, Argentina debuit Hagenoæ. HELISEUS ROESLIN, civitatis hujus Phyſicus, inter Scriptores Alſaticos aliquod confecutus eſt nomen. (*x*) VITUS HAN, alias MICYLLUS, artium Magiſter & verbi divini Miniſter, ſcriptis aliquot clarus, Hagenoenſis quoque fuit. (*y*) Scholæ Hagenoenſi cum HIER. GEBVILERUS præeſſet, Jo. SECERIUS atque THOMAS ANSELMUS, Badenſis, typographi docti, prela ſua in hac urbe exercuerunt, humaniorum literarum reſtaurationem promoventes egregie. (*z*) A partibus Lutheri ſtetit uterque. (*a*) Literæ.

## §. DCLXVI.

Wolfgangus Capito & Antonius Firn, ille præpoſitus, hic parochus Argentinenſis. Thomanus, (*b*) Hagenoenſes fuere. Prior jam An. MDXXV. novæ doctrinæ propagandæ ſtudio in patriam delatus, ad populum ſermones habuit; ſed non eo, quo optabat, modo cum res procederet, Argentinam, unde venerat, rediit. (*c*) An. MDXL. quum conventus hic de religione haberetur ſolennis, Proteſtantium Theologi domi quisque ſuæ conciones, invito Rege Ferdinando, habuerunt. (*d*) An. MDLXV. Jacobus Andreæ, Tubingenſis Academiæ Cancellarius, ad inſtituendam Proteſtantium Hagenoæ eccleſiam publice vocatus, de præcipuis religionis capitibus (*e*) in derelicto Fratrum Conventualium templo (*f*) XIX. ſermones habuit, primumque Lutheranum paſtorem Philippum Lutheranismus.

---

(*p*) Quinque nominibus exprimi ſolebat: *Reichslauben-Gericht; Laubengericht; Schultzbeiſſengericht; Schaffingericht; Landgericht.*

(*q*) SCHILTER. *Jus feud. Alem.* Cap. XVIII. §. V. & STRUV. *Corp. Jur. Publ.* Cap. XXV. §. LIII.

(*r*) *Vitriar. Illuſtr.* Tom. IV. pag. 670. & 672.

(*ſ*) *De Civitat. Imper.* Lib. III. Cap. XXI. GYLMANNI *Symphorem.* Tom. III. pag. 275.

(*s*) Literæ Cæſaris apud GLAFEY *Anecdot.* num 256.

(*t*) Prodiit cura Wimphelingii Argent. MDXII. in 4to.

(*u*) De quo vid. GESNERI *Bibliotheca* pag. 523.

(*x*) Auctor eſt *der Elſaß u. Warguwiſchen gebirge gelegenheit*, 8vo. Strasburg MDXCIII.

(*y*) Teſte nepote ejus PAULO CONR. BALTHAS. HAN in *ſeelangender Elſas* pag. 130.

(*z*) In Secerii typographiis, qua libri græci atque latini An. MDXXI. imprimi cœperunt, Melanchthon, in Anshelmiana vero Franciſcus Irenicus aliquandiu degerunt, cujus Exegeſin Germaniæ *typis ac formulis Thomæ Anshelmi, Hagenoæ, præſente caſtigatoreque auctore ipſo, ſumptibus autem ibri ornatiſſimi Joannis Koberegi, Norimbergenſis incolæ, anno ſalutis noſtræ MDXVIII. menſe Auguſto*, primum prodiit. Secerius Liborum ſuorum rubro impreſſit Janum bifrontem, quem & reliquum ejus frontiſpicium, lapidi quadrato inſculptum, exhibuit. Vidi illud An. MDCCXLVI. Typographos dabit *Alſatia Literata*. Ludovicus XV. inter Alſatiæ urbes, quibus typographiam habere An. MDCCXXIX. permiſit, Hagenoam quoque anno ſequenti comprehendit.

(*a*) Anſelmi typis libellus Germ. LUTHERI *von den guten werckẽ* An. MDXX Hagenoæ editus.

(*b*.) Vid. ſupra pag. 295. §. DXLIX. & pag. 341.

(*c*) SCULTETUS *Annal. Evangel.* Decad. I. pag. 294.

(*d*) SLEIDANUS *Commentar.* Lib. XIII. pag. m. 367.

(*e*) Impreſſæ ſunt Tubingæ An. MDLXVI. 4to.

(*f*) De quo vid. pag. 355. initio.

Philippum Heerbrandum, Theologiæ Doctorem, reliquit. (*g*) Huic, poſt decennium defuncto, Georgius Volmarus, Vachingæ in Carinthia natus, ſucceſſit, à Jacobo Andreæ quoque, uti deceſſor, & commendatus, & in officio An. MDLXXV. Hagenoæ inſtitutus. Huic juncti ſunt duo Diaconi, qui & Præceptores Latinæ Germanicæque ſcholarum; ſub quibus Lutheraniſmus ita invaluit, ut jam An. MDLXXIV. ad Leopoldi Archiducis, Advocati provincialis, petitum, diſſidiis inter Catholicos & Lutheranos componendis, Cæſar Hagenoam mitteret legatos.

Receptis tum in urbem nonnullis ex Collegio Molsheim. Jeſuitis, Diaconorum Proteſtantium alter à Miniſterio remotus, omniſque ſchola patribus Societatis à Senatu commendata, ut Volmarus in epiſtola An. MDCVII. ſcripta conqueritur. (*h*) Mansfeldius Comes, urbe An. MDCXXI. occupata, res Proteſtantium reſtituiſſe viſus eſt, (*i*) cum graviſſima tempeſtas eis immineret à Cæſare. Ferdinandus II. enim & loco in Senatu & templo ſuo die 26. Oct. MDCXXIV. Proteſtantes privavit. Privatus religionis cultus per quatuor annos in curia Fleckenſteinenſi iisdem permiſſus; denique aut ſacris omnino, aut urbi valedicere juſſi; quorum exules nonnullos Galli, An. MDCXXXVII. urbe potiti, revocarunt. (*k*) Facta pace Weſtphalica, Proteſtantes ex capite gravaminum in eccleſiaſticis atque politicis reſtitui petierunt. Senatus pro Minoritarum eccleſia, ad quam monachi redierant, Granarium hoſpitalis in uſum templi, proque ſchola ædificanda mille florenos obtulit; at Auſtriaci in Comitiis impediverunt, ne Hagenoenſes Proteſtantes Indici reſtituendorum interercrentur; ea potiſſimum ratione innixi, quod Præfecturam Hagenoenſem tacita conditione Gallis tradiderit Cæſar, ut religio in eo, quo tum erat, ſtatu perſiſteret. (*l*) Ab hoc tempore Hagenoa nonniſi Catholicos cives agnoſcit.

## §. DCLXVII.

Commercium.

Situs urbis inter arenas & fabula negat ei divitias; perluens Matra tamen aliquid commercii offert. (*m*) Merces aquis deferebantur in Rhenum, prope Druſenheimium, trihorio diſtans. Maximilianus I. Hagenoenſium commerciis & navigationi favens, An. MCCCXCIV. prohibuit, ne ad alveum Matræ, ab Hagenoa ad Rhenum uſque, exſtrueretur molendinum. At ſuperiore ævo alveus fluminis inter bellicos motus cum ſæpius divertertur, flumen denique ad Biſchvileram uſque navium evaſit impatiens. Mediocre hodie ex Rubia, (*n*) quæ in agro Hagenoenſi feliciter prodit, & Herba Nicotiana, commercium ſupereſt. Reperitur quoque prope Hagenoam terra figillata, vaſis pulcherrimis conficiendis idonea; (*o*) quorum fabrica Hagenoæ & Argentorati floret. Avehendarum ac advehendarum per Matram mercium peculiaris in urbis extremitate conſtituta fuit publica domus; quam, cum peculiari litium mercatoriarum judicio in ea conſtituto, Matthias à Gottesheim An. MDLXXXII. ab Imperatore accepit in feudum. (*p*) Portus atque Geranium fuit prope Præcidatorum Cœnobium.

## §. DCLXVIII.

Fata urbis.

Hagenoa ab origine ſua plurimis adverſitatibus concuſſa, debellata, obſeſſa & expugnata eſt ſæpius, (*q*) ſua quoque arma in vicinos nonnunquam converteus. At

(*g*) Vid. Fischlini *Memoria Theologor. Wirtenberg.* Part. I. pag. 135. ſq.

(*h*) Ibidem pag. 241.

(*i*) Catholicis è curia proſcriptis. Vid. Carafa *Germania ſacra* pag. 115. Khevenhiller *Annal. Ferdinand.* Tom. IX. pag. 1435.

(*k*) An. MDCLV. quatuordecim cives Auguſt. Conſ. cum. 291. Catholicis Hagenoæ numerati ſunt.

(*l*) Londorp. *Act. publ.* Tom. VII. pag. 604.

(*m*) Reditus urbis ad 40. mille libras Franc. hodie aſcendunt.

(*n*) *Garence.*

(*o*) *Feyence.*

(*p*) *Den Ludhof, bey Hagenau gelegen, mit dem Gerichte, das vor alters darum gehalten iſt.* Ita literæ inveſtituræ apud Ludewigium in *notis ad Auream Bullam* Tom. II. pag. 1075.

(*q*) Ab Ottone IV. Imp. initio ſec. XIII. Ducibus ſuis erepta, nobiliſque cujusdam de Lœmberg cuſtodiæ mandata eſt. Sed advenſante ex Italia Friderico II. ut cum Germaniæ ſolo & Alſatiæ Ducatum ſibi vindicaret, Lotharingiæ Dux urbem hanc, deditione captam, An. MCCXII. eidem reſtituit. Richerius *Senon. Chron.* Lib. III. Cap. XX. ap. Dachery *Spicileg.* Tom. II. pag. 629. An. MCCXLVII. Hagenoa fœderi civitatum Rhenenſium, turbidiſſimis Imperii temporibus, mutuæ defenſionis cauſa cum Colmaria, Seleſtadio & Weiſſenburgo, acceſſit. *Chron. Argentinenſe* ap. Freher. *Scriptor. Rer. Germ.* Tom. I. pag. 527. An. MCCLXXXV. circa feſtum Pentecoſtes " cives de Haginoga Advocatum „ terræ, ſi jam fororis Regis Rudolfi, de caſtro, „ quod eſt in civitate, turpiter expulerunt, & „ poſtea Regi ſervire minime voluerunt. „ At Rudolfus Hagenoam rebellem vi occupavit. *Paralipom. ad Urſperg.* pag. 256. An. MCCXCVIII. menſe Febr Argentinenſes cum Hagenoam " pa eis diebus „ obſediſſent & duo per ignem ſuburbia deleviſſent, „ & aliquot hominex occidiſſent, tunc quidam de „ Hagenoia multitudinem civium Argentinenſium in„ traverunt & quosdam vulneraverunt, aliquos occi„ derunt & ad propria redierunt. „ Chron. Colmar. pag. 56. Imo pene omnes Argentinenſium villæ ab Hagenoenſibus deletæ ſcribuntur. Annal. Colmar. ad An. MCCXCVIII. An. MCCCXXXIV. iidem, Epiſcopo Argent. juncti, caſtrum Winſtein, per decem obſeſſum hebdomades, cap'unt atque everterunt. Koenigsh. pag. 322. An. MCCCLIX. Epiſcopus & civitas Argent. Hagenoam per ſeptem dies oppugnant, fontem, cujus aquæ in urbem profluebant, & ſuburbana alia perdunt. Ibidem pag. 127. Mala Hagenoenſibus, Pfalburgeros ſuos repetentibus, obſidione & incendiis ab Argentinenſibus illata, Carolum IV. Imp. irritaſſe, Epiſcopus Spirenſis ad Senatum Argent. ſcripſit Pragæ An. MCCCLXVII. apud Schilter. *ad Koenigsh.* pag. 895. ſq. Reputata An. MCCCLXXXIV. per Joh. de Lichtenberg & Argentinenſes Hagenoæ obſidio, quarto die temporaria pace ſoluta. Ibid. pag. 328. Quinquennio poſt duæ hæ civitates Brumatium, oppidum & caſtra, in eo ſita, ferro & igne vaſtant. Ibid. pag. 354.

At ſeculum ſuperius præſertim urbi fuit fatale. Mansfeldius Comes An. MDCXXI. repetitis vicibus eam contra datam fidem emunxit pecunia, (*r*) novisque paulo poſt munitionibus circumdare cœpit, (*s*) à Leopoldo Archiduce anno ſequenti ejiciendus. Alſatiam ſibi vindicare, & Hagenoam Principatus ſui caput conſtituere, Mansfeldius decreverat. Decennio poſt advenere Sueci, (*t*) poſt Suecos exactos (*u*) Galli, cum Auſtriacis de Hagenoa (*x*) perpetuo certantes. (*y*) An. MDCLIV. nonniſi ducenti & quinquaginta numerati ſunt cives, cum ante bellum trecenti ſupra mille computarentur. An. MDCLXXIII. à Gallis noſtris Hagenoa nudata eſt mœnibus; anno ſeq. denuo munita; triennio poſt iterum muris turribusque orbata, Broſſioque executore d. 10. Febr. An. LXXVII. flammis exuſta; quibus caſtrum, curia, aliaque ædificia publica, cum privatis centum & quinquaginta ædibus, perierunt. A pacis Neomagenſis tempore ex cineribus ſuis pedetentim reſurrexit. Ludovicus XIV. in ſolvendo ære alieno, apud exteros contracto, decem, apud regnicolas vero quinque annorum, moram An. MDCLXXXI. Hagenoenſibus conceſſit. Seculi hujus initio Hagenoa ſeptem menſium intervallo bis obſeſſa & capta eſt. An. MDCCV. (*z*) Thungium, Cæſareum belli ducem, poſt octidui obſeſſionem, Perrius, Gallici Tribunus exercitus, ita decepit, ut præſidiarios milites (*a*) noctu ex urbe eduxerit omnes, hoſti præpotenti diutius quum reſiſti non poſſet. Die 3. Maji anni ſequentis idem Perrius redux non minore, quam reliquerat, gloria locum recepit; bis mille hoſtibus, ſeptem dierum obſidione, ad deditionem coactis. (*b*) An. MDCCXLIV. ab 28. Julii uſque ad 22. Aug. Hagenoa in Auſtriacorum manibus fuit.

## §. DCLXIX.

Patrimoniales Hagenoæ vicos ſupra (*c*) indicavi. Viculus *Hartharſen*, ſacellum & duodecim circiter focos continens, ut & villa *Falckenhof*, urbi vicinior, ad hoſpitale civitatis ſpectant. Ditiones.

Silva Hagenoenſis, olim Foreſta ſancta, (*d*) formæ falcatæ inter Vogeſum atque Rhenum, (*e*) ſub Francis Regii juris, (*f*) ſub Germanis Cæſarei fuit. Henricus III. Imp. Eberhardo, Sponheimenſi Comiti, „ duas villas *Hochfeld* & *Schweighuſen* dictas, „ cum foreſto *Heiligenforſt* nominato, in Comitatu Gerhardi Comitis, in Pago Nort„ cowe ſitas, excepta publica eccleſia in prenominata villa Hochfeld „ An. MLXV. in proprium donavit. (*g*) Donationibus Imperatorum itaque ſilva hæc ad alios tranſiit; quos inter Hohenſtaufii, Alſatiæ Duces, & Lucelburgi Comites ſec. XII. occurrunt. Neoburgenſis Abbatia, ut & Hagenoa, in ſilvæ tum circuitu ſitæ, in proprio Alſatiæ Ducum fundo conditæ fuerunt, ut modo oſtendi. Iidem S. Walpurgis in eadem ſilva monaſterio multa ex ſuo contulere prædia. (*h*) Reinholdus, Lucelburgi Comes, tertiam foreſtæ Hagenovienſis arborem Neoburgenſi Abbatiæ teſtamento legavit. Paulo poſt Fridericus I. Imp. in cujus familia Ducatus Alſatiæ tum erat, „ cum eſſet prudens, atque diverſa prædia propter inclitam ejus prolem in unum „ aggregaret, tantillum prædium Selhoven, pro immenſo hoc (in ſilva) jure, „ Neoburgenſibus tradidit. (*i*) Fridericus I. novæ ſuæ civitatis Hagenoæ commodis proſpiciens, An. MCLXIV. civibus permiſit, ut „ ligna, uſui ſuo neceſſaria, in hodiſi„ cando vel eciam comburendo, quisque componat; ſenum, quantum ſibi neceſſarium Silva Hagenoenſis.



(*r*) Khevenhiller *Annal. Ferdinand.* Tom. IX. pag. 1415. Lotich. *Rer. Germ.* Lib. XI. Cap. III. pag. 296. Brachelius *Hiſt. Univ.* Lib. I. pag. 47.
(*s*) Puffendorf. *Rer. Suecicar.* Lib. I. §. XXXVIII. Belli *Laurea Alſat.* Lib. VI. pag. 525.
(*t*) An. MDCXXXII. poſt Seleſtadium & Colmariam occupatam, Croneckius ab Hornio, Suecorum in Alſatia duce, Hagenoam miſſus, honeſtas ei conditiones obtulit, ob quas d. 21. Dec. ſtyli novi Sueciæum præſidium illa recepit. Chemnitz *de bello Suec. in Germ.* Part. I. pag. 448. & Puffendorf. loco cit. Lib. IV. §. LVIII.
(*u*) An. MDCXXXIII. d. 5. Jan. Cæſarеani dolo urbem, conſciis nonnullis civibus, ingreſſi, 130. Suecos occiderunt, Croneckio vulnerato & capto. Chemnitz Part. II. Lib. I. pag. 43.
(*x*) Vi pacti cum Salmio Comite menſe Jan. MDCXXXIV. initi; qui Hagenoam in Gallorum, quam Suecorum, manibus videre maluit. Chemnitz loco cit. pag. 347.
(*y*) An. MDCXXXV. menſe Dec. Hagenoa à Cæſareis fruſtra per octiduum obſeſſa eſt; quo brevi ſpatio ultra mille homines frigore fameque perierunt. An. MDCXL. præſidiarii nonnulli, Philippiburgo egreſſi, urbem dolo occupare tentarunt.
(*z*) Die 7. Octobris.
(*a*) Quatuor erant cohortes, *bataillons.*
(*b*) Laguille *Hiſt. d'Alſace* Part. II. pag. 324. & 326.
(*c*) Pag. 270. §. DII.
(*d*) Vid. Tom. I. pag. 9.
(*e*) Ad meridiem Hagenoa, ad boream Surburgo, ad occidentem vico Bitſchhofen, ad orientem Suſenhemio, terminatur.
(*f*) Quod fundationes Regiæ monaſteriorum, in ea conſtructorum, nos docent. Vid. Tom. I. pag. 9.
(*g*) Charta autographa in tabular. Spontheim.
(*h*) Guillimannus *de Epiſc. Argent.* pag. 207.
(*i*) Chartular. Abbatiæ Neoburg. Noribergenſis foreſta ad eandem Staufenſes pertinuit, teſte charta Conradini ap. Jo. ab Iwoadine de *Noribergæ* pag. 316. & poſt extinctam gentem quoque ad Imperium rediit.

„ fuerit, ibidem colligat; hoc tamen intermittendum, ne quercui vel fago, niſi ad „ uſus edificiorum, manum aliquis imponat. Porcos vel quecunque animalia, preter „ oves, ad paſcendum libere compellat, ſalva mercede paſtoris. „ Uſui ſilvæ, Hagenoenſibus ita conceſſo, cuſtodia ejusdem ſub Ludovico Bav. An. MCCCXXXVII. acceſſit, quæ antea ſolis Advocatis provincialibus demandata fuerat à Cæſare. Ab hoc autem tempore commune cum Advocatis jurisdictionis atque venationis jus civitas in foreſta exercet, mulctarumque partem accipit; quod privilegium à plerisque dein Imperatoribus confirmatum. Silvam, aliis oppigneratam, Rupertus I. Electo Palatinus, annuente Carolo IV. Imp. An. MCCCLIV. decies mille florenis redemit. (*l*) Advocatiæ provinciali & civitati Hagenoenſi ea conſtanter adhæſit, donec peculiares judices & cuſtodes regii, (*m*) à quibus ad tribunal Metenſe provocatur, (*n*) An. MDCXCIV. conſtituti ſunt. Nunc itaque uſus ſilvæ Regi & civitati communis eſt.

## COLMARIA.

### §. DCLXX.

Situs. Colmaria, ſuperioris Alſatiæ primaria civitas, Decapoleos fecunda, (*o*) ſupremi Senatus Regii ſedes, Fechtæ & Lauchæ aquis pervia, Ello Thuræque vicina, à Rheno & Briſicis trihorio, à Vogeſo horæ ſpatio diſtans, fertilitate ſoli, amœnitate ſitus, ſalubritate aëris, præſtantiorem haud facile reperit. (*p*) Laucha in urbem à meridie intrat, ab occaſu Fechtæ pars alveo artificiali eandem ingreditur. Alveus hic, prope Turinghemium è naturali derivatus, officinis & fabricis multiplicibus utilis, (*q*) aëris puritatem in urbe ſuo promovet curſu. (*r*) Aquæ ejus bipartitæ ingrediuntur per muros. Pars major in oppido ſex molendina pellit, minor plateas perrepit ac purgat. Utraque intra muros junctim conjungitur Lauchæ. Horburgum verſus præſtans ſuper Thuram pons, An. MDLXVII. conſtructus, noſtro tempore multum productus eſt. Ellus leucæ ſpatio ab urbe navium patiens fit, Fechtæ, Lauchæ, Thuræque aquis adauctus. (*s*)

### §. DCLXXI.

Munitio. Villæ Regiæ indolem, quam Francica ſub periodo (*t*) Columbaria habuit, ſub Germanica ad ſeculum XIII. uſque retinuit. Conradus II. Imp. *Columbram* in Comitatu Giſelberti ponit. (*u*) *Columbariam villam* An. MCVI. incendio abſumptam, Chronici Monaster. cognoſcimus fide. (*x*) Sub Friderico II. Wolfellus, Imperialis per Alſatiam Advocatus, cui & mœnia ſua Seleſtadium debet, eam ampliavit & muro incinxit. Richerius (*y*) ait: " Sceleſtat quoque, quæ antea parviſſima villa erat, „ francam fecit, & eam muris latiſſimis & burgenſibus pluribus ampliavit & ditavit. „ Oppidum quoque Keſepech (Keiſersberg) cum caſtello ſuo de novo ædificavit: „ Columbariam etiam in Epiſcopatu Baſilienſi, ſicut Sleſtat fecerat, conſtruxit. „ Colmariam Fridericus II. Imp. An. MCCXXVI. civitatem appellat; unde circa An. MCCXX. reponimus ea, quæ Richerius refert.

Prima

---

(*l*) *Electa Jur. publ. Palat.* pag. 259.
(*m*) *Grands maitres des eaux & forêts.*
(*n*) Vulgo *Table de marbre.*
(*o*) Hagenoa, olim prima poſt Argentoratum, ab eo tempore, quo ſummum provinciæ tribunal Colmariæ ſedet, ſecunda eſt.
(*p*) Ager, urbem circumdans, frugibus, vinetis, hortis, paſcuis, fabricis, dives. Mercatum Colmariæ ultra 300. loca, inter quæ 30. oppida & oppidula, frequentant; quibus inter eorum & occaſum ſolis itus & reditus. Christ. Colerus de Colmaria ita:
" Colmaria anne tuis ſat poſſim laudibus eſſe?
" Grandius illud opus, tibi fœcundiſſima tellus,
" Vel Siculis æquanda ſatis tibi ſemper apricis
" Vina recocta jugis, Campano digna Falerno. „
Rhusner. *de Urb. Imper.* pag. 66.
(*q*) Conf. *Conſpectus Alſat.* Tom. I. pag. 21. Officinæ circiter 30. quæ ſunt vel molendina intra & extra urbem, vel fabricæ ferrariæ, ſullonum, pulveris pyrii, chartæ &c. Unde jus alvei Fechtæ ad fontes ejus uſque ſcrutandi Colmarienſes obtinuerunt, ut infra videbimus. Hi tempore ſicco ex vallis Gregorio-Sulzerheimenſis lacu (*Darenſee*) aquas in Fechtam demittunt. Superficies lacus eſt 10626. perticarum. In altera quoque valle, quæ *major* dicitur, lacus olim erat, ad limilem uſum deſtinatus, qui vero non amplius ſuppeditat aquas. Alius Fechtæ alveus à Winzenheimio olim ad D. Petri Prioratum, qui elatior urbis pars eſt, dirigebatur. Veſtigia ejus in agro Winzenheimano ſub nomine *Dieſenbach* adhuc comparent.
(*r*) Alveus hic An. MCCXCV. jam extitit, ut ex Cœnobii Dominicanorum monumentis liquet.
(*s*) Prope pontem Horburgenſem confluunt Thura & Laucha. Illo in loco, ubi Ellus navigabilis fit, ſtatio navium & mercibus cuſtodiendis domus eſt, quæ dicitur *Ladhoff*. Naves olim uſque ad pontem Thuræ aſcenderunt.
(*t*) Conf. Tom. I. pag. 695. ſqq.
(*u*) In diplomate Paterniacenſi An. MXXVII. cujus autographum in tabulario Colmar.
(*x*) Apud Martene *Theſaur. Anecdot.* Tom. III. col. 1436.
(*y*) *Chron. Senon.* Lib. IV. Cap. VI.




Barbier de




1. Collegiata S. Martini. 2. Moniales ad S. Catharinæ. 3. Moniales Sub tilia. 4. PP. Capuc

ad pag. 364.

Chovin fe




*i . 5. PP. ord. S. Dominici . 6. Templum Protestantium . 7. Colleg. Soc. Iesu . 8. Curia .*

Prima Colmariæ mœnia Prioratu Petrino & interiore porta, quæ *Trenckthor* dicitur, turre cerdonum (*z*) & Hoſpitalis templo, terminabantur. Linea inde ad Dominicanorum cœnobium, porroque ad vicum Judæorum, ducta clauſit civitatem. Ortiva ergo & meridionalis oppidi partes antiquiores ſunt reliquis. Subtilienſis & San-Catharinæa regio, Deiuheimenſe ſuburbium ac Krutenavia, poſterius incluſæ ſunt muro. Prima amplificatio jam ante An. MCCLXXXII. facta eſt prope Dominicanos, ut ex charta Rudolphi I. Imp. eis hoc anno data, elucet. Quo tempore autem conſtitutum ſit Deinheim. ſuburbium, non equidem reperi. Krutenaviæ acceſſio omnium fuit poſtrema, ut Seb. Munsteri icon urbis declarat.

Portæ Colmariæ tres ſunt, Rufacenſis, (*a*) Briſacenſis (*b*) & Baſilienſis. (*c*) Quarta, à S. Guidone, cujus facellum haud procul abſuit, nuncupata, (*d*) inter Briſacenſem & Baſilienſem, cum urbs munimentis augeretur, clauſa fuit.

Civitatem, ſimplici muro, turribus, foſſaque inſtructam, propugnaculis exterioribus augere, Argentinenſium exemplo, An. MDXXIII. cum conſtituiſſet Senatus, invitati quoque ſunt ordines ſacri, ut ad ſumptus conferrent. (*e*) Eundem in finem Carolus V. An. MDXLVII. Magiſtratui permiſit, novum ut cenſum imponeret civibus, *Denarium* quem vocabant *communem*. (*f*) Initium munitionis factum An. MDLII. at lento res pede proceſſit. An. MDLXXIX. enim Specklinum, Argentinenſium Architectum, de munitionibus Colmariæ augendis conſilia ſuppeditaſſe reperio. Poſtquam urbs tredecim propugnaculis (*g*) & quinque aggeribus editis (*h*) fuiſſet munita, ſuperioris denique ſeculi medio Colmaria in eam formam excrevit, quam *Topographia Alſatiæ* Meriani repræſentat. (*i*) De novo ſuburbio ante portam Rufacenſem conſtituendo noſtris temporibus (*l*) deliberatum non ſemel; ut præter alias domos, hoſpitia quoque militum ibi ædificarentur. Conſilium hoc ſi locum habuiſſet, orbicularem civitas accepiſſet tum formam.

## §. DCLXXII.

Ædificia inter ſacra, B. Martini Baſilica primum obtinet locum. Hanc cleri civiumque liberalitas ædificavit; (*m*) operis magiſtro Guilielmo de Marburg. (*n*) Poſt ſeculi XIV. medium in area, quam à civitate capitulum permutatione acquiſivit, civium & capituli, ſumptibus ædificatus eſt chorus. Magiſtratui An. MCCLXX. Fabrica templi commiſſa; cui optima morientium veſtis, ejusve pretium, publico decreto in perpetuum dicata eſt. Hac de re ſcrinii Colmar. codex ita: "Veſtis „ optima S. Martino cedit, ab heredibus reluenda; ſi equus adſit, debetur equus, „ isque optimus, decem florenis redimendus: ſi thorax, thoracem danto heredes, „ aut quatuor florenos. Acta ſunt hæc An. MCCCLXXXII. & confirmata per „ ſententiam Magiſtratus An. MCCCCLXIX. „ Superiorem turris partem templique tectum d. 23. Maji An. MDLXXII. ignis devoravit. Reſtaurando operi anno ſequenti civibus vectigal S. Martini indictum. B. Martini Baſilica.



(*z*) *Cerbertburn*, vulgo *Hexentburn*.
(*a*) Alias *Kercher-thor*, à carceribus.
(*b*) Quæ & Deinheimenſis, vulgo *Deinem-thor*, à vico Deinheim in ſuburbium translato, vocatur. Hæc An. MDCL. formam hodiernam accepit.
(*c*) Interior, quæ huic portæ reſpondet, *Steinbrueckerthor*, à ponte lapideo, corrupte *Steinburgerthor*, dicitur.
(*d*) Vulgo *Widemthor*.
(*e*) Collegiata S. Martini contulit 200. florenos, Præpoſitura S. Petri 50. Præceptoria Johannæa 40. Dominicani 150. Auguſtiniani 50. Franciſcani 100. Subtilienſes 100. S. Catharinæ Monaſter. 60.
(*f*) *Der Gemeine Pfenning*.
(*g*) Gall. *Ravelins*.
(*h*) Gall. *Cavaliers*.
(*i*) *Topographia* hæc primum edita eſt An. MDCXLIV. vid. pag. 10.
(*l*) Inter annos MDCCXX. & MDCCXXX.
(*m*) Indulgentias 40. dierum Theodoricus, Virodenſis Ep. An. MCCLXIII. *fidelibus ad S. Martini fabricæ conſummationem, quæ ſumptuoſo incboata opere*, eleemoſynas collaturis, promiſit. Henricus Baſil. Epiſc. pridie Cal. Martii An. MCCLXXXIV. *Columbarie* ad omnes diœceſis ſuæ Decanos, Camerarios atque plebanos, *Eccleſiam parochialem S. Martini, quoad opus ductum inchoatum*, ſine fidelium auxilio abſolvi non poſſe, perſcripſit, eosque hortatus eſt: curarent, ut ea *magnis ſumptibus inchoata adificari & perfici valeat*. Vices ejus gerens Albertus ad *adificium ſumptuoſum Columbarienſis eccleſiæ plantationis novelle* prope non ſupperere facultates, univerſis quoque diœceſis Baſil. fidelibus expoſuit. An. MCCLXXXVI. Conſtantienſis, & biennio poſt Epiſcopi Itali decem, eandem indulgentiarum gratiam iis poſticiti ſunt, "qui ad fabricam vel ad ſuſtentatio„ nem ornamentorum ſeu luminarium illius eccleſiæ „ manus adjutrices porrexerint, ſeu in extremis „ laborantes quicquam faculratum ſuarum legaverint. „ Similes duæ promulgatæ ſunt chartæ An. MCCC. quas novemdecim præſulum literæ An. MCCCXIII. exceperunt poſtremum. Autographa hæc in tabulario civitatis inſpexi.
(*n*) Wilhelmus de Margburg VI. id. Febr. MCCCLXIII. Argentinæ mortuus, & in eccleſia D. Petri jun. ſepultus eſt, teſte Epiphnio, cui effigies viri comati, dextra circulum, ſiniſtra normam tenentis, inſculpta.

Primigenius Basilicæ hujus & urbis parochus est Monasterio-Gregorianus Abbas; cujus vices peregit monachus, quem appellarunt *Præpositum*. Basilienſis Epiſcopi deinceps conſilio parochia presbytero feculari concredita eſt, donec Henricus Epiſc. conſenſu Abbatis, qui jus patronatus habet, Eccleſiam hanc An. MCCXXXVII. in Collegiatam erexit; (o) quæ An. MCCCCIV. quindecim Canonicis conſtitit. (p) hodie vero Præpoſito, Decano & duobus Canonicis conſtat. Confirmationem Præpoſiti & electionem Decani, qui parochiæ præeſt, Abbas ſibi ſervavit. Sed & alii quatuor Canonici, ex ruralibus Diœceſeos parochis, accenſentur Capitulo. Hoc jurisdictioni ſuæ in civilibus An. MCCCLVII. ſubjicere cum voluiſſet ſenatus, Seleſtadienſes arbitri liberum pronuntiarunt. At An. MDXXV. feculares & regularis clerus, ruſticæ ſeditionis metu perculſus, jus civitatis à Magiſtratu petiit; cui poſtea temporis renuntiarunt Canonici. Jus primariarum precum Epiſcopus Baſil. exercet; ſicut Abbas Monaſterienſis de novo electus.

## §. DCLXXIII.

D. Petri Prioratus.

Prioratus D. Petri, à Paterniacenſi (q) Benedictinæ olim familiæ Abbatia, in Vaudi Pago, pendens, inter antiquiſſimas urbis Eccleſias eſt, in ſuperiore urbis parte ſita, unde *Curia ſuperior*. (r) Litem inter eam & Ulricum militem de Herinſtein, de ſeminarum quarumdam proprietate, Fridericus I. Imp. An. MCLXXXV. Columbariæ decidit. Eccleſia hæc, in qua Benedictini quidam Cœnobitæ degebant, An. MCCLI. bonis ſuis ſpoliata & combuſta, eleemoſynis reſtaurata eſt. An. MDXXXVI. Prioratus hic cum omni Vaudi Pago, adeoque & cum Paterniaco oppido, ad Bernenſes tranſivit; qui An. MDLXXV. Colmarienſibus Prioratum cum bonis omnibus, inter quæ directum Waſſerburgi dominium, (s) vendiderunt. Publicato Ferdinandi II. de reſtitutione bonorum eccleſ. Edicto An. MDCXXIX. Abbas Ebersheim. Cluniacenſium nomine Præpoſituram hanc occupare voluerat, ſed Magiſtratus, tum Catholicus, hos conatus eluſit. An. MDCLVIII. Eccleſia Petrina Proteſtantium cultui inſervire cœpit. (t) At An. MDCLXXIX. iterum clauſa eſt, quod An. MDCXXIV. qui normam conſtituit, quoque fuerat clauſa. (u) An. MDCXCVIII. ex Enſisheimenſi Soc. Jeſu Collegio aliquot ſodales inſtruendæ juventuti cum recepiſſet Colmaria, Eccleſia hæc ſacris peragendis eis tradita eſt, in præſtantis ædificii ſpeciem An. MDCCL. renovata. (x)

Altera Curia, quæ reſpectu Petrinæ dicebatur *inferior*, ad Conſtantienſem Eccleſiam pertinet. (y)

## §. DCLXXIV.

S. Johannis Præcept.

Præceptoratus S. Johannis Hieroſolymitani, Præceptoratui Sulzenſi annexus, à Laucha, urbem perrepente, alluitur.

Dominic.

Dominicanorum Monaſterium circa An. MCCLX. in area, ab ipſis emta, ædificari & An. MCCLXXVIII. inhabitari cœpit, (z) datis prius literis: "quod licet ædificia „ fratrum propinqua ſint muris civitatis, tamen ſpatium XIV. pedum intra murum „ & ipſorum fratrum edificia nullis edificiis occupabunt. „ (a) Canonici Martiniani ab

(o) LUNIG *Spicileg. Eccleſ.* Contin. I. inter Diplom. Monaſt. num. 15.

(p) *Memoire pour le Chapitre de l'Egliſe Collegiale de Colmar contre le Magiſtrat* pag. 2.

(q) Paterniacum, Gall. *Feyerne*, Germ. *Peterlingen*, oppidum pagi Vaudenſis eſt, ubi Abbatia ſita fuit; à Bernenſibus ſeculo addicta. Vid. Tom. I. pag. 697. Tom. II. pag. 121.

(r) *Der Obere Hof.*

(s) Vid. ſupra pag. 121.

(t) Vid. JOCOCI HAAS *Concionem Inaugur.* typis excuſ.m.

(u) Literæ Regis, d. 27. Dec. apud S. Germanum datæ, leguntur in fine ſcripti: *Factum pour les Magiſtrats de Colmar contre l'Abbé Relot.*

(x) De reditibus hujus Eccleſiæ vid. §. CLXXXI. Jam An. MCDXXVII. Patres quidam Societatis Jeſu Colmariam venerant, illisque tradita fuit Hoſpitalis Eccleſia, quam An. MDCXXXII. Suecia urbem occupantibus, reliquerunt. LAGUILLE *Hiſt. d'Alſ.* Tom. II. Lib. X. pag. 707. Collegium An. MDCCXVIII. ædificari cœptum.

(y) Curia hæc, *Nieder-Hof*, olim prope Eccleſiam S. Martini erat, pro qua civibus aliam in platea Ruſti. orum An. MDXL. Conſtantienſi Eccleſiæ pacto permutationis tradidit. S. Conradus, Conſtantienſis Epiſcopus, patre Henrico Altorfenſi Comite natus, fratri ſuo Rudolfo patrimonium, quod à patre acceperat, per concambium dedit, & à Rudolfo recepit bona remotiora Eyſilingen, (Eslingen) Andilvingen cum appendiciis ſuis, & in Alſatia *Colmar.* &c. Factum hoc circa An. DCCCCXXXVI. CHRON. CONSTANT. ubi vita hujus Conradi, apud PISTOR. *Rer. Germ.* Tom. III. Conradus Conſtantienſi ſedi hæc omnia donavit. ANONYM. *de Guelphis* apud LEIBNITIUM *Scriptor. Rer. Brunſvic.* Tom. I. pag. 783. RHENANUS Lib. II. pag. 247. & Lib. III. pag. 284. hæc à Bertrada, Caroli M. matre, Conſtantienſi ſedi donata fuiſſe male autumat; à MUNSTERO exſcripti *Coſmogr.* Lib. III. Cap. CXXXV. Curtem inferiorem An. MCCCLXXXVII. Epiſcopus Conſtantienſis conceſſit Geylero, civi Colmarienſi, cum omnibus bonis ad eam ſpectantibus, ut per novem annos illis frueretur ſub lege canonis annui 1:0. Bormorum. Ab An. MDXXIV. eadem bona Keſſelringia gens feudi Conſtantienſis nomine poſſidet.

(z) ANNALES DOMINICANOR. COLMAR. pag. 7. & 14. Chori fundamenta An. MCCLXI. jacta.

(a) Literarum autographum in Tabulario Colmar. inſpexi.

ab initio ſe oppoſuerant operi; lis tamen, Præpoſito Baſil. arbitro, compoſita. An. MCCLXXXII. Rudolfi I. Imp. juſſu data fuit Dominicanis facultas, ut interiori civitatis muro ædificium ſuperſtruerent. An. MCCXCV. Adolfus Imp. iisdem permiſit: ut monaſterium ſuum " ultra veteres muros *atque foſſatum* civitatis extenderent. " An. MCCXCV. Dominicani in literis, fenatui datis, licentiam ſe accepiſſe fatentur, Monaſterium ſuum extendendi ultra mœnia antiqua & foſſam, imo & ſupra rivum, qui urbem ingreditur. (*b*) In Cœnobio hoc, cujus Eccleſia præſtantiſſimis accenſenda ædificiis, monachi, Colmarienſium conditores *Annalium*, vixerunt; quorum ſecunda Pars *Chronicon* appellatur, quod paulo copioſius Annalibus eſt. (*c*) Membranaceus hic codex noſtro ævo diſparuit. Urſtiſio debemus, quod excuſus eſt typis.

Familiæ S. Auguſtini cœnobium conſtruendi Sculletus & Senatus, Friderici III. Auguſtin.
Anti-Cæſaris precibus & commendatione inductus, An. MCCCXVI. permiſit; ubi literis monachorum de cuſtodiendis civium privilegiis, præcipue vero de civibus apud exteros judices non deferendis, cautum. (*d*) Jus civitatis Auguſtinianis his An. MDXXVII. collatum.

## §. DCLXXV.

Minores Conventuales, qui Franciſcani dicuntur, ſec. XIII. quo prodiit Ordo, Franciſcani.
cœnobium acceperunt Colmariæ. Cum autem An. MDXLI. dira lues maximam incolarum urbis partem abſtuliſſet, (*e*) Franciſcani quoque omnes extincti ſunt. Monaſterium vacuum cum omnibus bonis ac reditibus pro ſeptingentis ſupra duo millia florenis An. MDXLIII. d. 7. Nov. Hoſpitale civitatis coemit. Emtionem Pontifex & Imperator ratam habuere. Venditionis cauſas charta exponit. (*f*) Monachis hujus Ordinis, iter per Colmariam facturis, hoſpitium in hoſpitali, vel hoſpitii loco bacios duo ſingulis, emptores polliciti ſunt. Eccleſiam monaſterii, Trinitati dicatam, ab An. MDLXXV. Proteſtantes occupant. At An. MDCCXV. d. 11. Martii chorum cultui ſuo adaptarunt Catholici. Seculi ſuperioris fine Capucini recepti ſunt.

Subtilienſe (*g*) Monialium ord. S. Dominici monaſterium An. MCCXXXII. Parthenia.
extra urbem, haud procul à porta Rufaceuſi, ad capellam S. Johannis, ab Agnete de Heringheim, aliaque vidua nobili, ſecundum Auguſtinianam regulam inſtitutum, dein aſſumita Dominici regula An. MCCLII. trauslatum in urbem. (*h*) Aliud ejusdem regulæ Parthenium, ſub invocatione D. Catharinæ, Henrici VII. Imp. & Epiſcopi Baſil. permiſſu, An. MCCCXI. Ammersvilla Colmariam translatum eſt. Ammersvillam autem An. MCCLXXXVIII. Kazenthalia migraverant incluſæ, poſtquam S. Dominici regulam accepiſſent, Prædicatorum Colmar. curæ jam tum in Capitulo ordinis Trevirenſi commendatæ. A S. Catharina nomen habet, quod in ejus feſto primam, relicto incluſorio, miſſam Ammersvillæ celebraverant moniales. (*i*) Monaſterium ſuum nunquam ſe amplificaturas An. MCCCCLXIII. promiſerunt civitati, cujus cum Subtilienſibus tutelam An. MDXXV. ad tempus ſubierunt. Recipiendis ac formandis puellis nova jam ædificia parantur.

Cetera Gregorianus, Pariſienſis (*l*) & Stivagienſis, (*m*) abbates ſuas quoque curias Colmariæ habent ac civilegio fruuntur. Pariſienſis curia, à S. Guidone (*n*) nuncupata, privilegio olim gaudebat aſyli.



(*b*) Reverſales, in ſcrinio civitatis extantes, ita loquuntur: *Unſer Hoveſtat ze witerende uber die alte vinchmaren und uber den graben . . . uber den bach ziehende, der in die Stat gat.*

(*c*) Annales incipiunt An. MCCXI. Chronicon incipit à Rudolpho Habsb. uterque liber An. MCCCIII. finitur.

(*d*) Literæ hæ in tabular. civitatis.

(*e*) Peſte illa ter mille quingenti incolæ perierunt. Memoriam rei inſcriptio hebraica, græca & latina, in muro cœmeterii prope Baſil eam ſervat. An. MDLXIV. gravior fere lues denuo urbem affixit.

(*f*) Ubi P. Provincialis ita: *Darauf dan leider letslich ervolgt, das mertelts gotshenſſer u. cloſtere an perſonen erofft, wie dan nrwwlicher zeit unſers ordens Cloſter in des h. Reichs Stat Colmar gelegen noch lang gewerttem abnemen gentzlich und grundlich uffgeſtor. ben u. erlert worden &c.*

(*g*) Vernac. *Unterlinden.*

(*h*) Annales Colmar. ad hunc annum pag. 7.

(*i*) Ibidem pag. 23. ſq.

(*l*) Huic Magiſtratus ipſe An. MCCCII. & octennio poſt Henricus VII. Imp. id conceſſere. Hugo *Sacræ antiq. monum.* Tom. II. pag. 290.

(*m*) Abbati Stivagienſi ab antiquo jus civitatis competere, Senatus ipſe An. MCCCCLXI. profeſſus eſt.

(*n*) Vulgo *S. Wyden.* Curiam hanc Magiſtratus, oppidi ſui munitiones auctaurus, bis mille florenis An. MDLIII. acquiſivit.

## §. DCLXXVI.

Hospitale. Hospitali urbis eadem, quæ Argentinense tum habuit, jura Rudolphus I. An. MCCLXXXVIII. concessit. Constitutum illud primitus fuit eo in loco, ubi Regii militaris præfecti jam domus est. Translatum An. MDXLIII. in Minorum Conventualium cœnobium, ab ipso Hospitali cum reditibus emptum. An. MDCCXXXV. novum ædificium surrexit. Leprosorium & Hospitium pro senibus, extra urbem olim sita, Suecicæ obsidionis tempore diruta sunt. Reditus utriusque ad Hospitale translati.

Curiæ publicæ. Inter ædificia secularia publica extant Regii Senatus supremi Curia, quam *Palatium* (o) appellant: Præfecti militaris domus, An. MDCCL. ædificata: Granarium regium, An. MDCCLIII. exstructum, ubi antea armamentarium erat: Mercatoria domus, An. MCCCCLXXX. erecta, ubi prima quoque fuisse videtur senatus curia, ad quam ædificandam Dominicani, monasterium suum amplificantes, An. MCCXCV. viginti marcas argenti contulerunt. Secunda curia, prope cœnobium Augustinianum An. MDXXXII. condita, regii Senatus sedes An. MDCXCVIII. evasit. Viginti septem post annos Senatus urbicus rediit ad primam; in tartorum tribu hoc intervallo convenire solitus. Privatorum domus octingentæ numerantur.

## §. DCLXXVII.

Incolæ. Incolæ urbis in nobiles (p) & non nobiles divisi fuerunt. Illi in duas curias (q) distributi. Nobilium magna primis temporibus in urbe, ut Argentorati, fuit auctoritas; quos denique Gualterus Rœsselmannus, Scultetus Imperialis, An. MCCXCII. urbe ejecit. (r) Reduces Adolfus Rex An. MCCXCIII. à communi civium censu liberos pronunciavit, si Cæsari servirent. An. MCCCXLVIII. suarum cum civibus litium arbitrum Johannem, Dynastam Rappolsteinensem, sumserunt; (s) decennio post iterum pellendi ex urbe, annoque redituri sequenti; sed arctiore jurejurando adstricti. (t) Cives non nobiles, in XX. Tribus olim divisos, decretum Senatus, præsente Decapoleos Præfecto, Jacobo de Mœrsperg, An. MDXXI. redegit ad decem. Beati Rhenani (u) ætate numerus incolarum, qui ad sacram cœnam admissi, ad 3500. ascendit; numerus hodie major est triplo, in Catholicos & Protestantes divisus.

## §. DCLXXVIII.

Judæi. Tempus erat, quo Judæos intra mœnia quoque sua Colmaria aluit. Multi eorum ab Episcopo Argent. sibi metuentes An. MCCXCII. Rufaco in hanc urbem migrarunt. (x) An. MCCCXXXVII. duo nobiles Alsati, (y) plebe in Judæos concitata, obsederunt Colmariam; Judæos, qui ibi habitaverant, sibi tradi postulantes; sed Argentinensium auxilio dissipatus est tumultus. Ludovicus Bav. omnes Judæorum opes pro quater mille libris denariorum, quas ipse à civitate acceperat, An. MCCCXXXVIII. eidem oppigneravit. An. MCCCXLIX. Colmaria exemplum Argentinensium, aliorumque vicinorum secuta sustulit Judæos. Jo. de Vinstingen, Advocatus provincialis, Caroli IV. Imp. nomine, Colmariensibus, ut aliis urbibus, accepta cæsorum pecunia, factum condonavit. Wenceslaus Judæorum, quos proscripserat, censum per decem annos civitati An. MCCCLXXXVIII. addixit. Sigismundus prædia ab illis Colmariæ

(o) *Le Palais*, olim Curia Senatus civitatis.

(p) Frequens olim in urbe Nobilitas. In Friderici I. Imp. diplomate, An. MCLXXXV. Columbariæ scripto, Tietricus de Girsperg & fratres ejus, Carolus de Egensheim, Algotus de Turencheim, Rodulfus Nordwinus, Immo, Burchardus, milites de Columbaria, testes nominantur.

(q) Vulgo *Trinckstuben*. altera à corona, (*zur Kron*) altera à cella librali, (*Wagkeller*) nomen accepit. Hanc ære suo An. MDXXXIX. acquisivit Senatus. Curiis quandoque adscripti fuerunt ex civibus honestiores vel ditiores, quamvis nobiles non essent.

(r) Annales Colmar. ad h. annum.

(s) Instrumentum hæc nomina refert: Syfridus Schultheis, Wernher de Gunistzheim, Walther de Bebelnheim, Cuno de Westhus, Equites; Peterman de Schœnowe, Peterman de Herenkeim, Phil. de Bebelnheim, dictus Bicker, Ulricus de Bebelnheim, Hannmann & Walther Schultheissii, Syfridi filii, Cunzman & Peterman de Blienswilr, Henr. de Keysersberg, Werlman de Ilsenburg, Jo. Joech, Cuno Kelbeil, armigeri.

(t) Fridericus, Teccensis Dux, Imperialis & Austriacus Alsatiæ Præfectus, ut & Superioris Alsatiæ civitates, Nobilium reditum promoverunt. Nomina præcipuorum hæc reperi: Henricus, Cuno, Burcardus & Hugo de Wittenheim, equites; Fridericus Schultheiss, Werlin, Bentz & Nicol. de Wittenheim, Clewlin de Ulsenburg, Mart. de Rulle, Karl de Sultzbach, Walther de Stamheim, armigeri; Rulman & Fritschman de Sunthofen, fratres, Weltschin de Woffenheim, Clewlin & Werlin de Lagelnheim; quæ familiæ omnes extinctæ. Rustia hoc demum sæculo interiit.

(u) *Rer. Germ.* Lib. III. pag. 284. Obiit Rhenanus An. MDXLVII.

(x) Annal. Colmar. ad h. An. pag. 27.

(y) Quorum alter de Dorolzheim, alter de Andlo dictus. Hi novo nomine *Kunig Armleder* le vocabant. Koenigshov. Cap. V. §. LXXIII.


image
not
available

*Jura alia.* Carolus IV. naufraga in Rheno Colmarienſium bona An. MCCCLXI. liberavit à fiſco, cumque clerus ad tribunalia ſua cauſas civiles frequenter traheret, idem cum Papa Innocentio IX. Colmariam in cauſis his à foro eccleſiaſtico An. MCCCLXX. declaravit immunem. Octennio poſt Carolus hic vetuit, ne Advocatus provincialis eos, quos Senatus urbe ejecerit, in urbem reduceret. Jus recipiendi proſcriptos Wenceslaus Imp. conceſſit. Sigismundus, ne potentior domum in urbe acquirat, An. MCCCCXXII. ordinavit. Fridericus IV. Colmarienſium bona, alienis in ditionibus ſita, cenſu alieno exemit. Alvei Fechtæ ad ſcaturigines ejus uſque viſitandi, ſcrutandi, An. MCCCCLXXVIII. Fridericus IV. conceſſit; ita, ut ex pratis aquas in alveum depellere, atque ex lacubus, in Gregorianæ vallis extremitate ſitis, in eundem derivare licitum ſit tempore ficco. (*o*) Jus gladii plenum acquiſivit Colmaria, cum officium redemiſſet ſculteti. Privilegiorum iſtorum cuſtodes Rotvilanum Imperiale Judicium & Auſtriacum Enſisheimenſe Regimen An. MDLIX. Ferdinandus I. Imp. conſtituit. Ex his autem aliisque regalibus juribus, quæ pedetentim cumulavit Colmaria, ſuperioritas illa denique territorii, Capitulationibus Imperatorum firmata, ſurrexit.

## §. DCLXXXI.

*Onera.* Annuum Imperiale tributum Adolfus Cæſar ita determinavit, ut centum & quinquaginta marcas argenti die S. Martini Colmaria perſolveret, poſtquam deceſſori ejus Rudolfo, cum præſens eſſet, quingentas marcas, & pro iis, qui in Cæſaris comitatu erant, octingentas ſupra mille libras An. MCCXCI. dediſſet. (*p*) Marcam Wenceslaus, Caroli IV. Imp. frater, ut Advocatus provincialis Alſatiæ, duabus libris denar. Argentinenſium ac dimidiæ An. MCCCLXX. æquiparavit. Creſcente vero civitate Wenceslaus Imp. trecentas marcas An. MCCCLXXXIV. petiit; ſed paulo poſt canonem Adolfinum & ipſe juſſit ſervari. Sub ſucceſſore tamen ejus Ruperto octingentos florenos Rhenenſes Colmaria præſtitit, (*q*) quos Sigismundus Imp. An. MCCCCXVII. ad quingentos reduxit. Confecta ad expeditiones militares Imperii matricula, Colmariæ An. MCCCCLXVII. ſex equites & duodecim pedites; An. MCCCCLXXI. dimidium; An. MCCCCLXXX. quinque equites ac novem pedites; anno ſeq. decem eq. octoque pedites; in Comitiis Francofurtanis An. MCCCCLXXXVI. octingenti floreni; triennio poſt V. eq. XVIII. pedites; in Comitiis Wormatienſibus V. eq. XXXIX. ped. & poſt moderationem An. MDXLV. quatuor eq. ac triginta ped. ſeu per ſingulos menſes 168. floreni imperati ſunt. (*r*) Ad Cameræ Imperialis ſuſtentationem Caroli V. decreto, An. MDLII. edito, octoginta florenos quotannis contribuit. In conventu civitatum, An. MDCVIII. Argentinæ habito, ſtatutum eſt, ut ad impenſas, communi Decapoleos nomine faciendas, Colmaria quartam partem conferret. (*s*)

*Inſignia.* Inſignia civitatis quod attinet, in ſigillis ejus antiquis aquila ſimplex occurrit. Eadem in nummis, quandoque & in poſtica S. Martini, urbis patroni, comparet imago. Frequentius & obvium denique inſigne fuit *clava*, clavis cuſpidatis inſtructa, quam vulgus interpretatur calcaria. In vetuſtioribus nummis clava evidens eſt. (*t*)

## §. DCLXXXII.

*Cæſares hoſpites.* Imperatores haud raro hoſpites excepit Colmaria: Fridericum I. ter, An. MCLIII. ſcilicet, III. Cal. Februarii, (*u*) An. MCLVI. XVI. Cal. Sept. (*w*) & An. MCLXXXV. tertio Non. Octobris: ubi litem inter eccleſiam S. Petri & Olricum de Herinſtein præſens decidit: totiesque Fridericum II. quem ex Italia, ut Ottoni IV. Imperium eriperet, comite Lutoldo, Baſil. Epiſcopo, adventantem & conducendum ulterius Epiſcopus Argent. Colmariæ An. MCCXII. excepit; (*x*) qui Imperio potitus eodem An. MCCXIX. & XXXVI. menſe Martio rediit. (*y*) Rudolfum I. ſæpe urbem hanc

(*o*) Vide ſupra in notis §. DCLXX.
(*p*) Annal. Colmar. ad An. MCCXCI. pag. 25.
(*q*) Schilter *Inſtitut. Jur. publ.* Tom. II. append. pag. 102.
(*r*) Contzius & *Receſſ. Imperii* ſupra in Hagenoa allegati pag. 358.
(*s*) Conf. pag. 280. §. DXXII.
(*t*) Vid. Tab. numiſmat. II. num. 7. & 9. Clavæ hæ medio ævo uſitatæ in bello.
(*u*) Ubi donationes, Altorfino monaſterio factas, confirmavit.
(*w*) Ubi Virodunenſi Epiſcopo Comitatum Virodun. Columbariæ firmavit. Mabillon *de Re Diplom.* ſupplem. pag. 100.
(*x*) Richer. Senon. Lib. III. Cap. XIX. Jo. a Bayono ap. Hund. Belhomme *Hiſt. Mediani Monaſt.* pag. 296.
(*y*) Hugo *S. Antiquit. monumentor.* Tom. II. pag. 294. Annales Colmar. ad An. MCCXXXV. Wencker *de Uſiburg.* pag. 9.

hanc inviſiſſe novimus. An. MCCLXXXI. quarto Id. Oct. Columbariæ literas ad Luxemburgenſem Comitem ſcripſit. (z) An. MCCLXXXII. per quindecim dies apud Rœſſelmannum Scultetum commoratus eſt. (a) Biennio poſt conjux ejus ad Colmariam quoque acceſſit. (b) Tertio Cal. Martii MCCLXXXVII. villam Bilsheim Johanni de Loubgazzen Columbariæ oppignoravit. De annis ſeqq. LXXXVIII. LXXXIX. & XCI. quo mortuus eſt, luculentos quoque teſtes habemus. (c) Adolfus, Rudolfi ſucceſſor, An. MCCXCIII. ante diem natalem Chriſti Colmariam victor intravit. (d) Albertus I. ſeptimo Cal. Aprilis An. MCCC. hic verſatus, (e) triennio poſt circa feſtum S. Viti rediit, quadringentas marcas à civitate ut peteret, Nobilesque Alſatiæ ad ſe vocaret. (f) Quarto id. April. MCCCVIII. Bernhardo Wurmſero inveſtituram vici Rordorff Columbariæ dedit. Henricus VII. tertio Cal. Nov. MCCCIX. Abbatem Selſenſem, Imperii Principem, de regalibus ibidem inveſtivit. Anno ſeq. XIII. Cal. Oct. monaſterio S. Walpurgis privilegium, & VII. Cal. ejusdem menſis Abbati Pariſ. jus civitatis Colmarienſis, hic impertitus eſt. (g) Fridericus III. ſecundo Cal. April. Alſpacenſis Partheniі, biduoque poſt Keifersbergæ ac Turinghemii civitatum jura, Columbariæ roboravit. Ludovicum Bav. liberatorem ſuum, cum Johanne, Bohemiæ Rege, Colmarienſes An. MCCCXXIX. venerati ſunt præſentem; (h) id quod de Carolo IV. An. MCCCLIV. die aſcenſionis Domini quoque proditum. (i) Fridericum IV. die S. Adolphi MCCCCXLII. poſtquam Aquisgrani coronatus fuiſſet, itemque die veneris ante exaltationem crucis MCCCCLXXIII. Maximilianum I. die lunæ poſt dominicam Lætare MCCCCXCIII. quo Dominicanos urbis diplomate ornavit, ibi deprehendimus. Ferdinandus I. die S. Thomæ MDLXII. Colmariam intravit equo, à clero, ſenatu populoque, rite ſalutatus. Poſtridie, cum in Præceptoria Johannæa pernoctaſſet, Briſacum perrexit.

## §. DCLXXXIII.

Colmarienſis Regiminis forma, ut aliarum Alſatiæ urbium, nunc ariſtocratica, nunc democratica fuit, nunc mixta. Regimen.

Scultetus Cæſareus, bannum ſanguinis & alia Cæſaris jura procurans, primus Magiſtratuum fuit, ſeu tempus, ſeu ordinem reſpicias. In charta Ulrici & Alberti fratrum, Phirreti Comitum, An. MCCXXXVI. Murbacenſi Abbatiæ data, Marquardus Scultetus de Columbaria legitur. *Schultheiſſorum* familiæ, quæ inter nobiles Colmariæ gentes, uti vidimus, occurrit, munus illud hæreditarium fuiſſe videtur; ad quod plebeji rarius admiſſi. Hos inter Johannes Rœſſelmann, Waltheri cerdonis Turingheimenſis filius, qui civitatem adverſus Nobiles, in eam irruentes, defendens An. MCCLXI. ad pontis lapidaris portam occiſus eſt. (l) Sigfridum de Gundolsheim, Scultetum, novas turbas cientem, Advocatus provincialis An. MCCLXXXI. depoſuit; (m) cui Conradus de Keyſersberg, (n) huic Waltherus Rœſſelmann, Johannis filius, turbidi vir ingenii, ſucceſſit. Waltherus, à Rudolfo I. Imp. An. MCCLXXXV. exauctoratus, nobilem à Stameheim, qui ſurrogatus ipſi fuerat, oppreſſit, ejuſque locum occupavit; gravem temeritatis ſuæ pœnam ſub Adolfo Imp. daturus; (o) qui nullum Colmarienſibus ſcultetum, niſi qui concivis eorum & cum iis habitet, ſe daturum eſſe An. MCCXCIII. promiſit. Poſtea Berckhemium nobilem, (p) Fridericum de Hunenburch, (q) Fridericum de Wangen, (r) Johannem, (s) Burcardum Munch de Baſilea, (t) Burcardum Munch de Landscron, (u) Petrum Theodatum, equitem; (x) Epponem de Hatſtatt, Scultetos Colmarienſes reperio. Rupertus Imp. Scultetus Imperialis.



(z) Martene *Theſaur. Anecd.* Tom. I. col. 1171.
(a) Annales Colm. ad hunc annum.
(b) Ibidem ad An. MCCLXXXIV.
(c) Diploma hoſpitali Argent. datum, & Annales Colmar. ad poſteriores hos annos.
(d) Annales Colm. pag. 27.
(e) Ibidem pag. 33. & diplomata Abbatiæ Pariſ. ac monialibus Alſ. acenſibus data ap. Hugon. *S. Antiq. monum.* Tom. II. pag. 294. & 306.
(f) Annal. Colm. pag. 36.
(g) Hugo *monum.* Tom. II. pag. 290.
(h) Albertus Argent. *de rebus Bertholdi Ep.* pag. 170. Anno ſeq. in vigiliis aſſumptionis b. virg. Ehnheimenſi oppido literas ibidem ſcripſit.
(i) Diploma de ſucceſſione in Electoratu Palat. apud Freher. *de legitima tutela* in præfat. & Tolner. *Hiſt. Palat.* cod. diplom. pag. 92.
(l) Chron. Colmar. pag. 48.
(m) Annal. Colm. ad h. annum. Octonnio poſt VI. Cal Aprilis Sigfridus hic à Sufingo quodam interfectus eſt. Ibid. ad An. MCCLXXXIX. pag. 24.
(n) An. MCCLXXXII. cum Senatu civico Dominicanorum Monaſterium ampliari permiſit.
(o) Chron. Colm. loco cit.
(p) Ob ouem Epiſcopus Argent. Colmarienſes An. MCCXCVII. diffidavit. Annal. Colm. ad h. an.
(q) An. MCCC. ap. Hugonem *S. Antiq. monum.* Tom. II. pag. 306.
(r) Cui Henricus VII. Imp. Abbatiam Andlavienſem An. MCCCXIII. commendavit.
(s) Johannes, Scultetus Columbar. in Friderici III. privilegio An. MCCCXV. occurrit.
(t) Huic Carolus IV. Imp. An. MCCCXLVII. jurium & privilegiorum civitatis, cui præerat, commendavit cuſtodiam.
(u) Qui civitati apocham 285. marcarum argenti, falatii loco ibi ſolutarum, An. MCCCLVII. dedit.
(x) An. MCCCXCVII. Vid. ſupra pag. 119. §. CC.

An. MCCCCVII. munus hoc pro mille florenis oppigneravit Epponi ; Sigismundus ſeptennio poſt oppignerationem firmavit, mortuoque Eppone Scultetatum ab Haſtadienſibus redimendi, ac in perpetuum retinendi jus An. MCCCCXXV. civitati conceſſit; poſtquam Carolus IV. jam An. MCCCXLVII. idem meditatus fuiſſet. (*y*) Jure hoc Colmarienſes ut gauderent ſecurius, Regininis Enſisheimenſis ſententia An. MCCCCLXV. rem firmari curarunt. Cæſares tamen, præcipue Fridericus IV. Scultetatum hunc non ſemel recuperare tentarunt. Ab eo tempore non Cæſareum, ſed civicum, Colmaria Scultetum annuum habuit; ita quidem, ut Conſules munere hoc, quod in cauſarum leviorum judicio & in capitalium procuratione conſiſtit, ſungerentur per vices. Conſuli, Scultetatum gerenti, ne criſtas attollat, non primus, ut Sculteto Cæſareo olim, ſed poſtremus inter Conſules aſſignatus eſt locus.

## §. DCLXXXIV.

Senatus forma antiqua.

Ante medium tredecimi ſeculi nullam ſenatus; ante ſec. XIV. nullam Magiſtri civium, (*z*) inveni memoriam; ſed Sculteti & Senatus. (*a*) In actis illius ævi latinis Senatores quandoque *Conſules* dicuntur, ut alibi jam dixi. Senatorum primus poſtea *Magiſter burgenſium* (*b*) dictus eſt. In Paterniacenſi charta An. MCCCLXXXI. *Scultetus, Magiſter burgenſium, Conſules, & univerſitas opidi Columbarienſis* occurrunt. An. MCCCXXXI. Scultetus, Conſules, quorum tum quatuor, Senatores, Cives, omnisque communitas de novemvirali Collegio, cui respublica per quinque annos committeretur, inter ſe convenerunt. (*c*) Ludovicus Bavarus biennio poſt præteritorum tumultuum veniam dedit civitati; novemvirali collegio autem præſidium promiſit. Cæſaris hujus, à Pontifice diris devoti, tempora factionibus ubique viam aperuerunt. In Alſatia ſuit *rubra & nigra*, (*d*) Colmarienſi civitati fatales. His enim addicti excluſi ſunt urbe, reditu illis tantum conceſſo, qui, inſignibus factionum depoſitis, novæ conſtitutioni ſubſcriberent nomen. Novemviri quotannis, duodecimo poſt Chriſti natalia die, novos Conſules IV. totidemque Ædiles & novum Senatum conſtituerunt. Quatuor Conſulum munus nonniſi trimeſtre. An. MCCCXLVII. decennalis civium circa Regiminis ſui formam ordinatio ſacta eſt, qua tres Conſules & viginti quatuor Senatores, quorum octo nobiles eſſent, cum tribunis, à tribulibus ſuis quotannis eligendis, creati ſunt judices. Conſtitutionem hanc Carolus IV. ratihabuit. Succeſſit ei An. MCCCLX. alia, per Imperatorem quoque firmata, qua Senatus uno Conſule & duobus Senatoribus auctus; Nobilibus atque Tribunis eodem ſemper numero manentibus. Nobiles, qui publicos civium cenſus de bonis ſuis, Colmariæ emtis, præſtare noluerant, Sigismundus & Fridericus IV. Impp. ſenatoria dignitate privarunt.

Senatus forma nova.

An. MDXXI. denique forma, hodiernæ propior, ab Advocato provinciali, Jacobo à Mœrſperg, Cæſareo nomine, Senatui inducta eſt. Placuit nimirum, ut quatuor nobiles vel patritii è ſocietate, cui nomen à corona, & ex ſingulis decem tribubus duo Senatores, adeoque in univerſum eligerentur viginti, (*e*) utque inter Conſules regimen ter mutaretur quotannis, ac Senatus electio (*f*) proxima poſt S. Laurentii dominica (*g*) fieret. Quatuor Senatores nobiles deinceps creari deſierunt, nec quadrimeſtre, ſed annuum, hodie Conſulis regimen eſt.

Conſules & Senatores An. MDLXXV. ex Proteſtantibus, non tamen omnes; An. MDCXXVIII. ex ſolis Catholicis; quadriennio poſt ex Proteſtantibus ſolis electi ſunt; ab An. MDCLXXX. autem ex utraque religione æquales eliguntur. An. MDCLXXXVI. Magiſtratui civico regius additus eſt Prætor.

Singulæ

(*y*) Juſſit ſaltem, ut ſi proximo decennio Scultetus munus ſuum abdicare velit, civitati id venum detur.

(*z*) *Meiſter, Burgermeiſter & Stettmeiſter*; quæ poſteriori von hodie in uſu.

(*a*) *Schultheis und Rath*, Scultetus & Conſules.

(*b*) Vulgo *Oberſter Meiſter*. Reliqui Conſules olim *Aurichter Meiſter* nominati ſunt, quod præſidis ſui mandata exequerentur.

(*c*) inſtrumentum die Lunæ poſt feſtum S. Urbani ſcriptum. Inter novemviros hos fuerunt quatuor nobiles: Ruſt i duo fratres, Johannes & Cuntzemann, Henricus de Wittenheim & Fritſchinus, cognom. *Zum alten Wegg*.

(*d*) Charta noſtra eas vocat *die zwo parteyen, die Roten und die Swarzen*, easque damnat *womb die laiſſe u. womb das ustriben, die mwewelich inwaentig anderhalbem Jare geſchehen ſint von dem driſſigoſten jare anuzz in das ein und driſſigeſte jar*.

(*e*) Tribus viginti cum fuiſſent, ex ſingulis unus ſenator electus. Vicenarius ſervatus eſt numerus, licet tribus cum reducerentur ad decem. Tribus pistorum Senatores ſedent in Senatu poſtremi, ob mortus, quos An. MDX. fecerant contra decreta Senatus. Tribus hæc ordine ſexta eſt.

(*f*) Die XII. poſt natalia Chriſti, *dein* ipſo Pentecoſtes die olim fieri ſolita.

(*g*) Vernacule *der Meiſter-Tag*.

Singulæ Tribus, præter duos Senatores, suum quoque olim habuerunt Tribunum, quorum munus senatoribus paulatim accrevit; suos habent Scabinos, vel XII. vel XVI. vel XX. qui Consulem eligunt; in gravioribus causis quandoque convocati, ut sententiam dicerent. Jusjurandum obsequii cives, sub Periodo Germanica, Magistratui suo quotannis præstiterant; (*b*) cujus formulam Rudolfus, Austriæ Dux, Episcopus Argent. Abbas Murbacensis, sociæque Civitates An. MCCCLVIII. condiderunt, Carolus IV. Noribergæ firmavit.

## §. DCLXXXV.

Alemannorum & Francorum legibus, in Alsatia receptis, specialia Cæsarum atque deinceps ipsius Magistratus statuta accesserunt. His in subsidium Jus Romanum accessit. Carolus IV. An. MCCCLV. sustulit morem, qui vulnus inflictum æquiparaverat cædi. Idem An. MCCCLXIII. Colmariensis homicidæ bona vetuit occupari, nisi ceperit fugam. Bona autem fugientis post solutas impensas in tres partes dividi jussit; quarum una delinquentis heredibus, reliquæ obtingerent Judici. An. MDXCIII. statuta sua Colmarienses idiomate patrio redegerunt in corpus; quod nuper mandatum est typis. (*i*) Statuta, quæ Judicii ordinem, contractus, tutelas, adoptionem, testamenta & pœnas concernunt, cum Cameræ Imperialis ordinatione, legibusque Romanis in plerisque conveniunt. At circa conjugum bona, ordinemque succedendi ab intestato, discrepant à Jure Romano. Plenam enim & absolutam omnium cujuscunque generis bonorum communionem inter conjuges observat Colmaria. Post mortem alterutrius conjugum immobilia bona devolvuntur ad liberos, in possessione usufructus tamen & bonorum mobilium manet superstes. In successione descendentes excludunt eos omnes, qui ex ascendente sunt linea. Filio vel filiæ, sine prole decedentibus, soli succedunt parentes. Avus & avia cum defuncti nepotis fratribus sororibusque succedunt. Proavus à pronepotis mortui fratribus, sororibus, horumque filiis & filiabus excluditur; at patruos & avunculos eorumque descendentes excludit. Alterutro conjugum fine liberis moriente, in omnibus bonis succedit superstes; fratribus & sororibus defuncti exclusis; exclusa quoque omni ascendentium linea; nisi quod his reddenda legitima. Fratres unilaterales eorumque liberi repræsentatitio jure cum germanis succedunt. In ulteriore gradu fratrum germanorum descendentes unilateralium descendentes excludunt. Statuta.

## §. DCLXXXVI.

Religiosus Colmariensium cultus ab eo tempore, quo Christianismus apud Sequanos invaluit, ad Vesontionis, metropoleos suæ, & ad Basilienfis Ecclesiæ canones institutus est. Concilii Basilienfis decreta ab Episcopis illius urbis aliquandiu recepta fuerunt, donec nationis Germanicæ Concordatis facerent locum. Seculi XIII. fine & sequentis initio (*l*) sacra Colmariæ interdicta, quod Episcopalis curiæ Basil. Judicibus cives noluissent obedire, quodque clericus Basilienfis apud eos interfectus. Religio.

Lutheranismus & Zuinglianismus ex Argentina atque Basilea mature pervenerunt Colmariam. (*m*) Carolus V. An. MDXXIV. eam hortatus est literis, in veteri ut religione persisteret; veritus, ne Consul ejus Hieronymus Boner, Vir doctus, (*n*) auctoritate pollens, civibus suis persuaderet, ut ad Protestantium sacra & ad Helveticum fœdus transirent. Obedivit Senatus, nec civium querelis locum concessit, qui à Magistratu petierant, ut ad subeunda civitatis onera compelleret clerum, civesque ab Ecclesiastico Episcopi Basil. foro liberaret. Cum autem An. MDXXV. rusticarum seditionum turbo Colmariensibus quoque metum injecisset, cœnobia civilegii jus acceperunt. An. MDXXXVIII. nonnullas leges, ad ecclesiasticam disciplinam spectantes, publicavit Senatus; inter alia vetans, ne cœnobitæ, insicio Magistratu, admitterent novitios. Protestantium inde numerus crevit in urbe, qui Horburgi & Richovillæ sacra, ad Augustanæ confessionis normam instituta, frequentarunt. (*o*) An. MDLXXV. denique, plurium civitatum Imperialium exemplo, Augustana Confessio invariata Sacrorum mutatio.



(*b*) Dies cerimoniæ dictus *der Schwartag*, Argentinarium more celebratus.

(*i*) Sub rubro: *Der Stadt Colmar Municipal Statt-Recht*, fol. An. MDCCXXXVII. paginas 108. habet.

(*l*) Annal. Colm. ad annum MCCXCIX. & MCCCII.

(*m*) *Postilla* Lutheri à Farckallio typographo in forma majore Colmariæ An. MDXXIII. impressa. Nic. Klein *Eisrveyh. Predigt der neuen Canzel in der Hofpital Kirch*, pag. 8.

(*n*) Vide pag. seq. Magistratus An. MDXXX. Bonerum apud Cæsarem defendit.

(*o*) Westheimerus Horburgi, Erbius Richovillæ Pastores tum erant. An. MDXLVII. & MDLIV. Colmarienfe Capitulum querelas hac de re movit apud Senatum, qui gravi civibus eam interdixit sub pœna. Protocoll. Capituli Colmar. ad hunc annum.

invariata (*p*) admiſſa eſt publice. (*q*) Sacris ad modum hunc celebrandis deſtinata eſt ædes, quam Minores Conventuales An. MDXLIII. vendiderant. (*r*) Concordiæ formulam tamen, à Wirtenbergiæ Duce deinceps oblatam, Magiſtratus rejecit, quod Crypto-Calviniſmus in urbe prævaluit. (*s*) An. MDLXXXIV. dies feſti non dominicales Senatusconſulto aboliti ſunt, præter quinque majores. Rudolphus II. Imp. Proteſtantibus minus favens, quam pater, ſacra nuper inducta non ſemel abolere conatus eſt. At firmum in inſtituto propoſitum legatis ejus, identidem miſſis, (*t*) declaravit Senatus. Sub Ferdinando II. Proteſtantium vires in Germania cum nutare cœpiſſent, Leopoldo, provinciali Advocato Alſatiæ, Cæſar frater injunxit, Colmariæ priſtinam religionis ut reddereat faciem. An. MDCXXVII. miſſi advenerunt Cæſarei, (*u*) qui d. 19. Dec. Proteſtantium templum, inter Lutheranos & Zuinglianos (*x*) tum fere diviſum, clauſerunt; Sodalibus Jeſu brevi tradendum. Magiſtratus & Senatus omnis, octo Senatoribus, qui vetera amplexi ſunt ſacra, exceptis, d. 23. Martii An. MDCXXVIII. amoti. (*y*) Illis, qui ad ſacra hæc redire noluerant, data eſt emigrandi facultas; prorogata non ſemel. (*z*) Quinquennio poſt Guſtavus Hornius, Suecorum dux, urbe in poteſtatem accepta, Proteſtantium ſacra ad Auguſtanæ Conf. invariatæ (*a*) normam reſtituit; Catholicæ & Lutheranæ religionis exercitium conſtituens liberum; quod Ludovicus XIII. Conventione cum Colmarienſibus facta, (*b*) confirmavit quam Ludovicus XIV. An. MDCXLIV. denuo roboravit.

## §. DCLXXXVII.

Literati. Schola, qua Latinis Græcisque literis juventus imbuitur, à Magiſtratu Aug. Conf. An. MDCIV. inſtituta eſt. (*c*) Literæ apud Colmarienſes mature refloruerunt, florentibus SEBASTIANO & CASPARO MURRHONIBUS, presbyteris, Wimphelingii amicis; cum nec antea omnino jacuiſſent incultæ. (*d*) Sebaſtianus trium linguarum, Hebraicæ, Græcæ atque Latinæ, peritiſſimus fuit. (*e*) Alius Sebaſtianus Murrho, prioris forte ex fratre nepos, doctus quidem, patruo tamen non comparabilis, initio ſeculi XVI. vixit. Poſt hos literis quoque inclaruerunt HIERONYMUS BONER, Conſul Colmar. ob auctoritatem & doctrinam MUNSTERO (*f*) laudatus, qui Thucydidem & Plutarchi vitas in Germanicum idioma convertit; (*g*) JOANNES HOFNEISTER, artium Magiſter & Auguſtinianus Colmariæ monachus, eloquentiæ ac eruditionis laude præſtans; quem Carolus V. Imp. in comitiis Ratisbon. Bucero oppoſuit. (*h*) Scriptam ab eo Auguſtanæ confeſſionis confutationem An. MDXL. Senatus ſuppreſſit. (*i*) MICHAEL BUCHINGER,

(*p*) De invariata Confeſſione vide, quæ ſupra in Argentinenſium rebus dixi, pag. 341. not. *u*.

(*q*) Guil. Sch. Linckio, Mich. Buobio & Johanne Gallio, Conſulibus rem præſertim urgentibus. Linckius de Thunnburg nobilis fuit, Jebshemi poſſeſſor, unde & Jebsheimenſis Pastor, Jo. Cellarius, d. 15. Maji primam in Templo Hoſpitalis habuit concionem. Senatores illius anni refert *Apologia*, contra Jo. Schmidii concionem edita. Præluſer. rei Jo Schulerus, in Baſilica parochiali coneionator, qui An. MDLXXI. in eleri mores aeriter invectus, à Capitulo reprehenſus, à Conſulibus fruſtra defenſus eſt. *Memoire pour le Chapitre de Colmar* pag. 3.

(*r*) URSTISII *Chron. Baſil.* Lib. VIII. Cap. XXXII. Jam An. MDLXIV. Concionator ſuggeſtum in hoc templo, rogatu civium, conſcendit. Cum autem expectationi auditorum non ſatisfaceret, clauſus eſt ſuggeſtus. KLEINIUS loco alleg.

(*s*) Cellarii, qui Auguſtanam Confeſſ. invariatam ſecutus eſt, veſtigia cum Georg. Groſſius ſequeretur, Chriſtianus Scrinus, Eichſtadio-Hachbeig. Marchicus, Calviniſmo addictus, id impedire conatus eſt, & An. MDXC. prævaluit, ut ipſe Schmidius fatetur lib. alleg. pag. 194. Leopoldus Archidux in Litteris ſuis & Miſſi Cæſarei id haud obſcure indigitant. Confeſſioni invariatæ addicti Herburgi ſacra frequentarunt. Wurtenbergica enim confeſſio, ad Auguſtanæ mentem confecta, An. MDLXXV. introducta, nunquam abrogata eſt.

(*t*) An. MDLXXVII. MDLXXIX. & MDCVII. Vid. *Apologia Colmar.* pag. 10. & 167. Facta ſunt hæc ad inſtantiam Epiſcopi Baſil. & Capituli S. Martini.

(*u*) Jo. Ernestus Fuggerus Comes, & Jo. Lindnerus, Jurium doctor.

(*x*) Pbrres enim Eccleſiæ Colmarienſi Miniſtros Babilea transmiſit, quos inter Ambroſius & Nicolaus Socini. *Apologia contra concionem Jo. Schmidii* pag. 52. SCHMIDIUS ipſe in ſua *defenſione contra Apologiam*, pag. 187.

(*y*) Conf. *acta der Keyſerl. Commiſſion* An. MDCXXVII. quæ Colmariæ An. MDCXLIII. juſſu publico impreſſa, & *Apologia Colmar.* pag. 168. Calendarium Gregor. quoque introductum.

(*z*) Proteſtantium multi Baſileam, Argentinam, Richovillam migrarunt. Ab hoc tempore in Eccleſia Collegiata baptizatæ ſunt Proteſtantium infantes, & confecrata matrimonia.

(*a*) Jo. Schmidii, Prof. Theologi Argent. id factum eſt opera, qui ab Hornio vocatus d. 24. Dec. in Eccleſia Hoſpitalis concionatus eſt; contra quam concionem, Argentorati An. MDCXXXIII. impreſſam, Baſilex ab Anonymo edita eſt Reſponſio An. MDCXXXIV. cui & Schmidius reſpondit. Jodocus Haas Miniſter Eccleſiæ Colm. à Schmidio inauguratus eſt menſe Jan. An. MDCXXXIII. Concio extat.

(*b*) Art. V. LAGUILLE *Preuves* pag. 145.

(*c*) Ut docet Chronoſtichon ſupra poram inſculptum. Prodit ex hac ſchola CHRISTOPH. COLERUS, epigrammatis in Colmariam auctor, ap. REUSNER. *de invb. Imper.* pag. 61.

(*d*) Tcſtibus *Annalibus & Chronico*, apud Dominicanos Colmariæ ſcr. XIII. & ſ.q. ſcriptis; quibus ex medii ævi, Alſatiæ præſertim, illuſtrantur. Sec. XIV. vixit Petrus de Andlo, Colmar. Canonicus.

(*e*) Scripta ejus recenſentur in GESNERI *Bibliotheca*, pag. 748.

(*f*) *Cosmograph.* Lib. III. pag. 558.

(*g*) Prior liber An. MDXXXIII. absque mentione loci, poſterior apud Barthol. Grieningerum Colmariæ impreſſus An. MDXLI. fol.

(*h*) *Paurgeyr. Mothein.* pag. 177.

(*i*) Archiv. Colmar.

Buchinoer, Proteſtantibus quoque adverſatus, Hiſtoriam Eccleſiaſticam à D. Petro uſque ad Paulum IV. Pontificem medio ſec. XVI. contexuit, in qua Johannam Papiſſam inter primos palam negavit. (*l*) Thomas Kessler *Natalicium Chriſti* eleganti carmine heroico decantavit, (*m*) Jo. Balthasar Schneider, civitatis Syndicus & ad pacificationem Oſnabrugenſem legatus, vir doctus & prudens, *Apologia Colmarienſi* (*n*) inter ſcriptores Alſaticos conſecutus eſt locum. Typographum illuſtrem, Michaelem Friburger, Colmariæ noſtræ Lutetia debet; qui cum Ulrico Geringio & Martino Cranzio in Sorbona An. MCCCCLXX. primus hanc artem exercuit, *de Colmaria* dictus. (*o*) Quin & Amandus Farckallius, (*p*) eumque excipiens Bartholomæus Grieningerus, (*q*) magno cum ſucceſſu in urbe hanc artem exercuerunt. Poſtremis temporibus Deckeri, à ſupremo Alſatiæ ſenatu Baſilea vocati, eorumque hæredes typographiam Regiam Colmariæ feliciter exercent; è quorum officina noſtra hæc *Alſatia* prodit. Pictores quoque & aurifices præſtantes hujus urbis ætate ſua jam celebravit Rhenanus. (*r*)

## §. DCLXXXVIII.

Præcipuum incolarum commercium ſemper vina fuerunt. Floruerat olim vini aduſti acetique commercium, quod hoc ſeculo interiit. Enimvero ſi L. Veteris, Germaniæ ſuperioris Præfecti, conſilium, quo Rhodanum Ararimque cum Rheno, adeoque mare Mediterraneum cum Oceano, Dubis & Elli Alſatici, fluminum intermediorum, ope, per foſſam junCturus erat, locum habuiſſet, foſſa hæc ex Dubi per Sundgoviam ducenda ad Ellum, Colmariam illuſtre reddidiſſet emporium, ad quod non vicinæ modo Burgundicæ, Lotharingicæ, Helveticæ, ſed & omnes meridionales Galliæ, ut & Hiſpanicæ Italicæque, merces breviſſima in Rhenum via transferri potuiſſent. At conatus hos arduos intervertit invidia. (*s*) Veniet fortaſſe tempus, quo Rheni pars immittenda foſſæ, ad Ellum dirigendæ, ſplendidiorem redditura eſt Elli fortunam, quæ ſimul Colmariæ, fluminibus jam perviæ, conſtituet portum. (*t*) Publici Colmariæ reditus, Germanica ſub periodo mediocres, ſub Gallica ad nonaginta mille libras fere aſcendunt. Commercium.

## §. DCLXXXIX.

Colmarienſis ager ſeſe late extendit, præcipue à parte ſilveſtri. (*u*) Quin & Territorio non mediocri Civitas gaudet, Dominio nempe S. Crucis, (*x*) & ab aliquo tempore Dynaſtia Landsburgi. (*y*) Primum Colmariæ domaniuni fuit vicus Deinheim; uno olim ab urbe lapide diſtans, Oſthemium verſus. (*z*) Hatſtadiis ille pro C. marcis argenti ab Auſtriacis ſuit oppigneratus. Colmarienſibus pro CC. marcis Leopoldus An. MCCCXIX. redimendi jus ea lege conceſſit, ut pecunia anni ſpatio non reddita, vicum retinerent, ut feudum; in cujus recognitionem Auſtriæ Duci, cum XXX. vel LX. equis in urbem venturo hoſpitium, ſemel aut bis, quotannis præberent. Nato hinc cum Hatſtadiis bello, ducentis marcis hoſti ſolutis, An. MCCCXXXV. finem impoſuit Civitas, quæ temporis tractu incolas in ſuburbium recepit, muroque eos ſuo incluſit, vico deſtructo, cujus patronatus ac decimæ ad Comites Horburgi ſpectaverant. Suecici Regni Cancellarius, Axel Oxenſtierna, fœderis Proteſtantium Germanici director, Herlisheim & Sulzbach oppidula, Holzweyer & Wickersweyer vicos, ad Schauenburgicam gentem ſpectantes, An. MDCXXXIV. Junio menſe Colmarienſibus donavit; (*a*) quæ pace Weſtphalica poſſeſſoribus reſtituta ſunt priſtinis. Territorium.



(*l*) Gesneri *Bibliotheca* pag. 605.

(*m*) Impreſſum eſt Argent. 1608. in 8vo.

(*n*) An. MDCXLV. Colmariæ impreſſa Germanice in 4to.

(*o*) Chevillier *origine de l'Imprimerie de Paris*, Part. I. Cap. III. pag. 42.

(*p*) Præter Poſtillam Lutheri, An. MDXXIII. forma majore impreſſam, Herodianum ex verſione Politiani cod. anno minuſculis formulis nitide expreſſum dedit in 8vo. rogans in præf.t. Lectorem, ut meſſeæ ſuæ officinæ, majora tamen indies & concipienti & portuienti, bene ominetur.

(*q*) E Graningeri Argent. ſchola prodiiſſe videtur. An MDXL. Chryſoſtomi miſſam cum Beati Rhenani præfat. ad Jo. Hoſmeiſterum impreſſit 4to.

(*r*) *Rer. Germ.* Lib. III. pag. 284. ubi: „Habuit „etiam Apellem ſuum, (Colmaria) Martinum illum, „qui ob ſingularem pingendi gratiam *Belli*, (*Schon*) „cognomen meruit, & hujus germano fratres duos „Paulum atque Georgium aurifices æque præſtantes.

(*s*) Ælii Gracilis, Be'gicæ rectoris. Adi Tom. I. pag. 363.

(*t*) In Krutenaviæ ſuburbio, ubi nautarum & piſcatorum habitacula. De foſſa prope Orbmarshemium ex Rheno ducenda, An. MDCXCVIII. eſt actum, Vaubano ſuaſore. At hriſaci novi exſtructio intervertit conſilium.

(*u*) Ubi ſilva, quæ dicitur *Niederwald*.

(*x*) Conf. pag. 89. §. CXLIII.

(*y*) Vid. pag. 103.

(*z*) Adi pag. 72.

(*a*) Inſtrumentum donationis in tabulario Colmar. exiat.

## §. DCXC.

Bella & Fœdera.

Inter bella Colmarienſium primum An. MCCXLVIII. occurrit, quod hi Rubeacenſibus intulerunt, tum quidem victi, (*b*) at poſt oſtennium victores. (*c*) Rubeacenſes Epiſcopi Argent. domini ſui cauſam agebant; qui in diuturna illa Germaniæ anarchia Imperiales Alſatiæ Civitates ſubigere tentavit. Iidem Colmarienſes An. MCCLXI. Argentinenſium contra Gualtherum Epiſcopum bello impliciti, mutato dein conſilio, Scultetum ſuum, Johannem Rœſſelmannum, fœderis cum Argentinatibus (*d*) auctorem, urbe expulerunt. (*e*) Fugit exul ad Rudolfum, Habsburgi Comitem, rei militari Argentinenſium tunc temporis præfectum, cum quo de Colmaria occupanda convenit. Dolio incluſus & urbi illatus noctu cum amicorum globo Rudolfi militibus portas aperuit, ſuoſque ipſe inimicos proſcripſit. (*f*) Anno ſequenti armis Colmariam cum Epiſcopales tentaſſent, Rœſſelmannus occubuit pugnans; hoſtes tamen cum ſtrage repulſi ſunt. (*g*) Filius Rœſſelmanni, patri in dignitate ſuccedens, onera, quibus Alſatiæ Advocatus, Rudolfo, qui nuper creatus eſt Cæſar, connivente, An. MCCLXXXIV. cives premebat, indignatus, alere plebis iras & trigeſima tandem exacta, concitare illam cœpit aperte; eidem perſuadens, ut Pſeudo-Friderico, (*h*) provincias Rheno vicinas pererranti, adhæreret. Cæſar ad incendium extinguendum accurrens, urbem menſe Junio V. dierum obſidione & Pſeudo-Fridericum, qui ſuccurrere ei tentaverat, cepit; Scultetus depoſitus, (*i*) & urbs 4000. marcis auri mulctata. (*l*) Eodem, quo Rudolfus L. obiit, anno Epiſcopus Arg. Columbariam, 3000. armatorum præſidio firmatam, XXX. millibus hominum obſedit. (*m*)

## §. DCXCI.

Sub Adolfo Imp.

Defuncto Rudolfo, Rœſſelmannus nobiles urbe expellit, civesque eo perducit, ut Præpoſito Argentinenſi, Epiſcopi fratri, fidelitatem jurato promitterent; quum ceteræ Alſatiæ civitates Adolfo, Romanorum Regi, fidem juraſſent. Huic denique & Rœſſelmannus, in munere ſi firmaretur, fidelitatem promiſit. Brevi poſt tamen Anſelmum de Rappoltſtein, hoſtem Adolfi, armatis ſtipatum, noctu intromiſit in urbem. (*n*) Adolphus, Baſileenſi Epiſcopo & Phirretarum Comite in auxilium adſcitis, Colmariam obſedit. Cives obſidionis pertæſi, impetu in primores civitatis facto, portas aperiunt, ſeque & Anſhelmum dedunt Adolpho. Rœſſelmannus veſtibus mutatis evaſerat quidem, at è fuga retractus, capitis daturus pœnas, deprecante Baſilæ Epiſcopo, vivus circumvectus eſt curru, infidens rotæ, dextra in ſignum perjurii ad ſtipitem ligata. Rappoltſteinius autem multatus eſt bonis. (*o*) Electo Alberto I. anti-Cæſare An. MCCXCVIII. bellum novum Colmarienſibus movit Argentinæ Epiſcopus, ſed hi arma armis repellentes, Adolfi cauſam adverſus Epiſcopum, Comitem Friburgenſem, aliosque ejus hoſtes, ſtrenue defenderunt. (*p*)

## §. DCXCII.

Sub Ludovico Bavaro &c.

In ſchiſmate Cæſareo inter Ludovicum Bav. & Frid. Auſtr. dubia hærens, ab Auſtriacis bis obſeſſa, bis obſidione liberata fuit Colmaria, Ludovico liberatori ſuo non conſtanter adhærens, qui literis An. MCCCXXX. ſabbato ante Aſcenſionem Ulmæ

(*b*) Annales Colmar. pag. 7.
(*c*) Kopnigshov. Cap. V. §. CXVII.
(*d*) Tabulæ fœderis ap. Wenckeb *Apparat.* num. 12. pag. 169.
(*e*) Kopnigsh. Cap. IV. §. XLV. & Cap. V. §. CXXVII.
(*f*) Chron. Colmar. pag. 49.
(*g*) Annal. Colmar. ad An. MCCLXII. & Kopnigsh. Cap. IV. §. XLVII. Richbrius in *Chron. Senon.* Lib. V. Cap. XIII. rem paulo aliter enarrat, Godefridum Comitem, Rudolfi cognatum, *oppidum, quod Colmbaria appellatur*, armata manu intraſſe inopinate ac ſubegiſſe ſcribens. Inde pergit: "Quam „ (villam, *ville*) Epiſcopus Argent. ſibi cupiens re„ acquirere, cuneum armatorum ſignis armorum „ Comitis Rodulphi fraudulenter indutum miſit Co„ lumbariæ . . . Milites vero Epiſcopi ita doloſe „ venerunt ad portam Columbariæ; mentientes ſe „ eſſe milites Rodulphi, petierunt ſe intromitti. „ Columbarienſes igitur cognoſcentes ſigna armorum „ Com. Rodulphi, reperuerunt eis portam, qui relin„ quentes equos ante portam, pede tenus Columba„ riam intraverunt. Epiſcopus vero à longe cum „ exercitu ſuo ſequebatur eos, ut cum illi villam „ introiſſent, ipſe ſubſequendo ipſum ſibi ſubjugaret; „ ſed Epiſcopus ſua opinione fraudatus eſt. Nam „ cum Columbarienſes deprehendiſſent illos non eſſe, „ quos ſe eſſe ſimulabant, Columbarienſes ad arma „ currentes illos invaſerunt . . . & univerſos inter„ fecerunt. Epiſcopus autem tandem veniens inve„ nit portam obſtructam &c.
(*h*) Friderieum II. Imp. ſe ſimulavit.
(*i*) Annales Colmar. ad An. MCCLXXXV. Chron. pag. 48. Albertus Argent. *Chron.* pag. 104.
(*l*) Conrad. Urspero. *Paralip.* pag. 362.
(*m*) Annal. Colm. ad An. MCCXCI. pag. 26.
(*n*) Ibid. ad An. MCCXCII. pag. 26. ſq.
(*o*) Annal. Colmar. ad An. MCCXCIII. Chron. Colmar. pag. 51. ſq. Albertus Arg. pag. 109. ſq. Hermannus Januensis, alias male *Ædituus*, in *Continuat. Chronici Martini Minoritæ* apud Eccard. *Corp. Hiſtor.* Tom. I. pag. 1633. Albertum Regem pro Adolpho ponit.
(*p*) Annal. Colm. pag. 32.

Ulmæ datis, ei ignovit. (*q*) Carolus IV. Imp. An. MCCCLIV. Seleſtadii à banno Imperii Colmarienſes abſolvit. Quadriennio poſt ob tumultus contra Magiſtratum urbis & Advocatum provincialem excitatos, Rudolfus, Auſtriæ Dux, nomine Imperii Colmariam cepit, civium quorundam domus ſolo æquavit. (*r*) Sed & An. MCCCLXXVI. proſcriptam, neſcio quam ob rem, Colmariam Carolus IV. Francofurti An. MCCCLXXVI. in gratiam recepit. Idem fecit Wenceslaus Imp. Pragæ An. LXXXVIII. cum propter Judæorum, Colmariæ commorantium, pertinaciam civitas notaretur. Septennio ante hortatus erat Argentinenſes, ut Colmariæ adverſus Leopoldum, Auſtriæ Ducem, hoſtilia molientem, ſuppetias ferrent. (*s*) Inter hæc inferioris quoque ordinis nobiles frequentibus diſſidationibus affixerunt Colmariam. (*t*) An. MCCCCXXV. Carolus Lotharingiæ Dux, ob caſtrum Gemarienſe ſibi ereptum, Colmariæ, Seleſtadio & Keiſersbergæ minatus eſt bellum; cui avertendo fœdus cum Palatino Elect. Baſilea, Friburgo & aliis initum. Res tamen triennio poſt terminata Molshemii. An. MCCCCLXI. Statuum ad Rhenum ſuperiorem fœderi adverſus Judicia Weſtphalica acceſſit Colmaria. Alias confœderationes, quas ſuperioribus ſeculis cum Auſtriæ & Lotharingiæ Ducibus, cum Baſilienſi & Argentin. Epiſcopis, cum Abbate Murbacenſi, cum Dynaſtis urbibusque, Colmaria frequenter inivit, ſilentio prætereo.

## §. DCXCIII.

In ſuperioris ævi Annalibus memorabilis eſt tranſitus ejus ad Suecos. Seleſtadio enim obſidione menſtrua decimo Dec. An. MDCXXXII. capto, ad oppugnandam Colmariam progreſſi ſunt Sueci; per quinque hebdomades jam commeatu intercluſum & aquis. Rheingravius, Otto Ludovicus, exercitus Suecici dux poſt Hornium primus, cum copiis Turinghemii ſedit, atque d. 21. Nov. Colmarienſes de tradenda jam monuit urbe. Hornius caſtra ſua fixit Horburgi, die 15. Dec. eosdem denuo ad deditionem hortatus. Sexcentorum fere militum præſidium urbi nuper impoſuerat Cæſar; quorum plerique ex Sundgovia Romanizantis linguæ tirones, ſub Vernerio Tribuno. (*u*) In re tam præcipiti ſententiam civium requiſivit Senatus; qui exemplo Seleſtadienſium territi, fame jam hiemeque inſtante, ſpe auxilii nulla, unanimes deditionem ſuaſerunt. (*x*) Acta hæc ſunt d. 18. Dec. quo Eman. Rœtelinus publice miſſus eſt, de ſuſpenſione armorum tractaturus cum hoſte; qui vineas interea verſus urbem promovit. Die ſequenti dum in curia patres de conditionibus deliberant, Vernerius milites ſuos meridiem verſus convocare decernit. Nonnullis ex vulgo nata ſuſpicio, Senatui & civibus exitium parari. Oritur tumultus, in quo XXII. milites, per urbis regiones diſperſi, à plebe occiſi ſunt, reliqui cuſtoditi in tribubus, Vernerius in cella librali, (*Wagkeller*) curiæ contigua, ſervatus; portæ à civibus occupatæ. Motus hic fuit bihorii, quo durante alba duo vexilla in turre Baſilicæ & in vallo erecta ſunt. Ex Suecicis ſubtribunis duo ad veſperam venerunt in urbem. Durningerus & Hafnerus ex urbe viciſſim ad Hornium miſſi. Vigeſimo menſis quadringenti Suecorum intrarunt Colmariam, & in Baſilicæ area excubuerunt; Hornius ſequenti die intravit; cui duo vexilla, præſidiariis per tumultum ablata, cives obtulerunt. Obtulit ille viciſſim conditiones, quibus omnia in eum, qualis An. MDCXXVI. fuerat, reducta ſunt ſtatum. Charta ab Hornio pridie jam ſignata Horburgi. (*y*) Ex præſidiariis nonnulli à Suecis in militiam recepti; cæteri cum Vernerio (*z*) dimiſſi ſunt. In omni ergo hoc motu nulla Senatus, nulla Vernerii culpa, ſed omne plebis præcipitis tumultuarium opus, quod ſcriptores, pro ſuo quisque partium ſtudio, augent

Bello triennali.

(*q*) Ludewigius in *Germania principe* pag. 145. ait, Colmariam ſub Ottone jucundo, Auſtriæ Duce, acceſſiſſe Auſtriacis; quo auctore id ſcribat, ignoro.

(*r*) Duo cippi ſimiles, inſcriptione Germanica & ſcuto Landgraviatus ſup. inſignes, in diverſis urbis regionibus extant. De eadem re loquitur Rudolfus Dux in Charta An. MCCCLVIII. Colmariæ ſcripta, ap. Stutzer *Vita Alberti Sap.* Addit. pag. 265.

(*s*) Literæ Wenceslai, Oppenhemii die Veneris poſt Nativit. Mariæ datæ, in ſcrinio Civitatis Argent.

(*t*) Conradus Comes Friburg. An. MCCCXX. Lobegaſſii, Walterus de Geroldseck, Heinricus de Vinſtingen, milites de Illzich, & Conradus Münch de Baſilea An. MCCCXXXII. Johannes de Froburg An. MCCCLII. & paulo poſt Wittenheimenſes nobiles, Hugo Comes de Hohenberg, Petermannus de Steinbach, Sigismundus de Hadſtatt, ei arma intulerunt.

(*u*) Wilhelmus, Marchio Badenſis, locumtenens Cæſaris, copias has miſerat, contra quas multæ ſtatim civium in literis ad Wilhelmum querelæ. Equitatus, qui in urbe fuit, paulo ante diſceſſerat.

(*x*) Præfectus Cæſaris militiæ Oſſe, paulo ante urbe diſcedens, civibus ſuaſit, ut hoſte urgente neutre ſibi conditionibus oblatis proſpicerent. Schedæ teſtium.

(*y*) Summam tractatus dedit Lotichius *Rer. Germ.* Lib. LIV. Cap. III.

(*z*) Vernerius, ortus Belforto, Gallicæ dein creatus eſt Præfectus Cohortis; *Colonel.*

augent & minuunt. Noſtra nos ex ipſis deſumpſimus Actis. (*a*) Præcipua ex undecim utriuſque religionis teſtium, ea quæ viderant, Magiſtratui, præmiſſa jurisjurandi fide, exponentium, Protocollo excerpſi. (*b*) Magiſtratus, ipſeque Vernerius, antequam exoriretur tumultus, jam deditionem decreverant; quod ipſa Capitulationis, Hornio proponendæ, exempla, quæ in ſcrinio Civitatis inſpexi, demonſtrant. Conditiones ſuas peculiari ſcripto conſignavit Vernerius, quod Magiſtratus Capitulationi adjectum. Enimvero, quid impediverat, quin libera Imperii Civitas, jure armorum fœderumque tum gaudens, aliorum Imperii Statuum & Civitatum exemplo, cum Suecis, libertati Germanicæ ſuccurrentibus, Galliæque fœderatis, tractaret, ſibique proſpiceret?

## §. DCXCIV.

Biennio poſt Sueci apud Nordlingam cæſi, pactione Kal. Nov. MDCXXXIV. Lutetiæ inita, Colmariam & omnem denique Alſatiam Galliæ tradiderunt. Enimvero poſtquam L'Isleus, Galliæ Legatus, cum Richardo Mockelio, Pro-Legato Suecorum, Argentorati d. 9. Oct. jam ſpeciatim de Colmaria tradenda egiſſet, Legatum hæc ſuum Lutetiam miſit, qui Kal. Aug. An. MDCXXXV. cum Rege ita convenit, ut in Heilbronnenſi confœderatione, Francofurti firmata, Civitas perſeveraret, præſidiumque Gallicum 650. militum, regiis ſumtibus alendum, reciperet. Rex jura Civitatis & ſacra & profana in eo, quo tunc erant, ſtatu ſervaturum, ejusque in ſecuturæ pacis negotio rationem ſe habiturum promiſit. (*c*) Conventio hæc a Rege Ludovico XIV. d. 12. Maj. MDCXLIV. firmata eſt denuo. (*d*) De litibus cum Præfecto Hagenoenſi An. MDCLXIV. jam actum eſt ſupra. (*e*) Bellum Belgicum, An. MDCLXXII. cœptum, munimentis Colmarienſibus fuit fatale. Urbs ne à Galliæ hoſtibus occuparetur, Ludovici XIV. qui eam paulo ante inviſerat, (*f*) juſſu An. MDCLXXIII. munitiones ejus diſjectæ ſunt; armamentarium ad Briſacenſes translatum. (*g*) Novennio poſt illi, qui hodie extant, reparati ſunt muri. (*h*) Urbs tamen ſemper habuit militarem Præfectum; (*i*) qui ex Campi Mareſchallis, imo & militaribus exercituum regiorum Legatis, (*l*) nonnunquam eliguntur.

## §. DCXCV.

(*a*) Præcipuum inter hæc ſcriptum eſt *Diarium*, quod conſignavit JAC. RAPPIUS, Procurator cauſarum, à die 16. Nov. uſque ad 21. Dec. illius anni perductum; cujus autographum, veritatis notas ubique præferens, Bibliotheca mea Manuſcriptorum Alſatiæ aſſervat. Conf. *Apologia Colmar.* Cap. III. pag. 263. ſqq. CHEMNITZIUS Part. I. pag. 446. & PUFENDORFIUS. *Rer. Suec.* Lib. IV. §. LVIII. eodem prope modo rem brevius exponunt.

(*b*) Protocollum hoc d. 15. Jan. MDCXXXVII. confectum. Invidioſi ſermones & ſcripta, pœna odiorum, Magiſtratum coegerunt, ut memoriam rei geſtæ teſtimoniis firmaret. Cauſa hæc quoque fuit, ut *Apologia Colmarienſis*, quæ BALTH. SCHNEIDERUS, Syndicum civitatis, habet auctorem, An. MDCXLV. prodiret in lucem.

(*c*) LEONARD *Recueil des Traitès* Tom. III. pag. 38. & 43. Du MONT *Corps diplomat.* Tom. VI. pag. 144. & LAGUILLE *Preuv.* pag. 144.

(*d*) Du MONT loco cit. pag. 300. In omnibus his cum Gallia negotiis fides & dexteritas Jo. Henrici Moggii, Syndici, dein Conſulis Colm. eluxit.

(*e*) Pag. 284. An. MDCLXVI. Civitas tum argenteos nummos majoris formæ percuſit, cum epigraphe: *Moneta liberæ Civ. Imperialis Colmar.*

(*f*) *Memoires de Madame de Montpenſier* Tom. VI. pag. 261. ubi & de propugnaculo ad pontem Horburgenſem ſermo, quod Regis oculos oſtendit.

(*g*) *Theatr. Europ.* Tom. XI. pag. 336. Intra decem dies facta dijectio. Circumſtantias rei PELLISSONIUS exponit, in *Lettres Hiſtoriques* Tom. II. pag. 9. ubi Briſaco die 30. Aug. An. MDCLXXIII. ſcribens ait: *La maniere dont on s'eſt pris pour entrer plus doucement dans Colmar, a été de publier, que le Roi y vouloit loger en allant à Briſac, ce qui ne ſe pouvoit refuſer . . . . Enſuite on fit entrer le regiment de gardes du Roi, puis d'autres troupes, environ 3000. hommes en tout.* Ibid. pag. 11. *Ce matin nous avons été dans Colmar, le Roi ne paſſant qu'au dehors. C'eſt une ville aſſez grande, preſque comme Compiegne. Il y a double enceinte de murailles, des foſſés aſſez bons & revestus; dix meuf baſtions auſſi revetus avec les courtines, juſques à ſept ou huit pieds de hauteur. Mais à dire la verité, les fortifications ont paru très miſerables à tout le monde & très mal entendues; de grandes courtines & des baſtions très petites à peu près comme Schleſtat, mille endroits ou l'on n'auroit vu de rien; & ce qui eſt ridicule, c'eſt que le ſeul coté mieux fortifié eſt celui du marais, qui n'en avoit aucun beſoin . . . . par ſon galbion, peu de munitions de guerre, rien de prêt auſſis pour la defenſe; ils n'avoient que quelques deux ou trois cents bommes de troupes reglées. On parloit au Roi de cinq mille Bourgeois ſous les armes, mais j'ai appris ſur les lieux, que toute la ville n'en faiſoit pas deux mille. Elle paſſe pour riche . . . . On a ce matin commencé à faire ſortir leur artillerie pour la conduire à Briſac, ce qui leur a fait repandre beaucoup de larmes. Il y avoit ſoixante huit pieces & entre celles-là deux couleuvrines d'une grandeur & d'une beauté admirable, que nous avons trouvé ſur le chemin. Ses troupes ont auſſi commencé à demolir le haut des remparts de la derniere enceinte exterieure. Ils ne ſont que de terre en haut. L'on pretend que les ruines combleront les deux foſſés de part & d'autre, l'on emportera par des ruines les ſept ou huit pieds de hauteur, qu'il a de revetu, on commence à travailler les mines en divers endroits. Caſtellan eſt venu exprit pour cela.*

(*b*) Briſaco Riswicenſi pace Auſtriacis reddito, cum de nova cis Rhenum munitione conſtruenda ageretur, Vaubanius ſuaderat, ut muniretur Colmaria. At prævaluit conſilium, ut veteri novum opponeretur Briſacum.

(*i*) *Commandant.*

(*l*) *Lieutenants Generaux.*







Tucher del.

1 Ecclesia paroch. 2 Præceptoria S. Joh. 3 Jesuitæ. 4 Moniales Dominic. 5 Armamentarium. 6 Dominicani. 7 Recollecti. & Ce
Intra muros ab Occid. ad Orient sunt.

ad pag 379







*ucini. 9. Hospitia militit. 10. Porta Argent. 11. Porta Brisac. 12. Porta Colmar. 13. Turris horologiij. 14. Castrum Ortenberg. 15. Castrum Ramstein. 16. Castrum Lorretin. 17. et 18. Merid. ad Septentr. 365. porticæ.*

## §. DCXCV.

An. MDCXCVIII. ſupremus per Alſatiam Regis Senatus omni cum apparatu Colmariam translatus eſt. (*m*) Tribunal hoc duabus componitur Cameris, quarum unaquæque undecim judicibus & Advocato Generali conſtat. Sunt & duo ex ordine Eccleſiaſtico, tres ex ordine Equeſtri Conſiliarii honorarii; qui omnes in prima Camera ſedent. Adeſt Procurator Generalis cum Subſtitutis duobus. Sunt inſuper duo ſcribæ Senatus, plures Advocati cauſarum, Secretarii interpretes, Procuratores, Accenſi (*n*) & Notarii regii. Judices, quotannis poſt D. Martini feſtum, ex una Camera in alteram tranſeunt; exceptis Præſidibus, quorum primus cum Decano primæ Cameræ, ſecundus ſecundæ ſemper affixus eſt; in qua ſola cauſæ criminales tractantur; ſi privilegio exemptos excipias. Regius hic Senatus iisdem, quibus Galliæ Parlamenta, juribus & prærogativis fruitur, togarum rubearum uſu ſolemnitatibus reſplendens. Senatus Regius.

# SELESTADIUM.

## §. DCXCVI.

Præfectorialium Alſatiæ urbium tertia (*o*) Seleſtadium eſt, cujus nomen mire torquent ſcriptores. (*p*) Regia ſub Francis villa cum palatio fuit, (*q*) ſub Germanis in urbem converſa; ab origine ſua domanium Regni, unde incolæ ſub Carolingis ſiſcalini, quibus & alii deinceps, Ducibus obnoxii, acceſſerunt; ita ut Hohenſtaufiorum Alſatiæ Ducum ævo Seleſtadii pars quædam allodialis extiterit, quam Hildegardis Duciſſa monaſterio S. Fidis, à ſe condito, An. MXCIV. tradidit.

Situm eſt Seleſtadium ad ipſa fere Inferioris Alſatiæ, cui adſcribitur, (*r*) & ſuperioris confinia, è regione montium Vogeſi, tam longe ibi proſillentis in plana, ut oppidum nonniſi leucæ ſpatio à montibus, quatuor leucis diſtet à Rheno; adeoque arctiſſimus ibidem totius Alſatiæ planæ ſit tractus. Ellus alluit, & pars ejus ope alvei perluit urbem; quod & alius ex Scara (*s*) alveus facit; unde platearum ejus mundities, aëris ſalubritas, uſusque molettinarum; in quibus Seleſtadium Colmariæ æmulum. Aquæ omnes piſcoſæ, ſilvæ vicinæ ſunt; immenſa paſcuorum ſpatia; ager frugibus, vitibus, arboribus dives. Regiæ ſex viæ ad hanc urbem collimant. Duæ per Leberiam & per Vileriam valles in Lotharingiam ducunt. Sub Sigismundo novam (*t*) per paludes verſus Rhenum viam, XXXIV. pontibus junctam, Seleſtadienſes, Imperatoris hujus beneficiis plurimum adjuti, ſtraverunt. (*u*) Ex Brifigavia enim & trans-rhenanis tractibus recta hac via in trans-Ellanam Alſatiam, Lotharingiam & Galliam itur. Unde antiquiſſimum teionium, quod viæ pontibusque ſervandis Fridericus IV. An. MCCCCLXXVII. ampliavit. Situs.

## §. DCXCVII.

Exterior urbis forma ad circularem accedit. Mœniorum elegantiam ex latere coctili, cum ambulacris tectis, turribus, tribus quatuorve foſſis, vel ſiccis, vel perennem aquam continentibus, ante ducentos annos celebravit ipſe incola Rhenanus. Wolfellus, Alſatiæ ſub Friderico II. Imp. Advocatus provincialis, "Seleſtat, quæ „ antea parviſſima villa erat, francam fecit, & eam muris latiſſimis & burgenſibus „ pluribus ampliavit, & ditavit;„ ut loquitur Richerius. (*x*) Adolphus Naſſovius, Fridericus Auſtriacus, Ludovicus Bavarus & Carolus IV. in diplomatibus Latinis Seleſtadium plerumque *Burgum* appellant. Sub Wenceslao magna mœniorum pars corruit; cui reficiendæ ille An. MCCCXCVIII. & Rupertus Imp. quadriennio poſt, nonnulla civitati privilegia dederunt. Appropinquante An. MDLII. Henrico II. Munitio.



(*m*) Vid. ſupra pag. 28. Prima feſſio d. 22. Maji habita.

(*n*) *Huiſſiers Audienciers.*

(*o*) Jac. Spiegelius amore patriæ primum ab Argentina locum Seleſtadio aſſignat in *Not. ad Barsholini Auſtriad.* Lib. VIII. v. 541.

(*p*) Ipſe Rhenanus *Sleeſtadium*, *Sleeſtadium*, *Sleeſtadium*, *Seleſtadium*, *Selatum*; Ecclus *Stleucum*; Wimphelingius *Selentzum* apud Irenicum *Exeget. Germ.* Lib. XII. pag. 412. Hildegardis in charta An. MXCIV. *Sleaſtat*; Rudolfus I. Imp. An. MCCLXXXI. *Sriaſtat*, ſcripſerunt. Qui à Slettone, gigante quodam, nominis derivant origines, nugas vendunt. Rhenanus *Rer. Germ.* Lib. III. pag. 308.

(*q*) Conf. Tomus I. pag. 699. unde anonymus Quaternionum Imperii conditor Seleſtadium inter quatuor Imperii vicos ponit.

(*r*) Superiori Alſatiæ Seleſtadium Jac. Otto *in notis ad B. Rhenanum* pag. 61. & 539. aliique errantes adſcribunt. Leuca diſtat à foſſa provinciali, quæ duas Alſatias ſeparat. Adi Tom. I. pag. 22. §. XXXII.

(*s*) De qua Tom. I. pag. 22.

(*t*) Seleſtadienſes viam hanc hodieque novam (*den neuen Weg*) vocant.

(*u*) B. Rhenan. Lib. III. pag. 293. ubi ait: *In Hollandia putavere te eſſe.*

(*x*) *Chron. Senon.* Lib. IV. Cap. VI. apud d'Achery *Spicileg.* Tom. II. Conf. ſupra pag. 274.

Franciæ Rege munimenta ſua Seleſtadienſes, uti Argentinenſes, addito vallo, & ampliatis foſſis, auxerunt. (*y*) At An. MDCLXXIII. vetera hæc mœnia, uti Colmarienſia, regio juſſu disjecta ſunt, biennioque poſt nova, oblongioris & irregularis octogoni, ſubſtituta munitio. (*z*) Addita ad ortum foſſa, derivata ex Ello, cujus ope omnis illa regio imminentibus hoſtibus poteſt ſubmergi. Alia advehendis ex monte, leucam diſtante, lapidibus ac cæmentis uſque ad Caſtinetum ducta eſt regia foſſa; (*a*) quæ & ſiſtendis hoſtium, ſuperiorem vel inferiorem Alſatiam petentium, motibus opportuna, quod Alſatia ibi, ut jam dictum, arctiſſima eſt. Tres portæ ab urbibus, Colmaria, Argentorato & Briſaco, quas reſpiciunt, ſua nomina habent. (*b*)

## §. DCXCVIII.

Ædificia ſacra. Templa & Monaſteria tantum fere ſpatii, quantum omnes civium domus, occupare dicuntur.

Baſilica. Parochialis Baſilica cum turre inter præſtantia Alſatiæ ædificia poni meretur; ſeculi XIV. opus. Ex navi per gradus in Chorum aſcenditur. (*c*) Veneranda Wimphelingii, Rhenani, Spiegelii, Maji, Dringenbergii, Cratonis, Taurellorum, monumenta in hoc templo ſuperſunt. (*d*) Parochum ut & Vicarios Magiſtratus conſtituit.

S. Fidis. Præpoſitura S. Fidis, (*e*) à Conchenſi Benedictinorum apud Ruthenos Abbatia (*f*) pendens, primum Seleſtadii monaſterium fuit, cujus eccleſia circa An. MXCIV. ad S. ſepulchri formam exſtructa, (*g*) ab Hildegarde Hohenſtaufia; quæ cum Ottone Argent. Epiſcopo, Suevorumque Duce Friderico, filiis ſuis, multa ei bona donavit & jura, (*h*) ita ut monaſterium jurisdictionem in urbem & urbis vectigal cum Imperatore divideret. Rudolphus I. An. MCCLXXXI. omne vectigal Præpoſito tradidit, ut ipſe Scultetum, urbisque Senatum conſtitueret ſolus. (*i*) At An. MCCXCIX. civitas trientem telonii, (*l*) An. MCCCCXVI. totum accepit; quadraginta quatuor libras monaſterio quotannis promittens, quæ & poſtea redemptæ. Albertus Epiſcopus, qui An. MDVI. deceſſit, menſam Præpoſiti ſuæ addidit menſæ. (*m*) Succeſſor autem Guilielmus III. magnam bonorum ac redituum ejus partem civitati Seleſtad. An. MDXXXVI. pro viginti ſex mille florenis vendidit. Ex reliquis bonis Leopoldus Archidux, Epiſcopus Argent. Collegium Soc. Jeſu ad eccleſiam S. Fidis inſtituit; quod An. MDCCLIV. reſtauratum de novo.

## §. DCXCIX.

S. Johannis. Præceptoratus D. Johannis, tertiæ Johannitarum claſſis, An. MCCLXV. Seleſtadii inſtitutus eſt, ad quem Templariorum curtis, haud procul Berghemio ſita, pervenit, cum ordo eorum An. MCCCVII. extingueretur. (*n*) In Capitulo generali Germaniæ, Heimbaci prope Landaviam An. MCCCXCIX. habito, decretum, ut Seleſtadienſis Præceptoria Præceptoriæ D. Johannis Argent. traderetur, addita conditione, ut hæc debita ejus ſolveret, duoque ibi Capellanos ſui ordinis haberet; id quod magnus ordinis Magiſter, Philibertus de Naillac, An. MCCCCXVII. confirmavit.

Domi-

---

(*y*) Herzog *Chron. Alſat.* Lib. VII. pag. 12.

(*z*) Querelas hac de re in Comitiis Imperii An. MDCLXXX. vide apud Ahasver. Fritsch *adnotam, ad Pacificat. Norimberg.* pag. 77.

(*a*) Vulgo *Canal de Chatenoy.*

(*b*) Olim *Oberthor, Niderthor* & *Suttthor.* Colmarienſis porta Caſtinetanæ vel Angarianæ, Rhenani jam ætate muratæ, ſucceſſit. Ineſcenſi interiori hæc inſcripta leguntur: *An. MDXXXIII. Carolo V. Cæſare Auguſto poſt actos Germaniarum conventus, in Hiſpaniam redeunte.*

(*c*) In odeo ſervantur *Reliquiæ ornamentorum ſumeraltum, ex D. Ferdinandi I. Rom. Imp. Aug. caſtro doloris Auſtriæ Vienna per Jac. Taurellum, aliàs Oexel, pralibati, nec non Maximil. II. ac Rudolphi II. Impp. Aug. Conſiliarium, huc translata An. MDLXXVII. menſe Septembri.* Verba hæc ſunt inſcriptionis ſubjunctæ. Servatur ibi quoque crux Conſtantinopoli allata.

(*d*) Monumenta hæc dabit Alſatia Literata.

(*e*) *Zu der Heil. Trey*, vulgo *S. Getrawen.*

(*f*) „ Monaſterium Sanctæ Fidis de Conchis, „ (*Conques*) in Rutenico Aquitaniæ Pago, *Rouergue*, „ ſuper rivulum Dordunum, (*Dordogne*) quod Mo„ naſterium Dado quidam initio ſeculi noni fundavit; „ cui temporis ſucceſſu inſignes duæ ceſſæ, una in „ Columbaria, *Colomiers*, oppido Pagi Briegii, altera „ in Seleſtadio noſtro ſubjectæ ſunt, „ inquit Mabillon *Annal. Benedict.* Lib. XXVIII. pag. 401. Tempus erat, quo & Concharum cœnobium cella monaſterii Figiaci fuit, & ab hoc, ut à capite ſuo, pependit: uti Petrinus Colmariæ Prioratus cella fuit Paternacenſis Abbatiæ, in Pago Vaudenſi.

(*g*) Frequentiſſimæ tum peregrinationes ſacræ ad Chriſti ſepulcrum, & initia bellorum ſacrorum erant.

(*h*) Inſtrumentum apud Herrgott. *Genealog. Habſpurg.* Lib. II. pag. 129. num. 100.

(*i*) Rhenanus *Rer. Ger.* pag. 296.

(*l*) Herzog. *Chr. Alſ.* Lib. VII. pag. 5.

(*m*) Wimphelino. *de Epiſc. Argent.* pag. 115.

(*n*) Bzovius ad hunc annum. Gualdesi *Hiſt. Templar.* pag. 392.

Dominicani An. MCCLXXXIV. chorum eccleſiæ ſuæ, nuper perfectum, intrarunt, (o) Wickershemiorum nobilium & Heſſonis monetarii largitionibus potiſſimum adjuti. (p) Dominicani.

Minoritas in civitatem ſuam Seleſtadienſes An. MCCLXXX. vocarunt; donata eis area, in qua cœnobium conſtruerent. Rathſamhauſii multa illis quoque bona contulere. Cum autem ex Minoritis An. MDLIII. pauci remanſiſſent, Monaſterium Magiſtratui ea lege traditum eſt, ut ordini, quandocunque voluerit, reſtitueretur. Magiſtratus ſeculo ſuperiore id Recollectis conceſſit. Minoritæ.

Capucini, An. MDCLIV. Senatus & Scabinorum conſilio in urbem recepti, Monaſterium ſtruxerunt.

An. MCCXLV. virgines quædam, ſub B. Auguſtini regula, Seleſtadii vivere cœperunt, quas Innocentius IV. anno ſequenti S. Dominici familiæ adſcripſit; quod & Subtilienſi Parthenoni Colmariæ accidit. Paulo poſt junctæ his fuerunt moniales, quæ in monte *Syle* prope Rappoltivillam habitaverant; unde monaſterium Seleſtadienſe iſtud vocari cœpit in Sylo. Eccleſiam Leproſorum, Seleſtadii An. MCCXC. conſtructam, ANNALES COLM. (q) referunt. Eccleſiæ hæ omnes & civitas Epiſcopi Argent. jurisdictioni ſubjectæ ſunt ſacræ. Moniales.

## §. DCC.

Secularia ædificia, quæ memorari merentur, ſunt Curia ſenatoria, Mercatoria domus, Armamentarium & ampla militum hoſpitia, ſolide & eleganter haud ita pridem prope mœnia urbis exſtructa. Ædificia ſecularia.

Incolæ vel Eccleſiaſtici, vel Nobiles, vel Cives, vel etiam Judæi, ſuperiore ævo extiterant. Inter Nobiles Rathſamhauſii, Manſii à Manſenburg, Wickershemii, Brenckenii, Steinii, Ramſteinii, Hatſtadii, Fleckenſteinii, Truchſeſſii à Rheinfelden, Kippenhemii, Mulnhemii, Zornii, Waffelarii, occurrunt; quorum plerique ex aliis Alſatiæ gentibus prodeuntes heic fixerant ſedem. (r) Andlavienſis, Hohenburgenſis & Erſteinenſis Abbatiſſæ civilegio & domicilio ibidem gaviſæ ſunt. Cives in decem, uti Colmariæ, deſcripti ſunt tribus. (s) Bis mille ſexcentos euchariſticæ communionis participes ævo ſuo computavit RHENANUS; (t) qui duplo major hodie numerus eſt. Idem popularium ſuorum characterem deſcribens ait: "Populus ſimplex ac tenuis, „ commeſſationibus paullo addictior. Incolæ.

Judæos quod attinet, Carolus IV. An. MCCCXLVII. Seleſtadienſibus veniam dedit, quod eos per tumultum vel interfecerant, vel expulerant. Biennio poſt, quæ reliquerant, bona civitati adſcripſit. Seleſtadienſis Senatus ad Francofurtenſem literæ (u) extant, quibus ille de venematis Judæorum in Chriſtianos conſiliis queritur. Repetita eorum ſub Wenceslao perſecutio, ob quam banno Imperii Seleſtadienſes ſubjecti, at An. MCCCLXXXIX. in gratiam redierunt. Helvetii, ex prœlio Nancejano, quo Carolus Audax cæſus eſt, Seleſtadii reduces, reliquos ex hac urbe Judæos temere ejecerunt, quod Fridericus IV. Imp. non improbans, Magiſtratui ſoli jus recipiendi ac dimittendi eos An. MCCCCLXXIX. conceſſit. Magiſtratus, nullum ſibi deinceps Judæum obtrudi paſſus, ſponte tamen ſua nonnullos, qui in ferendis oneribus publicis cives juvarent, ex urbe autem vel nutu recederent, d. 5. Jan. An. MCXXXII. ſuſcepit. An. MDCXCVII. unicus, qui remanſerat, Judæus juſſus eſt urbe exire. Judæi.

## §. DCCI.

Seleſtadienſium libertatis ſtatores præcipui Fridericus II. & Rudolphus I. Impp. fuerunt. Ille locum ex vico erexit in oppidum; hic oppidum, cujus dimidia pars jurisdictioni Præpoſiti S. Fidis ſuberat, jurisdictioni Imperatoris totum vindicavit. Auctoribus itaque his libertatis ſuæ grata poſteritas ſub Carolo V. monumentum poſuit. (x) Privilegia & Libertas.



(o) ANNALES COLM. pag. 20. ad annum MCCLXXXIV.

(p) Monumentum lat. apud HERZOG. *Chron. Alſat.* Lib. VII. pag. 15. quod tamen in nonnullis aberrat à vero.

(q) Pag. 25.

(r) De his aliisque familiis prolixe in Seleſtadii deſcriptione agit HERZOG. Lib. VII. pag. 19. ſqq.

(s) BEATI RHEN. ævo erant duodecim, *Rer. Germ.* Lib. III. pag. 304.

(t) Ibidem.

(u) Feria tertia poſt feſtum Ss. Petri & Pauli Apoſtolor. An. MCCCXLIX. ſcripta, ap. SCHILTER. *ad Königsh.* pag. 126.

(x) Extat hodieque in urbe; in BEATI RHENANI, qui inſcriptionis auctor, *Rer. Germ.* Lib. III. pag. 298. & HERZOG. *Chron. Alſ.* Lib. VII. pag. 22.

A Richardo Imp. &c. Inter privilegia autem Cæſarea in Seleſtadienſium ſcrinio primum invenio, quod Richardus An. MCCLVII. dedit, conſtitutiones & libertatem urbis generatim confirmans. Adolfus Imp. cives, æque ac nobiles, An. MCCXCII. feudorum pronuntiavit capaces. Henricus VII. An. MCCCXI. vetuit, ne judices provinciales in civium bona creditores immitterent ; (*y*) Sculteto & Conſulibus jus iſtud attribuens. An. MCCCXV. Fridericus III. " ut cives de Sleſtat in debitorum ſuorum oneribus, contractorum in „ Imperii ſervitiis, aliqualiter releventur, *Ungeltnon* civitatis ſuæ ipſis perpetuo conceſſit „ in ſuos & civitatis ſuæ uſus utiliter convertendum, & ipſos ab omni ſtura & „ exactione uſque ad biennium continuum dimiſit liberos & ſolutos. „ (*z*) At non ſtabile hoc fuiſſe privilegium, inde colligimus, quod Carolus IV. dimidiam gabellæ vini partem Johanni de Eckerich pro trecentis marcis An. MCCCXLVII. nec non Burcardo Sporero de Eptingen An. MCCCLXI. oppigneravit. (*a*) Ludovicus Bavarus, quem Seleſtadienſes offenderant, hoc Friderici Auſtriaci, æmuli ſui, beneficium deleviſſe videtur ; quamvis aliis in rebus in eosdem plane munificus. Naufragorum enim Seleſtadienſium bona ne à quoquam occuparentur, Baſilæ An. MCCCXXXIII. ordinavit ; eodem anno, Hagenoæ cum verſaretur, permittens, ut Senatus vectigalia nova inſtitueret ad tempus, quo impenſis in bellum, cum Wirtenbergenſi Comite geſtum, factas recuperaret.

## §. DCCII.

A Carolo IV. &c. Carolus IV. An. MCCCXLVII. ſtatuit, ut " nullus civis vel *Soldner* burgi „ Sletzſtatt, aut cives extranei ejusdem burgi, ſuper poſſeſſionibus ſuis vel rebus aliis . . . „ in nullo loco, judicio . . . ſive ſint judicia provincialia aut alia . . niſi ſub *lubio* „ Sletzſtat coram judice ſuo debeat conveniri. „ In privilegii hujus renovatione An. MCCCLXXVI. idem Imperator Seleſtadienſes coram Sculteto, nobiles quidem in loco *Salhove*, reliquos ſub lubio, id eſt, porticu, in omni cauſa civili comparere juſſit. Argentinenſes & Seleſtadienſes An. MCCCLVI. mutuum inter ſe pactum inierunt, ut neutrius cives ad alterius evocarentur tribunal. Wenceslaus Imp. literis An. MCCCXCVII. datis incolas Seleſtadii, cujuscunque conditionis, conſuetis civium oneribus ſubjecit. (*b*) Vectigal à navibus viniferis, Ellum prope urbem deſcendentibus, per decem porro annos exigi permiſit ; inter Imperatorem & civitatem æquis partibus dividendum. Ludovicus Bavarus vectigal hoc in fruges & alias jam extenderat merces. Anno ſequenti Wenceslaus Seleſtadienſes à telonüs exteris liberos pronuntiavit. Fridericus IV. Imp. An. MCCCCLXXVII. juſſit, ut proſcripti à Rothvilenſi Judicio Seleſtadii eſſent ſecuri. Carolus V. confirmata An. MDXXI. civitatis à Rothvillano, Weſtphalico, aliisque judiciis exteris libertate, Senatui alio inſtrumento omnes oppidi areas, in quibus ædificia vetuſtate, incendio, vel alio caſu collapſa, nec à poſſeſſoribus intra biennium reſtaurata fuerint, addixit.

A Carolo V. &c. Idem Carolus Seleſtadienſibus An. MDXXX. (*c*) permiſerat, ut cenſitica vel emphyteutica prædia, ubicunque ſita, ab annuo canone poſſent liberare ; ita quidem, ut unam libram denariorum viginti quinque libris redimerent. At in Comitiis dein Auguſtanis, Statuum Imperii querelis inductus, omnia hujus generis privilegia rurſus aboluit. Idem Cæſar annuis binis Seleſtadienſium nundinis tertias, d. 19. Nov. habendas, adjecit. His Cæſarum Privilegiis Ludovicus XIV. regium An. MDCLXXXV. addidit, ne à ſententia Senatus in cauſis privatorum, centum libras Francicas non excedentibus, provocare liceat. (*d*)

## §. DCCIII.

Moneta. Monetandi jus Seleſtadienſes habuiſſe, non reperio, nec nummus, Seleſtadii cuſus, mihi unquam occurrit. Domus tamen apud eos monetaria priſtinum ſuum adhuc retinet nomen, quæ monetaria Epiſcopi officina fuiſſe videtur. In transactionibus nonnullis inter Fridericum II. Imp. & Epiſcopum Argent. legitur : " apud „ Sleceſtat moneta de cetero non cudatur ; „ & in alia ejusdem litis deciſione An. MCCXXI. " Moneta, quæ ad preſens in Slezeſtat cuditur, removeatur omnino „ amplius non cudenda. „ Unde Epiſcopum officinam monetariam Seleſtadii habuiſſe colligimus, quæ dein Caſtinetum, Epiſcopatus oppidulum, leuca inde diſtans, translata. (*e*) Agmen

(*y*) In diplom. *Anleite* patrio ſermone. Wiſenburgi *Foldung* vocatur.

(*z*) Diploma datum in Hagenowe III. Kal. Aprilis.

(*a*) Ap. GLAFEY *Anecdot.* num. 498.

(*b*) Carolus V. Privilegium hoc Auguſtæ Vindel. An. MDXLVIII. confirmavit, poſtquam nobiles à ſturis civium biennio ante declaraſſet immunes.

(*c*) Lite æ hæ datæ ſunt Granatæ.

(*d*) *Recueil d'Ordonnances du Roy*, pag. 191.

(*e*) Conf. ſupra pag. 321. §. DXCIV. de Caſtineto vid. pag. 263.

Agmen claudunt Insignia urbis, aquila, ordinarius civitatum Imperialium character, cum leone, quem etiamnum retinet.

Municipalis Seleſtadienſium juris ſummam peculiari diplomate Adolfus Hagenoæ VII. idus Dec. MCCXCII. conſignavit. (*f*) Si quis evadendi auxilium homicidæ præſtiterit, eadem, qua reus, pœna afficiatur. Qui id feciſſe ſe negat, niſi per duellum convictus fuerit, jurejurando ſe purget. Externs cum cive invito non pugnet. Duellum ineuntes lorica & duobus gladiis muniti ſint. Victus pro quolibet armorum genere tres Sculteto libras componat. Liberis, quindecim annos natis, teſtimonium ferre, ſuaque bona in parentem ſuperſtitem transferre jus eſto. Uno ex parentibus defuncto bona non mobilia iis ſalva ſint. Conjuges improles ſibi invicem ſuccedant, niſi aliter ipſi ordinaverint, quod à Carolo V. peculiari inſtrumento Wormatiæ An. MDXXI. firmatum. Jus municipale.

## §. DCCIV.

Jurisdictio Seleſtadii inter Imperatorem & Præpoſitum S. Fidis ſeculo XIII. ita erat diviſa, ut dimidius ſenatorum numerus utrimque, ſculletus vero, præſes Senatus, conſtitueretur per vices. Totum denique oppidi judicium Rudolfus An. MCCLXXXI. ſibi atque Imperio vindicavit. (*g*) Regiment.

Sculteto primitus nomen Advocati dederunt. Conradus de Geispoltzheim, Advocatus in Sletzſtat, chartæ compoſitionis, inter civitatem & Præpoſituram S. Fidis An. MCCXL. initæ, ſigillum appendit. Fine ſeculi XIII. & initio ſequentis, Conradus Wernherus de Hatſtatt, dein Henricus Waffelarius ab Eckerich, à quo munus hoc 400. marcis redimendi veniam Gotfridus, Leiningæ Comes, An. MCCCXII. impetravit; (*h*) nobiles item à Plobsheim, Kogenheim, Botzheim, (*i*) inter Scultetos Seleſtadienſes comparent. Botzhemil An. MCCCLII. non ſine civili ſanguine impetrarunt hoc munus; (*l*) quod nonageſimo nono ejusdem ſeculi anno Rappoltſteinenſis quoque geſſit Bruno Dynaſta. Hi omnes ab Imperatore vel gratuito, vel ut pignus, non feudum, quod Herzogius vult, Scultatiam tenuerunt. Rupertus Imp. An. MCCCCIV. Rudolpho de Hohenſtein, (*m*) brevique poſt ipſi civitati, ter mille florenis, quos Hohenſteinius dederat, quingentos addenti, eam oppigneravit. Sigismundus, acceptis octingentis aureis, oppignerationem hanc An. MCCCCXIII. ratam habuit. At Fridericus IV. Scultetum rurſus ſuum, Conradum Dietr. de Rathſamhauſen, An. MCCCCLXVII. Seleſtadii conſtituit, cui filius Dietricus ſucceſſit, qui jus ſuum & ipſe vendidit civitati pro mille florenis. Tum vero Cæſar, Seleſtadienſibus benignior factus, Rupertinæ ac Sigismundinæ oppignerationi clauſulam, ne Scultetatus, vinique gabella unquam redimerentur, adjecit. (*n*) Ab eo tempore duo Conſulum ſeniores annuum Sculteti Imperialis munus alternis inter ſe vicibus gerunt. Publica hæc chartarum civitatis fide nituntur. Vulgata tamen apud cives fama eſt, Scultetum urbis, Johannem Botzhemium, cum aliquando pro tribunali federet, commotum ira Cæſareum projeciſſe ſcipionem; quem cum ſuſtuliſſet Senator, Sigismundum Imp. Senatui delignandi Sculteti poteſtatem tradidiſſe. Fabula hæc jam decepit RHENANUM. (*o*) Sculletus Imperialis.

## §. DCCV.

Magiſtratum civicum quinque Conſules (*p*) & novendecim Senatores, ex decem tribubus electi, perpetui omnes, componunt; quibus An. MDCCXLVII. Prætor regius acceſſit. Conſulare regimen ex Prætoris & novem ſenatorum arbitrio ambulatorium eſt, ac nonniſi trimeſtre. Conſules à Prætore, Magiſtratu univerſo & ſelectis Centum-viris, qui in aliis quoque majoris momenti rebus Senatui quandoque adjuncti Magiſtratus.



(*f*) Ad inſtar Adolfi hoc quoque fecere Fridericus III. Seleſtadii An. MCCCXV. Ludovicus Bavarus Baſileæ An. MCCCXXX. & Carolus IV. Hagenoæ An. MCCCXLVII. quæ inſtrumenta omnia Carolus V. Wormatiæ An. MDXXI. Jacobi Spiegelii Seleſtadienſis, Secretarii ſui, manu in unam membranam conjecit.

(*g*) BEATUS RHEN. *Rer. Germ.* Lib. III. pag. 296. ſq. HERZOG. *Chron. Alſ.* Lib. VII. pag. 5.

(*h*) HERZOG loco cit. pag. 8.

(*i*) Quorum plures recenſet HERZOG. loco cit. pag. 7. & 8.

(*l*) RHENANUS *lib. allg.* pag. 298.

(*m*) HERZOG. loco cit. pag. 8. ſq.

(*n*) Verba inſtrumenti Cæſarei An. MCCCCLXXIV. *das daſſelb Schultheiſſen amt mit ſambt dem zugehörungen u. aller Zugehörungen bey der Statt Schleſtatt ſie an ſonderanders beleyben und zu keiner fremden hande geloſet noch geſtellet werden ſolle.*

(*o*) *Rer. Germ.* Lib. III. pag. 298. ſq.

(*p*) *Stettmeiſter*, quorum octo tempore Rhenani fuerunt atque HERTZOGII, quem videſis Lib. VII. pag. 10. ſq.

ſunt; Senatores vero à Prætore, Conſulibus & Senatoribus eligũntur duobus. Electio feſto S. Michaelis, præſente Advocato provinciali vel ejus legato, fieri ſolet. Eam tamen & hoc ab ſente per Conſulem quendam, Cæſari ac Imperio fidelem, inſtituì poſſe, Fridericus IV. An. MCCCCLXXIX. decrevit. Conſules ex omnibus Alſatiæ civitatum Magiſtratibus ſoli toga ſenatoria Francica ab An. MDCLXXXVII. quo Ludovicus XIV. jus hoc eis tribuit, utuntur. Senatores cum tribubus præſint, etiam Tribuni vocantur. Nobiles Carolus IV. Imp. à Senatu remõvit & Magiſtratui civico morem gerere juſſit An. MCCCLVIII.

Onera. Ex Caroli IV. confirmatione privilegiorum apparet, Seleſtadium ſexaginta marcas, vel centum & viginti libras denariorum argenti, B. Martini feſto Imperatori præſtitiſſe quotannis. Imperialem hunc cenſum Ludovicus Bav. Ulrico Landgravio pro præſtitis ſibi in Longobardia, in coronatione Romana & in Germania, officiis, donec promiſſæ mille marcæ ei numerarentur, An. MCCCXXVIII. oppigneraverat. Fridericus IV. & Carolus V. civitatem, matricula Noribergenſi ninis gravatam, veteri ſuo canone gaudere voluerunt, quem Carolus ad dimidiam Hagenoenſis & Colmarienſis cenſus partem An. MDXXVI. reduxit; quadriennio poſt inſuper decernens, nullam matriculæ mutationem Seleſtadienſibus unquam officere debere. Ad expeditiones Romanas Seleſtadio, Colmariæ vetuſtioribus matriculis æquiparato, imo durius ſubinde habito, (q) recentioribus tandem IV. equites & XXIV. pedites, vel CXLIV. aurei per menſem, octogintaque floreni ad Cameræ Imperialis ſuſtentationem, imperati ſunt. Tempus erat, quo Seleſtadium Argentinenſibus Epiſcopis protectorium ſolvit. (r)

Cæſares hoſpites. Ex Imperatoribus urbem invifere Richardus, qui die 5. Nov. MCCLXII. Eccleſiæ Baſil. de Briſaco & valle S. Gregorii diploma hic dedit: (s) Fridericus III. quinto Cal. April. MCCCXV. ubi privilegia civitatis præſens confirmavit & auxit: Carolus IV. die Lunæ poſt S. Luciam MCCCXLVII. quo de non alienandis Imperialibus Alſatiæ civitatibus, inſtrumentum Seleſtadii ſcripſit, ſeptennio poſt reverſurus eodem; ubi Monaſterienſem Gregorianæ vallis, Turingheimenſem & Heilbronnenſem civitates, pridie Dom. Cantate, dieque Saturni poſt S. Crucis, ornavit privilegiis.

## §. DCCVI.

Urbis fata. Jam varia urbis fata, resque domi forisque geſtas, paucis exponam. Bertholdus, Argent. Epiſcopus, Seleſtadium, quod à Ludovici Bavari partibus ſtaret, An. MCCCXXXVIII. quatuor millibus peditum ac ducentis galeatis obſedit. Civitati Bavari nomine Albertus & Hugo de Hohenberg in auxilio erant; qui liberata urbe damna ſibi illata ulturi, Dambacenſes aliaque vicina Epiſcopi loca multis modis vexarunt. (t) Repetita, ſed fruſtra quoque, An. MCCCLX. ſub Johanne de Lichtenberg, Bertholdi ſucceſſore, ob captum & necatum quendam Epiſcopatus notarium, Seleſtadii obſidio. (u) An. MCCCLXXVIII. Seleſtadienſes Colmarienſi adverſus Lotharingos, triennioque poſt Suevico fœderi, Moguntiæ, Argentinæ aliarumque civitatum exemplo, acceſſerunt. Wenceslaus Imp. An. MCCCLXXXVI. eos cum Hagenoa & Colmaria proſcripſit, quod Judæos, imperatam pecuniæ ſummam Cæſari perſolvere recuſantes, foviſſent. Proſcriptio hæc triennalis fuit. Herlishemio An. MCCCCXLVIII. capto, (x) præclara virtutis & in hoſtem clementiæ documenta Seleſtadienſes ediderunt. (y) An. MCCCCXCIII. Johannes Ullmann, vir conſularis Seleſtad. Jo. Jacobus de Bliensviler & Nic. Ziegler de Stozheim, cum ruſticorum Epiſcopatus Argent. turba, in monte Ungersberg prope Andlaviam collecta, eccleſiaſticorum tribunalium, monaſteriorum & vectigalium hoſtes, Seleſtadio quoque ultima minati ſunt, ſed minati incaſſum. Ullmannus Baſileæ, quo confugerat, Zieglerus Seleſtadii, in partes diſſecti ſunt. (z) Belli

(q) An. MCCCCLXXXVI. mille florenos, ſequenti octingentos; an. MDXXI. ſeptem equites & LVIII. pedites præſtare juſſi ſunt Seleſtadienſes. Conf. ſupra pag. 280. ſq. & 370.

(r) Guilielmo II. Epiſcopo in decem, Ruperto & Alberto in quindecim annos, pro defenſione quotannis promiſſi ſunt centum floreni. Albertus An. MDI. pro 50. flor. ad omne vitæ ſuæ tempus defenſionem extendit. Guilielmus III. pro 80. flor. in decennium An. MDXVII. prorogavit. At eo defuncto civitas pactum hoc noluit renovare. Lotharingiæ Duci aliquando protectorium quoque ſolvit Seleſtadium.

(s) Herrgott *Genealog. Habsburg.* Tom. II. pag. 378.

(t) Albertus Argent. *vita Bertholdi Ep.* pag. 175. Koenigshov. pag. 259. §. LXXI. & pag. 322.

(u) Koenigsh. pag. 328.

(x) Vid. ſupra pag. 88. §. CXI.

(y) Rhenan. *Rer. Germ.* Lib. III. pag. 299. ſq.

(z) Wimpheling. *de Epiſcopis Argent.* pag. 116. ſq. Berler *Chron.* mſ. fol. 194.

Belli hæc ruſticani, ſeculo ſequenti furentis, extiterunt præludia. Jo. Jacobus Schütz à Traubach An. MDXXIV. Melchioris Ergershemii, Sculteti Seleſtad. ſcripturam ac ſigillum mentitus, literas adulterinas finxit, Magiſtratum civibus ut redderet invitos; ſed impoſtor, Argentinam profugus, ibidem damnatus eſt & diſſectus in partes. (*a*)

## §. DCCVII.

Religionis motus.

Circa idem tempus Seleſtadii quoque ob religionem exorti ſunt motus; Baſilienſium & Argentinenſium motibus ſimiles. Occaſionem illis dedit Paulus Seidenſticker, Conſtantia ortus, Theologiæ Doctor, parochus civitatis, qui Evangelicorum conatibus haud obſcure favebat. Senatus eum ſubinde reprehendit, & An. MDXXIV. denique edixit, ne ulla in cultu ſacro ſuſciperetur mutatio, neve miſſa vernaculo celebraretur ſermone. Parochi tamen aſſeclarum numerus non deſiit creſcere. Titubabat Senatus, quum delecti ex Tribubus cives de mutanda cultus publici formula deliberarent. Tum vero Antonius, Lotharingiæ Dux, rebellium ruſticorum colluviem prope Schervillam, una à Seleſtadio leuca, internecione delevit; (*b*) à quo prœlio religionis Seleſtadienſium fata pendebant. Senatus, liberius jam ſpirans, parocho veterum ſacrorum reſtitutionem injunxit; qui munus deponere, quam parere cum maluiſſet, Magiſtratus claves ſuggeſtus ſervavit, nonniſi parocho illos traditurus probato. Cumque paulo poſt publico edicto ſepultura illis denegaretur, qui absque Catholicæ Eccleſiæ ſacramentis deceſſerint, diſſentientes mox alio migrarunt. Advocati Provincialis auctoritas in his omnibus Senatui ſuccurrit, qui An. MDXXXV. clandeſtinas Proteſtantium conciones prohibuit. Poſt hæc Nobilis quidam, Seb. Guil. Linckius, dogmata Lutherana occulte per urbem ſeminans, ex ea ejectus eſt. (*c*) An. MDLXXXVII. Proteſtantibus permiſſum, ut ſacra in vico Nobilium de Rathſamhauſen, urbi vicino, ſecundum Auguſtanæ Confeſſionis ritus pridem celebrari ſolita, frequentarent.

Quin & Anabaptiſtarum atque Fanaticorum ſectæ Seleſtadii aliquando repererunt fautores. An. MDXXXIII. enim civibus, qui Anabaptiſtas recipiant, pœna relegationis indicta. Steinbachiani fanatici, Martini Steinbach, vietoris Seleſtadienſis, ſomnia ſecuti, (*d*) An. MDLXVI. ejecti ſunt urbe; poſtquam Epiſcopus Argent. Erasmus rem probe examinaſſet. (*e*) Seculo ſequenti novarum religionum nihil, Sueciæ biennalem ſi excipias periodum, Seleſtadii comparuit.

## §. DCCVIII.

Belli tricenn. motus.

Sueci, expugnata Benfelda, ſub Guſtavi Hornii ductu ad Seleſtadium, quod Breitenbachius cum ſexcentis peditibus & equitum ala defendebat, progreſſi, (*f*) repulſis d. 12. Nov. qui eruperant, obſeſſis, & auxiliari Auſtriacorum agmine, quod Rhenum apud Briſacum trajecerat, per Ottonem Lud. Rheingravium d. 16. disjecto, urbem hanc d. 2. Dec. honeſtis conditionibus ſuam fecerunt. (*g*) Biennio poſt cives nonnulli, Auſtriacis eam prodituri, capitis damnati ſunt. Diſcedentes poſt prœlium Nordlingenſe Sueci Seleſtadium cum Colmaria Gallis tradiderunt; in quorum manibus dein, Pace Weſtphalica, ad hæc uſque tempora perſtitit.

Lites, Seleſtadio & reliquis urbibus contra Præfectum communes, ſupra expoſui. (*h*) Chartæ & tabulæ, Decapolitanum fœdus reſpicientes, Seleſtadii ſervantur. Scrinii hujus communis claves Hagenoenſibus & Colmarienſibus concreditæ fuerunt.

## §. DCCIX.

(*a*) B. Rhenanus rei memoriam lapidi incidi curavit, qui Cancellariæ muro infertus hodieque ſupereſt. Inſcriptionem vide *Rer. Germ.* Lib. III. pag. 304.

(*b*) An. MDXXV. d. 20. Maji inter ſextam & octavam horas pomeridianas.

(*c*) Laguille *Hiſt. d'Alſace* Part. II. pag. 54.

(*d*) Steinbach ſomnia Davidis Georgii, Baſilæ poſt mortem combuſti, ſecutus eſt. Heliam, à Deo miſſum, ſe gloriabatur.

(*e*) Quatuordecim numero erant, viri fœminæque. Reinhardus Lutz, Parochus Seleſtad. rem hanc deſcribit in libello, juſſu Senatus Seleſtad. An. MDLXVI. Argentinæ cuſo, 4to. Fanaticos hos Matthæus Negelinus, Paſtor Gullielmitanus Argent. confutavit.

(*f*) D. 8. Nov. MDCXXXII.

(*g*) Chemnitz de *bello Sueco-Germ.* Part. I. pag. 443. ſqq. Pufendorf. *Rer. Suecicar.* Lib. IV. §. LVIII.

(*h*) Pag. 284.

## §. DCCIX.

Literæ. Renascentibus per Europam Literis Selestadium præ aliis civitatibus gloria Literatorum efflorvit. Debentur ei JOHANNES HUGONIS, (*i*) Jac. WIMPHELINGIUS, (*l*) BEATUS RHENANUS, (*m*) Jo. SAPIDUS, (*n*) MART. BUCERUS, (*o*) BEATUS ARNOALDUS, (*p*) Jac. SPIEGELIUS, (*q*) Jo. MAJUS, (*r*) Jac. JULLINGERUS, (*s*) MATTHIAS SCHURERIUS, (*t*) Jac. TAURELLUS, (*u*) quorum plerique literatæ apud Selestadienses societatis sodales, (*x*) quinque ab Epistolis secretis ac consiliis Cæsareæ aulæ fuerunt. (*y*) Selestadiensis scholæ, ex qua tot illustres & docti viri prodierunt, Rectores erant LUDOVICUS DRINGENBERGIUS, Westphalus, CRATO HOFMANNUS, Utenhemius, HIERONYMUS GEBWILERUS, VITUS ROTENBURGIUS, Jo. SAPIDUS, Selestadii natus. Ædes, in quibus docuere, ad latus ecclesiæ parochialis adhuc existunt. ERASMUS (*z*) hac super re Selestadii encomium composuit.

## §. DCCX.

Rhenanus. Præ ceteris autem urbem illustravit RHENANUS, literatorum in oris his facile princeps; vir mitis, bonus omnibusque amabilis, ad extremum fere vitæ fuæ tempus cælebs; publicis muneribus abstinens; qui Coloniæ Romanæ faciem Selestadio induxit. Plurimæ veteris Latii stylo inscriptiones per varias urbis partes, in templi parochialis columnis ac muris, in portis, in cancellaria, mercatoria domo & alibi, ad omnem posterorum memoriam auctore eo à popularibus positæ, doctrinam & amorem ejus testantur in patriam, cui bibliothecam suam & argenteam pateram legavit. (*a*) Simplicitatis ejus testis est domus, quam inhabitavit, hodieque superstes. Tantæ eruditioni tanta jungebatur humilitas, in viris magnis tam rara. Hæc nempe decebant amicum Erasmi. Selestadium ob clarissima ingenia, vel ob unum Beatum Rhenanum, à Bartholino *ingens* vocari, SPIEGELIUS, (*b*) ipse quoque Selestadiensis, conjecit. Literis sacris humanisque promovendis Magistratus in parochialis templi exedra bibliothecam instituit, in qua multi manuscripti sunt codices, ad jus Canonicum, civile, Theologiam & Philosophiam, ex illius seculi genio, spectantes; quibus codices quidam impressi ex editionum principum classe accedunt Bibliotheca Rhenani in Mercatoria domo servatur.

Ars figulina quoque Selestadio sua debet augmenta. Seculo enim XIII. figulus hujus urbis vasa fictilia primus vitro induxit, ut ANNALES COLMAR. testantur. (*c*)

§. DCCXI.

---

(*i*) Maximiliani I. Imp. Capellanus scripsit *Quadrivium Ecclesiæ* An. MCCCCXCVIII. qui liber sexennio post Argentorati impressus.

(*l*) Theologiæ & Juris Licentiatus, sanctimonia vitæ pariter ac editis eruditionis monumentis clarissimus, obiit An. MDXXVIII.

(*m*) Vulgo *Rheinauer*, quod parentes ejus Rhinovia oriti, decessit Argentinæ MDXLII. Adi vitam Rhenani, à Jo. SYLBURGIO scriptam, quæ præfixa est *Rerum Germar.* libris.

(*n*) Germ. *Witz*; quem Erasmus hortatus est, ut sibi vere sapiat, hoc est, ut sui similis esse pergat; Argentinæ circa An. MDLX. defunctus.

(*o*) De quo in Argentina supra pag. 341. sq.

(*p*) Maximiliani I. & Caroli V. Impp. Secretarius, ob doctrinam & fidem eisdem charus.

(*q*) Wimphelingii ex sorore nepos, trium Augustorum, Maximiliani I. Caroli V. & Ferdinandi I. ab Epistolis, Philosophiæ, Juris ac Theologiæ perillustrium.

(*r*) Spiegelii frater uterinus & in sacri scrinii magisterio apud Ferdinandum I. successor.

(*s*) Nobilis *de Schauenberg* dictus, Maximiliani I. Consiliarius ac Thesaurarius.

(*t*) Liberalium artium Doctor & apud Argentinenses typographus eruditus.

(*u*) Alias *Oechsel*, Ferdinando I. Maximiliano II. & Rudolfo II. à secretis.

(*x*) OTHO BRUNFELS, Carthusiæ Mogunt. adhuc monachus, in literis ad Beatum Rhenanum An. MDXX. id. Jan. ex Carthusia sua hæc scribit: „O si „ interelle mihi liceat aliquando jucundissimæ huic „ sodalitati Selestadiensi. . . . Fac, si potes, ut in „ sodalitatem illam inscribar Slestatensem, atque ut „ amicus fiam Erasmi Roterodami. . . Othomarus „ Luscinius, Nic. Gerbelius, Wolfg. Fabritius mul„ tum mihi favent. Crepit etiam nuperrime me „ complecti Phil. Melanchthon. Dispercam, si quid „ malim in hac vita, quam in albo esse studiosorum. „ Reliqua agnosces ex Sapido.„ Epist. Mf. Arch. Selest.

(*y*) Villingerus nempe, Arnoaldus, Spiegelius, Majus, Taurellus, quibus seculo superiore Gothia accellit, de quo vid. supra pag. 271. §. DIII.

(*z*) Tot pariter gemmas, tot lumina fundis in orbem:
Quot multis aliis vix genuisse datum.
Doctrinæ proceres tot habet, quot proditor ille
Vir belli proceres occuluisse equus.
Quam non Wimphlingus, quam non Spiegellius urbem,
Quam non Kirherus nobilitare queat?
Unde tibi Sapidus, doctis quoque dignus Athenis?
Unde facer Phrygio, Stoicius unde tibi?
Unde tibi Arnoldus, Musis exculteus, & unde
Mathias, niveo pectore, Schurerius?
Ut sileam reliquos, non te fatis ille Beatus
Rhenanus, lingua doctus utraque, beat?
Vid. ELYCHNII *Relatio ex Parnasso* pag. 64. REUBER *Urb. Imper.* pag. 68.

(*a*) Bibliotheca in æde mercatoria; Epistolæ, ad Rhenanum scriptæ, cum patera in scrinio civitatis servantur.

(*b*) *In not. ad Bartholini Antfried.* Lib VIII. vers. 341. ap. REUBER. *Scriptor. Rer. Germ.* pag. 1212.

(*c*) An. MCCLXXXIII. quo figulus hic anonymus decessit.



1. Ecclesia Collegiata, et Abbatia. 2. Monaster. Augustin. 3. Monaster. Dominic. olim, hod. Xenodochium. 4. Monast. Capucin. 5.
11. Porta Hagenensis. 12. Curia

ad pag. 387







*clesia paroch. S. Ioh. 6. Ecclesia paroch. S. Mich. 7. Ord. Teuton. Praeceptoria. 8. Porta media. 9 Porta inferior f. Landau. 10. Porta superior f. Viti. 11. Vicus Schweigen.*

## §. DCCXI.

Territorium Seleſtadienſe duobus olim vicis, Burnero atque Kinshemio, conſtabat. Henricus VII. Imp. Seleſtadienſibus vicum *Burner* An. MCCCX. Mulhuſii donavit; biennio poſt jus patronatus ibidem Baumgartenſi Cœnobio tradidit. (*d*) Otto de Ochſenſtein, Advocatus Alſatiæ, quæ Burneri habebat, jura An. MCCCXV. dimiſit. Nepos ejus, Ottomannus de Ochſenſtein, locum ipſum, ut feudum Imperiale, ſibi reddi cum poſtulaſſet, Reinhardi de Sickingen, Advocati provincialis, judicio An. MCCCCII. perdidit litem. Vicus, verſus boream, urbi proximus fuit, ſeculoque XVI. periiſſe videtur. (*e*) Nomen ejus pons retinet, An. MDXLVIII. quadratis lapidibus de novo conſtructus. (*f*) *Kinsheim*, caſtrum & vicum, Ludovicus Bavarus, Henrici VII. ſucceſſor, ut jam ſupra (*g*) oſtenſum, Seleſtadio conceſſit. Territorium.

# WEISSENBURGUM.

## §. DCCXII.

Weiſſenburg oppidum, ad Vogeſi radices, cujus colles fere totam circumdant; & ad amnem Luteram, quæ id perluit nuper, nunc alluit, (*h*) in Diœceſi Pagoque Spirenſi, ac boreali Vaſgoviæ extremitate ſitum, præſtantioribus Alſatiæ civitatibus annumerari meretur. Conſiti vinetis colles, prata viridia, agri copia rerum turgentes, caſtaneta, viæ regiæ, (*i*) ad quatuor terræ plagas decuſſatim directæ, innumera civitati commoda afferunt; quæ in Emunitatis inferioris medio poſita, potentes Alemanniæ Franciæque Ducatus olim ſeparavit & junxit. Situs.

Ab aliis Weiſſenburgis (*l*) ut diſtingueretur Alſaticum, quod *Albinburgum* PEUTINGERUS, (*m*) *Leucopolim* GEBVILERUS (*n*) vocavit, præfixum eſt ei *Coronæ* (*o*) nomen; à corona, quæ candelabri vices in Eccleſia Collegiata Weiſſenb. hodieque ſuſtinet, (*p*) deſumtum. Dagoberti II. fundatoris hæc corona creditur donum. Civitas tamen, ne ab Eccleſia pendere videretur, maluit vocari Weiſſenburgum *ad Rhenum*, (*q*) à quo quatuor leucis diſtitum eſt. Weiſſenburgum ad Luteram, ad Vogeſum vel Vasgoviæ, rectius dixiſſent, ut opponeretur Nordgovico Franconiæ. Nomen.

## §. DCCXIII.

Oppidum Collegiatæ ejusdem nominis Eccleſiæ contiguum, ætate poſterius eſt. Collegiata monaſterium Benedictinæ familiæ fuit, ſeculi VII. opus, adeoque in ſolitudine poſitum. Sanctimonia loci accolas pedetentim attraxit, qui coaluerunt in vicum. Vicus denique in civitatem excrevit, cui ipſius Abbatiæ, matris ſuæ, inditum nomen; (*r*) unde ante ſec. XIII. nulla oppidi Weiſſenburg mentio fit. Albicans veteris Concordiæ (*s*) rudus, ex ævi Romani caſtello ibi ſuperſtes, monaſterio, cum conderetur, appellationem forte conciliavit. Ex Sebuſiburgo *VVeiſſenburg* prodiiſſe, BEATUS RHENANUS (*t*) exiſtimavit. Civitatem Abbatia vetuſtiorem LUD. DECIUS (*u*) & Senatus Weiſſenburgenſis (*x*) ſtatuerant olim. Dagobertina charta monaſterium *in loco, qui dicitur* Origo.



(*d*) Charta in tabulario Epiſc. Tabernis.

(*e*) Mentio enim ejus fit in regiſtris Senatus An. MDXXIV.

(*f*) *Burner-bruck*, cui adjacet *Burner-almend*, ubi S. Fidis eccleſia decimas habet. Ponti hæc inſcripta ſunt: *Ex fundamento Reſp. Sletſtad. fieri fecit An. MDXLVIII.*

(*g*) Pag. 271. §. DIII.

(*h*) Lutera ad oppidi extremitatem nuper directa eſt, novæ munitionis cum initium fieret.

(*i*) Arduum opus eſt noviſſima via, An. MDCCLV. per aſpera Vogeſi, XII. leucarum ſpatio, ſtrata; quæ Lotharingiam ab illa parte Alſatia aperit.

(*l*) Præcipua ejusdem nominis oppida ſunt *Weiſſenburg* in Nordgovia, ac in Polonia: Hungarica duo *Stul-Weiſſenburg* & *Griechiſch-Weiſſenburg*.

(*m*) *Sermon. Convivial.* pag. 49.

(*n*) *Panegyr. Carolin.* pag. 18.

(*o*) *Cron-Weiſſenburg.*

(*p*) Candelabra coronæ inſtar in templis majoribus paſſim occurrunt; in aliis arboriformia. Vid. CANGII *Gloſſar.* voc. *arbores*. IRENICUS *Exeg. Germ.* Lib. XI. ſcribit, coronæ Weiſſenburg. metallum eſſe ignotum. Sunt, qui eam ſubſtitutam eſſe putant Dagobertinæ argenteæ inauratæ, cujus circumferentia 24. pedum. Carolus V. inſignibus Eccleſiæ Weiſſenburg. ſpeciali diplomate coronam An. MDXXXIX. inſeruit.

(*q*) *Weiſſenburg ans Rhein.* Ita in nummis, in matriculis Imperii An. MCCCXCV. &c. in actis & ſcriptis publico civitatis nomine editis.

(*r*) Idem Monaſterio, Gregorianæ vallis oppido, item Mauri, Maſonis, Andlaviæ aliisque oppidis, eveniſſe novimus.

(*s*) Hod. *Alſtatt.* Adi Tom. I. pag. 232. S. Stephani Abbatia in veteris Argentorati ruinis exſtructa eſt. Ibid. pag. 682.

(*t*) *Rer. Germ.* Lib. III. pag. 325. De fictitio Sebuſiorum nomine vid. Tom. I. pag. 60. Ex junioribus tamen Rhenanum ſecuti ſunt multi.

(*u*) Origine Weiſſenburgenſis, in libro *de Sigismundi Regis temporibus*, quem MICHOVII *Chronica Polonor.* Cracoviæ An. MDXXI. impreſſæ, ſubjunxit; ubi fol. CVI. multa de Weiſſenburgo.

(*x*) Teſte MUNSTERO *Coſmograph.* Lib. III. pag. 574. qui Decium in plerisque exſcripſit.

*Weiſſenburg*, (*y*) exſtructum fuiſſe perhibet, nulla oppidi facta mentione. Seculo XIII. *monaſterium in Weiſſenburg* memoratur in chartis. Parochialem eccleſiam, S. Johanni dicatam, Abbatiæ ab Epiſcopo Spirenſi jam An. MCCXXXIV. conjunctam fuiſſe reperio. Quin & inter civitates Rhenenſes, An. MCCXLVII. fœdere junctas, Weiſſenburgum comparet. (*z*)

Munitio. Fridericus Abbas An. MCCLXII. & ſucceſſor ejus Edelinus, muris foſſisque civitatem muniviſſe ſcribuntur. (*a*) Additæ mœnibus turres, quarum latus, civitatem reſpiciens, non clauſum. Suburbia duo, (*b*) quæ ex propinquis aliquot vicis deſtructis (*c*) urbi accreverunt, mœnibus quoque paulatim incluſa ſunt. Muri quatuor portis olim, nunc tribus inſtructi. (*d*) Weiſſenburgum, naturæ artisque munimentis, nulli Imperii oppido Decius, (*e*) Weiſſenburgenſis, ante ducentos & quinquaginta annos ſcribens, cenſuit eſſe ſecundum. Veteres muri, ut Colmarienſes & Seleſtadienſes, An. MDCLXXIII. Ludovici XIV. juſſu disjecti ſunt. Ab An. MDCCXLVI. novis urbs munitionibus cingitur, unde præſidium militare perpetuum; novas urbi vires & faciem pulcriorem inducens. Regia illa militaris foſſa, vallo munita, quæ Luteram ad Luterburgum uſque per tres leucas communit, (*f*) à Weiſſenburgo initium ſumit.

## §. DCCXIV.

Collegiata Eccleſia. Eccleſia Collegiata Divis Petro dedicata & Paulo, una ex quatuor illis Quaternionum Imperii Abbatiis, cujus Abbas dein Principis dignitate ornatus, præcipuum urbi ſemper attulit decus. Clemens VII. ex Abbate & Monachis Præpoſitum, Decanum, Cuſtodem ac XII. Canonicos An. MDXXIV. creavit. Rudigeri, poſtremi Abbatis, primique Præpoſiti, An. MDXLV. mortui, ſucceſſor, Philippus à Flersheim, Epiſcopus Spirenſis, (*g*) à Carolo V. & Paulo III. obtinuit, ut Præpoſitura cum Epiſcopatu Spirenſi in perpetuum jungeretur. Ditionem, quæ ab Eccleſia hac pendet, expoſui ſuperius. (*h*) Monaſterio hoc in Germania olim opulentius non fuiſſe ſcribit Irenicus. (*i*) Ampliora de eo dabimus in *Alſatia ſacra*. Sed ante hanc Abbatiæ mutationem Collegiata quoque S. Stephani eo in loco, ubi nunc cœmeterium Proteſtantium eſt, (*l*) ſubſtitit, quæ à Luithardo Abbate ſec. XI. ſuam originem duxit; tumultu ruſticorum An. MDXXV. omnino everſa; quam anno ſuperiore Abbatiæ, ex qua prodiit, conjunxerat Pontifex.

Præceptoria. Teutonici ordinis Præceptoria, (*m*) quæ jure aſyli gaudebat, nuper de novo exſtructa, non ordinarium Præceptorem habet, ſed ab ipſa Magiſtri ordinis Camera adminiſtratur. Vicum *Rietfels* ad Præceptoratum hunc ſpectare, ſupra (*n*) jam docui. Melitenſes Equites in urbe hac quoque curiam poſſident, quæ ad vicinam Geitersho-Altſtadium, ſeculo XVI. jam, teſte Herzogio, periit.

## §. DCCXV.

(*y*) Occurrit hoc nomen varia ſcriptione. *Wizunburg* in *Tradit. Fuld.* Schannati num. 130. pag. 62. ad An. DCCXCVIII. In Otfridi, monachi Weiſſenburg. codice Vindobon. *Wizunburgum*, teſte Lambecio *Biblioth. Vindobon.* Lib. II. Cap. V. pag. 415. *Wizzunburg* ap. *Nithardum*, qui Ludovicum Germ. An. DCCCXLII. Rheno tenus per Spiram, & Carolum Calvum juxta *Waſagum per Wizzunburg Warmacium*, Argentorato iter direxiſſe commemorat. *Monaſterium*, *quod dicitur Weiſſenburg*, in Ludovici Regis charta An. DCCCCXI. *Abbatia Wizenburg* in duobus Ottonum diplomatibus An. DCCCLXV. & LXXXVI. legitur. In Epiſcopi Spir. charta An. MCCXXXIV. Abbas & Conventus in *Wizenburch*.

(*z*) *Chron. Auguſtenſe*, ap. Freherum *Scriptor. Rer. Germ.* Tom. I. pag. 527.

(*a*) Ita Munsterus *Coſmograph.* Lib. III. pag. 574. Beuschius *Chronolog. Monaſt. Germ.* qui à Phil. Fleyſchmeio, Epiſcopo Spirenſi & Præpoſito, ſua ſq. Lehmannus *Chron. Spir.* Lib. IV. Cap. IX. Obrechtus *Prodr. Alſatiæ* Cap. XIII. pag. 321. quæ muro cincta ab Edelino Abbatia, ſeparata ab urbe foſſa, muro & porta. Ad ſiniſtrum portæ latus Collegiatæ extat vetus Inſcriptio, quæ Edelini ſtudium muros ædificandi celebrat.

(*b*) Alterum, ubi S. Michaelis templum, *das Brueh*, alterum verſus Landaviam *Baumacker*; nominatur. Suburbia hæc in delineatione oppidi apud Munster. *Coſmograph.* Lib. III. pag. 571. comparent

(*c*) Quot jam ſupra indicavi pag. 176. §. CCCX.

(*d*) Prima porta ſuperior vel Bitenſis, ad extremitatem ſuburbii *Bruch*. Secunda inferior, ſeu Landavienſis, ad ſuburbium *Baumacker*. Tertia *Badtwegenſis* ab oppidi regione, ſeu Hagenoënſis à directione, nominatur. Quarta reliquis minor, Catenæ portola, *Kettenthurlein*, ad vicum *Schweigen* cuicene, nunc clauſa eſt.

(*e*) Loco ſupra allegato.

(*f*) *Lignes de la Lutter.*

(*g*) Splendidum ejus monumentum in Eccleſia Collegiata, Rudigeriano longe præſtantius, ſupereſt.

(*h*) Pag. 171. §. CCCVII. ſeq.

(*i*) *Exeg. Germ.* Lib. XI. pag. 368.

(*l*) Collis eſt extra muros, S. Stephani mons dictus, pro quo Senatus urbis 400. Borenos dependit.

(*m*) Vulgo *Cummer Commenthurey*.

(*n*) Pag. 268.

(*o*) Zu *dem Aichen*; unde curia Præceptoris in urbe *Eichhof* dicebatur. Herzog. Lib. X. pag. 205.

## §. DCCXV.

Auguſtinianorum quoque vetus in urbe cœnobium eſt, de cujus origine Codex Mſ. (*p*) hæc docet: "Anno Domini MCCLXXIX. quarto Non. Dec. recepta eſt „ domus noſtra Wiſſenburgenſis, & prima miſſa dicta per Jo. Meſſerer, ſub Rev. Dom. „ Friderico de Hollandia, Spirenſi Epiſcopo, qui An. MCCLXXX. proxima Dominica „ poſt Dionyſii confecravit tria altaria, & cœmeterium, accedente conſenſu venerabilis „ Dom. Abbatis Edelini, Eccleſiam S. Petri Wiſſenburgenſem tunc glorioſiſſimæ „ gubernantis." „ Monaſterium à Monachis relictum, Rudigero, pro ducentis aureis d. 16. Febr. MDXXVI. venditum & quinto poſt die civitati, ut Xenodochio junge- retur, donatum eſt. An. MDCLXXXIV. Auguſtiniani, reddito civitati pretio, pro quo venditum erat, juſſu Regis redierunt in urbem. Monaſteria.

Sed & Monaſterium Recollectorum, An. MCCCLXXII. inauguratum, (*q*) Senatus ſeculo XVI. comparavit pecunia. Pro Recollectis Capucini An. MDCLXXXVI. in urbem recepti ſunt.

Prædicatorum Cœnobium, à Franckenſteiniis aliisque Nobilibus An. MCCLXXXVIII. fundatum, (*r*) An. MDLIII. in Xenodochium converſum eſt. (*s*)

Ejusdem regulæ Parthenium deſtructum ibidem, cujus nonnulla in Tabulario civitatis veſtigia ſuperſunt.

Sunt inſuper duo Parochialia templa, alterum *D. Johanni*, alterum Archangelo *Michaeli*, nuncupata. Prius Catholicis atque Proteſtantibus, Gallica ſub periodo, commune eſt; poſterius vero, in ſuburbio (*t*) ſitum, Proteſtantes ab An. MDXXXIV. poſſident ſoli. In utroque jus patronatus Abbatia exercuit, cum qua D. Johannis Eccleſiæ reditus per Epiſcopum Spirenſem An. MCCXXXIV. ea lege juncti fuerunt, ut ſacerdotem idoneum, curam animarum habentem, aleret ibidem. Opiliones utriusque religionis & ſexus, inter Surburgum & Neoſtadium ad Hardtam degentes, ſolenni proceſſu quotannis Eccleſiam S. Michaelis inviſunt, atque deinceps jus inter ſe dicunt; quod ſuperioris Alſatiæ Opiliones faciunt Hirzfeldæ. Parochialia templa.

Curia Senatoria haud ita pridem à fundamentis eleganter exſtructa eſt. Cives Weiſſenburgenſes in patritios & plebejos olim fuerunt diſtincti. Patritii voce tum paſſim recepta *Hauſſgenoſſen* (*u*) dicebantur, quibus reipublicæ, monetæ ac judiciorum adminiſtratio uſque ad Carolum IV. Imp. fuit commiſſa. Singulorum domus immunitate gaviſæ ſunt. Computati inter eos Schwarzerdii, ex quibus prodiit Phil. Melanchthon, Brettæ natus, Artzii, Banckii, Breitenackeri, Bogneri, Hutteri, Gotſchalckii, Harſtii, Helfantii, Scheidii, Metzgeri, Neffii &c. (*x*) At ſeculo XIV. & auctoritas & numerus Patritiorum ita decreverat, ut plebeji non modo in Senatum reciperentur, ſed & ex illis ordini aggregarentur patritio. Univerſi nunc cives in ſeptem diſtributi ſunt tribus, (*y*) quibus ſingulis duo Senatores præſunt, Catholicus & Lutheranus. In urbe nec divitias, nec paupertatem quæſiveris. (*z*) Cives idioma Germanicum purius, quam ceteri Alſatæ, ut Landavienſes, enuntiant. Cives.

## §. DCCXVI.

Primum Weiſſenburgi, ab Abbatiæ ditione liberi, veſtigium, labente Alſatiæ Ducatu, An. MCCXLVII. ſe offert, ubi Rhenenſium civitatum fœderi, ut modo dixi, cum Hagenoa, Colmaria & Seleſtadio acceſſit. (*a*) Locus, Monaſterio antea ſubjectus, occaſione Advocatiæ, Alſatiæ Ducibus commiſſæ, liberior factus eſt. Jura eccleſiæ ſuæ per Egbertum, Advocatiam à Friderico Duce tenentem, infracta Stephanus Abbas An. MCII. conqueſtus eſt. (*b*) Weiſſenburgenſes ipſi in defenſione, Libertas.



(*p*) In Monaſterio Auguſtin. Friburgi Helvet.

(*q*) Herzog Lib. X. pag. 201.

(*r*) Ibidem. Annales Colm. ad hunc annum habent: "Dedicata fuit in Wiſſenburck arca fratrum „ Prædicatorum.

(*s*) Teſte inſcriptione lapidis, muro Xenodochii inſerti: *Anno MDLIII. iſt dis haus zu einm Hoſpital angerichtt, gebauwet u. Ano: MDLVII. vollendet worden.*

(*t*) Quod *Bruch* vocatur.

(*u*) Vid. ſupra in Argentina pag. 321. §. DXCVI. not. (*n*).

(*x*) De his & aliis pluribus vid. Herzog. Lib. X. Cap. VII. & XI.

(*y*) Prima eſt vinitorum, 2. textorum, 3. fabrorum, 4. cerdonum & ſutorum, 5. mercatorum & ſartorum, 6. lanionum, 7. piſtorum & molitorum.

(*z*) Publici civitatis reditus ad triginta millia librarum Franc. excurrunt.

(*a*) Vid. ſupra pag. 362. not. (*q*).

(*b*) Diploma Henrici IV. Imp. hujus anni, in tabular. Collegiatæ Weiſſenb.

coram Friderico IV. Imp. contra Abbatiam inſtituta, libertatis ſuæ originem ad Fridericum Cæſarem, (c) qui & Alſatiæ Dux erat, referunt. Ducibus enim Alſatiæ Hohenſtauficis in ſolium Imperiale promotis, Advocatorum autoritas crevit; Ducatu autem cum Hohenſtaufiis extincto, Advocatia penes Imperatorem remanſit. (d) Adolfus Imp. à civibus Weiſſenburg. An. MCCXCII. jusjurandum recepit, (e) „ quod ipſi in omnibus, in quibus Imperio ratione *Advocatiæ* de jure tenentur, „ obedient fideliter, ſine dolo; juramento tamen fidelitatis, quod proprietatis ſeu „ dominii ratione cuilibet Abbati Weiſſenburgenſi poſt ſuam confirmationem de jure „ præſtare tenentur, ac omnibus . . . ſalvis. „ Conſtitutus à Cæſare Advocatus, & in urbe & in vicis, ad Abbatiam ſpectantibus, Imperialia jura adminiſtravit. Sub tutela ejusdem omnes Emunitatis incolæ, Weiſſenburgenſes potiſſimum cives, liberiores ſunt facti. Rudolfus I. Imp. poſt multiplices inter Abbatiam & Civitatem lites, An. MCCLXXV. gabellam vini, electionem liberam Conſulum, Abbate tamen ad eam vocato, ſilvarum & paſcuorum, nonnullis tantum exceptis, uſum communem, commune item jus monetandi ac judicii Equeſtris, de quo infra, conſtituendi, civitati huic publico inſtrumento adſcripſit. Jus caduci, tum Abbatiæ ſervatum, jam pridem abolitum. Sigismundus & Fridericus IV. Imp. jusjurandum fidelitatis, Adolfi & Alberti I. decreto Abbati à civibus præſtitum, lata in ſolenni judicio ſententia abolverunt. (f) Jusjurandum hoc non ſubjectionis, ſed fidei fuerat. Maximilianus I. tandem An. MDXVIII. decrevit, ut ſolutis Abbati quotannis quinque & ſexaginta florenis, Senatum ſuum absque illo conſtitueret civitas, ſolaque ponderum ac menſurarum curam, nec non tributorum jus perpetuum haberet. Venationis, piſcationis & reliqua in Emunitate jura Civitati & Collegiatæ communia ſunt.

## §. DCCXVII.

**Privilegia Cæſarum.**

Albertus I. Weiſſenburgenſes à provinciali Spirigoviæ Judicio, cui obnoxii fuerant; An. MCCCV. liberos declaravit. Judex provincialis, Landaviæ ſedens, à jurisdictione ſua eosdem abſolvit. Plenum denique jus, de non evocandis ad quodcunque tribunal Weiſſenburgenſibus, Henricus VII. An. MCCCX. impertitus eſt Francofurti. (g) Ludovicus Bavarus ab Eccleſiaſtico Spirenſis Epiſcopi in cauſis civilibus foro eosdem liberavit.

Carolus IV. An. MCCCXLVII. privilegium de non oppignerando conceſſit, atque An. MCCCLXII. permiſit, ut homicida, urbe & emunitate biennio exul, ſolutis viginti libris Halenſibus, inter Cæſarem ac civitatem dividendis, denuo recipiatur. Sigismundus, jus aquilæ, in inſignibus gerendæ, confirmans, An MCCCCXXXI. emporium inſtituendi facultatem; Fridericus IV. univerſa Hagenoenſium privilegia An. MCCCCLXXI. corroborans, adjecit, ut Weiſſenburgenſes officinam monetæ ad quemcunque locum poſſent transferre. (h) Tunc temporis ergo monetandi jure ſunt uſi, quod Abbas olim de *Miniſterialium ac civium conſilio* exercuerat. (i) Nummi Weiſſenburgenſis exemplum, in quo caſtri eclypus eſt, Tabula II. numismatica exhibet.

Eodem anno, Fridericus IV. Nundinas quatuordecim dierum, qui in tres poſtea contracti, Weiſſenburgo largitus eſt. Alias, alio tempore habendas, Maximilianus II. An. MDLXX. addidit. Quatuor hodie fora majora quotannis Weiſſenburgi celebrantur.

Jus ſtatuta faciendi, quod ſub Carolo IV. civitas uſurpaverat, à Cæſare reprehenſa, (l) deinceps ſine reprehenſione exercuit. (m)

Jus

(c) Secundum haud dubie intelliguntur.

(d) Vide ſupra pag. 354. ubi Hagenoam ex Ducali in civitatem Imperialem evaſiſſe docui.

(e) Diploma Tabular. Collegiatæ Weiſſenburg.

(f) An. MCCCCXXXI. & MCCCCXLII. Friderici IV. diploma ap. LUNIG Tom. XIV. pag. 627. & KNIPSCHILD Lib. III. pag. 319.

(g) Quod à Ludovico Bav. Ratisbonæ An. MCCCXXII. & Friderico Auſtriaco Weiſſenburgi An. MCCCXXVI. iisdem plane verbis renovatum.

(h) *Das Haus der Münzen verrucken . . . oder ein gebauter kauffen und den Hausgenoſſen geben.* Monetæ officina fuit olim ex adverſo curiæ.

(i) Ex Rudolphi I. Imp. allegato ſuperius diplomate An. MCCLXXV. monetam & telonium inter feuda ſua regalia numeravit, de quibus Eberhardus Abbas per Ludovicum Imp. An. MCCCXXXIX. & per Carolum IV. Spiræ An. MCCCXLVIII. inveſtitus eſt.

(l) Literis ad Senatum An. MCCCLVIII. datis, ubi: *wir gebieten uch . . . das ihr alle die nuwe ſetze, die ir in uwrer Stadt uffgeſetzt habent, allenthalben laſſet abegen, und die on alle widerrede beſſent widerrufen &c.*

(m) Ordinatio Senatus circa politiam & mores civitatis, An. MDLXXVII. condita & An. MDCXIV. renovata, prodiit hoc rubro: *Erneuwerte Policeyordnung der Statt Weiſſenburg am Rhein im jahr MDCXIV.* Argentorati 4to.

Jus suffragiorum in Comitiis Imperii Weiſſenburgo & Landaviæ ſeculo ſuperiore dubium reddidit Trevirenſis Archiepiſcopus; Epiſcopatus Spirenſis, adeoque & Præpoſituræ Weiſſenburg. poſſeſſor. Sed utraque Civitas reportavit victoriam. (*u*) Durante hæc Weſtphalicæ pacis negotio geſta ſunt. Poſt initam pacem nova iisdem civitatibus cum Goslaria, Saxoniæ inferioris, Mulhuſio & Northuſio, Thuringiæ urbibus, de ordine in Comitiis ſedendi, exorta controverſia eſt; quum hæ, veterem ſedendi morem, qui Decapolim Alſatiæ jungebat, rupturæ, primum à Colmaria locum occupare voluiſſent. (*o*) Ceſſavit lis, poſtquam decem Alſatiæ urbes membra Imperii eſſe deſierunt. Jus ſuffragiorum.

## §. DCCXVIII.

Cenſum Imperialem 400. florenorum, die S. Martini quotannis à Weiſſenburgenſi civitate præſtandum, Carolus IV. Imp. An. MCCCXLVIII. ordinavit, addito mandato, ne quis ſucceſſorum majus ab ea tributum exigeret. Biennio poſt Simoni, Bipontino-Bitenſi Comiti, donec aliter ſibi placuerit, cenſum hunc juſſit perſolvi. Matricula Imperii An. MCCCCLXVII. & LXXI. Weiſſenburgum Colmariæ & Seleſtadio æquiparavit. An. MCCCCLXXX. in comitiis Noriberg. adverſus Turcas IV. equites, novemque pedites; anno ſeq. VII. equites, VI. pedites; in comitiis Francof. An. MCCCCLXXXVI. & ſeq. octingentos florenos; An. MCCCCLXXXIX. tres equites XIV. pedites; in comitiis Wormat. An. MDXXI. duos equites, XXII. ped. ſeu CXII. quoque menſe florenos, qui canon dehinc nunquam variavit; ad Cameram Imperialem vero LVI. flor. XXX. crucigeros, præſtare juſſi ſunt Weiſſenburgenſes. (*p*) Tempore difficili nonnunquam triens hujus canonis in ſexennium eis fuit remiſſus. Advocato provinciali quadringentæ quotannis libræ Francicæ ſolvuntur. Onera.

Oneribus accenſeo Cæſarum in urbe adventum. Hos inter Fridericum I. Conradum IV. (*q*) Wilhelmum, (*r*) Richardum, (*s*) Rudolfum I. Adolfum, Fridericum Auſtriacum, Carolum IV. aliosque ex ſequentibus reperio. Ludovicus junior, Sarwerdæ Comes, prædium ſuum Loyben in præſentia *Friderici Imp. Aug. apud VVizenburhe* Abbatiæ Uterinæ vallis An. MCLXXIX. tradidit. Ludovicus Palatinus feuda ſua Weiſſenburgenſia ab Edelino Abbate coram Rudolfo Imp. & comitatu ejus, in quo Hochbergæ Marchio, Rotenburgi & Leiningæ Comites erant, in claustro Wiſſenburg die 29. Nov. An. MCCLXXXI. recepit. (*t*) Anno ſeq. IV. Cal. Dec. litem Abbatiæ & civitatis Weiſſenburgenſis Rudolfus præſens diremit, indeque Hagenoam perrexit. Adolfus, apud Weiſſenburgenſes medio menſe Nov. MCCXCII. verſatus, jurejurando fidei ſibi cives obſtrinxit. (*u*) Fridericus Auſtriacus civitatis à judiciis exteris libertatem *in VVizzenburgh* VI. Non. Maji MCCCXXVI. renovavit. Carolus IV. Weiſſenburgenſium de non evocando privilegium An. MCCCXLVIII. confirmavit, cum Baſilea per oppidum hoc contenderet Spiram. (*x*) Cæſares hoſpites.

Inſignia Civitatis caſtrum cum duabus turribus repræſentant, adeoque ad nomen ejus alludunt. Extat ſigillum vetus, ubi aquila biceps alis expanſis contegit caſtrum; (*y*) quo civitas, libertatem adepta, uti ſolebat. Abbas Wiſſenburgenſis An. MCCCCXXXI. ab Imperatore Sigismundo petiit, ut civitatem ad aquilam ex inſignibus ſuis tollendam adigeret. Cæſar autem civitati non aquilam modo confirmavit, ſed & eam ab omni Abbatis imperio, ut diximus, declaravit immunem. An. MDCLXXX. lilia tria ſubſtituta ſunt aquilæ. Inſignia.



(*n*) Prodiit hinc ſcriptum: *Deduction, daß VVeiſſenburg am Rhein u. Landau ihren immediat Stand, Seſſion u. Stimmen bey dem Röm. Reich . . . von unfurdencklichen jahren herbracht haben*, 4to. MDCXLVII. Præcipua hujus libelli momenta vid. ap. KREISCHILD *de Civit. Imp.* Lib. III. pag. 166. Weiſſenburgenſes jam Carolo IV. Imperante in Comitiis comparuiſſe, literæ ejus An. MCCCLVIII. ad Senatum datæ teſtantur. Suffragium innumeris dein Imperii Receſſibus à Weiſſenburgo additum legitur.

(*o*) *Deduction wegen beyder Stetten VVeiſſenberg am Rhein u. Landau wider Gostar, Mulhauſen u. Northauſen*, 4to. Strasb. MDCLIII.

(*p*) COBARUV. *Corp. Jur. publ.* Tom. I. Part. V. pag. 141.

(*q*) An. MCCXLIII. d. 21. Junii, ap. HUGON. *monum. S. Antiq.* Tom. II. pag. 294.

(*r*) An. MCCLV. Cal. Martii, teſte privilegio Hagenoenſibus dato.

(*s*) An. MCCLVII. d. 20. Sept. quo Richardus Hagenoenſes quoque diplomate munivit.

(*t*) LUNIG *Archiv. Imp.* Part. ſpec. Contin. II. pag. 131. *Du* MONT *Corps Diplom.* Tom. I. Part. I. pag. 348.

(*u*) Teſte diplomate Abbatiæ XV. Cal. Dec. Wiſſenburgi dato. Quatridyo poſt vico Godramſtein Spirenſis civitatis jura ibidem confirmavit. An. MCCXCVI. quinto Cal. Jan. Regispontano Cœnobio idem hic impertivit privilegium.

(*x*) ALBERTUS ARGENT. *Chron.* pag. 141.

(*y*) Inſignia hæc exhibet HERZOG *in Chronico Alſat.* Lib. X. Cap. I.

## §. DCCXIX.

**Regimen.** De Weiſſenburgi regimine Rudolfus I. Imp. in Transactione laudata An. MCCLXXV. ita loquitur: " Quoties opus fuerit inibi civibus ordinare vel preficere „ Conſules civitati, recurſum habeant ad Abbatem, ipſumque cives predicti requirant, „ ut per ſe, vel interpoſitam perſonam, hujusmodi Conſulum ordinationi, ſi velit, „ interſit. Quodſi facere recuſaverit idem Abbas, prenotati cives ſub fide preſtiti „ juramenti ſtatuendi & eligendi eosdem Conſules liberam habeant facultatem. „ Per Conſules hic, ut ſæpe alibi, (a) Senatores intelliguntur, quorum primarius Magiſter civium dicebatur. Fridericus Cæſar, Rudolfi I. nepos, *Magiſtro civium, Conſulibus & civibus* An. MCCCXV. literas, privilegia eorum firmantes, Turico miſit. Octo Patriciis tum conſtitit Senatus; quibus Carolus IV. An. MCCCLVIII. quatuordecim cives ex tribubus adjunxit. Priores vocati ſunt *Senatus antiquus*; ex quo Conſules deſumpti. Conſuli regenti unus ex Senatoribus plebejis additus eſt, quem *Mareſchallum* dixere; quod & Hagenoæ in uſu. Conſules nunc quatuor ſunt; inter quos ambulatorium trimeſtre eſt regimen. Non quatuordecim ſimul, ſed ſeptem tantum Senatores una in Senatum admittuntur., quorum ſinguli per vices fiunt Mareſchalli. Septem autem his Mareſchallatu functis, reliqui ſeptem in Senatu, atque his deinceps Ex-ſenatores (a) ſuccedunt. Sub hodierna periodo Regius Prætor Senatui præſidet. Magiſtratuum munera inter Catholicos ac Proteſtantes æqualiter diviſa.

## §. DCCXX.

**Advocatia.** Annuæ Senatus renovationi Advocatus provincialis vel Sub-advocatus ejus poteſt intereſſe. Advocatus urbis, qui & Scultetus ab initio dicebatur, ex nobilitate vel patritiis plerumque electus, capitales cauſas, Cæſaris nomine, in Civitate & omni Emunitatis tractu diſcuſſit. Wilhelmus, Germ. Rex, Scultetum Weiſſenburgenſem An. MCCLV. conſtituit, ut una cum Hagenoenſi & Colmarienſi nobilium cauſas dijudicaret. (b) Advocatia hæc Weiſſenburgenſis, æque ac Keiſersbergenſis, provinciali Advocatiæ obnoxia, cumque ea ſæpe conjuncta fuit. Probſtio ab Erlach, Hungariæ Regis Cancellario, & Quinque Eccleſiarum Epiſcopo, pro mille flor. An. MCCCLX. ea lege à Carolo IV. data in pignus eſt, ut ipſe, vel Vicarius ejus, fidem Advocato provinciali Alſatiæ præſtaret. (c) Advocatiam provincialem Palatini cum poſſiderent Electores, hi Weiſſenburgi conſtituerunt Advocatum. Illa vero per Maximilianum I. Imp. An. MDIV. Palatinis erepta, ex Senatu Advocatum ſibi eligendi jus civitas impetravit, quod & Carolus V. in Comitiis Wormatiæ An. MDXXI. ratihabuit, ita ut Advocati Cæſarei munus Senatori feniori potuerit committi. Urbe autem ab Electore Palatino ob motus ruſticanos An. MDXXV. ad deditionem coacta, jus iſtud Advocatiæ provinciali annexum eſt denuo uſque ad An. MDXXX. quo Cæſar avi ſui privilegium Weiſſenburgenſibus renovavit, imo ita extendit, ut non ex Senatu tantum, ſed & aliunde, nobilem vel ignobilem, Advocatum potuerint eligere. At anno ſequenti Carolus, meliora edoctus, hæc omnia revocavit, advocatiamque iſtam Advocatiæ provinciali, quam Electori Palatino reddiderat, ut cum ea more priſtino conjuncta maneret, reſtituit. Palatinus itaque Philippum de Hohenſtein An. MDXXXI. & biennio poſt Chriſtophorum de Dratt, Advocatos Weiſſenburgenſes ordinavit. Redempta vero ex Palatini manibus Advocatia provinciali, Weiſſenburgenſes ſuam quoque Advocatiam in Comitiis Auguſtanis An. MDLIX. à Ferdinando I. receperunt, qui An. MDLXI. præcepit, ut tres vel ex nobilitate, vel ex veteris Senatus aliove civium ordine, viros idoneos civitas præſentaret, è quibus Advocatum ipſe eligeret, ab Advocato provinciali deinceps rite inſtituendum. Muneris autem hujus collatione in urbem translata, *Urbici Advocati* (d) nomen eſt ortum; cujus vices regius jam agit Prætor, conſtitutus à Rege.

## §. DCCXXI.

**Judicium Graduale.** Præter Senatum aliud Weiſſenburgi Judicium eſt, *Graduale* (e) quod vocant; antiquius Senatu; Advocato urbis, (f) Sculteto, ſeptemque Scabinis conſtans, quod de

---

(a) Conf. ſupra pag. 372.
(a) *Auffſätzer.* vid. Herzog. Lib. X. pag. 178.
(b) *Receſſ. Imperii* Tom. I. pag. 31.
(c) Diploma ap. Glafey *Anecdot.* num. 195.
(d) *Stattvogt.*
(e) *Staffelgericht*, Nomen habet à gradibus lapideis, per quos in Luteram deſcenditur, in foro piſcatorio, prope Eccleſiam Collegiatam, ubi judicium olim habebatur ſub dio. Vocatur etiam Judicium Mundaticum, (*Mundat Gericht*) quoniam totam Emunitatem reſpicit; & judicium Scabinale, (*Schoffen Gericht*) quod ex Scabinis componi ur. Novus Scabinus poſt electionem hodieque ad gradus illos deducitur, & jusjurandum præſtat ſub dio, in veteris inſtituti memoriam.

(f) Habuit olim vicarium *Untervogt*, qui vero in Senatum urbis nunquam admittus eſt.

de hæreditatibus & obligationibus in urbe, ne Canonicis quidem exceptis, (*g*) & in omni Emunitate Weiſſenburgenſi (*h*) cognoſcit. Scultetum Præpoſitus, (*i*) olim Abbas, ex nobilibus vel patritiis, Scabinos vero Collegium ipſum ex Senatoribus, vel ſi hi recuſent, (*l*) civibus elegit. Primus Scabinorum Judicio præſidet; (*m*) in quo nullus fiſci procurator, quod nec cauſæ pupillorum, nec publicæ aut capitales, in eo tractantur. In Scabinorum electione paritas quoque Religionis ſervatur. (*n*) Majores noſtri etiam *Voldungs-Gericht* dixerunt. Cenſus, quem vicorum, judicio huic ſubjectorum, Sculteti Sculteto Gradualis judicii ter (*o*) quotannis, in recognitionem jurisdictionis, perſolvunt, lingua vulgari hodieque *Voldungs-pfenning* (*p*) appellatur. Cæterum non deſunt, qui ex Dagobertinæ fundationis Abbatiæ Weiſſenburg. charta Judicii hujus origines repetunt, ubi ſcribitur: " Abbas Advocatum invitet, „ reliqua vero familia legitimo loco & tempore ter in anno pro juſtitia facienda ad „ placitum Advocati debeat convenire, & in ſervitium Advocati, ſi præſens eſt, ſinguli „ ſingulos denarios ſolvere, exceptis hiis, qui ſunt in Munitate. „ Sed charta hæc interpolationum eſt plena.

## §. DCCXXII.

A Graduali judicio ad Camerale, (*q*) quod intra biennium trienniumve nonniſi ſemel habebatur, provocatio fiebat. Quatuordecimvirale hoc fuit tribunal. Abbas ex nobilibus, miniſterialibus ac vaſallis ſuis, ſeptem judices, totidemque ex patritio magiſtratus ordine conſtituit. (*r*) Nobilium primus fuit Præſes judicii; cui & alii ſubſtituti ſunt Equites duo. Judicum numerus ſi plenus non fuerat, Judicium ſiluit. Unde opus vicariis, (*s*) qui locum occuparent abſentium. Rudolfus I. An. MCCLXXV. inter alia hoc quoque judicium ordinavit, " quod in judiciis exercendis Abbas ſeptem „ ex ſuis miniſterialibus vel vaſallis mittet, totidemque perſonas ex quatuordecim „ civibus, qui vocantur *Hauſſgenotze*, ipſi Abbati à civibus Weiſſenburgenſibus præſen- „ tandos eliget, quorum, ſive majoris partis eorum ſententiæ ſtabitur. . . . Quæſtiones „ etiam, quas ab his, qui extra civitatem, in locis tamen ad Emunitatem, qui vulgo „ dicitur *Mondat*, ſpectantibus habitant, ante Cameram Abbatis deduci contigerit, „ per predictos . . decernimus terminandas. „ Cauſas, Abbati ejusve Conventui, miniſterialibus ac vaſallis, cum civibus orituras, in hoc judicio Cæſar quum juſſerit decidi, idem Germershemii An. MCCXCI. decrevit, ut Abbati non minus liberum ſit, cives in foro convenire Eccleſiaſtico. Abbas & Civitas An. MCCCCVII. novam judicii ordinationem à Ruperto Imp. petierunt, quod numerus equitum & patritiorum decreſcens judices judicio ſufficientes negaret. Statuit Cæſar, ut Abbati Miniſteriales quoscunque, modo nobiles & inter eos duo Equites ſint, conſtituere liceat. Patritiis permiſit, ut ex honeſtioribus familiis civicis ſibi quasdam adjungerent; ex quibus patritii judices poſſent deſumi. Paribus ſententiis Abbas ejusve vicarius litem decidit. Provocationes promiſcue ad Camerale hoc judicium fieri, Henricus Abbas

Camerale Judicium.

(*g*) Quod à Judicio Graduali An. MDCX. decretum, à Camerali An. MDCXIV. & a ſupremo Alſatiæ Senatu nuper ſtimatum.

(*h*) In vicis ſcil. primo illis, quos ſupra pag. 175. enarravimus, ad Præpoſitum Weiſſenburg. pertinentibus, nec non duobus, civitati Weiſſenburgenſi ſubditis, pag. 272. §. DV. Deinde nonnulli eorum, qui vinculo feudali à Præpoſitura pendent; Dux Bipontinus licet ſuos judicio huic ſubeſſe nolit: vicis item Baronia à Waldburg, *Rumdenthal & Erlenbach*, quos ab Electore Palatino, hic ab Eccleſia Weiſſenburgenſi tenuit; *Rietfelt* denique, ad ord. Teuton. qui ſpectat. Hos omnes & alios inſuper plures, qui ſec. XVI. jurisdictionem hujus tribunalis agnoverant, Herzogius refert *Chron.* Lib. X. Cap. I.

(*i*) Idem Sculteto in omnibus Emunitatis locis, excepto vico *Rechtenbach*, conſtituit; à quibus ad judicium Graduale provocatur. Codex vetus Mſ. ſtatutorum gradualis judicii in tabulario Collegiatæ Weiſſenburgenſis.

(*l*) Qui munus ſibi delatum recuſat, urbe per aliquod tempus excedere jubetur, reduxque petit à Magiſtratu, ut in numerum civium denuo recipiatur. Herzog. Lib. X. Cap. I.

(*m*) Germ. *Veiſſer*, qui convocat judices, ſuffragia colligit ac poſtremus ſententiam dicit.

(*n*) Ita quidem, ut quatuor Scabini Catholici, tres Proteſtantium factis, aut vice verſa, addicti ſint.

(*o*) Solvitur hic cenſus diebus lunæ poſt trium Regum, S. Georgii & poſt Joh. Baptiſtæ.

(*p*) *Voldung* & *Vullung* ſynonyma contracta ſunt ex voce *Erfolgung*, quæ Juris Conſulti medii ævi Germanis immiſſionem in bona debitoris ſignificat. Illuſtrat hæc Noribergenſis Reformat. Executio An. MDLXIV. Tit. 3. leg. 2. ubi reo apud judicem non comparente ſtatuitur: *Und ſoll* (Actori) *ferner Hilff und Execution, ſo man bißher* Vollung *genennt, zu ertheilen.* Seleſtadienſium leges immiſſionem hanc *Anleite* appellant.

(*q*) *Cammergericht*, quoniam in camera vel ad cameram Abbatis aut Præpoſiti habebatur: item *Ritter-gericht*, quia aſſeſſorum pars Equites erant. In diplomate Ruperti Imp. An. MCCCCVII. vocatur *das Hoegericht*, Jud cium ſuperius, *vor eins Apts Kempnaten zu Wiſſenburg.* In libro ſalico Abbatiæ Ebersheim. ap. Schilter. *Cod. Jur. Alemann.* pag. 366. ſq. legitur: *in mines Herren Keminaten & Kemenaten.* Intelligitur camera Abbatis, camino inſtructa.

(*r*) Vocantur *Ritter*, *Mann u. Hauſſgenoſſen.* Catalogum eorum ab An. MCCCCLVII. uſque ad ſua tempora exhibet Herzog. Lib. X. Cap. I.

(*s*) Dicebantur *Vverter*, quoniam expectabant, num aliquis deeſſet.

Abbas cum ægre tuliſſet, à Friderico IV. Imp. privilegium Coloniæ An. MCCCCLXXXVI. obtinuit, ut cauſæ, quæ viginti non excedunt florenos, recuſarentur, niſi à provocante de præſtandis judicii ſumptibus cautum fuerit centum florenis. Poſtremum Cameræ hujus judicium An. MDCXIV. d. 15. Aug. habitum eſt. Ab eo ad Cameram Imperii provocatum.

Graduale ergo & Camerale judicia, inter Eccleſiam Collegiatam & Civitatem communia, ad omnem ſe Emunitatem extenderant. Senatus à ſola civitate conſtitutus jurisdictionem ſuam non ultra urbem extendit.

## §. DCCXXIII.

Statuta. Nobiliſſimam Emunitatis partem cum Weiſſenburgum conſtituerit, Mundaticis ſtatutis quoque recti ſunt cives. Perantiquæ ſtatuta hæc originis ſunt. Permittunt, ut conjuges, ſi liberi deficiant, excluſis aſcendentibus, ſibi invicem ſuccedant. Si liberi adſunt, jus devolutionis, ut apud Colmarienſes & Seleſtadienſes &c. obſervatur. Prioris matrimonii liberi in bona avita, quæ durante illo matrimonio jure ſucceſſionis parens acquiſivit, ſoli ſuccedunt. Poſterioris matrimonii liberi, pari ratione, ceteros ab avita ſucceſſione excludunt, quæ durante hoc matrimonio parentibus obvenit. Lex hæc reſpectu liberorum, ut jus devolutionis reſpectu parentum, dura eſt.

## §. DCCXXIV.

Religio. Weiſſenburgum liberæ Civitatis cum attigiſſet faſtigium, quæ ſuis ipſa rebus proſpiceret, in ſacris quoque ordinandis ſibi proſpicere ſtuduit. Henricus Moterer, Eccleſiæ S. Johannis paſtor, & Joh. Merckel de Cleburg, Capellanus, Lutheri placita probantes, An. MDXXII. ad matrimonium tranſierunt. Martinus Bucerus, (*t*) Landſtulio adveniens, per ſex ibi concionatus eſt menſes, ad publicam diſputationem Franciſcanos identidem provocans. Senatus tamen paulo poſt, Spirenſis Epiſcopi territus minis, Bucerum rogavit, ne civitatem in periculum adduceret; quare cum Moterero paſtore Argentoratum diſceſſit, ibique diſceſſus ſui rationes ſcripto (*u*) expoſuit. Auguſtinianorum plures tum deſeruerunt Cœnobium. (*x*) Supervenit An. MDXXV. ruſticorum tumultus, quibus devictis, urbeque per Electorem Palat. expugnata, Lutheranis miniſtris Catholici ſacerdotes ſuffecti ſunt. Novennio poſt Georgius Kres, ad D. Michaelem Paſtor, Auguſtanæ Confeſſioni acceſſit, pronumque ad eam Magiſtratum invenit; qui à Capitulo, patronatus jura exercente, obtinuit, cœtui ſuo ut Kreſius præeſſet, donec convocaretur Concilium. Hunc & Eccleſia Johannæa cum omni Magiſtratu civibusque brevi ſecuta eſt. Lis de alendis verbi miniſtris, inter Capitulum & civitatem diu agitata, An. MDLX. per arbitros in quinquennium deciſa eſt. (*y*)

Judæis ab An. MCCLX. incolatum Weiſſenburgenſes negarunt. Plures eorum tum ad rotam damnati, vel urbe proſcripti ſunt, quod parricidii, in puero Chriſtiano patrati, accuſarentur; cujus monumentum in Collegiata adhuc perſtat Eccleſia. (*z*) Carolus IV. Judæos quidem recipi, eorumque tributa inter Cæſarem ac Civitatem dividi voluit, ita tamen, ut hæc partem ſuam in munitiones converteret. Pacta, ab urbe Weiſſenburg. cum Judæis inita, Ferdinandus I. An. MDLXII. irrita declaravit.

Literæ. Nec Viri doctrina celebres Weiſſenburgo defuerunt. Otfridus, omnium Alſatiæ Literatorum, quos novimus, primus, ſec. IX. Theotiſcæ & Rhytmicæ Evangeliorum paraphraſeos auctor, Weiſſenburgenſis cœnobita fuit, qui opus ſuum Lud. Germ. Regi, & Archiepiſcopo Moguntino inſcripſit. Amalricus, Epiſcopus Spirenſis, qui An. DCCCCXIII. obiit, cunctos ſui ævi magiſtros eruditione antecellens, (*a*) monachus in eodem Monaſterio vixit. Seculo decimo ſexto ineunte Jodocus Ludo-

vicus

(*t*) Chytraeus in *Chron. Saxoniæ* Lib. X. pag. 399.

(*u*) Martins Butzers *an ein chriſtlichen Rath und Gemeyn der Statt Weiſſenburg ſummary ſeiner predig daſelbſt gethon, mit anhangender verfach ſeines abſchreydens*, 4to.

(*x*) Ordinis Auguſt. Provincialis inter venditi Weiſſenburgenſis monaſterii cauſas An. MDXXVI. refert: *Zu dem ſich Matthæus Zyntring ſamt andern perſonen deſſelben Convents des meren theyls zu zyten der Lutheriſchen lere vermeinter weyſe in elichen ſtande gethon &c.*

(*y*) Lunig *R. A.* Part. Spec. Tom. I. pag. 492.

(*z*) Annal. Colmar. ad An. MCCLX. pag. 7. « Interfecerunt Judæi in Wiſſenburg puerum. » Hertzogius Lib. X. pag. 197. ſqq. rem fuſius, quam neceſſe erat, refert ad An. MCCLXX.

(*a*) Vid. Anonymus ap. Schannat. *Vindem. Literar.* Part. I. pag. 7.

vicus Decius (*b*) patriam ſuam plurimum ornavit. Diligentiſſimus Rerum Alſaticarum ſcriptor, Bernh. Herzogius, Weiſſenburgi quoque natus eſt; uti & duo alii, Eucharius Artzt (*c*) & Balth. Boell, (*d*) in patriæ ſuæ civitatis rebus conſignandis, non ſine laude, verſati. Gymnaſium Argentinenſe, propter graſſantem in ea urbe peſtem, Weiſſenburgum fuit ad tempus translatum. (*e*)

## §. DCCXXV.

Inter Memorabilia hujus urbis referendæ ſunt turbæ, quas An. MCCCCLXIX. ſuſcepta à Friderico Palatino, Victorioſo, Abbatiæ Weiſſenburgenſis reformatio excitavit, monachis civibusque inviſa; unde reformatores in vitæ diſcrimen adducti. Sedatus per Senatum tumultus, anno ſequenti majore vi in Palatinum erupit. Novi, quos ille nuper in expulſorum locum ſuffecerat, Abbatia & urbe expulſi, veteresque recepti ſunt monachi. Palatini Præfectus ſpoliatus & captus eſt. "Palatinus ergo „ oppidum Weiſſenburg manu ſuorum valida, ut Taithemius (*f*) loquitur, obſedit, „ & locatis in deſerta Præpoſitura quatuor turrium militibus, per totam fere hyemem „ urbem fortiter impugnavit. Tandem Argentinenſes & quidam alii cives regni „ viciniores inter Comitem Palat. & Weiſſenburgenſes pro pace laboraverunt: „ quorum interventu concordia ſub certis fuit conditionibus reformata, & ſoluta „ obſidio. „ Friderici patrui ſucceſſor, Philippus, Abbatiam & Civitatem per Jo. Dratt, aulæ ſuæ mareſchallum, multis modis vexavit; unde factum, ut "multi egregii juvenes „ in externas nationes migraverint. Alii in Galliam, quæ propior eſt, alii in Italiam, „ plerique in Sicambros tranſiere, multo major pars in Poloniam conceſſit, atque ita „ à centum ferme annis Polonia, potiſſimumque Craccovia, Wiſſenburgenſium domicilium „ fuit. „ Hæc Decius, (*g*) de quo paulo ante jam actum. Memorabilia.

## §. DCCXXVI.

An. MDXXV. tumultus ruſticorum in Palatinatu, Epiſcopatu Spirenſi, in Gutenbergenſi, Cleburgenſi & Fleckenſteinenſi, tractibus ortus, Weiſſenburgum quoque commovit; (*h*) eidem, uti Seleſtadio, minatus extrema. Magiſtratus quidem novo fidei jurejurando adſtrinxerat cives; at ruſticorum, circumcirca furentium, ſuperbia, & ſuperveniens in oppido incendium, cujus culpa Abbatiæ in Collegiatam nuper converſæ adſcripta, plebem concitavit; quæ ſpretis magiſtratus decretis Stephanianam Eccleſiam diruit, cenſiticos Collegiatæ libros combuſſit, & duriora minans, d. 13. Junii inter alia propoſuit, ut recipiendi ac dimittendi parochum jus Magiſtratui Collegiata concederet, publica civitatis onera cum ceteris incolis ſuſtineret, neminem civium ad alios, quam domeſticos judices traheret, quatuor Eccleſiæ molendina traderet civitati; nihilque eorum, quæ tumultu direpta, repeteret. Has conditiones & alias accepere Canonici d. 26. Junii, Conſulum ſeniori jusjurandum præſtantes. (*i*) Electo Palatinus, de rebus his per Rudigerum Præpoſitum certior factus, cæſo prope Pfedersheimium, Epiſcopatus Wormat. oppidulum, ſeditioſo agmine, verſus urbem, turbatæ pacis publicæ ream, cum Trevirenſi Electore proceſſit. Minfeldæ quidem, intercedente Ruſticorum turbæ.



(*b*) Siglamundi, Poloniæ Regis, Secretarius & Orator, Lateranenſis & Imperialis Palatii Comes, Publicavit & continuavit Machovii *Chron. Polonor.* Cracoviæ MDXXI. fol.

(*c*) Scripſit *Chronicon VVeiſſenburgenſe* An. MCCCCXL. quod extat in Bibliotheca Palatino-Vaticana, num. 216. De ejus gente patritia vid. Herzog. Lib. X. pag. 211.

(*d*) Vir apud Weiſſenburgenſes Conſularis, cujus Hiſtoriam Civitatis Weiſſenb. ſub titulo: *VVeiſſenburger Statsrechts*, inter Mſſ. meos Codices aſſervo.

(*e*) Vid. in Argentina pag. 341. §. DCXXXVIII.

(*f*) *In Rebus geſtis Friderici Palat.* ad An. MCCCCLXX.

(*g*) In libello alleg. *de Sigismundi Regis temporibus*, pag. 108. Idem Decius pergit ita: "Conſtat „ annis abhinc octuaginta circumactis Reinfredum, „ virum nobilem, ex Wiſſenburgo ortum, propter „ belli metum relicta patria Poloniam ingreſſum, „ apud Craccoviam ſedes locaſſe. Hic Polonica „ aſſumpta conjuge, paulo poſtquam res firmaverat, „ Severinum Bethmanum, genere quoque nobilem, „ in Poloniam deduxit. Reinfredus vero abſumptus „ teſtamento Severino conjugem reliquit, qua „ aſſumpta apud Craccoviam omnes honores Maſiſtratusque adſequutus eſt. Paulo poſt Federicus, „ Joannes, Jodocus & Nicolaus Schillingi Wiſſenburgenſes Craccoviam inducti fuere, qui item „ paulo poſt Chriſtophorum Petrum & Federicum „ Herſteinios, ex matre germanos, Joannem Helvigum nepotem, iiem Wiſſenburgenſes evocarunt. „ Hos ſequutus eſt Joannes Bethmanus, Severini ex „ fratre nepos, & aliquanto poſtea Eraſmus & Ven„ delinus, hujus fratres, & ipſi Wiſſenburgenſes. „ Hos iterum Jacobus Vetter, poſt hunc Jodocus & „ Jacobus, Ludovici Decii fratres, poſt hos Fede„ icus & Balthaſar Smalczii fratres; poſtremo Jo. Lembock „ & multi alii adoleſcentes egregii, hoc Regnum in„ greſſi ſunt, atque ita in hanc ætatem Wiſſenbur„ genſium Polonia patria habita eſt. . . . Si modo „ eorum familias, quibus in Polonia auctæ ſunt, „ referre liceret, cognoſceres haud parvam Craccoviæ „ ſobolem Wiſſenburgenſi ſanguine prognatam eſſe.

(*b*) Auctorem tumultus intra Vaſgoviæ montes civem Weiſſenburgenſem, nomine Bacchum, refert Hub. Thomas Leodius in *hiſt. Sedit. ruſticanæ* ap. Freherum *Scriptt. rer. Ger.* Tom. III. pag. 291.

(*i*) Boell *Chron. Weiſſenburg.* MS.

Mœrſpergenſi Barone, Sub-Advocato Provinciali, in pacis conditiones utrimque conſenſum; ſed Weiſſenburgenſibus pacta adimplere cunctantibus, oblidionis initium d. 8. Julii factum, (*l*) & quatriduo poſt ad novas conditiones, prioribus longe duriores, ſignandas, coacta eſt civitas; (*m*) quibus omnia in eum, quo ante tumultum fuerant, ſtatum reſtituta ſunt, at principes factionis ad ſupplicium, tormenta bellica cum octo mille florenis, victori tradere, fugitivum nullum inſcio Advocato provinciali in urbem recipere, Advocatiam urbis Cæſari reddere, pœnamque in Comitiis Imperii dictandam ſubire, juſſi ſunt cives. Electores duo cum bis mille equitibus oppidum ingreſſi ſunt. Tribus reis, inter quos Capellanus eccleſiæ S. Johannis, amputatum eſt caput. Civitas tamen anno ſequenti liberior facta, ob vim ſibi illatam, promiſſis ſe teneri negavit. At Fiſcus Imperii actionem perduellionis contra eam in Camera Spirenſi inſtituit. Sententia tandem menſe Majo MDXXX. lata VVeiſſenburgum abſolvit.

## §. DCCXXVII.

Vogelſperger. An. MDXLVII. Sebaſtianus Vogelsberger, civis Weiſſenburgenſis, militia inſignis, (*n*) ad Henrici II. Galliæ Regis inaugurationem decem peditum ſigna adduxit. Redux criminis læſæ Majeſtatis à Carolo V. poſtulatus, per Lazarum Schwendium Weiſſenburgi comprehenſus, Auguſtæ Vindelicorum menſe Febr. plexus eſt capite. (*o*) Bona ejus fiſco addicta, triennioque poſt civitati Weiſſenburgenſi pro tribus millibus aureorum vendita.

Idem Henricus II. An. MDLII. libertatem Germaniæ vindicaturus, cum exercitu ſuo Hagenoa Weiſſenburgum menſe Majo pervenit; ac per Bipontinas ditiones & Weſtriam in Galliam rediit, poſtquam transactionem inter Ferdinandum & Mauritium Paſſavii initam intellexerat. (*p*) Urbs grave damnum tum paſſa. (*q*) Albertus, Brandeburgicus Marchio, conſcriptis contra Cæſarem copiis, Statibus Imperii hinc inde vexatis, Weiſſenburgum quoque ad decem millia florenorum ſolvenda coegit. Carolus V. Imp. menſe Sept. per idem oppidum traduxit exercitum. Decennio poſt Ferdinandus I. Imperator Weiſſenburgum, Hagenoam, Colmariam, invifit. An. MDLXX. Maximiliani II. Imp. filia, Carolo IX. Galliæ Regi deſponſata, ex Germania in Galliam pergens, in Ordinis Teutonici Præceptoria Weiſſenburgi pernoctavit. Henricus Valeſius, Poloniæ Rex, Caroli IX. frater, quadriennio poſt menſe Jan. hac quoque tranſivit.

## §. DCCXXVIII.

Bella ſec. ſuper. Perpetuæ, quæ ſuperiore ſeculo Germaniam agitarunt, turbæ Weiſſenburgo quoque funeſtæ fuerunt. Tricennali bello ſæpiſſime capta, recepta, (*r*) Auſtriacorum, Suecorum, Gallorum, Weimarienſium, dominationem alternis fere vicibus ſubiit. Bello finito miſeræ civitati, ad centum & quadraginta cives redactæ, pro ſatisfactione Suecica nongenti & quinquaginta duo ſupra decies & quater mille floreni imperati ſunt. An. MDCLXXIII. urbs munimentis ſuis, ut, jam dictum, denudata. Gallos, in ea hiemantes, novoque, quod fecerant, vallo leviter munitos, quinquaginta hoſtium manus, Lutra Cæſarea Dalckio duce digreſſa, menſe Martio anni ſequentis ex improviſo adorta eſt, cæſisque triginta circiter præſidiariis inſignem ſecum prædam abduxit. Ultimo Aprilis redux trecentorum Gallorum cohors urbem diripuit. Broſſius ſine Januarii MDCLXXVII. expilatis civibus ac templis, faces oppido ſubjecit, quo incendio curia cum ſcrinio publico & ſeptuaginta ædibus conflagravit. (*s*) Anno hujus ſeculi

(*l*) Obſidionem hanc deſcribit Petrus Crinitus *de bello ruſticano* ap. Freherum *Scriptor. rerum German.* Tom. III. pag. 277.

(*m*) Quas vide ap. Herzog. Lib. X. pag. 208.

(*n*) Domus Vogelbergeri hodieque prope Collegiatam ſubſiſtit; ubi ejus imago, qualis An. MDXLI. ætatis 36. fuerat, anaglyphico opere ligno exſculpta conſpicitur.

(*o*) Sleidanus Lib. XX. Thuanus Lib. III. Cap. XII. & Lib. V. Cap. VII.

(*p*) Idem Lib. XXIV. *Chron. Lutrenſe* in Mieris *Antiquitat. Palat.* pag. 267.

(*q*) Munsteri *Coſmographia* Lib. III. pag. 576.

(*r*) Sub finem anni MDCXXI. & initio ſeq. urbs Mansfeldica invaſione multum agitata fuit. Turma equitum, d. 28. Nov. eam ingreſſa, direptis aliquot Canonicorum curiis, grandem pecuniæ ſummam à Capitulo exegit. *Cod. mſſ. Collegiatæ V Weiſſenburg. rer V Weiſſenburgi ab An. MDXIII. ad MDCXXII. geſtar. referens.* An. MDCXXXI. Cæſareus Sueci, An. XXXIII. Suecos Cæſarei, hosque iterum d. 25. Apr. Sueci expulerunt. Chemnitz. *Schwed. Krieg.* Part. II. pag. 107. A Suecis d. 1. Nov. MDCXXXIV. Gallis, à Gallis d. 12. Mart. anni ſeq. Bernhardo Weimar. urbs tradita. Weimarienſis exercitus An. XXXIX. redux Imperiales, mox tamen reverſuros, ejecit.

(*s*) Exponit hæc uberius libellus tum impreſſus: *Frantzoſiſche Pluenderung der Statt Cron-V Weiſſenburg*, 4to. MDCLXXVII.




Sabbier. del.

1. Ecclesia Collegiata et parochialis. 2. Monast







*ium Augustin . 3 . Castellum . 4 . Porta Francica .*

*J. A. Chovin. sculp.*

ſeculi quinto Weiſſenburgum à Cæſareis cum Landavia captum, à Gallis paulo poſt receptum, quod etiam Auſtriacorum irruptione An. MDCCXLIV. contigit; (*t*) à quo tempore munitionibus novis identidem ornatur. Inter felicilſima autem urbis fuæ fata ſexennalem (*u*) Stanislai, Poloniæ Regis, cum regia conjuge filiaque, nunc Galliæ Regina, moram in ea factam cives nunquam non referent.

## LANDAVIA.

### §. DCCXXIX.

In Spirigovia veteri (*x*) & inferiore Vaſgovia, quatuor à Rheno leucis, inter Weiſſenburgum & Spiram, Landavia jacet, quam Alſatiæ borealis limes perfluit Queicha; potiore urbis parte ad ſiniſtram ejus ripam ſedente. Obſidionibus ſuis decantata hæc civitas vicinos Vogeſi colles ad occaſum aſpicit, decurrentes in plana, qui lætam fertilitate ſua faciem offerunt. Vitibus, frugibus, graminibus, ſilvis, omnis ille tractus abundat. Quadringenti vici, burgi, oppida, oppidula, urbem undique cingunt. (*y*) Situs.

Origines ſuas, ut urbes pleræque, ignorat Landavia. (*z*) Sunt, qui eam ad Romana jam tempora; ſunt, qui ad Francica ponunt, Landfridi, Alemannicæ Ducis, nomine inducti. Vocabulum *Landau* Germanis Provinciæ augiam, (*a*) id eſt, regionem vivis aquis irriguam, deſignat. Memoriam ejus ante Rudolphum I. in monumentis fruſtra quæſivi. An. MCCLXXIV. primum, & quidem non ut vicus, ſed ut oppidum, in Leiningenſis Comitis ditione, in Queichheimenſis vici parochia, ſitum, Landavia occurrit. Brevi poſt idem Imp. eam vindicavit Imperio, ac civitatis Imperialis juribus ornavit; unde majora indies incrementa locus accepit, quem antea Leiningenſes, ut pignus Imperii, poſſediſſe videntur. Caſtellum ſeculi ejusdem fine per Johannem de Rymberg ibidem exſtructum, ac paulo poſt dirutum eſt. Feuda tamen ſubſtiterunt caſtrenſia; quorum poſſeſſores viri caſtrenſes (*Burgmanner*) dicebantur. Jus feuda læc, quæ erant Imperialia, conferendi, cum reliquis Cæſareis juribus Maximilianus I. civitati An. MDXVII. pignori dedit. Vicorum *Iſingen*, *Oberbornheim* (*b*) & *Mulhauſen*, in illis tractibus tum ſitorum, incolæ novo oppido vires & incrementa dederunt, quod vicos illos abſorpſit. Origo.

Landaviam mœnibus, propugnaculis, turribus, foſſisque profundis ſuo jam ævo munitam repræſentat Münſterus. An. MDCLXXXVI. Ludovici XIV. impenſis munitiſſimam Europæ urbium formam Landavia induit. (*c*) Præter regularia ſex propugnacula multæ munitiones, vineæ, cuniculi, cameræ protegunt urbem; cui fortalitium, colli adjacenti impoſitum, imminet. Civitatem nonniſi duæ portæ aperiunt. (*d*) Cum An. MDCLXXXIX. maxima pars urbis periiſſet incendio, elegantiores novæ domus exſtructæ, platææ directiores ſunt redditæ; ampliſſimum in medio conſtitutum eſt forum. Munitio.

### §. DCCXXX.

Eccleſia Collegiata & Monaſteria duo Landaviæ occurrunt. Collegiata, B. Virgini ſacra, Decano & tribus Canonicis conſtat, quorum unus eſt Parochus urbis. Chorus Capitulo ſemper proprius fuit. Navis Catholicis & Proteſtantibus communis. Eccleſia hæc Prioratus Fratrum Steygenſium, Ord. S. Auguſtini, fuit; à Steygenſi Epiſcopatus Argent. Prioratu (*e*) pendens, & ab Emichone, Leiningæ Comite, An. MCCLXXVI. fundatus, cui Adolfus Imp. parochialem Queichheimii eccleſiam cum reditibus ejus An. MCCXCIV. donavit. Monachi tum Landavia Queichhemium, indeque deinceps Landaviam iterum translati ſunt. Sixtus IV. An. MCCCCLXXXIII. Monaſterium in Collegiatam convertit. Plebaniam, Capitulo junctam, Leo X. Papa An. MDXVII confirmavit. An. MCCCXLIX. ædificata eſt Eccleſiæ turris. (*f*) Eccleſia Collegiata.



(*t*) Auſtriaci, Rheno ſub Caroli Lotharingi ductu trajecto d. 5. Jul. Weiſſenburgum occuparunt mane, veſperi à Gallis ejecti; triduo poſt novis viribus reducti ad 22. Aug. ibidem commorati ſunt.

(*u*) Ab An. MDCCXIX. utque ad MDCCXXV.

(*x*) De Spiringovia vid. pag. 127.

(*y*) Ante duo jam ſecula in circuitu duorum Germaniæ milliarium 350. villas & vicos Landavienſes numerarunt; teſte Munstero *Coſmogr.* Lib. III. Cap. CLV. Vici in Palatinatu permulti oppida æquant.

(*z*) Teſte Munstero loco cit.

(*a*) *Der Landt aw*; uti in ſuperiore Alſatia *Landt cron*, *Landt ehr*, *Landt burg*,

(*b*) Qui etiam à S. Juſtino nomen habuit. Decimas agri alioque in eo bona Halleri & Langii ſec. XVI. ab Imperio in feudum tenuerunt. Moser *Reichs Hoffrath-Proceſſ.* Tom. III. pag. 736.

(*c*) Vicus Queichheim Vaubanio ad munitionem aptior ab initio eſt viſus, quod à collibus remotior. At facili labore Queicham ibi poſſe diverti cum intelleciſſet, mutavit conſilium.

(*d*) Quarum altera Alſaticam reſpiciens, *Francica*, altera, ad Palatinatum ducens, vocatur *Germanica*.

(*e*) Qui Tabernas poſtea translatus. Vid. ſupra pag. 136. §. CCXXXIII.

(*f*) Teſte inſcriptione ad hanc turrim.

Monaſteria. Monaſterium Auguſtinianorum ante Steigenſes ibidem extitiſſe, conſtans traditio eſt. Nobilem feminam, Cuſam de Hohenſtatt, illud circa An. MCC. exſtruxiſſe, Acta Cœnobitarum produnt. Auguſtiniani hi durantibus religionis motibus in urbe, uſque ad hunc diem, perſtiterunt.

Capucini An. MDCCXL. recepti. Sanctimonialium incluſarum Cœnobium eo, quo caſtellum ante fuerat, loco ut inſtitueretur, Fridericus Pulcher Rom. Rex An. MCCCXV. conceſſit. (*g*) Quin & Beguinas Landavia aluit, quibus An. MDVIII. Senatus injunxit, ut ægrotis operam præſtarent; (*h*) ſed hæ, ut alibi, abrogatæ ſunt pridem.

Extat ibi quoque civicum & militare Noſodochium; quorum poſterius ſumtibus urbis An. MDCCXXXVII. reſtauratum. Curia Senatus An. MDCXCII. exſtructa eſt.

## §. DCCXXXI.

Incolæ. Civitas omnis, in XIII. Tribus deſcripta, ter mille quadringentos & octoginta incolas nuper comprehendit. (*i*) Brackii, Helmſtadii, Horneckii, Mulhoſii, Rambergii, Schnidelauchii, Steinii, Walsdorfii, Zeiskemii aliique nobiles, qui ibidem habitaverant, à publicis quidem civium oneribus liberi, Magiſtratui tamen jurejurando obnoxii fuerunt; quod An. MDXI. Maximilianus I. omnes juſſit præſtare. Ex nobilibus his nonnulli feuda caſtrenſia Landaviæ poſſidebant, & in caſtro Drachenfels Ganerbiales erant; unde Ganerbiatus hujus ſocii omnes, de rebus ſuis inter ſe deliberaturi, An. MDXXII. convenerunt Landaviæ. (*l*) Inter familias non nobiles ſec. XVI. Boneriana (*m*) inclaruit.

## §. DCCXXXII.

Privilegium Rudolfi I. Imp. Libertatis Landaviæ, uti Weiſſenburgi, auctor fuit Rudolfus I. Imp. qui eam ad Emichonis, Comitis Leiningenſis, cui oppignerata fuiſſe videtur, petitum mercatus hebdomadalis privilegio, & omnibus Hagenoenſium juribus An. MCCLXXIV. Hagenoæ munivit. (*n*) Paulo poſt Landaviam à vinculo, quo Leiningenſibus adſtricta erat, Rudolphum liberaſſe colligimus, quod is An. MCCXCI. Id. Apr. Selſæ cum eſſet, civibus ſuis de Landowe indulſit: „ ut omnibus libertatibus & juribus, quibus cives de „ Hagenowe ab Imperatoribus & regibus dotati, vel quibus hactenus gaviſi ſunt, „ uterentur. (*o*) Idibus Junii idem, Landaviæ præſens, „ in Landowe, noſtro & „ Imperii oppido, utpote in loco ad hoc apto, hebdomadale forum quinta feria „ perpetuo celebrandum „ firmavit. Alio ejusdem diei inſtrumento civibus, „ qui „ tanquam novella plantatio congregati eſſe dinoſcimini, in Landaw oppido, quod „ pro nobis & imperio duximus retinendum „ plenum jus utendi lignis in ſilva *Heingereite* cum circumjacentibus vicis commune adſcripſit. „ Jura feudorum pro „ ſe & heredibus ſuis conquirere, habere ac in perpetuum poſſidere, „ triduo ante iisdem civibus conceſſerat Rudolfus. Manifeſta hæc Imperialis civitatis teſtimonia ſunt, quam prærogativam ab An. MCCXCI. variis ſub fatis Landavia conſtanter defendit.

Adolfi Imp. Succeſſor Adolfus, translationem mercatus ex vico Mulhauſen in oppidum Landau, à Rudolfo I. factam, confirmans, duodecim libras Hallerorum Capitulo Spirenſi, cui translatio hæc nocuit, Landavienſes quotannis præſtare juſſit; iiſque viciſſim Curtim Imperialem *Dambeim*, quæ in vicum denique excrevit, cum hominibus, terris, ſilvis & omni juriſdictione, An. MCCXCII. donavit.

§. DCCXXXIII.

(*g*) Chartular. Landavienſe.

(*h*) Acta Senatus Landav. Vol. A.

(*i*) Catholici 1559. Lutherani 1770. Reformati 35. Judæi 117. anno ſeculi hujus quinquageſimo ſecundo numerati ſunt.

(*l*) Plurium ad Rhenum pagorum nobiles ſexennale pactum confraternitatis cum Landaviæ inierunt, cujus fœderis caput & præſes conſtitutus eſt Franc. de Sickingen. Extat ap. Goldast. *Reichs-handlungen* pag. 108.

(*m*) Johannes Bonerus, Landavienſis, opibus ex mercatura in Polonia auctus, apud Caſimirum, Joannem Albertum & Alexandrum, Poloniæ Reges, in pretio habitus eſt. Sub Sigismundo remp. ſeptus ſuſtinuit; inſigni apud Regem gratia florens. Bonerus Jacobum, Fridericum & Andream fratres ſuos in Poloniam vocavit; ipſe antea à Weiſſenburgenſibus in Polonia ſtabilitis vocatus. Refert hæc Decius, Weiſſenburgenſis ipſe, in libro An. MDXXI. Cracoviæ edito, quem ſupra allegavi.

(*n*) Chartular. civitatis Landav.

(*o*) Diploma ap. Lunig. *Reichs-Archiv* Contin. IV. Tom. I. pag. 1282.

## §. DCCXXXIII.

Albertus I. An. MCCCVII. jurium ac privilegiorum urbis Hagenoenſis conceſſionem renovavit, ita tamen, ut in conjugum ſucceſſione Spirenſium conſuetudinem obſervari juberet. (*p*) Fridericus III. præmiſſa generali privilegiorum confirmatione, gabellam vini ſeu "*Ungeltum* in oppidi fortificationem vertendum, & ad neceſſariorum reparationem „ ſeu reformationem„ Cal. Aprilis An. MCCCXV. Senatui addixit; eodemque die promiſit, quod Landaviam nunquam in feudum conferre aut alio quocunque modo vel forma alienare velit. Ludovicus Bavarus Landaviæ, Friderico Auſtriaco, æmulo ſuo, addictæ, cum eſſet infenſus, Spirenſi civitati primo, dein Epiſcopo eam oppigneravit, univerſa tamen, quæ à prioribus Germaniæ Regibus acceperat, jura ac privilegia eidem ſervans. (*q*) Udenhemio, ab Epiſcopo Spir. in oppidum erigendo, An. MCCCXXXVIII. jura & privilegia Landaviæ conceſſit. Carolus IV. de non evocandis & à Sculteti ſui judicio diſtrahendis civibus privilegium An. MCCCXLIX. impertivit, idque Lamberti, Epiſcopi Spir. rogatu An. MCCCLXVII. renovavit. Factum hinc, ut Landavia Principum, Comitum ac CivitatumAlſatiæ fœderi adverſus judiciaWeiſphalica An. MCCCCLXII. accederet, ac Judicum iſtorum literas An. MDXXV. cum proteſtatione in Weiſphaliam, unde venerant, remitteret. Maximilianus I. Caſparo Morimontio, Alſatiæ advocato, An. MDIX. præcepit, ut Landaviæ, quamvis oppigneratæ, jura contra quosvis tueretur. (*r*) Ceteris Alſatiæ Civitatibus liberis, Advocatiæ provinciali adſcriptis, urbs aperte tum juncta eſt. Biennio poſt plenaria ejus ex Spirenſis Epiſcopi manibus ſecuta redemtio. Quæcunque vero Cæſari & Imperio, præter ſummum Imperium, Landaviæ jura competebant, ea oppignerationis titulo An. MDXVII. tradita ſunt civibus. (*s*) Summariam denique privilegiorum & cum Advocatia provinciali nexus confirmationem à Carolo V. Imp. Wormatiæ An. MDXXI. impetravit Landavia. (*t*) De civitatis hujus in Comitiis Imperii ſedendi jure & ordine ſuperius actum. (*u*) Albert. I. & ſeq.

Speciale ſuper monetam diploma, Landavienſibus datum, non equidem reperi. Hagenoenſium tamen jura, per Cæſares generatim conceſſa, jus quoque comprehenderunt monetæ.

## §. DCCXXXIV.

Landavia non ſemel hoſpitata eſt Cæſares. Rodolphus I. An. MCCXCI. Junio menſe aliquot Chartas in ea ſignavit. Anno ſequenti Adolphus d. 15. Nov. munificus hoſpes (*x*) eam inviſit, biennioque poſt in feſto nativitatis ibidem Curiam celebravit. (*y*) Ludovicus Bav. in caſtris prope Landaviam VI. Kal. Sept. An. MCCCXIX. ad civitatem Arg. literas ſcripſit. Maximilianus I. d. 24. Aprilis MDVIII. cum quadringentis equis, Duce Mediolanenſi, Marchione Brandenburgico, Baſilienſi, Argentinenſi & Wormat. Epiſcopis huc appulit. (*z*) Idem Maximilianus ultimo Februarii MDXIII. literas ad Marchionem Badenſem Landaviæ ſcripſit. (*a*) An. MDLII. Carolus V. Metim obſeſſurus, ſedecim dies Landaviæ hæſit. (*b*) Inſignia civitatis Landavienſis porta turrita, cuſtodibus munita, cum leone ſuperius, conſtituit. Aquilæ bicipiti, urbis Imperialis ſigno, quæ nonnunquam inſerta portæ conſpicitur, lilium Francicum ſucceſſit. Cæſarea hoſpitia.

Annua Imperii ſteura ducentarum librarum Hallenſium fuit; Epiſcopo Spirenſi, vel ipſi civitati identidem oppignerata. Onera publica.

In noviſſima Imperii matricula cenſus Landaviæ 2. equitum & 18. peditum ad expeditiones Romanas, ad Cameram vero 45. flor. occurrit. (*c*) Advocato provinciali, ex conventione An. MDCLXXIX. cum Montclario facta, quadringentas libras Franc. urbs quotannis perſolvit.

## §. DCCXXXV.

Landaviæ regimen Hagenoenſi & Weiſſenburgenſi in pleriſque reſpondit. Scultetus Cæſarens cum XII. Scabinis jus primitus dicebat. In literis Senatus An. MCCXCII. *Conſtrenſes*, *Scabini* & *Conſules* memorantur. In ſynchrona Rudolfi I. Charta *Conſules* tantum; in alia Friderici Auſtr. An. MCCCXV. *Conſtrenſes* & *Conſules* occurrunt. Per Conſules heic, ut alibi ſæpius, ſenatores intelliguntur, qui primo illo tempore ex nobilitate Regimen.



(*p*) Statuta Spirenſis civitatis hac de re vid. ap. LEHMANN *Chron. Spir.* Lib. IV. Cap. XXI. pag. 296.
(*q*) LUNIG. *R. A.* Contin. IV. Tom. I. pag. 1282. num. 2.
(*r*) Ibidem num. 3.
(*s*) Literæ reverſales Magiſtratus ap. LAGUILLE Probat. pag. 109.
(*t*) LUNIG loco cit. num. 7.
(*u*) In Weiſſenburgo pag. 391.
(*x*) Curiam Imperialem *Dambeim* civitati donans. vid. pag. 372.
(*y*) ANNALES COLM. ad An. MCCXCIV. pag. 28.
(*z*) In Erhardi de Helmſtett ædibus pernoctavit. Acta Senatus Landav. vol. A.
(*a*) In JOANNIS *Spicileg. Tabular.* pag. 529.
(*b*) SLEIDANUS *Commentar.* Lib. XXIV.
(*c*) CORTREJ. *Corp. Jur. publ.* Tom. I. Part. V. pag. 178.

quoque desumti sunt. Chartæ hæ silent Scultetum; at Carolus IV. in Charta An. MCCCXLIX. Landavienses in Sculteti sui judicio justit comparere. Civitas Spirensi Episcopo oppignerata tum erat, qui pro Imperatore Scultetum constituit. (*d*) Urbe autem per Maximilianum redempta, Sculteti officium cum ceteris Imperatoriis juribus Civitas ipsi An. MDXVII. in pignus accepit. Scabini jus dixerunt; pronunciavit Scultetus, judicii præses.

Viginti quatuor senatores annui, ex Tribubus eligendi, ut adjungerentur Scabinis, An. MCCCLXI. cum peteret Civitas, Cæsareo nomine consensit Episcopus. Senatores bi non ad jus dicendum, sed ad publicarum & œconomicarum rerum tractationem admissi, ad duodecim denique, non annuos, sed perpetuos; Scabini (*e*) autem duodecim ad quatuor reducti sunt, qui sensu recepto *Consides* (*f*) hodieque vocantur. Senatorum autem primus, ut Hagenoæ & Weissenburgi, appellatur *Marschallus*, quod munus inter quatuor olim, nunc inter omnes Senatores ambulatorium est. Consules Consulem ex Senatorum ordine, etiam ex civibus; Magistratus omnis Senatores ex civibus eligunt; quibus electionibus, uti ceteris Magistratus consessibus, Prætor Regius (*g*) interest.

## §. DCCXXXVI.

Judicia. Scabinorum judicium inferius (*h*) & superius fuit. In illo Scultetus cum duobus Scabinis reum, si confiteretur, damnavit, & si non satisfaceret sententiæ, tribus executoriis terminis ad sententiæ executionem adegit. Reo autem non confitente, ad superius judicium, in quo omnes sedebant Scabini, (*i*) delata est causa, ordinario discutienda processu. Sed & tertium judicium fuit, vernacule *Vollgericht* dictum. Quodsi enim reus, in judicio inferiore confessus & damnatus, primæ non satisfecit sententiæ, feriæque instarent forenses, actor in judicio hoc, quod executorium (*l*) diceres, promtam executionem obtinuit, secundo & tertio executionis termino in unum contracto. Causæ subitæ, ut criminales, aliæque dilationis impatientes, ad judicium hoc, tanquam subsidiarium, delatæ sunt. A tribunalibus his ad suprema Imperii judicia provocatio fiebat. Causas vero infra decem florenos solus decidit Scultetus.

## §. DCCXXXVII.

Religio. Mutationis sacrorum apud Landavienses initia in An. MDXXIII. incidunt. (*m*) Parocho civitatis, M. Joh. Badero, ad Episcopi Spirensis tribunal ob novæ doctrinæ conciones vocato, (*n*) Magistratus aperte patrocinatus est, iisque Germaniæ Statibus, qui Concilium liberum in Comitiis Noriberg. postulaverant, accessit. (*o*) Regimentum Imperii Baderum damnavit. Tumultus, concione ejus in Ecclesia ortus, (*p*) à Magistratu sedatus est, qui Badero injunxit, ut verbum divinum exponeret placide. An. MDXXV. quem tumultus rusticorum Alsatiæ, ut sæpe jam dictum, memorabilem reddidit, seditiosi quidam cives proscripti sunt. (*q*) Anabaptistis etiam, An. MDXXVIII. Landaviæ & in ditione ejus deprehensis, pœna à Senatu indicta. Catechismus à Badero editus, Schwenckfeldianismum redolet. (*r*) Landavia & Monasterium, inter Alsatiæ Urbes primæ, Formulam admiserunt Concordiæ. Liturgia nova, An. MDCLVII. condita, nunquam impressa, cum Argentinensi in plerisque concordat.

Judæi. Judæos incolis suis pridem annumeravit Landavia, qui An. MCCCXLVIII. civibus reliquis fere pares vim vi repulerant; quum de illorum ageretur supplicio. Emiconi, Leiningæ Comiti, Carolus IV. in mandatis tum dederat, ut pacem conciliaret, quam

(*d*) An. MCCCLXXIV. Adolfus, Episcopus Spir. Conrado Snidelauch, Equiti; An. MDIV. Ludovicus Episc. Nicolao Schmelzio scultetatum Landaviæ ad dies vitæ crediderunt.

(*e*) Scabini vocantur, quando cum Scultetо judicant soli. In Senatu autem consulum munere funguntur.

(*f*) *Burgermeister.*

(*g*) Prætor regius primus An. MDCLXXXII. creatus.

(*h*) *Das Untergericht.*

(*i*) *Obergericht, Schoffen Rath.*

(*l*) *Vollgericht*, contractum ex *Vollzogungs-gericht.* De judiciis his vide *Statt Landau erneuerte gerichts-ordnung*, Spiræ 1654. 4to.

(*m*) Abr. Scultetvs *Annalet.*

(*n*) Die Dom. Cantate An. MDXXIV.

(*o*) Acta Senatus Landav. vol. B.

(*p*) Concitator tumultus fuit Nicolaus de Winden, avitæ religionis tenax, quem Baderus concione sua exacerbaverat.

(*q*) An. MDXXVI. Baderus Epistolam apologeticam ad Ludovicum, Comitem Palatinum, edidit Argentorati. Capellanus quoque à Parochi partibus stetit.

(*r*) Catechismus hic sine mentione loci impressionis An. MDXLIV. in 8vo. prodiit. Baderum, anno sequente defunctum, inter Schwenckfeldii asseclas refert Lexicon Basil. voce *Schwenckfelder.* Successit ei Landaviæ M. Leonh. Brunner, Wormatiensis.

quam ſe ratam habiturum promiſit. (*s*) Poſt longum exilium An. MDXVII. decem Judæorum familiæ in civitatem receptæ ſunt, ea conditione, ut ærario 400. florenos quotannis inferrent. Octennio poſt denuo civibus cum fierent graves, atque Senatus eos pellendos ſtatuiſſet, Electoris Palatini commendatione executio decreti in quadriennium ſuſpenſa. Sed & hunc terminum cum eluſiſſent Judæi, alio tamen migrare coacti ſunt tandem; impetrata identidem redeundi licentia. Plusquam XX. gentis hujus foci jam computantur in urbe.

## §. DCCXXXVIII.

Landavia tres vicos, *Nuſſdorff*, *Damheim* & *Queichheim*, in ſuo dominio habet, quos ſupra recenſui. (*t*) Præter eos Mulhuſium aliquando poſſedit, vicum deperditum, quem An. MCCCCXXXII. à Leiningæ Comite emerat. Biennio poſt tamen emtores locum priſtino, qui hoc petierat, domino reddiderunt. Advocatiam *ville Mullenhuſen* Emicho, Leiningenſis Comes, ad ſe pertinere, An. MCCLXX. teſtatus eſt. (*u*) Scultetatum, judicium, ceteraque jura ſua in vico *Albertsweiler* Landavienſes Wolfgango, Palatino Comiti, An. MDXXXVIII. vendiderunt. De *Geraidis*, ſeu Silvis, quarum Landavia particeps eſt, ſupra jam actum. (*x*) Territorium

## §. DCCXXXIX.

In Ludovici Bavari & Friderici Anticæſaris bellis à partibus hujus cum Advocato ſuo provinciali (*y*) ſtetit Landavia. (*z*) Iratus Ludovicus eam Spirenſi Civitati, à Landavienſibus multa perpeſſæ, pro quinquies mille & quingentis Halenſium An. MCCCXVII. Francofurti oppigneravit; (*a*) quo beneficio uſuri Spirenſes ab eodem impetrarunt Cæſare, ut Landaviæ munimentorum everſionem decerneret. Territi hoc decreto cives Principis irati clementiam implorant, ſolutaque ipſi modica pecuniæ ſumma, præter eam, quam Spirenſibus dare tenebantur, imminentis obſidionis periculo liberati ſunt. Reliquæ lites Moguntiæ, Wormatiæ & Oppenhemii civitatum arbitrio compoſitæ. Formula pacis An. MCCCXIX. accedente Advocato provinciali ſignata eſt. Friderico tamen urbs favere non deſiit; qui triennio poſt captus Landaviam & Anvillam à ſacramenti vinculo ſuis literis abſolvit. (*b*) Fata urbis.

## §. DCCXL.

Utriusque tamen libertas ſummum mox in diſcrimen adducta eſt. Landavia, ante ſeptennium oppignerata Spirenſibus, An. MCCCXXIV. Emichoni, Spir. Epiſcopo; Anvilla cum Germersheimio & Trifelſa Palatinis Comitibus per Ludovicum Imp. excepto provinciali Spirigoviæ judicio, quod habebatur Landaviæ, in pignus traditæ ſunt. Pignori huic additi Spirenſes Judæi, ſine quibus Landaviam redimi non debere, idem An. MCCXXXVIII. Cæſar decrevit. Hic quidem redemtionis jus in agnatos ſuos, Palatinos Comites, Anvillæ poſſeſſores, An. MCCCXLIII. tranſtulit; (*c*) ſed Carolus IV. Epiſcopo Spirenſi pignus firmavit. Maximilianus denique Cæſar urbem, de Auſtriaca Domo præclare meritam, veteri libertati An. MDXI. reſtituit, (*d*) ac Civitatum Imperialium Alſatiæ ſocietati adjunxit. Maxima lytri pars ab ipſis Landavienſibus ſuppeditata; quibus idem Cæſar jura reditusque Imperii, poſt vicennium Imperatori, ſi lubeat, redimendos, pro XII. millibus flor. oppigneravit. (*e*) Ita Civitas ſibi ipſi oppignerata plenam libertatem obtinuit. Carolus V. Wormatiæ An. MDXXI. hæc omnia firmavit, urbemque Advocatiæ provinciali Alſatiæ perpetuo junxit. (*f*) An. MDXIII. Senatus Wormatienſis difficili tempore Landaviam migravit, ibique aliquandiu moratus eſt. (*g*) An. MDXXV. ſeditio ruſticorum

(*s*) Literæ autographæ Cæſaris in tabulario Hartenburg.
(*t*) Pag. 272. §. DVI.
(*u*) Autographum chartæ in tabular. Landav.
(*x*) Tom. I. pag. 653. & ſupra pag. 127. §. CCXV.
(*y*) Ottone ſc. de Ochſenſtein, qui Friderici nomine Spirigoviæ tum præerat Advocatus.
(*z*) Charta ap. LEHMANN *Chron. Spir.* Lib. VII. Cap. XXIV.
(*a*) Ibidem pag. 670.
(*b*) Literæ initio menſis Dec. MCCCXXII. in *Traveſſinitæ* datæ. Chartular. Landav.
(*c*) *Electa Juris publ. Palat.* Part. II. pag. 158.
(*d*) D. 13. Jan. MDXI. ita ſcribens. *Als wir die Stadt Landaw in unſer Eſſoff gelegen, widerumb an uns, u. das H. Reich als ihr rechte Herrſchafft, bracht.* Eodem anno d. 19. April. Landavienſes à fidei jurejurando, quo Epiſcopo Spir. devincti fuerant, Gengenbaci abſolvit, bituoque poſt iis ibidem mandavit, ut Advocato provinciali & Quæſtori Hagenoenſis Præfecturæ gererent morem. LUNIG *Reichs Archiv* Continuat. IV. Tom. I. pag. 1283. num. 4. & 5. Georgius Spir. Epiſcopus, d. 1. April. MDXVII. profeſſus eſt ſcheda, ſe 15. millia flor. Rhen. accepiſſe ac Landaviam ſibi nihil amplius debere. LUNIG. loco cit. num. 6.
(*e*) Diploma Maximiliani d. 1. April. MDXVII. ſcriptum in tabular. Landav.
(*f*) LUNIG loco cit. num. 7.
(*g*) Acta Senatus Landav. die Ven. poſt S. Dionyſii An. MDXIII.

ruſticorum, Nusdorfienſium præcipue, qui urbi ſubjecti, cives quosdam ſeduxit; quos Magiſtratus ſtatim expulit urbe. An. MDLII. ab Henrico II. Galliæ rege & Alberto Brandenburgico pertulit mala. (*h*)

## §. DCCXLI.

Bello tricennali Landavia minimum capta ſepties; nunc Mansfeldenſi Comiti, nunc Auſtriaco-Hiſpanis, nunc Suecis, Gallis, Weimarienſibus, Cæſareanis victoribus, obediens. (*i*) Sed difficiliora longe bellum hoc ſecuta ſunt tempora, è quibus urbs, velut è naufragio, validior pulcriorque emerſit.

An. MDCLXXVIII. ab Imperialibus, ſub Lotharingiæ Duce militantibus, expugnata atque direpta eſt, novis ac præſtantiſſimis mox munimentis à Galliarum cingenda Rege. (*l*)

Poſtremo hoc ſeculo Landavia bis à Germanis, totiesque à Gallis eſt expugnata. Joſephus, Rom. Rex, d. 9. Sept. MDCCII. poſt quatuor menſium obſidionem eam ſubegit. Germanis d. 15. Nov. anno ſequenti à Gallis erepta. Illi autem prœlio Hochſtadienſi victores, urbem d. 23. Nov. An. MDCCIV. in ſuam rurſus poteſtatem redegerunt. Villarſio denique duce Galli d. 6. Junii MDCCXIII. Landaviam aggreſſi, d. 20. Aug. receperunt, paceque eam ſervarunt Badenſi. (*m*)

# OBERE HNHEIM.

## §. DCCXLII.

ſitus & origo. Ad montis Odiliani radices, ab Argentorato quinque totidemque à Seleſtadio leucis, in florido terræ tractu, Præfectorialium Alſatiæ Civitatum ſexta ſe offert, Ehnhemium, cui Ehnus interfluens impoſuit nomen. (*n*) Aliud cognomine oppidum, paulo inferius ſitum, (*o*) noſtro *ſuperioris* conciliavit prænomen. (*p*) *Oberæhnam* appellat SLEIDANUS. (*q*) Oppidum, octingentos circiter focos continens, muro, duplici foſſa, vallo, turribus & quatuor portis inſtructum, quatuorque in regiones (*r*) diſtinctum eſt, cum ſuburbio adjecto. (*s*) Ehnhemium, regia ſub Francis villa, (*t*) ante An. MCCLXII. muris cinctum non fuiſſe OBRECHTUS, (*u*) KOENIGSHOVII (*x*) teſtimonio haud dubie innixus, perſcribit. At utrumque Charta An. MCCLVIII (*y*) ejusque ſigillum confutat, in quibus Ehnhemium nomine Civitatis ornatur; cum novennio ante villa fuiſſet. (*z*) Enimvero cum Ehnheimenſe caſtrum Cæſareum per Henricum à Stahleck, Præſulem Argent. hoſtem Friderici II. Imp. circa An. MCCXLVI. deſtrueretur, (*a*) incolæ loci novis munimentis ſibi proſpicere coacti ſunt; unde origo erroris à Kœnigshovio commiſſi, qui reſtaurationem murorum prima urbis mœnia reputavit. SPECKLINUS (*b*) à caſtri interitu oppidi Ehnheimenſis ortum recte derivat; quod IRENICUS (*c*) ab ipſo Epiſcopo, arcis deſtructore, exſtructum putavit.

Incrementa. Muro interiori An. MCCXCVIII. acceſſit exterior; (*d*) acceſſere mox incolæ vici

(*b*) MUNSTER. *Coſmograph.* Lib. III. Cap. CLV.

(*i*) An. MDCXXI. Mansfeldenſe, An. XXVI. Auſtriaco-Hiſpanicum, An. XXXI. Suecicum, An. XXXIII. Gallicum, An. XXXVIII. Weimarienſe, An. XXXIX. Imperiale, & fine ejusdem anni Gallicum præſidium Landavia recepit, hoc tamen diſcrimine, quod Suecos & Gallos lubenter, Auſtriacos ægre admiſit. Galli poſtremo uſque ad d. 7. Aug. MDCL. eam tenuerunt.

(*l*) Vid. ſupra §. DCCXXIX. pag. 397.

(*m*) Art. XIV.

(*n*) *Ehnheim* Germanis denotat manſionem ad Ehnum. Vid. Tom. I. Conſpectus pag. 22.

(*o*) *Nidre Ehnheim* Vid. pag. 170. olim oppidum, nunc burgus.

(*p*) *Ehnhemium ſuperius* legitur jam An. MCCXLIX. in bulla Innocentii IV. & Wilhelmi Cæſaris Charta. Documentum antiquius Tom. I. pag. 709. protulimus, ut ſuſpectum.

(*q*) *Commentar.* Lib. XXVI. ad An. MDLVI.

(*r*) *Grorviertel*, *Kleinviertel*, *Kirchdorfviertel* & *Crenzdorfviertel*. Poſtremi hujus quartalis porta cruce ſignata.

(*s*) Suburbium hoc ſatis amplum, munroque cinctum, *Babelbrunn* & *Merzgaſſ* olim dicebatur.

(*t*) Tom. I. pag. 709. Adverſantur hæc iis, qui Ehnhemium ſuperius Etichonis Ducis munificentia omne ad Abbatiam Hohenburgenſem pervenisſe, eique fec. XII. injuſte ablatum fuiſſe putant. Conf. ſupra, quæ de Barra obſervavimus pag. 208 §. CCCLXXX.

(*u*) *Prodrom. rer. Alſat.* pag. 325.

(*x*) *Chron.* Cap. IV. §. LVI. ubi *Obernehenbeim, dat was noch do nit zambemuret, alſo es nu iſt.*

(*y*) In chartæ hujus fine legitur: *Preſens pagina ſigillo civitatis noſtre in teſtimonium communita. Alia ſimul hæc in cimiterio Ehenheim anno Dom. MCCLVIII. V. Kal. Martii.* Chartular. Truttenh. in ſcrinio Nobilium à Landſperg.

(*z*) *Villa Ebenheim ſuperioris* legitur in bulla Innocentii IV. An. MCCXLIX. *Annal. Ord. Præmonſtrat.* Tom. II. Probat. col. 258.

(*a*) KOENIGSHOV. Cap. IV. §. XXXV.

(*b*) *Collectan.* Mſſ. pag. 93.

(*c*) *Exeget. Germ.* Lib. XI. pag. 186.

(*d*) In quem 36. libræ denar. Argent. impenſi fuere, quas pro prædio publico, Truttenhuſanis comobitis vendito, receperat civitas.




1. Ecclesia Paroch. 2. Cappel-Kirch. 3. Capucini. 4. Eccles. Hospital. 5. Porta Suburby. 6. Porta sup. 7. Por




1. Eccles. Paroch. SS. Petri et Pauli. 2. S. Stephani. 3. Hospitale. 4. Porta inf. 5. Porta me

ad pag. 902.




inf. 8. Porta Crucis. 9. Castrum Landsperg. 10. S. Odil. 11. S. Leonhard. 12. Oberkirch. 13. Girbaden.




Porta Argent. 7. Porta Molsheim. 8. Capella S. Wendel. 9. S. Odil. 10. Castra Luxelburg.

vici Imperialis *Ingmarsheim*, qui dimidiæ leucæ intervallo distabat, Bischofsheimium versus. Accesserunt & cives oppiduli *Finkey*, quod inter Ehnhemia duo situm, superiori accreviſſe perhibetur, cujus nominis veſtigium in Chartis ego nullum inveni.

Templa paroch.

Duæ sunt parochiales Ehnhemii Eccleſiæ, altera prope Curiam, in medio urbis, (*e*) olim mater, nunc filia; altera extra portam, (*f*) in loco editiore, quæ major atque præstantior eſt. An. MCCXLIX. Wilhelmus Rom. Rex *Jus patronatus eccleſiæ de ſuperiori Ehenheim*, quod deceſſores ejus uſurpaverant, Hohenburgenſi abbatiæ reſtituit; quod & Innocentius IV. eodem anno ratihabuit. (*g*) Sexennio poſt idem Wilhelmus jus hoc Eccleſiæ Moguntinæ Capitulo donavit; (*h*) unde Moguntinæ & Hohenburgenſi eccleſiis deinceps fuit commune. (*i*) Henricus VII. Imp. confirmata hac donatione, charta alia Hohenburgenſis Abbatiæ juri, quod integrum ſe habere affirmaverat, An. MCCCXI. proſpexit. Capellæ recens conſtructæ mentio fit An. MCCLXXXV. (*l*) Templum majus extra oppidum, munimenti inſtar, ſeculo XV. ædificatum eſt. (*m*) Epiſcopus Argentinenſis, ut Hohenburgenſium bonorum poſſeſſor, jus patronatus nunc ſolus exercet.

Monaſteria.

Capucinorum monaſterium, ordine temporis in Alſatia quintum, trigeſimo poſt ejus conſtructionem anno, id eſt An. MDCLX. in ſuburbium, ubi nunc ſitum, ex urbe translatum eſt. Prioratui monialium, regulæ S. Auguſtini in *Ehenheim*, jura atque poſſeſſiones ſuas Innocentius IV. Papa Lugduni An. MCCXLV. confirmavit. (*n*) Prioratus hic cum Parthenio D. Margarethæ Argent. deinceps conjunctus eſſe videtur. (*o*)

Hoſpitale.

Hoſpitale S. Erhardi pro civibus An. MCCCXIV. inſtauratum. Leproſorium cum junctâ Beguinarum domo An. MDCLXXXIX. deſtructum & extra muros poſitum eſt. Novum hoc cum & deinceps interiiſſet, reditus ejus An. MDCCIII. regio juſſu Hoſpitali adſcripti ſunt.

Curia.

Curia Senatoria cum porticu anni MDXXIII. opus eſt. Hohenburgenſis & Monaſterii Inferioris (*p*) curiæ, quarum illa ad Epiſcopum, hæc ad Capitulum majus Argent. ſpectant, nec non Rothavienſis curia, quæ à Rupenſi Dynaſtia pendet, quibusdam immunitatis juribus gaudent.

## §. DCCXLIII.

Caſtrum.

Cæſareum caſtrum, cujus rudera ſuperſunt, (*q*) Henricus Argent. Epiſcopus, ut modo dixi, deſtruxit. Etichonem, Alſatiæ Ducem ſec. VII. ibi habitaſſe, verisimile eſt. (*r*) Fridericus I. ejuſque filius Fridericus, Alſatiæ Dux, Hohenburgici monaſterii jura *apud Ehenheim* (*s*) firmantes, nec non Henricus VI. pro immunitate fervorum in Capitulis Argentinenſibus ſervientium, VII. Kal. Julii An. MCXCVI. (*t*) dieque ſequenti pro mercatorum Imperii immunitate, (*u*) diplomata in hoc caſtro ſignarunt; cujus pro cuſtodia Hartungus de Wangen à Rudolfo I. Imp. An. MCCLXXX. caſtrenſe feudum accepit. (*x*) Aream, ubi caſtrum ſteterat, cum Ingmarshemio vico, Schœnavii nobiles tenuerunt, ut feudum; de quo Hungerſteinii per Advocatum provincialem, Wenceslai Imp. juſſu, An. MCCCLXXXIV. coinveſtiti fuere. (*y*) Hoc Dietſchius ab Hungerſtein Ehnheimenſi Civitati An. MCCCCXXV. oppigneravit; quam, Andrea Hungerſteinio juri ſuo renuntiante, Fridericus IV. An. MCCCCLXVI. & ſequentes Imperatores (*z*) de eo inveſtiverunt. Caſtrum, feudis ornatum, ut



(*r*) Vulgo *Cappel-Kirch.*

(*s*) Ubi Cœmeterium, vulgo *Seelhoff*; cujus jam mentio fit in charta alleg. An. MCCLVIII. Aræ hujus ambitus lapidibus hodieque deſignatus eſt.

(*g*) Extant chartæ in *Annal. Ord. Præmonſtrat.* Tom. II. Probat. col. 157. ſq.

(*h*) Charta ap. GUDENUM *Cod. Diplom. Moguntſ.* Tom. II. pag. 117. data Francfort XVII. Kal. Apr. I. Triennio poſt triginta libræ denar. Argent. in eccleſiæ ſuæ uſus à civibus converſæ leguntur.

(*i*) An. MCCCXXX. Conradus de Kirkel, Canonicus Mogunt. à Capitulo Metropolitano & Abbatia Hohenburg. eccleſiam in Ehenheim obtinuit; à Gerhardo de Friburgo, Præpoſito & Archidiacono Argent. inveſtitus. GUDENUS loco cit. pag. 118.

(*l*) In diplomate Germ. Rudolphi I. Imp. hujus anni.

(*m*) Primus chori lapis, teſte inſcriptione, An. MCCCCLVI. rite poſitus eſt.

(*n*) Bulla hæc in Archivo Collegiatæ Neovillanæ.

(*o*) De origine ejus & fatis Chartæ non extant.

(*p*) *Nider-Munſterhoff.*

(*q*) Ad portam, quæ in ſuburbium ducit, area ampla & valliſſimi muri viſuntur. Ehenheimenſes vocant etiamnum *die Burg.*

(*r*) Vid. Tom. I. pag. 758. §. XXXIX.

(*s*) Ap. PELTRE *vie de S. Odile*, in append.

(*t*) LAGUILLE *Hiſt. d'Alſace* Probat. pag. 30.

(*u*) WENCKER *Apparat. Archivor.* pag. 160.

(*x*) Alia inveſtitura Wilhelmo de Wangen à Carolo IV. An. MCCCXLIX. & Georgio de Wangen à Friderico IV. An. MCCCCLXVIII. data. Feudum caſtrenſe in Oberehnheim Galliæ nobilis hodiedum à Rege tenent.

(*y*) In literis inveſtituræ feudum hoc dicitur *Hofſtatt*, *die man nennt die Burg*, *zu Obrehnheim*, *auch Ingmarsheim mit Zwing und Bann.* Tabular. Ehnheim.

(*z*) Horum literæ habent: *Hofſtatt die Burgſtall genannt.*

Hagenoenſe, Nobiles non paucos attraxit in urbem; quos inter Pincernæ ſeu Schenckii, Rumershemii, Mittelhuſii, Hohenſteinii, Mulnhemii, Kageneckii, Oberkirchii. Poſteriores hi noſtro adhuc ævo gentilitium caſtrum & bona prope urbis pomœria poſſident. Küchelii, cives Argentinenſes, poſt Brembdios, qui Schenckiis ſucceſſerant, de officio Mareſchallatus in Oberehnheim aliisque bonis feudalibus An. MDLXVI. à Maximiliano II. Imp. inveſtiti ſunt. (*a*)

Incolæ. Truttenhuſanis regulæ S. Auguſtini, quorum monaſterium ſemileuca ab urbe diſſitum, An. MCCCXII. Ehnheimenſes jus civitatis conceſſerunt, ut eo fruerentur, „ ſicut milites & potiores ejuſdem oppidi cives . . . ita tamen, quod Præpoſitus & „ Conventus, . . . quotiens univerſitatem eandem ad mandatum Domini ſui tempo„ ralis univerſalem & communem extra oppidum exercitum facere, eis ad eundem „ exercitum duos armatos, & quotiens ipſum oppidum hoſtiliter obſideri continget, „ quatuor armatos ad ipſius oppidi defenſionem, mittere teneantur & mittant, ac eos„ dem armatos durante neceſſitate hujusmodi ſuis & Eccleſiæ ſuæ expenſis procurent, „ à reliquis vero civium oneribus eſſent immunes. Civitas in ſeptem Tribus diviſa, quibus ſingulis ſuus præeſt Tribunus.

## §. DCCXLIV.

Privilegia. Inter Privilegia Cæſarea, quod novimus, primum eſt ſuper hebdomadalem mercatum; quod Albertus I. An. MCCCI. Ehnheimenſibus dedit, cui Fridericus IV. An. MCCCCXL. duas nundinas adjecit. (*b*) Ludovicus Bav. An. MCCCXXIII. confenſit, ut Pfalburgeros admitterent, ſeptennio poſt à judiciis exteris eos reddens immunes. Tum vero nobiles in loco *Seelhoun*, (*c*) non nobiles in porticu Curiæ, juſſus eſt judicare Scultetus. Carolus IV. literas exemtionis à Landgraviali ſuperioris Alſatiæ judicio Francofurti An. MCCCLXXVI. ſcripſit. Imperiales collectas nec oppigneraturos nec aucturos ſe unquam Ludovicus Bav. Carolus IV. & Fridericus IV. polliciti ſunt.

Vectigalia & vini gabellam Carolus IV. in X. annos civitati oppigneravit. An. MCCCLXV. eidem dimidiam gabellæ partem reliquit; quæ ſub Wenceslao & Ruperto Imperatoribus, nec non Ludovico, Electore Palatino, ut Advocato provinciali, aucta; à Ferdinando I. An. MDXL. quadrienniove poſt à Carolo V. in perpetuum Ehnhemio cum vectigalibus tradita. Augmentum novum ſub Maximiliano II. An. MDLXX. permiſſum. Proſcriptos ab Imperio recipiendi, partemque bonorum, ſi alio cives commigrent, ut & hereditatis, ad exteros auferendæ, decimam retinendi jus, Fridericus IV. Imp. An. MCCCCLXVI. & MCCCCLXXIX. tribuit. Liberam circa Judæos poteſtatem Senatui Oberehnheimenſi Maximilianus I. Argentorati An. MDVII. dedit, quod à Carolo V. firmatum Wormatiæ.

Jura alia. Sed & venationis, piſcatus, ſilvarum, paſcuorum, viarum, pontium, menſurarum, aliaque jura regalia, civitas exercet. (*d*) Decimam quintam modo frumenti vinique ſui partem decimatoribus præſtat. Inſignia civitatis, imagines Ss. Petri & Pauli, quibus eccleſia parochialis dicata, conſtituunt; aquila ſuperaddita ſimplex. (*e*)

Onera. Imperatori ad expeditiones Romanas, ex emendatæ Matriculæ præſcripto, duo Equites & XIV. pedites, vel LXXX. florenos pro menſe, Ehnhemium præſtitit, poſtquam in Comitiis Noriberg. An. MCCCCLXVII. duo equites, IV. pedites, adverſus Turcas; anno MCCCCLXXXI. ſex equites, IV. pedites; An. MCCCCLXXXVI. in Comitiis Francofurtanis quingenti floreni; anno ſeq. in Noribergenſibus centum & quinquaginta; An. MCCCCLXXXIX. in Francofurtanis III. equites, XIV. pedites, adverſus Galliæ & Hungariæ Reges; An. MDXXI. in Comitiis Wormat. III. equites, XXXI. pedites, ei fuiſſent imperati. (*f*) Alendæ Imperii Cameræ ſeptem & quadraginta florenos ſuppeditavit.

## §. DCCXLV.

(*a*) Moser *Reichs-Hofſtaths Proceſſ* Tom. III. pag. 767.

(*b*) Omnis generis pecudes ultra mille ſæpe numerantur, quæ inveniunt emtores.

(*c*) Locus eſt in Cœmeterio, unde *Seelhoff* dictus. Seleſtadii quoque idem in uſu fuit. Vid. ſupra pag. 382. §. DCCII.

(*d*) Reditus annui civitatis 24. mille libras Franc. ſuperant; non numeratis, quæ ex ſilvis & paſcuis proveniunt, emolumentis.

(*e*) Pars pectoris rubra fuit, quo colore & nigro apparitores ſuos Ehnhemium diſtinguit.

(*f*) Cortrej. *Corp. Jur. publ.* Tom. I. Part. V. pag. 141.

## §. DCCXLV.

Primævum civitatis Ehenheimenſis ſtatum non ariſtocraticum magis quam popularem nobis Chartæ oſtendunt. Nobiles atque plebeji in negotiis publicis æquali ſuffragii jure gaudebant. An. MCCLVIII. Waltherus Pincerna, Sigelinus & Hugo de Gruis, milites, Rudigerus Præco, (*g*) & univerſi cives, Sculteto de Heiligenſtein; & An. MCCXCII. duodecim equites, quindecim armigeri, aliique magno numero cives, quorum feriem clauſit præco, prædia quædam monaſterio Truttenhuſano vendiderunt. Nulla ibi Magiſtratus, nulla Sculteti, Conſulis aut Senatus, mentio. An. MCCCXII. demum *Sculetus & Tribunus, conſenſu expreſſo ipſius univerſitatis*, Conventui ejuſdem Truttenhuſanæ eccleſiæ jura quædam tranſcripſerunt. Triennio poſt Sculetus & univerſitas oppidi Ehenheim; An. MCCCXXXVI. ſeptem equites, duoque armigeri, Scultetus & Senatus; poſtea duo equites alii, quatuor armigeri, civesque plures; An. MCCCXLV. Scultetus, Heimburgerus, Senatus ac Civitas, in chartis memorantur. Hoc itaque ſeculo regimen ariſtocratico-democraticum adhuc extiterat. An. MCCCLXIX. Sub-Advocato provinciali, Sculteto, Senatu ipſo atque Tribunis conſentientibus, democratica Senatui inducta eſt forma. Tum enim decretum, ut nemo eligeretur Senator, niſi per quinquennium civis in urbe transegerit: ut annua renovatio Senatus circa S. Johannis Baptiſtæ feſtum, (quæ jam poſtridie S. Michaelis) ita fieret, ut ex ſingulis tribubus ſelecti, (*b*) rogante Conſule, ſuffragia ferrent; ex ſuburbio quatuor, ex vico *Bernhardsweiler* decem, reliquis urbis Senatoribus accederent; qui omnes ex novis Senatoribus novos Conſules (*i*) crearent. Tribuni, qui Senatum in rebus gravioribus conſilio adjuvarent, in ſingulis tribubus tum quoque conſtituti. Ordinationem hanc Fridericus IV. Imp. An. MCCCCLXVI. ratam habuit, nobiles ſimul omnes è Senatu proſcribens. Conſtat hodie Magiſtratus Oberehnheimenſis quatuor Conſulibus & octo Senatoribus. Conſules, trimeſtre regimen inter ſe commutantes, ex Senatoribus & ſelectis, Senatores ex 83. ſelectis tribuum eliguntur. Selecti vero decem ex Bernhardivilla, reliqui ex ſeptem civitatis tribubus petuntur. Munera hæc perpetua ſunt omnia. Conſtituto circa S. Michaelis feſtum Senatu, eadem fere, quæ Argentinæ, jurisjurandi cerimonia obſervatur. (*k*) An. MDCCXXXI. civitati datus eſt regius Prætor.

Regimen.

## §. DCCXLVI.

Criminalibus civilibusque judiciis per aliquot ſecula, ut alibi, præfuit Scultetus Cæſareus. Cauſarum civilium tribunal XIII. aſſeſſoribus (*l*) conſtitit, quos Scultetus cum Tribunis civitatis elegit: (*m*) ſubſcultetus additus Sculteto. Hoc Sculteti munus Carolus IV. Imp. Henrico Metziger, qui illud jam geſſerat, (*n*) An. MCCCXLVIII. pro centum marcis argenti oppigneravit; Sigismundus pro trecentis ſupra mille florenis An. MCCCCXXXIII. oppigneravit civitati. An. MCCCCXII. Nicolaus Immeler ſubſcultetus, Johannes de Oberkirch, Eberlinus de Landesperg, Erhartus, Leonhartus & Anſtettius Schencke ſive Pincernæ, Goſſelinus & Hanemannus fratres, dicti Goſſmari, Kunemannus de Utenheim in Ramſtein, Heinricus de Berſtette, cum aliis inferioris ordinis judicibus, in Selhofio Ehnheimenſi ſententiam pronuntiarunt. Agebatur de XXVIII. florenis, quos à Nicolao Waffelario de Rosheim, armigero, Lutoldus de Kolbesheim, armiger, ſibi deberi affirmabat. Wepfermanni, nobiles Barrenſes, feudi Imperialis apud Ehnheimenſes, quod *feudum ſupplicii* (*o*) dicebatur, poſſeſſores tum erant; vi cujus tenebantur ad facinoroſorum ſupplicia ſumptus ſuppeditare. Propter hos ſumptus Henrico & Johanni Wepfermannis, fratribus, lis cum civitate Ehnheimenſi ſuborta, quam Sigismundi Imp. juſſu Stephanus, Palatinus Comes, An. MCCCCXXXVI. decidit. A Wepfermannis feudum hoc ſupplicii ad alios nobiles tranſiit; quos inter Landſchadios à Steinach An. MDLXXVII. inveni. (*p*) Scultetatus Ehnheimenſis An. MDXVIII. ad Ziegleros, & ab his ad urbem Argentinenſem An. MDLXVI. tranſivit. (*q*)

Scultetatus Imperialis.

Ehnheimenſes de eo litem quum Argentinenſibus moviſſent, hi



(*g*) *Heimburger* in chartis Germanicis, in Latinis Præco.

(*b*) Qui vocantur *die Ordnung, Ordnungsleuth.*

(*i*) *Stettmeiſter*, hod. *Burgermeiſter.*

(*k*) Magiſtratus & poſtridie (*Schwartag*) cives ſolenni jurisjurandi formula fidem adſtringunt; quæ ſolennitas olim in arce veteri, nunc in area cœmeterii celebratur.

(*l*) Vocabantur *des Reichs XIII. Richter.*

(*m*) Waltherus Scultetus de Ehenheim in Friderici I. Imp. diplomate, An. MCLXXXIX. Hagenoenſi Præmonſtratenſium collegio Selſæ dato, occurrit.

(*n*) *Heintze Metziger der Schultheiſſe* jam in charta An. MCCCXXXVI. legitur.

(*o*) *Honckerleben, Henckerampt*, quale feudum quoque apud Hagenoenſes.

(*p*) Ap. Moser *Reichs-Hofraths Proceſſ* Tom. III. pag. 768.

(*q*) Vid. ſupra pag. 208. §. CCCLXXX.

hi acceptis sexies mille florenis An. MDCLXIX. juri suo renuntiarunt. (r) An. MDCLXX. Ehnhemium Leopoldi Imp. literas investituræ hac super re accepit. (s) Ceterum singularis apud Ehnheimenses consuetudo invaluerat, ut innocentium quoque bona parentum fisco addicerentur, cum filius commisisset homicidium. Ludovicus Bav. abusum hunc An. MCCCXLVI. abrogavit.

## §. DCCXLVII.

Religio. Religio Ehnhemium, quod omne nunc Romano-Catholicum est, per totum fere seculum XVI. distraxit in partes. Argentinensium exemplum An. MDXXIV. jam quosdam induxerat, doctrinam ut probarent Lutheri. Senatus contra eos promulgavit decreta & carcere transgressores punivit. (t) At nescio, qui factum, ut An. MDLXXVII. Johannæam ecclesiam, oppido proximam, ubi Aug. Confessionis parochus erat, adeundi libertas civibus fuerit publice data; quæ tamen non ultra XIII. annos duravit; quamvis civium Protestantium numerus ad octoginta crevisset. Extinctis enim vel remotis, quos in Senatu habuerant, patronis, libertas religionis Protestantibus ademta. Rudolphus II. An. MDXC. monuerat Civitatem, ut Ferdinandi I. literarum memor vetera sacra diligenter custodiret. Cives ergo suos ab ecclesiæ Johannææ conventibus abstinere justit Senatus; litem caussatus, quæ ei cum Oberkirchæ nobilibus, ecclesiæ istius patronis, intercedebat. Lutherani per septennium postea remotiores ecclesias, Gocksvillensem præcipue, adierunt, conditione deteriore usuri, postquam Senatus Oberehnheimensis An. MDXCVIII. decrevisset, ut omne religionis dissidium cessaret in urbe.

Judæi. Circa Judæos, quos expellere & recipere Magistratui ex Maximiliani I. & Caroli V. privilegiis liberum erat, Jacobus à Mœrsperg, Advocatus provincialis, An. MDXXIV. statuit, ut nonnisi tempore mercatus licitum illis sit urbem intrare; ea quidem conditione, ut singuli sex denarios urbi vectigalis loco persolvant: nullum cum civibus fœnus exerceant, nec res immobiles accipiant pignori: nullas civium ædes ingrediantur, nisi vocati, annulosque in digitis gestent.

## §. DCCXLVIII.

Bella. Ehnhemii fata quod attinet, illud Armaniacis Gallis, plurium Alsatiæ oppidorum An. MCCCCXLIV. potitis, restitit invictum. (u) Ibidem Advocatus provincialis, Argentina, ceteræque Alsatiæ civitates adversus prædones hos fœdus inierunt. (x) At An. MDCXXII. Mansfeldius Comes tormenta bellica ei admovit, perruptisque mœnibus, cum indigenæ omnia ultima expavefcerent, locum occupavit. Incredibilem inibi pecuniarum, argenti, auri, supellectilium, vini, frumentorum omnisque generis commeatuum vim assecutus est, ut toti fere exercitui reficiendo copia par esset. (y) Decennio post Sueci Ehnhemium omnium Alsatiæ locorum aggressi sunt primum. Discesserat paulo ante Metternichiæ cohortis militum quingentorum præsidium; quod advenientibus Suecis sese impar existimavit. Unde d. 27. Aug. MDCXXXII. porta Suecis aperta; incolæ ob explosa tormenta decies mille imperialibus multati. (z) Quadriennio post mense Junio Bernhardus Vinariensis Ehnhemio hoc, quod Sueci reliquerant, potitus est.

## §. DCCXLIX.

Territorium. Castrum *Kagenfels* & vicus *Bernhardsweiler* urbis hujus ditionem componunt. (a) Hic ducentos & quinquaginta circiter focos continens, jure civitatis Ehnhemii gaudet.

Oberkirch. Paucis supra oppidum passibus, ecclesia S. Johannis, vulgo *Oberkirch*, cum castro cognomine visitur, unde equestris familia, hodieque florens, appellatur. Ecclesia hæc vocata est superior, ut ab illa, quæ in campis, (b) prope Ehnhemium inferius parochiam ejus constituit, distingueretur. Vicus ei adstructus erat, qui in oppidum Ehnheim paulatim translatus.

Regim-

(r) Qua ratione Ehnheimenses Scultetatum, quem jam An. MCCCCXXXIII. in pignus acceperant, iursus amiserint, non docent nos Acta.

(s) Conf. in Argentina pag. 321. §. DC.

(t) Patet hoc ex literis Ministrorum Argent. d. 27. Jan. MDXXIV. ad Senatum Oberehnheimensem scriptis, ut eum civibus dissentientibus saventiorem redderet.

(u) Schilter *ad Kœnigshov.* pag. 930.

(x) Ibid. pag. 996.

(y) Lotich. *Rer. Germ.* Lib. XI. Cap. VI. pag. 310. ubi pro *Nebemio* legendum Ehnhemium.

(z) Chemnitz *Schwed. Krieg*, Part. I. pag. 420. fq.

(a) Vid. supra pag. 271. §. DIV.

(b) Ecclesia campestris, (*Veldkirch*) ubi novam Trojam urbem fuisse Irenicus finxit. Vid. Tom. I. pag. 706. ubi *Villa* pro *Vico* legendum.

Regimbertus, Mediani monaſterii Abbas, initio ſeculi VIII. prædium prope Ehenheim quum dono accepiſſet, campeſtrem hanc Baſilicam cum curia in honorem S. Maximini, Trevirorum præſulis, ibidem exſtruxit. (*c*) Parochiales hujus eccleſiæ reditus Mediano monaſterio fundatori Joannes XXII. An. MCCCXXXII. adſcripſit. (*d*) Fridericus, Lotharingiæ Dux, hujus & aliarum Mediani monaſterii in Alſatia curiarum advocatiam Conrado de Landsperg, Ehnhemii inferioris poſſeſſori, An. MCCLXXXIII. dederat in feudum. Mediano Abbate autem hac de re querelam movente, feudo renuntiavit Landſpergius. Veldkirch.

Regia gladiorum fabrica Ehnhemio tribus paſſuum millibus diſtat, quæ valli, ubi ſita eſt, nomen communicavit. (*e*) Fabrica hæc An. MDCCXXX. Regiis ſub auſpiciis exſtructa eſt, ut enſes, acinaces, pugiones, quos Germania (*f*) hucusque Galliæ vendidit, in ea fabricarentur. (*g*) Clingenthal.

## ROSHEMIUM.

### §. DCCL.

In aditu valliculæ, quam perluit Magela, (*b*) unius ab Ehnhemio leucæ ſpatio jacet Roshemium, inter Præfectorias Alſatiæ civitates ordine ſeptima, ut pacis Monaſterienſis eam collocat formula. In antiquioribus chartis *Rodisheim*, (*i*) *Rodisheim*, & *Rodesheim* ſcribitur; unde *Roſſem* & *Rosheim*, quod poſterius uſu approbatum eſt, prodiit. Situs & nomen.

Villam *Roſſem*, vallo & portis leviter munitam, ſub Friderici II. Imp. dominio nobis ſiſtit Richerius; (*l*) cum quo veteres ubi contuli Chartas, Roshemium non Imperialem, ſed Ducalem Friderici II. vicum inveni. Fridericus enim & Epiſcopus Argent. ſuos quisque Tabernis & Roshemii habuerat ſubditos. Facta permutatione, Tabernenſes Epiſcopus, Rosheimenſes Fridericus accepit; ſed ita, ut eos, qui Epiſcopo paruerant, ab eodem teneret in feudum. Fridericiani Inſtrumenti An. MCCXXXVI. verba hæc ſunt: "Item idem Epiſcopus conceſſit nobis & heredibus noſtris in rectum „ feudum . . . omnes homines in Rodesheim, ſibi & Eccleſiæ ſuæ pertinentes. „ (*m*) Alia Eccleſiæ Arg. feuda quæ Fridericus hic Imp. ut Dux Alſatiæ poſſedit, ſupra (*n*) retulimus. Vicus Ducalis.

Ducibus in ſolium Imperiale evectis Roshemium, uti Hagenoa, (*o*) ex Ducali civitas Imperialis evaſit; quo in ſtatu poſt Hohenſtaufica gentis interitum permanſit. Ex vico in oppidum quando ſurrexerit, non ſatis compertum. Koenigshovius (*p*) oppidulum Rosheim An. MCXXXII. exuſtum jam tradit; ſed ex Richerio corrigendus. An. MCCCIII. *oppidi Rodesheim* mentio fit in Charta, qua Capituli majoris Argent. curia, in eo ſita, ab omni exactione declarata immunis. Inter Imperiales Alſatiæ civitates Roshemium An. MCCCXXIII. prima vice comparet; (*q*) ubi cum iis, relicto Friderico Auſtriaco, ad victoris Ludovici Bavari partes tranſivit. Oppidum Imperiale.

### §. DCCLI.

Roshemium in ſuperius, incolis frequentius, medium, quod ceteris antiquius, peculiari foſſa cinctum, atque inferius oppidum diviſum, tribus inſtructum eſt portis. Status interior.



(*c*) Belhomme *Hiſt. Mediani monaſt.* pag. 148. ſq.
(*d*) Ibid. pag. 349. ſq.
(*e*) *Klingenthal*. Vallem hanc permeat Ehnur. Novum hoc nomen non debet confundi cum Partheno Clingenthal, de quo Annal. Colmar. An. MCCLIII. LIX. & LXXIV. loquuntur; quod ex Alſatia ſup. In Nigræ ſilvæ vallem, ad Dn. de Clingen ſpectantem, deinbaſileam translatum eſt. Tom. I. pag. 12.
(*f*) Solinga præſertim, Ducatus Bergenſis vicus. Sclopetorum fabricæ in Gallia ſunt S. Malhodii (*Maubeuge*) in Hannonia, Caroliville ad Moſam, & in S. Stephani oppido Provinciæ *Forez*.
(*g*) Sub Romanis Argentorati omnium armorum fabricæ fuerant. Vid. Tom. I. pag. 214.
(*h*) *Die Magel*, de cujus jure Hohenſteinios inter nobiles ac Rosheimenſem civitatem olim diſputatum. Jacobo ab Hohenſtein tertiam, Roshemio reliquas fluminis partes ac jus venationis in ſilvis, Advocatiæ provincialis Quæſtor An. MCCCCLXXXIV. addixit.
(*i*) Vid. Tom. I. pag. 730. §. CCXLI. Knipschildius *Civitat. Imp.* Lib. III. Cap. XLV. Roshemium cum Conshænio, (*Kienzheim*) Alſatiæ ſup. oppidulo, confundit.
(*l*) *Chron. Senon.* Lib. III. Cap. XXI. Hunc exſcripſit Johannes a Bayono *Hiſt. Mediani Monaſter.* Cap. CXV.
(*m*) Apographum vetus in Tabulario Epiſcopali Tabernis. Eodem modo jam An. MCCXXIII. & ſeq. inter eosdem conventum fuerat.
(*n*) Pag. 166. §. CCLXXXVII.
(*o*) Pag. 354. §. DCLII.
(*p*) *Chron. Alſat.* pag. 291. ubi: *do wart Rosheim das Stettelin gewunnen und verbrant.* Intelligit ſine dubio invaſionem à Lotharingis ſub Friderico II. Imp. circa An. MCXXXII. factam, de qua Richerius loquitur, ſcriptor rei geſtæ æqualis. Hic autem Roshemium *villam*, ſed vallo cinctam, appellat.
(*q*) Albert. Argent. pag. 122.

Eccleſiæ parochiales ſunt duæ, altera, D. Stephano dicata, in ſuperiore, altera, Petro & Paulo ſacrata, in medio oppido, cui & inferius adſcriptum. Prioris, quæ junior eſſe videtur, patronatus ad Capitulum majus Argentinenſe, poſterioris ad Abbatiam Altæ-ſilvæ (*r*) in Lotharingia ſpectat. Hoſpitale S. Jacobi à tribus ſororibus germanis, de Rosheim dictis, harumque ſorore uterina XI. Cal. Martii MCCCXCIV. annoque ſequenti ab ipſo ſenatu fundatum eſt. Curia Abbatiæ Hohenburg. *Gutenhauſen* dicta, quæ ad Epiſcopum Argent. jam pertinet, cum quatuor Officialibus ejusdem Abbatiæ ab omnibus civitatis oneribus libera erat.

Incolæ. Inter incolas & Judæi numerantur; quibus aliquid pignori dare prohibitum fuit. Cœmeterium eorum eſt retro Roshemium. (*s*) Nobiles quoque olim Civitatem inhabitaſſe, ex Richerio apparet, qui Ottonem militem, patriæ libertatis vindicem, memorat. Ex his nonnulli milites à Rodesheim dicti. Fuere etiam, quibus Roshemii reditus quidam in feudum ab Imperatoribus conceſſi. (*t*)

## §. DCCLII.

Privilegia. Caroli IV. Charta An. MCCCLXI. prima eſt, quæ in ſcriniis comparet. (*u*) Hæc cenſum Imperii 32. librarum, nec non partem gabellæ vini, in augmenta munitionis ex Advocati provincialis arbitrio convertendam, in biennium Senatui permiſit. (*x*) Quinquennio poſt Rosheimenſibus ſtatuta ſua condendi poteſtatem hoc pacto conceſſit: ut emolumenta hinc proditura in munitiones conferrent, nec judicii Imperialis, quod in oppido erat, jura debilitarent. Wenceslaus Imp. Roshemium, gravi incendio afflictum, ab univerſis Imperii cenſibus An. MCCCLXXXIX. declaravit immune, hujusque beneficii uſum quinquennio poſt in alios decem annos prorogavit; pro conſtruendis muris ac turribus gabellam vini quoque augeri permittens. Quod ſi annuæ Senatus renovationi Advocatus provincialis non intereſſet, Fridericus IV. An. MCCCCLXXIX. ordinavit, ut auctoritatem ejus exerceret Scultetus ac Conſul. In cauſis, quæ 50. florenos non excederent, Carolus V. provocationem prohibuit; (*y*) aliaque charta An. MDXXIV. ordinavit, ut omnibus Seleſtadienſis ac Ehnheimenſis civitatum privilegiis uteretur Roshemium. (*z*) Immunitas ab exteris judiciis, inter illarum privilegia, quum etiam occurrat, Rosheimenſes Rothvillanum & Advocati provincialis (*a*) declinarunt tribunal; unde litium occaſio; donec Leopoldus Imp. An. MDCLXVI. libertatem iſtam charta peculiari firmavit. Cives in alienis ditionibus bona poſſidentes, An. MDXXX. Carolus V. liberos pronunciavit à cenſibus. Nundinæ quotannis duæ habentur. Vectigalia & vini gabella inter Senatum, Carthuſiam Molsheimenſem & Harterianam familiam dividuntur. (*b*) Inſignia civitatis ad ejus nomen alludunt, atque adeo Roſam repræſentant. Vetus Imperialis cenſus, die S. Martini quotannis præſtari ſolitus, 32. libras, uti vidimus, efficiebat. Canon militaris Wormatienſis matriculæ An. MDXXI. quæ 1. equitem & 9. pedites imperaverat, juſta deinceps moderatione ad 1. equitem ac 3. reductus eſt pedites, pro quibus 24. quoque menſe ſolvebantur floreni. (*c*) Ad Cameram Imperii 25. dabant florenos.

## §. DCCLIII.

Regimen. Forma regiminis eadem Roshemii, quæ apud Ehnheimenſes, obtinuit. Idem Conſulum ac Senatorum numerus; communis illis eſt Regius Prætor. (*d*) Scultetus Imperialis & Scabini jus ibi dixerunt. Sculteti munus Rumeliorum familia, ut feudum Imperii, geſſit; & ſubſcultetum conſtituit. (*e*) Extincta familia hac Ferdinandus III. An. MDCLIII. ordinavit, ut ſcultaſiam ſenior Conſulum adminiſtraret, quod & Leopoldus Imp. novennio poſt roboravit. Mazarinius Dux, Advocatus provincialis cum eſſet, Sculteti jura ad ſe pertinere contendit, unde munus pedetentim interiit.

§. DCCLIV.

---

(*r*) *Haute Seille*, Germ. *Hohen Forſt.*

(*s*) In vico *Roſenweiller*, de quo ſupra pag. 145. §. CCLI.

(*t*) Joh. de Schaftolsheim An. MCCCLXI. octo libras denar. Roshemii cum aliquot vicis poſſedit. Glafey *Anecdot.* num. 440. Nobilibus de Endingen Bergheimenſes, hisque Bockii in eodem, vel in ſimili feudo, ſucceſſerunt.

(*u*) Idque non mirum, quod ſcrinium publicum ſeculi ſuperioris bellis incendio periit.

(*x*) Literæ hæ ap. Glafey *Anecdot.* num. 502.

(*y*) Allegitur hoc privilegium in Cod. ſtatutor. civitatis An. MDXXVIII.

(*z*) Repetitum & confirmatum hoc à Ferdinando I. An. MDLIX.

(*a*) Rudolphus II. Imp. Senatum Rosheim. An. MDLXXXVII. reprehendit, quod civibus veniæ, ne Advocatum provincialem ut protectorem implorarent ac judicem.

(*b*) Reditus publici quotannis ad 6500. libras franc. aſſurgunt. Saliſ & ferri venditio præter Magiſtratum permiſſa eſt nemini.

(*c*) Corpus. *Corp. Jur. publ.* Tom. I. Part. V. pag. 141. & 178.

(*d*) Ab An. MDCCLL. quo primus Roshemio datus eſt Prætor.

(*e*) Quod Magerus de *Advocatia armata* Cap. III. num. 221. ſuo tempore, id eſt circa An. MDCXX. obtinuiſſe ſcribit.

1. Abbatia S. Gregorij. 2. Ecclesia Paroch. 3. Porticus. 4. Porta inf. 5. P

1. Ecclesia Paroch. 2. Eccl. S. Sacramenti. 3. Porta sup. 4. Porta




a Sup. 8. Suburbia, 7. Fachina flav. Longitudo 300. Latitudo 70. perticæ.




Inf. 5. Capella S. Floriani, 6. Fachina flav. Longitudo 270. Latitudo 70. pert.

## §. DCCLIV.

Roshemium, villam Ducalem, Fridericus II. Germaniæ ſolium An. MCCXII. occupaturus, Friderico, Lotharingiæ Duci, oppigneravit, donec ei quater mille marcas argenti perſolviſſet, quas ei promiſerat. Duce paulo poſt mortuo, Cæſar pignus recepit. Theobaldus vero, Friderici Ducis filius, per vallem Bruſcanam prorumpens, Roshemium, vallo leviter cinctum, nemine reſiſtente occupavit. At milites, rerum ſuarum nimium ſecuri, ab incolis, qui in Eccleſiam fugerant, viro quodam nobili Ottone facinoris auctore, trucidati ſunt. Pauci fuga elapſi in Lotharingiam redierunt, ut ſcribit RICHERIUS. (*f*) Adolphi die anni MCCCLXXXV. magna pars oppidi cum octoginta hominibus fortuito incendio conſumta. (*g*) An. MCCCCXLIV. feſto Michaelis Armaniaci, inſciis civibus, ad defenſionem paratis, à quinque ſenatus primoribus intra muros admiſſi ſunt. (*h*) Mareſchallus Franciæ cum quater mille equitibus ad annum uſque ſequentem (*i*) ibidem perſtitit; fuſis Electoris Palatini & Argentinenſium copiis, (*l*) quæ ad oppidum liberandum advenerant. Sed atrociſſimam omnium cladem Roshemio Mansfeldius An. MDCXXII. intulit Comes, petulantiam civium, qui eum *nothum* vocaverant, tanta ulciſcens immanitate, ut oppido vi expugnato " ad unum omnes, nulla ſexus vel ætatis interveniente ratione, delerentur; ædificia, „ abactis prius prædis, incendio funditus deſtruerentur; „ uti refert LOTICHIUS. (*m*) Fata oppidi.

# MUNSTER.

## §. DCCLV.

Ex Imperialium ſub Germanica Periodo Civitatum Decapoleos numero tres ſuperioris Alſatiæ nobis exponendæ ſuperſunt, non communi tantum Advocatiæ provinciali, ſed & peculiari Advocatiæ Keiſersbergenſis, (*n*) vinculo junctæ: Keiſersberga nempe, Monaſterium, Turinghemium, quas inter tamen primum Monaſterio locum Pacis Weſtphalicæ formula tribuit. Tranſitus.

Monaſterium Benedictinæ familiæ ſeculo VII. à Regibus Merovingis exſtructum, (*o*) & D. Gregorio dicatum, Civitati originem & nomen, (*p*) valli autem nomen Gregorii conciliavit, (*q*) ita quidem, ut proprio nomine careret Civitas; quæ generatim urbs in valle Monaſterienſi, (*r*) dein ſpeciatim *Monaſterium*, (*Munſter*) & ut ab aliis ejuſdem nominis locis (*s*) diſtingueretur, *Monaſterium Gregorianæ Vallis* (*t*) appellata eſt. Nomen.

Civitas major eſt oppido. Novem enim vicorum per omnem vallem diſperſorum incolæ communi cum oppidanis jure & civilegio gaudent, unde civitas Monaſterienſis non confundenda cum oppido. (*u*) Notandum tamen, quod civitas hæc non indiſtinctim ad omnem Gregorianam vallem, ſed ad ejus interiora modo, ad Lotharingicos uſque fines, ſe extendit. (*x*) Monaſterienſem hanc vallem montes prope oppidum ſurgentes in Majorem Minoremque diſtinguunt. (*y*) Utraque vicis viculisque repleta, quibus res pecuaria potiſſimum curæ, quam Fechta & rivuli ex fontibus vallium vel ex montibus decurrentes, prata irrigua agrique fertiles, mire promovent. Proventibus vites & metalla accenſeas. (*z*) Civitas.

Oppidum

(*f*) *Chron. Senon.* Lib. III. Cap. XX. XXI. & XXII. ap. DACHERY *Spicileg.* Tom. II. pag. 628. ſeq. & ex Richerio JOHANNES A BAYONO ap. BELHOMME *Hiſt. Mediani Monaſterii*, pag. 296. ſeq.

(*g*) KOENIGSHOV. Cap. V. pag. 291.

(*h*) SCHILTER *ad Kuttgkoov.* pag. 620. ſeq. & 1004. Proverbium hinc in Rosheimenſes.

(*i*) Die Vener. poſt S. Valtelini 1445. diſceſſere Galli. Ibid. pag. 1017.

(*l*) Ibidem pag. 923. & 932.

(*m*) *Rer. Germ.* Lib. XI. Cap. VI. pag. 310.

(*n*) De qua conf. pag. 284. ſeqq.

(*o*) Vid. Tom. I. pag. 736. §. CCLIV.

(*p*) Multa Monaſteriorum occaſione apud Alſatas orta ſunt oppida. De Maſonis Monaſterio ſupra pag. 62. Ebersheim. Monaſt. pag. 117. Maurimonaſterio pag. 213. Weiſſenburgo pag. 387. &c.

(*q*) Inſtrum. Pacis Monaſt. ſtilo publico oppidum hoc *Munſter in Valle S. Gregorii* vocat.

(*r*) *Die Stat zu Munſtertal* in charta Henrici de Rappoltſtein An. MCCCIII. cujus autographum in tabulario civitatis Monaſt. In Brisgovia & in Epiſcopatu Baſil. valles, in quibus S. Trutperti & Grandisvallenſe Monaſteria ſita. *Munſterthal* quoque vocantur.

(*s*) Notiſſimæ ſunt hujus nominis Civitates in Weſtphalia, metropolis Epiſcopatus, & in Ergovia. *V Valdmunſter* in Lotharingia Germanica. Vid. CALMET *Notice de la Lorraine* Tom. I. pag. 942.

(*t*) Ita jam in privilegiis Pariſienſis Abbatiæ ab Alberto I. An. MCCCIV. & Henrico VII. Imp. An. MCCCX. datis, ap. HUGON. *S. antiq. monum.* Tom. II. pag. 289. ſeq.

(*u*) Situs publicus *Statt und thal* vocat.

(*x*) Confinium hoc nives liquefactæ indicant.

(*y*) *Grosthal*, *Kleinthal.*

(*z*) An. MCCCCLXXII nonnulli conſenſu Abbatis metalla ſcrutari coeperunt in vallicula, quæ *Heidenbach* dicitur. Opus hoc aliquot annis interruptum civis Monaſter. denuo aggreſſurus, Advocati provincialis aſſenſum An. MDXXVII. quæſivit. Exeunte ſeculo ſup. alios, in eodem verſatos, ſpes fueri fefellit. Nec deeſt ardoſius ſupis, prope vicum Sondernach An. MCCCCLXXX. inventus, quo turris Abbatialis eccleſiæ tecta eſt.

Oppidum. Oppidum ante An. MCCLXXIV. mœnibus cinctum non fuiſſe, OBRECHTUS (*a*) ſine teſte perſcribit. Alius rerum Argentinenſium ſcriptor (*b*) à Childerico Rege jam conſtructum fuiſſe refert, Abbatiam cum oppido manifeſte confundens. Locus muro, duplici foſſa, portis ad ortum, ad occaſum & ad meridiem, olim probe munitus, Ludovici XIV. juſſu privatus eſt muris. Meridionalis portæ cuſtodia tempore pacis penes Abbatem erat. Hæc per Abbatiam in oppidum duxit, (*c*) cui tria paulatim accreverunt ſuburbia. (*d*)

## §. DCCLVI.

Abbatia. Abbatiæ templum An. MCCCCLXX. initio à turre facto, cœptum, triginta annorum ſpatio à Rudolfo & Chriſtophoro Abbatibus confectum eſt. Cœnobium vero ultra oppidi mœnia extenſum, adeoque veteri longe majus, An. MDCLXXXVI. exſtructum, nuperque renovatum eſt. Abbatia hæc An. MDCXLIV. Suevicæ Congregationi acceſſit. An. MDCLIX. ad Lotharingicam Ss. Vitonis & Hidulphi ex omnibus Alſaticis ſola transivit, in qua perſtat hodieque. Ex Abbatia hac plures Eccleſiæ Argent. Antiſtites, S. Juſtus, S. Maximinus & Anſoaldus ſec. VII. Eddo, Etichonis II. Alſatiæ Ducis filius, S. Remigius & Rachio ſeculo VIII. prodierunt. E Chronico ſec. XII. in hac Abbatia ſcripto, excerpta evulgavit MARTENIUS. (*e*) CALMETUS, Senon. Abbas, Cœnobita Monaſterienſis cum eſſet, Chronicon hujus Monaſterii Gallice ſcripſit, quod in ſcrinio Abbatiæ mſ. ſervatur. Hodiernus Abbas eſt Reverendiſſ. SINSARTUS, ſcriptis Philoſophicis atque Theologicis clarus.

Eccleſia parochialis. Eccleſia parochialis, S. Leodegario dicata, extra inferiorem oppidi portam, incertum quo tempore, conſtructa, jam An. MCCLXV. permiſſu Alexandri IV. Abbatiæ, multa mala perpeſſæ, conjuncta, durante bello tricennali à Lotharingis vaſtata; ope Colmarienſium An. MDCLII. & cum iterum ruinam minaretur, anno hujus ſeculi trigeſimo octavo ſplendidior renovata eſt, Catholicis & Proteſtantibus ab An. MDCLXXXVI. communis.

Hoſpitale. Hoſpitale, S. Antonio ſacrum, quod ſecundum transactionem An. MCCCXXXIX. Abbas, ſecundum aliam An. MCCCCLXVI. Abbas & Magiſtratus, curare debent, pleriſque reditibus ſuis nunc orbatum; leproforium vero plane deſtructum eſt.

Curia. Curia ſenatoria An. MDL. exſtructa. Olim in Abbatia convenit Senatus. Porticus, ſub quo capitalia habebantur judicia, An. MDII. dirutus & in locum veteris hodiernus ædificatus eſt, ea conditione, ut nec Senatus ibi conveniret, nec in eo conſtitueretur hoſpitium; & ut quarta vectigalis, à mercatoribus exigendi, pars præſtaretur Abbati.

## §. DCCLVII.

Cives. Cives Monaſterienſes non diſtribuuntur in Tribus. Opifices ſua habent Collegia; ex quibus olim prudentiores, quos Scabinos vocarunt, delecti, ut in gravioribus rebus Senatum juvarent. Abbas Pariſienſis Alberti I. & Henrici VII. Impp. juſſu quoque inter cives relatus eſt. Habitaſſe inter eos nobiles, ex Caroli IV. Imp. privilegio An. MCCCLIV. quo à communi civitatis cenſu immunes eos declaravit, & ex transactione Eberſteinenſi An. MCCCCXVI. apparet. Judæos nunquam hæc civitas admiſit, quod inter ejus jura Maximilianus I. Imp. An. MDVII. refert. Ex decreto Senatus An. MDXLVIII. civis, qui à Judæis pecuniam mutuaretur, interdicendus erat aqua & igni. Incolarum hoc ſeculo numerus maximopere crevit. In oppido quadringenti foci, in omni valle ſupra octies mille incolæ computantur, quorum plerique Auguſtanæ Confeſſioni addicti extra vallem matrimonia vix quærunt. Mediocritate contenti neque divitias neque honores ambiunt.

§. DCCLVIII.

---

(*a*) *Prodromus rer. Alſat.* pag. 226.

(*b*) KLEINLAWEL in *Chron. Argent.* verſibus Germ. ſcripto, pag. 11.

(*c*) Ita quoque res ſe habuit Schutteræ, ubi duæ portæ in Dynaſtæ Geroldseckiani, Abbatiæ Advocati, tertia per Monaſterium ducens in oppidum, in Abbatis poteſtate erant; ut ex transactione, An. MCCCCLXVIII. Epiſcopi Bamberg. auſpiciis facta, patet.

(*d*) Superius à betulis, quibus conſita erat regio, *der Bircken*; interius, quod recentius eſt, *die Linie* dicitur.

(*e*) *Thesaur. Anecdot.* Tom. III.

## §. DCCLVIII.

Vici & viculi, civilegio Monaſterienſi gaudentes, in valle, quæ dicitur major, hi ſunt: Vici vallis majoris.

*Sondernah*, proximus Lotharingiæ limiti, ubi S. Magdalenæ & S. Vandelini Capella (*f*) Abbatis conſenſu An. MD. ædificata eſt.

*Mezeral*, ingens, & quantum novimus, antiquior reliquis, (*g*) centum & quadraginta focis nunc conſtat.

*Mulbach*, ubi totius vallis majoris eccleſia parochialis, D. Bartholomæo dicata, quæ circa An. MLXXXIV. exſtructa, à Berengario, Epiſcopo Baſilienſi, conſecrata eſt. (*h*) Simultaneus religionis cultus in ea nunc exercetur. Mulbaco viculus *Seudenbach* adjacet.

*Breitenbach* in ſuperiorem & inferiorem diviſus, ad quem & viculus *Diefenbach* refertur.

In valle minore extant *Sulzerbeim*, vulgo *Sulzern*, ad Mezeralii amplitudinem accedens, ubi An. MCCCCLXIII. capella, D. Benedicto ſacra, annuente Abbate ab incolis condita eſt, ab eccleſia parochiali Monaſterienſi quæ pendet. Vallis minoris.

*Storwihr*, ſec. IX. *Scottenwihre*, (*i*) ad quem *Kirchbichl* & *Ampfersbach* viculi pertinent. Retro Ampfersbacum vetus Abbatiæ capella villaque dives, quæ *Schweinsbach* dicitur, ubi monaſteriolum quondam fuiſſe videtur.

Singulis his, quos nominavimus, vicis Scultetus & Quæſtor (*l*) præeſt. At *Lutenbach*, *Hohrod* & *Eſchbach*, oppido proximi, ſculturam habent communem. Lutenbaco viculi *Fraſchweiler*, *Fronzell*, *Nageljhall* &c. accenſentur. Prope Fræſchweiler officina chartaria, regia & princeps, An. MDCCXLI. exſtructa eſt. Prope Nagelſtallium alia officina præſtans, in qua vaſa ænea filumque ferreum conficiebantur, ab aliquot derelicta eſt annis.

Nomina, quæ diximus, omnia præter Sondernacum & Mezeralium, in charta transactionis Marquardianæ An. MCCCXXXIX. leguntur.

## §. DCCLIX.

Ut originem ſuam Abbatiæ, ſic immedietatem Imperii Friderico II. Imp. debet Gregoriana Monaſterienſium vallis. Hic diplomate Hagenoæ An. MCCXXXV. Abbatiæ dato ita loquitur: " Cum de jure haberemus in valle S. Gregorii unam partem „ Judicii Advocatiæ & collectarum, & Monaſterium ejusdem S. Gregorii de prædictis „ haberet reliquas duas partes, Fridericus vener. Abbas & Conventus Monaſterii „ ipſius . . . . . præfatas duas partes, ad Monaſterium ipſum ſpectantes, . . nobis „ & Imperio donaverunt, ſalvis villicationibus (*m*) aliisque juribus . . . . ſalva etiam „ medietate duarum partium collectæ, ipſi monaſterio debitæ, quam reſervavit ſibi „ monaſterium prædictum, reliquam medietatem nobis & Imperio conferendo. „ Traditione hac omnis jurisdictio pervenit ad Cæſarem; collectarum vero tertiam partem Abbatia retinuit. Hæc enim eſt medietas duarum partium, quas ante traditionem Abbatia habuerat. Seleſtadii dimidia, (*n*) Monaſterii tertia, jurisdictionis pars penes Imperatores, reliqua penes Monachos ab initio fuerat. Richardum Imp. ſua in S. Gregorii valle jura An. MCCLXII. in Eccleſiam transtuliſſe Baſilienſem, ex diplomate ejus obſervavimus alibi. (*o*) Translatio hæc quamvis non caruit effectu, Monaſterienſes tamen ea comprehenſos fuiſſe non reperio. Abbatis in Senatu ſedendi, vel monachum quendam ſuo nomine in eum mittendi, jus Advocatus & Senatus Monaſterienſis datis An. MCCLXXXVII. agnoverunt literis, (*p*) brevique poſt Adolfum Imp. contra Dynaſtam Rappoltſteinenſem ſtrenue, ut infra docetur, juvarunt. Sequentibus ſeculis Monaſterium inter civitates Alſatiæ liberas ſuum quoque conſtanter profeſſum eſt nomen. (*q*) Libertatis origo.



(*f*) Hod. vulgo *auf der Emm.*
(*g*) Vid. Tom. I. pag. 727.
(*h*) *Chron.* Mſ. Abbatiæ ex ſec. XII.
(*i*) Tom. I. pag. 731.
(*l*) Vulgo *Keraumeiſter*, qui nummos publicos colligit.
(*m*) *Meyerhof*, *metairies.*
(*n*) Vid. ſupra pag. 383. §. DCCIV.
(*o*) Pag. 118. §. CXCIX. & pag. 266.
(*p*) Regiſtrum vetus Abbatiæ fol. 29.
(*q*) Vid. ſupra pag. 278. ſeq. §. DXVIII.

## §. DCCLX.

Transactiones cum Abbate.

. Abbatiam tamen ex antiquis juribus retinuiſſe vel recuperaſſe plura, ex transactione Marquardi Abbatis, cum civitate An. MCCCXXXIX. facta, intelligimus; quam renatis ſubinde litibus, Advocati provincialis interventu, ſecutæ ſunt aliæ. An. MCCCLXIII. Berwartus, Advocatus Richovillanus, Abbatis officiales (r) à publicis civium oneribus, pro Imperatore atque Imperio ſuſtinendis, non ab iis, quæ pro communi civitatis uſu atque defenſione ſubeunda, liberos pronuntiavit. An. MCCCCXVI. Bernhardus, Eberſteinenſis Comes, Sub-Advocatus Alſatiæ, multique alii nobiles (s) in eadem re inter Abbatiam ac civitatem pacem conciliarunt. Alia, cujus Johannes, Rheni Comes, Sub-Advocatus quoque provincialis, auctor eſt, An. MCCCCLXVI. conventum: ut in cenſuum publicorum adminiſtratione utrique æquale jus eſſet, ſuos in Senatu aſſeſſores & claves ad unam oppidi portarum Abbas haberet, duoque idem conſtitueret acceſſos: conventum etiam, ut civitatis adverſus Abbatem querelæ ad Sub-Advocatum provincialem, vel & Advocatum Keiſersbergenſem, cauſarum inter utramque partem verſantium judices, poſthac deferrentur. Multa quidem temporis lapſu & recentioribus pactis immutata, mulctarum tamen pars, venationis & ex parte piſcationis, ut & telonii minoris, decimarum per omnem vallem, patronatus, menſuræ ac ponderum, (t) tres in Magiſtratu Senatores habendi, jus hodieque penes Abbatiam remanet.

Secundum transactionem Marquardianam An. MCCCXXXIX. novus Abbas civitati, civitas Abbati jusjurandum mutuum præſtant.

Dominium fundi in Dynaſtiæ Rappoltſteinenſis vicis, olim Imperialibus, *Ginſpach* & *Griſpach*, (u) Abbati & civitati commune eſt. (x) Litigantes in Sculteti Abbatialis, atque deinceps in Senatus civici judicio comparuere.

## §. DCCLXI.

Privilegia Cæſarum.

Præcipuis Cæſarum Privilegiis annumeres chartam, quam An. MCCCXLVII. Johannes, Dynaſta Lichtenbergenſis, capitulique majoris Argent. Decanus, Caroli IV. nomine, de civibus ab Imperio non alienandis, de ipſorum à judicio Landgraviali, nec non ſtura Imperiali per triennium libertate, de pace provinciali ſervanda, de quærenda facerdotum ſuorum ab excommunicatione, quam ſua in Ludovicum Imp. fide meruerant, abſolutione Colmariæ dedit. Carolus IV. ipſe, cum An. MCCCLIV. Seleſtadii eſſet, ampliſſimo inſtrumento omnia iſta jura, privata & publica, quæ Adolfus An. MCCXCII. Seleſtadienſi, (y) annoque ſequenti Colmarienſi (z) civitatibus largitus erat, Monaſterienſi (a) conceſſit: inſuper ordinans, ut ſi quam adverſus Magiſtratum ſuum cives cauſam haberent, Colmarienſis Senatus arbiter eam deciderat, quod in uſu fuiſſe diu reperio. Cives, à judiciis exteris immunes, cum Abbas ad eccleſiaſticum Epiſcopi Baſil. aliaque tribunalia nonnunquam vocaſſet, hic gravamina tandem ſua ad Sub-Advocatum Keiſersbergenſem, qui Monaſterii erat, deferre coactus eſt. An. MCCCCV. Reinhardus de Sickingen, Advocatus provincialis, Magiſtratui novum vectigal, à civibus per ſeptem annos exigendum, ut ære alieno, quo gravatus erat, ſeſe liberaret, Imperatoris nomine permiſit. Vectigalia conſenſu Abbatis, qui tertiam eorum partem accipiebat, antea nonnunquam, imo & poſtea, prout temporum ferebat neceſſitas, inſtituta, donec Senatus transactione Fleckenſteinenſi An. MDXLIX. plenam hujus rei poteſtatem obtinuit. Ita quod temporarium fuerat, perpetuum denique evaſit civitatis telonium. Hoc cum gabella vini ac ſalis præcipuos civitatis reditus, XII. millia librarum Franc. hodie æquantes, conſtituit.

Nundinas tres à deceſſoribus ſuis Monaſterienſi oppido, unasque vico Mulbach conceſſas, Maximilianus I. Conſtantiæ An. MDVII. confirmavit. Carolus V. à S. Nicolai in S. Luciæ & Odiliæ feſtum An. MDXXI. aliquas transtulit. Paulo poſt & Mulbacenſes in oppidum translatæ, unde præter hebdomadarium mercatum quatuor ſingulis annis nundinæ majores Monaſterii celebrantur.

§. DCCLXII.

(r) Hi erant Mareſchallus, Sculteius, Quæſtor, Cellerarius, Camerarius, telonarius, coquus, piſtor, foreſtarii, apparitores, villicus, libripens &c.

(s) Lutelmann de Rozenhuſen, Albrecht Beger, de Geiſpolzheim, Egelolf de Rozenhuſen, Præfectus S. Crucis, Ottemann Hacker de Landeſperc, Burcardus de Multnheim, Equites, Heinricus de Gerſingen, Advocatus Keiſersbergenſis, &c.

(t) Officialis Abbatis, qui horum cuſtos, *Heng-eiſſen*, in transactione Marquardiana An. MCCCXXXIX. *Hengiſſel* vocatur.

(u) De quibus ſupra pag. 120. §. CCIII.

(x) Quare Abbas & civitas vicorum horum dicuntur *Bannherren*.

(y) Vid. ſupra pag. 382. init.

(z) Supra pag. 369.

(a) *Uniſern burgern der Stat zu Münſter u. dem thal in Sanct Gregorien thal u. dai darzu gehört.*

## §. DCCLXII.

Census vel stura Imperialis, die S. Martini quotannis præstitus, centum & viginti florenis vel septuaginta octo libris seculo XVI. constitit. Carolus IV. Imp. septingentas marcas argenti à Burcardo Sporero de Eptingen ad reluenda tria Advocatiæ Keisersbergensis oppida An. MCCCLXI. mutuatus, hunc Colmariæ, Keisersbergæ & Monasterii censum, quadringentas marcas isto anno efficientem, creditori suo adscripsit. (*b*) A sociis X. civitatibus cum viginti quinque mille aureos Sigismundus Imp. exegisset, Monasterienses bis mille septingentos & viginti, adeoque ultra decimam summæ partem, persolvit. (*c*) Matricula Imperii recentior XII. pedites, seu quadraginta octo per mensem florenos, qui duplum census Roshemiani, dimidium Landavienses constituunt, (*d*) ad expeditiones Romanas; ad Cameram Imperii vero viginti quinque florenos, quotannis solvendos, Monasterienses civitati impositi. Wormatienses matricula An. MDXXI. viginti duo imperaverat pedites. (*e*) Onera.

Insignia civitas cum Abbatia semper habuit communia; tres nempe turres, quæ veteris cœnobii, An. MCCCXLVIII. combusti, imaginem exhibere putantur. In peticis civitatis sigillis hæc legitur epigraphe: *Sigillum communitatis vallis S. Gregorii*; quæ in *Sigillum civitatis Monasterienſis* deinceps mutata. Insignia.

## §. DCCLXIII.

Senatus Monasterienses XVI. componitur assessoribus perpetuis, novem urbanis, septemque vicanis, quibus Germanica Alsatiæ periodo Sub-Advocatus Keisersbergensis, sub Gallica Scultetus Regius accessit. Ex urbanis duo priores Consules, reliqui Senatores vocantur. Vicani Senatores non multis abhinc annis Sculteti vocari cœperunt: Consules à civibus selectis, (*f*) accedente Senatu; Senatores urbani tres ab Abbate, ceteri à Magistratu eliguntur. Ad Consules regimen civitatis & procuratoris fisci munus alternis vicibus annua Senatus renovatione (*g*) devolvitur. Tres Abbatis Senatores œconomicis ac politicis civitatis rebus interesse prohibentur. Regimen.

Numerus, quem diximus, assessorum non mutatus est, sed mutata quædam nomina, mutata quoque judiciorum ac Senatus constituendi forma. Olim (*h*) Sub-Advocatus provincialis, ejusve nomine Advocatus Keisersbergensis, Abbas & Scriba civitatis, in Abbatia congressi, primo Senatores vicanos, dein urbanos, inter quos tres Abbatiales, & ex urbanis reliquis sex unum Consulem constituerunt. Senatorum munus perpetuum, Consulatus annuus & inter Senatores ambulatorius erat. Abbatialium unus peculiari quoque nomine *Stettmeiſter*, diverso à vulgari hujus vocis significatu, per annum dicebatur. His peractis cives civiumque filii omnes, supra 14. annos nati, pulsu campanæ in forum convocati, de nova Senatus constitutione per scribam certiores facti, jusjurandum solenne mutuo (*i*) præstitum. Vetus Constitutio.

Primo Senatus consessu Advocatus iterum, Abbas & Scriba civitatis ex Senatu ordinarunt judicium, (*l*) quod de causis minoribus, debitis præsertim, cognoscerent. Primo semestri quatuor vallis majoris Senatores cum totidem urbanis, inter quos unus Abbatialis; secundo, à festo Scilicet D. Johannis Bapt. usque ad natalem Christi, ceteri Senatores vicani tres cum quinque urbanis, inter quos duo Abbatiales, hoc composuerunt tribunal. Tum etiam claves carcerum cum sigillo secreto Abbati traditæ, Consuli, Consulari ac Stettmeistero statim reddendæ. Judicium.

## §. DCCLXIV.

Admissis apud Monasterienses Protestantium sacris & insecutis seculo superiore bellorum calamitatibus ex his antiquata sunt plurima. Cessat jam annua Consulum ex Senatoribus in Abbatia electio; cessat Stettmeisteri & Sub-Advocati vocabulum, judi- Mutationes.

Fff 2

(*b*) Glafey *Anecdot.* num. 498.
(*c*) Transactio Eberstein. An. MCCCCXVI. in tabulario Monasterr.
(*d*) Cortrej. *Corp. Jur. publ.* Tom. I. Part. V. pag. 178.
(*e*) Ibid. pag. 96.
(*f*) Mortuo Consule superstes ejus collega hunc civium delectum, qui novum eligeret Consulem, instituit.
(*g*) Quæ initio mensis Januarii inter festum nativitatis Christi ac 20. abinde diem habetur.
(*h*) Hæc ex libro statutorum An. MCCCCXC. fol.
(*i*) Advocatus & Abbas civitati, Senatus civibus, hique jurarunt illis.
(*l*) *Gericht*, quandoque *Gastgericht*.

judiciumque à Senatu diversum. Hic Augustanæ Confessioni addictus omnis erat, donec An. MDCLXXX. Catholici, uti Colmariæ, pari admissi sunt numero, Rege jubente. Scultetum regium, (*m*) qui alibi Prætor Regius dicitur, Monasterium An. MDCCXXXVI. primum accepit.

Sub-Advocatus Imperialis.

Sub-Advocatus, Advocati Keisersberg. vicarius, qui ex Caroli IV. privilegio An. MCCCLIV. civis esse debuit, Sculteti Imperialis functus est munere. (*n*) Hic autem in Senatum non admittebatur, priusquam Abbati & civitati, jura & privilegia utriusque se servaturum, jurejurando promiserat. Capitales ille, ad quas etiam adulteria & scortationes referebantur, causas tractavit; mulctarum cum Abbate & Magistratu civico particeps. Idem cum Consulum altero fisci procuratorem egit. Ante Carolum IV. viros nobiles & inter hos Hennemannum de Hadestatt An. MCCCXXXIX. (*o*) huic præfuisse officio, novimus.

## §. DCCLXV.

Religio.

Monasteriensium ad Augustanam Confessionem, quam sequuntur, accessio serius & absque motibus peracta. Abbatia tum fere sine monachis fuit. Abbas ipse, Burcardus Nagelius, An. MDXXXVI. Mullhusii ad Protestantes transivit. Thomas Wiel, ecclesiæ parochus, sacrorum inde mutationem An. MDXLIII. aggressus, eam brevi perfecit. Monasteriensem An. MDLIX. Mulbacensis imitatus est parochus. Wielio successit Hier. Bayer, Bayero An. MDLXIV. Paulus Leckdeigius, cui hanc notitiam debemus. (*p*) Henricus quidem ab Iltet, Abbas, die 20. Nov. MDLXIX. templum Monasterii parochiale occupavit; at cives hoc non ferentes parochum suum reduxerunt in templum. Transactione Schwendiana An. MDLXXV. jus patronatus Monasterii atque Mulbaci servatum Abbati. Monasterium & Landavia cum Comitatu Horburgensis & Dynastiæ Richovillanæ ministris, quibus Jebshemensis, Rappoltivillanus & Markirchensis se quoque junxerunt, per Alsatiam solæ *Formulam Concordiæ* (*q*) signarunt. Qui Catholici in valle remanserant, invasione Suecorum dispersuerunt, sub Gallica demum redituri periodo.

## §. DCCLXVI.

Fata oppidi.

Rudolfus, Habsburgi Comes, An. MCCLXXIII. quo ipso Germaniæ solium consecndit, Episcopo Basil. infestus, Gregorianam, quæ ad hunc ex parte spectabat, vallem vastavit. (*r*) Vicennio post Monasteriensis, pro Adolfo Cæsare Rappoltsteinensem Dynastam & urbem Colmariensem oppugnantes, "ad Wilre pergunt, vinum „ colligunt & ad propria deducunt. Columbarienses, licet obsessi, ex vernaculis „ viginti mittunt Wilrensibus subsidio. Cives Gregorianæ vallis secundo veniunt ad „ Wilre, quos incautos Wilrenses & Columbarienses obruunt, occidunt & capiunt. (*s*) Castrum hoc deinceps An. MCCCIII. datis Abbatiæ ac civitati Monaster. securitatis literis à Rappoltstein. Dynasta restauratum. An. MCCCXLVI. Abbatia cum turre, campanis & capella S. Nicolai; An. MCCCLIV. urbs cum Abbatia & templo parochiali, (*t*) decennioque post dimidia oppidi pars igne consumta est. (*u*) Hinc vectigalia primum instituta, quorum triens in Abbatiæ, reliquæ duæ partes in oppidi usus conversæ. In dissidio inter Ludovicum IV. Imp. & Johannem, Bohemiæ Regem, cui Advocatia Keisersbergensis oppignerata erat, Monasterienses & Thuringheimenses, quamvis eidem Advocatiæ adscripti, pro Ludovico cum starent, multa ipsis à Steinungo milite, Bohemiæ Regis in Advocatia Keisersberg. vicario, damna illata; ob quæ huic à civitatibus Imperialibus mox devicto inter pacis conditiones imperatum, ne ad oppida ista deinceps accederet. (*x*) Post hæc Monasteriensis civitas Argentinensibus & Colmarienſibus adversus Lotharingiæ Ducem & S. Deodati Canonicos bello se junxit, quod An. MCCCL. compositum.

§. DCCLXVI.

(*m*) *Privât royal, Kaiserlicher Schultheiss.*
(*n*) Conf. supra pag. 412.
(*o*) In transact. Marquardiana legitur *Hennemann von Hadestatt ein weissenthaffter Vogt u. Pfleger der stat u. des tals ze Munster ze sant Gregorien.*
(*p*) Inseruit eam manu sua PAULI EBERI *Calendario*, Witembergæ An. MDLIX. impresso, qui liber in Anisitio Monaster. servatur.
(*q*) An. MDLXXVII. d. 5. Sept. Paulus Leckdeigius una cum Theodorico Eckharto Diacono suo, & Georgio Carolo, Muhlbacensi, Formulæ Concordiæ huic nomina, quæ inter subscriptores occurrunt, dederunt.
(*r*) ANNALES COLMAR. ad An. MCCLXXIII.
(*s*) CHRON. COLMAR. pag. 50.
(*t*) *Necrolog. Alsatiæ Monasteriensis.*
(*u*) *Calendar.* ms. ibid.
(*x*) Vid. *supra* pag. 287.

第一章 绪论 …… 1
第二章 基础理论 …… 15
第三章 实验方法 …… 42
第四章 结果与讨论 …… 78
第五章 结论与展望 …… 120
参考文献 …… 135


Digitized by Google




1. Templum paroch. 2. Monaster. Recollector. 3. Capella Abbatiæ Paris. 4. Præceptori




A. Oppidum superius. B. Oppidum medium. C. Oppidum vetus. D. Oppidum infer. 1. Arx Principis. 2. Ecclesia
9. Cast. S. Ulrici.

Ad pag. 415.

BERGA.
*olenti.*



*D. Teut. 5. Capella S. Erhardi. 6. Capella S. Wolfgangi. 7. Porta infer. 8. Caſtrum.*

IVILLA
*Orient.*



*och. 3. Auguſtiniani. 4. Hoſpitale. 5. Porta ſup. 6. Porta infer. 7. Caſtrum Rappoltſtein. 8. Caſtr. Gierſperg.*
*ſtr. Hoh-Koenigsburg.*

## §. DCCLXVII.

An. MCCCCLXV. Monasterienſes Werſicum Bockium de Staufenberg, caſtri Jungholz poſſeſſorem, Hatſtadios, Huſios, Regeshemios, Stoerios. aliosque Alſatiæ ſuperioris Nobiles, ex Lotharingia, quam cum ſexcentis armatis invaſerant, per vallem Gregorianam cum præda redeuntes, aggreſſi, ut ſuo cum Lotharingiæ Duce pacto ſatisfacerent, ſuſi vexillum amittunt. Theobaldus Stoerius telo percuſſus occubuit. (*y*) Anno ſequenti iidem cives, illatam Thuringhemio à Lupfenſi Comite injuriam vindicaturi, caſtrum ejus Hohen-Hatſtatt (*z*) expugnant, flammisque ſubjiciunt. An. MDCXXXII. Monasterienſes, Suecis dediti, Abbatiam cum Colmarienſibus adminiſtrandam ab iis acceperunt. Abbas tum Vindobonam concеſſerat. An. MDCLXXIV. Brandenburgici, cum duobus Electoris filiis Monaſterii hoſpitati, cives æque ac monachos duriter habuerunt. Hoſpitibus his, fine anni profectis, initio ſequentis ter mille Lotharingi, illorum ſocii, ſub Almontii ductu, fractis oppidi portis, ſucceſſerunt, quos incolæ arcere fruſtra tentaverant. Lotharingi, hyemem hic tranſigere cogitantes, quatriduo poſt in planitiem Colmar. procedere juſſi, cum exercitu Germanico per Turennium Alſatia ejecti ſunt. Ab hoc tempore Monaſterium cum omni valle alios dominos non vidit, quam Gallos.

# KEISERSBERG.

## §. DCCLXVIII.

Qui ex Alſatiæ planis ad vallem Orbeanam accedunt, in ipſo ejus aditu tria oppida, Kienshemium ad dextram, Ammersvillam ad ſiniſtram, in ipſis vero faucibus vallis Keiſersbergam, (*a*) reperiunt. Semileucæ intervallo Alſpachium, Partheno Clariſſarum, occurrit. Alia poſt ſemileuca Hachimettæ vicus eſt, qui ad ſiniſtram Orbeanam, (*b*) non perviam, (in qua Pariſienſis Ciſtercienſium Abbatia) ad dextram autem Bonhommenſem vallem, (*c*) aperit, per quam regia in Lotharingiam via, nuper ſtrata, dirigitur. Longitudo hujus vallis à Keiſersberga ad Lotharingicos uſque fines leucarum eſt quatuor. Alba flumen, (*d*) retro Pariſienſe monaſterium ex Albo lacu deſcendens, Keiſersbergam perluit, eique magna ſæpe damna inundationibus affert. Hic Vogeſi tranſitus, frequentatus olim & commerciis apertus, quia minus difficilis erat, occaſionem dedit munitioni Cæſaræ, quæ Alſatiam & Rhenum contra irruptiones defenderet. (*e*) Situs.

Caſtrum in monte ſatis edito, ejuſque ad pedes oppidum, ſub Friderico II. Imp. in Lotharingiæ Ducem arma movente, (*f*) Wolfellus, Imperialis Alſatiæ Advocatus, exſtruxit, (*g*) eique *Cæſarei caſtri* inditum nomen. (*h*) Solum, cui Keiſersberga inſidet, ad Horburgenſes & Rappoltſteinenſes ſpectavit Dynaſtas. Ab his Henricus, Rom. Rex, Friderici II. filius, " omne jus quod habere dignoſcebantur in caſtro „ Keiſersperg & in ſuburbio circa idem caſtrum, quod quadraginta milites capere „ poteſt, „ ducentis & quinquaginta marcis An. MCCXXVI. comparavit; civitatem liberam ibi non conſtructum iri promittens. Hanc ob cauſam Pfalburgeros Rappoltſteinenſes Keiſersbergæ admitti An. MCCCLIV. vetuit Carolus IV. caſtrum & oppidum Keiſersberg Rappoltſteinenſis ac Horburgenſis primitus juris fuiſſe exiſtimans. (*i*) Conradus IV. alter Friderici II. filius, Abbatiæ Pariſienſis liberalitatem laudavit, quod quadraginta carratas lapidum ad muniendas civitates ſuas dederit quotannis. Sub civitatibus his Keiſersberga, Abbatiæ proxima, haud dubie comprehenditur. Origo.



(*y*) Beeler *Chron.* mſ. fol. 141. *b.*

(*z*) De quo ſupra pag. 75. §. CXVI.

(*a*) Reusner *de urb. Imper.* pag. 81. Alſatiam cor & vitam Germaniæ, cordis cor & vitæ vitam Keiſersbergam dixit. Ibidem aliud hujus urbis elogium auctore Abr. Loeſchero:

" Urbs populoſa jacet, firmis circumdata muris:
" Ardua conſpicuis turribus, arte potens:
" Sublimis frugumque ferax, dilecta colonis,
" Inclyta Cæſareo nomine: dives opum.
" Hic tibi maturas Alſatia colligit uvas,
" Excipit & plenis dulcia muſta cadis. &c.

(*b*) Vera hæc & propria Orbeana vallis, in qua vicus princeps *Orbey* & caſtrum *Hohenac*, unde peculiari Dynaſtiæ nomen. Vid. ſupra pag. 121. §. CCV.

(*c*) De vico *Bonhomme* quoque ſupra pag. 123.

(*d*) Germ. *V'Veiſſ.* Vid. Tom. I. pag. 21. §. XXXII.

(*e*) Ita jam ſenſit Carolus V. Imp. in charta An. MDXXX. ubi: *Nachdem die Stat Keyſersberg gegen fremden nationen und dem aufſtoſſenden gepirg ein Eghſtein und paſſwere, daran dann uns und dem Reich nicht geringe gelegen.* &c.

(*f*) Conf. ſuperius in Roshemio pag. 409.

(*g*) Supra ex Richerio pag. 285.

(*h*) Uſu tamen communi *Keiſerberg*, Cæſaris mons, prævaluit, quod & in *Landtberg* aliisque paſſim Alſatiæ caſtris evenit. Sunt præterea duo in Germania oppida, quæ à Cæſare nomen habent, *Keiſerslauter* in Palatinatu Rheni, de qua Freher. *Orig. Palat.* Part. II. Cap. XII. & *Keiſerswerd* in Archiepiſcopatu Colonienſi. An. MCCCLIX. Carolus IV. Ruperto, Electori Palatino, permiſit, ut in tractu *Bruch*, duabus à Lutera Cæſarea leucis, caſtrum ædificaret, quod *Keiſersgrund* diceretur, Imperioque eſſet apertum.

(*i*) Lucius *Annales Rappoltſt.* Mſt.

## §. DCCLXIX.

Caſtrum. Arx, turre alta inſignis, defenſioni aptiſſima, præcipiti inſidet monti, unde ad Rhenum uſque proſpicitur. (*l*) Ad pedem montis rudera ſuperſunt Palatii, quod Cæſares, Keiſersbergam delati, inhabitare ſolebant. Ipſum enim caſtrum comitatui Cæſaris recipiendo inidoneum fuerat. Advocatus cum caſtrenſibus illud ſolus occupavit. Rudolfus I. Imp. Ulrico de Rappoltſtein ejuſque fratribus An. MCCLXXX. ducentas marcas argenti ad prædia, quæ in *Keiſſersperg nomine caſtrenſis feodi deſervirent*, coemenda promiſit. Biennio poſt *univerſitatibus militum & villanorum* in Keyſersberg, Kinsheim & Sigolzheim monaſterium Alſpach commendavit. (*m*) Imperatores non raro Keiſersbergam veniſſe, & Rudolfi hujus & Caroli IV. exempla demonſtrant. Rudolfus Balbronnam Leiningenſi Comiti An. MCCLXXXV. in hac urbe oppigneravit. (*n*) Carolus IV. ex Helvetia huc appulit An. MCCCLIV. menſemque majum ibi transegit, Imperialibus Alſatiæ civitatibus, ut de publica cum illis pace ageret, eodem convocatis. (*o*) Tum quoque fratrem ſuum Johannem ex Comite Ducem Lucelburgenſem conſtituit. (*p*) Caſtruun, bello tricennali negligi cœptum, non obſidio, non igne, ſed tempeſtatum injuria paulatim interiit.

## §. DCCLXX.

Oppidum. Oppidum, ſuper declivio montis caſtro adſtructum, nonniſi paulatim in plana deſcendit. Primæ munitionis veſtigia haud procul à templo parochiali, ubi mœnia finiebantur, hodieque ſuperſunt. Alberti I. Imp. charta An. MCCC. *villanorum* de Keiſersperg facit mentionem; (*q*) qua voce haud dubie oppidanos deſignat. An. MCCCLXXI. nova exſtructa ſunt munimenta, quibus liberum ſibi tranſitum per urbem ademtum Dynaſtæ Rappoltſteinenſes penes Advocatum provincialem conqueſti ſunt. (*r*) Promotis deinceps in Kiensheimenſium agrum verſus ortum mœnibus civitatis, multæ longæque cum Comite Lupfenſi, Landsburgenſis Dynaſtiæ, ad quam Kiensheimium pertinet, poſſeſſore, exortæ ſunt lites. Arbitrium rei ad Argentinenſes An. MCCCCLXVII. translatum. Sigismundus Imp. An. MCCCCXXIX. juſſit, ut oppidum ſuum, inſidiis ſubinde petitum, Keiſersbergenſes munire pergerent, foſſamque exteriorem inferioris portæ, pridem fieri cœptam, abſolverent. Kiensheimenſibus ſimul interdixit Cæſar, ne viam publicam munitionis opere Keiſersbergiis clauderent. An. MCCCCLXXXVIII. Franciſcani jam intra oppidi mœnia habitarunt, qui hodieque ad ortum degunt extremi. Carolus V. An. MDXXX. quidem Keiſersbergam ampliari permiſit, ubi cum vicinis, in quorum agros excurrendum eſſet, fuerit transactum; ſed nulla ab illis temporibus hæc urbs incrementa accepit; quam duæ tantum portæ, ſuperior atque inferior, aperiunt.

## §. DCCLXXI.

Ædificia ſacra. Inter ædificia Keiſersbergæ tria notanda ſunt ſacra, templum parochiale, quod An. MCCCCXLVIII. conditum, (*s*) Præceptoria ordinis Teutonici, quæ cum Rufacenſi plerumque conjuncta, & monaſterium Recollectorum vel obſervantiæ ſtrictioris, quod uſque ad An. MCCCCLXXXIII. in valle S. Johannis, intervallo ſtadii retro Alſpachium, ſteterat. Triginta circiter annis de ejus in hanc urbem tranſlatione actum. Profecti hinc An. MDXC. ob injurias temporum monachi nonniſi undecimo poſt anno in ſuum, quod reliquerant, cœnobium redierunt.

## §. DCCLXXII.

Cives. Cives in quatuor diviſi ſunt tribus, (*t*) quarum ordinatio An. MCCCCLXXIX. condita eſt. Focos non ultra trecentos facile computaveris. Majorem olim incolarum numerum

(*l*) Iconem ejus, qualis ante hos centum annos fuit, curia Keiſersberg. aſſervat.

(*m*) Hugo *monum. S. Antiquit.* Tom. II. pag. 304.

(*n*) Supra pag. 229.

(*o*) Vid. ſupra pag. 278. §. DXIX.

(*p*) Felix Faber *Hiſt. Helvet.* ad An. MCCCLIV. quo & Johannis, Bohemiæ Regis, patris ſui, diploma, à Ruperto Electore Palat. oblatum, X. Cal. Jun. roboravit. Ferber *de legit. tutela* in præf. Rothvillanæ civitati privilegium d. 20. Maji Keiſersbergæ datum ap. Lunig *R. A.* Part. ſpec. Contin. IV. Part. II. pag. 366. Alia III. Non. Maji & Cal. Jun. à Carolo IV. ibidem ſcripta ap. Hugo *Monum. S. Antiq.* Tom. II. pag. 295. & 309. Literis, die 15. Maji Keiſersbergæ datis, civitatem Argent. ne refractarios Neoburgenſes monachos tueretur, monuit.

(*q*) Hugo *S. Antiquit. monum.* Tom. II. pag. 307.

(*r*) Luckii *Annales Rappoltſt.* Mſſ.

(*s*) Teſte inſcriptione, quæ hæc eſt: *Anno Dom. MCCCCXLVIII. ipſo die S. Margarete virg. inceptum eſt iſtud ædificium.*

(*t*) Quæ à vinitoribus, vitoribus, coriariis & piſtoribus nomina habent.

numerum Keiſersberga, & in eo Nobiles haud paucos continuit. Conradus & Waltherus fratres de Keiſersperc An. MCCLXXXIX. per Auſtriæ Ducem Rudolphum caſtrenſi ornati ſunt feudo. (*u*) An. MCCCLXXI. Cuno de Rœflingen armiger cum Senatui denegaſſet obedientiam, res ad arbitrum Waltherum *von der Dickhe* delata eſt, qui Cunonem ad jusjurandum fidei præſtandum adſtrinxit. Werlinus de Keiſersberg miles in eadem charta memoratur. An. MDIV. Johannes de Hattſtatt miles aliique Keiſersbergenſes religioſam confraternitatem inſtituerant, quam ſedis Romanæ per Germaniam Legatus firmavit. At nobiles hi perinde ac plebeji publicis civitatis oneribus fuerunt obnoxii. Quin etiam jure civitatis Abbas Pariſienſis & Abbatiſſa Alſpacenſis (*x*) cum Monachis ſuis & officialibus gaudent.

## §. DCCLXXXIII.

Keiſersberga, Imperialis ab origine civitas, nullis ante Adolfum I. Imp. munita privilegiis erat. Henricus Rex, cum Horburgi & Rappoltſteinii Dynaſtis ſuper eam, ut jam dictum eſt, pacifcens, nullam civitatem libertate donatam ſe ibi facturum promiſerat. Colmaria, Seleſtadium & Anvilla cum mœnibus, quibus cinctæ fuerunt, ſimul & libertatem à Friderico II. Imp. acceperant. Aliter cum Keiſersberga tum actum, quæ ne libera, id eſt, juribus ac privilegiis ornata, eſſet, vicinorum & iſtorum præcipue Dynaſtarum interfuit. Friderico II. Imp. ſub quo caſtrum oppidumque exſtructum eſt, diris devoto, Keiſersberga eodem, quo Colmaria, tempore in Epiſcopi Argent. ditionem conceſſit, atque per Rudolfum, Habsburgi Comitem, occupata primum An. MCCLXI. (*y*) dein & Imperio eſt reſtituta. At eum, ſolio quum inſideret Cæſareo, eidem civitati privilegia dediſſe, uti Colmariæ dedit atque Mulhuſio, non equidem reperio. Promiſſi Henrici Regis, quod memoravi, haud dubie memor erat. Privilegia.

## §. DCCLXXIV.

Adolfus Imp. primum, quod novimus, privilegium, idque præſtantiſſimum, Keiſersbergæ An. MCCXCIII. impertitus eſt, ut nempe omnibus plane, quibus tum Colmaria fruebatur, *juribus, libertatibus & conſuetudinibus* uteretur. Fridericus Auſtriacus *ab omni exactione & ſtura* Keiſersbergam per biennium charta Columbariæ data An. MCCCXV. liberavit. Ludovicus Bav. eam cum aliis Imperii munimentis Johanni, Bohemiæ Regi, An. MCCCXXXI. oppigneravit, (*z*) & quinquennio poſt in ſuam poteſtatem obſidione recepit. (*a*) Recenſio eorum.

Carolus IV. Hagenoæ An. MCCCXLVII. ſtatuit, ut " incolas infra muros civitatis „ vel extra ubicunque locorum reſidentes nullibi præterquam coram Advocato ſuo vel „ Sculteto in cauſis civilibus convenire liceat „; jure immiſſionis in bona (*b*) Landgraviis & judicibus aliis exteris ſimul ademto. Immunitatem hanc Sigismundus Imp. Ammersvillano judicio, quod eam turbaverat, literis Presburgi An. MCCCCXXIX. datis ſignificavit. Sed & alio Carolus IV. diplomate civitatem & arcem Keiſersbergenſem à ceteris Alſatiæ civitatibus nullo ſe modo ſeparaturum pollicitus eſt; eique jus recipiendi Judæos An. MCCCLXXIV. conceſſit.

Sigismundus mercatus, lunæ diebus habendos, & libertatem civium à judiciis exteris An. MCCCCXXIV. firmavit. Decennio poſt Kiensheimenſes ad Imperatorem ex civibus quosdam Baſileam miſerunt, ut ſua mercatus jura tuerentur. Sigismundus enim Keiſersbergenſibus jura nundinarum tam liberaliter dederat, ut dimidii circumcirca milliaris ſpatio iis ſoli fruerentur. Kienshemium vix quadrantis leucæ intervallo Keiſersberga diſtat. Examinata cauſa, Cæſar cum Principibus & Conſiliariis, qui aderant, Kiensheimenſes annuas in feſto S. Matthæi nundinas & hebdomadales die Martis mercatus ſuos continuare juſſit, quod ante datum Keiſersbergenſibus privilegium hoc jam gaviſi jure fuiſſent.

Fridericus IV. annuam Senatus renovationem, abſente quoque Advocato provinciali, ejusve vicario, fieri poſſe, An. MCCCCLXXIX. decrevit.

Carolus

(*u*) Conf. ſupra pag. 103. §. CLXXIV.
(*x*) Alſpacenſibus monialibus id Carolus IV. An. MCCCLVI. Metis addixit. Advocatiam monaſterii hujus civitas olim ſibi aſſeruit. Secundum transactionem An. MDXXXIII. moniales, civilegio omnique civitatis auxilio & protectione perpetuo uſuræ, XL. libras Baſil. monetæ quotannis ei præſtare debent.
(*y*) Petrus Argent. *de bello Valtheri Epiſc. Arg.* Mſſ. Koenigshov. Cap. IV. §. XLV.
(*z*) Albertus Argent. *de rebus geſtis Ecrtholdi, Epiſcopi Argent.* pag. 171.
(*a*) Vid. ſupra pag. 285. §. DXXXIV.
(*b*) Quod vernacule *Ausleyte* Cæſar appellat. Conf. in Seleſtad. pag. 382. not. (*y*)

Carolus V. in cauſis, triginta & duo florenos non excedentibus, ad ſummæ Imperii tribunalia provocare, nec non Judæos absque Senatus licentia Keiſersbergam intrare, An. MDXXI. vetuit, novennioque poſt collapſa urbis ædificia, ſi poſſeſſores à Senatu moniti poſt annum & diem ea non reſtauraſſent, in uſus publicos converti permiſit.

Ceterum ſuas cum vicinis lites civitas hæc per Rappoltſteinenſes Dynaſtas, Colmarienſem, Seleſtadienſem & Argentinenſem Senatus, ut arbitros, amavit decidi. (*c*)

## §. DCCLXXV.

Inſignia. Duplex urbis inſigne, crumena nigri coloris in ædificiis publicis, turris ſeu caſtrum in ſigillis, (*d*) comparet.

Matricula. In matriculis Imperii Keiſersberga omnium Alſatiæ civitatum prima cenſeri ſolebat. In Noribergenſi An. MCCCCLXVII. & LXXX. adverſus Turcas tres equites, ſexque pedites; in Ratisbonenſi An. MCCCLXXI. adverſus eosdem duo equites & quatuor pedites; in Francofurtana & Noribergenſi An. MCCCCLXXXVI. ac ſeq. ducenti floreni; An. MCCCCLXXXIX. tres equites octoque pedites; in Wormatienſi An. MDXXI. tres equites cum 18. peditibus, hujusque matriculæ moderamine An. MDXLV. ſqq. duo equites & 15. pedites ſeu LXXXIV. per menſem floreni, qui conſtans deiu perſtitit canon, civitati huic imperati fuerunt. (*e*) Pro Camera Imperii Keiſersbergæ cenſus idem fuit ac Monaſterii.

Regimen. Senatum civitatis quatuor Conſules (*f*) & ſex Senatores, cum quatuor Tribunis, componunt. Conſulare præſidium ſemper fuit trimeſtre. Senatores olim erant duodecim, quorum, uti Conſulum, dimidia pars ex civica, antequam hæc interiit, nobilitate eligebatur. Cauſæ minores in peculiari judicio, cui Scultetus præeſt, ſummarie tractantur. Scultetum Advocatus Imperialis, (*g*) reliquos judices conſtituit Senatus, ad quem à judicio hoc provocatio fiebat.

## §. DCCLXXVI.

Religio. Religio Romano-Catholica Keiſersbergæ conſtanter ſervata. Ex ea tamen ortus eſt Matthias Zellius, mutationis ſacrorum Argentinæ ſuaſor & auctor. (*h*) Eum inter populares ſuos habuiſſe ſequaces, non nirum. Parochum civitatis, Samſonem Hülner, An. MDXXIII. hanc ob cauſam in curia clam capite truncatum, ſchedula, à me viſa, indicat. (*i*) Biennio poſt die Martis ante dominicam Cantate Keiſersberga à tumultuantibus ruſticis, plures in oppido fautores habentibus, capta & in verba ipſorum jurare coacta eſt; à quo jurejurando die 15. Jul. ejusdem anni Advocatus provincialis eam abſolvit. Alſpacenſes moniales à Keiſersbergæ civibus allectas tum fuiſſe in urbem, ut monaſterium vacuum diriperetur facilius, Carolus Hugo, (*l*) perſcribit, addens, exules à Magiſtratu chartis nummisque ſpoliatas, quin & oblatum eſſe monialibus ſcriptum, ut bona ſua cum monaſterio traderent civitati, civium attribuenda noſodochio. Liberiores quorundam ſermones tum volitaſſe non dubito, at ſiniſtri quid in Alſpacenſes agitaſſe Senatum, non equidem reperi. Quin imo in Senatus Regeſtis plura reperi exempla, quibus ille cives, monialibus inteſtos, graviter ſevereque punivit. Transactio An. MDXXXIII. cum Alſpacenſe Abbatia à civitate inita, quam ſupra (*m*) memoravi, de offenſionibus nihil prodit omnino. Non opus ergo fuit Caroli V. in Proteſtantes victoria, ut Alſpaco-Keiſersbergicæ lites, quas illuſtris ille & doctus ſcriptor (*n*) obtorto collo huc trahit, terminarentur.

Ditiones oppidi. Nullos Keiſersberga extra oppidum ſubditos habet. Omnis ejus ditio in montes tantum ſe extendit & valles, quarum ſeptendecim minores, in majorem incidentes, computantur, quæ quinque leucarum tractum conficiunt. Villæ ergo quædam montanæ, vini

(*c*) Contra hoc tamen inſtitutum egiſſe Keiſersbergenſes, Ammerswillani penes Wilhelmum, Dynaſtam Rappoltſtein. An. MCCCCXCI. conqueſti ſunt.

(*d*) Tale ſigillum jam An. MCCCXLVII. adhibitum in ſcrinio civitatis extat.

(*e*) Conterj. *Corp. Jur. publ.* Tom. I. Part. V. pag. 140. & 178.

(*f*) Vernacule *Stettmeiſter*, uti Colmarix.

(*g*) Conf. ſupra pag. 285. ſq. §. DXXXI. ſq.

(*h*) Conf. ſupra pag. 341. §. DCXXXIII.

(*i*) Scheda hæc membranacea in monaſterio Recollectorum Keiſersberg. ſervatur. Aſt Commentarii Senatus illius ævi, quos diligenter evolvi, ceteraque Keiſersbergæ ſcrinia hac de re nihil. Schedulæ ætas incerta.

(*l*) *Monum. ſacra Antiq.* Tom. II. pag. 299.

(*m*) Pag. præced. Not. (*x*)

(*n*) Hugo lib. alleg. pag. 302.


image
not
available

conſuleret, prædiis plerisque ad exteros paulatim transeuntibus, ea deinceps, antequam vendi poſſint, per parochum ex ſuggeſtu publicari juſſit; id quod anno ſequenti Maximilianus II. Imp. ratum habuit. Ferdinandus III. compoſito bello tricennali, quo & civium numerus ad paucos redactus, & bona ipſorum pleraque exteris vendita fuerant, jus retractus & cenſum prædiorum augendi veniam An. MDCLIII. indulſit, quod à Leopoldo ſexennio poſt renovatum. Generales jurium & privilegiorum ſuorum confirmationes Turinghemium à Friderico III. An. MCCCXV. per ſingulos fere Imperatores uſque ad Leopoldum An. MDCLIX. accepit.

## §. DCCLXXIX.

Jura alia. Præter hæc Cæſarum privilegia gaudet quoque civitas jure patronatus eccleſiæ ſuæ ac decimis, inter Pariſienſem & Monaſterienſem Abbatias, Dynaſtiam Landſpurgenſem ac Ramſteinenſes Nobiles, olim diviſis. Landſpurgenſis quarta pars civitati Colmar. nunc competit. Reliquæ partes tres cum jure patronatus Turinghemenſibus pro annuo vini canone (*a*) An. MDCLIII. & ſequenti venditæ fuerunt. Gaudet etiam gabellarum & foreſtali jure, unde reditus ejus præcipui. Univerſa civitatis jura ſe defenſuros, Advocatus provincialis & Keiſersbergenſis, Dynaſta Landſpurgenſis, Abbas S. Gregorii jurejurando promittunt; quibus viciſſim & civitas jusjurandum, non ſubjectionis, ſed fidei, præſtat.

Onera. Cenſus Imperialis quotam non equidem invenio. In matricula Imperii An. MDLI. unus Turinghemio imperatus eſt eques, (*b*) pro quo dein quinque dati ſunt pedites, ſeu XX. ſingulis menſibus floreni. (*c*) Ad Cameram Imperialem dati ſunt quotannis, ut à Monaſterienſi & Keiſersbergenſi civitatibus, XXV. floreni.

Inſignia civitatis portam, quæ ad nomen ejus alludit, exhibent, quam etymologiam falſam eſſe ſupra oſtendi.

## §. DCCLXXX.

Landſpurg. Dynaſtiæ jura. Duplicis generis incolas, Imperiales & Landſpurgenſes ſive Auſtriacos, Turinghemium olim continuit. Partus, ut Ammersvillæ, (*d*) ventrem ſequebatur. Cæſarea privilegia ad ſolos Imperii cives ſpectabant; ex qua civium diverſitate graves ſubinde lites enatæ ſunt. De advenis An. MCCCC. ita conventum, ut qui ex tractu terrarum, inter rivulum Eckenbach, Ottonis-Colles, Blindach & ſummitatem Vogeſi, ex Mundato ſuperiore, Abbatiæ Murbacenſis & Hatſtadienſium Nobilium ditione, ex oppidis vicisque Imperialibus oriundi eſſent, Imperatori atque Imperio; qui aliunde, ex Auſtriacis præſertim terris, acceſſerint, Landſpurgenſi Dynaſtæ ſervirent. Renovatis gravaminibus, Senatus Argent. cura pacis 40. annorum formula An. MCCCCLXXXV. prodiit, quæ univerſos Turinghemii incolas, nobiles atque plebejos, à Landſpurgenſi dominio liberos, ſolique ſubjectos Imperio, pronuntiavit. Landſpurgenſi Dynaſtæ pro ſervitiis ſibi antea præſtitis vecturam vini, quotannis præſtandam; Sculteto ejus æquam cum Imperiali in judiciis non capitalibus, neque in iis, quibus Presbyterorum, nothorum, Nobilium ac Judæorum cauſæ tractantur, præſidendi poteſtatem; Magiſtro civium autem claves, ſigillum atque vexillum civitatis addixit. Memorabilis hæc, ſed temporaria, transactio tribus demum poſt annis plenum eſt fortita effectum; ubi Abbas S. Gregorii & civitas Colmarienſis, electi à litigantibus arbitri, eandem juſſerunt eſſe perpetuam.

## §. DCCLXXXI.

Abbatiæ Monaſter. jura. Abbas S. Gregorii eadem apud Turingheimenſes poteſtate, qua apud Monaſterienſes, iisdemque juribus gaudebat. In curia dominica, quam ibi habet, judicium Abbatis fuit peculiare, Sculteto, villico, libripende & apparitore conſtans, qui ab oneribus publicis civium erant immunes. Sed Abbati in ſenatu civitatis quoque ſuffragium erat. Nullum vectigal aut gabella inſtitui, nulla prædia publica alienari absque ejus conſenſu poterant. Inſtitutis à Senatu vectigalibus Abbas, non civitas, fruebatur; cui & ex venditis prædiis publicis triens, ex mulctis vero atque precariis ſemiſſis pecuniæ ſolvendus erat. Eidem, Turinghemium ſolemniter primum intranti, donum à civibus oblatum.

---

(*a*) Abbas Pariſ. triginta quotannis amphoras accipit. pag. 41.
(*b*) Conring. *Corp. Jur. publ.* Tom. I. Part. V. (*c*) Ibidem pag. 178.
(*d*) Conf. ſupra pag. 105. §. CLXXVII.


image
not
available

# MULHUSIUM.

## §. DCCLXXXIV.

Situs & origo.

Mulhuſium, ſociam Helvetiis civitatem, in Sundgoviæ & Alſatiæ ſuperioris confinio, (*n*) tribus à Rheno leucis, media fere inter Colmariam & Baſileam via ad Ellum fluvium ſitam, liberis noſtris civitatibus, cum quibus ad Imperialem Alſatiæ Advocatiam olim relata fuit, ſubjungo. Locus hic, Romano ævo poſterior, (*o*) Francicæ originis eſt, à molendinari domo, (*p*) quam & inſignia ejus produnt, nomen adeptus. Qui ex Monaſterio Auguſtiniano vicum, ex vico oppidum enatum eſſe volunt, haud dubie falluntur; ſub Ludovico Pio enim Mulhuſium jam fuerat vicus; (*q*) eodem cum Colmaria & Seleſtadio tempore ſub Friderico II. Imp. in oppidum converſus. (*r*) *Mulhuſen* duo Inſtrumenta Ann. MCCXXI. & MCCXXIV. *Civitatem Mulhuſen* Friderici II. Imp. charta An. MCCXXXVI. memorant. Auguſtiniani vero Cœnobii originem epocha hac poſteriorem eſſe, mox patebit.

## §. DCCLXXXV.

Circuitus.

Oppidum triginta octo plateis conſtans, muris ſat altis An. MCCCXLIV. exſtructis, triplicique foſſa, quam Elli aquæ permeant, circumdatum, quatuor apertum eſt portis. (*s*) Armaniaca invaſione An. MCCCCXLIV. ſuburbia everſa ſunt.

Præceptoriæ.

Melitenſis atque Teutonicus Ordines, à Rudolfi Habsburg. Imp. temporibus Mulhuſii incolæ, ſuas hodieque curias ibi poſſident. An. MDCXXXIV. Sueci eas ad tempus cum bonis, civitate fruſtra renitente, occuparunt. S. Lazari Ordo, à Ludovico XIV. renovatus, ejusdem Regis auctoritate An. MDCLXXXV. Teutonicum ad tempus expulerat.

Monaſteria.

Familiæ S. Auguſtini Monaſterium circa An. MCCLXX. conditum, (*t*) à Monachis ante ſacrorum mutationem ſponte relictum, An. MDXXVIII. in Hoſpitale, An. MDCXXIV. in granarium, & An. MDCXLIV. in armamentarium converſum eſt.

Abbatia Ord. S. Claræ, cujus circa An. MCCLXX. in literis prima mentio fit, cum ob grave incendium An. MCCCCLXV. ſub Abbatiſſa Gertrude de Mülnheim plurimum æris alieni contraxiſſet, An. MDXXIII. civitati ſub haſta vendita, ſeptennioque poſt in publicum hoſpitium (*u*) converſa eſt, cum quo Hoſpitale An. MDCXXIV. conjunctum.

Minorum Conventualium Eccleſia, circa An. MCCLXXX. conſtructa, concionibus Gallici ſermonis ab An. MDCLXI. infervit.

Eccleſia parochialis.

Eccleſia Parochialis S. Stephano dicata eſt. Jus patronatus cum quarta decimarum parte Ordinis Teutonici Præceptoria à Carolo IV. Imp. dono accepit, ac civitati An. MDXXVII. vendidit. An. MCCXCVII. Hermannus de Thierſtein, Canonicus Argentinenſis, hujus rector Eccleſiæ fuerat. (*x*)

## §. DCCLXXXVI.

---

(*n*) Adolfus Imp. An. MCCXCIII. privilegium dedit *der Statt ze Mulhuſen an Swatgöuw*. Ita etiam in charta Ruperti Senioris Electoris Palatini An. MCCCLIV. Sundgovia hic ſenſu minime lato pro Comitatu Phiretenſi accipitur. Conf. ſupra pag. 32. §. XLVI.

(*o*) Confutavi Tom. I. pag. 187. eos, qui Ariolbinnum Romanorum hic quærendum eſſe cenſuerunt.

(*p*) *Ulhuſen* tamen alii ab initio, deinque præfixa per errorem litera M. *Mulhauſen* locum appellatum fuiſſe, male conjiciunt. Lex. Hist. Bäsil. voce *Mulhauſen*.

(*q*) Adi Tom. I. pag. 728. §. CCXXXIII. Diplomatis tamen iſtius Ludovici Pii fidem, qua hæc nititur ſententia, non prorſus indubiam eſſe fateor.

(*r*) Furstenberger *Chron. Mulhuſ.* MS. Lib. II. Cap. III. chartas de An. MCLXVIII. allegat, in quibus Mulhuſii, *oppidi Imperialis*, jam mentio fit. Sed chartas has nec ipſe, nec alius quis protulit, neque ſcrinium publicum civitatis aſſervat hodie, ſique aſſervaret, ſuſpectæ fidei eas fore, equidem non dubito.

(*s*) Olim quinque portæ fuerunt.

(*t*) Henricus, Sedunenſis Epiſcopus, 40. dies indulgentiarum hoc anno promiſit iis, qui fratribus Heremitis Ord. S. Auguſtini, qui nuper *incoaverunt locum in Mulenhuſen*, manum porrexerint adjutricem. Literæ in Tabular. Mulhuſ.

(*u*) *Pfrundhaus*.

(*x*) Charta tabularii Mulhuſini An. MCCXCVII. qua *coram Conſulibus de oppido Mulnhuſen omne jus omnemque collationem & donationem, quæ ipſi in parochiali eccleſia dicti oppidi Mulnhuſen competebat*, reſignavit.

## §. DCCLXXXVI.

Curia Senatus prima muris urbis adhæſit; ſecundæ, An. MCCCCXXXI. in foro exſtructæ incendioque abſumptæ, An. MDLIII. hodierna ſucceſſit. Curia Senatus.

Ex veteri caſtro, trimeſtri obſidione An. MCCLXII. ut infra docetur, expugnato atque deſtructo, duæ etiamnum remanent turres. Caſtrum.

Abbas Lucellenſis, Waldneriana familia, aliique Alſatiæ Nobiles, curias ſuas Mulhuſii habent ac jure civitatis utuntur. Zerheiniorum curia feudum regium eſt, olim Auſtriacum. Curiæ alia.

Mœrſpergenſes, Dornachii, Phirretenſes, Brinighofii, Wittenhemii, Illzachii, Hirzbachii, Regeshemii, Wunnenbergii, ac permulti alii nobiles, inter veteres oppidi hujus incolas occurrunt. An. MDCLXXV. Granvillarii, triennioque poſt Roſenii inter eosdem recepti ſunt. Omnis hodie civitas in ſex diviſa eſt tribus, (*y*) quarum cuilibet bini Senatores ac Tribuni cum ſeviris præſunt. Sunt cives, quibus nullus ad munera & dignitates Reip. aditus; ſunt alii, incolatus tantum jure gaudentes, quibus omne commercium interdictum. (*z*) Incolarum in univerſum IV. millia computantur. Cives.

## §. DCCLXXXVII.

Cæſarea inter Mulhuſinorum Privilegia illud reperi primum, quod à judiciis exteris immunitatem concedit civibus, eosque feudorum reddit capaces. Auctor ejus eſt Rudolfus I. Imp. An. MCCLXXV. cujus beneficio Mulhuſium ex Epiſcopali Argentinenſi Cæſareum paulo ante oppidum evaſerat. Rudolfus, ut Landgravius Alſatiæ, privilegio hoc ſibi nocuit; unde poſteri Rudolfi, Landgraviatus poſſeſſores, illud non ſemel evertere tentarunt; at Carolus IV. & Wenceslaus (*a*) eandem à Landgravialibus judiciis immunitatem renovarunt. Privilegia Cæſarea.

Adolfus Naſſovius juſſit, ut in Porticu civitatis in judicio Mulhuſini compareant. Idem menſuræ, ponderum, ſtatutorum condendorum jus, utque per omnes Imperii Civitates à vectigalibus liberi eſſent, conceſſit. Nobilibus autem, Mulhuſii habitantibus, à tributis civitatis immunitatem An. MCCXCIII. addixit. (*b*)

Ad impenſas munitionum urbis gabellam vini An. MCCCXV. quum concederet Fridericus Auſtriacus, eidem libertatem à judiciis exteris Baſilææ confirmavit, ad quam tuendam octennio poſt Mulhuſini cum Baſilienſibus pactum inierunt. Ab Imperio Mulhuſium ſe nunquam alienaturum, Carolus IV. An. MCCCXLVII. promiſit.

## §. DCCLXXXVIII.

Privilegium de moneta cudenda non extat. Urbs tamen ab Imperio avulſa & fœderi adjuncta Helvetico, ſui juris & libera, nummos percuſit. Fabrica monetæ, An. MDCXXII. inſtituta, variæ formæ nummos ſignavit, qui vero ab Auſtriacis, quibus Mulhuſium cingitur, non recepti ſunt. Respublicæ minores ſuo plerumque damno experiuntur, fabricam monetæ parum ſibi proficuam eſſe. In thaleris aquila biceps cum epigraphe: *moneta nova Mulhuſina MDCXXII.* & *MDCXXIII.* in averſa autem leo, pomum Imperiale, rotamque molarem, urbis inſigne, altero pede demiſſiore tenens, cum inſcriptione: *Ex uno omnis noſtra ſalus.* Quadrantes in antica dimidiam rotam molendini, dimidiamque aquilam, in poſtica crucem cum eadem, quam thaleri, epigraphe repræſentant. Moneta. Tab. II. Numiſm.

Molaris enim rota, ad nomen urbis alludens, inſignia ejus conſtituit. In Italica expeditione An. MDXII. Mulhuſini de Sede Romana bene meriti à Matthæo Cardinale, ejuſdem in Longobardia Sedis Legato, impetrarunt, " ut in vexillis & banderiis ſuis „ ymaginem S. Stephani Prothomartyris depictam deferre, nec non rubeum colorem „ ſoliti ipſorum inſignis, videlicet rote molaris, in aureum ac militarem colorem „ convertere liceret: „ quod ipſe Pontifex Julius II. anno ſequenti peculiari charta roboravit. Tale vexillum, tunc temporis confectum, hodieque in ſcrinio civitatis ſervatur. Inſignia.



(*y*) Prima à ſartoribus, 2. à vinitoribus, 3. à lanionibus, 4. à piſtoribus, 5. à fabris, 6. ab agricolis nomen habet.

(*z*) Vernacule *Schirmsverwandte.*

(*a*) An. MCCCLXXVI. & MCCCXCV.

(*b*) Inſtrumentum Germ. ſcriptum Baſileæ *an der Mitwochen nach dem zwelfften tage* MCCXCIII. plura juris civilis capita continet.

## §. DCCLXXXIX.

Onera. Imperialem quinquaginta librarum vel centum florenorum Argentinenſium cenſum ante fœdus Helveticum, vel Cæſari vel Advocato provinciali præſtare ſolitum, (*c*) Mulhuſini poſtea quoque ſolverunt Auſtriacis, & Præfecto Hagenoenſi præſtant hodieque. Ferdinando Archiduci, advocatiam adminiſtranti, bis mille florenos cum mutuo dediſſent An. MDLXXVI. in uſuras deinceps computatus eſt cenſus. Quum autem Alſatia Auſtriaca cum Advocatia Alſatica Monaſterienſi pace perveniſſet ad Gallos, Harcurtius Comes, Advocatiæ juribus Regis beneficio uſus, à Mulhuſinis, ab Imperii nexu licet liberatis, ut à ceteris urbibus, An. MDCLIII. cenſum exegit, ſe curaturum recipiens, ut pecunia Archiduci mutuo data, civitati cum debitis uſuris reddatur.

Ad expeditiones militares Imperii Mulhuſium ex Wormatienſis matriculæ præſcripto An. MDXXI. ſex equites & 27. pedites debebat ſuppeditare; cum An. MCCCCLXVII. ſex equites & 12. pedites, An. MCCCCLXXI. tres equites ſexque pedites, An. MCCCCLXXX. quinque equites, novemque pedites, An. MCCCCLXXXVI. trecentos, ſequenti centum florenos, An. MCCCCLXXXIX. duo equites, ſexque pedites ſuppeditaſſet. A Wormatienſis vero matriculæ tempore nihil præſtitum, quod civitas liberæ Helvetiorum Reip. jam conjuncta eſſet; unde nec canon ejus, qui Colmarienſi major, ſequentibus matriculis correctus aut imminutus eſt. (*d*)

## §. DCCXC.

Regimen vetus. Regimen urbis primitus penes Imperialem Scultetum, (qui Adolfi Imp. præcepto anni MCCXCIII. è civibus eligi debuit) quatuor Nobiles & octo Senatores plebejos fuit, quibus Conſulem Carolus IV. An. MCCCXLVII. adjecit. (*e*)

Scultetus Imperialis. Sculteti officium ac reditus Rupertus Impp. pro centum aureis ipſi civitati An. MCCCCVII. Sigismundus vero Hermanno de Offenburg, civi Baſilienſi, An. MCCCCXVII. oppigneravit. Ab Hermanno hoc quinquennio poſt Cæſaris & Electorum conſenſu pro bis mille ac centum florenis ad civitatem rediit. Sub Friderico IV. Petrus & Conradus de Mœrſperg, fratres, An. MCCCCLII. poſtque hos Mulhuſini iterum An. MCCCCLVII. reluitionis jus obtinuerunt; unde Scultatia toties oppignerata atque redemta, penes civitatem ipſam deinceps conſtanter permanſit, quæ Sculteti nomen ſuppreſſit, officiumque ejus Conſuli commendavit, Sub-ſculteti nomine & ex parte officio quoque ſervato.

Senatus. An. MCCCCXLV. Nobilibus è Senatu excluſis, mutata eſt regiminis forma, tresque Conſules, Senatores novem ac duodecim Tribuni, qui in Senatu ſederent, conſtituti; præterea ſingulis tribubus præfecti ſunt feviri, (*f*) qui ſummis in Reipublicæ negotiis Senatui accederent, ut omnis in rem conſenſiſſe videretur civitas. Seviratus hic primus capeſſendæ Reipublicæ gradus. Senatus minor dicebatur, cum ſex tantum juniores; major, cum XII. omnes adeſſent Tribuni. Cauſæ capitales in Senatu majore tractabantur ſub dio, præſidente Conſule & Sub-ſculteto reum accuſante. (*g*)

## §. DCCXCI.

Regimen hodieruum. Denique univerſa civitate An. MDCCXXXIX. commota, (*h*) aliarum Helvetiæ civitatum inſtar, præter XXIV. veteris Magiſtratus membra & XXXVI. feviros tribuum, tres alii è ſingulis tribubus viri, peculiari dignitatis nomine & ſtipendio carentes, adminiſtrandæ Reipublicæ additi ſunt, ut adeo ſeptuaginta & octo capita Senatum majorem hodie componant; qui de fœderibus, legationibus, religione, legibus, Magiſtratuum electionibus, de judiciis, aliisque gravioribus cauſis, ſtatuit atque cognoſcit. Hic tertii cujusque menſis initio adeoque quater tantum haberi ſolet in anno. Senatus minor vero, duodecim Senatoribus, inter quos tres Conſules comprehenſi, totidemque Tribunis conſtans, ſingulis Mercurii diebus convenit. Ex eo duo Quæſtores, (*i*) Ædilis, Illzaci, hoſpitalis, orphanotrophii aliique Præfecti creantur. Electiones

(*c*) Vid. ſupra pag. 280. §. DXXII.
(*d*) Contrej. *Corp. Jur. publ.* Tom. I. Part. V. pag. 96. & 140.
(*e*) Unde formula orta: *Wir Schultheiſſ, Burgermeiſter u. Rath*; cum antea ſcribercetur: *Wir Schultheiſſ, Rath u. Gemeind.*
(*f*) *Sechſer.*
(*g*) Urstis. *Chron. Baſil.* Lib. I. Cap. XIX.
(*h*) Duo cives in cauſa, qua ceciderant, civili à Magiſtratu ſuo ad ſocios Helvetiæ Pagos haud legitime provocantes, motus hos in urbe dederunt.
(*i*) *Seckelmeiſter.* Primi An. MDCXXV. inſtituti ſunt, cum antea Conſules ærario publico ſoli præfuiſſent.

Electiones pleræque è numero ternario fiunt. Consulis regimen semestre. Syndicus suffragium deliberativum habet. Inter dicasteria ac judicia inferiora *Urbanum*, (*l*) quod vocant, annoto, ubi de debitis ac delictis minoribus cognoscitur. Præses ejus, Sculletum Imperialem qui refert, Sub-scultetus hodieque dictus, non gaudet suffragio. Consistorium, quod de rebus sacris ac matrimonialibus judicat, quatuor ecclesiæ ministris, tribus Consulibus ac duobus Senatoribus constat.

## §. DCCXCII.

Religio Reformata, quam universi profitentur iisdemque, non tarde admissa. Religio.
Primus adversus pristinum cultum præco surrexit Augustinus Kræmer An. MDXXII. quo hortante Senatus anno sequenti sacra publica vernaculo sermone ad solius scripturæ normam fieri jussit. An. MDXXV. presbyteris imperatum, ut vel concubinas missas facerent, vel ducerent uxores. In Colloquio Badensi per legatos suos civitas doctrinam OEcolampadii probavit. Imagines cum reliquis, à Zwinglio reprobatis, post colloquium Bernense An. MDXXVIII. abrogatæ, omniaque ad Confessionis Helveticæ formulam composita sunt. Ad sacrum Helvetiorum, quod brevi secutum est, bellum Mulhusini centuriam militum Reformatis auxilio miserunt; quibus & sequenti ævo, quotiescunque iis cum Pagis Catholicis controversia erat, nunquam defuerunt. An. MDCXXI. Wolfgangus Meyer, S. Theol. Doctor, Basilea Mulhusium, ut sacris præesset, vocatus, placentulis, quæ hostiæ dicuntur, in S. Cœna panem cibarium substituit, quod vicennio post demum Basileæ factum.

## §. DCCXCIII.

De Mulhusio inter Cæsares Suevicos, ut Alsatiæ Duces, & Episcopos Argentinenses, Mundati superioris vel Rusacensis, à quo non longe distat, possessores, multum diuque disputatum. Lite ad arbitros delata, hi locum An. MCCXXI. adscripserunt Episcopo, (*m*) qui triennio post alia compositione advocatiam ejus Friderico II. Imp. in feudum concessit. An. MCCXXXVI. denique Bertholdus I. Ep. eidem ejusque hæredibus masculis civitatem Mulhausen cum omni jure lege quoque feudali permisit; (*n*) proscripto à Pontifice Friderico An. MCCXLVI. ad Ecclesiam, cujus feudum erat, redituram. Episcopus enim, Henricus à Stahleck, Mulhusium tum occupavit, atque arce in oppido exstructa, suum in illo dominium firmavit. (*o*) Hoc autem Episcopale jugum & civibus grave, & vicinis cum esset periculosum, Rudolfus, Habsburgi Comes, Alsatiæ superioris Landgravius, post liberatam Colmariam An. MCCLXI. Mulhusinos etiam in suam potestatem atque tutelam recepit. Tradito enim à civibus oppido, castrum, quod Episcopi Scultetus tenebat, trimestri obsidione captum & solo æquatum est. (*p*) Ita Mulhusium, Ducalis ab initio civitas, Episcopo Argent. ereptum & Habsburgici juris factum est, ab Ensishemio, primario Domus Habsburgo - Austriacæ in Alsatia loco, distans bihorium. An. MCCLXXI. Episcopus Basilienfis, Rudolfi Comitis hostis, Mulhusium frustra obsedit; quod Rudolpho in solium Germaniæ An. MCCLXXIII. elato, urbis Imperialis juribus cœpit ornari. Ecclesia Argentinensis tamen suum in illud jus nondum dimiserat, cum Henricus VII. Imp. pro eo sua atque Imperii jura in Mollisheim alibique An. MCCCVIII. concederet permutatione, quam Principes Electores ratam habuerunt. Finmatam libertatem melius ut tueretur Mulhusium, cum ceteris Alsatiæ civitatibus liberis fœdera contraxit, communisque Advocati provincialis tutelam subiit. (*q*)

Fata urbis sec. XIII.

## §. DCCXCIV.

(*l*) *Staatgericht.*
(*m*) Conf. supra pag. 209. §. CCCLXXXII.
(*n*) Supra pag. 166. §. CCLXXXVII.
(*o*) Richerius Senon. Lib. V. Cap. XIV. Mulhusium à Rege Germaniæ, Friderici II. Imp. successore, commendatum Episcopo fuisse scribit; qua in re Urstisius *Chron. Basil.* Lib. I. Cap. XIX. pag. 59. Stumpf. Lib. XII. Cap. XXXV. Simler. de *Rep. Helvet.* Lib. I. pag. 149. edit. Fuesslini, & edit. Germ. pag. 310. aliique eum sequuntur. Sed Episcopum Argent. suo magis quam Cæsaris nomine imperasse Mulhusio, nostris ex monumentis apparet satis.
(*p*) Koenigshov. Cap. IV. §. XLVI. *Parallipom. ad Ursperg.* pag. 255. Annales Colmar. *castrum in Mulhusen expugnatum* An. MCCLXII. referunt. Richerius in *Chron. Senon.* Lib. V. Cap. XIV. ita: „ Comes Rodolphus videns sibi favere fortunam, „ adunato non modico exercitu obsedit oppidum, „ quod Mulnehuse dicitur, in Episcopatu Basil. „ situm, quod & Rex Alemanniæ Episcopo Argent. „ commiserat custodiendum. Homines vero illius „ oppidi obsidionem illam ægre ferentes, Comiti „ Rodolpho se ultro contulerunt, qui eos grananter „ susceptt. Sed milites Episcopi & Balistarii, qui „ erant in castello, quod oppido præeminet, valde „ oppidanos molestabant: sed Comes Rodolphus „ nolens hoc diutius sustinere, cœpit castellum im„ pugnare, quod tandem expugnavit, & castellanos „ deduxit captivos & spolia multa, quæ à circum „ adjacentibus villis in castello illo recondita erant, „ fecit asportari, & deinde ipsum castellum funditus „ destruxit: & ita Comes Rodolphus Mulnehuse „ obtinuit. D'Achery *Spicileg.* Tom. II. pag. 653.
(*q*) Vid. supra pag. 278. fq.

## §. DCCXCIV.

Sec. XIV. Seculo XIV. domi magis, quam foris, pugnatum. In nobiles plebeji, in Judæos Chriſtiani non ſemel inſurgere tum viſi ſunt. Petrum de Regesheim, Mulhuſinum civem, pluriumque nobilium, qui urbem hanc obſederant, ducem, cum eadem Albertus, Auſtriæ Dux, qui Phirretenſis Comitatus hereditatem paulo ante adierat, An. MCCCXXVI. reconciliavit. Albertus Comes ab Hohenberg, Alſatiæ Advocatus Imperialis, An. MCCCXL. idem præſtitit, cum multitudo iterum ſenatum atque cives adorta eſſet patritios. Octennio poſt "oppidani in Mulhuſen Alſatiæ, uſurpantes ſibi „ regimen oppidi, nobiles ejecerunt, manente cum eis Happone Monacho, novo „ Sculteto. Venientem autem Jo. de Vinſtingen, præſidem Alſatiæ, niſi cum paucis „ intromittere voluerunt. Ille vero iratus recedens, cum multa gente revertitur. „ Oppidanis vero diſcordantibus & præſidem ſub quibusdam pactis intromittentibus, „ cum paucis, ut credebant, ipſe cum multis de auxilio generis de Domo ingrediens, „ multos populares bannivit, occupans res eorum. „ (r) Reſtitutis ita nobilibus, extincto nondum inter eos atque cives reliquos odio, novus An. MCCCLIV. tumultus exortus eſt, quo utrinque vulnerati aut interfecti ſunt plures.

An. MCCCXXXVIII. cæſis à plebe Judæis, bona eorum Ludovicus Imp. pro mille libris civitati vendidit. Iteratam hujus gentis ſtragem, qua, quotquot ex ea Mulhuſii poſt primam cædem remanſerant, vel trucidati vel ejecti ſunt, Carolus IV. Imp. An. MCCCXLIX. pari leuitate civibus ignovit.

Domeſticis his diſſidiis bella ſucceſſere extera, quibus Mulhuſini, armis exercitati, hoſti plerumque inferiores viribus, virtute ſuperiores fuerunt. An. MCCCXCV. ſexennalis eorum cum Wernero de Ratolsdorf velitatio, qua Nambshemium aliique vici combuſti, per arbitros finita; ac triennio poſt cum Leopoldo, Auſtriæ Duce, decennale mutuæ defenſionis fœdus initum.

## §. DCCXCV.

Sec. XV. An. MCCCCXLI. caſtrum Freundſtein à Mulhuſinis obſeſſum, & cives, quos Johannes Zerhinius captivos in illo tenebat, domum reducti ſunt. Fridericus IV. Imp. anno ſequenti per triduum hæſit Mulhuſii. (s) Indictum mox ei ab Helfenſteinio Comite bellum, quod civem ac Senatorem, quem hominem olim proprium ſuum fuiſſe dicebat, reddere noluiſſet. Helfenſteinii milites Johannes de Rechberg ducebat, qui proditam ſibi Mulhuſinorum quinquaginta armatorum manum prope Sennhemium cepit, atque Maſonis Monaſterium abduxit; unde elapſo demum quinquennio ad ſua rediit. Sociæ civitates Alſaticæ tum fruſtra in auxilium vocatæ.

An. MCCCCXLIV. ſucceſſit novum ab Armaniacis diſcrimen, ubi ſuburbia à civibus ipſis prudenter deſtructa, portarum una murata, præſidium auctum, Illzaci caſtrum occupatum, hoſtis ter irruens ter repulſus, fugatus, (t) urbs præter ſpem conſervata. Nobilibus deinceps magno numero, quod Gallis faviſſent, Baſilea ejectis, Mulhuſini quoque ex Senatu & oppido eos migrare juſſerunt, qui plebejis tribubus noluiſſent adſcribi. Afflicta toties reſpublica priſtinum robur ſuum acquirere non potuit. (u)

An. MCCCCLIX. magna civitati incommoda duo cives crearunt, ad Weſtphalicum eam vocantes Judicium. Miſſi conſul, ſenator & ſcriba, qui dicerent cauſam, lata ſententia cuſtodiæ mandati ſunt, donec octoginta judici præſtitiſſent florenos. Permovit res Cæſarem, ut omne hoc proſcriberet tribunal, quod viciſſim Rothvillanum Imperiale Judicium proſcripſit. Civis tamen, litis hujus auctor, ut ea finiretur, in patriam quinquennio poſt receptus eſt urbem.

§. DCCXCVI.

---

(r) Verba hæc ſunt ALBERTI ARGENT. in *Chron.* pag. 144.

(s) A die mercurii ante inventionem crucis uſque ad diem veneris.

(t) USTERI. *Chron. Raſil.* Lib. V. Cap. XL.

(u) Cives mille & quingentos ante hoc bellum Mulhuſii numeratos fuiſſe tradunt.

## §. DCCXCVI.

An. MCCCCLXVI. servus molitoris, (*x*) cui herus fex obolos (*ein Plappert*) debebat, à quibus bellum hoc nomen accepit, (*y*) jure, quod fe habere credebat, Petro de Regesheim vendito, maximum incendium excitavit. Regeshemium indicto bello valida nobilium manus adjuvit, dum Mulhusinis fœderatæ ex Alsatia & Helvetia civitates opem ferrent. Captis nonnullis nobilium arcibus, Regeshemius quidem octingentis & viginti quinque florenis pacem redemit, sed manente veteri in urbem odio brevi post in majorem longe flammam ignis erupit, servo Jo. Erhardi de Masonis Monasterio, (*z*) quem superiore bello Mulhusini ceperant, turbis occasionem præbente. In his rerum angustiis Alsatiæ civitatibus, quarum conventus Argentinæ habitus, Mulhusini declararunt, alio se sibi fœdere prospecturos, nisi ferrent auxilium. Minis autem his quum parum proficerent, cum Bernatibus ac Solodurensibus XXV. annorum societatem inierunt, (*a*) cujus præcipuæ conditiones, ut Mulhusinis, qui nec bellum nec fœdus soli facerent, socii suis sumtibus auxilia mitterent, quoties arma illis inferrentur ab hostibus. Oppido itaque per Austriacos, qui nobilibus, Mulhusii hostibus, semper favebant, obsesso, ejusque duobus vicis Illzach & Modenheim combustis, totius fere Helvetiæ vires in Alsatiam attractæ, cuncta spoliis, incendiis, sanguine repleta. Pace, An. MCCCCLXVIII. Waldshuti restituta, libertas Mulhusinorum firmata. Sigismundus Archidux, vastationem, Alsaticis suis terris illatam, vindicaturus, Carolo Audaci, Burgundiæ Duci, An. MCCCCLXIX. eas oppignerarit; unde novum Mulhusinæ libertati periculum. Petrus ab Hagenbach, superbus superbi Principis in his oris Præfectus, fraudes, minas, vim, aliaque omnia, ut civitatem hanc Burgundicæ ditioni adjiceret, tentavit. Carolus Audax ipse, ad deditionem eam coacturus, An. MCCCCLXXIV. tanto accessit robore, ut Mulhusinorum periisset libertas, nisi major cœli vis, improvisus Elli tumor, præpotentem hostem repressisset. Ære alieno, quod maximum his bellis contraxerat, sociorum mox liberalitate liberata est civitas. (*b*)

Bellum obolarium.

## §. DCCXCVII.

Maximilianus I. Imp. Mulhusii pernoctans An. MCCCCXCVIII. cives, ne fœdus cum Helvetiis renovarent, sed Austriæ potius se jungerent, hortatus est. Mulhusini monitis his identidem repetitis inducti, clientelæ se dederunt Austriacæ. Brevi tamen post sibi iterum timentes, novum cum Basilienſi civitate, quæ paulo ante Helveticis Pagis accesserat, de mutuo contra omnem vim injustam auxilio pactum An. MDVI. d. 15. Junii jurejurando sanxerunt, majoris cum omni Helvetico corpore mox pangendi fœderis præmuntium. Etenim in expeditione Italica, quam rogante Julio II. Pontifice An. MDXII. susceperant, Helveticæ virtutis spectatores ac testes, sua quoque non destituti laude, (*c*) certius in suo cum Helvetia, quam cum Imperio Germanico liberisque Alsatiæ civitatibus nexu, libertatis præsidium fore intellexerunt. Sec. XVI.

Habito igitur publico XIII. Pagorum conventu Turici An. MDXIV. Mulhusini initio Decembris inter ipsorum socios recepti, ac conscriptis ibidem literis d. 19. Jan. anni MDXV. in perpetuo hoc cum Helvetiis fœdere ritu solenni confirmati sunt. (*d*) Inde è singulis Pagis legati Mulhusium, hisque è civitate quingenti equites peditesque obviam missi. Formula fœderis universo populo prælecta & sacramento firmata. Inter conditiones cautum, ne Mulhusini absque Helvetiorum consensu arma cuiquam inferrent, aut in bellis præstarent auxilium, aut cum aliquo fœdus contraherent. Quod major Pagorum pars in belli pacisque negotiis censuerit, Mulhusio placeat. Fœdus cum Helvetiis perpetuum.



(*x*) Hermannus Klée, Eslingenſis. Stumpfius Lib. XII. Cap. XXXV. victoris servum illum fuisse scribit, remque ad An. MCCCCLXVII. Urstisius vero Lib. VI. Cap. IV. ad An. MCCCCLXVIII. referunt. Stumpfium sequitur Lauffer Tom. V. Lib. IX. pag. 248.

(*y*) *Plappert-Krieg.* Aliud bellum Plappertinum, inter Sigismundum, Austriæ Ducem, & Helvetios paulo ante gestum vid. ap. Simler *de Rep. Helv.* edit. Germ. pag. 142. not. k.

(*z*) Conradus Kieffer, Bendorfii natus. Nomen ejus cum victorem ligniscet, Stumpfium forte in errorem, quem modo indicavi, deduxit.

(*a*) Simlerus Lib. I. fœdus hoc ad An. MCCCCLXIV. ponit, idque bellum excitasse Lauffero loco cit. scribit, cum bellum fœderi potius dedisset occasionem

(*b*) Argentinenses 600. Bernates & Solodurenses 700. Basilienses 400. totidemque Colmaria, Selestadium, Keisersberga, Ehnheimium, quibus Sculteti munus oppigneratum, arcus dederunt.

(*c*) Ticinum Mulhusini potissimum Centurionis arte tum cepium, quare manus hujus vexillo S. Stephani imago Pontificis jussu ac beneficio inferta, uti supra dictum pag. 423.

(*d*) Instrumentum hoc evulgatum in *Bündnisse u. Verträge der Helvetischen Nation* pag. 55.

Conventum etiam de forma judicii, quo decidendæ ſint lites, ſi quæ inter Helvetios ac Mulhuſinos orirentur. Tum itaque Mulhuſium, Imperialium Alſatiæ civitatum ad meridiem extrema, ab his ad Helveticæ Reipublicæ corpus transivit. (*e*) Hinc perpetuæ Helvetiorum cum Gallia paci An. MDXVI. hinc eorundem An. MDXXI. cæterisque deinceps repetitis cum Gallia fœderibus, Mulhuſium ſemper fuit incluſum.

## §. DCCXCVIII.

Fœdus à Pagis Cath. ruptum.

An. MDLXXXVI. fratres duo, Matthias & Jacobus Finningeri, ob eluſam patrii Senatus jurisdictionem, urbe proſcripti, mutatis ſacris & pertractis in ſuas partes Pagis Catholicis, cum horum legatis domum redierunt. Inſolentiores hinc facti cum Schreckenſuchſio, Med. Doct. ac urbis Phyſico, conſiliorum auctore, inconſultis legatis, à Senatu in vincula conjecti ſunt. Legati cum diſceſſiſſent pleni irarum, alii à Reformatis Helvetiæ Pagis advenerunt, cauſaque cognita Finningeros liberaverunt, qui vatiniano in patrium Magiſtratum odio incenſi, omnem apud Pagos Catholicos, ad quos redierè, lapidem moverunt, ut habito Lucernæ conventu d. 4. Nov. à fœdere ſuo Mulhuſium, inconſultis reliquis Pagis, excluderent. Res, concitantibus ſemper Finningeris, ita domi exacerbata, ut Senatoribus depoſitis vel cuſtodiæ mandatis, Conſul & Scriba publicus admoverentur tormentis. Reformati Cantones, fœderis cum Mulhuſio memores, plebejum repreſſuri furorem, anno ſequenti armatos, Tigurini quidem & Baſilienſes quingentos ſinguli, Bernates ſexcentos, Scafhuſini trecentos, miſerunt; qui poſt triduanam urbis obſidionem impetu haud incruento ea potiti, (*f*) ſeditionis principes, è quibus tamen Finningeri elapſi erant, habito capitali judicio, pecunia mulctarunt, & in priſtinum omnia ſtatum reduxerunt. Præfidio Helvetico, quod ad firmandam pacem relictum fuerat, poſt annum diſcedente, civitates fœderatæ controverſiarum publicarum, ſi quæ Mulhuſii deinceps orirentur, arbitri perpetui, ſolenni literarum inſtrumento d. 7. Aug. MDLXXXVIII. ſignato, conſtituti ſunt. Finningeri ex Auſtriacis terris, quo confugerant, poſt biennium reduces, urbem noctu d. 13. Jun. ingreſſi, ex Magiſtratu quosdam ceperunt. Tum vero ſanior civium pars prævaluit, ſumtaque à ſceleratis pœna ſcelus ſtrenue vindicavit. Nonnulli tamen eorum in vicinas Alſatiæ Auſtriacæ terras fuga dilapſi, Enſisheimenſe Regimen ſubinde in Mulhuſinos concitarunt.

## §. DCCXCIX.

Sec. XVII.

Nec Catholici Pagi à decreto receſſerunt, quo à Comitiis ſuis excluſerant Mulhuſium; Alſaticæ Advocatiæ illud ſubeſſe, nec ad Helveticum corpus referri poſſe cauſſati; id quod in ſolennibus Helvetiorum Comitiis, An. MDXCIX. & MDCIII. Badæ habitis, Auſtriaca quoque Domus conſtanter aſſeruit. Spirenſis Imperii Camera, eodem agitata ſpiritu, Mulhuſinos An. MDCXXIV. ad tribunal ſuum vocavit. Invaleſcente bello tricennali, civitas hæc recepto ex Pagis Reformatis præſidiario milite ſibi proſpexit, rerumque Alſatiæ ſumma ad Suecos delata, eorum amicitiam non ſine fructu, ut alibi dictum, coluit. Quum An. MDCXXXIII. d. 26. Oct. ab Hiſpano-Auſtriacis, in Alſatiam irruentibus, immineret periculum, Senatus populusque Mulhuſinus Reformatis Helvetiæ Pagis ſeſe commiſit. Weſtphalica Pax, Helvetiæ libertatem confirmans, (*g*) inter civitates Imperiales, Alſaticæ Advocatiæ commiſſas, Mulhuſium omiſit. (*h*)

## §. DCCC.

Ditiones civitatis.

*Illzach* & *Modenheim* vicos Ludovicus & Ulricus, Wirtenbergiæ Comites, cum decimis, jure patronatus, judiciis &c. Mulhuſinæ civitati An. MCCCCXXXVII. vendiderunt. Ex Modenhemio, flammis deſtructo, molendinum ſupereſt. (*i*) A Suecis, in Alſatia dominantibus, Brunſtadium & Riedisheimum vici jam An. MDCXXXII. Mulhuſio adſcripti, ſeptennio poſt traditi, poſt octennium Enſisheimenſis Tribunalis Gallici ſententia ablati ſunt. (*l*) Pfaffſtadium, quod ſimul acceperant,

(*e*) In Tabulis hujus fœderis nulla priſtinorum cum aliis Civitatibus fœderum; levis S. Rom. Imperii tantum facta eſt mentio.

(*f*) Noctu inter 14. & 15. diem Junii An. MDLXXXVII. Quadringenti utrimque hac aggreſſione cecidere.

(*g*) *Pace Oſnabrug.* Art. VI.

(*h*) *Pace Monaſter.* num. 73.

(*i*) Vid. pag. 40.

(*l*) Pag. 39. §. LVIII.

acceperant, Ortenburgi Comitum interitu ad dominum directum, Episcopum Basilienſem, paulo poſt rediit. (*m*) Civitati decimarum jus in omni agro ſuo competit. Vini tamen nonniſi vigeſimam partem pro decimis accipit. Reliqui ejus reditus ex ſalis & vini gabellis proveniunt ac vectigalibus. Ad viginti mille thaleros hi circiter reditus aſcendunt.

## MUNDATUM WEISSENBURGENSE.

### §. DCCCI.

Urbibus deſcriptionem Emunitatis inferioris ſubjungo, quam Weiſſenburgo, quod centrum ejus eſt, ſubjungere nolui, ne interrumperetur ſeries civitatum. Duo illuſtria munificentiæ regalis ex ſeculo VII. monumenta in Alſatiis ſuperſunt, ſuperior inferiorque Emunitas, quas ſermo vulgaris *Mundat* appellat. Illa Argentinenſi Epiſcopatui, hæc Weiſſenburgenſi Abbatiæ, à Dagoberto II. datæ ſunt dono. Superiorem ſuperius deſcripſi. (*n*) Præcipua inferioris loca inter Alſaticas Spirenſis & Bipontini Principatuum terras expoſui. Supereſt, ut ea, quæ vidimus diſperſim, brevi jam tabula videamus conjunctim. Fertilis circa Weiſſenburgum & Lutarim amnem terræ tractus eſt, Francicis quinque leucis ab ortu in occaſum, quatuor à meridie in ſeptentrionem extenſus, lapidibus terminalibus cinctus; cujus incolæ ſilvarum, paſcuorum, venationis & piſcationis uſu inter ſe communi fruuntur. Geogra. phica deſcriptio.

Præter Weiſſenburgum vero oppidum & villas complures hi in iſto Emunitatis tractu ſiti ſunt vici:

I. *Altenſtatt, Schweighoſen, Schleithal, Ober-Seebach, Bobenthal, Slettenbach, Finſterrheim & Belwenbach*; qui Altenſtadienſem Præpoſituræ Weiſſenburgenſis Præfecturam componunt. (*o*) Item *Steinfeld & Kapsweyer*, San-Remigianæ Præfecturæ, ad eandem Præpoſituram ſpectantis, vici. (*p*) *VVarſpach*, vicus olim, nunc villæ conditionem ſuſtinet.

II. *Schweigen*, *VVeiler* & *S. German*, ad civitatem Weiſſenburgenſem ſpectantes. (*q*)

III. *Cleberg*, *Rott*, *Steinſetz*, *Oberhofen* & *Rechtenbach*, Duci Bipontino ſubjecti. (*r*) Vicus ultimus peculiari quodam jure, quod à Mundatico diverſum, ſolus in Mundato gaudet.

IV. *Reichsdorff* & *Bellenborn*, Electoratus Palatini ditione comprehenſi. (*s*)

V. *Rietfels*, Electori Colonienſi, ut ſupremo ordinis Teutonici Magiſtro, jam paret. (*t*)

VI. *Brotdenthal*, *Erlenbach* & *Lauterſchwan*, Waldenburgii nobiles poſſident.

### §. DCCCII.

Loca hæc omnia primitus Abbatiæ Weiſſenburgenſi ſubdita erant, at temporis ſucceſſu plura eorum inveſtituris feudalibus aliisque modis in alios translata, & ipſum Emunitatis dominium cum civitate Weiſſenburgenſi communicatum eſt; ita ut Præpoſitus & civitas, Mundati Domini, (*u*) communia duo judicia conſtituant, graduale & foreſtale, quibus univerſi Emunitatis incolæ, quamvis in aliena ditione conſtituti, ſubjecti ſunt. De graduali judicio ſupra. (*x*) De criminibus tamen, quorum cognitio ad Advocatos Imperiales Weiſſenburg. olim ſpectabat, nec non politia & tutela ſinguli in ſuis, quos poſſident, vicis Domini ſolent cognoſcere. Quin & ipſi in reliquis cauſſis concurrentem cum graduali judicio jurisdictionem exercent; ita ut cuicunque Mundati incolæ liberum ſit, reum vel apud graduale judicium, vel apud judicem Domini, cui ſubjectus eſt, deferre. Hi tamen judices non graduales ſecundum ſtatuta mundatica (*y*) judicare tenentur. A graduali judicio ad Camerale provocabatur, uti ſupra (*z*) oſtenſum. Politica deſcriptio.



(*m*) Ibidem.
(*n*) Tom. I. pag. 647. ſqq. & Tom. II. pag. 78. ſqq.
(*o*) Supra pag. 175.
(*p*) Ibidem pag. 176.
(*q*) Ibidem. Diploma Caroli IV. Imp. quo vicorum horum venditionem, Weiſſenburgenſi civitati ab Henrico de Fleckenſtein factam, An. MCCCLX. confirmavit, extat ap. GLAFEY *Anecdot.* num. 82.
(*r*) Pag. 187. de Rechtenbach pag. 190 §. CCCXLII.
(*s*) Pag. 184. §. CCCXXVIII.
(*t*) Pag. 268.
(*u*) *Oberſte Mundats-Herren.*
(*x*) Pag. 392. ſq.
(*y*) *Mundat-Rechts*; quæ ſtatuta priſtino ævo jam in codicem redacta.
(*z*) Pag. 393.

Alterum Mundati commune judicium foreſtale eſt, (*a*) quod etiam Præpoſitus Capituli & civitas conſtituunt ſoli. Aſſeſſores ejus ſunt quatuor, quorum duos Præpoſitus, duos civitas, alterum ex Conſulari, alterum ex Senatorio ordine, (*b*) nominat. Judicium hoc res foreſtales & crimina, in ſilvis commiſſa, dijudicat. Mulctæ inter Præpoſitum & civitatem dividuntur, qui etiam per officiales ſuos incolis Mundati aſſignant arbores, pro quibus in dominii recognitionem nonnihil perſolvunt. Hæc de præcipuarum Alſatiæ Civitatum medii & junioris ævi ſtatu atque conditione.

# CASTRA.

## §. DCCCIII.

Tranſitus. IN Principatibus, Comitatibus, Dynaſtiis atque Dominiis pleraque Caſtra expoſui. Cum autem nonnulla ſuperſint, quæ in claſſibus memoratis non repererant locum, recenſionem omnium, quæ Alſatia peperit, inſtituere decrevi; ut uno intuitu ea lector conſpiceret, numero trecenta, quæ alphabetico enarraturus ſum ordine, poſtquam de indole caſtrorum fuero nonnulla præfatus.

## §. DCCCIV.

Caſtrorum conſtructio. Turrita Viri nobilis domus *Caſtrum* appellatur; ſi minor, *Caſtellum*. (*c*) Turris jurisdictionis & poteſtatis indicium eſt. Regum & Principum caſtra vocantur Palatia. Munitio caſtri muris, propugnaculis, turribus conſtat & foſſis. Privata Nobilium bella, *Diffidationes* appellant, quæ Alſatiam & Germaniam omnem, ab Henrici IV. temporibus ad Maximilianum I. uſque, agitaverant, (*d*) caſtris in vertice Vogeſi montium condendis occaſionem dederunt. (*e*) Murus eis unus vel duplex, interior, exterior; quandoque & medius. In extimo, ut in oppidorum mœnibus, peribolum fuit. Foſſa una vel plures. Præcipuæ caſtri vires in turre, ex quadratis plerumque lapidibus, in adamantis formam ſectis, conſtructa, & quidem vel rotunda, octangulari, vel quadrata, quæ frequentior, forma. In ſummo plana fuit, pinnisque inſtructa, unde præſidiarius miles ſua in hoſtem tela dejecit. Turris inſuper duas, tres, quatuorve contignationes habuerat; in quibus armamentarium & omnia ad defenſionem offenſionemque parata. Carceres & pyrius pulvis in imo. Numerus turrium pro caſtri magnitudine fuit major vel minor. In plerisque una turris conſpicitur. Illæ, quæ oppidorum mœnibus inſertæ, latus, oppidum aſpiciens, ſæpe apertum habuerunt; quod Colmariæ, Seleſtadii, Richshovii alibique obſervavi. Ex antiquiſſimis Alſatiæ caſtris Egiſhemianum eſt, in medio oppidi, quod arci paulatim accrevit, priſcis habitatum Comitibus, qui inde nomen duxerunt. Forma turris ejus octangula, nuius turrim præcingens itidem octangularis; quin & mœnia ipſius oppidi octangularia ſunt; adeoque turris, caſtri & mœnium anguli ſibi invicem reſpondent. Tria caſtra vicina, monti impoſita, oppidano juniora, turres quadrangulas, muro rotundo ac foſſa circumdatas, habent. Turres ædibus annexas habere, ſpectatæ olim nobilitatis indicium fuit; quod apud Italos, ſpeciatim Bononienſes, Florentinos, Ticinenſes, Cremonenſes & Senenſes in uſu; unde Turris Aſinellorum, Frangepanum &c. Papia hinc & Cremona dicebantur *turrita*. (*f*)

## §. DCCCV.

Deſtructio. Montana Alſatiæ caſtra; ſi Landscronenſe, Belfortenſe, Lichtenbergenſe & Luzelſteinianum, quæ in limite provinciæ veteranorum militum præſidio inſtructa ſunt, excipias, fere omnia in ruinis nunc jacent. Pax publica quo magis apud Alſatas

(*a*) *Wald. Amt.*

(*b*) Conſularis *Ober-Waldherr*, Senator *Unter-Waldherr* vocatur.

(*c*) Germanis *Burg*, diminutivum *Burgle*; caſtrum deſtructum *Burgſtall*, *Burgbald*, *Burgſtaff*. Teutonicum nomen neſcio cur nonnulli à Græco πυργος derivant. Civitates ſine Epiſcopatu Merovingorum ævo caſtra dicebantur. In Chartis Germanicis caſtrum etiam ſæpius *Hauff* nuncupatur.

(*d*) Speciatim medio ſec. XIII. quo Hoherſtuffica Sueviæ & Alſatiæ Ducum extincta proſapia, Imperatore & Duce Alſatia caruit.

(*e*) Juraſſus non minus ac Vogeſus caſtris conſitus fuit, cum ſub poſtremis Burgundiæ Regibus Burgundici nobiles ſibi nihil non ſumerent. In Thuringia 160. prædatorias arces ſec. XIII. fuiſſe, CRUSIUS in *Annal. Suev.* tradit. Cletzovia Sueviæ 46. caſtra habuit. Lucæ *Graſenſtad* Part. II. pag. 104).

(*f*) Turres quandoque ultra 120. cubitus altæ. RICORDANO MALASPINA ad An. MCLIV. Cap. LXXX. Uſus earum poſt milleſimum Chriſti annum invaluit, quum plures Italicæ Civitates majore libertate frui cœpiſſent.

Alſatas crevit, eo magis caſtrorum montanorum numerus decreſcere cœpit; hominum animis, depoſita ferocia, ad mitiores mores paulatim traductis. Reliqua ſuperiore ſeculo vel bellis, vel caſu, vel derelictione perierunt. Ex caſtris in plano reſtaurata ſunt quædam; nonnulla in ordinarias domos converſa; nonnulla ſplendidius, quam ante extiterant, in priſtino loco reſurrexerunt.

Etymologiam nominum, quibus Caſtra inſigniuntur; idiomatis teutonici gnarus facile intelligit. Terminata in *berg*, *ſtein*, (*g*) *felt*, *eck*, in montibus; definentia in *au*, *ach*, *weiler*, *heim*, *hof*, *hauſen*, extiterunt in plano. Hæc olim, ut oppida, ſine Regum permiſſu ædificare non licitum. Majus caſtrum plurium minorum quandoque mater evaſit. Comes Kiburgi LXX. caſtella, à nobilibus miniſterialibus ſuis, occupata, circa caſtrum ſuum in Turgovia conſpexit. (*h*) Quin & plura caſtra vicis oppidisve condendis occaſionem dederunt. Diverſas caſtrorum Alſatiæ ſpecies & varia, quæ illis adhæſerant, jura; ut & diverſam ganerbialium, allodialium, feudalium, immediatorum, mediatorum, indolem in Alſatiæ Moribus reperiet lector.

## §. DCCCVI.

Nomina.

ALTENAU ad vicum Kolbsheim, (*i*) caſtellum adhuc habitabile.

ALTKIRCH ad Sundgoviæ hujus nominis oppidum. (*k*)

AMERZWEILER in vico Sundgoviæ. (*l*) Caſtello veteri, quod Degelini de Wangen poſſederant, noſtris temporibus novum ſucceſſit.

ANDLAU. Duæ hujus nominis arces, altera in monte, (*m*) altera in ipſo Andlavenſi oppido, (*n*) conſpicuæ fuerunt; prior Argent. Eccleſiæ, poſterior Imperii feudum. *Cujrum Andela* Rudolfus I. Imp. ſeptimo Cal. Jan. anno regni ſecundo Henrici, Rudolfo & Eberhardo de Andela Noribergæ contulit.

ANGEOT, Germ. *Ingelfod*, in Dynaſtia Belfortenſi. (*o*)

ANGLÆTH haud procul Gebvilla. (*p*)

ARNSPERG, majus & minus, in Vaſgovia Alſatica. (*q*) Majus Lichtenbergenſes Dynaſtæ Nobilibus ab Utweiler An. MCCCCLVIII. in feudum dederant. (*r*)

AUXELLE BAS, Germ. *Nider-Aſſel*, in finibus verſus Comitatum Burgundiæ. (*s*)

## §. DCCCVII.

BALBRONN in Weſthoviana Dynaſtiæ Lichtenberg. Præfectura. (*ſ*)

BARR montanum ſupra Tabernas Alſaticas caſtrum, (*t*) quod Johannes Epiſcopus Argentinenſis An. MDLXXXIII. refecit novisque munitionibus inſtruxit. (*u*) Aliud hujus nominis oppiduli caſtellum (*v*) Ludovicus, Elector Palatinus, Barrenſi Dynaſtia ut pignore pottus, An. MCCCCX. redemit. Barr.

BAVILLER, Germ. *Baweiler*, in Dynaſtiæ Belfort. vico cognomini; (*w*) ubi caſtellum cum hominibus & agris à Morimontanis Baronibus in Hagenbacenſes nobiles, conſenſu Ferdinadi Archiducis, una cum vico *Nider-Sept* An. MDLXXX. translatum, Landenbergenſibus petente Jo. Chriſtophoro de Hagenbach ſimul inveſtitis, qui ſtirpi huic Hagenacenſi extinctæ An. MDCCV. ſucceſſerunt in feudo.



(*g*) *Der Stein zu Fyrd*, *zu Landſer*, *zu Belfort*, *zu Butterried*. Itali medio ævo *Rochas* dicere amarunt. Gallis hoc ſenſ: *Rochet*.
(*h*) STUMPF *Chr. Heves.* Lib. V. Cap. XXIX.
(*i*) Vid. ſupra pag. 25.
(*k*) Pag. 32. ſq. 37.
(*l*) Pag. 43. §. LXIII.
(*m*) Pag. 168.
(*n*) Pag. 262. med.
(*o*) Pag. 47.
(*p*) Pag. 100. §. CLXVI.
(*q*) Pag. 232.
(*r*) HERZOG *Chron. Alſat.* Lib. VI. pag. 210.
(*s*) Supra pag. 48.
(*ſ*) Pag. 229.
(*t*) Germ. *Hob-Barr.* vid. pag. 139.
(*u*) *Gall. Chriſt.* Tom. V. inſtrum. col. 817.
(*v*) Pag. 207. Matricis eccleſiæ honorem ex villa Alſatiæ Barra, viris honeſtis relata, ob ſacerdotem juvenem in ea interfectum, ad capellam Bercheim An. MCCLVIII. translatum, RICHERIUS *Chron. Senon.* Lib. V. Cap. II. ſcribit.
(*w*) Supra pag. 47. §. LXIX.

Beheimstein, Bohemiæ Rupes, in Epiſcopatu Argent. (*x*)

Beinheim ad Rhenum & oppidum hujus nominis. (*y*)

Beiss ſupra Mulhuſium ad Ellum. (*z*)

Belfort, (*a*) limitis meridionalis Alſatiæ cuſtos.

Benfelden (*b*) &

Bergbietenheim, (*c*) Epiſcopatus Argent. olim munimenta.

Bergholz prope Gebvillam. (*d*)

Bergzabern, (*e*) Ducalis Bipontinæ viduæ ſedes.

Bernstein ſupra Dambacum. (*f*) *Caſtrum Berneſtein in Alſatia* Friderici, Lotharingiæ Ducis, filium Theobaldum ex ultimi Dagisburgenſis Comitis, cujus filiam duxerat uxorem, hereditate conſecutum eſſe, Richerius (*g*) docet. Hereditate vero hac ad Leiningenſes Comites per eandem feminam delata, Epiſcopus Argent. caſtrum hoc cum aliis Comitatus Dagisburg. terris occupavit.

## §. DCCCVIII.

Berwartſtein.

Berwartstein, Berwarti Rupes, corrupte *Barbelſtein*. (*h*) Nobiles de Berwartſtein à Friderici II. Imp. tempore in chartis occurrunt. Caſtri hujus obſidio ab Argentinenſi & Hagenoenſi civitatibus die Ven. ante S. Georgii An. MCCCXIV. decreta. (*i*) Eberhardus, Weiſſenburgenſis Abbas, " fortalicium Berwerſtein pro „ dimidia, & Advocatiam & judicia villasque pro dimidia, nominatim videlicet „ Slettenbach, Ebernthale, Bernbach, Steinfelt, Cappeswiler, Hochdorff, cum „ fructibus dimidiis„ à Margaretha, Henrici Bipontini Comitis uxore, cui hæc oppignerata fuerant, ſolutis mille ducentis florenis, An. MCCCLXXVII. recepit. Eodem anno Rupertus, Elector Palatinus, cum primum rogatus fuerit, caſtrum hoc Abbati Weiſſenburgenſi, pro ſexcentis florenis ſe redditurum promiſit. An. MCCCCXXXV. Philippus Abbas Johanni de Gomersheim in ſex, octennioque poſt Simoni de Mulhofen in decem annos cuſtodiendum illud commiſit. An. MCCCLXII. Erhardus Wyler Berwartſteinium adeptus eſt pignus, per Henricum & Petrum Eckbrechtos de Durckeim, vindicta accenſos, An. MCCCCLXXI. ſiti ereptum, annoque ſequenti Palatino Electori Friderico traditum; à Philippo autem, Friderici ſucceſſore, neglectis Abbatiæ querelis, Johanni Drattio (*k*) in feudum collatum eſt. Drattius idcirco & à Pontifice Romano & ab Imperatore Maximiliano An. MCCCCXCVI. diris devotus. An. MDIV. denique Epiſcopus Spirenſis litem hanc ita compoſuit, ut Philippus Electior Berwerſteinium absque vicis ac ſilvis, ad illud pertinentibus, in feudum, ad maſculos ipſius tranſiturum heredes, acciperet.

## §. DCCCIX.

Biesheim.

Biesheim è regione veteris Briſaci, (*l*) cui ipſe vicus à Maximiliano I. Imp. cum Sculteti in urbe ſua munere pro octingentis florenis An. MDVII. oppigneratus erat. Ferdinandus I. quidem jure reluitionis uſus eſt An. MDLXIV. ſed quadriennio poſt filius & ſucceſſor ejus Maximilianus II. pignus hoc, ſervatis tantum in eo regalibus, Briſaco, 15000. florenos offerenti, reddidit; à quo An. MDCCLVI. Waldnerus à Freundſtein Comes Bieshemium, abſque Sculteti Briſacenſis munere, comparavit.

Bilstein prope Richovillam; (*m*) aliudque in valle Vileria. (*n*) An. MCCCCXXXV. Ludovicus de Amoltern, Eques, de curia dicta *Ritterhus* in caſtro Silſtein, multisque in valle Vilcria prædiis per Auſtriacos inveſtitus eſt.

Birck-

(*x*) Pag. 156. §. CCXVIII. & pag. 167. §. CCXC.
(*y*) Pag. 244.
(*z*) Pag. 40. init.
(*a*) Pag. 44.
(*b*) Pag. 151. ſq.
(*c*) Pag. 146.
(*d*) Pag. 92.
(*e*) Pag. 186. init.
(*f*) Pag. 151.
(*g*) *Chron. Senon.* Lib. III. Cap. II.
(*h*) Pag. 177.
(*i*) Wencker. *Apparat. Archiv.* pag. 189. num. 24.
(*k*) Scribitur etiam ſo. de Trotta, Trota, Trath.
(*l*) Supra pag. 27. med.
(*m*) Pag. 78. & 2d. not. (*o*).
(*n*) Pag. 202.

Birckwald caſtellum adhuc habitabile. (*o*)

Bladolzheim haud procul Baſilea. (*p*)

Blesheim. Caſtrum in chartis feudalibus ante An. MCCCCXXIX. non recenſetur. Blesheim.
Vicus à Schœnaviis nobilibus, permittente feminasque hujus feudi capaces pronuntiante Carolo IV. Cæſare, An. MCCCLXVI. ad Groshanſium de Rosheim pervenit. Groshanſii generi, Lutoldus de Kolbozheim & Reinboldus Jungzorn, dimidiam ejus partem Bockiis vendiderunt, qui & altero femiſſe per Claram Eliſabetham de Rosheim, Nicolao Jungzornio nuptam, An. MCCCCXXIX. eodem potiti ſunt jure. (*q*)

Blide ſitus incerti caſtrum. (*r*) Burchardus de Blide cum Eccleſiæ Argent. Præpoſito de monaſterii S. Leonhardi advocatia An. MCCXX. certavit.

Blochmont in Epiſcopatus Baſilienſis finibus. (*s*)

Blumenberg, Gall. *Florimont*, juxta hujus nominis oppidum in Sundgovia. (*ſ*)

Blumenstein in Vaſgoviæ circa Fleckenſteinium tractu. (*t*)

Bollweiler, Dynaſtiæ in Marchionatum erectæ caput. (*u*)

Bolsenheim, ad Scheram amnem infra Benfeldam. (*v*)

Boncourt & Borogne in Sundgovia verſus Delam. (*w*)

## §. DCCCX.

Breunighofen prope Altkircham. (*x*) Albertus I. Imp. XV. Cal. Nov. An. Breunighofen.
MCCXCVIII. Regispontanis monialibus privilegium *apud Brunincbowen* dedit, cum pridie in *cajiris in Sundgowia* pro eodem monaſterio aliud ſcripſiſſet.

Brumat duobus inſtructum caſtellis erat, quibus everſis novum longe ſplendidius ſucceſſit. (*y*)

Brunstatt verſus Mulhuſium. (*z*)

Bruscheck ad Bruſcam extra muros Argentinenſes. (*a*)

Buchneck in oppido Sulza, ſuperioris Mundati. (*b*)

Burghof ad Druſenhemium. (*c*)

Butenheim ſupra Othmarshemium ad Rhenum. (*d*)

Butweiler in Sundgovia prope Hagenbacum. (*e*)

Buchsweiler Dynaſtiæ Lichtenbergenſis primaria jam ſedes. (*f*)

## §. DCCCXI.

Catharinenburg & Cleburg citra Weiſſenburgum. (*g*)

Cravanche ad vicum cognominem Dynaſtiæ Belfortenſis. (*h*)

Crax

(*o*) Pag. 263.
(*p*) Pag. 57. ſq.
(*q*) Reliqua ſupra pag. 259.
(*r*) Pag. 156. §. CCLXVIII.
(*s*) Pag. 31. §. LII.
(*ſ*) Pag. 50. §. LXXVI.
(*t*) Pag. 274. §. DIX.
(*u*) Pag. 202. §. CLXXI.
(*v*) Pag. 216. §. CCCCXXXIV.
(*w*) Pag. 50. §. LXXV.
(*x*) Pag. 43. §. LXIII.
(*y*) Pag. 227. §. CCCCXVIII.
(*z*) Pag. 39. §. LXXVIII.
(*a*) Pag. 312.
(*b*) Pag. 85.
(*c*) Pag. 232. init.
(*d*) Pag. 60. fin.
(*e*) Pag. 44. §. LXV.
(*f*) Pag. 222. §. CCCCVII.
(*g*) Pag. 186. ſq.
(*h*) Pag. 47. §. LXIX.

Crax prope Andlaviam. (*i*)

Cronenburg. Cronenburg inter Marlejam & Waffelnhemium. (*k*) Maheri, Tullenſis Epiſcopi ac fratris Lotharingiæ Ducis Friderici, filia, Aledis dicta, baliſtario cuidam nupta, patre interfecto "Alemanniam petiit, & apud caſtrum quoddam Imperatoris *Croneberch* „ nomine pauco tempore manens, tandem mortua &c. (*l*)

S. Crux, Germ. *Heilig Creutz*, ad oppidulum cognomine ſupra Colmariam. (*m*) Aliud in Lebrahenſis vallis vico. (*n*)

## §. DCCCXII.

Dachſtein. Dachstein prope Molshemium. (*o*) Epiſcopi Argent. Waltheri Geroldseckii *caſtellum Dakwſtein* Richerius (*p*) memorat.

Dagsburg Comitatus in Alſatia inferiore caput. (*q*)

Danweiler in valle Vileria. (*r*)

Dela, Germ. *Dattenried*, inter Belfortum & Brundrutum. (*s*)

Dhan ad Luteræ fontes, caſtra duo, vetus ac novum. (*ſ*)

Dornach prope Mulhuſium. (*t*)

Dornenburg in vico Winzenheim. (*u*)

Drachenfels in Vaſgovia. (*v*)

Drey-Stein ſupra Barram. (*w*) Rupem vel Lapidem Rathſamhuſii ad Lapidem, Tres-Rupes Rathſamhuſii ab Ehenweyer, ab Imperatoribus tenuere in feudum.

Dumenheim ad Rhenum ſupra Plobshemium. (*x*)

Duarenach in cognomini Sundgoviæ vico. (*y*)

## §. DCCCXIII.

Eckendorff inter Hochfeldam & Pfaffenhovium. (*z*)

Eckerich. Eckerich in valle Lebrahenſi. (*a*) Perpetuæ pacis caſtrenſis formulam Smaſmannus & Ulricus fratres, Dynaſtæ Rappoltſteinenſes, nec non Fridericus de Hadſtatt junior, Eques, ſocii hujus arcis poſſeſſores, An. MCCCXCIX. die Martis poſt S. Nicolai Epiſcopi ſignarunt cum fidejuſſoribus. (*b*)

Egisheim in oppidulo cognomini & triplex aliud in monte vicino. (*c*)

Ehenweyer, duplex caſtellum, è Seleſtadii regione. (*d*)

Ehnheim *ſuperius* (*e*) atque *inferius*. (*f*)

Engelburg ſupra Thannas. (*g*)

Ennweiler

(*i*) Pag. 168. fin.
(*k*) Pag. 211. & 269. med.
(*l*) Richer. *Chron. Senon.* Lib. III. Cap. IV.
(*m*) Pag. 89. med.
(*n*) Pag. 273. init.
(*o*) Pag. 141.
(*p*) *Chron. Senon.* Lib. V. Cap. XV.
(*q*) Pag. 194.
(*r*) Pag. 275. §. DXI.
(*s*) Pag. 48. §. LXXII.
(*ſ*) Pag. 174. §. CCCVI.
(*t*) Pag. 39. §. LVIII.
(*u*) Pag. 104. init.
(*v*) Pag. 251. med.
(*w*) Pag. 258. fin.
(*x*) Pag. 117. §. CXCVII.
(*y*) Pag. 36. §. LIII.
(*z*) Pag. 236.
(*a*) Pag. 123. §. CCVIII.
(*b*) Autographum in Tabulario Rappoltſtein.
(*c*) Pag. 72. §. CXI. & pag. 86.
(*d*) Pag. 235. med.
(*e*) Pag. 403.
(*f*) Pag. 170. §. CCXCVI.
(*g*) Pag. 40. §. LX.

Ennweiler (*b*) & Enschusingen (*i*) in Sundgovia.

Effich in vico hujus nominis. (*k*)

Erlenburg juxta vicum Rumolsweiler. (*l*)

Ernolsheim in Præfectura Buxovillana. (*m*)

Erstein in oppidulo cognomini ad Ellum. (*n*)

## §. DCCCXIV.

Falckenstein in Vasgovia Alsatiæ. (*o*) Falckenburgum infra Queicham est, quod cum Gutenberga Palatinis Electoribus pignori traditum. (*p*) Falckenstein, &c.

Fegersheim in vico homonymo. (*q*)

Fleckenstein Dynastiæ Alsatiæ inferioris caput. (*r*)

Franckenburg in vallis Albertinæ aditu. (*s*)

Franckreich (*Klein*) prope Berwartsteinium, prædonum olim latibulum, cujus nomen vicina hodieque regio servat. Castrum hoc (*f*) cum vico Erlenbach Christophorus de Dratt Electori Palatino An. MDXLIII. in feudum obtulit. Franckreich.

Freningen ad Ellum supra Mulhusium, castrum novum veteri superstructum. (*t*)

Freudeneck prope Wangenburgum. (*u*) An. MCCCLXXIII. Waltherus à Dicka castri hujus partem, quam Hartungus de Wangen & filius ejus Erhartus, Equites, ipsi refutaverant, Berchtoldo seniori de Wildsperg in feudum contulit.

Freundstein prope Sulzam Alsatiæ superioris. (*x*)

Fridburg ad S. Amarini oppidum. (*y*)

Froberg, Gall. *Monsjoye*, in Comitatus Burgundiæ confinio. (*z*)

Froschbach ad vicum Banzenheim. (*a*)

## §. DCCCXV.

Frundsperg prope Fleckensteinium. (*b*) Captis quibusdam Imperialis in Suevia oppidi *Wile* civibus, qui in hoc deducti sunt castrum, Johannes de Lichtenberg, Capituli majoris Argent. Decanus, Imperialis in Alsatia & Spirigovia Vicarius à Carolo IV. Imp. constitutus, pacis provincialis Alsatiæ novemviros monuit, ut jurejurando suo satisfacerent, hominesque injuste captos vinculis liberarent. Expeditione suscepta, qua Johannes ipse cum vexillo Imperiali primus processit, Frundsberga expugnata & diruta est. (*c*) Solutum tamen possessoribus pretium. Sifridus Lymelz de Lœwenstein & uxor ejus, Elisabetha de Frundesberg, Novemviris partem suam, consentiente Walravo, Bipontino Comite, qui Dominus directus castri fuit, pro Frundsperg.



(*b*) Pag. 44. §. LXV.
(*i*) Pag. 43. §. LXIII. fin.
(*k*) Pag. 155.
(*l*) Pag. 263.
(*m*) Pag. 223. init.
(*n*) Pag. 128. & 133.
(*o*) Pag. 232. fin.
(*p*) Pag. 189. §. CCCXL.
(*q*) Pag. 236. §. CCCCXXXIII.
(*r*) Pag. 241.
(*s*) Pag. 162. fin.
(*f*) In charta oblationis Germ. scribitur *der thurn Franckreich.*
(*t*) Supra pag. 39. §. LVII.
(*u*) Pag. 263. init.
(*x*) Pag. 87. med.
(*y*) Pag. 97. §. CLX.
(*z*) Pag. 52.
(*a*) Pag. 59. init.
(*b*) Pag. 241.
(*c*) Literæ Johannis Decani die Martis ante S. Barthol. An. MCCCXLIX. hinc de re scriptæ, in tabulario Argent. Expeditionis hujus paucis meminit Kornigsh. *Chron.* pag. 328. & Schiltzer. *Observat. ad Kœnigsh.* pag. 1126.

quingentis aureis vendiderunt, servato in aliam partem, quam Eberlinus de Frundesperg, Sifridi socer, ejusque filius, possidebant, hereditario jure. Anno sequenti Wolframus de Nellenburg, Teutonici Ordinis Magister, Reinhartum Hofwartum de Sickingen & generum ejus, Ludovicum de Frundesberg, induxit, ut suo quoque in tres castri hujus trientes jure pro mille & quadringentis florenis cederent. (*d*) An. MCCCLIV. Carolus IV. literis Seleſtadii ad XV. pacis publicæ Judices ſcriptis vetuit, ne Frundsberga reficeretur, omnesque simul banno Imperii ſubjecit, qui pacis adjuverint hoſtes. Ceterum ejusdem nominis castrum in Helvetiæ Pago Turicensi, (*e*) ut & in Tyrolis Comitatu erat.

## §. DCCCXVI.

Gebersweiler in Emunitate Rufacensi. (*f*)

Geispolzheim. (*g*) An. MDLXXXIX. Capitulum majus Argent. ejectis Johamiis, castellum hoc occupavit.

S. German haud procul Weissenburgo. (*h*)

Geroldseck, majus & minus, in Marca Maurimonasterienſi. (*i*) Ejusdem nominis castra in Ortenavia trans Rhenum & in Teutonici idiomatis Lotharingia inter Vinstingam atque Sarwerdam extant.

Gerstheim, (*l*) ubi vetus castellum Bockii inhabitant.

Girbaden. Girbaden in valle Schirmeckiana. (*m*) In Leonis IX. pro Altorfino cœnobio bulla An. MXLIX. mons *Burcberck*, in cujus cacumine Hugonis, Dagisburgensis Comitis, castrum perstiterit, legitur; ubi Girbada hæc videtur esse intelligenda. An. MCCXL. Rudolfus miles de Baldeburnen cum filiis suis castellanus in Girbaden & Episcopi Argent. vasallus erat.

Girspurg in valle Gregoriana (*n*) & infra Rappoltsteinium. (*o*)

Gliers in Dynastia Frobergensi. (*p*)

Græffen-Dhan (*q*) Johannes de Dratt à Philippo, Electore Palatino, cum arce Berwartstein An. MCCCCLXXXV. accepit in feudum.

Grandvillar prope Delam, ubi firmæ ac præstantis structuræ turris ex castro hoc remanet. (*r*)

Greifenstein supra Tabernas Alsaticas. (*s*)

Grünstein, in vico Stozheim, duplex castellum, quod circa An. MDCCXXXV. ad Schwengsfeldios translatum. (*t*)

Gugenheim in Præfectura Kocherspergensi. (*u*)

Gundolsheim prope Rufacum. (*x*)

Gutenberg. Gutenberg inter Weissenburgum & Tabernas Montanas, quod Leiningenſes Comites acquisiviſſe videntur, quum Godefridus Comes Advocatiæ provinciali præfuisset; cui

(*d*) Charta Spiræ data *an dem zweifzen tag zu Wihenachten* An. MCCCL. Wolframo de Nellenburg Nicolaus Zorn de Bulach & Johannes de Wickersheim, Equites, à Novemviris; Henricus de Erenberg & Dietricus de Handschusheim ab Hofwarto de Sickingen, additi Consiliarii fuerant.

(*e*) Vid. Leu *Lexico Geographico Helvet.* voce *Frundsperg.*

(*f*) Supra pag. 83. med.

(*g*) Pag. 165. §. CCLXXXVI.

(*h*) Pag. 176. §. CCCX.

(*i*) Pag. 212.

(*l*) Pag. 265. fin.

(*m*) Pag. 270.

(*n*) Pag. 119.

(*o*) Pag. 109. §. CLXXXIII.

(*p*) Pag. 52.

(*q*) Pag. 174. §. CCCVI.

(*r*) Pag. 12.

(*s*) Pag. 239.

(*t*) Pag. 156.

(*u*) Pag. 140. §. CCXLII.

(*x*) Pag. 84. §. CXXXII.

cui Henricus VII. Imp. licentiam pignora Imperialia redimendi conceſſit. (*y*) Gutenberga & Falckenberga nominantur in charta diviſionis terrarum, à filiis ejus An. MCCCXVII. ſuſcepta. (*z*) Pretium pignoris ſeptem mille libras Hallenſes fuiſſe, ex Emiconis Comitis literis, ad Senatum Argent. An. MCCCLXXIX. ſcriptis, cognoſcimus. Tum vero quinta utriuſque caſtri pars ad Philippum Raugravium, Emiconis ex ſorore nepotem, ſpectabat. De reliquis ſupra. (*a*)

## §. DCCCXVII.

Hagelschloss in monte Odiliano ad murum caſtrenſem Romanorum. (*b*)

Hagenau in urbe hujus nominis, qua caſtrum erat antiquius. (*c*) Caſtri hujus curiam & turrim, obæratorum aſylum, (*d*) una cum Schürhofio Eſchenavii nobiles & Rabanus de Thalheim à Friderico IV. Imp. An. MCCCCLIV. in feudum caſtrenſe acceperunt; quod ab Eſchenaviis ad Knodios & Halleros An. MDLXXVIII. brevique poſt ad Jo. Jacobum Niedheimerum, Doct. Medicinæ, transierat. Niedheimeris extinctis An. MDCCLI. Theodorus à Worſtatt beneficio Regis ſucceſſit. Hagenoæ caſtrum, Ducale, dein Imperiale, cum Advocatia Hagenoenſi ab Imperatoribus Palatinæ olim, dein Auſtriacæ Domui oppigneratum, Monaſterienſi denique pace cum ſupremo imperio ad Galliæ coronam, ut domanium transivit. In area ejus Collegium Sodalitatis Jeſu, & ſcholæ publicæ civitatis conſtructæ ſunt, Regis permiſſu. (*e*) Hagenau.

Hagenbach haud procul Altkircha. (*f*) Caſtrum & vicum cum omni jurisdictione Hagenbacenſes nobiles, nuper extincti, Alberto, Auſtriæ Duci, An. MCCCLI. obtulerunt in feudum. Hagenbach.

Hageneck prope Waſſerburgum vallis Gregorianæ. (*g*)

Haldenburg in colle prope Hugsbergam inferiorem Philippus Cæſar, Epiſcopum Argent. bello aggreſſus, An. MCXCVIII. deſtruxit. (*h*) Arcem à Cæſare renovatam Epiſcopus An. MCCXLVI. evertit, (*i*) Quidquid ex priſtina reſtabat munitione, Argentinenſes, ne Præſuli & hoſti ſuo prodeſſet, An. MCCLXI. ſolo æquarunt. (*l*) Haldenburg.

Hartmansweiler in vico cognomini ſupra Bollvillam, (*m*) à Waldneris adhuc inhabitatur caſtellum.

Hadstatt in monte (*n*) & in vico (*o*) inter Colmariam atque Rufacum.

Hatten in Pago Hatgoviæ infra Hagenoam, (*p*) ubi caſtrum adhuc habitabile.

Hausen prope Schweighuſium in Sundgovia. (*q*)

Hegle in Argentorati vicinia. (*r*)

Heimersdorf (*s*) & Heimsbrunn (*t*) in vicis cognominibus Alſatiæ ſuperioris.

Herbolsheim haud procul Benfelda. (*u*)

Heringheim, in ſuperiore & inferiore hujus appellationis ad Ellum ſupra Colmariam vicis. (*x*) In ſuperiore veteris caſtelli loco Franc. Joſephus Klinglinus, Prætor Reg. Argent. ſplendidius ædificavit. Idem in inferiore fecit Baro de Schauenburg.



(*y*) Lunig *Spicileg. Secular.* Part. I. pag. 384. num. 9.
(*z*) Ibidem num. 10.
(*a*) Pag. 189 fin.
(*b*) Indicatur in tabula montis Odiliani Tom. I. pag. 533.
(*c*) Supra pag. 343. & 356.
(*d*) *Ein haus u. ein hoff davor u. ein Thurn auff der Burg zu Hagenau, des Dotzlers geſeſſe genannt, mit der freyheit, ſo ſich jemand vorſchuldet, der darein entrinnet, der ſoll frey u. ſicher darinn ſeyn.*
(*e*) Vid. pag. 355. literæ donationis Regiæ datæ An. MDCCXXIX.
(*f*) Pag. 38. §. LVII.
(*g*) Pag. 260. ſq.
(*h*) Koenigshov. *Chron.* pag. 115. & 315.
(*i*) Ibidem pag. 244. & 316.
(*l*) Ibid. pag. 245. conf. ſupra pag. 305. §. DLXX.
(*m*) Pag. 86.
(*n*) Pag. 75. §. CXVI.
(*o*) Pag. 71. init.
(*p*) Pag. 231. init.
(*q*) Pag. 44. §. LXV.
(*r*) Pag. 270. med.
(*s*) Pag. 38. & 53. init.
(*t*) Pag. 103. init.
(*u*) Pag. 158. med.
(*x*) Pag. 71. med.

Herlisheim ſupra Colmariam. (*y*)

Herrenfluch prope Watvillam. (*z*) Vocula *Fluh*, *Fluch*, rupem ſignificat vel petram.

## §. DCCCXVIII.

Herrenſtein. Herrenstein ſupra Neovillam. (*a*) Huic vicinum erat caſtrum anonymum, quod Dynaſta Lichtenberg. ex Neovillani, quod deſtruxit, oppidi ruderibus An. MCCLX. condidit, brevique poſt ab Epiſcopo Metenſi coactus denuo evertit. (*b*)

Hertenberg in Gebersweiler (*c*) &

Hertenfels in Pfaffenheim, (*d*) Mundati ſuperioris vicis.

Hesingen (*e*) & Heydweiler (*f*) in ejuſdem nominis Sundgoviæ vicis.

Hindisheim verſus Erſteinium. (*g*)

Hirsingen & Hirzbach in Sundgovia. (*h*)

Hirzenstein ſupra Watvillam, (*i*) caſtrum olim ganerbiale.

Hochfelden ad oppidulum hujus nominis. (*l*)

Hochweiler in Dynaſtia Fleckenſtein. (*m*)

Hogeneck ſupra Wettelshemium, Ruſtiis nobilibus extinctis ad Epiſcopum Argent. Mundati ſuperioris Dominum, pervenit. (*n*)

Hoh-Azenheim in Præfectura Buxovillana. (*o*)

Hohenack Orbeanæ vallis ac Præfecturæ caput. (*p*)

Hohen-burg. Hohenburg in Vaſgovia circa Fleckenſteinium. (*q*) An. MCCCCXXXVIII. Albertus II. Imp. Wirico de Hohenburg quævis ejus in caſtro Hohenburg & vicis, ab illo pendentibus, jura & privilegia Imperialia confirmavit; quod & ſucceſſor Alberti fecit Fridericus. Caſtrum, ad Sickingios hereditario jure delatum, Cæſari & Imperio cum dimidia vici Windheim parte in feudum oblatum eſt, quod Caroli V. Imp. literæ, Franciſco Conrado de Sickingen, Franciſci filio, An. MDXLIV. datæ, hereditarium (*Erblehen*) declarant.

Hohenfels in eodem Vaſgoviæ tractu, peculiaris Dynaſtiæ caput. (*r*)

Hohenrupp juxta Murbacenſem Abbatiam. (*s*)

Hohenstein in Schirmeckianæ vallis Præfectura. (*t*)

Horburg prope Colmariam, unde Comitatui nomen. (*u*)

Hugstein in Abbatiæ Murbacenſis vicinia & ditione. (*x*) Gebvillero (*y*) *Hugonis Lapidis arx* dicitur.

Hunenburg

(*y*) Pag. 87. ſq.
(*z*) Pag. 97. §. CLVIII.
(*a*) Pag. 219.
(*b*) Recher. *Chron. Senon.* Lib. V. Cap. XI. ſq
(*c*) Supra pag. 83. med.
(*d*) Pag. 82. fin.
(*e*) Pag. 61. med.
(*f*) Pag. 39. init.
(*g*) Pag. 146. fin. ſq.
(*h*) Pag 38. §. LVII.
(*i*) Pag. 100.
(*l*) Pag. 256.
(*m*) Pag. 246. med.
(*n*) Quod notandum ad pag. 261. init.
(*o*) Pag. 222. med.
(*p*) Pag. 121. ſq.
(*q*) Pag. 253.
(*r*) Pag. 250.
(*s*) Pag 91. §. CLIV.
(*t*) Pag. 150.
(*u*) Pag. 74.
(*x*) Pag. 95.
(*y*) *Panegyr. Caroliin.* pag. 21.

Hunenburg retro Herrenſteinium. (z)

Husen vel Husenberg juxta Benfeldam, quod ab Argentinenſibus An. MCCCCXXVIII. combuſtum. (a)

Husenburg ſupra Gebvillam ad Laucham. (b)

Hüttenheim prope Benfeldam. (c)

## §. DCCCXIX.

Ichtersheim ad Ellum, caſtellum adhuc habitabile. (d)

Jebsheim. (e) Medio ævo *Ubensheim* & *Ubesheim* ſcribebatur. An. MCCCLVII. Hugo Comes de Reichenberg feudum ſuum Auſtriacum in agro Colmariæ vicique Ubensheim Conrado Krepſero, armigero Argent. & Ortenbergæ caſtri advocato, vendidit. Jebsheim.

Jestett ad vicum Sulzmatt. (f)

Illfurth in ſuperiore; (g) Illhausen in vico Illkirch, (h) & Illwickersheim (i) in inferiore Alſatia ad Ellum. Illzach (l) ad eundem fluvium prope Mulhuſium.

Imstall inter Neovillam & Lucelſteinium. (m)

Ingenheim in Præfectura Ingovillana Dynaſtiæ Lichtenbergenſis. (n)

Jockgrim infra Lauterburgum. (o)

Isenburg ad Rufacum, (p) & Isenheim paulo ſuperius. (q)

Judenburg in Orbeana valle. (r)

Jungholz prope Sulzam Alſatiæ ſuperioris. (s)

## §. DCCCXX.

Kagenfels retro Odilianum montem. (t) Kagenfels &c.

Karspach, duplex caſtellum, ſuperius & inferius, in vico Sundgoviæ cognomini. (u)

Keisersberg ad urbem ejuſdem nominis. (v)

Kestenholz ad Vilerenſis, (w) &

Kiensheim ad Orbeanæ (x) vallium fauces.

Kinsheim infra Koenigsburgum. (y)

Knobelsburg ad vicum Wibolsheim. (z)



(z) Pag. 208. med.
(a) Herzog *Chron. Alſat.* Lib. VI. pag. 189. conf. ſupra pag. 152. fin.
(b) Supra pag. 100.
(c) Pag. 157. med.
(d) Pag. 171. §. CCXCVII.
(e) Pag. 112.
(f) Pag. 81.
(g) Pag. 38. §. LVI.
(h) Pag. 269. init.
(i) Pag. cad.
(l) Pag. 40. §. LVIII.
(m) Pag. 198. §. CCCLVIII.
(n) Pag. 225. init.
(o) Pag. 173.
(p) Pag. 79.
(q) Pag. 69.
(r) Pag. 122. §. CCVI.
(s) Pag. 88.
(t) Pag. 271. §. DIV.
(u) Pag. 39. §. LVIII.
(v) Pag. 285. & 416.
(w) Pag. 161. §. CCLXXXIII.
(x) Pag. 105. §. CLXXVIII.
(y) Pag. 171. §. DIII.
(z) Pag. 236. init.

KOCHERSPERG in Epiſcopatu Argentinenſi. (*a*)

KOENIGSBURG in oppido Enſisheim, (*b*) aliudque in monte ſupra Seleſtadium, quod regium, non feudum, ſed pignus eſt. (*c*) Rathſamhuſii ad Lapidem tertiam partem Odenburgi in Kunigsberg inter Imperialia ſua feuda numerarunt. (*d*)

KOGENHEIM ſupra Benfeldam ad Ellum. (*e*)

KOLBSHEIM in vico cognomini, caſtellum ab Altenavia, ibidem ſita, diverſum. (*f*)

## §. DCCCXXI

Landeck &c.

LANDECK inter Luteram & Queicham. (*g*)

LANDSCRON (*h*) & LANDSER (*i*) in Sundgovia verſus Baſileam.

LANDSPERG Andlaviæ (*k*) & LANDSPURG Colmariæ (*l*) vicinum.

LAUBECK non procul Waſſerburgo Gregorianæ vallis. (*m*)

LAUTERBURG ad Luteram in Rhenum labentem. (*n*)

LEIMERSHEIM infra Tabernas Rhenanas. (*o*)

LICHTENBERG princeps Dynaſtiæ cognominis in Alſatia inferiore caſtrum. (*p*)

LIEBENSTEIN inter Lucellam & Phirretum. (*q*)

LINGOLSHEIM prope Argentoratum. (*r*)

LINZINGEN prope Balbronnam. (*s*)

LOEWENBERG in meridionali Alſatiæ limite, (*t*) & LOEWENSTEIN in Vaſgovia. (*u*)

LUCELBURG ſupra Tabernas Alſaticas; (*x*) itemque retro Ehnhemium ſuperius. (*y*)

LUCELSTEIN, Gall. *Petite Pierre*, in Lotharingiæ finibus. (*z*)

Luterau.

LUTERAU. In cod. membr. redituum Epiſcopatus Argent. ſec. XIV. mentio fit caſtri hodie ignoti *Luterowe* his verbis: "Hic notantur prata ſpectantia in Benvelt. » Apud caſtrum Luterowe eſt ſitum unum pratum . . . cum parvo nemore ſito » ibidem. » Hoc forte vetus caſtri Benfeldenſis nomen erat.

LUZELHARD in Vaſgovia. (*a*)

## §. DCCCXXII.

MADENBURG inter Luteram & Queicham. (*b*)

MARLEY in Marilegio vico. (*c*)

MARTINSBURG

(*a*) Pag. 140. init.
(*b*) Pag. 66. §. C.
(*c*) Pag. 205. ubi ex his linea ult. corrigenda.
(*d*) Literæ An. MCCCCLXXXIX. *ein drittel am Odenburg zu Kunigperg.*
(*e*) Pag. 157. §. CCLXXI.
(*f*) Pag. 265.
(*g*) Pag. 154.
(*h*) Pag. 62. ſq.
(*i*) Pag. 56. med.
(*k*) Pag. 263.
(*l*) Pag. 103.
(*m*) Pag. 84. §. CXXXIII.
(*n*) Pag. 173.
(*o*) Pag. 179. med.
(*p*) Pag. 221.
(*q*) Pag. 16. init.
(*r*) Pag. 259.
(*s*) Pag. 229 med.
(*t*) Pag. 35. fin.
(*u*) Pag. 253. med.
(*x*) Pag. 199. Conf. CALMET *Notice de la Lorr.* Tom. I. pag. 690. ſq.
(*y*) Pag. 258. med. & pag. 260.
(*z*) Pag. 107.
(*a*) Pag. 234. med. & 274. §. DIX.
(*b*) Pag. 174. med.
(*c*) Pag. 210. fin.

MARTINSBURG prope Colmariam. (*d*)

MAURON in Dynaſtia Frobergenſi. (*e*)

MEYENHEIM in vico cognomini, (*f*) nec non in Pfaffenhemio. (*g*) " An. MCCLXXXI. Dominus de Meienhen caſtrum ſuum, quod habuit *Meienhen*, dedit " in Argent. Epiſcopi poteſtatem, & poſtea recepit illud feudum perpetuum, & " Epiſcopus fecit illum Scultetum villæ memoratæ. (*h*) Meyenheim

MILANDRE prope Delam. (*i*)

MINFELD infra Weiſſenburgum. (*l*)

MINNEWILER ad Ammersvillam. (*m*) In Rudolfi I. Imp. & Conradi Epiſcopi Arg. charta transactionis, inter Dynaſtas Rappoltſteinenſes & Werdenſes Comites An. MCCXCI. factæ, caſtrum hoc Ulrico Comiti pro centum & quinquaginta marcis argenti relictum. (*n*) Minnewiler.

MITTELHAUSEN in Præfectura Brumatenſi. (*o*)

MOERSPERG, Gall. *Morimont*, ultra Phirretum. (*p*)

MOLCKENBURG ad Gemariam. (*q*)

MORVILLAR inter Belfortum & Delam. (*r*)

MULHAUSEN, in civitate (*s*) & in vico (*t*) hujus nominis. Poſterius perſtat hodieque.

MÜNCHENDORF in Dynaſtia Phirretenſi. (*u*)

MUNSTEROL, Gall. *Montreux*, verſus Delam. (*x*)

MUNWEILER prope Rufacum. (*y*)

## §. DCCCXXIII.

NAMBSHEIM ſupra Novum Briſacum. (*z*) Nambsheim &c.

NEUBURG ad Rhenum infra Lauterburgum. (*a*)

NEUCASTEL inter Luteram & Queicham. (*b*)

NIDECK in Præfectura Schirmeckiæ vallis. (*c*)

NIDERBRONN inter Reichshovium & Oberbronnam. (*d*)

NIDERBURG in vico Illkirch. (*e*)

NIDER-

(*d*) Pag. 76. §. CXVII.
(*e*) Pag. 52. §. LXXIX.
(*f*) De quo pag. 70.
(*g*) Pag. 82. §. CXXX.
(*h*) ANNAL. COLMAR. pag. 17.
(*i*) Pag. 68. §. LXXII.
(*l*) Pag. 190. med.
(*m*) Pag. 104. fin.
(*n*) Inſtrumentum ita: *Dan Gravem Ulriche beliben ſol dez hus ze Mörswilre, alz verre dis grabon begriffen hant, die zu dem hus hörent.*
(*o*) Pag. 227. fin.
(*p*) Pag. 35. §. LI.
(*q*) Pag. 111. ſq.
(*r*) Pag. 52.
(*s*) Pag. 423.
(*t*) Pag. 171. med.
(*u*) Pag. 36.
(*x*) Pag. 51. med.
(*y*) Pag. 71. fin.
(*z*) Pag. 71. §. CX.
(*a*) Pag. 180. §. CCCXVIII.
(*b*) Pag. 186.
(*c*) Pag. 150. med.
(*d*) Pag. 238. med.
(*e*) Pag. 269. init.

NIDERMOTHERBURG ad Matram flumen. (*f*) Caſtellum hoc, nunc neglectum, Johannes armiger de Alba, An. MCCCLXVIII. ab Argentinenſibus neci datus, ante Sulzenſes nobiles poſſedit. (*g*)

NIDER-ROEDERN in Dynaſtia Fleckenſteinenſi. (*h*)

## §. DCCCXXIV.

Oberkirch &c.

OBERKIRCH juxta Ehnhemium ſuperius. (*i*)

OCHSENSTEIN in Maurimonaſterii Marca. (*l*)

ODERN in valle S. Amarini. (*m*)

OLWEILER prope Sulzam Mundati ſuperioris. (*n*)

ORSCHWEILER inter Rufacum & Gebvillam. (*o*)

ORTENBERG in Albertinæ vallis introitu. (*p*)

OSTEIN in Dynaſtia Iſenheimenſi. (*q*)

Oſthauſen.

OSTHAUSEN inter Benfeldam & Erſteinium ad Ellum, (*r*) caſtrum allodiale in vico feudali hodieque ſuperſtes, quod à Georgio Zorn de Bulach fec. XVI. conſtructum eſt. (*s*) Vicum dimidium Rudolfus Zorn de Bulach, Eques, An. MCCCCXXXIV. à Sigiſmundo Imp. alterumque ſemiſſem Nicolaus Bernhardus Zorn de Bulach cum agnatis ſuis à Friderico IV. Imp. An. MCCCCXLII. feudali adepti ſunt lege. Cum Oſthuſio hoc Weſthuſium quoque inter feuda Imperialia ſupra retulimus; at meliora jam ex ipſis chartis edocti, Auſtriacum illud feudum fuiſſe lectorem monemus. Leopoldus, Auſtriæ Dux, Dietericum de Rathſamhauſen ad Lapidem An. MCCCLXIX. de illo inveſtivit. (*t*)

OSTHOFEN infra Dachſteinium, ubi munimenta vetera adhuc integra ſuperſunt. (*u*)

OTHMARSHEIM in Dynaſtia Landſeriana, verſus Rhenum. (*x*)

## §. DCCCXXV.

S. Pauli &c.

S. PAULI prope Weiſſenburgum. (*y*)

PFAFFSTATT haud procul Mulhuſio. (*z*)

PFIRT Comitatus Phirretenſis caput, (*a*) cujus ſitum formamque hodiernam HERRGOTTUS (*b*) exhibet.

PHILIPPSBURG in Vaſgoviæ tractu. (*c*)

PIETERTHAL inter Landſcronam atque Blochmontium. (*d*)

PLEISWEILER juxta Tabernas Montanas. (*e*)

PLIXBURG

(*f*) Pag. 236. §. CCCCXXXIV.
(*g*) HERZOG *Chron. Alſat.* Lib. VI. pag. 252.
(*h*) Pag. 243. init.
(*i*) Pag. 406. §. DCCXLIX.
(*l*) Pag. 215. fin.
(*m*) Pag. 99. init.
(*n*) Pag. 87. med.
(*o*) Pag. 84. §. CXXXII.
(*p*) Pag. 201.
(*q*) Pag. 101.
(*r*) Pag. 257.
(*s*) HERZOG Lib. III. Cap. VII. pag. 27.
(*t*) Ubi hæc verba: *Zwing u. pan, gericht, Kirchenſatz u. laygen zehenten des dorffs zu Wolfhuſen.*
(*u*) Pag. 171. ſeq.
(*x*) Pag. 58.
(*y*) Pag. 176.
(*z*) Pag. 39. §. LVIII.
(*a*) Pag. 32. §. XLVII.
(*b*) *Geneal. Habsburg.* Tom. I. Tab. XII.
(*c*) Pag. 232.
(*d*) Pag. 30. §. LIII.
(*e*) Pag. 184. init.

Plixburg in valle S. Gregorii. (*f*)

Plobsheim ad Rhenum ſupra Argentoratum. (*g*)

Presteneck in vico Pfaffenheim Mundati ſuperioris. (*h*)

Quatzenheim inter Argentinam & Marilegium. (*i*)

## §. DCCCXXVI.

Ramstein in Albertina valle; (*l*) aliudque in Vaſgovia prope Reichshovium. (*m*) Ramſtein &c.

Rappoltstein ſupra Rappoltivillam, caſtrum antiquum, Dynaſtiæ caput, (*n*) & in oppido recentius, Dynaſtæ ſedes.

Rathsamhausen ad Ellum è regione Seleſtadii. (*o*)

Rauschenburg in Dynaſtia Oberbronn. (*p*)

Reichenberg retro Berghemium oppidum. (*q*)

Reichenstein prope Richovillam oppidum. (*r*)

Reichweiler, vetus ac munitum ad Tolram verſus Mulhuſium caſtrum, Auſtriacum olim feudum, quod cum majore vicini vici Morſchweiler parte An. MDCCXXX. ad Bergeretos inveſtitura regia devenit. Huſiis, An. MCCCLXI. jam à Rudolfo, Auſtriæ Duce, de illo inveſtitis, ob matrimonium cum Urſula de Domo initum, Caroli V. Imp. beneficio An. MDXXI. Waldneri ſucceſſerant. Reichweiler &c.

Reineck in meridionali Alſatiæ limite prope Landscronam. (*s*)

S. Remig in Mundato inferiore. (*t*) Ab Hugone Abbate An. MCCCLXXXV. ædificatum, (*u*) & à tumultuantibus ruſticis d. 6. Maji MDXXV. dirutum eſt.

Ringelstein in Maſoniana valle; (*x*) aliudque in Schirmeckianæ vallis præfectura. (*y*)

Rohrbach ad Billighemium. (*z*)

Roppach verſus Belfortum. (*a*) Mortuo Franciſco Leopoldo de Roppach Franciſcus Joſephus de Reinach Comes An. MDCCXXIX. in caſtro & vico hoc beneficio Regis, qui ſexennio ante jam expectationem ei dederat, ſucceſſit.

Rosenburg ad Weſthovium oppidum. (*b*) Addo hic, vicum Præfecturæ Weſthovianæ *Trenheim*, inter Lichtenbergenſem Dynaſtiam & Flachslandios nobiles diviſum, feudalem eſſe totum, partemque Flachslandiorum Hohenſteinios atque Vœlſchios olim poſſediſſe comtiunem. Georgio de Hohenſtein, gentis poſtremo, Caroli V. Imp. beneficio ſucceſſere Haſii, à Lauffen cognominati. (*c*) Hos An. MDCXXVIII. exceperunt Ulmii, à quibus An. MDCCXXVI. jure emtionis, manente vinculo feudali regio, ad Flachslandios pervenit.

Rosenfels, Gall. *Roſemont*, in Dynaſtia Belfortenſi. (*d*)



(*f*) Pag. 120.
(*g*) Pag. 258. init.
(*h*) Pag. 82. §. CXXX.
(*i*) Pag. 264. med.
(*l*) Pag. 202.
(*m*) Pag. 271.
(*n*) Pag. 108.
(*o*) Pag. 284.
(*p*) Pag. 217. & pag. 349. not. (*y*).
(*q*) Pag. 115. §. CXCIV.
(*r*) Pag. 77.
(*s*) Conf. pag. 36. §. LIII.
(*t*) Pag. 175. ſq.
(*u*) Teſte veteri inſcriptione.
(*x*) Pag. 63. med.
(*y*) Pag. 150.
(*z*) Vid. pag. 252. med.
(*a*) Pag. 56. init.
(*b*) Pag. 229. §. CCCCXXII.
(*c*) Moser *Reichs-Hofſtraths-Proceſſ* Tom. III. pag. 718. ſqq.
(*d*) Pag. 48. init.

ROTHENBURG, Gall. *Rougemont*, caſtrum duplex, ſuperius atque inferius, inter Maſonianam vallem ac Belfortum. (*e*) Aliud in Vaſgovia. (*f*)

## §. DCCCXXVII.

SCHAFFTOLSHEIM ſupra Argentinam ad Bruſcam. (*g*)

SCHARFFENBERG, Weiſſenburgenſis Eccleſiæ feudum, (*h*) extra Alſatiam, uti *Scharffeneck*, ſitum fuiſſe conjicio.

SCHARRACH caſtrum prorſus everſum in monte, cui hinc nomen. (*i*) Aliud caſtellum in vico ſubjecto Scharrachbergheim, quod Dettlingenſes inhabitant.

SCHERWEILER ad vallis Vilerenſis prope Seleſtadium fauces. (*l*)

SCHILTIGHEIM in vico cognomini, Argentinæ proximo. (*m*)

SCHIRMECK in valle, à caſtro hoc nuncupata. (*n*)

SCHOENECK in Vaſgovia ſupra Reichshovium oppidum. (*o*)

SCHOENENBERG in Comitatu Phirretenſi. (*p*)

SCHRANCKENFELS prope Sulzbacum Gregorianæ vallis. (*q*)

## §. DCCCXXVIII.

Schwanau. SCHWANAU munitiſſimum olim ad Rhenum ſupra Argentinam, è regione Ottenhemii, Ortenaviæ vici, caſtrum Dynaſtiæ Geroldseckianæ trans Rhenum adſcriptum fuit. In Dynaſtiæ hujus diviſione, inter Henricum, Veldentiæ Comitem, Henricum & Waltherum fratres, Geroldſeckii Dynaſtas, An. MCCLXXVII. inſtituta, dimidiam partem caſtri *Schwanowe* vicique Ottenheim Veldentiæ Comes accepit. An. MCCCXXXIII. die Jovis poſt Paſchatos feſtum Advocatus Alſatiæ Auſtriacus cum plerisque Alſatiæ & Brisgoviæ civitatibus arcis hujus, Rheno præfertim gravis, ruinam decrevit, poſtquam Argentinenſes oppigneratum Geroldſeckiis jam occupaſſent Erſteinium, quod ſociorum inſcitu mœnibus quidem nudare, at non alienare potuerant. Societati huic Turicenſes, Bernenſes, Lucernates aliique mox juncti ſunt; qui omnes " caſtrum Swannowe „ fortiſſimum & omni Alemannia, propter nimia mala inde facta, famoſum, illico „ vigoroſiſſime & cum omnibus paramentis, quæ excogitari quaſi poterant, obſede„ runt, facientes pontem cum navibus ultra Rhenum. . . Victo etiam caſtro Swan„ nowe & radicitus demolito, unus miles & alii XLIX. qui ipſum cuſtodierant, „ capite ſunt truncati. Magiſtri quoque carpentarii & fabri, qui intus fuerant, „ ligati tanquam lapides verſus caſtrum machinis ſunt projecti. „ Hæc ALBERTUS ARGENT. (*r*) Addit KOENIGSHOVIUS, (*s*) obſidionem per quinque cum dimidia duraſſe hebdomades, ipſisque Calendis Junii caſtrum ab hoſtibus occupatum eſſe. Schwanoviam dirutam Marxii ab Eckversheim, poſteaque Bockii à Geroldſeckiis Dynaſtis in feudum tenuere.

## §. DCCCXXIX.

Schwarzenburg. SCHWARZENBURG in valle Gregoriana. Geroldſeckii Dynaſtæ, quos id conſtruxiſſe diximus, (*t*) Abbatiæ Monaſterienſis Advocati erant. An. MCCLXII. Heinricus Præpoſitus Baſil. cum Dynaſta Geroldſeckiano de tradendo ſibi & Eccleſiæ Baſil. caſtro Schwartzenberg in valle Monaſterienſi convenit. (*u*) In allegata modo Dynaſtiæ Geroldſeckianæ diviſione An. MCCLXXVII. advocatia hæc ad Waltherum devenit.

SCHWEIG-

(*e*) Pag. 54. med.
(*f*) Vid. pag. 274.
(*g*) Pag. 168. med.
(*h*) Pag. 177.
(*i*) Pag. 261.
(*l*) Supra pag. 202. fin.
(*m*) Pag. 270. med.
(*n*) Pag. 147. med.
(*o*) Conf. pag. 249. med.
(*p*) Pag. 70. §. CVII.
(*q*) Pag. 88. med.
(*r*) *In vita Bertholdi Epiſc. Arg.* pag. 171.
(*s*) *Chron.* Cap. V. §. CXXXII. Conf. ſupra pag. 164. med. & URSTISII *Chron. Baſil.* Lib. III. Cap. IX. pag. 162.
(*t*) Supra pag. 266.
(*u*) WENCKER *de Uſiburg.* pag. 16.

Schweighausen in vico Sundgoviano cognomini. (x)

Spechbach in Præfectura Thannenſi caſtella tria. (y) Illud, quod Rathſamhauſii ad Lapidem An. MCCCXIV. ab Ulrico, Phirretenſi Comite, acceperant, extinctisque his ad Chamlajum, & hoc denique ſeculo cum aliis Rathſamhauſiorum feudis regiis ad Bernholdios nobiles tranſiit, Spechbachii milites An. MCCCCXII. in ſubfeudum tenuerunt, maximam partem jam tum deſtructum; unde collis pro caſtro enuntiatur in chartis. Spechbach &c.

Spesburg in valle Andlavienſi. (z)

Spiegelburg ante Rufacum oppidum. (a)

Staffelfelden haud procul Bollvilla. (b)

Stein, Gall. *Roche*, in Valle Rupenſi. (c) An. MCCCLXXXIII. ſeptimo idus Martii Wenceslaus Imp. ad Johannem, Lotharingiæ Ducem, literas ſcripſit: ut Theodoricum de Steyn & fratres ejus de Rathſamhuſen cum matre Eliſabetha in caſtri Steyn & villæ Ottenrod, feudorum Imperialium, poſſeſſione tueretur. Stein &c.

Steinbrunn duo prope Landſerium in ejuſdem nominis vicis caſtella. (d)

Steinburg paulo infra Tabernas Alſaticas. (e)

Stoerenburg in valle S. Amarini, (f) nec non in vico Gregorianæ vallis Waſſerburg. (g)

Strasburg in monte qui vico Waſſerburg imminet. (h)

## §. DCCCXXX.

Sulz in Dynaſtia Fleckenſteinenſi. (i) Argentinenſes & Hagenoenſes Berwartſteinio capto hoc quoque caſtrum, uti decreverant, (l) An. MCCCXIV. aggreſſi ſunt, ex quo diruto 26. præſidiarios Argentinam duxerunt captivos. (m) Sulz.

Sulzbach in Gregoriana valle. (n) Aliud in Sundgovia, Gall. *Sope*, (o) quod Waldneri de Freundſtein An. MCCCXLIX. aliis in feudum dederunt. An. MDLVII. Jo. Theobaldus de Waldner Theobaldum à Sulzbach inveſtivit. Sulzbacenſibus his vaſallis extinctis, caſtellum Jo. Jacobo Holzapfelio, Regiminis Enſisheimenſis Cancellario, à Waldneris datum eſt dono. Sulzbach.

Sulzmatt in Mundato ſuperiore. (p) Caſtrum in Sulzmatt Johannes de Lobegaſſen à Dynaſta Rappoltſtein. An. MCCCXXXVII. in feudum accepit. (q) Biennio poſt Jo. de Rappoltſtein filium ſuum, annoque ſequenti Ulricum de Domo inveſtivit. Quartam partem caſtelli *zur Brucken* retro Sulzmatt, feudum quoque Rappoltſteinenſe, Bertſchmannus à Bruck miles An. MCCCXLVIII. poſſedit. Sulzmatt.

## §. DCCCXXXI.

Tiefenthal in Biſchvilla. (r)

Traubach in Thannenſi Sundgoviæ Dynaſtia. (s)

Tripels prope Anvillam cis Queicham. (t)



(x) Pag. 44. §. LXV.
(y) Pag. 43. §. LXIII.
(z) Pag. 168. fin.
(a) Pag. 84.
(b) Pag. 70. §. CVII.
(c) Pag. 206.
(d) Pag. 60. §. XCII.
(e) Pag. 138. med.
(f) Pag. 101. init.
(g) Pag. 120. ſq.
(h) Pag. 121. init.
(i) Pag. 241. med.
(l) Wenckeb *Apparat. Archiv.* pag. 189. num. 24.
(m) Koenigshov. *Chron.* pag. 318.
(n) Supra pag. 89. init.
(o) Pag. 44 §. LXIV.
(p) Pag. 83.
(q) Tabular. Rappoltſtein.
(r) Pag. 192.
(s) Vid. pag. 43. §. LXIV.
(t) Pag. 188.

Valff in vico cognomini Andlavienſium. (*u*)

Vier-Thürn, Quatuor-Turres, in Emunitate Weiſſenburgenſi. (*x*)

S. Ulrich in eodem, quo Rappoltſteinium, monte. (*z*)

Ungerstein prope Gebvillam. (*a*)

## §. DCCCXXXII.

Wagenburg &c.

Wagenburg in vico Sulzmatt. (*b*)

Walbach in vico Gregorianæ vallis. (*c*)

Waldeck prope Landscronam. (*d*) Conradus III. Imp. donationem utriuſque caſtri Waldecke, antiqui ſcilicet & novi, per Trudewinum & Henricum Eccleſiæ Baſilienſi factam, An. MCXLIX. confirmavit. (*e*)

Waleck in Dynaſtia Bitenſi. (*f*)

Walsperg ſive *Waldesberg*, feudum Imperiale fuit, Rathſamhauſiis atque Johamiis commune. (*g*) In Sigiſmundi Imp. literis, quibus Begeros An. MCCCCXXXIV. de illo inveſtivit, caſtrum jam dirutum ſcribitur.

Waltighofen in Dynaſtia Phirretenſi ad Ellum caſtella duo. (*h*)

Wangenburg in oppidulo Wangen. (*i*) Aliud, quod majus, in monte prope Ochſenſteinium, (*l*) medio ſec. XIV. à Dickeis Nobilibus Wangenſes receperant in feudum.

Warthenberg in Doſenhemio vico. (*m*)

Wasenburg in Vaſgovia prope Niderbronnam. (*n*)

Wasenstein in Vaſgovia prope caſtrum Fleckenſtein. (*o*)

Wasselnheim in burgo cognomini, ubi Præfectus inhabitat caſtrum. (*p*)

Wasserburg retro Sulzbacum Gregorianæ vallis. (*q*)

Wasserstelzen in vico Sulzmatt, feudum Epiſcopo Argent. An. MDLXII. oblatum. (*r*) In Helvetia Tſchudiorum de Waſſerſtelzen familia floret.

Weckenthal ad Thuram infra Sennhemium oppidum. (*s*)

Wegelnburg in Vaſgovia prope Fleckenſteinium. (*t*)

## §. DCCCXXXIII.

Weggenberg.

Weggenberg, Abbatiæ Murbacenſis caſtrum; cujus dimidiam partem Hermannus de Watwiler, Henrici Equitis filius, ſeculo XIV. in feudum habuit. (*u*)

Weiters-

(*u*) Vid. pag. 169.
(*x*) Pag. 176. med.
(*y*) Pag. 96. fin.
(*z*) Pag. 109. §. CLXXXIII.
(*a*) Pag. 100. §. CLXVI.
(*b*) Pag. 83.
(*c*) Pag. 119. §. CCI.
(*d*) Pag. 36. §. LIII. ubi pro donatione Conradi II. confirmatio intelligenda.
(*e*) Charta mſ. Cod. Uriſif.
(*f*) Pag. 274.
(*g*) Pag. 258. fin.
(*h*) Pag. 34. §. L.
(*i*) Supra pag. 267.
(*l*) Pag. 262. fin.
(*m*) Pag. 220. med.
(*n*) Pag. 236. §. CCCCXXXIV.
(*o*) Pag. 218. fin. & 233. init.
(*p*) Conf. pag. 209.
(*q*) Pag. 120. fin.
(*r*) Pag. 81. §. CXXXI.
(*s*) Pag. 100. fin.
(*t*) Pag. 187. fq.
(*u*) Codex feud. Abbatiæ Murbac. ubi num. 28. *Weggenberg haiber, alſe die graben u. die mure u. die hungarten bant begriffen.*

Weitersweiler inter Buxovillam & Lucelſteinium. (*x*)

Werde ad Ellum infra Benfeldam, caſtrum ſuperius atque inferius. (*y*)

Weyerspurg in Leberiæ vallis introitu, (*z*) quod Zornii, Domini directi conſenſu, Capitulo majoris Eccleſiæ Argent. An. MDCCXXVIII. vendiderunt. Aliud ejuſdem nominis caſtellum prope Maurimonaſterium fuit. (*a*) Weyerspurg &c.

Wildenstein in valle San-Amariniana. (*b*)

Wiler in San-Gregoriana valle. (*c*)

Windeck in Vaſgovia prope Schœneckhum. (*d*)

Winecke ſupra Ammersvillam & Katzenthal vicum. (*e*)

Winstein in Vaſgovia ſupra Reichshovium, arx duplex, vetus ac nova. (*f*) De veteri charta An. MCCLXIX. loquitur, qua Emecho, Comes Silveſter, Ludewicus & Symundus nepotes de Frundesberc, nec non Wernherus de Wineſtein, Henrico Epiſcopo ac civitati Argent. caſtri hujus, uſque ad ipſorum cum Friderico de Wineſtein belli finem, aperturam promiſerunt. Herzogius (*g*) à Leiningæ Comitibus An. MCCCCXXV. & à Lotharingiæ Duce An. MDXV. id captum ac combuſtum refert. Winſtein &c.

Witschloss in eodem Vaſgoviæ cum Winſteinio tractu. (*h*)

Wittenheim haud procul Ello infra Mulhuſium. (*i*)

Wolfisheim paulo ſupra Argentinam ad Bruſcam. (*l*)

Zellenberg in oppido cognomini prope Richovillam. (*m*)

Zillhausen juxta vicum Sulzmatt, (*n*) cui per nobilem Wolfium ab Andlau An. MDLXXXIX. caſtellum hoc venditum eſt.

Zillisheim ſupra Mulhuſium ad Ellum. (*o*)

# MONASTERIA.

## §. DCCCXXXIV.

Civitatibus, burgis, vicis, caſtris & caſtellis, hucuſque deſcriptis, Eccleſias Collegiatas, Abbatias & Monaſteria ſubjungo; quæ ſub Germanica periodo, in montibus, collibus, planitie & vallibus extra oppida & vicos exſtructæ, nobilem quoque Geographiæ Alſaticæ partem componunt. Laterculum eorum heic Lector reperiet, quo continuatur breviculum, quod Francica ſub periodo de Cœnobiis dedi; (*p*) fata ſingulorum expoſiturus uberius in *Alſatia ſacra*. In hac temporis periodo per ſucceſſionem ſeculorum Canonici Regulares, Cluniacenſes, Antoniani Viennenſes, Carthuſiani, Ciſtercienſes, Præmonſtratenſes, Guilielmitæ, Carmelitæ, Auguſtiniani, Dominicani, Franciſcani, Conventuales, Recollecti, Capucini, aliique ſexus utriuſque prognati ſunt Ordines & Sodalitas Jeſu. Acceſſit Joannis Hieroſolymitani, Templariorum, Teutonici, aliorumque ſacræ militiæ ordinum origo; plurium Benedictinæ familiæ Monaſteriorum in Collegiatas converſio; plurimarum denique Eccleſiarum regularium, non regularium, parochialium, deſtructio. In harum rerum recenſione chronologicum inſtitutionis monaſteriorum ſecuturus ſum ordinem. Tranſitus.



(*x*) Supra pag. 245. fin.
(*y*) Pag. 193. ſq.
(*z*) Pag. 124. §. CCVIII.
(*a*) Pag. 213. §. CCCLXXXIX.
(*b*) Pag. 98. §. CLXII.
(*c*) Pag. 118.
(*d*) Pag. 250. init.
(*e*) Pag. 104. med.
(*f*) Pag. 232. & 251.
(*g*) *Chron. Alſat.* Lib. VI. pag. 213.
(*h*) Pag. 250. init.
(*i*) Pag. 44. §. LXV.
(*l*) Pag. 228. §. CCCCXXI.
(*m*) Pag. 114. §. CXCV.
(*n*) Pag. 83. fin.
(*o*) Pag. 95.
(*p*) Tom. I. pag. 715. ſqq.

## §. DCCCXXXV.

Alaresberg. ALANESBERG, aliis *Analesberg*, S. Bened. Ord. Abbatiam, in Argentinenſis atque Metenſis Diœceſium collimitio, Baltrannus cum condidiſſet Abbas, ob Præſulum iſtorum contentionem, quorum quisque Diœceſi eam ſuæ vindicare voluerat, cum monachis ſuis in Lutrenſem Abbatiam An. DCCCCLIX. feceſſit. (*q*) Situs ejus incertus.

Altorff. ALTORFF familiæ Benedict. inter Argentinam & Molshemium Abbatia, (*r*) *Altum Cœnobium* & *Monaſterium S. Cyriaci ad Altorff* olim nominata, Hugonem, Dagisburgi Comitem, circa An. DCCCCLX. habuit auctorem. Junctus ei aliquandiu fuit Partheno, conſenſu Epiſcopi Argent. An. MCCL. abolitus. An. MDCVII. Burſfeldenſi congregationi acceſſit. (*s*)

S. Quirin. S. QUIRINI in Vogeſo, Saragoviæque Pago, S. Benedicti ord. Prioratus à Ludovico, Dagisburgenſi Comite, S. Leonis Papæ avo materno, An. DCCCLXVI. inſtitutus & S. Mauri, ſub quo adhuc floret, traditus eſt monaſterio.

Sels. SELSÆ Benedictina quoque ad oppidum Selz Abbatia, princeps olim & Romano Pontifici ſine medio ſubjecta, ab Adelheide, Ottonis Magni vidua, An. DCCCCLXXXVII. in loco, quem Rhenus pridem abſorpſit, exſtructa, (*t*) An. MCCCCLXXXI. à Sixto IV. in Collegiatam, & An. MDLXXV. à Friderico III. Electore Palatino, in Academiam Equeſtrem converſa, à Ludovico XIV. autem ex parte An. MDCXCI. Argentinenſi S. J. Collegio adſcripta eſt. Seculo XIV. Monaſterium monialium MIRMELBERG eidem proximum fuit, quo deſtructo Abbatia, quæ illud fundaverat, bona ejus recepit.

## §. DCCCXXXVI.

Hugshoven. HUGSHOVEN, Lat. *Hugonis Curia*, Gall. *Honcourt*, Benedictinam in Vileria ſeu Albertina valle Abbatiam, ſedi Romanæ immediate ſubjectam, Wernherus, Ortenbergæ Comes, An. M. in honorem S. Michaelis Archangeli exſtruxit. (*u*) An. MDXIII. Burſfeldenſi congregationi conjuncta eſt. (*x*) Monachis vacuam Auſtriaca Domus, conſentiente An. MDCXVI. Pontifice Romano, Abbatiæ Andlavienſi vendidit.

S. Crux. S. CRUCIS in Woffenheim ſupra Colmariam ejuſdem regulæ Abbatia feminarum à S. Leonis Papæ, qui ſummo Pontifici eam ſoli ſubjecit, parentibus ſec. XI. fundata, An. MCCCCLXII. in Collegiatam virorum eccleſiam, & An. MDXXIV. in Rectoriam mutata eſt. (*y*)

Alſpach. ALSPACH prope Keiſersbergam (*z*) ab Egishemii Comitibus pro monachis Benedictinis ædificatum, dein ab Adelberto, Calvenſi Comite, hortante Leone IX. Papa cognato, reſtauratum & Abbatiæ Hirſaugienſi ſubditum, monialibus denique S. Claræ Kiensheimenſibus An. MCCLXXXII. venditum, (*a*) unicum hujus regulæ, ab Urbano IV. mitigatæ, in Alſatia cœnobium eſt.

Lutenbach. LUTENBACH in honorem S. Michaelis à Wernhero Comite ſec. XI. in Vogeſiana prope Murbacenſem Abbatiam valle (*b*) conſtructum, Innocentii II. Papæ literæ, monaſterio huic An. MCXXXVII. datæ, nos docent. Cum primi ex Honaugienſi S. Michaelis cœnobio huc vocati monachi eſſent, quamvis in Baſilienſi diœceſi viverent, eccleſiaſticæ tamen ac ſeculari Epiſcopi Argentinenſis jurisdictioni manſerunt obnoxii. Lutenbacenſis hæc Abbatia cum matre ſua Honaugia ſeculo XIII. jam in Canonicorum ſecularium converſa ſuit eccleſiam.

§. DCCCXXXVII.

---

(*q*) MABILLON *Annal. Benedict.* Tom. III. pag. 544. ſq.
(*r*) Supra pag. 146. init.
(*s*) BUCELINI *Germ ſacr.* Tom. I. Part. II. pag. 19.
(*t*) Conf. ſupra pag. 180. ſq. & TOLNER *Cod. Palat.* pag. 19. not. f. ubi tamen anni fundationis DCCCCXCVI. & ſecularisationis MCCCCXCIV. omnino vitioſi.
(*u*) Ita Fridericus I. Imp. in diplom. Hugshov. An. MCLXII.
(*x*) BUCELIN. loco cit.
(*y*) Vid. ſupra pag. 89. §. CXLIII.
(*z*) Vid. pag. 418.
(*a*) HUGO *Monum. S. Antiquit.* Tom. II. pag. 303.
(*b*) Supra pag. 101. §. CLXX.

## §. DCCCXXXVII.

Oelenbergæ, (*Mons Oliveti*) ad Tolram in agro vici Reiningen (*c*) Sundgoviæ, Canonicorum regularium S. Augustini collegium Heilwigis, Egisheimensis Comes, Leonis IX. Pontif. Rom. mater, instituit, sedique Romanæ sine medio subjecit. An. MDXXXI. monasterium Clero seculari in commendam, & An. MDCXXVI. Friburgensi S. J. Collegio, ex quo nonnulli sacerdotes etiamnum hic degunt, traditum est. Oelenberg.

Phirreti ejusdem ordinis Prioratum Fridericus Comes, qui Leonem IX. consanguineum suum ex Alsatia comitatus est Romam, ex itinere redux instituit; primis Canonicis ex Hospitali S. Bernhardi ex monte Jovis huc traductis, à quibus hospes benigne fuerat exceptus. (*d*) Successu temporis Prioratus hic Ecclesia parochialis Phirretensium, à Lucellensium collatione pendens, evasit. Pfirt.

Othmarsheim monialium ord. S. Benedicti olim, nunc nobilium Canonissarum sub Abbatissa viventium, Collegium, B. Virgini sacrum, Rudolfus Comes, Wernheri I. Episcopi Argent. frater, seculo XI. fundavit, & per Leonem IX. Papam consecrari fecit. Loco huic à D. Othmaro, S. Galli Abbate, apud Helvetios & Suevos sanctimonia celebri, nomen inditum videtur. (*e*) Othmarsheim.

S. Walpurois in sacra silva, versus Hagenoam, Abbatia virorum ord. S. Benedicti à Theodorico I. Montisbeliardi Comite An. MLXXIV. (*f*) & à Wiberto monacho (*g*) constructa. An. MCCCCLXXXV. hoc primum Alsatiæ monasteriorum Bursfeldensi Congregationi accessit. (*h*) De reliquis ejus junioris ævi fatis supra. (*i*) S. Walpurg.

Marbach, in Alsatia superiore prope Hastadium, Canonicorum Regularium S. Augustini monasterium Congregat. Windesheimensis, Magister Manegoldus de Lutenbach, Burcardo militi Gebersvillano prædium ac opes suppeditante, An. MXCIV. instituit, (*l*) quod mox Abbates, mox Præpositos ac Priores habuit; & ad hoc usque tempus sub Abbate persistit. Marbach.

## §. DCCCXXXVIII.

Biblisheim regulæ S. Bened. in silva quoque sacra monialium Abbatia, hodieque florens, à Montisbeliardi Comite Theodorico, vel primo, vel secundo, patre seu filio, (*m*) circa initium seculi XII. accepit originem. Biblisheim.

S. Morandi (*n*) ordinis & Abbatiæ Cluniacensis Prioratum prope Altkircham, cui loco ab ecclesia hac, secundum nonnullos Alsatiæ antiquissima, inditum creditur, (*o*) ineunte seculo XII. Fridericus, Phirretarum Comes, fundavit; Leopoldus Archidux Friburgensi S. J. Collegio An. MDCXXI. addixit; ex quo aliquot Jesuitæ ibi degunt. Aliud ejusdem ordinis ac nominis prope Rappoltivillam monasterium minus, (*p*) quod à majore pependit, cum eodem ad Jesuitas Friburgenses transiit. (*q*) S. Morand.

Hert Canonicorum regularium inter Tabernas Rhenanas & Germershemium Herimannus quidam, vir illustris, in allodio suo An. MCIII. construxit. De reliquis supra. (*r*) Hert.

## §. DCCCXXXIX.

S. Nicolai in silvis (*s*) Prioratus, in valle *Belval* olim dicta, Basil. diœcesis, semileuca à castro Rothenburg, An. MCXCIII. à Raynaldo, Barrensi Comite, & Friderico S. Nicolai.

---

(*c*) Unde antiquitus *Oelenberg in Reiningen* dicebatur. Vici hujus parochiam Oelenbergenses administrant.

(*d*) Ita Bernhardinus in *Fastis Lucell.* pag. 236.

(*e*) Vid. Tom. I. pag. 74. §. LXXX. & supra pag. 58. §. LXXXIX.

(*f*) Wimpfeling *de Episc. Argent.* pag. 45. & *Gall. Christ.* Tom. V. col. 836.

(*g*) Ita Henricus V. Imp. in diplom. An. MCVI.

(*h*) Bucelin. *Germ. Sacr.* Tom. I. Part. II. pag. 19.

(*i*) Pag. 176. §. CCCX.

(*l*) Bertoldus Constant. ap. Ursis. *Scriptor. Rer. Germ.* Part. I. pag. 371. Guillimann. *de Episcopis Argent.* pag. 215. Helyot *Hist. des Ordres Monastiques* Tom. II. p. 104.

(*m*) Sententias hac in re divisas alibi examinabimus.

(*n*) Vulgus contracte *Morsmoster*, Morandi monasterium vocat. S. Morandus Sundgoviæ Patronus est.

(*o*) Vid. supra pag. 37.

(*p*) *Klein-Morand.*

(*q*) Supra pag. 110. §. CLXXXVI.

(*r*) Pag. 179. med.

(*s*) Vulgo *S. Nicolas des Bois.*

Friderico Phirretenſi, fratre ejus, inſtitutus ac Molismenſi ord. S. Bened. Diœceſ. Lingonenſis in Campania, Abbatiæ, cui S. Robertus, ord. Ciſtercienſis An. MCXCVIII. fundator præerat, (*t*) traditus eſt. Eugenius III. Papa donationem hanc An. MCXLV. firmavit. Leopoldus Archidux Prioratum iſtum cum capella *S. Magdalenæ*, (*u*) quæ ſemiruta hinc diſtat, Enſisheimenſi Jeſuitarum Collegio An. MDCXXX. adſcripſit. Ædificia bello tricennali diruta ſunt.

Kaltenbrunn. KALTENBRUNN, Lat. *Frigidus Fons*, Gall. *Froide-Fontaine*, ex curte hujus nominis bonisque aliis, Cluniacenſi Abbatiæ ab Ermentrude, Guilielmi Burgundiæ Comitis filia, An. MCV. donatis, Prioratus Cluniacenſis ſurrexit; qui ad Jeſuitas Enſisheimenſes nunc quoque pertinet.

S. Leonhard. S. LEONHARDI retro Ehnheimium ſuperius eccleſia monachis Benedictinis An. MCIX. primum dicata, poſtque An. MCCXV. in Collegiatam converſa eſt, quam majoris Argent. Capituli Præpoſitus à pluribus jam ſeculis regit.

Sindelsberg. SINDELSBERG, *Mons Sindemi*, nobilis prope Maurimonaſterium Partheno, S. Blaſio dicatus, Richvinum, Neovillanæ primo Abbatiæ Præpoſitum, dein Abbatem Maurienſem, An. MCXV. habuit auctorem. (*x*) An. MCCCLXXXVIII. ab Innocentio VIII. Papa incorporatio ejus Maurimonaſterio facta.

## §. DCCCXL.

Lützel. LUCELLA, Germ. *Lützel*, ſive Abbatia S. Mariæ de Lucicella, Ciſtercienſis ordinis monaſteriorum in ſuperiore Germania primum & antiquiſſimum, in Alſatico Juraſſi montis ſinu à nobilium Comitatus Burgundiæ virorum trigâ, circa An. MCXXIV. fundata eſt. (*y*) Tres in Alſatia Præpoſituræ ab ea pendent, Lauterbacenſis, ubi aliquot monachi degunt, (*z*) S. Apollinaris & Bladolzheimenſis. Quarta in Epiſcopatus Baſil. ditione Lœwenbergenſis dicitur.

Minoris Lucellæ ord. S. Auguſtini monaſterium, vulgo *Klein-Lützel*, tribus à Lucella majore leucis, à Phirretenſi Comite paucos poſt annos inſtitutum, An. MCCLXIV. cum S. Leonhardi ejuſdem inſtituti in urbe Baſilea cœnobio, & circa An. MDV. cum Abbatia Lucellenſi conjunctum eſt. (*a*)

Baumgarten. BAUMGARTEN, Lat. *Pomarium*, Ciſterc. ord. Abbatia prope Andlaviam, à Cunone, Epiſcopo Argent. An. MCXXV. adeoque poſt Lucellenſem prima, condita, (*b*) belli ruſticani iniquitate periit.

S. Johann. S. JOHANNIS Bapt. prope Tabernas Alſaticas ord. Benedict. Parthenium, quod Gallice *S. Jean des Choux* vocant, ab Eccleſia, S. Johanni dicata, nomen accepit. Petrus, Lucelburgi Comes, eam cum inſigni prædio S. Georgii in Martiano ſaltu Abbatiæ An. MCXXVI. donavit. (*c*)

Neuburg. NOVI CASTRI Abbatia, Germ. *Neuburg*, Lucellenſis filia, An. MCXXVIII. à Reinaldo, Lucelburgenſi Comite, inter Hagenoam & Pfaffenhovium ad Matram inſtituta, Albam Dominorum (*d*) & Maulbrunnam, Ducatus Wirtenbergici Cœnobia, vicennio poſt filias peperit. Prioratus ejus fuit *Selbovium*, infra caſtrum Lichtenberg, quod jam Lichtenbergenſi Dynaſtiæ adſcriptum. (*e*)

Stürzelbronn. STÜRZELBRONN in Dynaſtiæ Bitenſis ambitu, Alſatiæ limite, à Simone, Lotharingiæ Duce, An. MCXXXV. eidem S. Bernardi familiæ ædificatum. (*f*)

SCHOENEN-

(*t*) ROBERTI *Gallia Chriſt.* pag. 621. JONGELINUS *Notitia Abbatiar. Ord. Ciſterc.* Lib. I. pag. 7.
(*u*) Alias quoque *le Val des Anges*, vallis Angelorum. Prioratus monialium Ord. Benedictini hic olim exſtitiſſe creditur.
(*x*) COCCII *Dagobert.* Cap. VI. pag. 58. ſq.
(*y*) BERNARDINI *Faſti Lucellenſes* Cap. II. pag. 12.
(*z*) Supra pag. 40. med. Domus Lucellenſium, quæ hodie EXTAT, *Frybloff* dicta, An. MDCCXXII. ædificata eſt.
(*a*) Ibidem Cap. IX. pag. 143.
(*b*) *Gall. Chriſt.* Tom. V. col. 849. & in Probat. col. 476.
(*c*) Ibidem col. 479.
(*d*) *Herren-Alb.* De hoc & Maulbrunnæ Monaſt. vide BERGLDI *Monumenta Wirtenberg.* pag. 122. & 786. BERNARD. *Faſti Lucell.* pag. 118. ſqq.
(*e*) Conf. ſupra pag. 225. §. DCCXIII.
(*f*) CALMET *Hiſt. de Lorraine* Tom. II. pag. 2.

Schoenen-Steinbach. Schoenen-Steinbach Parthenonis, unam ab Enfishemio oppido leucam diſtantis, auctor fuit Nokerus de Wittenheim circa An. MCXXXV. Moniales, ab initio regulam Ciſterc. ordinis profeſſæ, An. MCLIX. canonicani S. Auguſtini regulam, an. MCCCXCVII. Dominicanam receperunt.

Crauffthal. Crauffthal, Lat. *Clauſtriacum*, Abbatiam feminarum Ciſterc. in Comitatu Lucelſteinenſi Folmarus, Metenſis Comes, circa idem tempus inſtituiſſe videtur. Seculo XII. Abbatia hæc primum memoratur. (*g*) Sigebaldum, Metenſem ſec. VIII. Epiſcopum, ſine teſte ac veriſimilitudine auctorem ejus Meurissius (*h*) conſtituit. Reditus monaſterii Collegio S. Marci Heidelbergenſi ſec. XVI. adſcripti. (*i*) Crauffthal & Elchberg vicos (*k*) Bernhardus & Johannes de Lucelburg fratres An. MCCCCV. ab Eccleſia Metenſi acceperunt in feudum.

Thierbach. Thierbach prope Sulzam ſuperioris Alſatiæ (*l*) Cluniacenſis ord. monaſterium à Sulzenſibus ipſis, accedente Gebhardo, Epiſcopo Argent. & Wernhero Landgravio, eo, quem modo diximus, anno MCXXXV. conſtructum, noſtri ſeculi decimo renovatum eſt. Fratrum & ſororum Monaſteria ab initio more temporis ſimul ibi extiterunt; at Partheno interiit.

## §. DCCCXLII.

Goldbach. Goldbach in valle S. Amarini pro monachis Auguſtinianis cœnobium Bernherus Presbyter An. MCXXXV. ædificavit; quod ejuſdem ordinis moniales, ſub Abbatis Murbacenſis & Præpoſiti ſui directione victuræ, An. MCCCXXX. ingreſſæ ſunt. Reducti ſec. XV. monachi cum Marbachianis Canonicis regularibus, quibus monaſterium hoc An. MDLXVI. tandem venditum eſt, unum corpus conſtituunt.

Itenweiler. Ittenweiler, deſtructum inter Barram & Apiacum Canonicorum regularium S. Aug. monaſterium, Conradus, Argentinenſis Eccleſiæ Canonicus, An. MCXXXVII. erexit. An. MCCCLIV. Rupertus Epiſcopus cum Arbogaſtino extra muros Argentinenſes, novennioque poſt cum Trutenhuſano ejuſdem regulæ cœnobio, de quo infra, illud conjunxit. (*m*) Denique menſæ Epiſcopali acceſſit.

Pairis. Pairis in Orbeana valle Abbatiæ, Lucellenſis coloniæ, fundamenta ab Udalrico, Egishemii Comite, An. MCXXXVIII. jacta ſunt. An. MCCCCLIII. in Prioratum, ſub Maulbrunnenſi Abbate conſtitutum, poſtque pacem Weſtphalicam in Abbatiam iterum hoc mutatum cœnobium eſt. (*n*)

Veldbach. Veldbach ord. S. Benedicti prope Phirretum Prioratus, Abbatiæ Cluniacenſi, uti Thierbacum, ſubjectus, à Friderico, Phirretarum Comite, circa An. MCXLIV. conſtitutus, An. MDCLXI. ad Enfisheimenſe S. J. Collegium Regis & Pontificis Rom. auctoritate pervenit. Tredecim Comites & Comitiſſas Phirretenſes hic ſepultos jacere, Seb. Munsterus (*o*) teſtatur.

## §. DCCCXLIII.

Koenigsbruck. Koenigsbruck, Lat. *Regispons*, monialium Ciſtercienſium in ſacra vel Hagenoenſi ſilva & diœceſi Argentinenſi, ad Suram fluvium, Abbatiam, Fridericus, Alſatiæ Sueviæque Dux, Friderici I. Imp. pater, ante ſeculi XII. medium condidit. (*p*)

Heilsbruck. Heilsbruck, *Pons-Salutis*, prope Landaviam hujus filia fuerat; Cœnobium, quod à Canonico quodam Salomone An. MCCXXXII. conſtructum, An. MCCLXII. in vicum *Edigloſen* translatum, & circa An. MDLXIV. à Palatino Electore ſeculo addictum eſt. Sed & Lucidæ vallis, Germ. *Lichtenthal*, in Marchionatu Badenſi Parthenium primam Abbatiſſam & moniales An. MCCXLII. ex Regisponte accepit.

Trutenhuſen. Trutenhusen XII. Canonicorum Regularium, ſub Præpoſito viventium, ad Odiliani montis pedem, cœnobium Herradis de Landſperg, Abbatiſſa Hohenburgenſis, & Guntherus de Jugenhege, Abbatiæ hujus miniſterialis, pro ſpiritualibus & ſecularibus ejuſd. Abbatiæ negotiis, circa An. MCLXXXII. ſtruxerunt. Cœnobii everſi bonis nobilis Landſpergenſis familia gaudebat; quæ An. MDCCXLIX. Capitulo majori Argent. illa vendidit.

## §. DCCCXLVIII.

Stephansfelden. Stephansfelden prope Brumat, Domus Hoſpitalis S. Spiritus Canonicorum Regul. S. Auguſtini, plurium in Alſatia & extra Alſatiam mater, ab Hoſpitali ejuſdem ordinis,



(*g*) Calmet *Hiſt. de Lorraine* Tom. I. col. 473.
(*h*) *Hiſt. des Evêques de Metz* pag. 151.
(*i*) Ibidem pag. 390.
(*k*) De quibus ſupra pag. 198. §. CCCLIX.
(*l*) Pag. 85. §. CXXXIV.
(*m*) Wimphelino. *de Epiſcopis Argent.* pag. 51.
(*n*) Hugo *S. Antiq. monum.* Tom. II pag. 268. 649.
(*o*) *Coſmograph.* Lib. III. pag. 532.
(*p*) Teſte ipſo Friderico I. Imp. in diplom. Regispontano An. MCLXXXVII.

ordinis, quod Romæ eſt, *in Saxia* nuncupato, (*q*) pendens, ante An. MCCXX. alendis pauperibus & ſpeciatim infantibus expoſitis à Werdenſibus, Alſatiæ Landgraviis, brevi poſt Hoſpitale Rom. inſtitutum conſtructa eſt, (*r*) cui Domus ſeminarum olim quoque adhæſit. (*s*)

Suntheim. SUNTHEIM ord. Teutonici Præceptoratus, à vico deſtructo nomen trahens, & in vicinum Ruſacum oppidum translatus, (*t*) An. MCCXXXIX. ex Henrici, Epiſcopi Conſtant. charta primum innoteſcit.

## §. DCCCXLV.

Marienbrunn. MARIENBRUNN, vulgo *Mærenbrunn*, Prioratus monialium Auguſtinianæ familiæ, ſub Friderico II. Imp. circa An. MCCXXXVII. ab Henrico de Fleckenſtein inſtitutus, An. MDLXXV. à monialibus relictus, An. MDCXCVII. ab ultimo Fleckenſteinenſi Dynaſta Abbatiæ Neoburgenſi traditus, ad Ciſtercienſes pervenit.

Michelbach. MICHELBACH Abbatia Monialium ord. S. Benedicti inter Phirretum atque Baſileam, ob diſciplinam & opes peſſumdatas, Lucellenſi Abbatiæ circa An. MCCLVI. tradita & in Præpoſituram, D. Apollinari dicatam, mutata eſt. (*u*)

Hüfern. HUSERENSIS ſupra Egiſhemium ad D. Leonardi eccleſiam Partheno, qui Canonicam ord. S. Auguſtini regulam ſequebatur, ab Innocentio IV. Papa An. MCCXLV. confirmatus, & ab eodem triennio poſt Priori ordinis Prædicatorum Teutonico commendatus, An. MCCLVI. ad Werram, Martianæ ſilvæ caſtrum, vallemque Clingenſem, indeque in Baſileam minorem An. MCCLXXIV. translatus eſt. (*x*)

Oberſteigen. OBERSTEIGEN, in Comitatu Dagisburgenſi, Canonicorum regular. S. Auguſtini monaſterium circa idem tempus, vel ab Andlavienſi Abbatia, (*y*) vel à Leiningenſi Comite, Comitatus iſtius ab aliquot annis poſſeſſore, fundatum eſt. Seculi tredecimi medio hæc regula invaluit. Ex Collegio hoc Steigenſi, Tabernas Alſaticas tandem translato, (*z*) Landavienſis, (*a*) Lahrenſis, aliæque prodierunt coloniæ. Monialium ord. Prædicatorum cœnobium, quod ibidem erat, Wilhelmus, Epiſcopus Argent. Canonicis regular. in Itenweiler An. MDVIII. tradidit. Moniales in Abbatiam Vallis gratiæ, *Gnadenthal*, in Marchionatu Badenſi prope Badam tum conceſſiſſe dicuntur.

## §. DCCCXLVI.

Michelfeld. MICHELFELD, feminarum Ciſterc. ord. Abbatiam in extremitate Sundgoviæ, prope Baſileam, Bertholdus, Epiſcopus Baſil. cum fratre Ulrico, Phirretarum Comite, circa An. MCCLII. conſtruxit, quam ſucceſſor Bertholdi Henricus An. MCCLXVII. *Bladolzheimium* transtulit. (*b*) Papa Felix V. monialibus monachos ejuſdem ordinis An. MCCCCXLII. ſubſtituit. Octennio poſt monaſterium hoc, incendio fœdatum, Lucellenſi Abbatiæ commiſſum ac in Præpoſituram converſum eſt.

Marienthal. MARIENTHAL, ord. S. Wilhelmi prope Hagenoam cœnobium, quod *Eccleſia vallis b. Mariæ* dicebatur, Albertum de Wangen ejuſque fratres & cognatos An. MCCLVII. habuit auctores. (*c*)

S. Ulrich. S. ULRICI Canonicorum regularium D. Auguſtini monaſterium, cognomine *ad Largam*, à Phirretenſi Comite, Ulrico I. uti videtur, eodem circiter tempore fundatum, Leopoldus Archidux Friburgenſi Jeſuitarum Collegio An. MDCXXI. donavit. Hujus quoque nominis monaſterium Fratrum minorum in Alſatia inferiore juxta Barram interiit. (*d*)

GOTTESTHAL

(*q*) Ital. *Chieſa e Spedale di S. Spirito in Saſſia.* Hoſpitale hoc Montispeſſulani, quod primum erat, inſtar ab Innocentio III. Papa An. MCXCVIII. inſtitutum eſt ad eccleſiam, quam Saxonum occidentalium in Britannia Rex Ina, ſub Gregorio II. Papa, An. DCCXXVII. pro Brito-Saxonibus ſuis ædificaverat, teſte MATTHÆO WESTMONASTER. pag. 135. unde cognomen *in Saxia* ſive Saxoniæ accepit. Vid. CIACONII *Hiſt. Pontif. Rom.* Tom. II. col. 7. & *Deſcriſtione di Roma moderna* pag. 89. ſq.

(*r*) Hoc enim anno MCCXX. Sigebertus, Werdenſis Comes & Landgravius Alſatiæ, cum filiis ſuis ſilvam Brumatenſem ex parte Stephansfeldenſibus donavit.

(*s*) In donationis modo laudatæ charta Magiſter Domus frater Rodolphus & fratres & ſorores ſui; in Heinrici de Lichtenberg literis An. MCCCLIV. Kunegunda & Adelheidis *Cloſterfrowen zu Steffaveld*, ſuæ ejus naturales, memorantur.

(*t*) Vid. ſupra pag. 82. §. CXXVIII.

(*u*) BERNARDINI *Faſti Lucell.* pag. 146. Conf. ſupra pag. 57. med.

(*x*) URSTIS. *Epit. Hiſt. Baſil.* pag. 283. ſq.

(*y*) Traditio eſt, Andlavienſium, à quibus Dagsburg aliaque iſtius tractus caſtra vinculo feudali pendebant, hic coloniam fuiſſe, cujus qui curam habuerant Presbyteri, revocatis Andlaviam feminis ibidem remanſerint.

(*z*) Supra pag. 136. §. CCXXXIII. & pag. 195. §. CCCLIII.

(*a*) Supra pag. 897. §. DCCXXX.

(*b*) Conf. ſupra pag. 57. hn. & BERNARDINI *Faſti Lucell.* pag. 147. ſq.

(*c*) Conf. ſupra pag. 355.

(*d*) WENCKER *ad Malliucrot. de Cancellar.* pag 438.

GOTTESTHAL, *Vallis Dei*, *Valdieu*, Benedictina inter Altkircham atque Belfortum Abbatia virorum, Theobaldi, Phirretarum Comitis, liberalitate An. MCCXCV. condita, Enfisheimenſi Soc. Jeſu Collegio ab Auſtriaco etiam adſcripta eſt Principe. Gottesthal.

## §. DCCCXLVII.

S. NICOLAI DE SYLE Prioratus Auguſtin. dimidia retro Rappoltivillam leuca ſeculi XIV. initio ab Yrevallis Tullenſis diœceſeos monaſterio pependit. (*e*) S. Nicolai de Syle.

ISENHEIM Præceptoria S. Antonii Vienn. aliarum in Alſatia & extra Alſatiam mater, in charta An. MCCXCVIII. primum memoratur. Iſenheim.

KALTENTHAL, Lat. *Frigida vallis*, Gall. *Froide-val*, in Dynaſtia Belfortenſi Præceptoratus, ab Iſenheimenſi pendens, Sigiſmundi Archiducis liberalitate An. MCCCCLIII. renovatus eſt. Kaltenthal.

EBERLINSMATT ord. Benedict. Præpoſitura haud procul Rappoltivilla interiit. (*f*) Capella in honorem S. Benedicti Abbatis An. MCCCLVII. conſecrata. Eberlinsmatt.

ELLENWEILER monialium ord. Dominic. cœnobium cum ipſo, in quo perſtiterat, vico deſtructum. (*g*) Moniales duas à Thierſteinio nobili An. MDX. hinc ſublatas reperio. Ellenweiler.

DHAN Præceptoriam Ord. Teutonici, ab Ettendorfio nobili An. MCCCLXVIII. inſtitutam, (*h*) Hanovio-Lichtenbergenſis Comes, qui Advocatus ejus fuerat, An. MDCIX. ſeculo addixit. Dhan.

Recluſorium in ALTENTHANN, prope Thannas, Hildegardi cuidam moniali An. MCCCCXLI. traditum, mox in S. Auguſtini de Obſervantia, inde in Dominici ordinis Parthenonem An. MDXXXIV. converſum eſt. Altenthann.

LUPPACH Conventus Recollectorum ſive Fratrum Minorum ſtrictioris obſervantiæ prope Phirretum in Sundgovia. Monaſterium circa An. MCCCCLXII. à tertiæ regulæ S. Franciſci monachis exſtructum eſt; (*i*) quibus Archiducum favore Fratres Conventuales ſucceſſerunt. In vicinia Marbacenſis Abbatiæ Franciſcani quoque Tertiarii vivebant, qui Fratres *zu der VVaſſerfall* dicebantur: Cœnobium hoc bello ruſticorum interiit. Luppach.

## §. DCCCXLVIII.

CASTINETI, *Chatenoy*, Prioratus ord. S. Auguſtini, Belfortum inter & Montembelicardum; à Lantenenſi Comitatus Burgundiæ Prioratu pendens, cum Eccleſia Collegiata Montisbelgard. An. MCCCCXXXV. fuit conjunctus. Collegiata à Principe, ſacra reformante, abrogata. Caſtinetum.

WINBACH, Keiſersbergam inter atque Kienshemium in agro hujus oppidi Capucinorum monaſterium, ordine temporis in Alſatia ſecundum, (*l*) promovente Ludovico, Comite Furſtenbergenſi, Dynaſtiæ Landſpurgicæ tum poſſeſſore, fundumque donante Abbate Stivagienſi, An. MDCXIII. excitatum eſt. Winbach.

Tertium mox huic ſucceſſit Capucinorum cœnobium extra THANNENSIS oppidi, quod aream præbuit, muros An. MDCXXII. poſtquam à duobus jam annis monachi hi in domo quadam commorati eſſent privata. Ædificium renovatum An. MDCCXV. Thann.

Extra SULZAM ſuperioris Alſatiæ verſus Gebvillam aliud An. MDCXXXII. ædificari cœptum, Suecis & Weimarienſibus demum ex Alſatia digreſſis perfectum; (*m*) An. MDCCXXXII. novum exſtructum eſt. Sulz.

Prioratus ad TRES SPICAS, (*n*) veneratione B. Mariæ virginis in ſummitate montis, inter Gregorianam & Orbeanam valles ſiti, paulatim exortus, An. MDCLX. cum Præceptoria Iſenheim Canonicorum regularium D. Auguſtini, congregationis reformatæ D. Antonii Viennenſis, conjunctus eſt. Ad Tres Spicas.

LANDSERIUM quoque An. MDCLIV. vocati Capucini, quinquennio poſt monaſterium, cujus Eccleſiam conſecravit Baſilienſis Epiſcopus, ingreſſi ſunt. (*o*) Landſer.

BISCHEBERG prope Rosheim Reſidentia Fratrum minorum S. Franciſci ſtrictioris obſervantiæ Recollectorum An. MDCLXIII. à Franciſco Egone, Epiſcopo Argent. inſtituta eſt. Biſcheberg.



(*e*) Adi ſupra pag. 110. §. CLXXXVI.
(*f*) Ibidem fin.
(*g*) Conf. ibid.
(*h*) Supra pag. 226. §. CCCCXVI.
(*i*) BERNARDINI *Fiſti Lucell.* pag. 237.
(*l*) Primum Enfisheimii decenio ante conditum fuerat.
(*m*) Supra pag. 86. init.
(*n*) *Zu den 3. abrus; Aux trois epis.*
(*o*) Supra pag. 57. init.

Johannes Episcopus An. MDXC. Ecclesiam ædificare jam cœperat. SCHAUENBERG supra Gebersvillam; (*p*) in HERMOLSHEIM (*q*) prope Muzigam; AD QUERCUM supra Gersdorfium, (*r*) ejusdem S. Francisci ordinis monasteria sunt.

Bladolzhemii. BLADOLZHEMII ad Ecclesiam parochialem à Capucinis, Huningensi præsertim præsidiario militi profuturis, monasterium An. MDCCXXXVII. condi & quadriennio post cœpit inhabitari. (*s*) Hæc de locis sacris, tum superstitibus, tum destructis, quorum multitudo Alsatici soli divitias prodit. Miseris in terris Monasteria rara.

# VICI DESTRUCTI.

## §. DCCCXLIX.

Transitus. COlophonis loco destructorum quoque in Alsatia Vicorum Indicem Geographicæ descriptioni subjungo, quorum centum & octo sese mihi obtulerunt; qui decimam vicorum Alsatiæ partem Germanica sub Periodo periisse demonstrant; quod damnum sub Periodo Gallica ita reparatum, ut vici superstites tertia plerique incolarum parte adaucti sint. Incendiis nimirum, peste (*t*) vel bellis, evenit, ut vici duo vel plures cum districtibus coalescerent in unum. Deperditorum memoriam veteres nobis Chartæ & Annales servarunt. Præter hos haud dubie interierunt & alii. Tempus, quod perdidit vicos, plura quoque vetera monumenta, & cum his plurium vicorum memoriam evertit.

## §. DCCCL.

ADELSHOFEN prope Schiltighemium. (*u*)

ADOLSHEIM prope Enfishemium oppidum, ad quod ager ejus pertinet.

ALSCHWEILER prope Sulzam Mundaticam. (*x*)

ALTENHEIM prope Zellenbergam. (*y*)

ALTENWEILER prope Dambacum. (*z*)

ARCKENWEILER prope Billighemium. (*a*)

BETTBUR in Præfectura Kocherſperg. (*b*)

BIETERLINGEN inter ſuperius atque inferius Heringheim.

BIRLINGEN prope Sennheim. (*c*)

BIRSEN prope Huningam, ubi nunc S. Ludovici viculus. (*d*)

BLIENSWEILER prope S. Crucis oppidum. (*e*)

BONGARTEN in Sundgovia. (*f*)

BOTEBURG prope Schiltighemium. (*g*)

BREITENHEIM prope Heidolshemium. (*h*)

BUEL prope Maurimonasterium. (*i*)

BUER ibidem. (*l*)

BÜREN prope Sulzam Fleckensteinensem. (*m*)

BURNER prope Seleſtadium. (*n*)

BUZENSHEIM prope Hagenoam. Augiam villæ hujus, in urbem procul dubio translatæ, Henricus Rex Rom. Collegio Præmonſtratenſis ord. Hagenoæ An. MCCXXXV. donavit.

§. DCCCLI.

(*p*) Supra pag. 83.
(*q*) Pag. 148.
(*r*) Pag. 230.
(*s*) Supra pag. 58. §. LXXXVII.
(*t*) Pestes Alsatiam frequenter afflixerant. Illa, quæ An. MCCCXLIX. per orbem grassata est, dimidium humani generis partem delevit. KOENIGSHOV. *Chron.* Cap. V. pag. 292. ſqq.
(*u*) Supra pag. 270. §. DI.
(*x*) Pag. 85. §. CXXXV. & pag. 86. §. CXXXVII.
(*y*) Pag. 78. §. CXX. 110. §. CLXXXV. 115. fin.
(*z*) Pag. 153. §. CCLXV.
(*a*) Pag. 183. §. CCCXXV.
(*b*) Pag. 142. §. CCXLVI.
(*c*) Pag. 65. §. XCIX.
(*d*) ICHTERSHEIM *Topograph.* pag. 79.
(*e*) Supra pag. 75. & 90. §. CXV.
(*f*) Pag. 38. §. LVI.
(*g*) Pag. 270. §. DI.
(*h*) Pag. 112. §. CLXXXIX.
(*i*) Pag. 214. §. CCCXCI.
(*l*) Pag. 216. §. CCCXCVII.
(*m*) Pag. 253. §. CCCCLXV. Nomen ejus in SPECKLINI *tabula Geogr. Alsatiæ occurrit.*
(*n*) Pag. 271. §. DIII. & 387. init.

## §. DCCCLI.

Deckweiler prope Oelenbergam Sundgoviæ. (*o*)

Deinheim prope Colmariam. (*p*)

Dingsheim prope S. Crucis oppidum. (*q*)

Dumenheim prope Plobsheimium ad Rhenum. (*r*)

Durren-Logelnheim prope Colmariam. (*s*)

Edenburg prope Bieshemium, (*t*) ubi quædam adhuc ejus veſtigia comparent.

Eichelberg prope Maurimonaſterium. (*u*)

Eisweiler in Dynaſtia Landſeriana. (*x*)

Elberforst prope Weſthovium. (*y*)

Ellenweiler prope Rappoltivillam. (*z*)

Ennweiler in Sundgovia. (*a*)

Erbsheim inter Sennhemium & Aſpacum ſuperius, ubi capella villaque ſupereſt. (*b*)

Forlach prope Tabernas Rhenenſes. (*c*)

Franckelsheim prope Schwindrazhemium. (*d*)

S. German prope Weiſſenburgum. (*e*)

Gerschweiler prope Pfeterhuſen in Comitatu Phirretenſi. (*f*) Supereſt ex eo facellum.

Gichtweiler prope Ingovillam. (*g*)

## §. DCCCLII.

Hattisheim prope Geiſpolzhemium. (*h*) Supereſt Capella, quæ cum tertia decimarum agri Hattisheimenſis parte à Collegiata S. Petri Jun. Argent. Eccleſia pendet.

Hausen prope Schweighuſium Sundgoviæ. (*i*)

Hemmingerburen ſive Hengebur prope Maurimonaſterium. (*l*)

Himmelozheim in Comitia Argent. (*m*)

Hohenburgweiler in monte S. Odiliæ. (*n*) Wiler ſimpliciter ſcribebant veteres. *Homines de Wiler* ad parochiam Ehnheimenſem pertinuiſſe, ex Conradi Epiſcopi Argent. Confirmatione ſtatutorum Abbatiæ Hohenburgenſis apparet. Henricus, Rex Romanorum, Abbatiæ huic prata circa *villam Williræ retro montem Hohenburg* confirmavit.

Hohenkirch prope Sirentz. (*o*)

Hundsweiler in Vileria valle. (*p*)

Jægerhofen in agro vici Retſchweiler prope Sulzam Fleckenſteinenſem. (*q*)

Ingmarsheim prope Ehnhemium ſuperius. (*r*)

Itzingen prope Landaviam. (*s*)

Kaltweiler prope Tres-Tabernas ad montem.

Kazenweiler prope Ammersvillam. (*t*)

Kazwangen prope Bennvillam. (*u*)



(*o*) Pag. 44. §. LXIV.
(*p*) Pag. 72. §. CX. & 357. §. DCLXXXIX.
(*q*) Pag. 50. §. CXLIV.
(*r*) Pag. 117. §. CXCVII.
(*s*) Pag. 118. §. CXCVIII.
(*t*) Situm indicat Specklini *Tab. Geogr. Alſatiæ.*
(*u*) Pag. 216. §. CCCXCVII.
(*x*) Pag. 58. §. LXXXVII.
(*y*) Pag. 229. §. CCCCXXII.
(*z*) Pag. 110. §. CLXXXV.
(*a*) Pag. 44. §. LXV.
(*b*) Pag. 41. ſq. §. LXI.
(*c*) Pag. 180. §. CCCXVIII.
(*d*) Pag. 226. §. CCCCXV.
(*e*) Pag. 176. & 247.
(*f*) Pag. 34. §. L.
(*g*) Pag. 222. §. CCCCVIII.
(*h*) Pag. 165. §. CCLXXXVI.
(*i*) Pag. 44. §. LXV.
(*l*) Pag. 214. §. CCCXCI.
(*m*) Pag. 193. §. CCCXLVII.
(*n*) Pag. 258. ſin.
(*o*) Pag. 60. §. XCI.
(*p*) Pag. 203. §. CCCLXVIII.
(*q*) Pag. 222. §. CCCCXLII.
(*r*) Pag. 403. §. DCCXLIII.
(*s*) Pag. 397. §. DCCXXIX.
(*t*) Pag. 104. §. CLXXI.
(*u*) Pag. 116. §. CXCVII.

KLEIN-WIESENTAU prope Neovillam. (*x*)

KOENIGSHOFEN prope Argentinam. (*y*)

## §. DCCCLIII.

LANGISESWILLARE villulam Richwinus Ep. Argent. ab Hugone, Hohenburg. Comite, acquifiviſſe & Eccleſiæ Thomanæ Argent. tradidiſſe, in Collegiatæ hujus membrana An. DCCCCXXIV. ſcribitur.

LENGENBERG prope Hatſtadium. (*z*)

LINCKENHEIM inter Saſſenhemium atque Dübolshemium, ad Nobiles Schœnavienſes ſpectans.

LINDOW prope Maurimonaſterium. (*a*)

LINZINGEN prope Balbronnam. (*b*) *Villa, quæ dicitur Lenzingen*, ad Stillam rivulum, ubi in Bruſcam illabitur, ſitum fuiſſe, ex Diplomate Henrici IV. Imp. quo controverſiam inter Epiſcopum Argent. & Heinricum Comitem An. MLIX. Spiræ decidit, intelligimus.

MARCKOLSHEIM cum Enſishemio oppido, quod agrum ejus poſſidet, pridem coaluit.

MAUCHENHEIM prope Baldenhemium.

MENDELACH in Præfectura Altkirch prope S. Luckar. (*c*)

MERSHEIM in Dynaſtia Landſer. (*d*)

MEYENHEIMSWEILER in notitia fundationis S. Johannis prope Tabernas An. MCXXVI. memoratur. (*e*)

MEYENHART prope Dietweiler in Sundgovia. (*f*)

MEYWEYER prope Ammersvillam. (*g*)

MODENHEIM prope Mulhuſium. (*b*)

MULHAUSEN prope Landaviam. (*i*)

## §. DCCCLIV.

NEUKIRCH, prope Herlishemium Alſatiæ Inferioris, in Chartis An. MCCCXCII. & MCCCCII. recenſetur. Vicum hunc & maximam agri ejus partem abſtulit Rhenus.

NIFFERN prope Urweiler in Dynaſtia Oberbronnenſi, (*l*) & in Argentinæ vicinia. (*m*)

OBERBORNHEIM ſive *S. Juſtin* prope Landaviam. (*n*)

OBERKIRCH prope Dambacum. (*o*)

OBERMATSTALL in Dynaſtia Fleckenſteinenſi. (*p*)

OBERSORN ad fontes Sornæ in Comitatu Dagisburgenſi.

ORZENWEILER prope Thannas. (*q*)

OSDERWILRE inter *Gotdenesheim* & *Wicchersheim* ponitur in Henrici IV. Imp. diplomate, quo Abbatiæ Selſenſi 30. manſos in Alſatia inferiore An. MLXXIV. donavit.

OTENCKEL prope Argentinam. (*r*)

OSTERNDORF in Comitatu anonymo Alſatiæ, forte Riedenſi, (*s*) ubi grangiam; Regispontano cœnobio ab Henrico VI. Imp. maximam partem traditam, nepos ejus Henricus Rex An. MCCXXVI. memorat.

OYE prope Belfortum. (*t*)

§. DCCCLV.

---

(*x*) Pag. 219. in not. & ſeq.
(*y*) Pag. 352. init.
(*z*) Pag. 75. §. CXVI.
(*a*) Pag. 216. §. CCCXCVII.
(*b*) Pag. 229. §. CCCCXXII.
(*c*) Pag. 38. §. LVI.
(*d*) Pag. 58. §. LXXXVII.
(*e*) *Gall. Chriſt.* Tom. V. Inſtrum. col. 479.
(*f*) Supra pag. 57. §. LXXXVII.
(*g*) Pag. 104. §. CLXXVI.
(*b*) Pag. 40. §. LVIII.
(*i*) Pag. 397. §. DCCXXIX.
(*l*) Pag. 237. §. CCCCXXXVI.
(*m*) Pag. 264. §. CCCCXCI.
(*n*) Pag. 197. §. DCCXXIX.
(*o*) Pag. 153. §. CCLXV.
(*p*) Pag. 248. fin.
(*q*) Pag. 41. fq.
(*r*) Pag. 352.
(*s*) Vid. pag. 129. §. CCXVIII.
(*t*) Pag. 47. §. LXIX.

## §. DCCCLV.

REGENHAUSEN, al. *Roggenhauſen*, prope Rappoltivillam. (*u*)

RIMLENHEIM, inter Oſthovium atque Dachſteinium, ad Bruſcam.

S. JOHANN prope Ehnhemium ſuperius. (*x*)

S. LEGER prope Hirzbacum in Sundgovia. (*y*)

SAPPENHEIM inter Othmarsheim & Banzenheim. (*z*)

SCAPHUSA prope Maurimonaſterium. (*a*)

SCHANLITT prope Wangen. (*b*)

SCHOENENBRUCH & SCHOTTEN in valle Schirmeckiana. (*c*)

SCHWÆBWEILER prope Maurimonaſterium. (*d*) In recenſione bonorum monaſterii Sindelsberg ſec. XII. legitur: *Apud Suevorum vilare, quod dicitur Suawilre, curia dominica.*

SIBENBUCH in valle Schirmeckiana. (*e*)

## §. DCCCLVI.

SIERLENHEIM cum Mellesheim, Vulvenesheim, Lupenſtein, Osderwilre, &c. in Selſenſi Henrici IV. Imp. diplomate An. MLXXIV. memoratur vicus, ad Sornam vel non procul ab ea quondam ſitus.

STOERENBACH & SUNDEBRUCH in valle Schirmeckiana. (*f*)

SUNDHAUSEN prope Geiſpolzheimium. (*g*)

SUNDHEIM prope Rufacum. (*h*)

SYMBUCH in valle Schirmeckiana. (*i*)

TIERNHEIM prope Balgoviam. (*k*)

UBERECHLINGEN in valle Schirmeckiana. (*l*)

UBERSCHER in valle Albertina. (*m*)

VIER-THÜRNE prope Weiſſenburgum. (*n*)

VILLAR-LE-SEC Ferdinandi I. ætate jam cum vico Chatenoy prope Belfortum coaluerat. (*o*)

USSWEILER Reiningæ, Sundgoviæ vico, acceſſit. (*p*)

UTINGEN inter Mittelkunz, Zeinheim & Hohgefft. (*q*)

WANZEL in Albertina valle. (*r*)

WEGE prope Muzigam. (*s*)

WIDELBRUNN prope Weiſſenburgum. (*t*)

WIEGERBACH in Dynaſtia Fleckenſteinenſi. (*u*)

WILER prope Berghemium, (*x*) & Fegershemium. (*y*)

WILLINGISHUSEN cum *Osderwilre* & *Sierlenheim*, vicis quoque deperditis, in Henrici IV. dipl. An. MLXXIV. occurrit.

WOFFENHEIM prope S. Crucem. (*z*) Vicum hunc Henricus de Stahleck, Argent. Epiſcopus, Theobaldo, Phirretarum Comiti, An. MCCLI. in feudum, Theobaldus Wernero de Hadeſtatt in ſub-feudum dedit. An. MCCCXLIV. Symon de Hadeſtatt

---

(*u*) Pag. 78. & 110.
(*x*) Pag. 406. fin.
(*y*) Pag. 38. §. LVI.
(*z*) Pag. 59. §. LXXXIX.
(*a*) Pag. 214. §. CCCXCI.
(*b*) Pag. 268. §. CCCCXCVII.
(*c*) Pag. 150. init.
(*d*) Pag. 214. §. CCCXCI.
(*e*) Pag. 150. init.
(*f*) Ibidem.
(*g*) Pag. 165.
(*h*) Pag. 81. & 84.
(*i*) Pag. 150. init.
(*k*) Pag. 59. §. LXXXIX.
(*l*) Pag. 150. init.
(*m*) Pag. 163. §. CCLXXXII.
(*n*) Pag. 179. §. CCCX.
(*o*) Pag. 47. §. LXIX.
(*p*) Pag. 44. §. LXIV.
(*q*) Pag. 193. §. CCCXLVII.
(*r*) Pag. 163. §. CCLXXXII.
(*s*) Pag. 148. §. CCLVII.
(*t*) Pag. 176. §. CCCX.
(*u*) Pag. 241. §. CCCCXLIV.
(*x*) Pag. 115. §. CXCIV.
(*y*) Pag. 136. §. CCCCXXXIII.
(*z*) Pag. 90. §. CXLIV.

Hadeſtatt Eques curiam dominicam, judicium, & homines in Dingsheim, Heringheim, Heiterheim &c. Curiæ & judicio Woſtenheimenſi ſubditos, conſenſu Johannæ, Ducis Auſtriæ & Comitatus Phirretenſis heredis, Bertholdo Ep. Argent. vendidit.

Zell ad Zinſelam prope Hunenburgum.

## §. DCCCLVII.

Nomina vicorum.

Perditorum & ſuperſtitum Alſatiæ vicorum origo vel ad Alemannos, Francos, vel ad Germanicam referenda Periodum, unde appellatio idiomatis quoque Germanici eſt. (*a*) Nomina binis ut plurimum vocabulis conſtant, quorum prius poſſeſſorem primævum, poſterius vel conditionem, vel ſitum loci deſignat. (*b*) Sunt, qui à ſitu & conditione, ſine nomine auctoris; (*c*) ſunt qui à ſitu ſolo; (*d*) ſunt, qui à conditione ſola (*e*) nomen ceperunt. Terminationes in *Heim* & *Viler* frequentiores ſunt ceteris; (*f*) *bach*, *dorff*, *hoff*, *haus*, *feld*, *thal*, *au*, *kirch*, *brunn* &c. minore ſunt numero. *Viler* ex Latinorum *Villa* prodiiſſe videtur; Romanos enim à Teutonibus vocem mutuaſſe quis credat? In illis ſane cis & trans Rhenum regionibus, ubi Romani olim rerum potiti, nomen *Vil*, *Viler* frequentius eſt. Lotharingia, ubi Germanicum idioma nunquam invaluit, *Vileriis* plena eſt. (*g*) Vocem hanc, in chartis & annalibus medii ævi receptam, vulgus hinc inde contraxit in *Wihr*, quod juniores, Germanicam linguam cultius locuturi, in *Weir*, *Woyer*, uti *Wiler* in *Weiler*, mutarunt. (*h*)

## §. DCCCLVIII.

Viæ per Vogeſum.

Inſignem hunc oppidorum vicorumque Alſatiæ tractum Rhenus cuſtodivit & Vogeſus. Ille à Briſigavis, Ortenavienſibus & Badenſibus, hic à Lotharingis diſtinxit. Lotharingia Alſatarum, Briſgoviorum & Suevorum ut pateret commerciis, perruptæ ſunt Vogeſi fauces & clauſtra, ita ut publicis ille XII. Viis jam pervius ſit; quæ ſunt Giromaniana, Maſoniana, Amariniana, Gregoriana, Orbeana, Leberia, Vileriana, Dagsburgenſis, Tabernenſis, Schirmeckiana, Niderbronna-Bitenſis & Weiſſenburgo-Bitenſis. Viæ hæ ob anguſtias vallium & altitudinem montium difficillimæ olim, paucæ curribus patentes, noſtro hoc ævo tanta arte tantisque laboribus ſtratæ ſunt, ut Romanarum æmulas diceres nonnullas. (*i*)

Finis.

Geographicus hic Alſatiæ mediæ & novæ ſub Germanica Gallicaque Periodis, quas in Parte hac conjungere viſum eſt, fuit ſitus & ſtatus. Geographiam Eccleſiaſticam, in Dioeceſes, Archidiaconatus & Capitula Ruralia diviſam, ſubminiſtrabit *Alſatia ſacra*. Ad Genealogicam Alſatiæ nunc transeundum eſt partem.

---

(*a*) Vid. Tom. I. pag. 607.

(*b*) *Bernhardtweiler*, Bernhardi villa; *Eckboldsheim*, Eckboldi manſio; *Guntersholen*, Guntheri curia; *Gerſtorff*, Gerlaci vicus; *Michelfeld*, Michaelis campus; *Ruprechtsau*, Ruperti augia.

(*c*) *Illkirch*, Eccleſia ad Illum; *Illwerſern*, domus ad Illum; *Oſtholen* & *Weſtholen*, curia orientalis & occidentalis; *Ehnheim*, manſio ad Ehnum; *Mittelhauſen*, domus media; *Starburg*, caſtrum ad Sarum, &c.

(*d*) *Oſt*, *Weſt*, *Nord*, *Southhauſen* &c.

(*e*) *Altkirch*, Eccleſia vetus; *Altſtatt*, oppidum vetus.

(*f*) Priorii terminationis ultra ducenta, poſterioris centum fere & quinquaginta loca Alſatia continet.

(*g*) *Radonviler*, *Gerbeviler*, *Herbeviler*, *Joinviller*, *Jovilier*, *Neuviler*, *Ranbervilier*, *Viller ſur Meuſe* &c.

(*h*) In ſuperiore præſertim Alſatia, in Dynaſtia Richoviſſana &c. Vid. ſupra pag. 76. ſqq.

(*i*) Giromaniana, Amariniana, Tabernenſis & Weiſſenburgenſis ſtupendi ſunt operis. Gregoriana & Dagsburgenſis peditibus & equitibus tantum in uſu ſunt; at reliquæ omnes curribus patent.

# NVMMI EPISCOP. BASIL.




# NVMMI EPISCOP. ARGENT.



# NVMMI ALSATICI



LANDGRAV. SVP.

MVRBAC. a.



b.

TANNENSES.

1

2



3

HAGENOENSES.

4

5

6

COLMARIENSES.

AVR. 7

8



9



MULHVSINVS.

WEISSENB. a

b

10



11. S. CRUCIS.



# NVMMI CIVITATIS ARGENTORAT.



## AVREI

## ARGENTEI


image
not
available

quorum masculà stirps nupero demum Caroli VI. Imp. obitu defecit, feminea autem in Maria Theresia Imperatrice superstes est. Septingenti sunt anni, quum eadem Alsatia Mosellanicæ Lotharingiæ ex Etichonidis quoque suis Comitibus Ducem transmisit, cujus ex seris nepotibus nepos Cæsareum Germaniæ solium nunc occupat; tam mirabili destinatione fatorum, ut postremo Habsburgico Lotharingicus, uno interjecto, succesierit Cæsar, & postrema Habsburgensium heres ipsi huic primo ex Lothariensibus Imperatori jungeretur connubio: unde nova Habsburgo-Lotharingica apud Austrios Domus; nova Austriacæ historiæ Epocha. Alsatico-Habsburgicum Alsatico-Lotharingicus in solio Germanico sanguis excepit. Mirabiles hos nepotum eventus tot Cæsarum, Regum & Principum millenaria mater Alsatia videt jam stupens; Alsaticarum rerum scriptor ex obscuris temporum antiquorum memoriis in lucem, quantum potis est, protrahere satagit. Communes Habsburgensium & Lotharingorum origines, quas ante hos centum annos Vignierius Alsatis, earum tum ignaris, obtulerat primus, si nostra demum ætate produxisset in lucem, assentatoris calumniam vix effugere potuisset. Utriusque ergo gentis fator est Alsatiæ Dux Eticho; ex quo, præter Habsburgo-Austriacos & Habsburgo-Lotharingos, antiqui illi Zaringiæ Duces (unde Domus Badensis) & Alsatici illi Flandriæ Comites suum genus duxerunt. (*b*)

## §. II.

Systemata varia.

Verum enimvero densis medii ævi tenebris factum est, ut Alsatia, gentium tot illustrium mater, omnem fere filiarum suarum memoriam amitteret. (*c*) Quin & filiæ temporis tractu oblitæ sunt matris. In Imperii Germanici solio refidere cum cœpisset Habsburgica Domus, adulatores reperti sunt, qui incunabula ejus Romæ quæsiverunt; glorioſius arbitrati, ex urbe orbis domina, quam aliunde, gentis suæ fatores derivare; quo commento id simul obtinuerunt, ut ad Trojanos usque Reges ascendere licuerit. Italicæ pruritus originis Germanicas diu vexaverat gentes. A Maximiliani I. temporibus autem Habsburgensium à Franco-Gallis origo plurimos etiam fautores invenit. Postquam Habsburgo-Austriaca Domus sub Carolo V. in veteri & novo dominata est orbe, innumerus assentatorum denique prodiit exercitus, qui varia pro lubitu systemata certatim finxerunt; quorum viginti Schoenlebenius, septem Didacus Lequile (*d*) recensuerunt. Ex his quædam Roma à Scipionibus, à Juliis, à Comitibus Palatinis, à Petro-Leoniis; nonnulla à Merovingico Principe quodam Sigeberto, vel à Carolidis Francorum Regibus, sed diversos per meatus & gyros, Habsburgicam gentem duxerunt. Perleonianum & Sigebertinum placuerunt præ ceteris. Illi Rudolfus I. Carolus V. & Leopoldus Imperatores, huic Maximilianus I. & Ferdinandus I. faverunt. Utrumque ad Trojam usque ascendit. Merovingos enim à Trojanis quoque derivavit Turonensis, quem sequentibus seculis plerique secuti sunt.

## §. III.

Perleonianum systema.

Perleonii, ab Anicia Romanorum gente descendentes, ex quibus Anacletus contra Innocentium II. An. MCXXX. Papa electus, Aventini montis comitatum seculo X. tenuisse, ortaque tum Romæ inter nobiles & plebem seditione, duo ex illis profugi, in memoriam Aventini montis, castrum *Avendsburg* prope lacum Lucernensem condidisse perhibentur. Habsburgica nempe duo castra apud Helvetios fuerunt; quorum primum in Argovia ad Arolam, prope oppidum Brugg, in Comitatu Rore, à Wernhario, Episcopo Argent. circa An. MXXVII. constructum in monte. (*e*) Alterum in dextra lacus Lucernensis ripa à Comitibus Habsburgicis, Lucernam cum possiderent, seculo XIII. in colle (*f*) ædificatum, seculo sequenti à Lucernatibus destructum, (*g*) illudque ipsum est, cujus exstructio Perleoniis, Roma profugis, falso tribuitur. Veris his castris adjicitur fictum, à Sigeberto Austrasio in Lotharingiæ Vogeso, ut perhibetur, exstructum, nomine *Avendo*, *Habendo*, quod à Germanis in *Habendsburg*, *Habsburg* detortum, Gervilerus aliique (*h*) existimant, Helvetica duo vera Lotharingico fictoposponentes, nulla plane Annalium fide. Nec minus fictum est illud Habsburgum, quod nonnulli in Brisgovia collocant. (*i*)

§. IV.

(*b*) Comites Palatinos ex Alsatia quoque derivare voluit Georg. Eccardus, teste Gundlingio *Reichs-Hiſtorie* pag. 674. Principum Hohenzollerensium, adeoque & Electoralis Brandenburgicæ Domus, Regumque Borussiæ origines in Etichonea Alsatiæ gente nonnulli quærunt, inter quos Hubner *Tab. Genealog.* CLXXV. Priscos Hohenbergæ & Hurminge in Suevia Comites, Vilerensis in Alsatia vallis possessores, ex eodem prodiisse sanguine, verisimile est.

(*c*) Fabulosas, quæ invaluerant, opiniones ipsi quoque Alsatiæ scriptores secuti sunt, suarum rerum ignari.

(*d*) Libri tit. *Domus Auſtriaca una cum Borbonicorum proſapia eadem in radice Italia &c.* Venetiis 1660. fol. 2. voll.

(*e*) *Wulpersberger bubel.*

(*f*) *Ramesta.*

(*g*) Jacobus Leu *Lexic. Helvet.* in voce *Habsburg.*

(*h*) Vid. Tom. I pag. 713. §. CLXXXVIII.

(*i*) Ibid. §. CLXXXIX.

## §. IV.

Perleonianum hoc ſyſtema, quod in nota repræſento, (k) tredecimo jam inva- Aſſertores
luiſſe ſeculo, LEQUILÆUS (l) arbitratur. Idem ſec. XIV. nobilis de KLINGENBERG, (m) ejus.
ſec. XV. Jo. NAUCLERUS (n) & RAPHAEL VOLATERRANUS, aliique deinceps quam plures foverunt. Novas illud denique ſeculo ſuperiore acquiſiverat vires, poſtquam Zwethalenſis Ciſtercienſium Abbas, SEIFRIDUS, vaſtum illud *Arboris Anicianæ* opus edidiſſet, (o) atque SEBAST. TENGNAGEL, Bibliothecarius Cæſaris, à Cæſareo interrogatus Senatu, id aperte probaſſet. (p) Hujus exemplum PETRUS LAMBECIUS & DAN. NESSELIUS, ejuſdem Bibliothecæ cuſtodes, ſecuti ſunt. Dioſcoridis codex, Conſtantinopoli Vindobonam à Busbequio allatus, novam ſyſtemati gratiam conciliavit & decus. Perantiquum enim hoc & proprium potentiſſimæ olim gentis Aniciæ monumentum, tanquam hæreditario jure & ſingulari Dei providentia, in Auguſtiſſimæ Domus Habsburgicæ poteſtatem quaſi poſtliminio rediiſſe, plenus admiratione perſcribit NESSELIUS. (q) At poſtquam ARNULPHI, Lexovienſis Epiſcopi, (r) & TEULFI, Mauriniacenſis Chronographi, (s) ſeculi XII. ſcriptorum, teſtimoniis Petroleonios Judaicæ originis extitiſſe probatum, ſyſtematis aſſertores puduit aſſerti.

## §. V.

Altera Genealogorum turba, quæ ex Franciæ Regum ſanguine Habsburgenſes Sigeberti-
deducit, ſub Maximiliano I. prævaluit. Jac. Menlius, Ladislaus Sunthemius, Jo. num
Stabius, in aula tum Imperatoris viventes, ut & Trithemius Abbas, in decurrendo ſyſtema.
hoc ſtadio ſtrenue ſudarunt; non uno tamen omnes tramite uſi. (t) Trithemianum ſchema HIER. GEBVILERUS (u) diſtinctius explicuit, JAC. SPIEGELIUM, JOD. COCCIUM, (x) SEB. MUNSTERUM, (y) WOLFG. LAZIUM, (z) THEOD. PIESPORDIUM, (a) aliosque magno numero nactus ſequaces. Schema hoc à Sigeberto quodam exule, Theodorici II. ſecundum alios Theodeberti II. Auſtraſiæ Regis filio, Annalibus ignoto, Childe-



(k) Generationes Perleonianæ finguntur ſequentes:
Flavius Anicius Leo.
Anicius Petrus Leo.
Magnus Flavius Anic. Petrus Leo.
Flav. Anic. Frangipanus Petrus Leo.
Stephanus Anic. Frangipanus Petrus Leo.
Maximus Petrus Leo Frangipanus.
Leo Petrus Leo Anicius.
Maximus Petrus Leo.
Stephanus Petrus Leo.
Leo Petrus Leo.
Petrus Leonis Petrus Leo.
Leo Max. Petrus Leo,
qui filios in Germaniam miſit, & obiit An. MCLXII.
Albertus Dives,
per uxorem Comes Habsburgi.
Rudolphus Taciturnus, Comes Habsburgi.
Albertus Sapiens.
Rudolphus I. Imp.
Hoc ſyſtema BRAMBACHIUS ap. BUCELINUM *German. Genteal.* Tom. I. fol. 23. ita immutavit:
Anicius Petrus Leo An. DCCCXXIII.
Roma pulſus.
Anicius Luitfridus,
uxor Hiltrudis, Altenburgi & Vindoniſſæ hæres.
Anicius Luitfridus II.
reſtaurator S. Trudperti.
Huntfridus Comes.
Guntramnus Comes.

(l) Lib. alleg. pag. 228. SCHOENLEBENIUS autem pag. 35. Henricum Gundelfingenſem, ſec. XIV. Eccleſiæ Friburg. Capellanum, conſtituit auctorem. ULRICUS KRIEG, nobilis Turicenſis, Rudolfi Habsb. coætaneus, Habsburgicos Roma generatim deducit. ALBERTUS ARGENT. ſec. XIV. ſcriptor, Perleonios quidem ſilet, at ab initio Annalium idem profitetur ſyſtema.

(m) STUMPFIO teſte Lib. VII. Cap. XII.

(n) *Chronographiæ* vol. 2. fol. 236. *Commentar. ſub.* Lib. XXIII. in fine.

(o) Viennæ An. 1613. fol. Prævixit jam ſec. XVI. ARNOLDUS WION *de familia Aniciana*; quem RICH. STRINIUS in ſuis *Anti-Anicianis*, uti SEIFRIDUM GASP. SCHOPPIUS in *Diſſert. de Arbore Aniciana*, An. MDCLI. edita, perſtrinxit, à Petro Lambecio perſtringendus & ipſe.

(p) LEQUILE pag. 226. ſq.

(q) *Catalog. Codd. Mſſ. Bibliothecæ Cæſar.* Part. III. pag. 4.

(r) In tractatu de *ſchiſmate poſt Honorii II. deceſſum* in DACHERII *ſpicil.* Tom. I. pag. 155.

(s) Apud CHESNIUM Tom. IV. pag. 176. Arnulfus & Teulfus ajunt, Petrum Leonis, qui ſub Anacleti nomine An. MCXXX. Antipapa electus eſt, avum habuiſſe Petrum. Hic ex Judæo Chriſtianus factus Leonis, qui eum baptizaverat, nomen aſſumſit.

(t) Singulorum ſyſtemata breviter exponit LAZIUS in *Commentar. Genealog. Auſtr.* Lib. I.

(u) In *Epitome regii ac vetuſtiſſimi ortus Ferdinandi I. Imp.* Lib. II. Cap. X. Uberius hæc explanavit in Commentario Mſ. qui in Klingliniana olim Bibliotheca Argentorati extitit. In utroque libro per Reges Francorum ad Reges Trojanos & Noachum uſque aſcendit, à STUMPFIO *Chron.* Lib. VII. Cap. XII. irriſus.

(x) *Dagobert.* Cap. VII. pag. 67.

(y) *Coſmograph.* Lib. III. Cap. LXI.

(z) *Commentar. Genealog. Auſtr.* Lib. I. Cap. V. pag. 95.

(a) *Stemma Habsburgo-Auſtr.* Bruxell. 1616. fol. ubi illud à Pharamundo deducit.

berti II. nepote, Habsburgenſes deducit. (*b*) Sigeberto filius adſcribitur Ottobertus, quem ſeculo VII. in Lotharingico illo Voſagi monte, ubi S. Romaricus ſeculo VIII. monaſterium inſtituit, (*c*) caſtrum *Avendo*, Comitatus novi caput, exſtruxiſſe volunt, adeoque Habsburgici iucunabula nominis è Lotharingia, ut modo diximus, repetunt. Debilibus licet fulcris hæc inſiſtat hypotheſis, Gebvilerus tamen tanto eam fervore amplexus eſt, ut anilibus ſtultæ plebis nugis accenſuerit ſententiam, quæ ex Habsburgo, Argoviæ caſtro, has origines repetit. Neque tamen hæc impedivere Gebvilerum, quo minus in D. Odiliæ ſanguine etiam Habsburgicum quæreret. (*d*) Sigebertinum ſyſtema PEIRESKIUS (*e*) rejicit, ratione innixus, quod Merovingis Carolidisque deletis, Sigeberti poſteritas in Franciæ regnum ſucceſſionem non petiit.

## §. VI.

Guillimanni ſyſtema.

*Habsburgiaca* ſua ante hos CL. annos GUILLIMANNUS cum ſcriberet, Perleonianum ſyſtema & Sigebertinum contemſit; at fabuloſo quoque fundamento ſuum ſuperſtruxit, Landgraviorum Alſatiæ & Briſgoviæ ſeriem à ſeculo VIII. enarrans, nullis quam chartis probavit. Diploma, quod An. DCCCCIII. Trudpertino monaſterio dedit Luitfridus, Otbertos, Rampertos, Abbatiæ benefactores, producit; at Guillimannus Theodebaldum, quem Otberti patrem, ex Helveticis Vindoniſſæ Comitibus ortum, conſtituit, Amprinctum, Hettobertum, aliosque ignotos Altenburgi Comites, ex ingenio ſuo addidit, ſuanique adeo apud Criticos in argumento hoc fidem decoxit. Ex illis nimirum, quæ STUMPFIUS (*f*) obiter tetigit, ingens Guillimannus ædificium erexit; plenum figmentis. Qua enim ratione Vindoniſſam avitum Guntramni Divitis majoribus patrimonium aſſignat, quæ ſec. IX. ad Landaloum Epiſcopum ſpectavit, qui cognatis ſuis eam, ut bonum proavitum, reliquit, (*g*) quæque adeo patria Habsburgenſium prima eſſe non potuit. Obſervet porro Lector, bona illa, quæ Guntramni poſteri in Helvetia ante Zaringenſem, Kiburgenſem, Lenzburgenſem, Badenſem, aliasque hereditates novas poſſederunt, vix quartam eorum, quæ in Alſatia tenuerant, partem conſtituiſſe. Guntramni proſcripti bona, quæ Ottones Impp. Helveticis dederunt cœnobiis, pleraque in Alſatiis ſita fuerunt. Rudolfus, Guntramni nepos, Othmarsheimenſe in Alſatia monaſterium ex Alſaticis ſuis bonis inſtituit. Guillimannus nihilominus Guntramnum Divitem, & majores, quos illi aſſingit, Comites Altenburgi appellat; quum Acta Murenſia ſoli Kanzelino, Guntramni filio, elogium *Comitis de Altenburg* tribuant. Non ignoravit ille profecto, Comitatuum nomina Comitibus nonniſi ſeculo XI. adjungi cœpiſſe, & tamen *Landgravii* nomen ipſis quoque Guntramni majoribus adſcribit.

Eadem conjectandi licentia Altenburgum in veteri Argoviæ Vindoniſſa, haud procul ab eo loco, ubi dein circa An. MXXVII. caſtrum Habsburg exſtructum eſt, Guillimannus quæſivit, quod tamen in Cleggovia ſitum, atque Rhinoviæ monaſterio, cujus jurisdictioni ſubjacet, vicinum. Unde Kanzelini filius Radeboto *Comes in Cleggove* vocatur, (*h*) qui cum Altenburgico Comitatus eſt idem. Solemnem Cleggoviæ mallum in Altenburgi caſtro olim habitum fuiſſe, charta nos docet. (*i*) Adde quod Alten-

(*b*) En ſyſtema hoc integrum:

Clodovæus M. Rex.
|
Chlotharius M. Rex.
|
Sigebertus Rex Auſtraſiæ.
|
Childebertus Rex.
|
Theodebertus Rex.
|
*Sigebertus* exul & Dux Alemanniæ fictitius.
|
Ottobertus Comes Vindoniſſæ.
|
Amprinctus ſeu Ampertus Comes.
|
Hettobertus Comes.
|
Rampertus Comes.
|
Guntramus Comes.
|
Luitfridus I. Comes.
|
Luitfridus II. Comes.
|
Huntfridus Comes.
|
Guntramus II. Dives, fator Habsburgenſium.

(*c*) Romarici mons, vulgo *Remiremont*, ubi prima hujus nomini Abbatiæ ſedes, hod. *Saint Mont.* Conf. Tom. I. pag. 712.

(*d*) In *vita S. Odiliæ* pag. 101. edit. 1598. ubi Childericum, Franciæ Regem, Etichoni, Domus Majori, Leudeſii filio, Ducatum Alemanniæ cum Alſatia, eoque toto agro, qui à Voſago & Romarico montibus ad Rhenum protenditur, circa An. DCLXVI. conceſſiſſe ſcribit.

(*e*) GASSENDUS in *vita Peireskii* Lib. II. pag. 101.

(*f*) *Chron. Helvet.* Lib. VIII. Cap. XII.

(*g*) EKKEHARDUS *de Caſ. monaſt. S. Galli* Cap. I. pag. 15. quem locum non ignoravit Guillimannus, qui eum in ipſis *Habsburgiacis* ſuis Lib. III. Cap. V. allegat. Adde Lib. II. Cap. III.

(*h*) In Henrici II. Imp. diplomate An. MXXIII. ap. HERRGOTTUM.

(*i*) BEAT. MUOS *de jure Advocatiæ Rhinovienſis monaſterii* pag. 22.

Altenburgicus Cleggoviæ Comitatus nec Kanzelini, nec Radebotonis allodium, sed Comitatus fisci, adeoque mere administratorius fuit. Altenburgicus ergo Argoviæ Comitatus, cujus nomen in Habsburgicum deinceps commutatum Guillimannus existimat, merum est ejus figmentum. Omnis ille Argoviæ tractus *Comitatus Rore* tum temporis dicebatur. (*k*) Nervos ita suos frustra Guillimannus intendit, ut Habsburgicos Alsatiæ Landgravios ex Helvetia in Alsatiam descendisse probaret, quos ex Alsatia in Helvetiam ascendisse verioribus conjecturis asserimus. Noltris tamen temporibus systema hoc, quamvis elumbe, adhuc fautores invenit. (*l*)

## §. VII.

Cautior Guillimanno Bernardus Pezius (*m*) fuit, qui neglectis Vindoniſſæ & Altenburgi Helvetiæ Comitibus, apud Luitfridi majores, Otpertum (*n*) & Rampertum, quos Briſgoviæ ſolius Comites facit, Habsburgica incunabula quæſivit; Alſatiam excludens, cum ipſa Luitfridiana, ad quam provocat, charta Alſaticas ei manifeſtaret origines, ob Alſatiæ bona, quæ Trudpertinis affignat. Luitfridum hunc à Luitfridigenis Alſatis ex Etichoneo ſanguine deſcendiſſe, plusquam veriſimile eſt. Pezius tamen, inventa jam fruge, maluit glandibus veſci. Alſatia Helvetiæ, Lotharingiæ, Briſgoviæ ex Etichonea ſtirpe ſua ſurculos transmiſit; ſurculi pro primaria ſeſe venditant ſtirpe. Pezii ſyſtema.

## §. VIII.

Difficile hoc Habsburgicarum originum examen rectius ut intelligat Lector, hiſtoricum tempus, quod à Guntramno Divite incipit, ab obſcuro, quod præcedit, diligenter diſtinguat. Murenſibus Actis debetur hiſtoricum. Inſigne hoc Murenſis in Argovia monaſterii ex ſeculo XII. monumentum antiquiores nobis ſuppeditat chartas, quæ una cum Actis & Genealogia præfixa Habsburgenſium majores, Abbatiæ Murenſis dotatores & advocatos, à Guntramno, ſec. X. Alſatiæ Comite, ad Rudolfum Habsburgicum uſque, Germaniæ Regem, per novem generationes exponunt. Ex his fragmenta, ſed non fideliter ſatis, Guillimannus produxit, (*o*) ob id ipſum à Dominico Tschudio (*p*) reprehenſus. Ipſa Acta ex autographo, ſed vitioſe, deſcripta primus omnium Lutetiæ Pariſiorum in lucem edi curavit Claudius Peireskius. (*q*) Exemplo hoc Vignierius, Chifletius, Blondellus, Eccardus, (*r*) Godefredi, aliique ſunt uſi. Herrgottiana huic editio, & omnium denique optima ſuccesſit, quam Friodlino Koppio, Murenſis Abbatiæ Principi, nuper defuncto, debemus, qui *Vindiciis Murenſibus* Acta adjecit. Scilicet cum Acta hæc ſeculi XIII. exeuntis partum pronuntiaſſet Herrgottus, Vindicias eorum An. MDCCL. edidit Koppius, in quibus Actuarium ſeculo XII. adſcribit. Vindiciis his, docte conſcriptis, Rustenus Heer, San-Blaſianæ Bibliothecæ præfectus, librum quoque doctum oppoſuit, quem *Anonymum Murenſem denudatum* appellat; ubi Conradum de S. Blaſio, qui An. MCLXVI. Abbatiæ Murenſi præfuit, Actorum ſcriptorem feliciter detexit, Genealogiam, Actis præmiſſam, ſeculi XIII. fœtum, non ejuſdem cum Actis auctoritatis exiſtimans. Acta ab ipſo monaſterii Abbate, ex ipſis tabularii Murenſis chartis, ſec. XII. diligenter perſcripta, Habsburgicis rebus, tum quoad Gentis, tum quoad caſtri, unde Gens appellatur, origines multum lucis affunduut, & cum aliis documentis egregie conſpirant. Quodſi Trudpertini tam diligentem originum ſuarum ſcriptorem, ac Murenſes, habuiſſent, obſcurum Genealogiæ Habsburgicæ tempus quoque deveniſſet hiſtoricum. Nomina, quæ innoteſcunt ex chartis, certiore graduum nexu jungerentur, generationum progreſſui majus lumen accederet. Acta Murenſia.



(*k*) Herrg. *Geneal. Habsb.* Tom. I. pag. 44.

(*l*) Lexicon Histor. Basil. in voce *Habsburg.* Nec alienus ab eo Leu in *Lexic. Helvet.* voce *Altenburg.*

(*m*) *De Etymo nominis Habsburg*, pag. 31. Diſſertatio hæc An. MDCCXXXI. Viennæ edita.

(*n*) Pezius Otpertum ad An. DCV. refert, cum nepos ejus Rampertus ſub Ludovico Germ. adeoque ſeculi IX. medio vixerit, qui cœnobium Trudpertinum denuo inſtauravit & §. Trudperti reliquias transtulit Anno XI. regnante Ludovico, ut Sangallenſis & Baſil. codices, quorum ille perantiquos, teſtantur. Codex Zwifaltenſis, ex quo Acta ſua Trudpertina Pezius expreſſit, hanc temporis epocham ignorat. Conf. Herrg. loco cit. pag. 178.

(*o*) In *Habsburgicis* Mediolani An. MDCV. impreſſis, ubi *Comitis de Altenburg* epitheton Guntramno Guillimannus tribuit, quod Acta tribuerit Kanzelino. Idem Radebotoni *Comitis de Vindoniſſa* titulum adjecit, quem Acta ignorant. Lib. IV. Cap. II. pag. 166. ait, ex Murenſibus Actis patere, Kanzelinum habuiſſe filium quartum, nomine Landolum, de quo tamen nullum in Actis veſtigium.

(*p*) In eleganti libello: *Origo Comitum de Habsburg*, An. MDCLI. edito, ubi pag. 97. ſcribit: " Monaſterii noſtri Murenſis archivum nunquam „ luſtraſſe, aut ea, quæ inde hauſerat, majori „ ſtudio, cura & fide tractaſſe.

(*q*) An. MDCXVIII. & iterum An. MDCXXVII. Lutetiæ impreſſus liber, quem frontiſpicium *Spirembergii* impreſſum annuntiat.

(*r*) Qui & ipſe Acta hæc Murenſia ex Peireskiano exemplo inter Probat. *Origg. Habsburg.* recudi fecit.

## §. IX.

Vignieriі ſyſtema.

Temporis obſcuri periodus eſt, quam ſuperioribus Genealogis felicius expreſſit Hier. Vignierius, (*s*) Gallo-Bleſenſis, qui Habsburgicam domum ab Etichone, Alſatiæ Duce, ut ſupra dixi, derivavit; falebroſam, at tutiorem viam ingreſſus. Hic itineris, in Lotharingiam ſuſcepti, occaſione cum in varias ibidem chartas & libros, in quibus Lotharingicæ Gentis majores occurrebant, incidiſſet, ad inveſtiganda ejus incunabula inductus, ad Etichonem uſque, & per eum ad Merovingorum Præfectos Palatii magno auſu aſcendit. Lotharingicam Vignieriani ſtemmatis partem Theodorus Godefredus, Dionyſii filius, Hiſtoricus regius, (*t*) & Cantarellus Faber (*u*) paulo ante jam indicaverant. At præcipua his cura fuit, ut Lotharingicam Domum nec à Carolo, Lotharii Gallorum Regis, nec à Guilielmo, Godofredi Bullionii, Hieroſolymorum Regis, fratre proveniſſe oſtenderent, atque adeo Symphoriani Champerii, (*x*) Wasseburgii, (*y*) & Rosierii, (*z*) qui ſeculo XVI. magnis voluminibus hæc adſtruere conati ſunt, ſomnia diſſiparent. Godefredus & Faber Gerhardum, Alſatiæ Comitem, Lotharingicæ Gentis auctorem primi quidem produxerant, ſed majores ejus, ceterasque Alſatiæ hujus Gentis lineas, præterierunt ſilentio. Idem Godefredus eodem tempore Merovingica Habsburgenſium incunabula evertit, (*a*) ut Hiſpanorum & Lotharingorum in Galliæ coronam jura, quæ Genealogia hac tum ſibi arrogarant, everteret. Vignierius Lotharingicam (*b*) & Habsburgo-Auſtriacam gentem à ſtipite communi, Etichone, deduxit, & ſingulos Genealogiæ hujus gradus per idonea documenta veriſimilibus conjecturis adſtruxit. Stemma hoc, magno mox applauſu exceptum, majores pedetentim vires accepit, ex quo Principum & Eccleſiarum tabularia patent. Nonnullis hinc Genealogis occaſio nata, ut ædificium Vignieriano concinnius tractu temporis conſtruerent, ita tamen, ut Eticho, Alſatiæ Dux, commune Habsburgici & Lotharingici ſtemmatis ſemper caput maneret, quamvis in deſcenſu & aſcenſu per lineas & gradus diverſa hinc inde via uterentur.

## §. X.

Syſtematis Vignieriani variationes.

Vignierianum nempe opus vix in lucem prodierat, quum Jac. Chifletius (*c*) partis illius, quæ Habsburgica reſpicit, illuſtrationem ſuſcepit. Tria operis hujus exempla,

(*s*) An. MDCVI. natus, An. MDCXLIX. majore forma Lutetiæ edidit: *La veritable origine de très-illuſtres Maiſons d'Alſace, de Lorraine, d'Auſtriche, de Bade & de quantité d'autres.* Obiit Lutetiæ An. MDCLXI. Patrum Oratorii ad S. Magloriam Congregationis Superior. Junioribus annis Eccleſiæ Reformatorum Bleſenſis in Gallia fuit Miniſter. Avum habebat Nicolaum Vignierium, cujus eruditum opus *Bibliotheque hiſtoriale* aliquot voluminibus extat.

Ceterum Habsburgo Auſtriacos ab Etichone, Alſatiæ Duce, deſcendere, jam ante Vignierium conjectari ſunt plures. Sententiæ hujus aliquid protulerunt Gervilebus in *vita Odilie*, Lazius de *Migrat. Gent.* lib. VIII. Guillelmus *Habsburg.* Lib. I. Cap. III. Bucelinus *Germ. Sacro-Proſ.* Tom. I. Genealog. fol. 21. & Tom. II. Hiſtor. Agiloif. fol 346. ſed non hiſtorica methodo gradus generationum monſtrarunt. Quis ferat Bucelinum, cum Habsburgicos à Warino quodam, homine ignoto, quem Alemanniæ Ducem & Eberhardi, Murbacenſis Abbatiæ fundatoris, ſilium fecit, derivare conatur; Eberhardo ipſo improlem ſe fuiſſe teſtante. Vid. Tom. I. pag. 778. Scintillam veritatis Bucelinus, Lazius, eorumque ſymmyliæ viderunt, ſed eam involverunt commentis. Idem de Jo. Rubio dicendum, qui in *Antiquitez de la Voge* Cap. II. & Cap. XIV. pag. 186. ad Etichonem quoque Ducem, Odilie patrem, aſcendit, ac Chronici Novient. & Fragmenti Urſiſiani fide ab Etichone ad Leudefium & Archinoaldum progreſſus ſcribit: *L'Empereur Maximilian voulut avoir Lutifrid, comme auſſi Attico ſon ayeul en l'arbre de ſa Genealogie, voire tenoit à grand'heur d'eſtre deſcendu de la lignée de S. Odile.*

(*t*) In *Genealogie des Ducs de Lorraine*, qui liber An. MDCXXIV. Pariſiis impreſſus, An. MDCXXXIII. ab Auctore recognitus & denuo deſcriptus, ex ejus Bibliotheca in meam migravit.

(*u*) Conſiliarius regius, variis ſcriptis notus, obiit An. MDCLVIII. Libro, de quo hic agimus, præfixus eſt titulus: *Conſiderations hiſtoriques ſur la Genealogie de la Maiſon de Lorraine, par Louis Chantereau le Febvre*, Pariſ MDCXLII. fol.

(*x*) Symphorien Champier, Lugdunenſis, Antonii Lotharingiæ Ducis Medicus, in *Chronique des Hiſtoires du Royaume d'Auſtraſie ou France Orientale, dite à preſent Lorraine* ato *Nancy* MDIX. Hic primus in Godofredi Bullionii familia origines Lotharingicas quæſivit.

(*y*) Richard Wasebourg, Archidiaconus Virodun. in oppido S. Michaelis Lothar. natus, ſcripſit *Antiquitez de la Gaule Belgique*, Paris MDXLIX. fol. ubi à Julio Cæſ. ac Guilielmo, Godofredi Bullionii fratre, Duces Lotharingos derivat.

(*z*) Franc. de Rosieres, Barroduceus, Archidiac. Tullenſis, evulgavit *Stemmata Lotharingiæ ac Barri Ducum*, Pariſiis MDLXXX. fol. Liber cum Auctore ab Henrico III. Gallie Rege damnatus; à Cantarello Fabro ſub Ludovico XIII. conſaratus.

(*a*) *De la vraye origine de la Maiſon d'Auſtriche contre l'opinion de ceux, qui la font deſcendre de la ligue maſculine des Rois de France de la premiere race*, Paris MDCXXIV. 4to. Opus hoc ſine nomine Auctoris prodiit, ſed An. MDCXLVI. ab Auctore reviſus, calamoque exaratus, cum altero, ſuperius allegato, ex Godefredi Bibliotheca meam tranſivit.

(*b*) Ad Lotharingicam Vignieriani ſyſtematis partem annotavit quædam Carolus Hugo, Stivagienſis Abbas, in *Traité hiſtorique ſur l'origine & la genealogie de la Maiſon de Lorraine*; quem ſub ficto nomine Balicourt edidit in 8vo. Adde ejus *Annales Ord. Præmonſtrat.* Tom. II. pag. 428. & *Monumenta Sacræ Antiquit.* Tom. II. pag. 262.

(*c*) In *Stemmate Auſtriaco* An. MDCL. Antverpiæ edito fol.

# VIGN
# ECCARDIANI
# SYSTE

COMPARATI

| VIGNIERIANUM. | ECCARDIANUM. | HH |
|---|---|---|
| * * * | * * * | |
| ETICHO I. Dux Alemanniæ & Alſat. | ETICHO I. Dux Alemanniæ & Alſatiæ An. 666. | ETI |
| ETICHO II. Dux Alemann. & Alſat. | ETICHO II. Dux Alemann. & Alſat. | ADE |
| ALBERICUS Comes circa 750. | ALBERICUS Comes ſive BEGGO I. circ. 750. | LUITFRID |
| | EBERHARDUS I. Comes circa An. 780. | LUITFRID |
| | ALBERICUS ſeu BEGGO II. † 816. Ux. Alpais. | LUITFR |
| | EBERHARDUS II. Comes † 864. | HUG |
| EBERHARDUS Comes circa 868. Ux. Adelindis. | EBERHARDUS III. Comes † 900. Ux. Adelindis. | LU |
| HUGO Comes circ. 930. Ux. Hildegardis. | HUGO I. Comes † 940. Ux. Hildegardis. | LUITFRID |
| | | HUNDFRID 903. |
| EBERHARDUS, unde / HUGO, à quo / GUNTRAMNUS, unde | EBERHARDUS 949. unde / HUGO 959. à quo / GUNTRAMNUS unde | GUNTRAM unde |
| *DUCES LOTHARINGIÆ.* / *COMITES EGISHEIMENSES.* / *HABSBURGO-AUSTRIACI.* | *DUCES LOTHARINGIÆ.* / *COMITES EGISHEIMENSES.* / *HABSBURGO-AUSTRIACI.* | *HABSBURG STRIA* |

# ERIANI
# HERRGOTTIANI
# MATUM

CUM NOSTRO.



# ETICHON

## FAMIL

# LUITFR

SUB PERIO

LUIT
Sundgoviæ
Majores T

LUITFRIDUS VI. Sundgoviæ Comes, a. 9[illegible]
Advocatiam Grandisvall. abdicat, † circa 989.

LUITFRIDUS VII. Sundgoviæ & Nordgoviæ Comes 997.
† circa 1000. *Luitfridorum ultimus.*

WERNHARIUS I. Epiſc. Argent. *Habsburgi* conditor, † 1028. Conſtantinopoli.

RADEBOTO, Comes Cleggoviæ, fundator Abbatiæ Mur. † circa 1027. Ux. Ita, Friderici Ducis Lothar. filia.

RUDOL
Othmar

OTTO I. Comes † 1046.

ADELBERTUS I. Comes.

WERNHARIUS II. *pius*, *Comes de Habsbu*
† 1096. Uxor Regulindis.

OTTO II. Comes Alſatiæ Sup. † d. 8. Nov. 1111.

ADELBERTUS II. Comes Alſatiæ Sup. poſt fratrem, † 1140. Ux. Judenta.

ITA, Comiti
nupta.

WERNHARIUS III. Comes de Habsburg † circa 1163.

ADELHEIDIS cuidam de Huneburg nupta.

WERNHERUS. Thierſteinenſes
alii ad Habsburg

ADELBERTUS III. cognom. *Dives*, *Landgravius Alſatiæ* 1186. † 1199. Uxor Ita Comitiſſa de Pfullendorf, neptis Henr. Nigri, Ducis Bavariæ.

GERTRUDIS, Uxor Theodorici Comitis Montisbelgard.

RICHENZA, Uxor
Ludovici Comitis
Phirretenſis.

RUDOLFUS I. cognom. *Placidus*, Landgravius Alſatiæ, † 1232. Uxor Agnes, filia Godefridi de Stauffen.

N. Comiti de Leiningen nupta.

ALBERTUS IV. cognom. *Sapiens*, Habsburgi Comes & Landgravius Alſatiæ, a. 1139. hereditatem paternam cum fratre ſuo partitur, † circa 1240. Uxor Helwigis, filia Ulrici Comitis Kiburg.

RUDOLFUS II. cognom. *Taciturnus*, *Comitum Habsburgo-Laufenburgenſium & Kiburgenſium poſteriorum Stator.*

RUDOLFUS I. Imp. a. 1273. electus, † 1291. Ux. 1) Anna vel Gertrudis, filia Burcardi Comitis de Hohenberg. 2) Agnes, filia Roberti II. Burgundiæ Ducis.

ALBERTUS, Canonicus Baſil. & Argent. 1242.

HARTMANNUS.

# EÆ GENTIS
## A PRIOR,
## [ DIGENÆ,
### O GERMANICA.

* *

RIDUS V.
›mes a. 912. cujus
›. I. ad pag. 753.

GUNTRAMNUS DIVES, Comes Brisgoviæ in Alſatia potens, circa a. 950. proſcriptus, *proximus Habſburgenſium Sator.*

KANCELINUS ſ. LANTOLDUS, Comes de Altenburg † 990. Ux. Luitgardis. Ex Documentis Einſidl. fuit avus Bertoldi, patris Bertoldi, Carinthiæ Ducis.

›S, fundator Abbatiæ eim.

BIRCTILO ſ. BERTOLDUS, Brisgoviæ Comes, fundat Sulzberg. Monaſterium a. 1008. *Sator Zaringenſium & Badenſium.*

GEBEHARDUS, Comes, cum fratre Birctilone legitur a. 1010.

primus,

BERTOLDUS I. Comes Brisgoviæ, ſpem Ducatus Sueviæ & a. 1060. in hujus compenſationem pro filio ſuo Ducatum Carinthiæ accipit: Aſſecla Rudolfi Suevi Anticæſaris, † 1078. Ux. 1) Richwara cum marito Hirſaugiæ ſepulta, 2) Beatrix, filia Ludovici Comitis, † 1092.

: Thierſtein

BERTOLDUS II. Dux Carinthiæ, ann. 1060. depoſitus a. 1073. A Rudolfo Suevo, ſocero ſuo, Dux Sueviæ creatus, ab Henrico IV. Imp. exauctoratus, † 1111. Uxor Agnes, Rheinfeldenſis Comitatus heres, ex qua Bertoldum III. & Conradum Duces reliquit filios, de quibus in *Hiſt. Zaringo-Badenſi.*

HERMANNUS, Marchio, dein Monach. Cluniacenſis, † 1074. Uxor Judith. *Marchionum Badenſium Sator.*

RUDOLFUS.
mites, quos
es referunt.

/ERNHERUS.

HELWIGIS, Uxor Hermanni Comitis Froburg.

GERDRUDIS, ux. Ludovici Comitis Froburg. Hermanni fratris.

N. uxor Friderici Burggravii Noriberg.

CUNEGUNDA, uxor Comitis de Kuſſenburg.

exempla, in quibus David Blondellus, Theodorus Godefredus, Petrus Hozierius, Genealogus Regius, manu ſua emendarunt & addiderunt permulta, in Bibliotheca mea aſſervo. Poſt hos majore cum apparatu ſyſtema hoc corrigere & illuſtrare aggreſſi ſunt GEORG. ECCARDUS & MARQUARDUS HERRGOTT. (*d*) Enimvero duos præ cæteris notabiles Eticho progenuit filios, Adelbertum & Etichonem. Vignierius & Eccardus, præterito Adelberto, in ſolo Etichone II. ſuos oculos fixerunt, ut ab eo Lotharingos prima linea & Habsburgenſes derivarent fecunda. Herrgottus præterito Etichone II. Adelbertum Habsburgicæ & Lotharingicæ Domuum propagatorem elegit. Adelbertum ego Habsburgicæ, Etichonem II. Lotharingicæ auctores exiſtimo. In neutra earum certam graduum ad Guntramnum uſque Divitem & Gerhardum Alſatam uſque definitionem expectes. Primam utriuſque Domus periodum appello *probabilem. Certa* à Guntramno, ut jam dixi, & à Gerhardo Alſata procedit. CAROLUS GENDRÆUS, (*e*) qui nuper hæc examinavit Lutetiæ, omnium ſyſtematum, certam quæ præcedunt periodum, hoſtis, unum ſyſtema per alterum deſtruere fategit, ut ſingulis everſis everteret cuncta. Veſtigiis ejus haudquaquam inſtiturus ſum, ſed ex omnibus ſyſtematibus ea decerpam, quæ probabiliora videbuntur. (*f*) Alſatici ſcriptoris eſt, dapibus frui, quas exterorum induſtria, per centum jam annos, ſolicite conquiſivit, & Alſatiæ, laudum ſuarum non ſatis curioſæ, (*g*) liberaliter obtulit. Cur enim præſtantia dona, multo congeſta labore, quæ Galli, Belgæ, Batavi, Lotharingi, Germani, ſponte & generoſe nobis offerunt, rejiceremus ingrati. Noſtrum potius eſt, corrigere, emendare, augere inventa, vel ea, ubi opus eſt, aliter diſponere; rebusque minus claris majorem hinc inde lucem afferre.

Syſtema autem ſuum, tam glorioſum Alſatiæ, per partes modo cum expreſſerit Vignierius, nos illud totum & integrum una Tabula proponimus, (*h*) altera Eccardi, Herrgotti & noſtrum, uno exhibemus conſpectu, ut facilior comparatio ſit.

## §. XI.

Habsburgi-corum nexus cum Luitfridigenis.

Adelbertus III. cognomento *Diver*, Alſatiæ Landgravius, Habsburgi Comes, in monaſterii Trudpertini charta, An. MCLXXXVI. Argentinæ ſcripta, (*i*) Luitfridum IV. qui An. DCCCCIII. Comes Sundgoviæ & Advocatus Trudpertinus fuit, ac 50. circiter annis Guntramnum Divitem præceſſit, *anteceſſorem & progenitorem* ſuum appellat. Luitfridus IV. autem in privilegio Trudpertino, eidem Adelbertinæ chartæ inſerto, An. DCCCCIII. præcepit, ut advocatia Trudpertina apud filios ſuos eorumque permaneret heredes. At vero Adelbertus III. Advocatus Trudpertini monaſterii fuit, nec dubium, quin & majores ejus eadem gaviſi ſint dignitate; novo indicio, Adelberti III. gentem à Luitfridi IV. filiis eorumque heredibus ſanguinem duxiſſe. Quin & alia Luitfridorum Alſatica bona, ipſo Luitfridi IV. ſeculo, Guntramnus Dives, Habsburgenſium ſator, poſſedit & ad poſteros ſuos transmiſit; unde eum Luitfridorum hereditatem creviſſe colligimus. Nec prætermittendum ſileutio, Sundgoviæ Comitatum, quem Luitfridigenæ jure quaſi paterno, ut infra dicetur, adminiſtravere, poſt horum nominis extinctionem ad Habsburgenſes tranſiviſſe, ita quidem, ut Luitfridorum nomine vix ceſſante in faſtis, Guntramni poſteri in locum eorum, aliusque alii in hoc munere ſuccederent: quæ omnia ad probandum Habsburgici ſanguinis cum Luitfridigenis nexum egregie conſpirant. Guntramnus Dives ergo, ſeculi X. medio vivens, à Luitfrido IV. deſcendit. Diſquirendum jam reſtat, ex quonam trium Luitfridi IV. filiorum, quos ipſe in charta Trudpertina nominat, ex Hundfrido nempe, Luitfrido V. an ex Hugone prodierit Guntramnus.

## §. XII.

Guntramni Divitis pater.

Ab Hugone, natu minimo fratrum, Guntramnum Divitem nemo derivat. Ab Hundfrido eum derivat Herrgottus, *Divitis* cognomen ei inditum arbitratus, quod majorem

(*d*) Ille in *Originibus Habsburgo-Auſtriacis* An. MDCCXXI. Hic in *Genealogia Diplomatica Gentis Habsburgicæ*, An. MDCCXXXVII. Vindobonæ majori forma impreſſa. Utrumque opus Carolo VI. Imp. dicatum.

(*e*) In *Antiquités de la Maiſon de France*, Lutetiæ MDCCXXXIX. in 4to. ubi conf. pag. 369. ſqq.

(*f*) OBERLINUS in *Prodr. Rer. Alſ.* pag. 272. SCHILTERUS *ad Kunington.* pag. 1066. LAGUILLE *Hiſt. d'Alſace*, Vignierio-Chifletiano ſyſtemati ſimpliciter adhæſerunt.

(*g*) Ante Vignierianum ſyſtema ſcriptores Alſatici Habsburgicas & Lotharingicas origines quoque extra Alſatiam quæſiverunt.

(*h*) CALMETUS in *Diſſert. prævia Hiſtoriæ Lothar.* Tom. I. pag. 135. ſyſtema Vignierii una quidem Tabula, ſed nec plene non exacte datis, expreſſit.

(*i*) Ap. HERRG. *Genealog. Habsb.* Cod. Probat. num 247. Conf. MONUM. LANDGRAV. SUPER. Tab. II. Adde aliam chartam An. MCCLXII. ibid. num. 455.

majorem ex hereditate paterna portionem natu major acceperit. Mihi Luitfridus V. Hundfridi & Hugonis frater, Habsburgicæ gentis propagator eſt viſus, eumque adeo Guntramno Diviti dedi parentem, ſequentibus rationibus inductus: I. Luitfridum V. liberos procreaſſe novimus; de Hundfridi ſobole altum in monumentis ſilentium. II. Luitfridus V. ex paterna hereditate accepit bona Sundgoviæ, teſte charta Trudpertina An. DCCCCIII. Accepit quoque Granvallenſis Abbatiæ Advocatiam, uti ex diplomate Granvallenſi An. DCCCCLXVII. addiſcimus. (k) At vero Guntramni poſteri eadem hæc bona in patrimonio quoque ſuo habuerunt. III. Idem Granvallenſe diploma Conradi, Burgundiæ Regis, Luitfridi V. *progeniem creſcendo multiplicatam* ſuiſſe, interque eam *patris proprietatem diviſam* affirmat. In ipſum autem hoc tempus incidit Dives Guntramnus, quem per Luitfridum V. Luitfridigenis, ab Adelberto, Etichonis I. filio natu majore, deſcendentibus, infero. Generationes & gradus, qui à Luitfrido V. ad Etichonem uſque aſcendunt, alibi jam exhibui; (l) nunc ad ejuſdem Luitfridi V. & filii ejus, Guntramni Divitis, progeniem atque nepotes exponendos transibo.

## §. XIII.

Poſteri ejus.

Guntramnus Dives, Habsburgenſium ſator, ab Ottone I. Imp. perduellionis damnatus atque proſcriptus eſt, fortaſſis quod à partibus filii Ottonis, Ludolfi, qui à patre Sueviæ adeoque & Alſatiæ obtinuerat Ducatum, contra patrem rebellis, ſteterat. Sua tum ille Alſatiæ Briſgoviæque bona amiſit, quæ dono Ottonum Impp. ad Einſidlenſe & Paterniacenſe apud Helvetios monaſteria pervenerunt, uti chartæ donationum nos docent. (m) Reliqua Guntramni fata ſilentur. Poſteros tamen ejus terrarum avitarum poſſeſſores quum reperiamus, in integrum eos reſtitutos fuiſſe, nequit dubitari.

Kanzelinus.

Guntramno Diviti Kanzelinum, Comitem de Altenburg, filium Murenſia Acta adſcribunt, quem eundem cum Lantoldo illo cenſemus, qui An. DCCCCLXX. cum uxore ſua Luitgarda Einſidlenſibus donationem fecit, An. DCCCCXC. defunctus. (n) Birchtilonem ei fratrem GUILLIMANNUS (o) aſſignat, quem conjunctim cum Lantoldo monaſterium S. Cyriaci in Sulzberg ſtruxiſſe, ibique cum fratre ſepultum eſſe, ſine fundamento, aſſerit. Pircelo enim Comes in charta fundationis An. MVIII. teſtatur, ſe hereditariam ſuam partem monaſterio *manu fratris ſui Gebehardi* (p) dediſſe, nulla plane Lantoldi vel Kanzelini facta mentione. Nec extat monumentum, quod Lantoldum in monaſterio hoc Birchtilonis ſepultum fuiſſe indicet. Finxit hæc Guillimannus, ut Birchtilonem, Zaringiæ Ducum adeoque & Marchionum Badenſium ſatorem, ſtemmati Habsburgico eo certius inſereret. At inſertio hæc absque corruptione chartarum, imo faventibus chartis, poteſt locum habere. Quid enim impedit, quo minus Lantoldum illum, quem & Traditiones & Necrologium Einſidlenſium (q) Bertholdi Comitis avum conſtituunt, ex communi ſcriptorum juniorum (r) ſententia pro Kanzelino noſtro reputemus; cujus filius forte Birchtilo ille, qui Sulzbergenſe cœnobium condidit, Bertholdorum, Zaringiæ Ducum, vel ipſe vel certe per fratrem Gebehardum ſator. Hac de re in Hiſtoria Badenſi, quam paro, uberius diſſeram.

§. XIV.

(k) D'ACHERY *Spicileg.* Tom. III. pag. 375. & HERRG. Tom. II. pag. 77. Adde Tom. I. *Alſatiæ Illuſtr.* pag. 783.

(l) Tom. I. in tab. ad pag. 753. Adde pag. 782.

(m) Factum hoc eſſe videtur Adelheidis, Ottonis I. conjugis & Ottonis II. matris, conſilio, quæ Rudolfi II. Burgundiæ apud Helvetios Regis filia fuit. An. DCCCCLII. Otto M. Lileham in Briſgovia donat Einſidlenſibus, " qui locus de rebus Guntramni po-" pulari judicio in regiam venit veſtituram. " An. DCCCCLIX. locus Aſchinza in Turgovia itidem munere Ottonis hujus ceſſit. Otto II. Columbram & Hitzenheim curtes & omnia, quæ Guntramnus in Alſatia proprietatis viſus eſt habere, Paterniacenſibus donavit. Chartas has exhibet HERRG. Tom. II.

(n) *Fragmentum Annalium* ap. MABILLON *Act. Sanct.* Tom. VII. pag. 820.

(o) *Habsburg.* Lib. IV. Cap. II. pag. 164.

(p) Ita ſane habet autographum tabular. Ep. Baſil. quod ipſe inſpexi Brundruti. Male ergo ap. HERRG. num. 163. legitur: *eum manu ſilii mei Gebhardi.*

(q) Traditiones Einſidlenſes ita: " Comes Lan-" toldus de Zæringen, avus Berhtoldi Comitis, " patris Berhtoldi Ducis Carinthiæ, dedit cum uxore " ſua Luitgarda duas huobas in Melis. " Necrologium Einſidl. menſe Jan. hæc refert: " Ob. Landol-" phus Comes de Zæringen, avus Bertholdi Comitis " de Zæringen, qui cum uxore ſua Luitgarda dedit " duas huobas in Melis. " Vid. HERRGOTT Tom. III. pag. 837. Oritur inde ſyſtema ſequens:

Guntramnus Dives.
|
Kanzelinus vel Lantoldus, Comes de Zæringen An. DCCCCLXX. † DCCCCXC.
|
Birchtilo, Comes Briſgoviæ, (ſecundum Conrad. Urſperg.) fundator monaſterii Sulzberg. An. MVIII.
|
Bertholdus Comes, Dux Carinthiæ An. MLX. † MLXXVIII. *Conrad. Urſperg.* pag. 168.
|
Bertholdus Dux Carinthiæ † An. MXC.

(r) SPENER. *Syllogæ Genealog. Hiſtor.* pag. 605. IMHOF *Notitia Procerum Imp.* Lib. I. Cap. VI. num. 3. MERIAN *Genealog. Herſtellung des Hauſſes Baden* pag. 3. HUBNER in *Tabul. Genealog.*

## §. XIV.

Kanzelino Radebotonem & Rudolfum filios Actuarius Murenſis clare, Wernharium, Argentinæ Epiſcopum, minus clare aſſignat. (*s*) Wernharius in teſtamento ſuo Lancelinum quendam, militari cingulo præditum, fratrem ſuum dicit germanum; (*t*) unde quartus Kanzelino filius Lancelinus exoritur, quia Wernharii Epiſcopi frater. Einſidlenſe documentum his addit Bertholdum. In Henrici V. Imp. charta An. MCXIV. pro libertate Murenſium (*u*) Wernharius Epiſcopus Wernharii II. Comitis de Habsburg *parens* appellatur. Innocentii II. bulla An. MCXXXIX. Wernharium III. Comitem Wernharii Epiſcopi *nepotem* pronuntiat. (*x*) Hic Argentinatium Epiſcopus, Kanzelini filius, hereditatis paternæ partem in Argovia habuit. Frater ejus Radeboto ſuam in eadem Argovia partem Itæ, uxori ſuæ, conceſſit in dotem. Suam quoque partem adjecit Wernharius & cum fratria hac ſua, quam Actuarius Mur. Wernharii Epiſcopi *ſororem* vocat, ex communibus illis bonis monaſterium fundavit Murenſe. Omnia autem auctore Wernhario cum facta ſint, illum Monaſterii nuncupari fundatorem, quid mirum? Bona, quæ Henricus V. Imp. & Innocentius II. Papa enarrant, in Argovia & Turgovia ſita fuerunt. Hæc autem unde proveniſſent Wernhario, ſi Lotharingus fuiſſet. Salva ergo ſunt omnia, ſi Actuarii verba: *Item ſororem Theodrici Ducis ac Wernharii Argentine civitatis Epiſcopi*, ſic interpreteris, ut Item veram Ducis ſororem, Wernharii fratriam intelligas. (*y*) Per *ſororem* vero cur non *fratriam* in Actis deſignari concedas, quum idem Wernharius Ep. Wernharii II. patruus, in Henrici V. Imp. charta Murenſi non patruus dicatur, ſed *parens*. Voces *avunculus*, *patruus*, *parens*, *frater*, *ſoror*, *nepos*, ſæpe impropriæ ſumuntur. Medium ævum circa vocabula hæc fuit incautum. Fratris & ſororis appellatio hodieque inter leviros & affines recepta. De Wernhario Epiſcopo plura docebit *Aſſatia ſacra*. Notaſſe heic ſufficit, quod non Monaſterii modo Murenſis, ſed & Caſtri Habsburg in Argovia, ut & Cathedralis Eccleſiæ Argent. exſtructione ſe reddiderit celebrem; *Ædificatoris* elogio dignus. Juſſit is, ut ex gente ſua illi, qui caſtrum Habsburgenſe tenent, maſculi, maſculisque deficientibus feminæ, Murenſis monaſterii Advocati ſemper exiſtant. Wernharius à Conrado II. Imp. legatus Conſtantinopolim miſſus An. MXXVII. obiit ibidem anno ſequenti. (*z*)

Wernharius I. Ep. Argent.

## §. XV.

Sed & Rudolphum Kanzelino filium Acta Murenſia verbis his tribuunt: " Fratre " ejus (Radebotonis) Ruodolfo qui cellam Othmarsheim conſtruxit, dicente, ut divi- " derent locum &c. " Radebotonis itaque frater Rudolphus Othmarsheimenſe in Alſatia monaſterium inſtituit. (*a*) Radebotonem inter Kanzelini filios ultimo loco poſui, quod ipſe propagator fuit Habsburgicæ gentis, in charta An. MXXIII. Comes in Pago *Chlegauwe* appellatus. (*b*) De Radebotonis uxore Actuarius Murenſis ita ſcribit: (*c*) " Radeboto accepit de partibus Lotharingorum uxorem, nomine Itam, " ſororem Theodrici Ducis ac Wernharii Argentine civitatis Epiſcopi. . . . Ita inqui- " fivit conſilium à fratre ſuo Wernhario Epiſcopo. . . . Ita & Wernharius Comitem " Chouno, fratrem ſuum de matre, patrem autem Rudolfi Regis elegerunt. &c.

Radeboto & Ita.



(*s*) Guillimannus *Habsburg.* Lib. IV. pag. 166. quartum filium Kanzelino dat Landolum, ex Actis Murenſibus eum ſibi compertum afferens, in quibus altum tamen de Landolo ſilentium.

(*t*) Ap. Herro. Tom. II. num. 168. Circa inſtrumenti hujus authentiam dubia quædam obverſantur. Inſolitus plane eſt titulus: *Ego Wernharius Strasburg. Epiſcopus & caſtri Habsburg. fundator.* Deſunt locus, dies, teſtes, magni hujus generis inſtrumentorum defectus; quin imo Actuarius Murenſis haud obſcure teſtamentum hoc falſi arguit, quod Wernharius afferat, ſe conſtruxiſſe monaſterium Mure & diciſſe eccleſiam: " Qui hoc affirmant, " (inquit) penitus falluntur, quia nullus inventus " eſt, qui dixerit, ſe illum in hoc loco unquam " vidiſſe. " Ex iisdem porro Actis patet, eccleſiam An. MLX. demum fuiſſe dicatam, niſi forte Wernharius verbum *dicaſſe* alio quam ſacro ſenſu dedicationis pro *devoviſſe*, verbumque *conſtruxiſſe* pro *fundaſſe* acceperit. Illud negari non poteſt, inſtrumentum hoc ſi vel maxime ſuppoſititium ſit, ſeculi XI. partum eſſe, cum Henricus V. Imp. An. MCXIV. & Innocentius II. Papa An. MCXXXIX. illud confirmaverint, & ipſe Actuarius ad illud provocet: " Quod vero alia ſcriptura narrat, Wernharium eſſe " ſolum fundatorem, id ideo viris prudentibus " viſum eſt melius, quia ipſe in his tribus perſonis, " Radebotone, Ita & Wernhario, potior inventus " eſt.

(*u*) In Actis Murensibus.

(*x*) Koppii *Vindicia* pag. 251.

(*y*) Sic primus verba hæc explicuit Dominicus Tschudius in libello laud. to *de origine Comitum de Habsburg*, pag. 31.

(*z*) Wippo ap. Pistorium Tom. III. Hermannus Contr. ad An. MXXVII. edit. Basnag.

(*a*) Rudolpus Comes chartæ Birchilonis, Comitis, ut videtur, Briſgovie, qua bona quædam Sulzbergenſi Abbatiæ conferuntur, quamque Herrgottus exhibet Tom. II. num. 163. An. MVIII. nomen ſubſcripſit.

(*b*) Herro. num 166.

(*c*) Pag. 8. ſq.

Verba hæc Wernharium Epiſcopum ſtemmati Lotharingiæ Moſellanicæ Ducum inferere videntur. Lotharingicum Itæ genus extra dubium eſt. At exulat ex eo Wernharius, quod nomen in ſtemmate Habsburgico frequens; ut ex ipſis Actis Murenſibus addiſcimus. Lotharingicam hanc Itam Gerhardi de Alſatia, qui An. MXLVIII. Ducatum Lotharingiæ accepit, filiam VIGNERIUS (*d*) conſtituit. BLONDELLUS (*e*) Fridericum Ducem (*f*) & Beatricem, Hugonis Capeti, Galliæ Regis, ſororem, Itæ parentes aſſignat, „cujus frater quoque Lotharingiæ Dux An. MXXIV. deceſſit. Temporibus & rebus convenientior eſt conjectura Blondelli. Planum hinc etiam fit, qua ratione Chuono, Comes de Rheinfelden, Itæ & Wernharii frater nuncupetur in Actis. Non opus eſt, cum Eccardo ad Beatricem, Itæ matrem, aſcendere, quod hiſtoricæ veritati repugnat. (*g*) Sed Lancelinus I. Luitgardem, matrem Chunonis, jam viduam, ſi duxit uxorem, aut ſi, poſt fata Lancelini, ſecundis nuptiis ea peperit Chunonem, Chuno Wernharii Epiſcopi & Radebotonis ſit frater de matre.

## §. XVI.

Otto I. Radeboto tres filios reliquit, Ottonem I. Adelbertum I. & Wernharium II. (*h*) Otto I. Comes, inquit Actuarius, „poſt multos dies occiſus eſt ab Erinliero quodam „milite; ſepultus eſt in Argentina civitate, ante altare S. Laurentii.„ Necrologium Murenſe facinus ad An. MXLVI. ponit. Ottonem hunc in Sundgoviæ Pago Comitem fuiſſe, ex diplomate Conradi II. An. MXXV. conjicit ECCARDUS, quo Cæſar bona quædam in *Pago Smitgouue*, in *Comitatu Ottonis Comitis* ſita, Einſidlenſibus contulit. Hypotheſi huic KOPPIUS (*i*) opponit, quod Otto II. An. MXXV. minor adhuc ætate fuerit, Wernharius frater ejus cum nonniſi An. MXCVI. obierit. At HEERIUS (*l*) ætatem Wernharii aſſerto non obſtare exiſtimat. Sed cum Otto iſte, Sundgoviæ Comes provincialis, jam An. MIII. in chartis noſtris, ut in Landgraviis docebitur, occurrat, Koppianæ ſententiæ major vis accedit, & nos facile accedimus.

Albertus I. Alter filiorum Radebotonis Adelbertus I. frater Ottonis I. „cum moriturus eſſet „ad Hounigin (*m*) remiſit tertiam partem . . . & ſic defunctus eſt; cujus corpus „huc delatum, poſitum eſt in ſepulcrum patris ſui Radebotonis. (*n*)

Wernharius II. Tertius filiorum Radebotonis Wernharius, cognomento *pius*, An. MLXIV. dedicari fecit monaſterium Murenſe, illudque An. MLXXXII. omnimoda libertate donavit. Advocatus deinceps à monachis electus conſtituit, ut ſenior filiorum ſuorum advocatiam ab Abbate recipiat. (*o*) Inſtrumentum, quo hæc Romæ per Cardinales, abſente Pontifice, confirmata ſunt, memorabile eſt, quod in illo *Comitis de Habsburg* mentio prima occurrat. Cardinales ita loquuntur: „Egregius *Comes Wernharius de „Habspurg*, cum uxore & filiis ſuis, monaſterium, quod Mure dicitur . . . de juris „ſui ditione in jus ſedis Apoſtolicæ emancipavit . . . pro redemptione peccatorum „ſuorum,

(*d*) *Origine des maiſons* &c. pag. 108.

(*e*) *Præfatio apologet.* LXX. Blondellum ſecutus eſt ECCARDUS loco cit. pag. 75.

(*f*) Qui ab An. DCCCCLIX. uſque ad DCCCCLXXXIV. Ducatum hunc rexit.

(*g*) Neceſſe hinc foret ſtatuere, Beatricem poſt mortem Friderici, Lotharingiæ Ducis, ad ſecundas nuptias tranſiviſſe, id quod hiſtoricis monumentis ignotum. Fridericus An. DCCCCLXXXIV. defunctus eſt. Beatrix ad An. MXI. uſque Lotharingiæ Ducatum adminiſtravit, ut BAYONUS Cap. CXVI. & S. Maximi Barrenſis chaita ap. CALMET. *Hiſt. Lothar.* Tom. I. Probat. col. 197. edit. poſter. teſtantur. Ea ubi ſchema Eccardi.

Beatrix ſoror Hugonis Capeti nupſit
1. Friderico Lotharingiæ Duci.
2. N. de Rheinfelden.

| 1. Theodoricus Dux. | 1. Ita, Radebotonis conjux. | 2. Cuno de Rheinfelden. |
|---|---|---|

Schema noſtrum:

Luitgardis nupſit
1. Lancelino Comiti, Habsburgenſium ſatori.
2. N. de Rheinfelden.

| 1. Radeboto. uxor Ita Lotharingica, Genovis de matre fratria. | 1. Wernharius Epiſcopus Arg. Cunonis Rhinfeldenſis de matre frater. | 2. Cuno de Rheinfelden, Itæ & Wernharii de matre fratri. |
|---|---|---|

(*h*) Sic Acta Murenſia, ſpeciatim Genealogus & Necrologus Murenſis.

(*i*) *Vindic. Actor. Mur.* pag. 95.

(*l*) *Anonym. Mur. denud.* pag. 158.

(*m*) Videtur eſſe Huninga Sundgoviæ prope Baſilcam.

(*n*) Acta Murenſia.

(*o*) Ibidem.

„ ſuorum, & uxoris ſuæ Regulindæ, & filiorum, parentumque omnium. „ (*p*) Caſtrum Habsburg circa An. MXXVII. ut vidimus, fuit exſtructum. Titulus tamen Comitis de Habsburg ante hoc inſtrumentum nullibi memoratur. Memoratur vero brevi poſt in diplomate Henrici V. Imp. eidem Abbatiæ An. MCXIV. dato. (*q*)

## §. XVII.

Wernharius II. gentis ſuæ propagator, qui An. MXCVI. obiit, (*r*) ex uxore ſua *Regulinda*, An. MXC. defuncta, (*s*) duo, reliquit filios, Ottonem II. & Adelbertum II. quos ex Actis Murenſibus novimus, filiamque *Itam*, cuidam de Thierſtein nuptam, quem Eccardus Rudolphum, Urſtiſius Wolthartum nominat. Wernharii II. liberi.

Adelbertus II. natu minor fratrique ſuperſtes Ottoni in advocatia Murenſis cœnobii ſucceſſit, & in Comitatu ſuperioris Alſatiæ ſucceſſiſſe videtur. Recurrit in chartis An. MCXIV. XXV. (*t*) & in charta anecdota monaſterii Backenang, qua Hermannus, Marchio Badenſis, monaſterio huic prædium An. MCXXXV. donavit in *Pago Hiemingen*, *in Comitatu Adelberti*. Idem obſidioni caſtri Winſperg An. MCXL. interfuit, & teſtis ſubſcripſit chartæ Einſidlenſi menſe Novembri; paulo poſt diem obiens ſupremum. Narrant Acta Murenſia, An. MCXXVIII. prædium, quod Adelbertus Abbatiæ dederat, fuiſſe vaſtatum, & poſt XII. annos Comitem obiiſſe. Uxor Adelberti *Judenta* fuit, ut eadem nos docent Acta. Sobolem tamen ex ea non ſuſcepiſſe videtur. Adelbertus II.

Wernharium III. Ottonis II. filium, Adelberto ſucceſſiſſe, ex Actis quoque Murenſibus elicimus. Otto II. poſt fata patris advocatus Murenſis pro eo conſtitutus eſt. " Comes vero Otto cum per aliquot annos advocatiam teneret, in ipſius Uodal„ rici Abbatis ſecundo anno, VI. idus Novembris, ab Heſſone quodam nobili de „ Veſinberg in domo ſua Buotenheim interfectus eſt, corpusque ejus huc delatum „ poſitum eſt in clauſtro noſtro ante januas eccleſiæ, ubi pater ejus & mater, „ Reglind nomine, ſepulti ſunt. „ (*u*) Annus Udalrici Abbatis ſecundus incidit in An. MCXI. ut liquet ex Actis, quæ Udalricum Ruperto Abbati XII. anno poſt fata Wernharii ſucceſſiſſe referunt. Conſentit Necrologium Murenſe ad An. MCXI. d. 8. Nov. Ad eundem fere diem, ſcil. nonas Nov. Necrologium Einſidlenſe figit mortem *Ottonis Comitis de Alſatia*, qui Abbatiæ Eremi dedit bona in Bartenheim, vico Sundgoviæ. Ottonem hunc, Einſidlenſium benefactorem, eundem cum noſtro Ottone II. eſſe, veriſimile eſt. Otto II.

## §. XVIII.

Filium Ottonis II. Wernharium III. ex inſtrumento circa An. MCXLV. ſcripto & Actis Murenſibus adjecto, conjicit Herrgottus. Legitur ibi *Comes Otto pater VVernheri Comitis de Habspurg.* (*x*) Conſentit Genealogus Murensis his verbis: "Otto „ genuit Wernherum & Adelheidem de Huneburg „ Wernhero & Adelheidi Vignierius Rudolphum addit; addunt alii Ottonem, qui Epiſcopus Conſtantienſis fuerit, rectius ad Zaringenſes referendus. Wernharium III. Ottoni patri & Adelberto patruo ſucceſſiſſe autumo, quod in Actis Mur. (*y*) Adelbertus monaſterio prædium quoddam contuliſſe ſcribitur, quod *nepos ejuſdem VVernharius Comes* vi abſtulerit; dubitatque Wernharius III.

Nnn 2

(*p*) Literæ in *Actis Mur.* extant pag. 27. Non expreſſus eſt annus. Koppius ad An. MXCIV. Heeſius ad An. MXCIX. eas refert.

(*q*) Diploma hoc Actis quoque Murenſibus inſertum eſt. Cognomina Nobilium, à Pagis, Caſtris & Dominiis ſumta, apud Germanos & Gallos nonniſi ſec. XI. addi cœpiſſe novimus. Apud Italos id paulo citius invaluit. Vid. Murator. *Antiquit. Ital.* Tom. III. col. 771. Antea ſimpliciter in Actis ſcribebatur: *ſub Babone Comite*; *ſub Wariro Comite*, aut *in Pago Suntgowe*, *in Comitatu Ottonis Comitis* &c. adeoque Comitatuum nomina cum Comitibus tum mutata fuerunt. Poſtquam autem temporaria Comitum Pagenſium & provincialium officia, ad Ducatuum exemplum, ſec. XI. hereditaria fieri incepiſſent, Comites Comitatuum nomina nominibus ſuis adjicere cœperunt. Imo Comitum horum ſtirpes exemplum & illi imitati ſunt Comites, qui ſine Comitatu fiſcali *Comitis* tamen elogio fuerunt inſigniti. Comites hi fundi ab aedibus & caſtris allodialibus ſibi nomen ſumſerunt; unde ſec. XII. *Comes Arnolfus de Lenzburg*; *Adelbero Comes de Froburg*. Horum in numero quoque fuerunt Comites de Habsburg, qui, cum titulos multiplicandi uſus invaluiſſet, Comitatum hunc ſuum allodialem præſtantio-i Comitis provincialis ſeu Landgravii titulo in chartis & in uſu communi prætulerunt; ob id ipſum fortaſſis, mere allodialis propriuſque quod fuerat.

(*r*) Acta & Necrolog. Abbatiæ Murenſis.

(*s*) Necrolog. Mur. d 28. Jun.

(*t*) Herro. Tom. II. num. 195. 196. 199. 201.

(*u*) Acta Mur. ap. Kopp. pag. 29. ſq.

(*x*) Herro. Tom. II. num. 225.

(*y*) Pag. 90. ſq.

dubitatque Actuarius, prædium aliud, quod *uxor Adelberti Comitis, nomine Judenta*, ecclesiæ Murensi dederat, num illi auferat, an dimittat. Comparet Wernharius hic in chartis ab An. MCXLII. usque ad An. MCLXII. (*z*) Anno sequenti eum obiisse GUILLIMANNUS (*a*) conjicit, quod postea temporis nusquam legatur.

Wernhario III. Guillimannus & Blondellus conjugem Gertrudem de Starckenberg, Vignierius Itam quandam de Homberg, HOZIERIUS (*b*) Itam de Thierstein, nescio quo fundamento, assignant.

## §. XIX.

Genealogi Mur. nodus

Acta Murensia, sub Wernhario III. scripta, quod dolemus, heic desinunt. Genealogus progreditur ulterius, ita tamen, ut masculæ stirpis Guntramni Divitis interitum cum Wernhario III. iudicare videatur; quam Ita de Habsburg, Thiersteinio Comiti nupta, Habsburgico tamen sub nomine, continuaverit. *Ita de Habspurg*, ait Genealogus, Radebotonis conjux, *genuit VVernherum* (II.) *Comitem. . . VVernherus* (II.) *genuit Ottonem* (II.) *& Itam de Tierstein. Otto* (II.) *genuit VVernherum* (III.) . . . . *Ita de Tierstein sive Homberg genuit VVernherum & Rudolfum de Habspurg. Idem VVernherus genuit Adelbertum* (III.) &c. Gordius hic genealogiæ Habsburgicæ nodus est, quo in solvendo diversas Critici vias ingressi sunt, quos inter medii nos cum Dominico Tschudio, Murensi olim Abbate, (*c*) incedentes, Genealogi verba in hunc modum explicamus: *Ita de Habspurg genuit VVernherum* II. *Comitem. . . VVernherus* II. *genuit Ottonem* II. *& Itam de Tierstein. Otto* II. *genuit VVernherum* III. . . . *Ita de Tierstein* (i. e. de Habsburg, Thierstteinensi Comiti nupta) *genuit VVernherum & Rudolfum de Habsburg.* (de Thierstein, & si maternum genus spectes, de Habsburg) *Idem VVernherus* III. (de quo supra dictum est,) *genuit Adelbertum* III. &c. Expositionem nostram ex schemate, quod heic subjungimus, genealogico Lector facilius intelliget:

Wernharius II. † MXCVI.

| Otto II. † MCXI. | Ita de Thierstein. |
|---|---|
| Wernharius III. † MCLXIII. | Wernherus & Rudolfus, Comites Thierstteinenses, improprie dicti de Habsburg. |
| Adelbertus III. propagator Habsburgi Comitum. | |

## §. XX.

Aliorum explicatio.

Genealogum autem stricte sequitur PEIRESKIUS, Habsburgensium opes per Itam Habsburgicam, Thierstteinio Comiti nuptam, ad Thierstteinios transivisse arbitratus; qui tamen Habsburgico nomine, quod illustrius esset, appellari maluerint. Peireskium PETR. GASSENDUS, (*d*) THEOD. & JACOBUS GODEFREDI, (*e*) ANT. DOMINICUS, (*f*) MABILLONIUS; (*g*) inter Germanos FRIDER. HAHNIUS (*h*) sequuntur. (*i*)

Alii Genealogum arguunt erroris, quod Thierstteinensem & Hombergensem, diversissimas gentes, confuderit, & Itam de Homberg, Wernharii III. uxorem, cum Ita Thierstteinensi, Wernharii I. filia, eandem putaverit. Sententiam hanc VIGNIERIUS, (*l*) BLONDELLUS, (*m*) GUILLIMANNUS, (*n*) CHIFLETIUS, (*o*) SCHOENLEBENIUS

(*z*) Ap. HERRG. Tom. II. num. 220. sq. GUILLIMANN. *Habsburg.* pag. 286. 295.
(*a*) *Habsburg.* loco cit.
(*b*) In notis mss. ad *Vignierium.*
(*c*) *Orig. & Genealog. Habsburg.* pag. 101. sq. Miror ergo Illustri SCHILTERO *Observat. XIX. ad Königsh.* pag. 1066. excidere potuisse, ut scriberet, Dominic. Tschudium probare conatum esse, Austriacos per feminas modo ex Habsburgicis derivari.
(*d*) *Vita Peireskii.*
(*e*) *Origine de la Maison d'Autriche* 8vo. Paris MDCXXIV. *De jure precedentiæ* Part. I. pag. 73.
(*f*) *Assertor Gallicus* pag. 164.
(*g*) *Itiner. Germ.* pag. 24. & *Analect.* Lib. IV. pag. 22.
(*h*) *Histor. Imp. Germ.* Part. II. Cap. VII. pag. 265.
(*i*) Systema Peireskianum hoc est:

Wernharius II.

| Otto II. | Ita de Thierstein. |
|---|---|
| Wernharius III. gentis ultimus. | Wernharius IV. & Rudolfus Thierstteinii Comites. |
| | Adelbertus III. fator Habsburgo-Austriacorum. |

(*l*) Qui in præfat. Genealogiam Murensem *non Genealogiæ mal datæ* vocat.
(*m*) *Pleiior assertio* Tom. II. pag. 363.
(*n*) In *Habsburgiacis* passim.
(*o*) *Lumin. prærogat.* pag. 325.

NIUS (*p*) tuentur, atque hinc apud Genealogum legunt: *VVernherus* (II.) *genuit Ottonem* (II.) *& Itam de Tierſtein. Otto* (II.) *genuit VVernherum* (III.) . . . *Ita de Tierſtein* (Wernheri III. conjux) *genuit VVernherum* (IV.) *& Rudolfum de Habsburg. Idem VVernherus* (IV.) *genuit Adelbertum* (III.) &c. (*q*)

A Vignieriana hac expoſitione in eo diſcedunt ECCARDUS, (*r*) CAROLUS LE GENDRE, (*s*) HERRGOTTUS, (*t*) quod Wernherum III. & Wernheri IV. ac Rudolfi ex Ita Thierſteinenſi ſeu Hombergenſi, & Alberti III. ex alia conjuge, Gertrude, patrem exiſtiment. (*u*)

## §. XXI.

Has inter Genealogum Murenſem explicandi rationes Tſchudiana præ ceteris ſua ſe ſimplicitate commendat. Rudolfus ille Habsburgicus ſane, quem Wernherus III. ex Ita Hombergica ſuſceperit, nullis in monumentis comparet, id quod contra Vignierium & Eccardum notamus. Porro obſervo, quod Genealogus nullum generationis gradum per voculam *Idem* inchoare ſoleat; haud levi indicio, Wernharium, Alberti III. patrem, non eundem eſſe cum illo, qui præcedit proxime, Wernhero nempe, Itæ de Thierſtein filio, ſed altius eſſe requirendum. Itæ Thierſteiniæ filii, Wernherus & Rudolfus, male Habsburgici à Genealogo dicuntur, quum Thierſteinii fuerint, ab URSTISIO (*x*) in Thierſteinenſium Comitum genealogia memorati. Murenſis Genealogi, *Habsburg* pro *Thierſtein* ſcribentis, error, auctori an librario tribuendus, definiverit nemo. Hujus generis peccatum à ſcriptore, qui Habsburgenſium tabulam genealogicam nectit, quam facile poteſt commitii? Thierſteinii ad An. MDXIX. uſque duraruut, diverſo ab Habsburgenſibus titulo & inſignibus uſi, (*y*) nihilque cum illis habentes commune. Nec in Hombergenſium ſtemmate, quod URSTISIUS nectere ſtuduit, de Habsburgicis quidquam occurrit. Monet URSTISIUS, ſe An. MCLXXIX. Wolfhartum de Thierſtein, Itæ Habsburgicæ maritum, adeoque patrem Rudolfi, An. MCLXXX. viventis, réperiſſe. Idem denique URSTISIUS, Thierſteinenſium bona fuſe enumerans, nihil terrarum prodit, quod ad Habsburgicos pertinuerit unquam, aut quod ab ipſis profectum. Quodſi hæc obſervaſſet Peireskius, duplici Actorum Murenſium editione, Lutetiæ facta, ſuperſedere potuiſſet, quod ſimplici hac verborum Genealogi expoſitione Habsburgica Domus, quam impugnat, in ſalvo eſt, nec in Thierſteinenſem per Itam, ut Peireskius crediderat, transivit. Quin & hoc modo evidens fit, Wernharium III. Habsburgenſem Adelberti III. Habsburgi & Alſatiæ Comitis, fuiſſe genitorem. Matrem Adelberti non definimus; quodſi tamen Itam de Homberg huc referre placuerit, non equidem refragor. Genealogo Murenſi occaſionem hinc natam fuiſſe diceres, ut cum Ita Thierſteinia, Wernheri II. filia, eam confunderet. Sic Peireskius, Auſtriacos læſurus, non læſit.

Expoſitionis noſtræ ratio.

## §. XXII.

Adelbertus III. duas forores, ex Genealogo Murenſi cognitas, habuit, *Gertrudem de Mumpelgard*, Theodorici Montisbelgard. Comitis uxorem, *atque Richenzam de Fierrito*, nupta, ut Eccardus putat, Johanni de Phirreto. Cum autem ætas illa nullum Johannem Phirretenſem, quantum novimus, protulerit, Ludovici Phirretenſis, qui ea circa tempora vixit, potuit eſſe uxor. Adelbertus III. in charta Murenſi An. MCLXVIII. occurrit. (*z*)

Adelbertus III.

Hic in Trudpertina An. MCLXXXVI. *Landgravii Alſatiæ* titulo uſus eſt primum; qua Luitfridum, Otpertum & Rampertum, *prædeceſſores & progenitores* ſuos vocat.

*Monum. Landgrav. Sup. Tab. I.*



(*p*) Diſſ. *de Domo Habsburg.*
(*q*) Ex ſtemma Vignierianum:

Wernharius II.

| Otto II. | Ita de Thierſtein. |
|---|---|
| Wernharius III. ux. Ita de Thierſtein ſive de Homberg. | Cens Thierſteinia |
| Wernharius IV. | Rudolfus. |
| Adelbertus III. | |

(*r*) *Orig. Habsb.* Lib. II. Cap. V.
(*s*) *Antiquités de la Maiſon de France* pag. 369.
(*t*) *Genealog. Habsb.* Tom. I. Conf. HERRGOTT *Anonym. dentid.* pag. 170.
(*u*) Expoſitio Eccardiana ita ſe habet:

Wernharius II.

| Otto II. | Ita de Thierſtein. |
|---|---|
| Wernharius III. ux. 1. Ita de Homberg. 2. Gertrudis. | Cens Thierſteinia |

1. Wernharius IV. & Rudolfus. 2. Adelbertus III.

(*x*) *Chron. Baſil.* Lib. I. Cap. V. pag. 16.
(*y*) Ibidem. De Hombergenſibus pag. 35. ſq.
(*z*) HERRG. Tom. II. num. 238.

*Adelbertus Comes de Habspurg, Elſatiæ Lantgravius, cognomento Dives*, d. 25. Nov. An. MCXCIX. obiit, teſte Necrologio Murenſi. (*a*) Uxorem duxerat Itam de Pfullendorf. Genealogus Mur. ſcribit: " Albertus per Itam Comitiſſam de Pfullendorf, filiam ſororis Ducis Welph, genuit Ruodolfum & Comitiſſam de Linigen. " Filia ergo fuit hæc Ita Rudolphi, Comitis Brigantini & de Pfullendorf, ex Wulfhilde, filia Henrici Nigri, Ducis Bavariæ, qui filium habuit Welphonem IV. fratrem Wulfhildis. (*b*)

## §. XXIII.

Epocha lucida. Ab Adelberti hujus temporibus in clariſſima luce verſatur genealogia Habsburgica; lampadem præferente ipſo Romanorum Rege Rudolpho in charta An. MCCLIX. qua ea, quæ *progenitores noſtri*, inquit, *Comites videlicet Albertus, nihi Lantgravio pater. . . . Rudolfus avus, Albertus proavus*, poſſederant, bona monaſterio Wettingenſi vendidit. (*c*)

Rudolfus I. Proavus ergo Rudolfi Habsburgici fuit hic noſter Albertus III. Dives; avus Rudolfus I. quem & Genealogus Mur. Alberti filium prodit. Rudolfus hic ab An. MCXCIX. uſque MCCXXXII. in chartis ſæpiſſime occurrit. (*d*) An. MCCXXVII. *Ruodolfus, Dei gratia Lantgravius Alſatiæ & Comes de Habspurg*, eccleſiæ Beronenſi donationem fecit. (*e*) *Principis* elogium inſtrumentum Montis Angelorum An. MCCX. ei tribuit. (*f*) Obiit An. MCCXXXII. quo Wettingenſibus adhuc quædam donaverat. Sed d. 11. Aprilis ejuſdem anni Albertus & Rudolfus, filii ejus, Beronenſi eccleſiæ duas ſcopoſas *pro remedio animæ patris noſtri R. Comitis de Habspurg* tradiderunt. (*g*) De uxore & liberis ejus Geneographus Mur. hæc tradit: " Ruodolfus per Agneſam, " filiam Goetfridi de Stouffen, quod eſt inter Wormaciam & Spiream, genuit " Albertum, Ruodolfum, Wernherum, Helwigam, Gerdrudem, uxores Hermanni " & Ludwici fratrum, Comitum de Froburg. " Wernherus alibi non legitur.

## §. XXIV.

Albertus IV. Rudolfus II. & Albertus IV. cum patre ſuo Rudolfo I. memorantur in charta An. MCCXXVI. Beronenſi eccleſiæ data. (*h*) Rudolfus, cognomen *Tacituri* nactus, ſator fuit Comitum Habsburgo-Lauſenburgenſium & Kiburgenſium poſteriorum, quos fuſe recenſet HERRGOTTUS. (*i*) Alſaticis rebus intenti, Alberti IV. proſapiam, in Alſatia ſuperiore dominantem, exponemus. Hunc filium Rudolfi I. fuiſſe, ex Geneographo Murenſi, charta An. MCCX. & MCCXXVII. aliisque addiſcimus. *Sapientis* ille agnomen meruit. An. MCCXV. *Albertus Dei gratia Provincialis Comes Alſatiæ* monaſterii Trudpertini libertati proſpexit. (*l*) Sepiſſime deinceps redit in chartis. Cum fratre Rudolfo hereditatem omnem diviſit; ipſe terras in Alſatia allodiales accepit. Landgraviatum autem ambo ſervarunt communem. (*m*) Annum obitus monumenta non produnt. Obiiſſe tamen videtur circa An. MCCXL. quod triennio poſt filii ejus ſoli leguntur. In partibus transmarinis deceſſit. (*n*) GUILLIMANNUS (*o*) in Alſacionis reſtauratione eum credit periiſſe. *Helwigem*, filiam Ulrici Comitis Kiburgenſis, habuit uxorem, Geneographo Mur. & Alberto Argent. teſtantibus. ALBERTUS (*p*) Comitem Kiburgi ultimum, Helvigis fratrem, Rudolfi Habsburgici *avunculum* appellat. Conſentiunt diplomata. An. MCCXLIII. Albertus V. Alberti hujus filius, matrem ſuam vocat Heilwigem Comitiſſam. (*q*) Necrologium Murenſe mortem ejus ad 30. April. MCCLX. memorat: *Helewig Comitiſſa de Kiburg, mater Rudolphi I. Regis Romanorum.*

## §. XXV.

Liberi ejus. Suſcepit Albertus IV. ex Helwige filias duas, *anonymam*, quam Guillimannus Eliſabetham vocat, Friderico Zollerano, Burggravio Noriberg. deſponſatam; cujus filium Fridericum Albertus Argent. conſobrinum Rudolfi Imp. nuncupat. Filia altera *Cunegunda*

(*a*) Idem Tom. III. pag. 838.
(*b*) Anonymus *de Guelphis* ap. LEIBNIT. *Rer. Brunsvic.* Tom. I. pag. 805.
(*c*) HERRG. Tom. II. num. 431.
(*d*) Ibid. num. 265.— 291.
(*e*) Alſatiæ Lantgravius quoque in chartis An. MCCVII. MCCX. MCCXI. MCCXIII. MCCXXVIII. MCCXXXII. appellatur.
(*f*) HERRG. Tom. II. num. 263.
(*g*) Ibid. num. 292. coll. num. 295.
(*h*) HERRG. num. 281.
(*i*) Tom. I. Lib. IV. Cap. I. ſq.
(*l*) HERRG. Tom. II. num. 270.
(*m*) Ibid. num. 311.
(*n*) Charta ibid. de An. MCCLXXIX. num. 587.
(*o*) Add. FUGGERI *Specul. Auſtr.* Lib. I. Cap. VI.
(*p*) *Chron.* pag. 99.
(*q*) HERRG. Tom. II. num. 334.

*Cunegunda* Comiti de Kuſſenburg nupſit, poſtque obitum ejus Ottoni de Ochſenſtein; quod Albertus Argent. verbis diſertis exprimit & conſentiens habet diploma Rudolfi I. An. MCCLXXXVII. in quo memorat Adelhaidem conjugem Rudolfi de Saden, ſororis ſuæ de Ochſenſtein filiam. Immerito ergo Rudolfum ſorores habuiſſe negavit Herrgottus.

Suſcepit præterea Albertus filios tres, *Rudolfum*, *Albertum* V. Canonicum Baſil. & Argentinenſem, atque *Hartmannum*, qui junctim comparent in chartis An. MCCXLII. & XLV. (*r*) Hos inter Rudolfus Alſatiæ Landgraviatum poſſedit, ſtirpemque ſolus propagavit; qui An. MCCLXXIII. in Regem Rom. electus Germaniæ quietem reddidit, & ad An. MCCXCI. uſque regnavit.

## §. XXVI.

De numero uxorum Rudolfi I. Imp. veraque filiorum ejus, præcipue Alberti, à quo Domus Auſtriaca prodiit, matre controverſia eſt; aliis tres, (*s*) Gertrudem de Froburg, Annam de Hohenberg & Agnetem Burgundicam; aliis duas, (*t*) Annam & Agnetem, Rudolfo conjuges tribuentibus; illisque Gertrudem, his Annam liberorum ejus genitricem reputantibus. Annam Hohenbergicam ſobolem Rudolfo peperiſſe numeroſam, teſtatur Albertus Argent. (*u*) ipſe Hohenbergenſis, & quidem nepos Alberti, fratris Annæ, ut *Alſatia noſtra literata* docebit; adeoque gravis & domeſticus teſtis. Chronicon Colmar. (*x*) à coætaneo Ord. Domin. cœnobita conſcriptum, Rudolfum, cum Rex Rom. eligeretur, uxorem habuiſſe *filiam Burchardi de Hohenberc* docet. *Annam* matrem ſuam Albertus, Rudolfi Annæque filius, profitetur in chartis An. MCCLXXXI. (*y*) & MCCXCVI. (*z*) Ipſa denique idem teſtatur Anna mater in charta An. MCCLXXVII. (*a*) Obiit hæc Vindobonæ, & Baſilææ ſepulta eſt. (*b*) Matre moriente Albertus, filius ejus natu major, minimum annos habuit viginti; quod filius natu minor Hartmannus, paulo poſt Rheni aquis abſorptus, annorum octodecim fuerat adoleſcens. Illa ergo documenta, quæ intra An. MCCLX. & MCCLXXXI. ſcripta ſunt, ſi aliud uxoris Rudolfi nomen, quam Annæ annuntiant, vel interpolata ſunt, vel Annam *Gertrudis* nomine uſam quoque fuiſſe dicendum, (*c*) niſi bigamum pronuntiaris Rudolphum. Ad cynoſuram hanc Wettingenſis & Engelbergenſis chartæ, (*d*) quæ dubium in hoc argumento moverunt, dijudicandæ ſunt. Rudolfi I. Imp. uxores.

Secundis nuptiis Rudolfus An. MCCLXXXIV. Agnetem Burgundicam duxit uxorem, quam ex Gallia ortam dicit Annalista Colmar. (*e*) De parentibus ejus disquiritur. Paradinus & ex eo Ansielmus (*f*) eam *Eliſabetham* vocant, filiamque Hugonis IV. Burgundiæ Ducis, ex Beatrice, Comitiſſa Campaniæ, ſuſceptam volunt, quæ mortuo Rudolfo nupſerit Petro de Neauſſe. At errorem hunc jam pridem notavit

(*r*) Ibid. num. 324. & 340.

(*s*) Tschud. *Chron. Helvet.* Part. I. pag. 182. Jo. Rud. Fatio in Diſſert. *de Rudolpho Habsb. mundum Rege* pag. 27. ſq. Jac. Christoph. Beck in not. ad *Urſiſii Epit. Hiſt. Baſil.* Germ. pag. 149.

(*t*) Hugon *Oeſterreich. Ehrenſp.* Lib. I. Cap. VI. pag. 54. & reliqui ſcriptores Auſtriaci omnes.

(*u*) *Chron.* pag. 204. ſq. ubi: " Rex Rudolfus " cum Anna de Hohenberg, ſorore Alberti de Hohen- " berc, habuit tres filios: inter alios Rudolfum, Alber- " tum & Hartmannum . . . item habuit ſex filias &c. Conf. pag. 206. ubi Vallem Alberti ſeu Vilerenſem cum Anna hac in Rudolfum translatam refert.

(*x*) Pag. 40. ad An. MCCLXXIII.

(*y*) Herr. num. 596. ubi: Albertus & Hartmannus de Habspurch & Kyburch Comites, Iantgravii Alſatiæ, Sereniſſ. Dom. R. Rom. Regis filii . . noverint . . quod cum Sereniſſ. Domina & *genitrix noſtra Anna* &c.

(*z*) Ibid. num. 679. ubi Albertus: " illuſtris " quondam Domina *Anna*, claræ memoriæ Roma- " norum Regina, *genitrix noſtra* chariſſima.

(*a*) Ibid. num. 568. ubi: " *Anna* D. gr. Ro- " manorum Regina, *Albertus* & *Hartb. fratres*, " Comites de Habispurg & de Kiburg, Alſatiæ Lant- " gravii, *ejuſdem filii*.

(*b*) *Chron. Colmar.* pag. 47.

(*c*) Quod placet Herrio in *Anonym. Mer. demud.* p. 345. & erudita Diſſert. ſtabilivit Ampliſſ. Herrerus, Conſil. Aul. & Archivar. Bada-Durlac. in *Carlsruher nutzliche Sammlungen* Par. Ic. XI. & XII. An. MDCCVIII.

(*d*) Ap. Herro. num. 524. ubi Rudolfus nondum Rex An. MCCLXXIII. monaſterium Wettingenſe *perdilecta Domi. Gertrudi, uxori meæ*, 60. marcas argenti dediſſe fatetur, pro quibus ipſe conſenſu *Alberti & Hartmanni, filiorum noſtrorum*, monaſterio huic varia prædia oppigneravit. Eodem anno *G. Comitiſſa de Habspurg & de Kyburc, Alſatiaque Lantgravia, tutu Dei in Reginam Rom. electa*, ad miniſtros ſuos literas ſcripſit. Ibid. num. 529. ſigillum inſtrumento priori apperſum prodixit Herro. Tom. I. tb. 18. num. 5. in quo *Cerd. de Habsb. & Kib. Comt. Alſac. Lantgravia.*

(*e*) Ad An. MCCLXXXIV. pag. 19.

(*f*) *Hiſt. genealog. de la France* Tom I. Cap. XIX. pag. 546.

notavit CHESNIUS. (*g*) Omnia ſane monumenta ſecundam Rudolfi conjugem produnt Agnetem, quam ALBERTUS ARGENT. (*h*) filiam ſororis Regis Franciæ conſtituit. At vero Robertus II. Burgundiæ Dux, Hugonis IV. filius, in matrimonio habuit Agnetem, filiam Ludovici IX. ſororem Philippi Audacis, Franciæ Regum. (*i*) Roberti hujus & Agnetis filia, vivo adhuc avunculo ſuo, Galliæ Rege Philippo, quatuordecim circiter annos nata, Rudolfo I. ſeni nupſit; unde *juvenem* eam Albertus Argent. appellat; quæ marito ſuperſtes, eodem Alberto teſte, in patriam ſatis egens reverſa eſt.

## §. XXVII.

Epilogus. Habsburgicæ hæc genealogiæ ratio eſt, quæ ab Etichone per Adelbertum & Luitfridigenas ad Guntramnum uſque Divitem, ab eo ad Rudolfum uſque Cæſarem, adeoque Epochis ſub duabus, procedit; quarum prior minus lucida, altera lucidior; utraque infantiam Gentis repræſentat, qua circa matrem Alſatiam vagata, intra Alſatiæ, Briſgoviæ & Helvetiæ ſe continuit limites. A Rudolfi temporibus viguit adoleſcentia Domus, donec ſub Carolo V. ad heroicam illam aſcendiſſet juventam, qua affectaverat imperium orbis. Poſt Rudolfum I. omnia prono alveo profluunt; unde à *Luitfridigenis* ad ſecundam Etichonidum retrogredior lineam, quæ per Etichonem II. & *Eberhardigenas* Egisheimenſes ad Gerhardum uſque, Lotharingiæ Ducem, & Flandriæ Comites, ex eo natos, deſcendit; ad Habsburgo-Auſtriacos tum demum rediturus, ubi Landgraviorum ſuperioris Alſatiæ mihi prodenda eſt ſeries. Fata Auguſtæ Domus extra Alſatiam magnis voluminibus pridem illuſtres retulerunt Hiſtorici. Illam autem Etichonidum lineam, quam Hugo, tertius Etichonis I. filius, condidit, quæque adeo Hugonidas complectitur, & brevis modo temporis fuit, primo jam Alſatiæ Illuſtr. volumine (*l*) expoſui. In Luitfridigenis vero cum Habsburgici regnent, Helveticæ Chartæ, ab Herrgotto collectæ, magno nobis adjumento fuerunt, quod grata mente agnoſcimus. Luitfridigenæ enim fortunarum ſuarum ſedem ex Alſatia in Burgundicum Helvetiæ tractum transtulerunt mature. Alia Eberhardigenum conditio eſt. Stemma hoc præcipue ex Alſaticis eruimus Chartis, quarum antiquiores Eccleſiaſtica Alſatiæ ſcrinia, à nobis excuſſa, ſuppeditarunt.

# *CAP. II.*

## EBERHARDIGENÆ EGISHEMIO - DAGISBURGICI.

## §. XXVIII.

Procemium. EBerhardigenæ in duos ſubdiviſi ſunt ramos, quorum unus Egisheimio-Dagsburgicos, alter Egisheimio-Lotharingos complectitur. Eberhardigenas appello, quod longa in iis Eberhardorum ſeries occurrit, qui non ab Eberhardo, Egisheimii conditore, ſed ab ejus patruo, Adelberti Ducis fratre, Etichone II. lineæ hujus fatore, deſcendunt. Eberhardigenæ hi in caſtro Egisheim ſedem ſuam cum fixerint, Egishei-

(*g*) *Hiſt. de Bourgogne* Tom. I. Lib. III. Cap. XII.

(*h*) *Chron.* pag. 104.

(*i*) ANSELME loco cit. pag. 54. SAINTE MARTHE *Hiſt. Genealog. de France* Tom. II. Lib. XXIV. pag. 600.

(*l*) Pag. 753.

# ETICHONE

## FAMILIA P

## EBERHAR

EBERHAI
Comes
Vid. Tom. I

HUGO I. Comes Nordgoviæ
& † circa 940.

EBERHARDUS IV. Comes, auctor fundationis monaſterii Altorfenſis, † ante 966.

Hugo II. Comes, Comitum Egisheim

ADELBERTUS I. Marchio Lotharingiæ 979. † poſt 1037. Ux. Juditha de Lucelburg.
*Sator Lotharingorum.*

GERHARDUS I. Comes † circa 1017. Uxor Eva, filia Sigefridi I. Comitis Lucelburgenſium S. Cunegundæ.

ADELHEID Francon ciæ orient trimoni ſteriore

ADELBERTUS II. Dux Lothar. 1044. † 1048. Uxor Jutta.

GERHARDUS II. Comes † 1047. Uxor patruelis Giſela.

GISELA Uxor patruelis ſui Gerhardi Com.

JUTTA monia lis 1024.

THEODORICUS Comes.

GERHARDUS *de Alſatia*, a. 1048. patruo ſuo in Ducatu Lotharingiæ ſuccedit, † 1070. Ux. Hadwidis, Alberti I. Comitis de Namur filia.

EBERHARDUS VI. Comes † circa 1000.

THEODORICUS *de Alſatia*, Dux Lothar. 1070. † 1115. Uxor Gertrudis, Roberti Friſonis Comitis Flandr. filia.

GERHARDUS, primus Vaudanimontis Comes ab Henrico IV. Imp. creatus † 1108. Uxor Hadwidis, Comitatus Egisheim. heres.

HADW Gerha monti mitat

SIMON Dux Loth.

THEODORICUS *de Alſatia* jure materno Flandriæ Com. † 1167. *Flandriæ Comitum Alſaticæ ſtirpis auctor.*

HUGO Comes Vaudanimontis Ux. Anna Ducissa Lotharingiæ; *Vaudanimontis Comitum Sator.*

ULRICUS Com. Egisheimenſis, Abbatiæ Pariſ. fundator 1134. † circa 1146.

STEPHANIA ux. Friderici Com. Phirr. Egisheimenſis Comitat. ex parte her.

GISELA Raynaldi Barrenſis

FOLMA mortuo 1135. U

Lotharingiæ Duces poſteri.

FOLMARUS IV. Comes Met. † improlis.

HUGO IX. Com. Dagsb. mortuoque fratre Metenſis, Advocatus Lucell. Andlav. & Neovillar. † circa 1180. Ux. Luitgardis de Sulzbach vidua Godofredi II. Brab. Ducis.

CLEMENTIA nupta Folmaro de Caltris.

HENRICUS III. Com. † ante 1210.

HUGO X. Comes.

ADELBERTUS II. Comes Dagsburg. † 1211. Ux. Gertrudis filia Hermanni

GUILIELMUS † 1200.

HENRICUS IV. † 1200.

GERTRUDIS he 2) Theobaldo C † 1225. gentis fi

Ad Pag. 474

# Æ GENTIS
# ) STERIOR,
# DIGENÆ.

*US* III.
a 900.
pag. 753.

Membris captus fit Monachus
: Hildegardis.

ignierii ſententia
um Sator.

GUNTRAMNUS, an. 966. adhuc ſuperſtes, familiæ Habsburg. auctor ſecundum Vignierium.

nupta 1) Heziloni, uci, 2) Conrado Franomiti: ex priore ma-*radi II. Imp.* ex po-*uloicæ gentis mater.*

Hugo Monachus.

HUGO III. Comes Nordgoviæ Abbatiæ Altorf. fundator 966. † circa 986. *Sator Egisheimenſium.*

SIGEFRIDUS † 1015.

EBERHARDUS V. Comes Nordgoviæ † ante 999. Uxor Bertha.

HUGO IV. Comes Nordgv. 1035. & 1040. fundator Abbatiæ S. Crucis † circa 1047. Uxor Heilwigis, Ludovici Com. de Dagsburg filia & heres.

MATFRIDUS I. Comes † ante 999.

Hugo V. Comes † circa 1010.

GERHARDUS II. Comes † ante 1050. Uxor Cuniza.

MATFRIDUS II. Comes † ante 1050.

GERHARDUS I. Comes † 1038. Uxor Petronix, filia Frider. Ducis Lothar.

BRUNO nat. 1002. Ep. Tull. 1026. Papa ſub nom. Leo IX. 1049. † 1055.

HUGO VI. Egisheim. & Dagsburgi Com. † ante 1049. Uxor Mathildis.

N. nupta Comiti de Calbe.

DIS nupta
o Vaudani-
omiti, Co-
gish. heres.

GERHARDUS III. Comes Nordgoviæ 1065. Advocatus S. Crucis † improlis.

SPANEHILDIS nupta Folmaro I. Comiti Met. Comitat. Dagsburg. heres.

HENRICUS I. Egisheim. Comes † 1050.

ALBERTUS I. Comes de Dagsburg & Muha † 1097. Uxor Ermenſindis, filia Conradi I. Comitis Luxemb.

xor
m.
38.

FOLMARUS II. Com. Dagsburg. & Met. † circa 1100.

GODEFRIDUS I. Comes Nordgoviæ 1097. † circa 1120.

HUGO VII. Com. Nordgov. † 1089.

BRUNO. OFFICIA.

HENRIC. II. Comes 1101.

S III. Com. Met.
fratre Dagisburg.
r Mathildis.

HUGO VIII. Comes Dagsburg. Advocatus Andl. & Altorf. † 1123.

THEODORICUS *Comes provincialis* 1129. † circa 1150.

GNES 1135.

ADELHEIDIS 1135.

GODEFRIDUS II. Comes Provincialis Alſatiæ 1159. & 1176. † circa 1180.

N. filia, nupta Sigeberto Comiti de Werde, *Landgravio Alſatiæ* 1196. † 1127.

etenſis & Muhanus
. Marchionis Bad.

HENRICUS Landgravius Alſatiæ Inf. 1226. † 1238.

s patris nupſit 1) Theobaldo Duci Lotharingiæ 1206.
panïæ Comiti, 3) Simoni Comiti de Leiningen;
poſtrema.

Egisheimenſium Comitum nomine in Annalibus innotuerunt & chartis. (*a*) Ex his Egishemii Comitibus Henricus III. Imp. ipſe quoque Egishemianus per aviam, non modo Leonem IX. Romæ Pontificem, ſed & Lotharingiæ Moſellanicæ Ducem transmiſit Gerhardum, (*b*) à quo Francifcus I. Imp. Rom. qui novam Archiducum Auſtriæ Dynaſtiam (*c*) nunc condit, ſuum genus derivat.

Egishemium caſtrum (*d*) Eberhardus, Adelberti, Alſatiæ Ducis, filius, Etichonis I. nepos, conſtruxit; qui in Murbacenſi Abbatia, ab ipſo fundata, ſepultus improlis An. DCCXLVII. deceſſit. Mortuo Eberhardo nullus Egishemii poſſeſſor per ſeſquiſeculum memoriæ proditur. Plurium tamen Eberhardorum & Hugonum ex Etichonidis, qui Egishemium poſſederant, ſeriem cum ſeculi X. & ſequentium chartæ ac monumenta exhibeant, ſubnata mihi eſt conjectandi occaſio, Egishemium à Luitfridorum linea, quæ ſenior erat, ad juniorem, quæ ab Etichone II. deſcendit, hoc eſt, ad Eberhardigenas transiviſſe, id quod primo jam volumine (*e*) oſtendi. Etichonis II. poſteri maximam licet bonorum ſuorum partem in Alſatia inferiore poſſederint, varias tamen ob cauſas portio hæc in ſuperiore illis accreſcere potuit.

Eberhardigenûm ſeriem ad Eberhardum uſque tertium primo Tomo perduxi; nunc exponendi ſunt poſteri.

## §. XXIX.

Eberhardus III. filium *Hugonem*, Comitum Egisheimenſium hujus nominis primum, reliquit. De Hugone Deicolianus Biologus (*f*) ita: "Eodem vero Comite in tanta „ mentis obſtinatione vita decedente, filius ejus Hugo nomine, qui & ipſe jam „ Comes effectus fuit, omnia quæ patris ſui eſſe videbantur, five jure five injuria „ poteſtative invaſit. . . Qui cum maſculæ prolis fortitudine in omnibus propemodum „ regnis famoſus haberetur, & in multis negotiis ac ſi miles caſtrenſis invictus „ exſiſteret, aliquandiu impune potitus eſt prædio S. Deicoli. „ Sed parum duravit hæc gloria. Sanctus quippe Deicolus, cujus domum venationibus intenti frequentare ſolebant, injuriam ſibi illatam ita ultus eſt, ut "tres filii ejus, (Hugonis) quorum „ primogenitus *Heberardus* erat, ſecundus *Hugo*, tertius *Guntramnus*, „ una eademque nocte, cum evigilaſſent, omnibus membris ſe captos cernerent, linguæ tantum uſu ſervato. Quod videns pater eorum Hugo vindictam S. Deicoli agnovit, eumque ſibi propitiaturus locum ei ſacrum, Lutram, reſtituit; ita quidem, ut jus ſuum in manus Ottonis I. Germaniæ Regis abdicaret; ſalva tamen ſibi ſuisque filiis advocatia & protectione. Hugo ipſe tandem monaſterium hoc ingreſſus & in eo defunctus eſt. Hæc auctor vitæ S. Deicoli, quæ genealogiæ noſtræ lucem affundunt. Narrationi iſti ſyſtema ſuum ſuperſtruxit VIGNIERIUS, ab Eberhardo Lotharingos, ab Hugone Egisheimenſes, à Guntramno Habsburgenſes derivans. De Lotharingis ab Eberhardo IV. prognatis res expedita eſt. Nos autem eum non Lotharingiæ Ducum modo, ſed & Egisheimenſium Comitum per filium Hugonem III. conſtituimus ſatorem. Guntramnum autem, Eberhardi IV. fratrem, diverſum putamus à Guntramno illo Divite ſynchrono, qui in Actis Murenſibus Habsburgicæ gentis conſtituitur auctor. Hugo I.

## §. XXX.

Enimvero Habsburgenſium ſatori *Divitis* cognomen Murenſia Acta adſcribunt, quod de noſtro Guntramno dici non poterat, qui trium fratrum fuit poſtremus. Guntramnus Dives, Luitfridigena, Alſaticas poſſeſſiones, ab Ottone I. proſcriptus, jam An. DCCCCLII. amiſerat. (*g*) At Guntramnus Eberhardigena Abbatiæ Altorfinæ, Vignierius confutatus.



(*a*) Præter Comites reperiuntur quoque ſec. XII. ſq. Milites de Egisheim, ex militarium ſeu miniſterialium claſſe; uti à Phirreto, præter Phirretarum Comites, nomen duxerunt horum miniſteriales vel Milites. An. MCXCVI. Henricus & Wernherus, Milites de Egisheim, in charta Murbac. leguntur.

(*b*) Unde GUILLIMANNUS in *Diſſ. de Conradi II. Salici ſtirpe*, inter familias Alſaticas Egisheimenſis præſertim Domus genealogiam ſe daturum promiſerat, *dignaretur, quam ad ejus memoria pervenit aut ignoretur*, exiſtimans.

(*c*) Tres Principum ſuorum Dynaſtias Auſtria vidit. Prima fuit Babenbergenſis; ſecunda Habsburgenſis, hodieque in Maria Thereſia durans; tertia, quæ formatur, Lotharingica.

(*d*) De quo ſupra pag. 72. & 86. Adde Tom. I. pag. 649. 662. & 714.

(*e*) Pag. 781. Adde Tab. pag. 753.

(*f*) MABILLON *Acta Sanct. Bened.* Tom. II. pag. 101. ſq.

(*g*) Hoc ex charta Ottonis I. anno iſto Einſidlenſibus, & Ottonis II. An. DCCCCLXXIII. Paterniacenſibus data, intelligitur; quibus bona conceſſa, quæ *de Guntrami rebus in regium venerant poſſitura.*

An. DCCCCLXVI. perfectæ, decimas in Torolfesheim donavit. (*b*) Diverſi ergo hi duo fuerunt Guntramni. Accedit, quod ipſa hæc decimarum donatio ab Eberhardo V. Eberhardi IV. fratris, Guntramni, nepote, revocata fuit; quod ille profecto facere non potuiſſet, ſi Guntrammus, donationis auctor, liberos reliquiſſet. Inter bona, à Luitfridigenis poſſeſſa, advocatia cœnobii S. Trudperti in Nigra ſilva numeratur; circa quam Luitfridus IV. An. DCCCCIII. hæc ordinavit: "Ipſi quoque filii mei Advocati „ ſint rectiſſimi ipſius loci & heredes ipſorum. „ Hæc ipſa vero advocatia, ab Habsburgenſibus deinde poſſeſſa, manifeſtum indicium præbet, Habsburgenſes fuiſſe heredes Luitfridi IV. Comitis, adeoque ex Adelberti Ducis, non vero Etichonis II. profapia oriundos. Luitfridos una ſerie vides Alſatiæ ſuperioris Comites. Succedunt illis Habsburgenſes, ne uno quidem ex Eberhardigenis inſerto, quippe qui Alſatiæ Inferioris Comitivam tenebant. Luitfridigenæ Abbatiæ Grandisvallenſis advocati fuerunt; unde facile erat Guntramno, ex ipſis orto, in Helvetia bona acquirere, quæ deinceps patrimonium fedesque primaria Habsburgicæ gentis evaſerunt. Hæc contra Vignierium.

## §. XXXI.

Herrgottus confutatus.

HERRGOTTUS è contra ex Deicoliano Biologo patere exiſtimat, tres filios Hugonis I. quod omnes monaſterium ingreſſi ſint, deceſſiſſe improles. At quot illuſtrium proſtant exempla, qui poſtquam filios genuerant, cucullum ſumſerunt. Leo IX. ſane Eberhardi IV. qui cum Hugone II. & Guntramno fratribus Lutrenſe monaſterium ingreſſus eſt, pronepos fuit, genusque ſuum à majoribus duxit, qui ad monaſticam vitam ex ſeculari transierant. Teſtis eſt Leonis IX. Biologus, WIBERTUS, vir gravis, hæc ſcribens: (*i*) Majores Leonis armis & animis ſupra modum fortiter compreſſiſſe ſibi reſiſtentes, & circa ſenium, abjecta omni ſuperbia generis, induiſſe humilitatem, ſe ipſos etiam abnegaſſe, atque monaſtico habitui tota cordis contritione ſummiſiſſe; Lutrenſe cœnobium patrimoniis ſuis plurimum ampliaſſe. Wibertum ex S. Deicoli Biologo hæc tranſcripſiſſe diceres. Nec alterum, quod profertur, argumentum, firmiore ſtat talo. In charta donationis Luitfridi IV. An. DCCCCIII. quum inveniſſet Herrgottus, Luitfridi filios Hundfridum in Nordgovia, Luitfridum V. in Sundgovia, *Hugonem in Eginsheim* aliquid donaſſe, Hugonem hinc Egisheimenſium Comitum ſatorem conſtituit. Recte quidem, niſi eædem rationes pro Eberhardo pugnarent. Eberhardus fuit potens in Egisheim, iſtiusque regionis Comes; Eberhardus ſtirpem reliquit, Egisheimii dominam. Quodſi omnes bonorum quorundam Egisheimenſium poſſeſſores Comitibus Egisheimenſibus accenſeri deberent, Herimaldus ille, qui in charta Monaſterienſi occurrit, Comes in Egisheim quoque foret cenſendus.

## §. XXXII.

Eberhardus IV.

Ipſis, quibus Lutra reſtaurata, temporibus Eberhardus Comes vivebat, qui cum fratre Hugone in Ottonis M. diplomate Lutrenſi An. DCCCCLIX. occurrit. (*k*) Hugo & Guntramnus improles deceſſiſſe videntur. Eberhardus vero, Altorfenſis cœnobii exſtructionem meditatus, ut bulla Leonis IX. pro Abbatia Altorfii An. MXLIX. tradit, morte præventus, exequi deſtinata non potuit. Hæc autem An. DCCCCLXVI. cum exſtructa & conſecrata jam fuerit, Eberhardum ante obiiſſe dicendum. Uxorem ejus monumenta non produnt; at filios numero quatuor indicant, Adelbertum, Lotharingiæ Marchionem, qui An. DCCCCLXXIX. occurrit, Gerardum, Hugonem & filiam Adelhaydem, quæ nupſit Heziloni, Franconiæ Duci; unde natus eſt Conradus Dux, qui An. MXXIV. Henrico II. in Imperio Germ. ſucceſſit. Secundis nuptiis cum Hermanno Comite, filio Conradi, Comitis in Francia orientali, quem alii Ducem appellant, Hohenloicæ Domus extitit mater. (*l*) Adelhaydis duos habuit fratres, eo tempore, quo Conradus II. ſolium Imperii conſcenderat, adhuc viventes,

(*b*) Notitia donationis ineunte ſec. XI. Altorfenſibus facta, quæ in tergo bullæ Leonis IX. An. MXLIX. deſcripta eſt, in archivo Altorf.

(*i*) Lib. I. Cap. I. ap. MABILLON *Act. Sanctor. Ord. Benedict.* ſec. VI. Part. II. pag. 52.

(*k*) MABILLON *Alta Sanctor.* ſec. V. p. 278. Eberhardum hunc forte intellexit FRANC. MODIUS *Pandect. Triumphal.* Tom. II. Lib. I. fol. 2. ubi Henrici I. expeditioni in Hungaros Eberhardum, Alſatiæ Ducem, interfuiſſe ſcribit, pro Comite eum Ducem appellans. Sed hic cum Ruxnero, unde pleraque hauſit, nullius fidei ſcriptor eſt.

(*l*) Eberhardus Comes, Hermanni Comitis & Adelhaydis hujus filius, Hohenloicæ Domus auctor eſt. Ex eodem matrimonio prodiit Hildegardis, monaſterii S. Fidis in Schlettadio fundatrix, Friderici I. Sueviæ & Alſatiæ Ducis mater. Adelheidis vero cum Hermanno, marito ſuo, & filiis, Oehringenſem Collegiatam inſtituit. Obiit Adelhaidis An. MXXXVII. ſepulta in Collegiata Oehringæ. HANSELMANN *de Jur. Domus Hohenlob* pag. 360.

viventes, ut ex WIPPONE (*m*) addiſcimus: " Majoris Chunonis (ſive Conradi) mater „ Adelheyda ex nobiliſſima gente Lotharingorum oriunda fuerat. Quæ ſoror erat „ Comitum Gerhardi & Adelberti, qui ſemper cum Regibus & Ducibus conſligentes „ ad extremum cauſa propinqui ſui, Conradi Regis, vix acquieſcebant. „ HERMANNUS CONTR. (*n*) *Gerardum Comitem* verbis expreſſis vocat Conradi poſtea Imperatoris *avunculum*. Adalbero, Præpoſitus S. Paulini, Conradum II. nepotem ſuum haud aliam ob rationem appellat, (*o*) quam quod Adelbertus, Lotharingiæ Marcliio, Juttam, Adalberonis amitam, in conubio, prouti inferius demonſtrabitur, habuerat.

## §. XXXIII.

Reſtat jam, ut probemus, Adelhaydem duos præterea alios fratres habuiſſe *Hugones*. ALBERICUS, (*p*) Trium Fontium Abbas, ſolers rerum genealogicarum indagator, rem expedit, dicens: " Comes Hugo de Dasburg, pater ſancti Leonis „ Papæ, . . . & Imperator iſte Conradus fuerunt conſobrini; „ in quo conſentientem habet WIBERTUM. (*q*) Ipſe Conradus II. Imp. apud eundem Wibertum Brunonem, ſeu Papam Leonem, dulciſſimum ſuum *nepotem* vocat. (*r*) Sed clarius omnique exceptione majus teſtimonium, domeſticum nempe, dedit ipſe Leo IX. qui in bulla Altorfina An. MXLIX. Eberhardo IV. Comiti dat *Hugonem* filium, qui fundationem Altorfinam abſolverit circa An. DCCCCLXVI. præſentibus Erckemboldo, Præſule Argentinenſi, & Majolo, Cluniaci Abbate. Hic vero Altorfenſis fundator Hugo, pater Hugonis, patris Leonis IX. Papæ, à Wiberto appellatur. Ipſe Leo monaſterium *à progenitoribus noſtris* exſtructum dicit. Conſpirat Necrologium Altorfinum membranaceum, ſec. XIII. ineunte conſcriptum. En tibi Hugonem unum, ſed & alterum oſtendam. Necrologium modo laudatum ait: " Hii ſunt fundatores hujus Eccleſiæ „ S. Cyriaci in Altorph. XV. Kal. Jan. obiit Heberhardus Comes, qui requieſcit in „ choro ſummo ibidem. Secundo Kal. Aug. obiit Hugo Comes & monachus, qui „ requieſcit ante altare Gregorii. Non. Sept. obiit Hugo Comes, frater Hugonis „ Comitis & monachi prætitulati. Hic ſepultus eſt in ſummo monaſterio. Hugones duo, fratres.

## §. XXXIV.

Jam quatuor Adelhaydis fratrum exponenda ſunt fata. Hugonem ſeniorem ignoraremus, niſi Necrologium Altorfenſe eum monachum & Hugonis junioris fratrem fuiſſe doceret. Hugo junior, ordine tertius, in comitiva Nordgoviæ patrem excepit. (*s*) Hic Abbatiæ Altorf. fundationem, à patre tentatam, filius perfecit. Ita enim Leo IX. in bulla ſua An. MXLIX. " Cum Eberhardus Comes . . .. ægritudine præveniente & „ morte ſequente impediebatur, filius ejus Hugo, qui erat aliquantulum raucus, „ quoniam ſæpe intellexerat voluntatem patris, cœpit hic ædificare eccleſiolam. . . „ Hanc eccleſiolam conſecravit Epiſcopus Argent. Erckenboldus, peticione ejuſdem „ Hugonis &c. „ Eccleſia dedicata poſt An. DCCCCLXVI. qui primus fuit Erckenboldi in Antiſtitio Argentinenſi. Hugo III. annum DCCCCLXXXVI. non ſuperavit. Filius enim ipſius Eberhardus anno jam iſto Nordgoviæ comitivam tenebat. Ex uxore nobis ignota filios, quos novimus, tres ſuſcepit: *Eberhardum* V. *Hugonem* IV. & *Matfridum* ſeu Mefridum. De Eberhardo conſtat ex diplomate Friderici I. Imp. An. MCLII. Abbatiæ Altorf. dato, ubi dicitur huic Abbatiæ privilegia ab Ottone Imp. obtinuiſſe Eberhardum Comitem, à cujus patre *Hugone* & avo præfata Abbatia fuerat inſtituta. De Hugone IV. res expedita ſit ex Wiberto, qui Altorfium funda- Hugo III.



(*m*) In *Vita Conradi Sal.* ap. PISTOR. *Scriptor. Rer. Germ.* Tom. III. pag. 464.

(*n*) Ad An. MXVII.

(*o*) In charta An. MXXXVII. ap. CALMET, *Hiſt. de Lorr.* Tom. I. Probat. col. 415.

(*p*) Ad An. MXXIV.

(*q*) In *vita Leonis IX.* Lib. I. Cap. I.

(*r*) Ibid. Cap. IX. En ſchema:

Eberhardus IV. Comes † DCCCCLX.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Adelhaydis, nupta Henrico Franconiæ Duci. | Hugo Comes. | Adelbertus Marchio. | Gerhardus Comes, Conradi II. avunculus. |
| Conradus II. Imp. | Hugo Comes de Dasburg Conradi II. conſobrinus. | | |
| | Bruno ſ. Leo IX. Conradi II. nepos. | | |

(*s*) Vid. infra in Landgraviis Alſatiæ Infer.

tum ait à patre & avo *Hugonis*, *qui S. Brunonis fuit pater*. Convenit Leo IX. Hugonis hujus IV. filius, qui Eberhardi IV. filios *Gerardum* & *Matfridum* in charta Hiſſenſi An. ML. appellat *patrueles* ſuos. Neque alio pacto Hugo hic conſobrinus eſſe potuit Conradi II. Imp. quam editus Hugone III. fratre Adelhaydis, quæ mater erat Cæſaris. De Matfrido denique hæc notanda, quod in Notitia pervetuſta donationis, Altorfenſi Abbatiæ ineunte ſec. XI. factæ, (*t*) *Matfridus* quidam, *patruus* quatuor Eberardi filiorum, prædia quædam ad eccleſiam S. Stephani Metenſem donaſſe memoratur.

## §. XXXV.

Eberhardus V. patri ſuo Hugoni in Comitiva Nordgoviæ ſucceſſit; ut in Landgraviis oſtendam. Pietatem majorum imitatus, ab Ottone Imp. ſecundo vel tertio, privilegia mercatus, telonei, monetæ & tabernæ pro cœnobio Altorfenſi impetravit. Diploma non amplius extat, ſed teſtis eſt Leo IX. in bulla Altorf. An. MXLIX. & Fridericus I. Imp. An. MCLIII. jura hæc monaſterio confirmans his verbis: " donationes, quas predeceſſor noſter pyus Otto Imp. Eberhardo, quondam Comiti, „ conceſſit . . . . ſcil. jus . . mercatum, monetam, tabernam & teloneum publicum „ habendi . . in quodam ſuæ proprietatis allodio, quod dicitur Altorph, in quo „ *avus & pater ipſius Hugo* Abbatiam in honore . . conſtruxit Cyriaci, in provincia „ Alſatia, in Pago quoque Northgowe, in Comitatu prædicti quondam Eberhardi, „ nunc autem hæredis ſui Hugonis ſito. „ Ex verbis his eruimus. 1.) Eberhardi V. patrem fuiſſe Hugonem & avum Eberhardum IV. Altorfenſes fundatores, prouti ex ante dictis & bulla Leonis IX. pateſcit. 2.) Eberhardum V. Comitem fuiſſe non fundi ſolum, ſed & fiſci in Nordgoviæ Pago, unde eum recte ad Alſatiæ Inferioris Landgravios referimus. 3.) Eberhardi progeniem ad tempora uſque Friderici I. Imp. non ſuperfuiſſe, quum Hugonem, Comitem Dagsburgenſem, Altorfii Advocatum, non pronepotem ejus, ſed *hæredem* vocet. At interius docebitur, Hugonem iſtum genus paternum à Comitibus Metenſibus Folmaris, maternum vero ab Hugone, Eberhardi hujus fratre, S. Leonis patre, duxiſſe. Ceterum Eberhardus V. ſeculi X. finem attigiſſe non videtur. In diplomate enim Ottonis III. Abbatiæ Altorf. An. DCCCCXCIX. dato, *Eberardus Comes* cum fratribus Gerhardo, Hugone & Matfrido, Eberhardi, de quo loquimur, filiis occurrit; indicio manifeſto, Eberhardum eorum patrem jam tunc rebus humanis valedixiſſe.

Eberhardus V.

## §. XXXVI.

Uxorem ejus *Bertham* ex Notitia, jam allegata, quæ tergo bullæ S. Leonis, Altorfino monaſterio datæ, inſcripta eſt, colligimus, ubi dicitur *Bertham Comitiſſam*, *Eberardi conjugem*, abſtuliſſe cœnobio Altorf. bona, à Matfrido quodam & Guntramno, Hugonis filio, ipſi donata, & inſtigante Wernhero, Epiſcopo Argent. ad altare S. Mariæ Strasburg donaſſe.

Uxor ejus & liberi.

Suſcepit ex ea filios quatuor, *Eberhardum VI. Hugonem V. Gerhardum II.* & *Matfridum II.* qui, ut dixi, ſimul nominantur in diplomate Ottonis III. An. DCCCCXCIX. Altorfenſi Abbatiæ dato, ubi: " Hanc paginam conſcribi, teſtesque „ ſubſcribi juſſimus *expeticione Eberardi Comitis*. „ Inter teſtes deinceps poſt Pilgrinum Epiſcopum recenſentur *Hugo*, *Gerhardus*, *Matfridus*; *Uto Dux*, *Luitfridus Comes*. Ordo, quo teſtes collocantur, indicat, Hugonem, Gerhardum & Matfridum ad gentem Eberhardi ſpectaſſe, cum Utoni Duci præponantur. At vero fratres eos fuiſſe Eberhardi VI. eadem Notitia Altorfina oſtendit, ubi: " Wernheru Epiſc. Arg. „ (ſeculo XI. ineunte vivens) attitulavit ad altare S. Ciriaci in hujus templi dedica„ tione ex XVII. manſis decimas, quæ dicuntur *Selegelende*, ſive prædia eſſent *Comitis* „ *Eberhardi* ſive *Comitis Hugonis* vel *ipſorum fratrum Gerhardi & Matfridi*. „ Horum patrem fuiſſe Eberhardum V. Comitem, qui An. DCCCCLXXXVI. occurrit, Hugonis IV. Dagisburgenſis fratrem, qui Leonis IX. pater erat, ex ſequentibus colligo: 1.) ex notitia Altorfenſi, ubi Matfridus, fratrum Hugonis Dagsburg. alter, patruus eorum dicitur: " Pars quarta decimarum ex prædiis, quæ tradidit *Matfridus*, *patruus* præfatorum Dominorum. „ Paulo poſt: " quatuor feniores præfatos Eberhar„ dum, Hugonem, Gerhardum & Matfridum. „ 2.) Ipſe Leo IX. in charta Hiſſenſi An. ML. Gerardum & Matfridum vocat *patrueles* ſuos. Igitur aut tertium Hugoni, Leonis

(*t*) Quæ, teſte Judice Curiæ Argent. An. MCCCCLXII. bullam Leonis IX. Altorfenſem de An. MXLIX. deſcribente, *in dorſo & à tergo præfatæ bullæ de antiqua littera ſcripta erat*.

Leonis patri, dare fratrem omnino ignotum, aut Eberhardo V. fratrum primo eos natos declarare, neceſſe habemus. Conjectura firmatur, quod Eberhardus VI. natu major fratrum Eberhardo V. in Comitiva Nordgoviæ, ut ex allegato ſuperius Ottonis III. Imp. diplomate diſcimus, ſucceſſit.

Eberhardus V. ergo pater eſto quatuor fratrum, Eberhardi VI. Hugonis, Gerhardi & Matfridi, de quibus nulla, præter ea, quæ jam protulimus, nec in ſcriptoribus, nec in chartis, mentio occurrit. Id unicum adhuc ex bulla Hiſſenſi Leonis IX. Papæ An. ML. intelligimus, Gerhardum conjugem habuiſſe *Comitzam*; qua cum, ut & cum fratre Matfrido, in monaſterio Hiſſenſi ſepultus eſt. Sic enim ipſe Leo IX. in bulla: " Tegit enim martyr (S. Laurentius, in cujus honorem Abbatia Hiſſenſis fundata) „ *patrueles noſtros* Comites Mathfridum & bonæ memoriæ Gerhardum, ejuſque uxorem „ devotam famulam Deo *Comitzam*. (*u*)

Num unus quatuor fratrum habuerit liberos, non equidem reperi. Id certum, lineam hanc brevi poſt fuiſſe abruptam, quod advocatia Altorfenſis, quæ hæreditario jure ab Eberhardo V. & VI. adminiſtrata fuerat, ſeculo XII. jam ad lineam Hugonis, qui D. Leonis pater, invenitur translata, prouti ex diplomate Friderici I. Imp. An. MCLIII. apparet.

## §. XXXVII.

Eberhardinus ergo hic extinctus eſt ramus; unde ad Hugonem IV. Eberhardi V. fratrem, Hugonis III. filium, (*w*) Leonis IX. patrem, redimus. Hugo iſte ſedem habuit in caſtro Egisheimenſi. Imitatus pietatem majorum ſuorum, cœnobium in Woffenheim, propriis ſumtibus in honorem S. Crucis conſtructum, An. MVI. dedicari fecit. (*x*) Promoto ad ſolium Imperiale amitæ ſuæ filio Conrado II. ipſe partes ejus ſecutus ab Erneſto, Sueviæ Duce, variis modis vexatus eſt. Ita enim WIPPO: " An. MXXVII. Erneſtus Dux Sueviæ, privignus Imp. Conradi, „ Alſatiam vaſtavit & caſtella Hugonis Comitis, qui erat conſanguineus Imperatoris, „ deſolavit. „ Conjugi ſuæ, An. MXLVI. defunctæ, (*y*) ſuperſtes, paucis tamen poſt annis deceſſit. Leo IX. enim in bulla, Abbatiæ S. Crucis in Woffenheim anno Pontificatus ſui primo, qui eſt Chriſti MXLIX. data, hæc profert: " Eccleſiam „ patris mei Hugonis & matris meæ Heilwigdis, amborumque fratrum meorum, „ Gerardi & Hugonis videlicet *jam defunctorum* &c. „ Uxorem itaque habuerat *Heilwigdem*, ſeu, ut WIBERTUS eam vocat, *Heileuuidem*. Notitiam ſtirpis ejus debemus BAYONO, (*z*) qui hæc refert: " Beatrix, Lotharingiæ Duciſſa, . . . & *Ludovicus* „ *Comes de Daſporch*, avus S. Brunonis, . . . fabricam inibi (apud S. Deodatum) „ pulchri operis erexerunt. „ Conſpirat HERCULANUS. (*a*) Cum vero avus paternus Leonis IX. prouti jam vidimus, Comes Hugo fuiſſet, conſequens eſt, Ludovicum hunc, Dagisburgenſem Comitem, patrem Heilwigis, adeoque maternum S. Leonis avum fuiſſe. Hugo IV.

## §. XXXVIII.

Unde Ludovicus iſte Dagisburgenſis genus deduxerit, ignoramus. Fundator fuit Abbatiæ Hiſſenſis, in Comitatu ſuo ſitæ, teſte WIBERTO, (*b*) qui Altorfium & Hiſſam fundatas ait à patribus & avis Hugonis & Heileuuidis. Fundavit etiam An. DCCCCLXVI. ſub Abbate Maurimonaſt. Franciſco Cellam S. Quirini, eamque Abbatiæ Maurienſi tradidit. (*c*) Ludovicus hic ſtirpis ſuæ ultimus fuiſſe videtur, quod Dagisburgenſis Comitatus per filiam ejus Heilwigem, Hugonis IV. conjugem, ad Comites Egisheimenſes pervenit. Teſtis ipſe Leo IX. in bulla ſua pro monaſterio Hiſſenſi, ubi receuſitis reditibus, quos monaſterium hoc variis ex locis percepit, hæc ſubjungit: " de familia Eccleſiæ pater noſter Hugo juſtus in eisdem bonis advocatus „ & hæres hanc conſtituit concordiam &c. „ Dagsburgenſium ergo terrarum hæres fuit Hugo, ſoceri ſui Ludovici ſucceſſor. Ludovicus Comes Dagisburgi



(*u*) Bullam dedit MARTENE *Theſaur. Anecd.* Tom. I. pag. 173. & CALMET *Hiſt. de Lorr.* Tom. I. Probat. pag. 430.
(*w*) Quod probavi ſupra §. XXXIV.
(*x*) WIBERTUS Lib. I. Cap. I. BAYONUS Lib. II. Cap. XLIV. & bulla Leonis IX. qua eccleſiam hanc à *parentibus* ſuis *fundatam* eſſe tradit.
(*y*) BAYONUS loco cit.
(*z*) Ibidem Cap. XII.
(*a*) Lib. III. pag. 146. in HUGONIS *Monon.*
(*b*) Lib. I. Cap. I.
(*c*) Uti ex ſerie Abbatum Maurimonaſt. ex vetuſtis monumentis collecta, addiſcimus, ubi ſub Abbate Franciſco, An. DCCCCLX. electo, hæc memorantur: "Sub hoc Abbate Franciſco An. DCCCCLXVI. „ fundata fuit Cella S. Quirini à Ludovico Comite „ de Dagesburg, avo S. Leonis Papæ noni, & Ab„ batiæ Maurimonaſterienſi tradita.

Sed Ludovicus aliam insuper filiam anonymam, Hermanno Comiti de Eiham & Viroduno nuptam, habuit. Hermannus ab ALBERICO TRIUM FONTIUM (*d*) vocatur *Comes de Dasburg*, his verbis: " Godefridi Comitis Ardenensis fuit uxor „ Mathildis, Comitissa Saxoniæ, quæ peperit ei Episcopum Virdunensem Alberonem ... „ Comitem Fridericum S. Vitonii monachum, *Comitem de Dasburg Hermannum*, cujus „ fuit filius Gregorius Leodiensis Archidiaconus, & duos Duces, (Lotharingiæ) „ prosapia inclytos, Godefridum & Gothelonem. „ Consentit SIGEBERTUS GEMBLAC. (*e*) qui addit, Hermanno huic, quem Hetzelonem nominat, mortuo fratre Godefrido Duce, obtigisse castrum Eiham cum provincia Brabantensi. Obiit Hermannus An. MXXVIII. in monasterio S. Vitoni Viroduni monachus. (*f*) Ex his, quæ Albericus & Sigebertus de stirpe Hermanni loquuntur, clarum est, eum jure proprio Dagsburgum non possedisse, quod Belgicæ esset originis; sed per feminam Dagsburgensem meruisse, ut Dagsburgensis & ipse diceretur Comes.

Hermanni vero hujus uxorem Ludovici Dagsburg. filiam fuisse, sequentia nobis persuadent. 1.) Conspirat tempus, cum Hermanni conjux seculo XI. ineunte & adulto necessario vixerit. At vero Heilwigis, Ludovici filia, hoc ipso tempore in vivis fuit, An. MII. filium enixa Brunonem & An. MXLVI. teste Bayono defuncta. 2.) Leo IX. Papa in Genealogia vetusta Comitum Flandriæ (*g*) vocatur *avunculus Richildis*, Hannoniæ Comitissæ, Balduino Montensi, Flandriæ Comiti, nuptæ. Patrem Richildis ore uno Annalistæ produnt Raginerium vel Rainerum, Hannoniæ Comitem, cujus filia & hæres unica Richildis hæc nostra fuit. (*h*) Auctor coævus & domesticus fere, BALDERICUS NOVIOMENSIS, Tornacensis Episcopus, (*i*) Rainerum Herimanni Comitis filiam matrimonio sibi copulasse commemorat. Richildis itaque mater, quam *Mathildem* recentiores vocant, filia fuit Hermanni Comitis de *Dasburg*, ut Albericus eum appellavit. Mathildis autem filia fuit Hermanni, Comitis Virdunensis & Dagsburgensis, cui desponsaviuus filiam Ludovici, Comitis Dagsburgensis, Heilwigis sororem: tum ut constaret, quo pacto Hermannus ille Virdunensis & Ardennensis titulum Comitis Dagsburgensis obtinuerit, tum ut rationem redderemus, cur Leo IX. Heilwigis filius, avunculus Richildis vocetur. Cum enim consobrinus fuerit Mathildis, matris Richildis, pro seculi more avunculus quoque audit Richildis. (*k*) Sic Conradus II. Imp. Leonem IX. vocat *nepotem* suum, quamvis consobrinus modo fuerit Hugonis, quem Leonis IX. patrem extitisse ostendimus.

## §. XXXIX.

Hugonis IV. liberi.

Ex Hugone IV. & Heilwige nati sunt filii, *Gerhardus*, *Hugo* & *Bruno*, qui ex Ecclesia Tullensi in solium Papale elatus Leo IX. audiit. Fratres hi, una cum parentibus

(*d*) Ad An. MV.

(*e*) Ad An. MV. En verba: " Dux Godefridus „ duxit Maethildem filiam Hermanni Ducis Saxo- „ num, de qua idem Godefridus genuit tres filios, „ Godefridum Ducem, Godzilonem & Hezzelonem. „ (Hermannum) Hezelo Comes post mortem Ducis „ castrum Eiham eum provincia Brabantensi suscepit „ & diu tenuit. Hic etiam genuit filium Herman- „ num & filiam nomine Berthildem, qui dum adhuc „ juvenes essent, defuncti sunt. Alteram quoque „ filiam tradidit nupsit Reginero Montensi Comiti „ simul cum tota provincia Brabantensi.

(*f*) Vid. ROUSSEL *Hist. de Verdun.* Part. III. Cap. III. pag. 188. MABILLON *Annal. Bened.* Lib. LV. Tom. IV. Cap. LXI. An. MXXV. ejusdemque *Analecta* ed. rec. pag. 386.

(*g*) MARTENE *Thesaur. Anecdot.* Tom. III. pag. 182. Conspirant Chronica Flandrensia, & qui ea sollicite perlustraverunt MEYERUS in *Annal. Flandr.* BOLFINUS in *Gallo-Flandria*, aliique.

(*h*) Testis est ÆGIDIUS AUREA VALLIS in *Gesta Episcopor. Leod.* II. 3. " Richildis Comitissa Han- „ noniæ fuit filia Raineri Comitis, filii Comitis Rai- „ neri Longicolli. Hanc, quia unica erat hæres Comi- „ tatus, duxit in uxorem Comes Flandriæ Balduinus.

(*i*) In *Chron. Camerac.* Lib. III. Cap. X. ubi: " His ita gestis, Rainerus ad integrandam amicitiam „ filiam Herimanni Comitis sibi quæsivit in matri- „ monio copulare. „ Rainerum hunc præcedenti Cap. IX. nepotem (*neveu*) Lambherti, filium Rainerii Longicolli; Herimannum autem Comitem Godefredi Ducis fratrem appellaverat.

(*k*) Nostratibus *Oncle à la mode de Bretagne.* En stemma:

tibus, in ipſius Leonis IX. bulla, monaſterio S. Crucis in Woffenheim data, occurrunt. (*l*) Addenda his filia nominis incerti, quam duxit anonymus quidam Comes de Calbe, ut docet TRITHEMIUS. (*m*) " Morabatur, inquit, eo tempore Comes in Calba, „ nomine Adelbertus, de Genealogia Comitis Erlafridi quondam primi fundatoris „ monaſterii S. Aurelii Hirſaugienſis linealiter procreatus, qui habebat uxorem nomine „ Wiltrudem. Hic nepos fuit S. Papæ Leonis, cujus mater filia extitit Comitis de „ Egishaim, ſoror videlicet ipſius Pontificis; qui audiens Romanum Pontificem, „ avunculum videlicet ſuum, ad partes venientem Suevorum, in ejus occurſum „ properat. „ ANNALISTA SAXO (*n*) Adelbertum hunc *filium ſororis S. Leonis Papæ* quoque appellat. Sed & aliam Hugoni IV. filiam, Geppam, MALLINKROTIUS (*o*) tribuit, quæ à fratre ſuo Leone IX. corpus S. Quirini obtinuerit ac in Prioratu hujus nominis depoſuerit. Verum omnia ita ſunt comparata, ut hanc D. Leonis ſororem facile expungamus. Hac de re jam dubitaverat auctor vitæ S. Quirini. (*p*)

## §. XL.

Singulos fratres jam ſingulatim proferimus. Bruno natus eſt An. MII. uti BAYONUS (*q*) & FRAGMENTUM URSTISIANUM teſtantur. Artibus & ſcientiis à Bertolfo, Tullenſi Epiſcopo, egregie imbutus, An. MXXVI. Hermanno, ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopo, ab Imp. Conrado II. ſucceſſor eſt datus. An. MXLIX. autem beneficio Henrici III. Imp. ad ſedem Romanam evectus Leonis IX. nomen accepit; An. MLV. mortuus adſcriptus eſt Divis. Bruno vel Leo IX.

Hugo VI. fratrum Brunonis natu minimus fuit. Dubium, an patri ſuperſtes Comitatui præfuerit; An. MXLIX. ipſo Leone IX. referente jam defunctus. Uxorem habuerat *Mathildem*, ſtirpis incertæ feminam, ex qua filium ſuſcepit *Henricum* I. Hunc & matrem Leo IX. recenſet in bulla Hiſſenſi An. ML. ubi eccleſiam de *Igolingem* Abbatiæ Hiſſenſi datam ait *per manus Mathildis, dilectæ uxoris fratris noſtri Hugonis, & filii ejus Henrici.* Filium alterum Hugoni V. *Albertum* addit HUGO, Stivagienſis Eccleſiæ Abbas, (*r*) allegans chartam Prioratui S. Quirini An. MXCIII. datam; optime nobiſcum acturus, ſi ipſam exhibuiſſet chartam, nobis ignotam, nec in San-Quiriniano, nec in Maurimonaſterienſi tabulariis extantem. Cum vero Alberto iſti alium aſſignare parentem nequeamus, hypotheſin ejus tantiſper adoptabimus, donec charta An. MXCIII. in manus noſtras perveniat. Potuiſſet eſſe filius Gerhardi III. qui documenti allegati virtute nonniſi patruus Alberti eſſet. Hugo VI.

## §. XLI.

Albertus ergo, uti Henricus, filius fuerit Hugonis VI. & Mathildis. Albertus ex Egisheimenſibus primus, Comitatum Muhæ, ad fines Brabantiæ in Epiſcopatu Leodienſi ſitum, (*s*) poſſedit; unde ſæpius quoque adjicialibus verbis *Comitis de Muſau* utitur. (*t*) Ad noſtros vero eum ſpectare Alſatiæ Comites, ex Necrologio S. Vitoni Abbatiæ (*u*) colligimus, ubi ſcribitur: " IX. Kal. Sept. Albertus Comes Dagsbur- „ genſis, qui nobis Cellam montis S. Martini cum omnibus appendiciis ſuis dedit. „ Otto, Epiſcopus Argent. monaſterio Altorfenſi donationem prædii in *Eichhofen*, *per manum Comitis Adelberti, præfatæ villæ Advocati*, factam, An. MXCVII. confirmavit. Paulo poſt mortales eum exuvias depoſuiſſe ſtatuimus, quod conjux ejus An. MCI. ad ſecundas provolaverat nuptias. Fuerat hæc *Ermenſindis*, filia Conradi I. Comitis Luxem- Albertus I.

(*l*) Vid. ſupra §. XXXVII.

(*m*) *Chron. Hirſaug.* Tom. I. pag. 187. ad An. ML.

(*n*) Ad An. MXLVIII. ap. ECCARD. *Scriptor. Rer. Germ.* Tom. I. Annaliſtam hunc ſecutus eſt BERNARDINUS, Lucell. Abbas, in Præf. libri de *Miraculis S. Regulæ in Kimelbium.*

(*o*) De *Viris illuſtribus* ap. BENOIT *Hiſt. de Toul* pag. 365.

(*p*) In *Actis Sanctor.* BOLLANDI

(*q*) *Hiſt. Mediani Monaſterii* Lib. II. Cap. XLIV.

(*r*) *Sacra Antiquit. monum.* Tom. II. pag. 269. ubi, quod in tranſitu notamus, genealogiam Egiſhe- mio-Dagsburgenſem vitioſe & probationibus deſtitu- tam exhibet.

(*s*) Milliaris unius ab Hojo (*Huy*) diſtantia caſtri Moha ſeu Muhæ rudera hodieque viſuntur. Vicus Moha ob B. Virginis imaginem cel- bri- eſt. MIRAUS *Opp.* Tom. I. pag. 569. Hoc nomen etiam ſcribitur *Mubal, Muſial, Muſtus, Moſa, Muſicum* & unde ſilva Moſacenſis, quæ alias Vabrenſis. ap. MABILLON *de Re Diplom.* Lib. IV. 128.

(*t*) An. MXCVI. cum Eccleſiæ S. Vitoni Viro- dunenſi duas eccleſias, unam in Monte S. Martini, alteram in Villari donaret, Albertus *Comitem de Muſau* ſe dixit, ap. CALMET. *Hiſt. Lothar.* Tom. I. Probat. pag. 500.

(*u*) Ap. DU CHESNE *Hiſt. de Luxemb.* Probat. pag. 36.

Luxemburgenſis, cujus ſtirpem late pertractavit DUCHESNIUS. (x) Allegatum modo Necrologium S. Vitoni ad VIII. Kal. Jul. obitum ejus notavit his verbis: "Ermen„ ſendis Comitiſſa Namurcenſis, quæ cum viro ſuo Comite Alberto Cellam montis „ Martini . . . nobis contulit & ſua charta confirmavit. „ Comitiſſa Namurcenſis vocatur, quia ſtatim poſt obitum Alberti ſecundis votis ſibi copulavit Godefridum, Comitem Namurcenſem, cui ſobolem peperit numeroſam. (y) Plura de Ermenſinde apud Cheſnium invenies.

## §. XLII.

**Henricus II.** Ex hoc Alberti cum Ermenſinde connubio natus eſt filius *Henricus*, qui in matris ſuæ chartis pro Abbatia S. Vitoni inter teſtes legitur: *S. Domini mei Godefridi Comitis & filii mei Henrici Comitis.* Alberto noſtro eum vindicamus, quod veriſimile non ſit, Ermenſindem apponi voluiſſe ſigillum infantuli, vix primum ætatis annum agentis, quem egiſſet omnino Henricus, ſi Godefrido debuiſſet natales, cum Ermenſindis ante An. MXCVIII. Godefridi uxor eſſe non potuerit. Id certum eſt, eam Godefrido peperiſſe filium, Henrici nomine inſignitum, qui teſte ALBERICO An. MCXCI. adhuc ſuperfuit & circa An. MCLXXXVIII. filiam Ermenſindem genuit. (z) Noſtrum Henricum, Alberti filium, paulo poſt patrem & ſine prole defunctum eſſe conjicimus, quoniam poſt An. MCI. nulla ejus memoria occurrit. Datur ei à recentioribus nonnullis ſoror Luitgardis, quæ Godefrido, Brabantiæ Duci, nupta fuerit; quam rem inferius tractabimus.

## §. XLIII.

**Henricus I.** Redeamus ergo ad Henricum I. Hugonis VI. filium & Alberti fratrem. Henricus hic, Egiſhemii caſtri poſſeſſor, à patruo ſuo Leone IX. Advocatus Abbatiæ S. Crucis in Woffenheim ea lege conſtitutus eſt, ut "poſtquam . . . diem clauſerit „ extremum, ipſi qui major eſt natu inter poſſeſſores caſtri ſupradicti, ſi plures extiterint, advocatia debeatur. „ Data fuit hæc bulla An. MXLIX. ſed brevi poſt obiit Henricus. Ipſe enim Leo IX. in charta Hiſſenſi circa An. ML. ſcripta "juſtis, inquit, „ precibus Dominæ Mathildis, & filii ejus Henrici, noſtri *quondam* nepotis, altare in „ ipſa Eccleſia nos ipſi dedicavimus. „ Reliquit ex conjuge, nominis ſtirpisque incertæ, filios duos, *Hugonem* VII. & *Brunonem*, filiamque *Officiam*. Brunonem ex ſolo Necrologio Altorfenſi novimus, ubi: "IV. Kal. Jul. obiit Henricus Comes, „ pro quo venerabilis ejus filius *Bruno* tradidit huic caſæ Dei ad S. Cyriacum unum „ molendinum. „ Officiam charta Lutulfi, Decani Tullenſis, qua hiſtoriam fundationis Abbatiæ S. Leonis exhibet, An. MXCI. his memorat verbis: "Officia puella, „ ſoror Hugonis Comitis, vineas & duo jugera terræ contulit. „ (a)

## §. XLIV.

**Hugo VII.** De Hugone VII. teſtatur Pibo, Tullenſis Epiſcopus, in charta Abbatiæ Tull. S. Leonis, (b) qua legitur: "Strenuus Comes Hugo de Dasboro, venerabilis Hen„ rici filius nobilis profapiæ b. Leonis, de qua deſcenderat, villam Martiniiontis „ aſſenſu conjugis ſuæ & hæredum ſuorum de manu ſua emiſit. „ Hugoni huic de advocatia S. Crucis in Woffenheim lis fuit cum Gerhardo III. Comite, Gerhardi I. fratris Leonis IX. filio, qui ut ſenior inter poſſeſſores caſtri Egisheim, ſecundum legem à Leone IX. latam, advocatiæ hujus jura ſibi vindicabat. Hugo vero potiora ſibi jura eſſe putabat, quod filius eſſet Henrici, cui Leo IX. advocatiam commiſerat. Res denique ſententia Gregorii VII. Papæ in gratiam Gerhardi III. fuit deciſa. (c) Hugo VII. pietatem in eccleſias variis donationibus probavit. Primæ ipſi tribuuntur partes in fundatione Abbatiæ Leonis IX. extra muros Tullenſes. Sic enim Lutulphus, Tullenſis Eccleſiæ Decanus, in charta An. MXCI. "Spem inter & curas poſitus, „ Hugoni Comiti, filio Comitis Henrici, hanc voluntatem meam expoſui. Ipſe „ Comes

(x) Loco cit. pag. 28. 32. & inter Probat. pag. 36. Convenit cum Cheſnio BUTKENS in præſtanti libro: *Trophées de Brabant* pag. 115.

(y) Diſcimus hæc ex charta An. MC. circiter poſt obitum Alberti ſcripta, qua Ermenſindis donationem Abbatiæ S. Vitoni factam confirmat ap. CALMET Tom. I. pag. 507. in cujus calce legitur: *S. Domini mei Godefridi Comitis.* Adde aliam chartam An. MCI. ibid. pag. 514.

(z) DU CHESNE loco cit. pag. 44.

(a) HUGO *Monum. S. Antiquit.* Tom. II. pag. 296.

(b) CALMET *Hiſt. Lothar.* Tom. I. Probat. pag. 491.

(c) Epiſtola Gregorii VII. ad Guarnerium, Epiſc. Argent. & Burchardum, Epiſc. Baſil. in *Regiſtro* Gregorii VII. Lib. II. Cap. XIV. ap. LABBEUM *Collect. Concil.* Tom. X. pag. 81.

„ Comes & ſua Comitiſſa & ego communicato conſilio adivimus Epiſcopum Tullen-
„ ſem Pibonem &c. „ Ex hac ipſius pietate ortum eſt odium graviſſimum in Henri-
cum IV. Imp. diris devotum. Acceſſit invidia in Fridericum Hohenſtaufium, Impera-
toris generum, Sueviæ & Alſatiæ Ducem. " Hugo Comes de Egensheim Alſatiam
„ jam dudum ab inimicis occupatam invaſit, & ſibi recuperare tentavit. „ (*d*)
Cum vero ſecurus nimis partes Henrici deſpiceret, Otto, Epiſcopus Argent. ex
Hohenſtaufia gente ortus, An. MLXXXIX. eum doloſe oppreſſit. " Hugo Comes de
„ Egensheim, *indefeſſus miles S. Petri*, ſed nimium credulus Strazburgenſi Pſeudo-
„ Epiſcopo, à ſervientibus ejuſdem Epiſcopi occiditur, in cubiculo ipſius, cum ipſo
„ ad dormiendum collocatus, ſecundo Non. Septembris. „ (*e*) Necrologium
Altorſenſe Mſ. ad Non. Sept. ait: " Hugo Comes & cum illo quatuor Milites,
„ Bertolf, Egelolf & duo Lamberti obierunt An. MLXXXIX. „ Erravit ergo
BRUSCHIUS, (*f*) qui mortem ejus ad An. MXC. retulit; ad quem annum apud WAL-
TRAMUM (*g*) legitur: *Hug potentiſſimus Comes Alſatiæ.* Uxoris, quam charta ſuperius
allegata Lutulphi, Decani Tullenſis, ei dat, nomen gentemque ignoramus. Videtur
filia fuiſſe Ludovici, Comitis Montionenſis, Barrenſis & Phirretenſis, ex Sophia
conjuge, Friderici, Lotharingiæ Ducis, ſororé. Conjecturæ locum dedit BAYONUS, (*h*)
qui Hugonis noſtri cædem narraturus, ita infit: " Nonis Septembribus Hugonis
„ Comitis, generis Sophiæ, cum Ludovico Comite pridem nuptæ, occiſus nimis acer
„ & ſubitus fuit. „ Vocem *generis* editor Bayoni HUMB. BELHOMME interpretatur
*ex genere.* Cum vero nulla huic Hugoni cum Sophia interceſſerit neceſſitudo, rectius
legi putamus *generi*; ita ut Hugo fuerit gener Ludovici & Sophiæ, affinisque
Bertholdi, Zaringiæ Ducis, qui Beatricem, Ludovici & Sophiæ filiam, in uxorem
duxerat; quod affinitatis vinculum novum Hugoni ſtimulum addiderit, ut partes
Henrico IV. contrarias ſuſciperet. An ſobolem reliquerit Hugo, incertum.

## §. XLV.

Hæc de Hugonis Comitis, qui junior fratrum Papæ Leonis IX. fuit, ſtirpe; qua extincta omnis eorum hereditas delapſa eſt ad ſtirpem Gerhardi I. qui Hugonis & Brunonis frater fuit natu major, ad quem nunc redimus. Gerhardus I. dñs ante patrem Hugonem IV. in conflictu quodam occiſus eſt. BAYONUS (*i*) ad An. MXXXVIII. ſcribit: " Gerardus Comes Ekenisheim caſtri, frater . . . Epiſcopi
„ Brunonis, dum contra Regnibaldum de Caſtello, quod ab ejus nomine Regnibaldi
„ petra dicitur, cum paucis profectus, orto gravi conflictu inſigniter bellans occiſus
„ eſt. Acrem luctum tam parentibus & fratri, quam cunctæ provinciæ & ipſi Auguſto
„ reliquit. „ Uxorem habuit *Petronicem*, filiam Friderici, Ducis Lotharingiæ Moſella-
nicæ, ex Mathilde, Conradi Burgundiæ Regis filia, ſuſceptam. Soror itaque fuit
Beatricis, quæ Bonifacio Eſtenſi, Tuſciæ Marchioni, nupta peperit celeberrimam
Mathildem, Tuſciæ Comitiſſam. Soror etiam fuit Sophiæ, quæ per Ludovicum,
Comitem Barrenſem & Montionenſem, mater facta Theodorici, à quo Comites
Barrenſes, Phirretenſes & Montisbeligardenſes ſtirpem deducunt; nec non filiæ ano-
nymæ, Hugoni Comiti, Gerhardi noſtri ex fratre Hugone pronepoti, nuptæ; prouti
ex Bayono vidimus. Petronicem hanc, Beatricis ac Sophiæ ſororem, omnibus
hactenus ignoratam, novimus ex BAYONO, (*k*) qui ſcribit: " Hujus (Friderici Ducis
„ junioris) ſorores tres, prima Sophia, quam Ludovicus Comes, ſecunda Beatrix,
„ quam Bonifacius, Marchio Italiæ, tertia *Petronix*, *quam quidam Eliſatii Princeps* uxores
„ duxerunt, fuerunt. „ Iſtum vero Eliſatii Principem noſtrum eſſe Gerhardum I.
ex WIBERTO (*l*) patet, ubi dicitur: " Deus Brunonem liberavit ſuppetiante ejus
„ cognata

Gerhardus I.



(*d*) BERTHOLDUS CONSTANT. ad An. MLXXXVIII.

(*e*) Idem ad An. MLXXXIX. Conf. BAYONUS Lib. II. Cap. LXXXIII.

(*f*) *Chronol. Monaſter. German.* pag. 25.

(*g*) FREHER. *Scriptor. Rer. Com.* Tom. I. pag. 309.

(*h*) Lib. II. Cap. LXXXIII.

(*i*) Lib. II. Cap. XLVIII.

(*k*) Loco cit.

(*l*) In *vita Leonis IX.* Lib. I. Cap. X.

„ cognata, nepte Rudolphi Regis Jurenſis, (qui frater fuit Mathildis, Friderico Duci „ nuptæ) conjuge ſui germani nomine Gerhardi. „ Hæc tam clara, ut nihil dubii ſuperſit. (*m*)

## §. XLVI.

Gerhardus III. Gerhardus itaque noſter, Petronicis maritus, ſuſcepit ex ea filium *Gerhardum III.* filiasque *Hadwidem* ſeu *Heilwigem* ac *Spanehildem*. Gerhardus III. hic avo ſuo Hugoni, Brunonis patri, in Comitiva Nordgoviæ ſeu Alſaticæ Inferioris, ut ſuo loco probabitur, ſucceſſit. An. MLXXIV. controverſia, quam cum patruelis ſui Henrici I. filio Hugone VII. ob advocatiam S. Crucis in Woſſenheim aluerat, à Gregorio VII. Papa fuit deciſa. (*n*) Defuncto dein ſine ſtirpe hoc ipſo Hugone, omnem Dagsburgenſium hereditatem crevit, ſi excipias ea, quæ Alberto, Hugonis patruo, obtigerant, paulo poſt tamen ad Gerhardi quoque filias tranſitura. Improlis, ſorte cœlebs, Gerhardus deceſſit, duas ſorores ſuas relinquens heredes.

Prima fuit Heilwigis, aviæ nomen gerens, quæ Gerhardo Comiti de Vaudano monte nupſit. Albericus (o) ait: " Gerardus Comes de Vaudano monte duxit „ filiam Comitis de Daburg, neptem S. Leonis Papæ. „ Hunc vero Comitem *de Daburg* fuiſſe Gerhardum I. ex charta donationis, Eccleſiæ Argent. An. MCXVIII. factæ, apparet, qua *Domina Helwigis Comitiſſa, filia Comitis Gerhardi de caſtro Egesheim*, legitur. (*p*) In negotio familiæ fratris herciſcundæ Helwigis hæc Comitatum Egisheimenſem accepit, filioque ſuo natu minori reliquit, qui Comitis Egisheimenſis elogio hinc paſſim ornatur, ut inferius videbimus.

## §. XLVII.

Spanehildis. Alteram Gerhardi III. ſororem vocamus *Spanehildem*, nuptam Folmaro, Comiti Metenſi ac Lunævillano. Novimus eam ex Notitia fundationis Abbatiæ S. Remigii Lunævillanæ, (*q*) qua *Comes Folmarus* S. Remigio tres manſos pro anima *uxoris ſuæ Spanehildis*, jacentis ad Marengis, dediſſe, donumque hoc Pibo, Epiſcopus Tullenſis, ſuſcepiſſe dicitur, qui ab An. MLXX. uſque ad MCVII. Eccleſiæ ſuæ præfuit. Reſtat, ut probemus, Spanehildem hanc Gerhardi III. & Hadwidis extitiſſe ſororem.

1.) Coætanea fuit Gerhardo III. & Hadwidi.

2.) Godefredus, Folmari & Spanehildis filius, Egisheimenſi familiæ in Comitatu Alſatiæ Inferioris ſucceſſit & ad poſteros ſuos eum transmiſit. Comitatus feudales tum hereditarii jam eſſe cœperunt; nec alio facile modo hæc Comitiva Alſatiæ ad Lunævillanos & Metenſes Comites, quam jure matrimonii, transire potuit.

3.) Fol-

(*m*) Ut omnem hanc gentem uno intuitu lector ob oculos habeat, ſequens ſtemma ſubjungo:




(*n*) Uti ſupra §. XLIV. oſtenſum.

(o) Trium Fontium Abbas, *Chron.* ad An. MLXX.

(*p*) De charta hac vide ſupra pag. 73. §. CXII.

(*q*) Calmet *Hiſtor. Lotharing.* Tom. I. Probat. pag. 411.

3.) Folmarus Comitatum Dagisburgenſem allodialem cum annexis ei juribus, ut Advocatia Andlavienſi, poſſedit ac poſteris ſuis reliquit; unde Folmarum aut ipſum ex gente Dagsburgica fuiſſe, aut matrem ejus, aut uxorem, colligimus. Ipſe non fuit ex hac gente, quod majores ejus inde à ſec. X. una ſerie repetuntur; ad unum omnes Comites Metenſes; nullo plane modo ad Alſatiam ſpectantes. (r) Nec mater ejus Dagsburgica fuit; quod eo caſu Folmari fratribus, Godefrido & Hermanno, nonnulla ex opulenta hac hereditate obtigiſſent. Folmarus omnium fuit minimus natu. Uxorem ergo Dagsburgicæ originis fuiſſe, non incongrue conjicimus.

Conjecturis ſepoſitis ratio nequit oſtendi, qua Metenſium & Dagsburgenſium Comitum proſapia in unam coaluerit.

## §. XLVIII.

Folmarus fratres habuit Hermannum & Godefridum, qui An. MXXXIV. Abbatiæ S. Remigii donationem fecere, ubi ita: " Godefridus & Hermannus, Fran- „ corum Comites. Catholica commonemur cenſura &c. „ (s) Eos autem Folmari fratres fuiſſe, ex allegata fundationis S. Remigii Lunævill. Notitia patet, qua dicitur, *Comites Godefridum & Folmarum* pro anima *patris ſui Folmari* quædam monaſterio huic bona dediſſe. An. MLXXXV. Henricus IV. Imp. Abbatiæ Neovillar. tres partes Eccleſiæ Hochfeldenſis, in *Pago Nortgauwe* ſitæ, teſtibus *Comite Folmaro, ejuſdemque loci Advocato, & filiis ejus Gotfrido & Folmaro*, Moguntiæ donavit. Brevi poſt Folmarus rebus humanis fuit ereptus, Spanehilde uxore jamjam ſepulta. Folmarus I.

Filios itaque reliquit *Godefridum I.* & *Folmarum II.* quorum priorem Comitivam Alſatiæ Inferioris adminiſtraſſe novimus. Hic quandonam obierit, non liquet. Filium, noſtra ſententia, habuit *Theodoricum*. Primo enim Theodoricus Godefrido in Comitiva ſucceſſit, qui jam An. MCXXIX. occurrit. At ævo hoc Comitatus hereditarios fieri cœpiſſe, notiſſima res eſt. Secundo, Theodorici hujus filius itidem vocatur Godofredus, avum nomine ſuo, ut veriſimile eſt, referens. Godefridus I.

## §. XLIX.

Theodoricus hic An. MCXXIX. conventui in Mommenheim, ibique factæ donationi Abbatiæ S. Walpurgis interfuit; (f) ob id præcipue notandus, quod primus, quantum novimus, uſus fuerit titulo *Comitis provincialis* ſive *Landgravii*. Circa An. MCL. eum periiſſe, probat charta Neoburgenſis Abbatiæ, qua fundatur *anniverſarium pro remedio animæ Provincialis Comitis Theodorici, noſtris temporibus defuncti.* Theodoricus I.

Reliquit Theodoricus *Godefridum*, aliosque filios ac filiam, teſte charta Neoburgenſi An. MCLIX. qua *b. memoriæ Provincialis Comes Theodericus* mortuus, & pro ejus *abſolutione animæ filii ſui una cum filia & matre eorum prædium Mulnbach* monaſterio Neovillarenſi contuliſſe ſcribuntur. Neovillarenſes prædium hoc tum in Neoburgenſes transtulerunt, ea conditione, ut *filius ejus* (Theodorici) *Provincialis Comes Godefridus ejuſdem prædii advocatus ſit & tutor.* Godefredus hic Comes quo anno deceſſerit, non liquet. Memoratur adhuc An. MCLXXV. in charta Neoburgenſi, qua ſedem ſuam in *Huneburch* habuiſſe dicitur. De fratribus ejus ac ſorore alia prorſus monumenta ſilent. Hanc tamen Sigeberto de Werda, qui Godefrido ab Henrico VI. Imp. datus eſt in Landgraviatu ſucceſſor, collocatam in matrimonium fuiſſe, haud abſonum eſt dicere. Sigeberti hujus filius natu minor avi materni nomen geſſit Theodoricus. Poſteros ejus Genealogica Comitum Werdenſium hiſtoria dabit. Godefridus II.

## §. L.

Vidimus hactenus ſtirpem Godefredi I. qui ex Spanehilde filius natu minor fuit Folmari. Videamus jam fata Folmari natu majoris. Legitur is cum patre ſuo in charta Neovillar. An. MLXXXV. ſuperius allegata, (t) nec ſeculi XI. finem ſuperaſſe videtur, quum ab An. MCI. modo filiorum ejus mentio fiat. Pater autem fuit *Folmari III.* & *Hugonis VIII.* Folmarus II. ejuſque filii.



(r) Seriem vide apud MEURISSE *Hiſt. des Evêques de Metz* in ſingulis Epiſcopis, & ap. CALMET loco cit. *Diſcours preliminaires* Tom. I. ſecundæ edit.

(s) RUYR *Antiquitez de la Vège* Lib. V. pag. 426. Apud CALMET. *Hiſt. Lothar.* Tom. I. pag. 412.

chartæ hujus initium corrupte legitur: *Godefridus & Hermannus, Francorum Comites Catholici.*

(f) Regiſtr. tabularii Fleckenſtein. ubi excerpta ex hac charta.

(t) §. XLVIII.

Hugo VIII. Hugonem novimus ex charta An. MCI. qua Ermenſindis, Comitiſſa Namurcenſis, donationem montis S. Martini, Abbatiæ S. Vitoni Virodun. à marito ſuo priore, Alberto, factam confirmavit. Subſcribit ibi *Hugo filius Fobnari Comitis.* Juvenis tamen tum fuit Hugo noſter, imo puer, Henrico, Ermenſindis & Alberti filio, qui itidem ſubſcripſit, ætate par. Hinc Vocco quidam Abbatiæ Altorfinæ manſum dimidium Dutelnhemii An. MCIII. *Hugone Comite adhuc puero, prædicti tamen cenobii advocato,* donavit. Hæc ipſa Hugonis ætas puerilis cauſam dediſſe videtur, ut Abbatiæ Andlavienſis Advocatia, ipſi terrarum Alſaticarum patris heredi debita, à Folmaro III. fratre, Metenſium terrarum avitarum herede, aliquantiſper adminiſtrata fuerit, qui An. MCXIV. adhuc Andlavienſis Advocatus dicitur. Eam tamen fratri ſuo deinceps reſtituit, qui An. MCXXII. advocatia hac inſtructus legitur; (*u*) anno ſequenti in primo ætatis flore vivis ereptus. Teſtatur id ANNALISTA SAXO: (*x*) " Hugo de „ Dagesburch (inquit) moritur, Trojanum illum Alexandrum pulchritudine, virtute „ vero Hectorem repræſentans. „ An. MCXXV. tamen adhuc *Hugo Comes de Tagesburc* in diplomate Henrici V. Imp. Lucellenſi teſtis memoratur; qui vel Hugo VIII. vel hujus ex fratre nepos, de quo mox dicetur, Hugo IX. fuit. Obiit ergo Hugo VIII. improlis; unde Alſaticæ Dagsburgenſes terræ ad fratrem natu majorem Folmarum transierunt.

## §. LI.

Folmarus III. Folmarus Comes partes præcipuas habuit in fundatione Abbatiæ Belliprati, diœceſis Tullenſis. Charta Henrici, Tullenſium Epiſcopi, An. MCLV. fundationis hujus hiſtoriam nectens, factam eam ait An. MCXXXV. "viro nobili Folmaro Comite „ inchoante. . . . Prædictus vir, illuſtris Comes, & conjux ejus femina felicis memo- „ riæ Comitiſſa Mathildis, ſed & filii eorum Folmarus & Hugo, nec non & filiæ „ Clementia, Agnes & Adeleidis . . . dederunt etiam terram &c. „ (*y*) Habes hic uxorem Folmari, filios duos, filias tres. Conſpirat Chronicon Metenſe, cujus fragmentum dedit WASSEBOURG, (*z*) his verbis: " Folmarus, Comes Metenſis, „ habuit duos filios ex Mathilde uxore, videlicet Folmarum & Hugonem, & tres filias, „ Clementiam, Agnetem & Adeleidem. Folmarus primus regnavit, poſt Hugo, qui „ genuit Albertum, Comitem Metenſem. . . Albertus genuit unam filiam Catharinam, „ quæ fuit uxor Theobaldi, filii Ducis Lotharingiæ Frederici, qui fuit ultimus Comes „ Metenſis. „ Quantivis pretii hoc eſt fragmentum, quod ſufficit ad debellandos aliorum errores, qui ingenio indulgentes aliam longe ſtruunt Dagsburgenſium ultimorum familiam, prouti inferius docebo. Annum, quo Folmarus noſter vivere deſierit, monumenta noſtra non produnt. Nec uſpiam Dagsburgenſis Comitis, ſed Comitis Metenſis titulo inſignitum inveni, idque fortaſſis, quia omnes, quæ ſuperſunt, chartæ Metenſia tantum concernunt.

## §. LII.

Folmarus IV. Succeſſit ei in Cometia Metenſi filius natu major Folmarus IV. cujus frequens in chartis mentio. (*a*) Clementia ſoror nupſit Folmaro. Comiti de Caſtris, cui in dotem attulit Comitatum Lunævillæ, (*b*) quique An. MCXXV. chartæ Lucellenſi nomen ſubſcripſit. (*c*) Progeniem eorum exhibet ALBERICUS ad An. MCLXVIII. De reliquis duabus ſororibus nihil invenio.

Hugo IX. Reſtat itaque Hugo IX. qui mortuo fratre Folmaro IV. omnem parentum heredi-tatem ſolus crevit. An. MCXLVI. in diplomate Conradi III. Imp. Cameracenſi teſtis allegatur Hugo Comes de Dagsburg. (*d*) Anno ſequenti Hugo Comes, Advo-catus Andlavienſis, conſenſit, ut Mathildis Abbatiſſa Stivagium Præmonſtratenſibus traderet. (*e*) Occurrit item An. MCLVI. *Hugo Comes de Dagesperch* teſtis in diplo-mate Friderici I. Imp. Neoburgenſi; nec non An. MCLVII. *Hugo Comes de Tagesburg* in

(*u*) RUYR *Antiquitez de la Vôge* Lib. I. pag. 216.
(*x*) ECCARD. *Rer. Germ.* Tom. I. pag. 652. ad An. MCXXIII.
(*y*) CALMET *Hiſt. de Lorraine* Tom. II. Probat. col. 253.
(*z*) *Antiquitéz de la Gaule Belgicque*, Lib. IV. fol. 298.
(*a*) Vid. MEURISSE *Hiſt. des Evêques de Metz* & CALMET loco cit. inter Probat. An. MCXXVI. XXVII. ſqq.
(*b*) RUYR loco cit. Lib. V. pag. 427. CALMETUS in *diſcours préliminaires ſur les Comtes de Metz* Caſtellenſes Comites cum Metenſibus fœdo errore confundit. Adde chartas tres ap. DUCHESNE *Hiſt. de Luxemb.* Probat. pag. 34.
(*c*) BERNARDINUS *Faſt. Lucell.* pag. 256.
(*d*) MIRÆI *Opera diplom.* Tom. I. pag. 182.
(*e*) MABILLON *Annal. Benedict.* Tom. VI. pag. 422. §. CXL. Chartam integram dedit HUGO in *Monaſteriologia Præmonſtrat.* Tom. II. Probat. pag. 542.

in ejuſdem Friderici charta ad Heraclium, Archiepiſcopum Lugdunenſem, Arboſii data. (*f*) Eodem & ſequenti anno Neovillarenſes chartæ *Comitem Hugonem de Dagesburc*, *Metenſium* ac *principalem* Abbatiæ hujus *ex Metenſis Epiſcopi beneficio Advocatum* referunt. An. MCLXI. Fridericum Imp. in Italiam comitatus eſt, (*g*) unde in Germaniam redux hoſtis ſui caſtrum Horburg deſtruxit. (*h*) Plures alias, quas Hugo ſignavit, chartas præterimus. Obiit circa An. MCLXXX.

## §. LIII.

Hugonis hujus filius fuit *Adelbertus* II. qui poſt An. MCLX. cum patre Advocatus Andlavienſis, (*i*) nec non An. MCLXXIII. cum eodem in literis Arnoldi, Trevirorum Archiepiſcopi, quibus concordia Folmari, Comitis Caſtellenſis, cum Monaſterio Belliprati confirmatur, (*k*) occurrit. Habuit præterea filios duos, *Henricum III.* & *Hugonem X.* quorum priorem Adelbertus ipſe frater in charta fundationis Parthenonis Vallis Marianæ (*l*) Ord. Ciſterc. An. MCCX. prodit, his verbis: " Pro remedio „ animæ meæ & parentum meorum, fratrisque mei Henrici & uxoris meæ ac filiæ. „ Hugonem, Alberti Dagsburgenſis Comitis fratrem, apud Vaugias jacere, teſtatur ALBERICUS, (*m*) Trium Fontium Abbas. Ambo hi fratres improles obiiſſe videntur, quod gens nobiliſſima cum Adelberto II. extincta eſt. Adelbertus hic multis nominibus commendatur. Varias de natalibus ejus ac parentibus eruditorum opiniones infra videbimus. An. MCLXXXVI. Advocatus Andlavienſis ſolus comparet. (*n*) Biennio poſt Henrici VI, Rom. Regis, chartæ in Palatio Tullenſi ſubſcripſit. (*o*) An. MCXC. ejuſdem Henrici pro Abbatia Neoburgenſi diploma Veſontione; An. MCXCVI. pro Eccleſiis Collegiatis Argentinenſibus Privilegium Ehnhemii, aliaque plura hujus & ſequentium Imperatorum inſtrumenta Comes Albertus de Dagesburg frequens ſignavit. An. MCXCIV. cum aliis Comitibus, hortatu Ducis Brabantiæ, Henrico Namurcenſi Comiti auxilium tulit, teſte Jo. BAPT. GRAMAYE, (*p*) qui eum *Damborchamon* & *Aldha Comitem* vocat. An. MCC. Abbatiæ Sturzelbronnenſi portionem aliquam in ſalinis Albæ conceſſit. (*q*) Adelbertus II. ejuſque fratres.

Ceterum Alberti noſtri non exigua apud Germanos auctoritas fuit. Ille in bello civili, inter Philippum Suevum & Ottonem IV. partes Ottonianas tanto cum ardore ſuſtinuit, ut teſte GODOFREDO, (*r*) cœnobii ad S. Pantaleonem Coloniæ monacho, ſociatis armis cum Epiſcopo Argentinenſi Suevicas devaſtaverit terras. Quin & An. MCXCVIII. à Colonienſi Archiepiſcopo & Conrado, Epiſcopo Argent. cum Leiningenſi Comite in Angliam miſſus eſt, ut Ottonem IV. inde adduceret, quem Philippo Suevo opponere decreverant. (*s*) Extat Alberti ad Innocentium III. epiſtola, qua cauſam Ottonis ei vakde commendat. Sed & epiſtola extat, qua ad promovenda Ottonis IV. commoda Innocentius hortatur Albertum. (*t*)

## §. LIV.

Ceterum non transeunda ſilentio eſt juniorum aliquot ſcriptorum (*u*) ſententia, qui Alberici, Trium Fontium Abbatis, auctoritate inducti, Albertum II. non ab Hugone, Comite Dagsburgenſi, ſed à Godefrido II. Godefridi I. Barbati, Lovanienſium Comitis, inde Brabantiæ Ducis primi, filio deducunt. Verba ALBERICI (*x*) hæc ſunt: " An. MCCXI. obiit Albertus Comes Dausburgenſis & Dominus de Moſa, relinquens „ parvulam filiam & elegantem, Gertrudem nomine. . . . Hic Albertus & Hugo „ frater ſuus, qui jacet apud Waugias, filii fuerunt Ducis Lovanii, Godefridi „ ſecundi, ex ſecunda uxore Luitgarda nomine &c. „ Accedit diploma Imp. Philippi, qui Errores aliorum.



(*f*) *Gall. Chriſt.* Tom. IV. Inſtrum. pag. 18.
(*g*) Teſte charta Ludi ſignata ap. GUILLIM. *de Epiſc. Argent.* pag. 244.
(*h*) *Fragmentum Uſtiſianum hiſtor.* ad An. MCLXII.
(*i*) RUYR loco cit. Part. III. Lib. I. pag. 216.
(*k*) DU CHESNE *Hiſt. de Luxemb.* Probat. pag. 34.
(*l*) FERN. *Hiſtor. Lrodienſ.* pag. 447.
(*m*) Ad An. MCCXI.
(*n*) RUYR loco cit.
(*o*) CALMET *Hiſt. de Lorraine*, Tom. II. Probat. col. 403. BENOIT *Hiſt. de Toul*, pag. 31.
(*p*) *Hiſt. Namurc.* Cap. VI. pag. 19.
(*q*) Tabular. Lothar. Donationem hanc filia Alberti Gertrudis An. MCCXXIV. confirmavit.
(*r*) Apud FREHER. *Scriptor. Rer. Germ.* Tom. I. pag. 363.
(*s*) CONRADUS URSPERG. pag. 235. GODOFREDUS MONACHUS ad h. a. pag. 264.
(*t*) *Regiſtrum Epiſtolar. Innocentii III.* Epiſt. VIII. IX. XXXV. & XLV.
(*u*) VIGNIER *Origine de la Maiſon d'Autriche* Tab. XXII. HOZIER in *Notis* Miſſ. ad hanc Tab. BENOIT *Origine de la Maiſon de Lorraine*. CALMETUS in Diſſert. prævia *Hiſt. Lotharing.* Tom. I. duas inter ſententias dubius hæret.
(*x*) Ap. LEIBNIT. *Acceſſ. Hiſtor.* Tom. II. pag. 458. ſq.

qui Henrico IV. Brabantiæ Duci, filio Godefridi III. nepoti Godefridi II. Luitgardæ mariti, An. MCCIV. in terras Dagsburgenſes ſpem fecit apud MIRÆUM (*y*) his verbis: " Item conceſſimus ei omne feudum, quod *patruus ſuus* Comes Albertus de Dagisburg „ de manu noſtra ab Imperio obtinet &c. „ Syſtemati hæc noſtro periculoſa forent, niſi ceterorum Annalium & monumentorum teſtimoniis adſtrueretur. Ex his enim percipimus: 1.) Luitgardam, quam Albericus Alberto matrem aſſignat, non *ſecundam* fuiſſe Godefridi II. conjugem, quod tamen tradit Albericus. Anshelmo Gemblacenſi, Chronico Belg. magno, Divæo, aliisque unica Godefridi II. uxor innotuit.

2.) Luitgardam Alberti matrem eſſe non potuiſſe, quod Auctores nominati ejus cum Godefrido II. matrimonium in An. MCXXXIX. rejiciunt. Godefridus autem An. MCXLII. deceſſit, ut omnes Annalitæ aſſeverant; filium Godefridum III. paterni honoris ſucceſſorem, tunc primum ætatis annum agentem, relinquens; quem ideo Godefridum *in cunis* ſcriptores appellant. Godefridus hic primogenitus haud dubie fuit, alioquin Ducatum Brabantinum non accepiſſet. Jam vero quomodo intra unius anni, qui à nato Godefrido III. defluxerat, ſpatio tres alios Luitgarda filios, Albertum, Henricum & Hugonem, quos fratres fuiſſe demonſtravimus, parere potuiſſet.

3.) Sed dabimus, Luitgardam filium habuiſſe Albertum, hic tamen nunquam ad Dagsburgenſes referri poterit. Scilicet Albertus noſter Metenſis, Dagsburgenſis & Mohanus extiterat Comes. Poſteriores Comitatus duo allodiales fuerunt; primus feudum Eccleſiæ Metenſis, quod Alberti majores, teſte RICHERIO, (*z*) tenuerant. Hæc omnia jure Godefridi II. Lovanienſis poſſidere non potuit Albertus, qui nec latum unguem in Alſatia obtinebat. Viderunt hæc Calmetus aliique Alberici ſectatores, cujus ſententiam tamen ſalvam ut redderent, Luitgardem Alberti I. Dagsburgenſis Comitis ex uxore Ermenſinde Luxemburgica filiam conſtituerunt. Albertus hic autem exeunte ſec. XI. vivere deſiit; ut ſuperius (*a*) indicavi. Verum enimvero Luitgardis, Godefridi II. Brabantiæ Ducis, conjux, ſoror fuit Gertrudis, quæ Conrado III. Imp. nupſerat, & Berthæ, quam duxit Emanuel, Imp. Conſtantinopolitanus. Sorores hæ patrem habebant Berengarium de Sulzbach, (*b*) cui in terras Metenſes, Mohanas & Dagsburgenſes nulla jura competebant.

## §. LV.

Subterfugia vana.

Viderant hæc Alberici Trium Fontium ſautores, unde Ermenſindem, mortuo Alberto Dagsburgenſi, Berengario de Sulzbach nupſiſſe aſſeruerunt, eique Bertham & Gertrudem, Emanuelis Comneni & Conradi III. Impp. conjuges, peperiſſe, quæ hoc modo Luitgardis ſorores uterinæ fuiſſent. Verum & hæc ſubterfugia ſunt. Albertus Comes, Ermenſindis maritus, An. MXCVII. in vivis adhuc eſt, & quadriennio poſt Ermenſindis nupta jam fuit Godefrido, Comiti Namurcenſi, prouti ſuperius docuimus. Dicendum ergo foret, Albertum exeunte An. MXCVII. vivere deſiiſſe, Ermenſindam anno ſequenti Berengario Sulzbacenſi nupſiſſe, An. MXCIX. Bertham & Gertrudem peperiſſe, An. MC. factam viduam & An. MCI. ad ſecundas cum Godefrido Namurcenſi nuptias tranſiiſſe; quæ omnia tam brevi intervallo vix fieri potuerant. Taceo Ermenſindem An. MCI. Eccleſiæ S. Vitoni pro remedio animæ *ſenioris* ſui *Alberti* donationem feciſſe, quum bis jam maritata fuiſſet poſt mortem Alberti. Dices fortaſſis, Ermenſindem poſt obitum Godefridi Namurcenſis Berengario deſponſatam fuiſſe. At vero Godefridus ille An. MCXXXVIII. adhuc ſuperſtes fuit. (*c*) Luitgardis ergo nec fuit, nec eſſe potuit Alberti noſtri Dagsburgici mater; adeoque ex Brabantiæ Ducibus ille ortus non eſt. Albertus ſane Godefridum III. Brabantinum ſi fratrem habuiſſet, cur Richerius & Albericus ipſe profapiam Leonis IX. gentemque Dagsburgenſem cum Gertrude, Alberti II. filia, extinctam dixiſſent? Cur diſcerpta fuiſſet Alberti hereditas, ſuperſtite Gertrudis patruele Henrico, Godefridi III. filio? Cur item Henricus hic æs alienum modo, quod Albertus apud eum contraxerat, repetiit, nulla hereditatis facta mentione? Affinitatem tamen Brabantos inter atque Dagsburgicos interceſſiſſe, non equidem negaverim. Innuit eam diploma Philippi Imp. Albertum Henrici patruum appellans. Proprius vocis *patrui* ſenſus heic locum non habet. At ſi Luitgardem ſecundis

(*y*) Opp. Tom. III. pag. 75.
(*z*) *Chron. Senon.* Lib. IV. Cap. XXI.
(*a*) §. XLI.
(*b*) Teſte *Chron. Belg.* ap. PISTOR. Tom. III. pag. 182. & GODEFRIDO VITERB. ſynchrono ſcriptore, ad An. MCXXXIX.
(*c*) Quod chartæ ap. CHESNIUM teſtantur iq *Hiſt. de Luxemb.* Probat. pag. 57. ſq.

ſecundis nuptiis Hugoni Dagsburgenſi, patri Alberti noſtri, deſponſatam fuiſſe dixeris, Albertus Godefridi frater devenit, patruusque Henrici. Hoc modo conſtaret ratio, cur terras Metenſes, Mohanas & Dagsburgenſes Albertus poſſederit, & cur Brabantini, à matre ſolum cognati, in Alberti ſucceſſionem jus nullum habuerint. (*d*)

## §. LVI.

Alberti II. uxor fuit *Gertrudis*; quam CALMETUS (*e*) aliique ex gente *de Los* natam putant; nos autem Badenſibus Marchionibus meliori adſcribimus jure. In chartis inferius allegandis Gertrudis, Alberti II. ex Gertrude filia, neptis Hermanni, Marchionis Badenſis, ac ſororis ipſius filia ſcribitur diſerte. Alberti II. uxor.

Comitatus ac terras ſuas Guilielmo & Henrico filiis relicturus fuiſſet Albertus, niſi triſtiſſimus caſus ſpem patris turbaſſet. Præparaverat ſe eo tempore ad expeditionem in Orientem Flandrorum Comes Balduinus, Byzantii poſtea conſtitutus Imperator. Andanæ, (*f*) quod Namurcenſis Comitatus municipium eſt, decurrionem equeſtrem inſtituit, cui intererat cum filiis Albertus Mohanus. Filii certaminis gloria animati, exercitium poſt reditum repetituri domi, equis concitatis mutuo ſe vulnere conſoluerunt. (*g*) Caſu tam funeſto parens filiis orbatus, ſpe procreandæ ſobolis fere omni abjecta, partem fortunarum Leodienſi deſtinavit Eccleſiæ. Egit hac de re cum Hugone Præſule, eique Mohanas & Valevienſes terras allodiales donatione mortis cauſa adſcripſit; addita lege, ut ſi ipſi filius filiave naſceretur, is tamen fiduciario jure ab Eccleſia Leodienſi terras iſtas reciperet, extincta demum Alberti II. poſteritate pleno jure ad Eccleſiam reverſura. Acta eſt hæc res An. MCCIV. Indictione VII. (*h*) Eodem anno Philippus Suevus Imp. Henrico I. Brabantiæ Duci, jus in Imperialibus Alberti feudis ſuccedendi conceſſit. (*i*) Filii.

Quum autem Albertus brevi poſt filiam genuiſſet Gertrudim, pœnitere eum cœpit conſilii. Donationem vero factam cum revocare non poſſet, ære alieno gravatus, donationem in venditionem convertit. Leodienſis Præſul magnam pecuniæ ſummam Comiti ſolvendam promiſit. (*k*) Moritur denique Albertus, ſuperſtite Gertrude, unica paternarum fortunarum herede, quam quinquennio ante mortem Theobaldo, Lotharingiæ Principi, tenellam deſponſaverat pater. (*l*) Filia.

## §. LVII.

Albertus II. præter Dagsburgenſem Comitatum & Egisheimenſis partem in Alſatia, Metenſem in Lotharingia & Mohanum ac Valevienſem Comitatus poſſedit. In aula Epiſcoporum Metenſium, ut in aliis permultis Antiſtitum Eccleſiæ terris, unum ex præcipuis muneribus fuit Comitiva, cui villæ aliaque bona juncta fuerunt; (*m*) unde Comites Metenſes in chartis paſſim occurrunt. (*n*) Albertus II. in fundationis Abbatiæ Alberti II. hereditas.

---

(*d*) Ex hypotheſi hac ſequens exoritur ſchema:

Berengarius Sulzbacenſis.

| Bertha uxor Emanuelis Imp. Orient. | Gertrudis uxor Conradi III. Imp. | Luitgardis, uxor 1.) Godefridi II. Brab. Ducis; 2.) Hugonis Com. Dagsb. & Met. |
|---|---|---|

| 1. Godefridus III. Dux Brabant. | 2. Albertus II. Comes Dagsb. gentis ſuæ ultimus † MCCXI. patruus Henrici, Ducis Brab. |
|---|---|

Henricus Dux Brabant.

(*e*) Ludovici de Los filiam eam facit BENOIT *Hiſt. Mſc. de Metz* ap. CALMET. Tom. I. *diſc. prélim.* pag. 150. Aſſentit Calmetus ibid. pag. 191.

(*f*) Vulgo Anden, alias Andenne, vicus ad ripam Moſæ, Namurcum inter & Hojum poſitus, ubi Pegga, Pipini ſecioris, Præfecti Palatio, filia poſt Anſegiſi, mariti ſui, mortem monaſterium illuſtre exſtruxit.

(*g*) FISEN. *Hiſtor. Leod.* pag. 436.

(*h*) Charta donationis ap. ÆGID. LEOD. Cap. XCIX. & Auctorem *Triumphi S. Lamberti* Cap I. Facta eſt traditio per ramum & cæſpitem, ante impoſitos.

(*i*) MIRÆUS Opp. Tom. III. pag. 76.

(*k*) CHAPEAUVILL. in *Admonat. ad Ægid. Leod.* Cap. XCIX. ſummam L. mille marcarum promiſſam fuiſſe docet.

(*l*) Produxit pactum matrimoniale CALMETUS *Hiſt. de Lorr.* Tom. II. Probat. col. 417. quod ſignatum eſt An. MCCVI. menſe Sept.

(*m*) MEURISSE *Hiſt. des Evêques de Metz* pag. 142. Sim lis Comitatus apud Tullenſes, Virodunenſes, Genevenſes, Wormatienſes, Argentinenſes &c. Epiſcopo fuit.

(*n*) Metenſis Comitatus Caroli M. ævo jam extitit. Memoratur ab eo in charta S. Arnulphi An. DCCLXXXIII ap. ANDR. VALLADIER *Baſilique de l'Abbaye de S. Arnoul* pag. 200.

Abbatiæ Monialium Cisterc. Vallis Mariæ instrumento An. MCCX. *Comitem de Daborch & Metensem* se vocat. (o) Terræ Mohanæ atque Valevienses in inferiore Lotharingia, Brabantiam inter ac Leodiense territorium, sitæ fuerunt. Moham certe seu Muham arcem munitam quondam fuisse ad fines Brabantiæ, milliari Hojo dissitam, Comitatus Mohani caput; nunc vero dirutam, vicumque Moha ob Marianam imaginem hodieque frequentari, MIRÆUS (p) scribit. Mohani Comitis titulo ornatus sæpe in chartis occurrit Albertus, vel solo, (q) vel cum Dagsburgico junctim. (r) BARTHOLOMÆUS FISEN, elegans rerum Leodiensium scriptor, Daborchium Comitatum cum Mohano confundit, unam Toparchiam utroque nomine designari existimans. In errorem induxit eum vulgaris Leodiensium sermo, Daborchii Mohæque vocabula usurpans promiscue, & in cis-Mosanæ Hojanæ civitatis regione mensuræ Daborchiæ usus superstes; qui veteris Dagsburgi Comitum in illis olim partibus dominationis, non vero Comitatus Mohani duobus nominibus insigniti, testis est evidens.

## §. LVIII.

Gertrudis. Alberti II. qui An. MCCXI. decessit, filia Gertrudis feudorum, ab Ecclesia Metensi pendentium, investituram ab Episcopo ægre obtinuit. Adjecta denique hæc conditio, ut ipsa sine liberis decedente, feuda ista Metensem ad Ecclesiam pleno jure redirent. (s)

In adeunda Mohana hereditate difficultas non minor. Opportuno terris suis Comitatui insidiatus est Henricus, Lotharingiæ inferioris sive Brabantiæ Dux, qui Alberto defuncto Mohæ arcem munitam præsidio suo occupare decreverat, ut pecuniæ summam, quam Alberto mutuam dederat, ex Comitatu Mohano reciperet. Sed dolosa Henrici, Comitatum hunc perpetuo vinculo cum Brabantia nectere cupientis, consilia perspiciens Leodiensis Antistes, Petrapontius Hugo, cujus Ecclesiæ feudum erat Moha, ultima prius experiri, quam arcem Duci permittere maluit. Atrox inde ortum est bellum, quo Præsul, nec precibus, nec armis commotus, sociorum auxilio (*sf*) Moham castellum strenue defendit, ejusque possessionem vindicavit Gertrudi, quæ in jura tandem paterna succesit; Moham Valeviamque, olim allodiales, ab Ecclesia Leodiensi in feudum accipiens. Unde *Comitissa de Daborch & Muha* ab ævi illius scriptoribus (*t*) appellatur. Memorabilis est forma, qua Gertrudis fundationem Abbatiæ Vallis Mariæ, An. MCCX. à patre factam, An. MCCXXIII. confirmavit, (*u*) cujus initium: *Gertrudis de Daborch, Comitissa Metensis & de Muhaa.* Eam tamen Bucelinus, Reusnerus, & quod miror, BLONDELLUS, (*x*) *Catharinam*; ROSIERIUS (*y*) dubitanter *Agnetem* seu *Catharinam* appellant.

## §. LIX.

Gertrudis maritî. Gertrudis nupsit primum Theobaldo I. Lotharingiæ Duci, (*z*) qui matrimonii hujus causa An. MCCXVIII. scripsit: "Ego Theobaldus, Dux Lotharingiæ, Marchio, „ *Comes Metensis & Dagsburgensis.* „ (*a*) Hic An. MCCXX. veneno, uti creditum, extinctus est Argentorato redux, (*b*) cujus frater & successor Matthæus Gertrudi Nanciacum & Gundrivillam in dotalitium ea conditione, ut post ejus mortem ad Lotharingiæ Duces redirent, concessit. MEURISSIUS (*c*) cum Theobaldo Lotharingo, Gertrudis marito, Comitivam Metensem interiisse exitimat.

Mortuo

(o) FISEN. *Histor. Leod.* pag. 447.

(p) *Opp.* Tom. I. pag. 569.

(q) In charta donationis Comitatus de Muha, Episcopo Leod. An. MCCIV. factæ, ap. CHAPEAUVILL. Tom. II. Cap. XCIX.

(r) ALBERICUS ad An. MCCXI. & MCCXXV.

(s) *Chron. Episc. Metenf.* ap. DACHERY *Spicileg.* Tom. II. pag. 231.

(*sf*) Regis Franciæ, Comitis Flandriæ &c. vid. CHAPEAUVILL. ad *Ægid. Leod.* pag. 214.

(t) ALBERICUS ad An. MCCXX. MCCXXV. *Ægidius Leod.* ad An. MCCXXV.

(u) Ao. MIRÆUM *Operum Diplom.* Tom. II. pag. 849. & Tom. I. pag. 410.

(x) Blondellus schema Dagsburgicum confuse ordinat. Vid. *Genealogiæ Franc. Assertio prim.* Tom. II. pag. 29. Tab. XXXVII.

(y) *Stemm Lotharing.* Tom. V. pag. 263. & 265.

(z) RICHER. *Chron. Senon.* Lib. III. Cap. II. & XXI. Jo. A BAYONO *Hist. Mediani Monaſt.* Part. III. Cap. XCVII. pag. 290. & Cap. CXV. pag. 297.

(a) BLONDELLI *Barrium Campano-Franc.* pag. 39.

(b) MARTENE *Thesaur. Anecdot.* Tom. I. pag. 879. VIGNIER *Origine des Maisons d'Alsace* pag. 134. & Nic. VIGNIER *Biblioth. Historiale* Tom. III. pag. 879.

(c) *Hist. des Evêques de Metz* Lib. III. pag. 444. & 457. Scriptor hic in nomine & *Gertrudis* & patris ejus erroneus est; Catharinam pro Gertrude, imo & filiam *Hugonis* uno loco appellans, quam altera rectius dixerat filiam *Alberti.*

Mortuo Theobaldo Lotharingo ad ſecundas Gertrudis cum Theobaldo, Campaniæ ac Briæ Comite, nuptias provolavit, triennio poſt ob ſterilitatem affinitatis obtentu dimiſſa. (*d*) Secundum hoc matrimonium ex ipſis Matthæi, Lotharingiæ Ducis, literis (*e*) addiſcimus, ubi: " Ego Matthæus Dux Lothar. . . notum facio . . quod „ cum cariſſimus Dominus meus Theobaldus Comes Campaniæ nobilem mulierem „ G. Comitiſſam Dauburgenſem & Metenſem, relictam claræ memoriæ Theobaldi, „ quondam Ducis Lotharingiæ, fratris mei, acciperet in uxorem &c. „ Theobaldus hic non modo Campaniæ Comes, ſed & Rex dein fuit Navarræ, avunculo ſuo Sanctio An. MCCXXXIV. in ea ſuccedens. Hic illuſtris ille Poeta eſt, cujus Carmina illius ævi elegantia, idiomate Gallico ſcripta, hodieque ſuperſunt. (*f*)

Tertius Gertrudis maritus erat Leiningæ Comes, cujus prænomen veteres, Richerius & Albericus, tacent ſcriptores; juniores Simonem, Simundum, Aimundum, Emichonem appellant. Neque hoc non ſterile fuit matrimonium; unde terræ Gertrudis poſt mortem ejus multas in partes diſcerptæ, quod Annales illius ævi dolentes teſtantur. Obiit autem An. MCCXXV. (*g*)

## §. LX.

Comitatum Dagsburgenſem Simon, Gertrudis maritus, imo & defuncto Simone frater ejus Fridericus, Leiningæ Comes, dehortante Friderico II. Imp. cives Argentinenſes, ne contra hunc Comitem Epiſcopo ſuo auxilium ferrent, (*h*) occupavit, atque transactione, cum Bertholdo Epiſcopo deinceps inita, partem ejus inſignem tenuit. (*i*) Partem inſuper Epiſcopus Metenſis, caſtra nempe Turqueſtein, Herrenſtein & oppidum Sarburg ex eo diſtraxit, Comitatu Metenſi ſimul quoque potitus. (*k*) Mohanæ terræ ad Epiſcopum Leodienſem, vi transactionis ſupra memoratæ, tranſierunt, (*l*). Gertrudis hereditas diſtracta.

## §. LXI.

In Genealogico hoc Egisheimenſium & Dagsburgenſium Comitum ſyſtemate duo ſunt difficiles nodi. Primus eſt ratio, qua Dagsburgenſis Comitatus ad Folmaros, Metenſium pervenerit Comites. Solvitur dubium, ſi matrimonium Spanehildis, Dagsburgi heredis, cum Folmaro I. admittimus. Secundo oſtendenda affinitas, quæ inter Dagsburgenſes Comites atque Godefridos, Brabantiæ Duces, interceſſit; qui tamen Dagsburgenſibus extinctis, nihil ex hereditate obtinuerunt. Heic ad duplex Luitgardis matrimonium confugimus, quæ Godefrido II. Brabantiæ Duci primum, inde Hugoni IX. Dagsburgenſium Comiti, nupſerit. Hypotheſis noſtra nodum haud difficulter diſſolvit. Ex eadem hac Egisheimenſium genealogia perſpiciet Lector, primorum Alſatiæ inferioris, quos novimus, Landgraviorum plures ex Egisheimenſium deſcendiſſe profapia; cumque Magiſtratuum dignitates à ſec. XI. fere omnes hereditarie fierent, anonymam ex primis Landgraviis ſororem vel filiam Sigeberto, primo ex Werdenſium Comitum familia Landgravio, nupſiſſe. Diſtinctius hæc Caput de Landgraviis Inferioris Alſatiæ docebit. Nodi Genealog. duo.

Ceterum uti in Luitfridigenum ſtemmate ad vicinorum, Trudpertina nempe Briſgoviæ & Murenſia Helvetiæ, monumenta frequentius provocare coactus fui, ita in formanda Eberhardigenum ſerie domeſticis præſertim Alſatiæ codicibus ſum uſus & chartis, quas Altorfina Benedictinæ Regulæ Abbatia, ab Eberhardigenis fundata, mihi ſubminiſtravit; à nemine huc uſque diligenter inſpectas aut prolatas in lucem.



(*d*) ALBERICUS ad An. MCCXX. & XXII. RICHER. SENON. Lib. IV. Cap. XXI. Eccleſiaſtica ſententia ruptum fuit hoc matrimonium. BUTKENS *Trophées de Brabant* Probat. pag. 234. ſq.

(*e*) Ap. VIGNIER *Origine des Maiſons d'Alſace*, Probat. pag. 134.

(*f*) Edita ſunt An. MDCCXLII. Lutetiæ, cum Notis & Gloſſario à Dn. LEVESQUE DE LA RAVALIERE, Acad. Reg. Inſcriptionum ſocio; 2. Voll. 12mo.

(*g*) ALBERICI Chron. ad An. MCCXXV. CHRON. NOVIENT. ap. MARTENE *Theſaur. Anecdot.* Tom. III. pag. 1346.

(*h*) Litteris Spiræ datis ap. WENCKER. *Apparat.* pag. 162.

(*i*) Vid. ſupra pag. 196.

(*k*) RICHER. *Chron. Senon.* Lib. IV. Cap. XXI. ubi: " Si fas eſſet os ponere in cœlum, dicerem, „ quare tam nobilis progenies & tam ſancta per „ ſæpedictam mulierem herede caruit; ſine idem „ Comitatus (Dagsburg) nomine tam famoſo caruit. „ Nam Metenſis Epiſcopus Joannes, audiens defectum „ heredum illius Comitatus, quædam caſtra, ſcil. „ Herneſtem & Turqueſtem, & quædam oppida per„ optima, videlicet Alban & Salnborch, & Comitatum „ civitatis Metenſis, & terras & homines, quæ „ omnia Comes de Dafporch à priſcis temporibus „ nomine feudi poſſederat ab eodem Epiſcopo, ad „ jus & proprietatem Metenſis Epiſcopii reſumſit & „ ſaiſiit &c.

(*l*) ALBERICUS ad An. MCCXXV. ita: " Comi„ tiſſa Gertrudis cum eſſet hæres unica de Daborch, „ & de quodam caſtro Leodienſis diœceſis, quod „ Muha dicitur . . . tandem moritur ſine „ herede. . . . Epiſcopus Leodienſis caſtrum Mu„ ſaci cum appendiciis tam emtionis titulo, quam „ jure mortuæ manus potenter & victoriose obtinuit, „ Duce Lovanii pro poſſe ſuo reſiſtente.

# CAP. III.

## EBERHARDIGENÆ EGISHEMIO-LOTHARINGI.

### §. LXII.

ORdo rerum, quem propoſui, requirit, ut ab Eberhardigenis Egiſhemio-Dagsburgicis ad Eberhardigenas Egiſhemio-Lotharingos transeamus; unde Lotharingicus ille ſanguis, Habsburgo-Auſtriacarum opum apud Germanos, Belgas, Italosque heres futurus, ut & alter ille Lotharingicus in Gallia ramus, à Claudio Lotharingo deſcendens, in Harcurto-Armagnacenſibus ſuperſtes, deſcendunt. Scilicet Eberhardus ille quartus, qui circa An. DCCCCLXVI. obiit, per filium Hugonem Egiſheimenſium Comitum ſtirpem provexit; per Adelbertum vero filium Lotharingiæ Ducum fator evaſit. Egiſheimenſes Comitatum Nordgoviæ, id eſt, Landgraviatum Inferioris Alſatiæ tenuerunt, atque ex illis Dagsburgici & Werdenſes Comites prodiere per feminas; uti ex Luitfridigenis Habsburgici Sundgoviæ Comites, Superioris Alſatiæ Landgravii, prognati ſunt. Initium à Gerhardo ducamus, quem primum appello; ex cujus fratre Adelberto, Lotharingiæ Duce, per Gerhardum II. natus eſt nepos Gerhardus III. at in ordine Ducum Lotharingiæ primus.

### §. LXIII.

Gerhardus I.

Gerhardus Egiſheimenſium primus circa An. MII. de quodam Comitatu, qui in Hermanni, Alemanniæ Ducis, Ducatu ſitus erat, ab Henrico II. Imp. inveſtitus fuit. DITMARUS (*a*) ita: " Gerhardus Comes Alſatiæ accepto à Rege quodam Comitatu „ præfati Ducis (Alemanniæ) cum domum rediret, juxta unam urbium caſtra meta„ tus eſt. A quo urbani pacem vix unam noctem impetrantes, egreſſi ſunt doloſe . . „ è quibus unus . . propius acceſſit, ſigniferamque lanceam, qua beneficium Ducis „ Comes idem acceperat à Rege, coram tentorio ejus affixam, elevando circum„ ſpexit . . . Comes quaſi honore privatus irridetur. Qui . . triſtis abiit, tam „ vacuus à beneficio, quam à militari ſigno.

Turbidi ingenii homo Godefridum, Lotharingiæ Ducem, denique armis aggreſſus eſt, qui An. MXV. Gerhardum fugavit, ac unicum ejus filium Sigfridum vulneratum cepit, qui in cuſtodia deinceps deceſſit. (*b*)

HERMANNUS CONTR. & CHRONICON AUSTRALE (*c*) Gerhardum Comitem, avunculum Conradi, poſtea Imperatoris, victum ajunt. Filium autem Sigefridum occiſum BALDERICUS NOVIOMAGENSIS (*d*) & SIGEBERTUS GEMBLAC. (*e*) tradiderunt. Gerhardus adhuc vixit An. MXX. quo monaſterio Fructuarienſi donavit bona, quæ à Guilielmo, Abbate Divionenſi, facta permutatione acceperat. Donationis & permutationis chartæ apud GUICHENONIUM (*f*) extant. Conjugem habuit *Evam*, Sigefridi, Comitis Lucemburgenſis, filiam, ſororemque adeo D. Cunegundæ Imperatricis. BAYONUS (*g*) Gerhardum duxiſſe *ſororem Cæſaris Henrici Evam nomine* memorat. Evam vero non ipſius Cæſaris, ſed conjugis ejus ſororem fuiſſe, ex DITMARO (*h*) patet, qui poſtquam prœlium Gerhardi cum Godefrido Lotharingo narraſſet, ſubnectit: " Capti ſunt autem tunc ex parte ſenioris ſui Sigefridus, ejuſdem filius, nepos autem „ Imperatricis noſtræ; „ nempe Cunegundæ, Henrici II. Imp. conjugis. Suſcepit ex ea filium *Sigefridum*, qui avum maternum nomine referens, ante patrem improlis in cuſtodia Lotharingiæ Ducis deceſſit, filiasque duas, *Juttam* & *Giſelam*. Auctor vitæ S. Cunegundæ (*i*) ait: "Habuit (Cunegunda) ſecum ſororis ſuæ filiam Juttam nomine, „ quam à primis annis educatam, omni diſciplina, ſecularium quoque literarum „ ſcientia, inſtruxerat. Hæc matterteram non minus religionis quam dilectionis amore „ in monaſterio ſecuta & conſecrata fuit. „ Filiarum altera Giſela Gerhardo II. Adelberti I. filio, patrueli ſuo, ut videbimus, nupſit.

§. LXIV.

(*a*) *Chron.* Lib. V. pag. 369.
(*b*) Ibid. Lib. VII. pag. 415.
(*c*) Ad An. MXVII.
(*d*) *Chron. Cameracc* Lib. III. Cap. XI.
(*e*) *Chron.* ad An. MXIV.
(*f*) *Bibliothecæ Sebuſ.* Centur. I. num. 75. Cent. II. num. 81. ubi vir illuſtris & magnæ opinionis Comes Gerhardus cum conjuge ſua Eva & filio ſuo jam defuncto Sigefrido laudatur.
(*g*) Lib. II. Cap. XL. & LVI.
(*h*) Lib. VII. pag. 415.
(*i*) DU CHESNE *Hiſt. de Lucemb.* Probat. pag. 15.

## §. LXIV.

Adelbert I. Dux.

Gerhardi frater natu major, primus filiorum Eberhardi IV. *Adelbertus I.* maxima apud Lotharingos pollebat auctoritate, jamque An. DCCCCLXXIX. in donatione, Abbatiæ S. Maximini prope Treviros facta, *vir nobilis Domnus Adelbertus Dux Lotharingiæ & Marchio, & Juditta uxor ſua*, dicitur. (*k*) Senex nonniſi poſt An. MXXXVII. vita defunctus: hoc enim anno Adelbertus, Lotharingiæ Dux & Marchio, cum Juditha ſua villam Mamendorf Eccleſiæ S. Matthiæ donavit; (*l*) ſepultus Boſonis-villæ, uti ex notitia fundationis hujus monaſterii novimus, quod Juditha, dum maritus Hieroſolyma peteret, An. MXXXIII. in honorem S. Crucis conſtruxit. (*m*) Juditha hæc ſoror Sigefridi I. Comitis Lucemburgenſis, (*n*) adeoque Cunegundæ Imperatricis & Evæ, Gerhardi I. affinis fui, uxoris, amita fuit. Duos ex ea filios, Albertum II. & Gerhardum II. Albertus I. ſuſcepit.

## §. LXV.

Adelbert II. Dux.

Adelbertus II. multis modis notandus eſt. Filium eum eſſe Adelberti I. probat charta Theodorici, Lotharingiæ Ducis, An. MXC. apud Wasseburgium: (*o*) " Hinc eſt quod ego Theodoricus, filius Gerardi Ducis Lotharingiæ, do fratribus „ Eccleſiæ b. Matthiæ . . . eadem forma, ſicut pater noſter Gerardus & *propatruus* „ *noſter Adelbertus* ſeu Albertus, Dux Lotharingiæ, & uxor ejus Juta dederunt. „ Theodoricus hic filius fuit Gerhardi III. Ducis Lotharingiæ, ex ſtirpe Alſatica orti. Avum habuit Gerhardum II. Adelberti II. noſtri fratrem, qui propatruus Theodorici fuit & Dux Lotharingiæ. Hinc eſt forte, quod Bayonus (*p*) Adelbertum II. Ducem nominat Cæſaris Henrici *nepotem*. (*q*) Quidquid ſit, Adelbertus hic ab Imp. Henrico III. Ducatui Lotharingiæ Ripuariæ An. MXLIV. præfectus eſt, (*r*) quem per quadriennium adminiſtravit, à Godofredo, Lotharingiæ Inferioris Duce, prælio dein victus & interfectus. (*s*) Uxorem ejus *Juttam* vocat Fragmentum chartæ Theodorici Ducis, ex Waſſeburgio paulo ante allegatum. Sobolem num reliquerit, ignoramus.

## §. LXVI.

Gerhardus II. Comes.

Adelberti hujus frater, adeoque Adelberti I. filius, fuit Gerhardus II. Comes. Charta fundationis Boſonisvillæ: " Succeſſit eis (Adelberto I. & Judithæ) Gerhardus „ Comes Marchio filius, qui cum uxore ſua Giſila &c. „ (*t*) Giſilam hanc Henrici II. Imp. ex ſorore neptem Bayonus (*u*) prodit: " Gravis diſſenſio An. MXII. „ orta inter Henricum Cæſarem . . & Comitem Gerardum, fratrem Alberti Ducis „ Lotarienſium, qui Gerardus neptem ipſius Cæſaris ex ſorore nomine *Gislam* uxorem „ fortitus erat. „ Idem alio loco: (*x*) " An. MXXXVII. Comes Gerardus neptem



(*k*) Calmet *Hiſt. de Lorr.* Tom. I. Prob. col. 385.
(*l*) Ibidem col. 405.
(*m*) Ibidem col. 543.
(*n*) Adelbero, Præpoſitus S. Paulini Trevirenſis, ejuſdem Sigefridi I. Lucemburgenſis filius, ut probat Du Chesne *Hiſt. de Lucemb.* Cap. I. monaſterio S. Matthiæ An. MXXXVII. donationem fecit *regnante ſereniſſimo Imperatore Conrado, nepote noſtro*, ſcriptumque ſuum *Adalberti avunculi noſtri Marchionis & Ducis Lotharingiæ, & Judithæ amitæ noſtræ, uxoris ſuæ, ſpatiis tuunivi* fecit. Calmet *Hiſt. de Lorr.* Tom. I. Probat. col. 416. Hermannus Contr. ad An. MVII. Adelberonem hunc vocat germanum Cunegundæ. Cur vero Conradus II. Imp. *nepot* ejus dicatur, non video. Forte ratio danda erit, quod Adelbero cum frater fuerit *Eccæ*, uxoris Gerhardi I. qui Adelheidis, Conradi II. matris, frater erat, jura affinitatis ad eum uſque extendit.
(*o*) *Hiſt. de la Gaule Belgique* Lib. IV. fol. 245. Blondellus in *Not.* mſc. ad librum Vignierii, qui hanc eandem chartam inter probat. pag. 100. allegat, eam vel interpolatam eſſe vel plane confictam ſcribit. Miror Calmetum, qui Tom. I. pag. 954. Waſſeburgium ſequitur, in Diſſertat. prævia ibid. pag. 149. ſq. alia prorſus loqui, hunoque Adelbertum conſtituere fratrem Gerhardi III. qui ipſi in Ducatu Lotharingiæ ſucceſſit, cujusque patruus ipſe dicendus eſt, ſi chartæ à Waſſeburgio prolatæ fidem habeamus.
(*p*) Cap. L.
(*q*) Si illud de Henrico II. intelligas, per Cunegundam id factum hoc modo:

Sigefridus I. — Juditha, uxor Adelberti I.
Cunegunda, uxor Henrici II. Imp. — Adelbertus II.

Si de Henrico III. interpreteris, ſequens oriretur ſyſtema:

Eberhardus Comes. An. DCCCCLIX.

Adelbertus I. Dux & Marchio. — Adelhaidis, uxor Henrici Franconiæ Ducis
Adelbertus II. noſter. — Conradus II. Imp.
Henricus III. Imp.

Hoc autem pacto Henricum III. potius Adelberti nepotem dicere debuiſſet Bayonus.
(*r*) Hermannus Contractus, Sigebertus Gemblac. Albericus ad An. MXLIV.
(*s*) Ibidem ad An. MXLVIII.
(*t*) Calmet loco cit. Probat. col. 543.
(*u*) Lib. II. Cap. XLIV.
(*x*) Ibid. Cap. XLVIII.

„ ex sorore nomine Gyselam pro re, quam decet silentio premi, uxorem sortitus est: „ pro quo equivocus ex ea natus, quia ipse citata morte obiit, Ducatum Lotaringiæ „ post assecutus est. „ Posteriore hoc loco Gerhardi cum Gisela matrimonium ad An. MXXXVII. male procul dubio refertur, quod filius ejus Gerhardus, An. MXLVIII. Dux Lotharingiæ creatus, nonnisi decennium egressus fuisset. Priore autem Gerhardum I. cum Gerhardo II. confundit Bayonus, contra cujus verba CALMETUS (*y*) Giselam Conradi II. Imp. neptem, seu conjugis ejus sororis filiam, constituit. Nullam Conradi II. nullam uxoris ejus Giselæ sororem reperio, cujus filia dici posset Gerhardi II. conjux Gisela.

Bayonus eam & Henrici II. Imp. & ipsius Gerhardi II. neptem appellat, quod facilius explicari nequit, quam si Gerhardum II. patruelem suam, ex Gerhardo I. & Eva, Cunegundæ Imperatricis sorore, natam, uxorem duxisse statuamus.

## §. LXVII.

Filii ejus.

Duodecimo post patris obitum anno Gerhardus noster spiritum emisit; relictis ex conjuge Gisela filiis duobus, Theodorico & Gerhardo. Notitia fundationis Bosonisvillæ jam allegata: " Duodecimo anno post mortem patris defunctus (Gerhardus) „ & in choro S. Crucis ad latus patris est sepultus, uxorque sua Gisila in choro „ S. Petri est sepulta, succedentibus sibi filiis, Deodelrico videlicet Comite & Ger„ hardo Duce. „ Dissentit hic iterum CALMETUS, (*z*) Gerhardo nostro sobolem XI. liberorum attribuens. Eadem nempe, quam modo laudavimus, fundationis Bosonisvillæ notitia Calmetum in errorem induxit, his verbis: " Hæc sunt „ nomina vivorum atque defunctorum fratrum . . . quorum allodio vel eleemosyna „ iste S. Crucis locellus bene est fundatus: Adalbertus Comes atque Domina Juditha, „ ejus insignis femina; Gerhardus Comes; Gisila & illius proles inclyta, Adalbertus, „ Gerhardus, Cuonraldus, Adalbero, Beatrix, Cuono, Gisila, Ilsedda Abbatissa, „ Azelinus, Ida, Adeleth. „ Gerhardi & Giselæ prolem omnes, qui post eos hic nominantur, mares ac feminas, Calmetus intelligit. At vero prior, quem protulimus, chartæ Bosonisvillanæ locus aperte repugnat, qui Gerhardum & Giselam duos tantum filios, Deodelricum Comitem & Gerhardum Ducem, successores habuisse, nulla reliquorum facta mentione, refert. Adde, quod Deodelricus filius in illo catalogo plane omittitur, quodque Adelbertus, ex sententia Calmeti primogenitus, patris non fuerit successor. Neque sibi profecto constat Calmetus, cum Bayoni, nuptias Gerhardi cum Gisela ad An. MXXXVII. ponentis, testimonium admittit, lexennioque post, seu An. MXLIII. quo Notitia fundationis Bosonisvillæ scripta est, eidem Gerhardo XI. liberos adscribit, quorum Ilsedda, locum tenens octavum, jam Abbatissa dicitur, quæ nisi per miraculum nata vix esse potuerat. Deodelricum sive Theodoricum ignorarenus, nisi charta Bosonisvillana eum Gerhardo II. vindicaret. Eum enim silent Annales. (*a*) Videtur esse Theodoricus ille, quem Genealogus Murensis ab initio statim Genealogiæ suæ Lotharingorum Ducem refert, Gerhardi Ducis patrem, Gerhardi de Egisheim avum, Udalrici & Stephaniæ proavum. Hæc vero genuinis veræ Genealogiæ documentis manifeste repugnant.

## §. LXVIII.

Gerhardus III.

Gerhardus III. alter, ut jam ostendimus, Gerhardi II. filius, idem ille est, quem Henricus III. Imp. An. MXLVIII. Lotharingiæ superioris seu Mosellanicæ Ducem, hujus nominis primum, creavit, postquam Adelbertus II. patruus ejus, fuisset occisus. Gerhardus *de Alsatia* communiter à scriptoribus vocatur. ALBERICUS, Trium Fontium Abbas: (*b*) " Albertus, qui Ducatum Godefrido negatum fusceperat, „ à Godefrido perimitur. Ducatum ejus *Gerardus de Alsatia*, alterum vero Ducatum „ Fride-

(*y*) *Discours préliminaire* loco cit.
(*z*) *Discours préliminaire* loco cit. in *Histor. Lotharingiæ* Tom. I. col. 149.
(*a*) In chârta Adalberonis, Episcopi Metensis, Abbatiæ S. Trudonis An. MLXV. data, *Odelricus frater Ducis Gerardi* inter testes occurrit, ubi pro *Odelricus* legendum esse arbitror *Deodelricus*. Calmetus Odelricum hunc eundem esse putat, qui in charta Bosonisvillæ dicitur *Adeleth*; quo vero nomine mulier procul dubio designatur Adelheidis. Eundem porro esse credit, qui An. MLXIX. Udonis, Episcopi Tullensis, instrumento subscripsit testis: *Odelricus de Nouceyo*; atque ab eo tantum non Lemonicurtis Domus origines repetit, Tom. I. Lib. XX. Cap. II. pag. 1103. In alia ejusdem Udonis charta An. MLXV. testes occurrunt: *Haymo Comes & frater Odelricus*. Haymo hic Comes Odelricum in prioribus Udonis literis præcedit sine medio. Chartas istas exhibet CALMETUS Tom. I. *Histor. Lotharingiæ*, inter Probationes.
(*b*) Ad An. MXLVIII.

„ Fridericus obtinet. „ An. MLXIV. Henricus IV. Imp. Ecclesiæ Ultrajectinæ bona, per Comites Hollandiæ ablata, Friderici, Godefridi & *Gerhardi* Ducum consilio restituit. (*c*) Triennio post *Gerardus*, *Lotharienſium Dux*, rogatu *uxoris* suæ *Hadvidis*, *filiique Theodorici* monasterio Epternacensi donationem fecit, ut " habeatur ibidem in „ perpetuum memoria mei, & uxoris meæ Hadvidis, filiique nostri Theodorici, & „ annuatim fiat solemniter anniversarius dies patris mei Gerardi, matrisque meæ „ Gislæ &c. „ (*d*) An. MLXX. Gerhardus Dux vitam cum morte commutavit. ALBERICUS ita " Gerardus de Alsatia, Dux Mosellanorum, moritur . . cui succedit „ *Theodoricus*, filius ejus. Prædictus Dux Gerardus de Alsatia cum isto Duce, filio „ suo Theodorico, habuit etiam alterum filium nomine *Gerardum*, qui fuit primus „ Comes Waudani montis „ Gerhardi uxor, Hadwidis, Alberti, Comitis Namurcensis, foror fuit, filia Ermengardis, cujus pater Carolus ille Lotharingus, Lotharii Franciæ Regis frater. (*e*) Ex Hadwide hac itaque Theodoricum, qui in Ducatu Lotharingiæ patri succesſit, & Gerhardum Comitem Vaudani Montis susceptt. (*f*)

## §. LXIX.

Theodoricus Dux, cujus res Lotharingici scriptores expediunt, ex Gertrude, Roberti Frisonis, Flandriæ Comitis, filia, *Simonem*, à quo Lotharingiæ Ducum ad hunc usque diem progreditur stemma, & *Theodoricum* genuit, qui Flandriæ Comitum Alsaticæ stirpis extitit fator, atque hinc apud Belgas *Theodorici de Alsatia* fortitus est nomen. (*g*) Ex hereditate paterna terras Bitenses accepit. Theodorico huic An. MCLXVIII. in Flandriæ Comitatu succesſit filius, Philippus de Alsatia, de quo grossi argentei extant cum epigraphe: *Philippus Elsatiæ Comes Flandriæ.* In aversa parte: *Gratia Domini Dei nostri factus sum.* (*h*) Hic in obsidione Ptolemaidis An. MCXCI. decesſit improlis. Margaretha, soror ejus, quæ Alsaticam Flandriæ Comitum Dynastiam clausit, nupserat Balduino, Hannoniæ Comiti, cujus filius Balduinus Imperator Constantinopolitanus evasit. Theodoricus Dux.

## §. LXX.

Gerhardum IV. Theodorici Ducis fratrem minorem, Comitem Egisheimensem vocat GENEALOGUS MURENSIS. (*i*) Sed ALBERICUS Comitem Vaudani montis, ut vidimus, eum appellat. Terra hæc Vaudani montis in Gerhardi IV. gratiam ab Henrico IV. Imp. facta est Comitatus. Idem ALBERICUS (*l*) uxorem ejus & liberos nobis refert: " Iste Comes Gerardus de Alsatia duxit filiam Comitis de Daburg, „ neptem S. Leonis Papæ, de qua genuit Comitem Waudani montis *Hugonem*, & „ sororem ejus *Gislam*, quæ fuit Comitissa Barri. „ Uxor Gerhardi IV. *Heilwigis* erat, filia Gerhardi I. Egisheimensis & Dagisburgensis Comitis, qui frater Leonis IX. fuerat. (*m*) CALMETUS (*n*) eam Burgundiæ Ducis filiam haud recte constituit. Ipsa *Hugone filio suo majore*, *ceterisque filiis* laudantibus & consentientibus Ecclesiæ Argent. donationem fecit, pro qua *cum filiis ambobus laycis*, *Hugone majore & minore Udalrico*, beneficiis de curte Episcopali ornata est. Heilwigis hæc, mortuo fine liberis fratre Gerhardo III. terras Egisheimenses jure hereditario crevit, filiisque suis Hugoni & Udalrico reliquit. Præter hos autem filios *Stephaniam* quoque, Friderici, Phirretarum Comitis, uxorem, (*o*) & *Gislam*, Raynaldo I. Barrensium Comiti, nuptam (*p*) Heilwigis peperit. *Comes Gerardus Vadamimontis primus*, Henrici, Leucorum Episcopi, *patruus*, *& Comitissa Helvidis cum filiis suis Hugone & Olderico Comitibus Bellamvallens* Mediano dederunt monasterio. (*q*) Gerhardus IV.



(*c*) Inserta est charta GERBRANDI DE LEYDIS *Historiæ* Lib. XIII. in SWERTII *Rer. Belgicar. Scriptoribus.*

(*d*) CALMET *Hist. de Lorr.* Tom. I. Probat. col. 463.

(*e*) *Genealog. S. Arnulphi* ap. DU CHESNE Tom. II. pag. 643. ubi: " Karolus Dux (Regis Lotharii frater) genuit Ermengardam . . . Ermengardis genuit Albertum Comitem (Namurcensem) „ & filias duas, Hadeuuidem & Emmam de „ Lot. . . . Hadeuuidis Theodoricum Ducem & „ Gerardum Comitem, fratres. Horum Theodoricus genuit Simonem Ducem &c.

(*f*) Testibus jam productis adde chartam Theodorici Ducis, Abbatiæ S. Matthiæ Trevir. An. MXC. datam ap. WASSEBURG. Lib. IV. fol. 246.

(*g*) In *Genealog. Comitum Flandriæ* ap. MARTENE Tom. III. pag. 383. & 38. dicitur *Theodoricus Elsacensis & Theodorici Ducis de Elisatæ* filius. *Chron. S. Bertini* ibid. pag. 624. eum vocat *Theodoricum de Hulsate.*

(*h*) Le BLANC *Monnoyes de France* pag. 160.

(*i*) In *Actis Murensib.* ab initio, ubi: " Genuit „ autem Theodricus Gerhardum Ducem. Ille vero „ genuit Gerhardum de Egisheim patrem Udelrici & Stephani. „ Confusa hæc & errorum plena sunt.

(*l*) Ad An. MLXX.

(*m*) Vide supra §. 46.

(*n*) *Differt. prælim. à l'Hist. de Lorraine* col. 109.

(*o*) Quæ peperit ex eo filium Ludovicum, quem ab avunculo suo Udalrico terras Egisheimenses accepisse credit BENOIT *Hist. de Toul* pag. 366. in eo errans, quod Udalricum hunc filium faciat Hugonis Dagsburgensis. Vide infra Comites Phirretenses.

(*p*) DU CHESNE *Hist. de Bar-le-duc* pag. 19.

(*q*) Charta Henrici, Leucorum Episcopi, An. MCXXXIV. in *Histor. Mediani Monasterii* pag. 348.

## §. LXXI.

Ulricus. *Udalricus Comes de Egisheim* cum *Hugone Comite de Tagesburc* Henrici V. Imp. diplomati Lucellenſi An. MCXXV. teſtis ſubſcripſit, (*r*) & Conventui Principum, à Lothario II. Imp. An. MCXXIX. Baſileæ habito, interfuit. (*s*) Idem circa An. MCXXXVIII. Abbatiam Pariſienſem in Comitatu Alſatiæ ſuperioris Egisheimenſi inſtituit. (*t*) Memoratur adhuc *Odalricus Comes de Egensheim* in nonnullis Conradi III. Imp. diplomatibus An. MCXLI. (*u*) & MCXLIV. (*x*) brevi poſt ſine dubio defunctus improlis, nulla quod ejus mentio deinceps occurrat. Poſt Ulricum hunc, Egisheimenſis Comitis titulo qui uſus ſit, reperio neminem. Comitatus hic jam tum diſtractus maximaque parte ad Comites Phirretenſes translatus fuiſſe videtur. Ludovicus, Phirretarum Comes, Stephaniæ, Ulrici ſororis, filius, *avunculo* ſuo Ulrico *hereditarie* ſe ſucceſſiſſe An. MCLXXXVII. teſtatur. (*y*) Hugo, Ulrici frater, paternam Comitum Vaudani montis proſapiam continuavit.

## §. LXXII.

Epilogus. Summarius hic univerſæ Etichonidum ſtirpis, per Luitfridigenas & Eberhardigenas propagatæ, conſpectus eſt. Ex ſtemmate hoc illos jam producemus ſpecialius, qui longo ſeculorum decurſu præcipuos in Alſatia Magiſtratus exercuerunt. Primo quidem loco ponendos exiſtimares Alſatiæ Duces, quod principem hi Magiſtratum provinciæ conſtituerunt. Nec ego primarium eis locum heic denegaſſem, niſi valtum illud Etichonidum ſchema, tot Cæſaribus refertum & Regibus, Pro-genealogici ſchematis loco, præmittendum fuiſſet. Sed & huic ſchemati, ſtirpes, ejuldem ſanguinis participes, neceſſario ſubjungendæ fuerunt. Landgravios ergo Etichonidas primo loco expoſiturus ſum, indeque ad Duces, qui in Periodo Germanica non ex Etichonidis defumti ſunt, & denique ad ſucceſſores eorum, Advocatos provinciales, progredior. Inde Comites fundi atque Dynaſtæ ſequuntur. Moſellanicorum autem Lotharingiæ Ducum res Lotharingicis Scriptoribus exponendas relinquo, Alſaticas eorum origines indicaſſe contentus.

# *CAP. IV.*

# LANDGRAVII SUPERIORIS ALSATIÆ.

## §. LXXIII.

Diviſio in Dynaſtias. SYllabus Sundgoviæ Comitum &, qui ex illis orti ſunt, Landgraviorum ſuperioris Alſatiæ, Germanica ſub Periodo, duas eorum Dynaſtias, *vagam* nempe & *fixam*, proponit. Vaga temporarios & promiſcuos Provinciæ Comites, diverſis ex gentibus ſumptos; fixa autem eos complectitur, qui Landgraviatum hereditario jure & vinculo poſſederunt feudali. Sub hac non generico *Comitum*, ſed diſtincto *Landgraviorum* axiomate comparent. Fixa Dynaſtia in *Habſburgicam* & *Habſburgo-Auſtriacam* ſubdividitur.

## DYNASTIA VAGA.

## §. LXXIV.

Vaga Dynaſtia. Dynaſtia vaga, quam & *obſcuram* Periodum ſupra (*z*) nominavimus, ad Ottonem II. adeoque ad ſeculi XII. initia uſque duravit; quo omni intervallo non tantum ex Luitfridigenis, ſed & aliis ex gentibus Comites fiſci provinciales defumti ſunt, qui nunus hoc ut Magiſtratus temporarii adminiſtrarunt. In monumentis hiſtoricis mihi obvenerunt ſequentes:

RADEBERTUS

(*r*) BERNHARDINI *Faſti Lucell.* pag. 256.
(*s*) URSTIS. *Chron. Baſil.* Lib. II. Cap. XV.
(*t*) Vid. ſupra pag. 73. §. CXII.
(*u*) HERRG. *Genealog. Habsburg.* Tom. II. pag. 166.
(*x*) HARTMANNI *Annal. Einſidl.* pag. 206.
(*y*) In charta, qua fundationem Pariſienſis monaſterii confirmavit, ap. HUGON. *Monum. S. Antiquit.* Tom. II. pag. 281.
(*z*) Pag. 18. §. XXV.

Rodebertus Comes An. DCLXXIII. (*a*)

Garinus Comes An. DCCLXIX. (*b*)

Pirahtilo sive Bertholdus Comes An. DCCLXX. quo Agineshеim vel Egisheim in ejus Comitatu ponitur. (*c*) An. DCCLXXXVI. Anshelmus quidam monasterio S. Galli prædia donavit in *Paco Piribteloni in locis & in villas nuncupantes Altheim & Hootzaim.* Charta scripta *sub Piribteloni Comite.* (*d*) Per Pagum Comitatus, per *Hootzaim* vicus Oftheim, cui vicinum erat Altheim, procul dubio intelligendi.

Erchangarius Comes An. DCCCXXVIII. (*e*)

Geroldus Comes An. DCCCXXIX. (*f*)

Bernhardus Comes An. DCCCXCVI. (*g*)

Luitfridus VI. Comes ex Etichoneo sanguine An. DCCCCLXXIII. (*h*)

Luitfridus VII. prioris filius, An. DCCCCLXXXVI. & sequentibus, (*i*) utriusque Alsatiæ Comes.

## §. LXXV.

### Otto I.

Otto. I. Simili ratione Ottonem, utriusque Alsatiæ Comitem, ex monumentis Paterniacensibus eruimus. Diploma Henrici II. Imp. An. MIII. quo verba privilegii Ottonis III. An. DCCCCXCVII. repetuntur, *Columbram & Hitinheim* curtes, quæ tum in Comitatu Luitfridi erant, in *Comitatu Odonis Comitis* reponit. (*l*) Idem fit in Conradi II. Imp. charta An. MXXIV. inedita, Paterniacensi quoque monasterio data, quæ *Columbras & Hittinheim* curtes in *Alsatia & in Comitatu Ottonis Comitis* collocat. An. MIV. Henricus II. " in Alsatia saltum, occidentem versus juxta Renum, in *Comitatu Ottonis* „ consitum . . . de Basilea civitate deorsum versum, secus Renum . . tenus flumen „ Hylla usque ad Habiesheim &c. „ Ecclesiæ Basiliensi contulit. (*m*) Saltus hic intelligitur *Herdt*, qui à Basilea, adeoque à Birsico rivo per Binningam, Bladolzhemium, Habshemium, ad Ellum usque flumen, prope Mulhusium, adeoque per maximam Sundgoviæ partem, tum sese extendit. (*n*) An. MXXV. Conradus II. Imp. mansos duos in *loco Steinebrunno, in Pago Suntgouue, in Comitatu Ottonis*, Abbatiæ Einsidlensi donavit. (*o*)

## §. LXXVI.

### Giselbertus.

Giselbertus. Giselbertum, Ottonis successorem, Paterniacense quoque Conradi II. Imp. diploma An. MXXVII. prodit, quo *Columbra & Hitinheim* in *Alsatia & in Comitatibus Giselberti & Wezilonis Comitum* ponuntur. (*p*) Wezilonem ergo inter Alsatiæ Inferioris, Giselbertum inter superioris Landgravios collocamus.

## §. LXXVII.

### Beringerus.

Beringerus. An. MXLVIII. Henricus III. Imp. Ecclesiæ Basil. jura in *Pago Elzazen, in villa Kembiz, in Comitatu Beringeri Comitis*, Argentinæ confirmavit. (*q*) Comitatum *Suntgowe*, non Comitem, in diplomate Murbacensi anni sequentis idem Henricus memorat, Osthemium, Alsatiæ superioris infra Colmarium vicum, in eo reponens.

§. LXXVIII.

(*a*) Tom. I. pag. 786.
(*b*) Ibid. pag. 787.
(*c*) Hergott *Genealog. Habsb.* Tom. II. num. 11.
(*d*) Ibid. num. 20.
(*e*) Tom. I. pag. 788.
(*f*) Ibid. pag. 789.
(*g*) Ibid. pag. 790.
(*h*) Tom. I. pag. 783.
(*i*) Ibid.
(*l*) Herrg. *Geneal. Habsb.* Tom. II.
(*m*) Ibid. num. 156.
(*n*) Vid. Tom. I. pag. 8. §. XI.
(*o*) Hartmanni *Annal. Einsidlens.* pag. 219. & Herrg. loco cit. num. 167.
(*p*) Herrg. loco cit. num. 169.
(*q*) Ibidem num. 179.

## §. LXXVIII.

### Cuno.

Cuno. Beringerum secutus est Cuno seu Conradus Comes, testante eodem Henrico III. Imp. qui prædium juris sui, in *villa Esslicheshein*, *in Pago Alsatia & in Comitatu Cunonis Comitis situm*, Ecclesiæ Basilienſis servo An. MLII. tradidit. (*r*) Enſishemium intelligitur oppidum, tum temporis vicus.

## §. LXXIX.

### Henricus.

Henricus. Henricus IV. Imp. Ecclesiæ Basilienſi prædium *Rapolſtein*, *in Pago Alsatia*, *in Comitatu Heinrici Comitis*, An. MLXXXIV. ex patrimonio ſuo donavit. (*s*)

Poſt Henricum hunc nullus occurrit Alsatiæ ſuperioris Comes provincialis, qui ex Habsburgico ſanguine non fuerit oriundus. Verſus ſeculi XI. finem, decreſcente Cæſarum Majeſtate, poſſeſſores feuda, dignitates, officia hereditario jure ad poſteros ſuos transferre cœperunt. Ita Habsburgi Comites, Alsatiæ ſuperioris Comitivam tum regentes, dignitatem hanc vinculo feudali ſibi vindicarunt perpetuam.

# DYNASTIA FIXA.

## *I. HABSBURGICA.*

## §. LXXX.

### Otto II.

Otto II. Succeſſor itaque Henrici fuit Otto, cujus Alsatiæ Comitis notitiam pervetuſto Traditionum Einſidlenſium codici debemus, quo Ottonis, *Comitis de Alsatia*, bona quædam in Bartenheim, Sundgoviæ vico, Einſidlenſi monaſterio donantis, celebratur liberalitas. Monaſterii hujus Necrologium mortem Ottonis Comitis de Alsatia in primos Novembris dies; Necrologium Murenſe funus Ottonis, Comitis Habsburgenſis, filii Wernheri II. in idem tempus reponit; unde duos hos Ottones unum eundemque fuiſſe, non immerito credimus; tanto magis, quod vicus Bartenheim, ubi bona ſita fuerunt, Habsburgici patrimonii partem conſtituit.

Otto noſter, uti ex Necrologiis conſtat, An. MCXI. obiit, atque in bonis Habsburgenſium Helveticis filium Wernherum, in Alsatiæ Comitatu fratrem Adelbertum II. ſucceſſores eſt nactus.

## §. LXXXI.

### Adelbertus.

Adelbertus. An. MCXXXIV. Hermannus, Marchio Badenſis, conſenſu uxoris ſuæ Berthæ, *prædium ſuum in pago Huningen ſitum*, *in Comitatu Adelberti*, *quod jure hereditario poſſederat*, monaſterio Backenang donavit. (*t*) Adelbertus inter Proceres quoque Alsatiæ, qui templi Egisheimenſis conſecrationi interfuere, memoratur. Deceſſit An. MCXL. improlis; unde Comitatus Alsatiæ, cum latifundiis reliquis, delatus eſt ad Adelbertum III. cognomento *Divitem*, Adelberti II. ex fratre Ottone II. quem primum Alsatiæ ſuperioris Comitem hereditarium diximus, pronepotem.

## §. LXXXII.

### Albertus Dives.

Albertus Dives. Hic primus omnium titulo *Lantgravii Alsatiæ* utitur in charta An. MCLXXXVI. in clauſtro majoris Eccleſiæ Argent. ſcripta, qua teſtamentum *predeceſſorum & progenitorum* ſuorum,

(*r*) Ibid. num. 183.
(*s*) Ibid. num. 189. ubi tamen annus eſt emendandus.
(*t*) Charta inedita.

ſuorum, Lutfridi Comitis, Otperti & Ramperti, pro Abbatia S. Trudperti An. DCCCCIII. conditum, exhibet atque confirmat. Ab eo tempore Habsburgenſes nomine *Landgraviі Alſatiæ* conſtanter ſunt uſi. Chartæ Trudpertinæ accedit monumentum aliud, quod in Theſauro Vindobonenſi Auſtriaco ſervatur: venatorium nempe cornu, ex ebore confectum, quod Albertus hic Murenſi in Argovia cœnobio dono dederat, cum epigraphe: *Notum. ſit. omnibus. cornu. iſtud. aſpicientibus. quod. Comes. Albertus. Alſatienſis. Landgravius. de. Habispurg. natus. facvit. reliquiis. cornu. iſtud. ditavit. Hec. acta. ſunt. Anno. M. C. XC. VIIII.* Hoc ipſo anno ſigillum Alberti appenſum fuit inſtrumento Arnoldi, Murbacenſis Abbatis, quo cœnobio Montis Angelorum bona quædam adſcripta fuere. (*u*) Sigillum hoc Albertum galeatum, equo inſidentem, dextra ſtrictum enſem tenentem, ſiſtit, cum epigraphe: *Albert. de H. . . . . facie*; ubi nemo non facile ſupplet *de Habsburg, Landgravius Alſacie.* Sigillum hoc equeſtre, ſeu auctoritatis, ut vocant, annexum eſt inſtrumento, cujus confectioni non ipſe Albertus, tunc temporis jam defunctus, ſed filius ejus Rudolfus, in ipſa charta memoratus, interfuit teſtis. Patris ſigillo filii olim frequenter ſunt uſi. Charta quidem Henrici, Epiſcopi Argent. ex Trudpertino tabulario prolata, (*x*) ſupereſt, cui Alberti de Habspurg, Lantgravii Alſatiæ, ſigillum An. MCCXI. adhuc reperitur appenſum. Cum vero Dietericus, Abbas Gengenbacenſis, eidem chartæ teſtis ſubſcripſerit, An. MCCXLII. Walthero Abbati demum ſuffectus, inſtrumentum illud non Henrico II. Epiſcopo, quod Herrgottus vult, ſed Henrico III. è Comitibus Stahleckianis, adſcribendum erit, qui ab An. MCCXXXVIII. ad MCCLXVIII. tenuit Epiſcopatum; Dieterici Gengenbacenſis & Alberti Sapientis, ejuſque filii Rudolfi, Landgraviorum Alſatiæ, coætaneus. Albertus Dives ergo An. MCXCIX. diem obiit ſupremum; (*y*) in Abbatiæ Lucellenſis exedra capitulari ſepultus, quod gentis ſuæ primus, Imperatoris nomine, Advocatus ſeu protector Lucellenſis monaſterii fuerat, (*z*) à quo poſteri ejus plurima feuda acceperunt.

*Tab. I. n. 1. Monum. alleg.*

## §. LXXXIII.

Genealogicus Alberti Divitis cum Luitfridigenis, provincialibus Alſatiæ ſuperioris Comitibus ſive Landgraviis, nexus oſtendit, quam falſa eorum traditio ſit, qui Landgraviatum hunc per Comites Kiburgenſes ad Habsburgicos perveniſſe ſomniarunt. (*a*) Kiburgenſes eum nunquam tenuerunt, adeoque ab illis ad Habsburgicos non potuit transire. Eberhardus Comes de Habsburg, Rudolfi Taciturni, Laufenburgicæ lineæ fundatoris, filius natu minor, Rudolfi I. Imp. patruelis, Annam Kiburgi heredem duxit uxorem, atque per eam Kiburgenſium poſteriorum, qui Landgravii Burgundiæ fuerunt, fator evaſit. At Landgraviatus ille Burgundiæ cum Alſatico, quem Habsburgici diu ante poſſederant, nihil habuit commune.

Confutatio erroris.

## §. LXXXIV.

### Rudolfus Senior.

Albertum Divitem in Landgraviatu filius excepit Rudolfus, quem *Seniorem* appellant; in chartis ab An. MCXCIX. uſque ad MCCXXXII. frequenter memoratus. Vivo jam patre *Lantgravii* titulum geſſit. Arnoldus enim, Abbas Murbacenſis, "cum voluntate „ Advocati Comitis Adelberti de Habesburch, per conſenſum filii ſui Ruodolfi Lant„ gravii, „ bona quædam eccleſiæ Murbacenſi An. MCXCVI. adſcripſit. (*b*) Patre defuncto, *Caſtaldi* ſeu *Advocati Morbacenſis* & *Lucernenſis* Eccleſiarum elogio eum chartæ Murbacenſes, (*c*) & antiquum feudorum iſtius Abbatiæ Cataſtrum, quoque exornant. Circa An. MCC. Murbacenſes monachi *apud Judicem ordinarium & Advocatum, Dom. Rudolphum videlicet Alſatiæ Lantgravium*, in cauſa quadam litigioſa, quam vaſallus ipſis movebat Rudegerus de Uffholtz, comparuerunt actores. Nec ſilentio prætereundum, Laufenburgenſem Dynaſtiam Gœti Habsburgicæ eum intuliſſe, unde peculiaris ejus ramus nomen accepit. Albertum ille filium, cognomento *Sapientem*, in ſocietatem Landgraviatus mature aſſumſit. An. MCCX. Petrus, Abbas Murbacenſis, prædium tradidiſſe dicitur, *in manus Comitis Rudolphi & ſilii ſui Alberti, Advocatorum* ſuorum.

Rudolfus Senior.



(*u*) Herrg. *Cod. Probat.* num. 355.
(*x*) Ibid. num. 264.
(*y*) Vid. ſupra §. XXII. pag. 472.
(*z*) Literæ advocatiæ de An. MCLXXXVII. adhuc ſuperſunt. Conf. Bernardini *Faſti Lucell.* pag. 20.

(*a*) Henninges *Theatr. Genealog.* Tom. III. pag. 295. Hubner *Tabul. Genealog.* Tom. II. tab. 489.

(*b*) Authenticum chartæ in tabulario Rappolſtein.

(*c*) Herrg. *Cod. Probat.* num. 269.

An. MCCXIII. Albertus, vivo patre Rudolfo, verbis diſertis *Alſatiæ Lantgravius* appellatur; (*d*) immo biennio poſt ſolus chartam dedit ſuo nomine, quæ ita inſit: *Albertus Dei gratia Provincialis Comes Alſatiæ.* (*e*) Hoc etiam anno Albertus, eadem formula uſus, apud *villam Ruziacum*, præſente Argent. Epiſcopo, Judicium provinciale, quod *Conſtitutum noſtrum* appellat, in cauſa S. Trudperti habuit, ubi monaſterii hujus jura, *auctoritate nobis à Deo tradita*, adverſus Advocatos firmavit. (*f*) An. MCCXXVII. Rudolfus & Albertus, pater & filius, ſeparatim uterque, Beronenſi eccleſiæ donationem fecerunt: uterque *Dei gratia Alſatiæ Lantgravius* ſe dixit. (*g*) Pater addit *Comes de Habſpurg*, quam formulam filius omittit, eadem tamen alibi uſus. Ceterum Rudolfus hic *Placidus* etiam, *Seniorque* reſpectu filii natu minoris, dicitur, qui lineæ Laufenburgenſis auctor evaſit.

## §. LXXXV.

### ALBERTUS SAPIENS & RUDOLFUS TACITURNUS.

**Albertus & Rudolfus.**

Fratres, Rudolfi ſenioris filii, ad familiæ erciſcundæ negotium circa An. MCCXXXIX. procedentes, Alſatiæ Landgraviatum ſervarunt communem. (*h*) Inſtrumento, hac ſuper re confecto, cui nec diei, nec anni, nec loci rei geſtæ nota addita eſt. Luitoldus, Baſilienſis Epiſcopus, Ludovicus Vroburgenſis Comes, ipſique Albertus & Rudolfus, Habsburgi Comites, affixerunt ſigilla. Fratrum hinc uterque titulo Landgravii Alſatiæ uſus eſt. De Alberto, vivo & mortuo patre, ingens chartarum numerus id probat apud Herrgottum. Rudolfus vero *Taciturnus*, lineæ Laufenburgicæ ſator, *Landgravii* titulo paſſim inſignitur ibidem. (*i*) At nullus ex ipſius progenie, nec Godefridus filius natu major, per quem Laufenburgenſes à Rudolfo deſcendunt, nec filius natu minor Eberhardus, Landgravii Alſatiæ dicti ſunt. Alberti poſteritas Landgraviatum dein ſola poſſedit, & antiquiſſimi hujus domanii nomen auguſtis, quos dein nacta eſt, titulis ſubjungere non deſiit. Laufenburgenſes, ne patruelibus ſuis minores dignitate viderentur, Eberhardus Kiburgenſis *Turgoviæ*, filiusque ejus Eberhardus II. *Burgundiæ Landgravios* ſe quoque vocarunt. (*k*) Burgundia iſta minor ſeu Transjurana, adeoque Helvetica fuit; Habsburgenſem, Lenzburgenſem & Badenſem Comitatus complexa. Johannes denique Laufenburgicus, Rudolfi pronepos, Landgravii *Coleggoviæ* nomen aſſumſit. (*l*) Rudolfus Taciturnus An. MCCXLVII. obiit, fratri Alberto per ſeptem annos ſuperſtes. Albertus enim An. MCCXL. vivis ereptus eſt, (*m*) relicto filio Rudolfo, Habsburgici Comitatus & Alſatiæ Landgraviatus herede.

## §. LXXXVI.

### RUDOLFUS I. IMP.

**Rudolfus I. Imp.**

Albertum Sapientem filius excepit Rudolfus; ad ſolium Imperiale promotus. Hic Landgravii Alſatiæ formulam inter titulos raro omiſit, atque *Superioris* epithetum primus adjecit. Henrici IV. Epiſcopi Argent. & ipſius Rudolfi hoc charta teſtatur; qua Rubeacenſis Advocatiæ pluriumque Mundati villarum feuda pro aliis feudis, ab Epiſcopo acceptis, An. MCCLXIX. reſignavit. Charta hac Henricus Rudolfum, Rudolfus ſe ipſum *Alſatiæ ſuperioris* Landgravium appellavit. (*n*) Subinde tamen *Landgravius Alſatiæ* ſimpliciter dictus eſt, more majorum. An. MCCLXI. die Dom. ante S. Matthiæ Heinricus de Neuenburg, Præpoſitus Baſilienſis, Rudolfus Comes de Habsburg, Landgravius Alſatiæ, Conradus Comes de Friburg, & Godefridus Comes de Habsburg fœderi cum civitate Argent. contra Wolcherum de Geroldseck, Epiſcopum Argent. patrem ac focios ejus, nomina dederunt. (*o*) Rudolfi conjux in Engel-

(*d*) Ibid. num. 268.
(*e*) Ibid. num. 270.
(*f*) Charta inedita.
(*g*) HERRG. loco cit. num. 281. ſq.
(*h*) *Die Lantgrafſchafft ze Elſaſſen, ſie ſi des von erſt mit willen uber ein komen, das die Grave Albrecht und Grave Rudolf mit enteilten, ſo ſint ſie die gemeine han, darweile ſi leben, ſi enbonnen deme ihr anders nit wollen uber ein.* HERRG. loco cit. num. 311.
(*i*) In chartis An. MCCXXXIV. XXXVI. & XLIV.
(*k*) Ut ex chartis An. MCCCXXIX. XXXIII. XXXIX. & LV. eluceat ap. HERRG. loco cit.
(*l*) HERRG. Tom. III. num. 751.
(*m*) FUGGER *Spec. Auſtr.* ad hunc annum pag. 55.
(*n*) Charta Argentinæ ſcripta An. MCCLXIX. ap. HERRGOTT loco cit. num. 502.
(*o*) Cod. membr. Diplom. Argent. de An. MCCLXX. fol. 250. Conf. ſupra pag. 308. §. DLXX.

Engelbergenſis Cœnobii Inſtrumento An. MCCLXXXIII. *Comitiſſam de Habspurg & de Kyburc, Alſatiæque Lantgraviam* ſe nuncupavit. (*p*) Rudolfus eodem anno à Germanis in Regem electus, filiis ſuis avitum patrimonium conceſſit, & ſtabilita Imperii pace, Auſtria ſoboli ac poſteris ſuis acquiſita, aucto gentis ſplendore, An. MCCXCI. Argentorato profectus Spiram, Germersheimii ad Queicham deceſſit: trium filiorum, qui Alſaticas Habsburgi terras tenuere, Alberti, Hartmanni & Rudolfi, ut & ſex filiarum, quas Albertus Argent. enumerat, pater.

Rudolphinas ſtatuas, quæ Argentinæ & Baſilææ ſervantur, Monumenta noſtra repræſentant. *Monum. Landgr. ſuper. Tab. I. num. 2. 3. 7.*

## §. LXXXVII.

### Hartmannus.

Primus, cui pater Alſatiæ Landgraviatum deſtinaverat, fuit Hartmannus, in flore ætatis An. MCCLXXXII. extinctus; quod Annales Colmar. ita produnt: " Filius " Rudolfi Regis, (Hartmannus) *Landgravius Alſatiæ*, ſubmerſus fuit in Rheno, prope " Rinaugiam, & ſepultus in Baſilea &c. " Rinaugiam Helveticam hic intellige. Historia Auſtralis (*q*) ad XIII. Kal. Jan. MCCLXXXII. caſum hunc refert. Landgraviorum Alſatiæ titulum poſtea Albertus & Rudolfus fratres geſſerunt, ipſeque Rudolfus Rex, pater, in confirmatione privilegiorum Auſtriacorum An. MCCLXXXIII. eos compellat. (*r*) Albertus autem Auſtriani ſolus cum poſſidere cœpiſſet, præter alia Alſatiæ Landgraviatum Rudolfo pater adſcripſit. Hartmannus.

## §. LXXXVIII.

### Rudolfus IV.

Sueviæ Ducatum, ab An. MCCLXVIII. Duce carentem, Rudolfus Rex filio Rudolfo dediſſe communiter, ſed erronee, creditur. Ex Suevici Ducatus Staufenſium bonis nonnulla ad Rudolfum IV. perveniſſe, veriſimile eſt, inter quæ, Fuggerum ſi audias, fuit Landgraviatus Turgoviæ. Annaliſta Colmar. Rudolfi hujus mortem An. MCCXC. referens, eumque *Ducem Alſatiæ* vocans, Ducalis Alſatiæ domanii, quod Staufenſes reliquerant, partem à Rudolfo Rege in filium hunc translatam fuiſſe, indicare videtur. Quidquid hujus rei ſit, Annaliſta impropriè locutus eſt. Rudolfus noſter nonniſi Landgravius fuit, nec ullus ex ſucceſſoribus ejus in Alſatiæ Landgraviatu Ducis titulo uſus eſt. (*s*) An. MCCLXXXIX. Rudolphus, Auſtriæ & Stiriæ Dux, Comes de Habsburc & de Kiburc, *Alſatiæ Lantgravius*, milites quosdam ad caſtri Landſpurgenſis cuſtodiam feudis devinxit. (*t*) Rudolfus Dux Auſtr.

## *II. DYNASTIA HABSBURGO-AUSTRIACA.*

## §. LXXXIX.

### Albertus I. Imp.

Mortuo Hartmanno Landgravii Alſatiæ axioma commune cum fratre Rudolfo geſſerat Albertus. Rudolfo defuncto, Landgraviatus cum ceteris Habsburgenſium bonis ab Alberto ſolo uſque ad An. MCCXCVIII. quo ſolium Germaniæ conſcendit, adminiſtratus eſt; committendus mox filiis. Periclitata tum fuerat Alſatiæ libertas; Albertus enim, ut liberis, quos plurimos habebat, proſpiceret, ditiones ſuas amplificare & in Helvetia præſertim novum Genti ſuæ Principatum formare decrevit, Alſatis quoque, eodem in periculo ob viciniam conſtitutis, ſuſpectus. Sollicitabat enim Epiſcopos, Comites, Abbates, Nobilesque Helvetiæ atque Alſatiæ, ut ſua ſibi jura atque dominia venderent, vel ipſum Advocatum & protectorem ſuſpicerent. Seccovienſe, Diſentiſianum, Einſidlenſe & Murbacenſe Alſaticum cum Lucernenſi, tum à Albertus I. Imp.



(*p*) Herrg. Tom. III. num. 529. Conf. ſupra pag. 473.
(*q*) In Freheri *Script. Rer. Germ.* Tom. I. pag. 475. Conf. *Necrolog. Westing.* ap. Herrg. Tom. III. num. 950.
(*r*) Lunig *Archiv. Imp.* Part. ſpec. Contin. II. pag. 69. Adde chartas An. MCCLXXXVI. ap. Herrg. Tom. III. num. 635.
(*s*) Vide ſupra pag. 11. §. XV.
(*t*) Supra pag. 103. §. CLXXIV.

Murbaco pendente, Monaſteria quæcunque apud Glaronenſes, Suitios, Subſilvanos ac Lucernenſes jura habuerant, in Albertum transtuleruut. Duæ illæ arces, inter tumultus Helveticos deſtructæ, Sarna & Ratzeburg, apud Subſilvanos, ad Lucernenſem Præpoſituram pertinuerant. (*u*)

## §. XC.

Judices provinc.

Albertus in locum Adolphi Cæſaris An. MCCXCVIII. electus, cæſo & interfecto prope Gœlnhemium æmulo, Provinciale Alſatiæ ſuperioris Judicium Petro de Bollweiler commiſit; qui An. MCCC. mallum in publico ad Thannas loco habuit; cum Adelheidis, Theobaldi Comitis Phirretenſis ſoror, Ulrico de Regenſperg nupta, hereditatem paternam fratri ſuo dimitteret. (*x*) Lutoldus de Regenſperg, Adelheidis hujus filius, ob eandem hereditatem contra Theobaldum Comitem, avunculum ſuum, in provinciali ſuperioris Alſatiæ & in aulico Rotvillenſi Judicio, non diu poſt actionem inſtituit. Tum vero provinciali Judicio Fridericus primo, ipſius Alberti Imp. filius, dein Nicolaus de Warteuſels, præſedit, qui Rinachium & Badenſem Nobiles, Advocatos tum in Alſatia ſuperiore Auſtriacos, ut Lutoldum actorem in dimidii Comitatus Phirretenſis poſſeſſionem immitteret, juſſit. (*y*)

Albertus, folio Germaniæ potitus, filium ſuum Fridericum in jura Landgraviatus admiſiſſe videtur, ut colligi poteſt ex documento An. MCCCI. quod confœderationem inter Cæſarem, Baſilienſem & Argentinenſem Epiſcopos ac Civitates, nec non Superioris & Inferioris Alſatiæ Landgravios, continet, ubi Superioris Alſatiæ *Landgravii* nominantur numero plurali. (*z*) Unde veriſimile, Albertum primo ut Regem, deinde ut Landgravium cum filio ſuo Friderico tabulas fœderis ſignaſſe. Albertus Johannis parricidæ, ſui ex fratre Rudolfo nepotis, inſidiis An. MCCCVIII. occiſus, Eliſabetham, Carinthiæ Ducis Comitisque Tirolenſis filiam, viduam reliquit.

## §. XCI.

### Fridericus III. Imp.

Frid. III. Imp.

Fridericum, inter Landgravios noſtros primum, inter Reges Germaniæ tertium, Albertus pater rebus, ut jam dixi, Alſaticis mature præfecit. An. MCCCIV. in charta monaſterii Mengenſis, quod Abbatiæ S. Blaſii deinceps acceſſit, *ſuperioris Alſatiæ Landgravius* appellatur. (*a*) Eodem nomine inſignitur ad annum uſque MCCCXIV. quo ab Electorum nonnullis contra Ludovicum Bavarum in Regem electus, Alſaticas res Leopoldo fratri adminiſtrandas commiſit. Ipſe poſt bella, cum æmulo geſta, infelici ad Muhldorfium prœlio An. MCCCXXII. captus, tractatu Ulmenſi An. MCCCXXV. reſtitutus, (*b*) obiit An. MCCCXXX. in Carthuſia Maurbacenſi Auſtriaca, ab ipſo fundata, ſepultus. Tertium inter Germaniæ Reges Fridericum hunc appellamus, quod revera Regem Rom. eum fuiſſe, diplomata ante & poſt captivitatem Alſatiæ civitatibus data, luculenter nos docent. Eo quidem, quo captus eſt, anno MCCCXXII. Landaviam à fide ſibi jurato promiſſa abſolvit. (*c*) Sed Transactione cum Ludovico Bavaro de regno æquali jure adminiſtrando triennio poſt inita, Oberkirchæ, Argentinenſis Epiſcopatus oppido trans Rhenum, Imperialis Offenburgi Civitatis jura & privilegia pridie Pentec. An. MCCCXXVI. conceſſit. (*d*)

## §. XCII.

### Leopoldus Glorioſus.

Leopoldus Glorioſus.

Leopoldus hic, quem *Glorioſum*, *Audacem* & *Inquietum* dixere, An. MCCCIX. fratre Friderico nondum Rege, ſe jam Alſatiæ vocavit Landgravium. (*e*) Poſtquam vero

(*u*) Stumpf *Chron. Helvet.* Lib. VII. Cap. VI. Tschudi *Hiſt. Helvet.* Part. I. Lib. IV. pag. 201.

(*x*) Herrg. Tom. III. num. 691. ubi: *Von uns Herren Peter von Bollweiller Landrichter in Obern-Elſaszen.* Vide infra Phirretenſium Comitum Genealogium.

(*y*) Ibid. num. 692.

(*z*) *Wir die Obere Landgravven.* Charta ap. Lunig Part. ſpec. Contin. I. & ap. Du Mont *Corps Diplom.* Tom. I. pag. 327.

(*a*) Herrg. *Cod. Probat.* num. 698.

(*b*) Rebdorff. *Annal.* ad An. MCCCXIV. ſqq. Raym. Duellii *Fridericus Pulcher Auſtr. inter Imp. Rom. Germ.* 4to. Norib. MDCCXXXIII. Baumann *de conſortio Imperii inter Fridericum Auſtr. & Lud. Bavar.* fol. Lipſ. MDCCXXXV. Oexlechlager *Staats-Geſchichte des Röm. Keyſerthums* ſec. XIV. pag. 165.

(*c*) Vid. ſupra pag. 401. §. DCCXXXIX.

(*d*) Wencker *de Uſiburg.* Continuat. pag. 41.

(*e*) Herrg. Tom. III. num. 702.

vero frater in Regem fuiſſet electus, hic Alſatiam communi, ut videtur, nomine tenendam ei reliquit. An. MCCCXV. inſolito *Landgravii generalis Alſatiæ ſuperioris* titulo, quo tamen deinceps abſtinuit, uſus eſt. (*f*) In literis ad Papam & Franciæ Regem ita ſcripſit: "Lupoldus D. G. Auſtriæ, Styriæ, Carinthiæ & Moraviæ Dux, Dominus „ Carniolæ & Portus Naonis, Comes in Habspurg & in Kiburg, ac *Landgravius „ ſuperioris Alſatiæ.* „ (*g*) Eodem An. MCCCXV. Conradus de Wittenheim, Eques & civis Colmarienſis, homines exteros, peregrinos ab aliis terris per Hauenſtein, Silvam nigram, Vogeſum & ab altera parte rivi Sels in Alſatiam venientes, & in villa Heiterheim domicilium figentes, à Leopoldo Duce, ut Landgravio Alſatiæ, in feudum ſe accepiſſe fatetur. (*h*) In bello civili inter Bavarum & Fridericum rebus Auſtriacorum ad Rhenum promovendis opportuna fuit Alſatia. Germania ſuperior ad Selzam & Landaviam uſque adhæſit Friderico, cura præcipue Leopoldi, qui Johannem, Epiſcopum Argentinenſem, & Ulricum, Comitem Phirretenſem, induxit, ut Ludovico Bavaro, Alſatiam petenti, ad Dorolshemium ſe opponerent; quam Ulrici Phirretenſis operam gratus agnoſcens Fridericus, ipſi liberalitatem fratris Leopoldi, qui Delam ſeu Dattenriedam, Sundgoviæ oppidum, in feudum, ad feminas quoque extinctis maſculis tranſiturum, ei conceſſerat, confirmavit. (*i*)

Cum Reginaldus, Montisbelicardi Comes, An. MCCCXXII. obiiſſet, Leopoldus litteras dedit Johannæ, Reginaldi filiæ, Ulrico Phirretenſi nuptæ, quibus feuda Reginaldi regia, quæ Leopoldus à fratre Cæſare acceperat, Johannæ tranſcripſit. (*k*) Capto ad Muhldorfium fratre Friderico, Leopoldus pro eo liberando varia tentavit, aſſeclis Ludovici Bavari ſemper gravis. Hos inter Alſatiæ Inferioris cum fuiſſet Landgravius, oppidum S. Hippoliti, quod ad eum ſpectabat, Leopoldus armis aggreſſus eſt atque deſtruxit. (*l*)

An. MCCCXXIV. Leopoldus, ut Alſatiæ Landgravius, in regia extra Thannas via cum aſſeſſoribus judicium Provinciale habuit, in quo Johanna Phirretenſis cum Alberto Auſtriaco, conjuge ſuo, Leopoldi fratre, comparuit, Thierſteinio Comite uſa Advocato, ut maritum in communionem juris ac poſſeſſionis Phirretarum Comitatus ac reliquorum bonorum aſſumeret. (*m*) Poſt hæc Leopoldus Alſatiam armis non ceſſavit turbare, donec Argentorati in curia Ochſenſteinenſi, ubi hodie palatium Lichtenberga-Darmſtadienſe, An. MCCCXXVI. præmatura morte deceſſit. Primis nuptiis Iſabellam, Henrici VII. Imp. filiam, ſecundis Catharinam Sabaudicam, Amedei V. filiam, (*n*) duxerat uxores. Ex poſteriore *Catharinam*, Couciaco Dynaſtæ (*o*) in matrimonium collocatam, genuit, unde An. MCCCLXXXIV. Alſatis & Helvetiis ſeries malorum prognata.

## §. XCIII.

### Albertus II. Sapiens.

Albertus hic, *Sapientis & Conſtantis* agnomine inter Auſtrios notus, proavitis Habsburgicis in Alſatia terris Comitatum Phirretenſem matrimonio, ut vidimus, junxit. Statim poſt Leopoldi fratris obitum Haymo, Abbas Lucellenſis omnia beneficia, quibus *anteceſſores Landgravii* gaviſi fuerant, Alberto conceſſit, ut Advocati nomine, quotiescunque opus fuerit, monaſterium defenderet; quod & Albertus fideliter ſe præſtiturum Alemannica fide promiſit; ut inveſtituræ literarum verbis enuntiatur. (*p*) Idem Albertus Ottonis de Ochſenſtein in Thannis & Sennhemio oppidis jura, nec non Dynaſtiam Rothenburgenſem, quæ Urſulæ, uxoris ſuæ ſorori, ex hereditate materna obvenerat, in ſuam ditionem pretio redegit. (*q*) Quin & Landgraviatum inferioris Alſatiæ jungere ſuperiori decreverat, quem ab Oetingæ Comitibus, tunc temporis Landgraviis, cum multis arcibus, oppidis ac vicis emerat. Sed rem impedivit Johannes, Argentinenſis Epiſcopus, quod multa ex Landgravialibus bonis ab Eccleſia ſua nexu feudali penderent. (*r*) Albertus Sapiens.

(*f*) Schilter. *Gloſſar. Teuton.* pag. 32.
(*g*) Albertus Argent. *Chron.* pag. 123.
(*h*) *Die recht, die ſie hant in dem dorff* (Hayterheim) *von der Landgravſchafft.*
(*i*) Vid. ſupra pag. 49. §. LXXIV.
(*k*) Charta hanc in rem Colmariæ feria V. poſt aſſumpt. Deiparæ An. MCCCXXII. perſcripta. Steyerer *vita Alberti II.* Cap. II. pag. 13.
(*l*) Rebdorfii *Annal.* ad An. MCCCXXII.
(*m*) De Comitatu Phiret. vide ſupra pag. 32. Documenta huc ſpectantia protulit Steyerer *vita Alberti II.* Cap. II. pag. 13. ſq.
(*n*) *Necrolog. Wetting.* Kal. Sept. MCCCXXXVII.
Albertus Argent. *Chron.* pag. 119. Guichenon *Hiſt. de Savoye* Tom. I. pag. 371.
(*o*) *Enguerrant Seigneur de Concy.* Froissart Vol. I. fol. 209. Trithem. *Chron. Hirſaug.* An. MCCCLXXIV. Du Chesne *Hiſt. Genealogique de La Maiſon de Concy* Lib. VII. Cap. IV. *Preuves* pag. 420.
(*p*) Bernard. *Faſt. Lucell.* pag. 267.
(*q*) Vid. ſupra pag. 49. §. LXXIV.
(*r*) Steyerer loco cit. Cap. I. pag. 18. Conf. infra in Landgraviis Alſatiæ Inf.

An. MCCCXXX. novas turbas ſuperior vidit Alſatia, cum Colmarienſes Ludovicum Bavarum, cui adhæſerant, invitaſſent, ut res in urbe ſua ordinaret. Otto, Alberti frater, qui tum adhuc vivebat, à civibus factionis ſuæ monitus, cum bis mille Helvetiis Ludovicum prævertit; qui denique, intercedente Johanne, Bohemiæ Rege, cum Alberto & Ottone ita transegit, ut acceptis XII. mille marcis argenti Tigurum, Scaphuſium, Rheinfeldam, & S. Galli oppidum Auſtriacis oppigneraret, hoc ipſo vindictam in civitates iſtas exercens, quod homagium ipſi præſtare pertinaciter recuſaſſent. Tigurinis vero & San-Gallenſibus graviter hac de re querentibus, Cæſar Tiguro Briſacum, oppido S. Galli Neoburgum, Briſgoviæ civitates, ſuffecit. (*t*)

Obiit XIII. Cal. Auguſti An. MCCCLVIII. Vindobonæ, ac in monaſterio Gemnicenſi, quod ipſe fundaverat, ſepultus eſt, poſito epitaphio, in quo *Landgrafius ſuperioris Alſacie, nec non Dominus Ferretarum* appellatur. (*s*) In ſigillis ejus majoribus *Lantgravius Alſacie, Dominus*, non Comes, *Phretarum* legitur. (*u*) Ex conjuge Johanna quatuor filios, Rudolfum IV. Albertum III. Leopoldum Probum & Fridericum, qui omnes in Caroli IV. Imp. charta An. MCCCLX. memorantur, (*x*) ſuſcepit. De Rudolfo & Leopoldo, Landgraviis Alſatiæ, mox erit dicendi locus. Fridericus in venatione periit. Albertus III. ditionum Auſtriacarum heres, peculiaris rami factus eſt auctor, qui cum Ladislao Poſthumo, ipſius pronepote, Hungariæ & Bohemiæ Rege, An. MCCCCLVII. exaruit; ſanguine Auſtriaco per Leopoldi Probi poſteros propagato.

## §. XCIV.

### Rudolfus IV.

Rudolfus IV.

Alberti Sapientis filiorum natu maximus erat Rudolfus, *Magnanimus, Ingenioſus.* Is An. MCCCLVII. qui patris mortem præceſſit, cum Catharina, uxore ſua, Caroli IV. filia, (*y*) in Alſatiam, cujus Advocatus à ſocero conſtitutus erat, ceterasque ad Rhenum juris Auſtriaci provincias acceſſit, non paterna tantum, ſed & Imperiali auctoritate eas recturus; quod ipſe Rudolfus literis Colmariæ An. MCCCLVIII. datis teſtatur. Civitatem hanc Imperii nomine cum occupaſſet, tabulas confirmavit, quibus conclave, in quo infantiam & pueritiam egerat, in ſacellum converſum eſt in honorem B. Virginis, angelorum & ſanctorum omnium. (*z*) Luxurioſo in illa charta uſus eſt titulo, Ducem Auſtriæ, Styriæ & Carinthiæ, S. Rom. Imperii Advocatum provincialem in Alſatia, Comitem Habsburgi, Phirretarum, Kiburgi &c. Landgravium ſuperioris Alſatiæ, Marchionem Burgoviæ &c. Dynaſtam in Friburgo Uchtlandiæ, Lucerna, Villinga .... Ortenberga, Dela ſeu Dattenrieda, Roſenfels. Masmunſter, Landfer &c. ſe nuncupans. Idem paulo poſt, omiſſo Landgravii nomine, *Principem Alſatiæ* in chartis & ſigillis vocare ſe auſus eſt. Charta An. MCCCLIX. ita incipit: "Nos Rudolphus IV. D. g. Palatinus Archidux Auſtriæ, Styriæ & Karinthiæ, „ *Princeps Sueviæ & Alſatiæ*, Dominus Carnioliæ, Marchiæ & Portus Naonis, nec „ non S. R. I. ſupremus Magiſter Venatorum. „ (*a*) Imo & ſigilla extant Rudolfi cum hac perigraphe: *Ruodolfus Dux Auſtrie, Styrie, Karinthie, Swevie & Alſacie.* (*b*) Ab immediatis Sueviæ & Alſatiæ Statibus eam ob cauſam An. MCCCLXI. cum moverentur querelæ, Rudolfus ad Imperatoris & Electorum conventum, Noribergæ poſt paſcha habendum, citatus eſt, tituli inique uſurpati redditurus rationem. (*c*)

Rudolfus *Principis Alſatiæ* titulo in charta, qua ſuo & fratrum nomine cum Johanne, Baſil. Epiſcopo, An. MCCCLXI. pactus eſt, abſtinuit. (*d*) Patet ex ea fratres Rudolfi, Fridericum, Albertum & Leopoldum, terras omnes indiviſim poſſedisſe, nec alio quam primogeniti jure Rudolfum familiæ rem geſſiſſe communem.

An.

(*t*) Tschudius *Hiſt. Helvet.* Part. I. Lib. V. pag. 115.

(*s*) Steyerer loco cit. in monum. num. 18.

(*u*) Ibidem num. 1. & 2.

(*x*) Glafey *Anecdot.* num. 62.

(*y*) Albertus Argent. *Chron.* pag. 146. Rebdorff ad An. MCCCXLVIII. & MCCCLVIII. Carolus IV. Leopoldum Probum, Rudolfi fratrem, vocat *ſeinen lieben Sun*, in diplomate anecdoto tabularii Baſil.

(*z*) Steyerer *Vita Alberti II.* pag. 259. & 264.

(*a*) Herro. Cod. Probat. num. 814. & Tom. I. pag. 235.

(*b*) Steyerer *Vita Alberti II.* in monum. num. 9. & 12.

(*c*) In literis ap. Glafey *Anecdot.* pag. 559. dicitur: *daz du deine Inſiegel, die wider recht u. gewonheit gegraben waren, darinne du Hertzog in Swaben u. in Elſaszen genennet biſt, . . abetun wolteſt.*

(*d*) Herro. Cod. Probat. num. 819. Lunig *Archiv. Imper.* Tom. VII. *Oeſterreich* pag. 14.

An. MCCCLXIII. Tirolenſium Comitatus libera donatione Margarethæ Maultaſchiæ, filio unico & herede Meinhardo orbatæ, ad Rudolfum noſtrum ejuſque fratres pervenit; (*e*) unde perpetuus Alſatici Landgraviatus, vicinarumque regionum cum Comitatu Tirolenſi ortus eſt nexus. Biennio poſt Rudolfus Mediolani deceſſit improlis, cum nonniſi XXVI. ætatis annos compleviſſet.

## §. XCV.

### Leopoldus Probus.

Albertus III. ergo & Leopoldus fratres Auſtriacarum ditionum regimen conjunctim adierunt. Mox concordiæ retinendæ cauſa placuit, ut ditiones inter fratres dividerentur, qua diviſione ad Leopoldum terræ Alſaticæ, Briſgoviæ, Sueviæ & Helveticæ pervenerunt; Tirolenſis vero Comitatus manſit indiviſus. (*f*) Leopoldi hujus nomine nobilis quidam Walſeus (*Walſee*) Præfecturam Alſatiæ geſſit, & civitatum Alſaticarum ope latrones, ex Herlishemio viciniam vaſtantes, debellavit. (*g*) Walſeo Rudolfus Comes, ex Laufenburgo-Habsburgicis ortus, ſucceſſit. (*h*) Leopoldus ſuperioris & inferioris Sueviæ Advocatiam provincialem, Friderico, Bavariæ Duci, ante oppignératam, pro quadragies mille aureis Florentinis acquiſivit, quod ſolenni diplomate An. MCCCLXXIX. Wenceslaus Imp. firmavit. (*i*) Triſti tandem fato An. MCCCLXXXVI. ad Sempacum ab Helvetiis victus cum ſexcentis Nobilibus aliis cecidit. Ex Alſatis in hoc prœlio perierunt Johannes de Ochſenſtein, Præpoſitus Argent. & Leopoldi per Alſatiam Advocatus, Waltherus à Geroldseck, Petrus de Bollweiler, Fridericus à Munſterol, Waſſerius ab Haſtatt, Burcardus à Masmunſter, Petrus ab Andlau, Theodoricus, Henricus & Petrus Rathſamhuſii, Petrus Landſpergius, Ulricus, Fridericus, Guntherus & Ruſtmannus Reinachii, Wernlinus Flachslandius, Hermannus, Ammannus & Crafto Waldenarii, Conradus & Petrus Bolſenhemii, Cuno Mulnhemius, aliique plures. (*l*) Leopoldus Probus.

## §. XCVI.

### Leopoldus Superbus.

Extinctus ad Sempacum Leopoldus Probus ex conjuge Viridi, Barnabonis Mediolani Ducis filia, *Wilhelmum*, *Leopoldum*, *Ernestum* & *Fridericum* filios reliquit; quorum tutor, patruus Albertus, Auſtriæ Dux, ſuo ipſorumque nomine ſeptennales cum Helvetiis inducias An. MCCCLXXXIX. compoſuit, quæ An. MCCCXCIV. ad vicennium, An. MCCCCX II. ad alios quinquaginta annos renovatæ ſunt. Albertus hic Leopoldi Probi, fratris ſui, terrarum pariter ac filiorum, donec XVI. ætatis annum attigiſſent, regimen ac tutelam geſſit. (*m*) Leopoldus Superbus.

Leopoldus III. cognomine *Superbus*, Alſaticarum rerum curam mature ſuſcepit. An. MCCCXCII. caſtrum Iſtein, tribus à Baſilea leucis, ad dextram Rheni ripam, à Comitiſſa Neoburgenſi, Conrado, Friburgenſi Comite, & Marchione Roetelano, ter mille centumque florenis redemit, quam pecuniam Auſtriacis mutuam dederat Burcardus Munch à Landscron, idem caſtrum pignori ita accipiens, ut nonniſi jus aperturæ ac reluitionis ſibi ſervarent emtores. (*n*)

Albertus III. Leopoldi patruus, cum An. MCCCXCV. obiiſſet, filius ejus Albertus IV. *Patiens* & *Mirabilis mundi* dictus, patruelibus ſuis litem intendit. Partitionem enim, quam pater cum eis fecerat, improbans ſola Auſtria contentus eſſe noluit. Addita ergo portioni ejus Carniola, quam An. MCCCCIV. filio impuberi, Alberto V. qui An. MCCCCXXXVIII. in Regem Rom. electus eſt, cum Auſtriæ Ducatu

(*e*) Inſtrumm. dedit Steyererus *Comment. de Albert. II.* ad An. MCCCLXIII. §. & Addit. pag. 348.

(*f*) Fugger *Spec. Auſtr.* Lib. III. Cap. VIII. pag. 147. Pontus Heuterus *Orig. Habsb.* Cap XVIII.

(*g*) Lauffer *Geſchichte der Schweizer* Part. IV. Lib. VII. pag. 171.

(*h*) Vide inſta in Advocatis provincialibus Alſatiæ ſuperioris.

(*i*) Chartam dedit Wegelinus in *Bericht von der Landvogtey Schwaben* Tom. II. num. 50.

(*l*) Indicem exhibet Fugger *Ehrenſp.* Lib. III. Cap. II.

(*m*) Ebendorffer de Haselbach *Chron. Auſtriæ* ap. Pez. *Scriptor. rerum Auſtr.* Tom. II. pag. 822.

(*n*) Chartam anecdotam Codex diplom. exhibet.

Ducatu reliquit. Guilielmus vero & Leopoldus Superbus, Leopoldi Probi filii, Stiriam & Carinthiam ille, hic autem Tirolenſem Comitatum, Suevicas, Alſaticas & Helveticas terras, ſuo & fratrum, Ernelti ac Friderici, nomine rexerunt. (o) Guilielmus An. MCCCCVI. cum improles obiiſſet, nova diviſio terrarum inſtituta eſt, qua Carniola, Alberto V. ademta, cum Stiria & Carinthia Ernesto *Ferreo* tradita; Friderico Comitatus Tirolis, Leopoldo autem noſtro Alſatia, Briſgovia, Argovia cum Helveticis reliquis Suevicisque ditionibus conceſſæ. Leopoldus ergo Landgravius Alſatiæ ſuperioris fuit, ubi tamen raro comparuit, quod Alberti V. tutorem agens Vindobonæ fere ſemper vixit; ubi An. MCCCCX. fatis conceſſit, non à moribus nomen adeptus *ſuperbi*, ſed quod omnes in Francofurtanis Comitiis Principes ſiſtu ſuperaſſet, præter aulicum ſamulitium LII. Comites & Barones in comitatu ſuo habens. (p)

Lucellenſi monaſterio An. MCCCXCVII. & ſeq. immunitatem à teloniis & vectigalibus largitus eſt, illuduque in peculiarem ſuam protectionem recepit. (q)

## §. XCVII.

Judices provinc.

An. MCCCCI. Rupertus Imp. Judicium provinciale Alſatiæ, ex viris honeſtis Armigeris, non Equitibus, porro conſtituendum, Leopoldo confirmavit; (r) cujus nomine Matthiam de Sigenowe, Dynaſtam, & Burcardum de Bollweiler Judicio iſti præfuiſſe reperio. Coram Matthia de Sigenowe, Judice provinciali ſuperioris Alſatiæ, (s) die Ven. poſt Ss. Petri & Pauli An. MCCCXCI. Conradus Lucernenſis, Lutemanni de Utenheim Equitis procurator, in judicio ſolenni ad Schiltbergam comparuit, Heinricum & Rudolfum fratres de Andelo, Equites, quorum Vaſallus caſtrenſis Utenhemius fuerat, accuſans. Quum autem feudalem eſſe cauſſam, quæ ad Judicium provinciale non ſpectet, regeſtiſſent Andlavii, ad Curiam feudalem ea ſtatim remiſſa eſt.

Biennio poſt, tempore autumni, idem Sigenovius judicium provinciale Plennæ habuit, ut Nicolai de Domo, Auſtriaci Sundgoviæ & Alſatiæ advocati provincialis, juſſu in Principis ſui jura circa Plennam inquireret. Collectis regionis ſeniori bus, ſilvam hi Plennam inter & Lucellam ad Auſtriacos, non ad Epiſcopum Baſil. pertinere, ſæpiusque judicium provinciale ibidem habitum ſe vidiſſe, jurato confeſſi ſunt. Aſſeſſores judicii erant Hugo ad Rhenum, Wilhelmus Stoer, Heinr. ab Eptingen de Blochmund, Rudolphus Vicethum, Joh. Schaler, Hanem. & Jo. de Ramſtein, Conradus Waldner, Hartmannus de Flachslanden, Ulricus de Durnach, Heinricus de Regesheim, Petrus de Pfaffenheim, Golſe de Wittenheim &c. Equites.

An. MCCCCX. die Martis poſt S. Barthol. Burcardus de Bollweiler, Judex provincialis ſup. Alſatiæ, cum Equitibus aſſeſſoribus Meyenhemii pro tribunali ſedit, ubi Advocatus Enſisheimenſis, nomine Principum Auſtriæ, civitatem Richovillam accuſavit, quam Judices ad cauſam proximo Judicio dicendam ſub pœna citarunt.

## §. XCVIII.

Catharina Burgund. uxor.

Uxor Leopoldi fuit Catharina Burgundica, ex qua filiam tantum, Comiti Goriczenſi deinde nuptam, ſuſcepit. Catharinæ viduæ frequens cum Alſatis negotium interceſſit, quod Landgraviales ſuperioris Alſatiæ terræ pro vidualitio pactis matrimonialibus ei fuiſſent aſſignatæ, vel ob dotem illatam oppigneratæ. Leopoldus maritus cum fratribus, Ernesto & Friderico, adminiſtrationem & uſumfructum Landgraviatus, imo & feudorum collationem An. MCCCCVII. ei commiſerat. Catharina ergo An. MCCCCX. Vindobona in Alſatiam ſe contulit, atque inducias, cum Baſilienſibus antea factas, in pacem convertit. (t) Anno jam præcedenti Lucellenſibus privilegium dederat, ne quis eos in electione Abbatis impediret. (u) In adminiſtrandis Alſatiæ rebus uſa eſt Smaſmanno, Rappoltſteinio Dynaſta, cujus virtute ac meritis induſta matrimonium ei promiſit. Thomas Ebendorfferus de Haselbach, (x) ſcriptor Auſtriacus ſeculi XV. hac de re ita: " Leopoldi contboralis Domina Catharina, " Ducilla

(o) Fugger Lib. IV. Cap. II. pag. 392.
(p) Roo *Annal. Auſtr.* Lib. IV. pag. 146.
(q) *Faſti Lucell.* Cap. VI. pag. 115.
(r) Schilter *ad Kanigsboo.* pag. 1071.
(s) *Matthi Herre zu Sigenwee, Landrichter im Obern Elſaſſ.*
(t) Tschudius Part. I. Lib. VIII. pag. 652.
(u) *Faſti Lucell.* Cap. VI. pag. 115.
(x) Ap. Pez. *Scriptor. Rer. Auſtr.* Tom. II. pag. 841.

„ Ducissa Burgundiæ, post decessum mariti ad Alsatiam, locum suæ dotis, secessit, „ & licet impinguata & multa crassitudine dilatata & gravata esset, ipsa tamen nupsit „ cuidam Nobili libero, nomine Smasman de Rapoltstain, in Alsatia. „ Nuptiæ vero non fuerunt celebratæ, quod pœnituit Catharinam promissi; unde lis suborta, quam Episcopus Lingonensis, Carolus Poitierius, communi consensu arbiter constitutus, An. MCCCCXX. composuit, ut tabularii Rappoltsteinensis documenta nos docent; ex quo Catharinæ hujus sigillum, Austriacis atque Burgundicis insignibus conspicuum, producimus.

*Monum. Landgr. sup. Tab. II. num. 2.*

## §. XCIX.

### Fridericus Tirolensis.

Leopoldo in Landgraviatu frater natu minor Fridericus successit. Dicitur *Tirolensis*, quod ex hereditate paterna Comitatus hic ei obtigerat. Concilium Constantiense custodiæ ipsius Johannem XXIII. Pontificem exauctorandum quum commisisset, cum eo aufugit. Sigismundi Imp. & Patrum Concilii decreto dies ei dictus, quo majestatis peractus est reus; à Tridentino, Brixiensi & Curiensi Episcopis diris devotus, ejusque ditiones datæ, in prædam. Hostes undique irruunt. Alsatiam cum copiis aggressus est Cæsar & Ludovicus Palatinus, cujus soror Friderico nupta erat. Fecit autem hoc Palatinus, non animo hostili, sed ut terras istas affini servaret. Helvetii Argoviam & quidquid in illis partibus Austriaci reliquum habebant, occupant; Concilium Cæsarque eas Helvetiis in perpetuum addicunt. Fridericus tamen cum Cæsare ac Concilio Comitis Palatini & Friderici, Burggravii Noribergensis, intercessione, reconciliatus est, postquam XXX. mille aureorum mulctam, ut quidam referunt, persolvisset. Itaque Sigismundus Austriacarum ditionum investituram An. MCCCCXVIII. Friderico dedit. Redierunt ad obsequium terræ Brisgovicæ; rediit Alsatia; at ditiones Helveticæ in perpetuum amissæ. Tigurini Kiburgensia; Bernates cum sociis Tobinium, Arburgum, Arovium, Habsburgensem, Badensem, Lenzburgensem Comitatus, omnemque Pagi Verbigeni tractum; Lucernenses Surseum & loca ad fluvium Ursam, retinuerunt. Helveticas has ditiones Sigismundus in tabulis investituræ, Friderico datæ, excepit. (*y*) Circa restituendas vero terras cautum, ut Fridericus reddito possessoribus, quod Cæsar ab illis acceperat, pretio eas redimeret. Obiit tandem Fridericus An. MCCCCXXXIX. magnis pecuniæ opibus collectis, tot licet provincias proscriptione amiserit. (*z*)

Fridericus Tirol.

## §. C.

### Sigismundus.

Sigismundus, Friderici filius impubes, mortuo patre Fridericum IV. Imp. & Albertum Prodigum, Ernesti Ferrei filios, accepit tutores, ita ut Albertus Sueviam, Alsatiam & Helveticas reliquias, pactis cum Cæsare An. MCCCCXLIII. initis, Sigismundi pupilli ac suo nomine regendas acciperet. (*a*) Albertus ergo, ad instar majorum, Lucellensem Abbatiam An. MCCCCXLVII. in specialem protectionem suscepit, (*b*) biennio post quam Ensisheimensis civitatis privilegia confirmasset. An. MCCCCXLVI. bellum cum Basiliensibus ei exortum, per laudum Colmariense à quatuor arbitris, quibus Episcopus Basil. præsidebat, mox terminandum. (*c*) Inter alia gravamina Albertus querebatur, quod Basilienses, neglecto Landgraviali judicio, Landgraviatus Alsatici cives ad civitatis suæ, quin etiam ad Ecclesiastica judicia vocarent, atque suos è contra cives in Landgraviali judicio, ratione bonorum in Landgraviatu litorum, comparere non sinerent; quod vectigalia, silvas, (*d*) conductum majorem & minorem, (*e*) aliaque Landgravii jura violarent; novas vias per terras ejus sternerent; (*f*) quod Pfalburgeros ex Landgraviatu in cives reciperent.

Sigismundus.



(*y*) Stumpfii *Hist. Concilii Constant.* pag. 157.
(*z*) *Necrolog. Wetting.* ap. Herrg. num. 951. pag. 845. Impropriè dictus Fridericus cum vacuo marsupio, *mit der leeren taschen*, ob tot terras amissas.
(*a*) Fugger IV. 15. pag. 502.
(*b*) *Fasti Lucell.* pag. 115.
(*c*) Spissum actorum hujus compositionis volumen ms. in tabulario publico Basileæ servatur.
(*d*) *In der Hardt.*
(*e*) *Gerechtigkeit des grossen u. kleinen geleits durch des Herzogs Land und Landgrafschafft.* Quod præsertim nundinarum, vernalium & autumnalium, tempore factum.
(*f*) *Durch des Herzogs eigenthum die Hard-ainen newwen bruch u. weg gemacht, genant der newwweg, u. nemen davon Zoll von unser Herrschafft luten u. andern an ihrem vihr zu Basel.*

An. MCCCCLVII. Friburgenſem Briſgoviæ Academiam Albertus inſtituit. Inauguratio ejus triennio poſt demum facta. (*g*) Fridericus Cæſar, Alberti frater, Academiam hanc naſcentem ſuis haud parum beneficiis ornavit. Eodem anno Albertus Prodigus & Sigismundus Mareſchallatus dignitatem, quam Nobiles de Hallweil huc uſque apud Auſtriacos geſſerant, Thuringo Hallwilio confirmarunt, atque in feudi caſtrenſis locum, quod terrarum, ab Helvetiis occupatarum, occaſione Lenzburgi amiſerant, caſtrum & oppidum Burckheim ad Rhenum, infra Briſacum, cum jure deſcendendi navibus & ſcrutandi Rhenum, (*h*) in feudum dederunt. Albertus An. MCCCCLXIII. obiit improlis.

Sigismundus ob Epiſcopatum Brixienſem, quem ipſe conferre volebat, à Pio II. Pontifice devotus eſt diris. Extat Pontificis hujus Breve ad Johannem, Epiſcopum Baſilienſem, (*i*) quem An. MCCCCLXI. monet, ut in Sigismundum anathematis exequatur ſententiam. Acceptam ex hereditate Ladislai poſthumi Auſtriæ partem patrueli ſuo, Friderico IV. Imp. dono dedit, anterioribus, quas vocant, terris contentus. An. MCCCCLXVI. Abbatiæ Lucellenſi deceſſorum ſuorum privilegia circa immunitatem à teloniis firmavit. (*l*)

## §. CI.

Turbæ Helvet. & Burgund.

An. MCCCCLXVIII. bellum cum Helvetiis propter Muhlhuſinos, quos nobiles vicini, Petrus à Regisheim præcipue, frequentibus velitationibus vexaverant, Sigismundo noſtro ſubortum eſt. (*m*) Helvetii, fœderatæ civitati venientes auxilio, Nobiles in campo *Ochſenfeld* ad pugnam provocarunt, ſed fruſtra. Converſis ergo in Sigismundum, cujus vaſalli erant Nobiles, armis, Thannenſem & Landſerianam Præfecturas populantur, domumque redeuntes Waldshutum obſident. Intervenientibus tamen Baſilienſi & Conſtantienſi Epiſcopis, eo ipſo tempore compoſita res eſt, quo Sigismundus magno jam comparato exercitu in auxilium advenerat.

Sigismundus, ardens vindicta, non Alſatiæ ac Briſgoviæ modo, ſed etiam Helveticas ditiones, Friderico Auſtriaco nuper ereptas, quas Helvetii reddere nolebant, Carolo Audaci, Burgundiæ Duci, pro LXXX. mille aureis florenis An. MCCCCLXIX. oppigneravit. (*n*) Rudolfus, Hachbergenſis Marchio, Luxemburgi præfectus, à Carolo miſſus eſt, ut novos ſubditos in fidem reciperet. Petrus Hagenbachius, ex antiqua Sundgoviæ nobilitate ortus, provinciarum conſtitutus eſt Advocatus ſeu Rector, qui ſedem & prætorium ſuum fixit Briſaci; homo durus & Helvetios omni modo laceſſens. Provinciæ itaque oppigneratæ prioris ſui Principis opem implorant. Venit Sigismundus Baſileam, ubi Electoris Palatini, Marchionis Badenſis, Baſilienſis & Argentinenſis Antiſtitum, Alſatiæ Helvetiæque civitatum legati ad eum advolant, redemtionem terrarum oppigneratarum uno ore petentes. Pretium rehitionis Argentinenſes & Baſilienſes ſuppeditant, quod Carolo recuſanti oblatum, Baſileæ depoſitum eſt. Armati in Carolum Helvetii ab Imperatore Friderico, militem adverſus eum ducente, in auxilium vocantur. Fidelem hi navant operam Cæſari, & non modo Noveſium, obſidione cinctum, liberare tentant, verum etiam Elicurtium, Burgundiæ Comitatus oppidum, aggrediuntur. Carolus cum Imperatore pacem fœdusque init, nulla Helvetiorum facta mentione. Sigismundus autem hereditarium cum eis fœdus pangit, Alſatiæ civitatibus & Lotharingiæ Duce in illud aſſumtis. (*o*) Hagenbachius vi comprehenſus Briſaci An. MCCCCLXXIV. capite plectitur, terrasque oppigneratas omnes Sigismundus paulatim recipit, miniſterio Hermanni ab Eptingen uſus, qui provincialis iſtarum terrarum Advocatus evaſit. (*p*) Burgundus, ira furens, Renatum Lotharingum Ducatu expellit. Inde in Helvetios, qui Nantuates, Caroli ſocios, aggreſſi fuerant, movet; at An. MCCCCLXXVI. ad Granſonium & Moratum bis victus, cumque Lotharingiam, à Renato recuperatam, iterum invaderet, à concurrentibus Lotharingis, Helvetiis & Alſatis ad Nancejum An. MCCCCLXXVII. proſtratus occubuit. (*q*)

Ab

(*g*) Literæ inſtitutionis datæ ſunt ab Alberto Archiduce Friburgi, feſto S. Matthæi Apoſt. d. 21. Sept. ut autographum, quod inſpexi, me docet. Matthæus Humell primus Academiæ hujus Rector fuit. Conf. Middendorp. *de Academ.* Lib. V. pag. 209.

(*h*) *Jdſt ſamt dem Talgang.* Conf. ſupra pag. 18. not. (*t*).

(*i*) Lunig *Spicileg. Eccleſ.* Part. II. pag. 141.

(*l*) *Faſti Lucell.* pag. 116.

(*m*) Conf. ſupra pag. 427.

(*n*) Tschud. Part. II. pag. 708.

(*o*) Leibnitii *Cod. Dipiom.* Tom. II. Part. II. pag. 102.

(*p*) Infra in. Advocatis Auſtriacis Alſatiæ ſup.

(*q*) Patri de Blarborivo *Nanceii* Lib. VI.

Ab hoc tempore Sigismundus Alſatiam tranquillus poſſedit. Filia Caroli Audacis Maximiliano Auſtriaco, proximo Sigismundi agnato & heredi, nupſit. Huic Oeniponti An. MCCCCLXXXIX. in ſolenni Statuum provincialium conventu, omnes ſuas Alſaticas, Briſgovicas & Tirolenſes poſſeſſiones, fervata tantum annua penſione, vivus adſcripſit. (r) Obiit denique Sigismundus An. MCCCCXCVI. improlis; unde Auſtriaca potentia omnis ad Maximilianum I. Imp. transivit.

## §. CII.

### Maximilianus I. Imp.

Maximilianus hic Friderici IV. Imp. filius, Erneſti Ferrei nepos erat. Erneſto primum matrimonium cum Pomeraniæ Ducis filia ſterile, (s) ſed alterum cum Maſoviæ Ducis filia fuit felicius. Peperit enim hæc Fridericum IV. qui An. MCCCCXL. in ſolium Imperiale evectus & An. MCCCCXCIII. extinctus, ex Eleonora Luſitanica, Eduardi Regis filia, Maximilianum ſuſcepit Imperatorem, ditionum Auſtriacarum omnium, poſt fata patris & Sigismundi Archiducis, ex aſſe heredem. Maximilianus I. Imp.

Maximilianus I. Alſatiæ Landgravius, Advocatiam quoque Alſaticam per Mariam Burgundicam, uxorem ſuam, accepit, ſi Chipletium (t) audias, quem infra confuto. Regnante eo Auſtriacorum in his oris opes fractæ primum bello Helvetico, dein reſtitutæ & auctæ ſunt Palatino. Bellum infaultum contra Helvetios, terras avitas fœderis Suevici ope recuperaturus, An. MCCCCXCIX. ſuſcepit. Octo velitationibus prœliisque minoribus, ad Dornacum præcipue prope Baſileam, uno eodemque anno victus paci manum dedit, Alſatiæque per has turbas ſimul afflictæ reſtituit quietem. (u) Feliciora longe Maximiliani arma quinquennio poſt fuere, cum Electorem Palatinum, à ſe proſcriptum, bello viciſſet. Tunc enim Advocatia provincialis Alſatiæ (x) à Palatinis ad Auſtriacos tranſiit, inſigne poteſtatis augmentum.

## §. CIII.

Maximilianus I. An. MDIII. Conrado Sturzelio à Bucheim, Equiti, Cancellario ſuo aulico & Landgraviatus Alſatiæ hereditario Pincernæ, permiſit, ut curiam liberam in oppido Thann, feudum ſcil. ad Pincernatum ſpectans, cum pendentibus inde bonis ac juribus, Caſparo, Baroni à Mœrſperg & Belfort, Advocatiæ Auſtriacæ in Alſatia tum adminiſtratori, venderet. Bucheimius viciſſim bona quædam propria, caſtrum nempe & vicum Bucheim trans Rhenum, à Reinharto de Windeck & Jacobo Stadlero acquiſita, Maximiliano in feudum obtulit, cum Pincernatu Landgraviatus à ſe deinceps poſſidendum. (y) Pincernatus itaque hujus bona tum ex Alſatia in Briſgoviam translata ſunt; quæ translatio eo minus difficilis, quod Auſtriaca Domus in Briſgovia atque Alſatia rerum potiretur. Conventum præterea, ut venienti in Alſatiam, Sundgoviam, Briſgoviamve Landgravio, carratam vini Bucheimius ejuſque heredes dono offerrent, (z) poculum, quo vinum iſtud Landgravius deguſtaturus eſſet, accepturi viciſſim. Sturzelii à Bucheim Pincernatum ad bellum uſque tricennale poſſederunt. Pincernatus.

Obiit Maximilianus I. Cæſar An. MDXIX. primis nuptiis cum Maria Burgundica Philippi & Margarethæ, Belgii gubernio claræ, pater. Philippus Germanicis Belgicisque Auſtriacorum provinciis, matrimonio cum Johanna, Ferdinandi Catholici & Iſabellæ filia, Hiſpaniæ regnum cum ampliſſimis in utroque orbe ditionibus adjecit; duplici maſcula prole, Carolo & Ferdinando, felix, ſed ante patrem An. MDVI. defunctus.

## §. CIV.

### Carolus V. Imp.

Carolus V. terras Auſtriacorum Germanicas brevi tempore rexit. Ille Literis, apud Bruxellenſes An. MDXXII. datis, Alſatiæ ceterarumque Auſtriacarum ditionum Status Carolus V. Imp.



(r) Fugger *Spec. Auſtr.* Lib. V. Cap. XXXVII.

(s) *Chron. Stumbf.* ap. Pezium *Scriptor. Auſtriacor.* Tom. II.

(t) *Alſatia vindic.* Cap. IX. pag. 55.

(u) Bilibaldus Pirckheimer *de Bello Helvet.* cui ipſe interfuit.

(x) De eua ſupra pag. 281. ſq.

(y) Conf. ſupra pag. 18. not. (r).

(z) *Drey vaſſ mit gutem wein, ſo ain wagen wol ertragen mag.*

immunes esse jussit ab onere, quod Comitiorum Wormatiensium decreto ad Regimenti, in Germania paulo ante stabiliti, & Cameræ Imper. sustentationem ferre debuissent. Anno enim MDXXI. Ferdinandi, fratris sui, cum Anna, Ludovici Hungariæ Bohemiæque Regis sorore ac postea herede, nuptias Linzii celebratas, augustissimo dono illustraturus, utramque ei Austriam cum omnibus in Germania provinciis inde pendentibus, ac quicquid in Suevia ad lacum Acronium, Silvam Martianam, agros Brisacenses, ultraque Rhenum circa Ellum amnem, (Alsatiam) Austriaca pollebat familia, generose concessit, ut loquitur HEUTERUS. (*a*) Ab hoc tempore Carolus V. in Alsatiæ fastis non ut Landgravius, sed ut Imperator comparet. Pœnituit eum mox, quod Alsatiam non sibi servasset, rebus suis opportunam, Burgundiæ quod vicina Comitatui. Miserat nuntios, qui traditionem Alsatiæ suspenderent, sed Status Ferdinando jam præstiterant fidem. (*b*)

## §. CV.

### FERDINANDUS I. IMP.

Ferdinandus I. Imp.

Ferdinandus, qui An. MDXXXI. Rex Romanorum electus Carolo fratri An. MDLVIII. in Imperio succesſit, novam Regimini Enisheimensi formam, edita Ordinatione, An. MDXXIII. induxit. (*c*) An. MDXLIV. novum atque primarium Landgraviatus sui Alsatici officium, Magisterium aulæ, (*d*) hereditarium ac feudale, in Comitum Lichtensteinensium gratiam Ferdinandus instituit. Quadriennio post in Comitiis Augustanis Abbatiæ Murbacensis onera Imperialia, excepto tantum, quod ad sustentationem Cameræ Imperialis solvebatur, ære, in se recepit, quod in clientela esset Austriaca. Nec refragati sunt Imperii Status, modo libertas Monasterio servaretur. (*e*) Advocatiam provincialem Alsatiæ, quam Carolus V. Palatinis restituerat, Ferdinandus persolutis 50. mille florenis, pro quibus Palatinis Electoribus oppignerata fuerat, An. MDLVIII. denuo Genti suæ acquisivit; unde qui Landgraviatum Alsatiæ superioris possidebant Archiduces, hanc quoque Advocatiam administrare solebant. Obiit Ferdinandus An. MDLXIV. relictis ex Anna filiis tribus, ex quibus Maximilianus II. patri in Germaniæ solio, Austria, Hungaria & Bohemia succesſit; tertius Carolus Stiriam, medius Ferdinandus cum Comitatu Tirolensi anteriores Austriacorum, quas inter Alsatia, terras accepit.

## §. CVI.

### FERDINANDUS ARCHIDUX.

Ferdinandus Archidux.

Magisterium aulæ, Landgraviatus Alsatici feudum, à Ferdinando I. Imp. institutum, Ferdinandus hic Archidux Jo. Jacobo & Constantino, Lichtensteiniis Comitibus, ob investituram neglectam jure suo excitis, An. MDLXXXII. de novo contulit, ita quidem, ut penes seniorem familiæ esset, isque primum ab Advocato provinciali Austriaco in Alsatia locum occuparet, ac præmium munere suo dignum acciperet, quoties Landgravio Principi à subditis præstaretur homagium. (*f*) Mortuo Jacobo quinque filii ejus & Constantinus denuo investiti sunt An. MDCIV.

Ferdinandus, neglecto stirpis splendore, uxorem duxit Philippinam, Francisci Welseri, Patritii Augustani, filiam, ex qua filios vidit Andream & Carolum, qui non illegitimi quidem, sed à Principatibus excluſi fuere. Andreas, Cardinalitia dignitate ornatus, Murbacensem & Lutrensem Abbatias principales An. MDLXXXVII. in commendam accepit. (*g*) Secundam uxorem Ferdinandus duxit Catharinam, Wilhelmi, Mantuani Ducis, filiam, quæ *Annam* ei peperit, Matthiæ postea Cæsaris conjugem. Ferdinando itaque An. MDXCV. extincto, omnis ejus hereditas ad Rudolfum II. Imp. ejusque fratres, Maximiliani II. filios, Ferdinandi defuncti ex fratre nepotes, translata est.

§. CVII.

---

(*a*) *Rer. Austriacar.* Lib. VIII. Cap. XI. pag. 197.
(*b*) GOLLUT *Memoires Sequanois* Lib. XI. Cap. XXXVI.
(*c*) Vide supra pag. 24.
(*d*) *Erb-Hofmeiſter-Amt.* Conf. supra pag. 18. not. (*r*).
(*e*) *Receſſus Imperii Auguſtanus* An. MDXLVIII. §. LXIX.
(*f*) Conf. supra pag. 18. not. (*s*).
(*g*) Inſtrumentum reſignationis à Wolfgango, Abbate deceſſore, factæ Salisburgi d. 18. Jun. in tabulario Murbac. extat.

## §. CVII.

### Maximilianus Archidux.

Maximilianus Archidux.

A Ferdinandi Archiducis exceſſu Anteriores quidem Auſtriacorum provincias Rudolfus II. Imp. retinuit, communi totius familiæ fuæ, cujus caput erat, nomine regendas, Sed elapſis aliquot annis adminiſtrationem earum Maximiliano fratri commiſit, qui An. MDCV. Lucellenſia privilegia, more deceſſorum, confirmavit, (*b*) ac in Regiminis Enſishemiani Actis appellatur *Corregens.* (*i*) Continuatum hoc, poſt Rudolfi II. fata, ſub fratre & ſucceſſore ejus Matthia Cæſare, ita ut Maximilianus hic Archidux & Landgraviatui ſuperiori & Advocatiæ provinciali præſſet Alſatiæ. Obiit An. MDCXX. Ordinis Teutonici Magiſter.

## §. CVIII.

### Leopoldus Archidux.

Leopoldus Archidux.

Matthias Imp. An. MDCXIX. defunctus improlis, ditionum ſuarum heredem ſcripſit fratrem Albertum. Hic autem Belgio contentus, quod per uxorem Iſabellam Claram, Philippi II. Hiſpaniæ Regis filiam, poſſidebat, Auſtriacas provincias, adeoque & Alſatiæ Landgraviatum, Ferdinando II. Imp. patrueli ſuo, conceſſit. (*l*) Ferdinandus autem Auſtriacæ Domus ut augeret præſidia, fratrem ſuum Leopoldum, qui ab An. MDCVII. Argentinenſis & Paſſavienſis Epiſcopus fuerat, induxit, ut Epiſcopatus hos An. MDCXXVI. Romæ abdicaret, atque cum Claudia Medicea, magni Hetruriæ Ducis Ferdinandi filia, nuptias celebraret; Tirolenſem ei Comitatum cum Alſaticis, Suevicis, Briſgovicis, aliisque terris vicinis committens. Leopoldus vero hic ab An. MDCXXI. jam rerum Alſaticarum curam ſuſceperat, ut acta Enſisheimenſia me docent. (*m*) Sueci An. MDCXXXI. in Alſatiam penetrantes, Benfelda, Seleſtadio, Colmaria captis, Auſtriacam quoque Alſatiæ partem occuparunt. Inter turbas has obiit Leopoldus An. MDCXXXII. filio impubere ditionum herede relicto.

## §. CIX.

### Ferdinandus Carolus.

Ferdi. nandus Carolus.

Ferdinandus Carolus Archidux, Leopoldi filius, ſub matris tutela primos annos peregit. (*n*) Alſatia in poteſtate tum fuit Suecorum uſque ad An. MDCXXXV. quo partibus Rheni valedicere coacti, ſocio Galliarum Regi, Ludovico XIII. eam tradiderunt. Idem Archidux An. MDCXXXVIII. Briſgovia fere omni exutus eſt, cum Bernhardus, Vinarienſium Dux, Briſacum expugnaſſet, ſuaque inſecuta morte Gallis reliquiſſet; quibus Pace Monaſterienſi An. MDCXLVIII. cum Alſatiæ Landgraviatu adſcriptum in perpetuum. (*o*) In compenſationem amiſſæ Alſatiæ Ferdinandus Carolus tres milliones librarum Turonenſium, inſtrumento pacis jam promiſſos, (*p*) An. MDCLXIII. accepit. Gallia pecuniam prius ſolvere noluerat, quam Philippus IV. Hiſpaniæ Rex, in Alſatiæ conſenſiſſet ceſſionem, quod Pyrenæa denique pace An. MDCLIX. factum. (*q*) Anno ſequenti Ludovicus XIV. cum Archiduce convenit Pariſiis, ut tres milliones quinque portionibus intra triennium ſolverentur. (*r*) Solutio facta. Ferdinandus Carolus quum An. MDCLXII. obierit, poſtremam frater ejus, Sigismundus Franciſcus, accepit; quæ omnia apochæ, in Luparæ tabulario extantes, teſtantur. (*s*)



(*b*) *Fasti Lucell.* pag. 110. & 116.

(*i*) *Mit interreſſirter regierender Herr u. Landsfürſt der Ober u. Vorder Oeſterreichiſchen Landen.* An. MDCX. ipſe in literis ad Cameram Enſisheimenſem ſcriptis ita: *Der Röm. Kayſerl. Mayeſtat auch unſerm u. mit interreſſirten Erzherzogen lieben andachtigen u. getreuen.*

(*l*) Chifflet. *Alſat. Vindic.* Cap. I. pag. 6. Brachelii *Hiſtor.* Lib. II. pag. 88.

(*m*) An. MDCXXVI. Leopoldus ſe vocat *Kayſerl. Maj. gevolmachtigter Gubernator der Vorder Oeſterreichiſchen Landen.*

(*n*) In tabulario Enſisheim. extant literæ, quibus Claudia An. MDCXXXVII. dicitur: *Verwittibte Erzherzogin, Landgrafin in Elſaſſ, geborne Princeſſin von Toſcana, als von der Röm. Kayſerl. Maj. gevolmachtigte Gewalts-regentin u. Mitvormunderin.*

(*o*) Vid. ſupra pag. 24.

(*p*) Cap. XII. §. LXXVIII. ubi: " Rex " Chriſtianiſſ. pro recompenſatione partium ipſi ceſ- " ſarum, dicto Dom. Archiduci Ferdinando Carolo " ſolvi curabit tres milliones librarum Turon. annis " proxime ſequentibus, ſcil. MDCXLIX. L. & LI. " in feſto S. Johannis Bapt. qualibet anno tertiam " partem in moneta bona & proba Baſilicæ ad manus " Dom. Archiducis ejuſque Deputatorum.

(*q*) Art. LXI.

(*r*) Leonard *Recueil des Traitès de Paix* Tom. III.

(*s*) Apochas has exhibet Leonard loco cit. & Du Mont *Corps Diplom.* Tom. VI. Part. II. pag. 465.

## §. CX.

Epilogus. Clauſit ergo Landgraviorum ſuperioris Alſatiæ ſeriem Ferdinandus Carolus, ſucceſſorem nactus Ludovicum XIV. qui & Auſtriacum Alſatiæ Landgraviatum, & Advocatiam provincialem Alſatiæ, quam Præfecturam Hagenoenſem vocant, Coronæ Franciæ junxit; uti Landgraviatus inferior ante CCXC. annos Epiſcopatui Argentinenſi annexus eſt; cujus pretium nonniſi quinquagies mille florenorum tum fuit. Superior in Domus Auſtriacæ manibus quantum excrevit. Nec pro ſolo Landgraviatu, proprie ſic dicto, Gallia tres milliones perſolutura fuiſſet. Comitatus Phirretenſis cum Landgraviatu, cum Præfectura Hagenoica, & quicquid Auſtriaci in Alſatia poſſederant, cum ſupremo, quod ad Imperatorem & ad Imperium pertinuit, jure, id omne conceſſum eſt Gallis; Riſwicenſi pace firmatum.

Fixa ergo Landgraviatus ſuperioris, in ſe ſpectati, Periodus tres epochas habuit. Prima Landgraviatum ſolum; ſecunda Landgraviatum Phirretenſi Comitatu An. MCCCXXV. auctum complectitur. Tertia ab An. MDXXI. incipit, quo Ferdinandus I. terris Germano-Auſtriacis à Carolo V. fratre acceptis, Landgraviatum Briſgoviæ & Briſgoviam Auſtriacam Landgraviatui Alſatico ſub Regimine communi, Enſisheimii conſtituto, conjunxit; unde illa denique Landgraviatus Alſatici prodiit forma, quæ ad Weſtphalicam uſque pacem, ſub ſpecie quadam Principatus, (*t*) duravit.

## §. CXI.

Officia Landgr. Sub Ferdinandea hac epocha tria officia aulica hereditaria, Landgraviatui annexa, Mareſchallatum, Pincernatum & Magiſterium Palatii ſeu Majoratum Domus, viguiſſe reperio. Primum ſec. XV. Hallwilii Nobiles cum Burckhemio, caſtro & oppido; (*u*) ſecundum ſec. XVI. Sturzelii à Bucheim cum caſtro & vico hujus nominis; (*x*) tertium, quod temporis ordine poſtremum, dignitatis primum, Lichtenſteinii Comites in feudum tenuerunt, ut ſuis ſupra locis jam dictum. (*y*) Inter ceteros Landgravii Officiales præcipuus fuit Accenſus, vel provincialis Apparitor; qui in mallis provincialibus ſuum munus exercuit; lingua vulgari *Landbuttel* vocatus. (*z*) Munus hoc Hattmansdorffiis Nobilibus denique fuit datum in feudum; à quibus cum caſtro & vico Freningen, ejuſdem Auſtriacæ Landgravialis Domus beneficio, ad Reinachios transivit. An. MDLXXIII. Jo. Wilhelmus de Reinach, ſenior tum familiæ, per Ferdinandum Archiducem, mortuo Jo. Georgio Reinachio, de feudo hoc inveſtitus eſt. (*a*) Munus cum Germanica Landgraviatus periodo intercidit; feudum ſubſiſtit.

# LANDGRAVIORUM SUPERIORIS ALSATIÆ MONUMENTA.

## §. CXII.

Cornu eburneum. *Tab. I. num. 1.* SYllabo Landgraviorum Monumenta eorum ſubjungimus. Hæc inter eminet eburneum Cornu, quod Albertus Habsburgicus, cognomine Dives, Landgravius Alſatiæ, Murenſi Argoviæ cœnobio, cujus Advocatus fuerat, An. MCXCIX. quo mortuus eſt, donavit, ſat affabre elaboratum; ſacris lipſanis auctum. Cœnobitæ in Eccleſiæ ſuæ theſauro illud ſollicite ſervarunt. At initio hujus ſeculi, Abbatis Murenſis liberalitate, in theſaurum Cæſareum Vindobonenſem transivit, ubi An. MDCCXXXVIII. inter alia cimelia Cornu hoc inſpexi & deſignandum curavi. Exemplum, ad formam ejus expreſſum, ſervant Murenſes. Venatorium cornu communiter dicitur. Ita illud quoque vocat Dominicus, Abbas Murenſis, qui inſcriptionem

(*t*) Vid. ſupra pag. 19. Maximilianus I. Imp. jam in literis, d. 3. Jun. 1502. de cenſu vinario ad provincias ſuas anteriores Auguſtæ Vindel. datis, Alſatiam, Sundgoviam, Briſgoviam & Nigram ſilvam *Principatus* ſuos appellavit. Stapfii *Vindiciæ ſuperioritatis Auſtr. in Briſgoia* pag. 104.

(*u*) Supra §. C. pag. 508.

(*x*) §. CIII.

(*y*) §. CV.

(*z*) *Der Landgebuttel des Landgerichts ze obern Elſaſſ.* Ita in gravaminibus Alberti Prodigi, Ducis Auſtriæ, contra civitatem Baſilienſem. Codex Mſ. feudorum Auſtriæ anterioris ab An. MCCCCLVIII. ad MDXX. feudis his annumerat *das Landpottelamt im Landgericht Elſaſſ.* Nomen à voce *boeten*, *gebieten*, citare ad judicium.

(*a*) His verbis: *die veſten Freningen, mit graben u. aller ihrer Zugehörung. Item das Landtputtel ampt im Landtgericht Elſaſſ. Item das dorff mit den müleren u. hohen gerichten* &c.

N. IV.

N. II.

N. I.

N. VI.

N. III.

VIORVM ALSATIÆ. SVP. TAB.I.

N.V.

*Pes Franc.*

N.VII.

*Wenc Aquent: fec.*

# MONVMENTA LANDGRAVIOR. ALSATIÆ. SVP. TAB II.

Venerabilib⁹ viris ⁊ reuerendis in xp̃o dn̄is vniuſis dei gr̃a archiepis̃ epiſ⁹ ⁊ mūibꝫ alijs xp̃ianor̃ regimīa̅ preſidentibꝫ preſentē paginā peruſuris Albertꝰ comes de habesburg lantgrauius Alſatie notoria ſubſcriptor̃. Priuilegiū felicissime recordationis p̃deceſſor̃ ⁊ progenitor̃ nr̃or̃.

Ludewici comitis Palatini ⁊ Rudolfi ducis Bauarie fratrū ſuor̃ ſacratiſſimi Romani Imperii archidapiferi ⁊ principū electorū. Sigillis ⁊ Ego Fridericus illustris comitis ac ſilioꝛ eiꝰ Hunfridi Burgundi hugonis

dicta ſuū hec anno dn̄ice incarnat̃ ō. c. lxxx. vj. In clauſt̃ maiori eccl̃ie argentinenſi

*Ex Mary. Herrgott— Genealog. Habsburg.*

N.° I.

*Sigillum Catharinæ de Burgundia Uxoris Leopoldi Austriaci A. 1411.*

*Sigillum Iudicii Landgraviatus Superioris Alsatiæ A. 1522.*

N.° II.

*Ex Archivo Rappolstein.*

N.° III.

*Ex Tabulario Murbacensi*

N.° IV.



*Ex Tabular. Basil..*

nem ejus produxit. (*b*) Forma cimelii & figuræ insculptæ, venator nempe, hastam tenens, ac animalia, quæ in eo comparent, destinationem ejus & usum indicare videntur. Verisimilius tamen est, Albertum, venationis amantem, ab initio statim sacros in usus cornu istud fabricari curasse, cornucopiarum veterum imitatione, ita tamen, ut fructuum loco lipsana ei sacra immitteret. Præter venationem & pastoralem usum aliis quoque usibus cornua destinaverant veteres. Pro poculis apud Græcos, Romanos, (*c*) Britannos, Danos (*d*) aliosque inservierunt. Inservierunt in ludis equestribus, (*e*) quin & in bello, (*f*) vel ad galearum ornatum, (*g*) vel ad classicum canendum. Urienses Helvetii cornuum mugitu hodieque utuntur in bello. (*h*) De argenteo cornu deaurato, quod circa An. DCCCCLXXXIX. ab incognita virgine Oldenburgico Comiti oblatum fuisse scribunt, (*i*) variæ sunt fabulæ. Aureum cornu sub Christiano IV. Daniæ Rege, An. MDCXXXIX. inventum, antiquis Danis in bellicos usus pro buccina olim inserviisse, Olaus Wormius (*l*) censet. Simile An. MDCCXXXIV. in Slesvicensi Præfectura Tundriæ repertum & Christiano VI. Regi oblatum, ex descriptione ejus, à Joach. Richardo Paulo eodem anno Hasniæ data, comperior.

## §. CXIII.

Habsburgico cornu succedunt tres statuæ Rudolfi Habsburgici, Regis Rom. Alsatiæque superioris Landgravii, eo vivo confectæ, quarum una eques, altera sedens, tertia dimidia tantum corporis parte repræsentatur Rudolphus. Statuæ Rudolfinæ. *Num.* 2. 3. 6.

Prima in frontispicio templi & turris majoris Argentinensis posita, equestribus Clodovei I. & Dagoberti I. statuis, uno tractu positis, respondet. Ille Christianismi, hic Episcopatus fundator apud Argentinenses habebantur. Statuæ hæ, seculo XIII. finiente, quo ad eam usque partem turris fuerat exstructa, cum Rudolphina confectæ sunt. Scilicet An. MCCXCI. Conradus Episcopus cum Senatu Argentinensi decrevit, ut statuæ Regum, quorum beneficiis Argentoratensium Ecclesia ornata fuisset, ad posterorum memoriam in templi fronte ponerentur; id quod eo ipso anno factum, quo Rudolfus Argentinam venit, atque Francofurtum petiturus Germersheimii obiit. Rudolfum hunc autem eo minus in benefactorum suorum numero oblivisci censuerunt, quod cum Comitis Habsburgensis Alsatiæque Landgravii dignitate conspicuus esset, multis sibi officiis devinxerat urbem; (*m*) quem animum benevolum non dimisit, postquam regium Germaniæ solium conscendit. Equestria. *Num.* 1.

Repræsentatur Rudolfus, insidens equo, corona, sceptro, ense, pallio, aliisque insignibus regiis ornatus. Supra caput ejus in ferreo circulo, æneis formæ Gothicæ literis instructio, legitur: *Rudolfus de Habsbiog, Rex Romanorum.* Supra inscriptionem lapidi insculpta fuit Aquila Imperii simplex, erecta, septentrionem respiciens; & ad latus ejus sinistrum Leo Habsburgicus, erectus pariter & ad aquilam se vertens. In sella, quo iniposita, insignia eadem reperi; ita tamen, ut anteriorem sellæ partem Leo, posteriorem Aquila occupet. In sigillis Rudolphinis insignia hæc vix ullibi occurrunt. Similem aquilam vidi in Cæsaris Adolphi, successoris ejus, monumento, quod prope Goelhemium oppidum, ubi ab Alberto An. MCCVIII. occisus est, extat. In superiore ejus parte Aquila, in inferiore Leo Nassovius conspiciuntur. Ignota tum fuit Aquila duplex. Ludovicus Bavarus ad utrumque solii sui latus singulas aquilas collocavit aversas, quod & Carolo IV. usitatum. Sigismundus duas has aquilas in unum corpus conflavit, adeoque bicipitem reddidit.

Rudol-

(*b*) *Orig. & Genealog. Comitum de Habsburg* pag. 106.

(*c*) Athenæus Lib. II. Cap. VIII.

(*d*) Wormius *Fastorum Danicor.* Lib. I. Cap. XVIII. Saxo Grammaticus Lib. VII. ubi de Hagbartho.

(*e*) Nobiles, ubi se Torneamenti capaces coram judicibus probaverant, cornuum sonitu intrarunt in septa: unde à Germanico *Blasen* francicam vocem *Blasen*, quæ artem Heraldicam denotat, Menestrierius deducit *Origine des Armoiries* pag. 72.

(*f*) Vegetius *de re milit.* Lib. II. Cap. XXII. Horat. Lib. II. *ode* 1. Festus Lib. II. Cap. XVIII.

(*g*) Cornua apicis loco adhibere, non rarum apud Germanos; unde in nobilium insignibus frequens cornuum imago. Spener *Herald*, Part. gen. pag. 289.

(*h*) Buccinator eorum vocatur *der Stier von Uri.* Stumpf *Chron. Helvet.* Lib. VI. Cap. XXVI. Menestrier *Origine des Armoiries* pag. 72. In Bello Helvetico An. MDCCXII. Bernenses inter Spolia computarunt duo Cornua bovina Urienfium, argento ornata, quibus clarigant bellum, convocant exercitum. Alt *Hist. des Suisses* Tom. X. pag. 667.

(*i*) Hasselmann in *Chron. Oldenburg.* Part. I. ubi figuram ejus exprefit.

(*l*) *Dissert. de aureo* hoc *cornu* pag. 45. & in *Monumentis Danicis* Lib. V. pag. 401.

(*m*) Vid. supra pag. 308.

Rudolphina hæc ſtatua auctorem habet Erwinum de Steinbach, qui An. MCCLXXVII. turrium ſummi templi ſtructuram inchoavit. (*n*) Statua An. MCCXCI. poſita eſt.

Speculi Auſtriaci ſcriptores (*o*) diverſam plane ab hac ſtatuam producunt, cujus inſcriptio, baſi inſculpta, annum MCCLXVI. deſignat. Monumentum hoc Rudolpho, adhuc Comiti, ob reportatam An. MCCLXII. Argentinenſium de Epiſcopo victoriam poſitum fuiſſe tradunt, quod pro Argentinenſibus pugnavit. Verum omnis illa icon mere imaginaria eſt. Audacia ſcriptorum eam temere effinxit.

## §. CXIV.

Baſilienſis. *Num. 3.*

Secunda, quam produco, Rudolfi I. Imp. ſtatua Baſileæ prope ſuburbium D. Joannis (*p*) extat; ab URSTISIO (*q*) non accurate expreſſa. Siſtit ea Rudolfum ſedentem, barbatum, cum longiore, quam in reliquis ſtatuis, capillitio capitis. Rudolfum paucos habuiſſe crines, ex monumentis aliis & CHRONICI COLMAR. cognoſcimus fide. (*r*) Manu dextra globum crucigerum, ſiniſtra ſceptrum liligerum tenet; contra uſum receptum, qui ſceptrum dextræ aſſignat. Corona aperta, gemmis ornata, capiti eſt impoſita. Armillæ, quæ brachia cingunt; cingulum, quod tunicam ambit, ſimiliter gemmis ornantur. Tunicæ impoſitum eſt pallium cum epomide, à qua duæ aquilulæ ſuper pectus deſcendunt.

Argentin. *Num. 7.*

Simplicior, nec inelegans tamen, illa Rudolfi ſtatua eſt, quæ umbilico tenus formata, non ita pridem Aulæ meæ antiquariæ illata eſt, opus Argentinenſe. Corona, non, ut in præcedenti, impoſita eſt capiti, ſed tempora cingit, ut in ſtatua equeſtri. Sceptrum, quod dextra tenebat, interiit. Tunicæ manicatæ ſuperimponitur Pallium, ſeu Pluviale, quod fibula rotunda & ſimplex, in pectore reſplendens, conſtringit. Statua hæc una ex illis eſt, quam Epiſcopo devicto, cives Argentinenſes in memoriam cladis illatæ poſuerunt. (*s*) Non ſtatim tamen poſt victoriam poſita fuit, quod Rudolphus nonniſi undecimo poſt anno in Regem electus eſt.

Sigilla. *Tab. I. num. 4.5.6.*

Præter tres ſtatuas, tria ſigilla, duo nempe equeſtria Alberti Divitis, Rudolfi I. Imp. proavi, unumque Agnetis, Comitiſſæ Habsburgicæ, in eadem Tabula Lectoribus propono. Epigraphen duorum Alberti ſigillorum jam ſupra (*t*) explicui, ibique monui, non Albertum ipſum, ſed filium ejus Rudolfum his tum ſigillis uſum fuiſſe. Siſtitur autem Albertus, ad pugnam decurrens, in altero cum galea, in altero cum pileo vel corona Comitis, gemmis ornata. In priore tunica indutus; in poſteriore lorica; ſcutum, Leone Habsburgico inſignitum, tenens. Sigilla hæc equeſtria vel auctoritatis, ut vocantur, nonniſi à Ducibus, Comitibus atque Dynaſtis illis temporibus uſurpari ſueverunt. (*u*)

*Num. 6.*

In *Agnetis Comitiſſæ de Habsburg* ſigillo ſcutum bipartitum una parte leonem Habsburgicum, altera baltheum reticulatum, Landgraviatus Alſatiæ inferioris inſignia, continet. Agnes nimirum hæc, Johannis I. Habsburgo-Laufenburgenſis Comitis, qui circa An. MCCCXXXVII. obiit, uxor, filia fuit Sigismundi, Alſatiæ Inferioris Landgravii, de quo infra. Propter matrimonium itaque cum viro, ex Landgraviis ſuperioris Alſatiæ orto, uſa eſt ſigillo utriuſque gentis inſignia exprimente. (*x*) Appenſum eſt chartæ, quæ civitati Laufenburgenſi ab Agnete ejuſque marito An. MCCCXXVIII. data eſt. (*y*)

## §. CXV.

*Tab. II. num. 1.*

In Tabula II. primo loco chartæ Trudpertinæ, ſæpius laudatæ, typus, Alberti Divitis ſigillo equeſtri munitus, occurrit. Pretioſum hoc Habsburgicæ antiquitatis monumentum apud Trudpertinos inſpexi; (*z*) quod primam vocis *Landgravii Alſatiæ* facit mentionem. (*a*)

Duobus,

(*n*) Supra Portam majorem hæc legitur Inſcriptio: *Anno Dom. MCCLXXVII. in die B. Urbani hoc gloriosum opus inchoavit Magister Erwinus de Steinbach.* SCHADÆI *Sionnum Argentor. templum* Cap. XII.

(*o*) FUGGER & SIGMUND VON BIRCKEN *Oeſterreich. Ehrenſpiegel* Lib. I. Cap. VII. pag. 63.

(*p*) In ædibus vernacule *Seidenhof*, ad Rhenum.

(*q*) *Hiſtor. Epiſcopat. Baſil.* Lib. II. pag. 134.

(*r*) URSTISII *Scriptor. Rer. Germ.* Part. II. pag. 37. „ Erat longus corpore, habens in longitudine ſeptem pedes, gracilis, parvum habens caput, pallidam faciem atque longum naſum, pauscus habebat crines.

(*s*) Vid. ſupra pag. 108.

(*t*) Pag. 499. §. LXXXII.

(*u*) HEINECCIUS *de Sigillis* Part. I. Cap. X.

(*x*) Conf. ſupra pag. 135. §. CCXXXI.

(*y*) Extat ap. HERRG Cod. Probat. num. 755.

(*z*) Exhibet illud quoque HERRG. *Genealog. Habsb.* Tom. I. pag. 157.

(*a*) Supra pag. 13.

Duobus, quæ Tabula I. exhibet, Alberti Divitis ſigillis accedit hic tertium, antiquius illis, ac in eo diverſum, quod caſſis quadrata & ſuperne culpidata caput, lorica vero omne contegit corpus.

Secundo loco ſigillum *Catharine de Burgoudia, Dei gratia Ducisſe Auſtrie*, Leopoldi Superbi, Auſtriæ Ducis, viduæ, (*b*) comparet, ſcuto bipartito inſtructum; ubi altera pars inſignia Auſtriaca, altera vero Burgundica illius temporis continet. Catharinæ hujus frater, Johannes Intrepidus, Burgundiæ Dux, Liliis Francicis ac faſciis Burgundicis Leonem Flandricum, ob Flandriæ Comitatum per matrem acceptum, primus adjecit. (*c*) *Num.* 2.

## §. CXVI.

Judicii Landgraviatus ſuperioris ſigillum, quod ex tabulario Murbacenſi profero, Auſtriaci Ducatus inſignia, faſciam albam nempe in area rubra, galeamque coronatam ac pennis criſtatam pavoninis, oſtentat. Inſignia hæc Fridericus Bellicoſus, Auſtriæ Dux, ex gente Babenbergica ortus, An. MCCXXXI. primus adhibuit; (*d*) aquila, qua majores ejus uſi, neglecta. Habsburgici, Babenbergenſium in Auſtria ſucceſſores, faſciam iſtam cum ornamentis ſuis, uti repererant, non tantum retinuerunt, ſed & à Gubernatoribus in Alſatia, civilem ac militarem poteſtatem exercentibus, adhiberi voluerunt. *Num.* 3.

Exemplar ſigilli *Capitaneatus Ducum Auſtrie per Sweviam & Alſaciam* Tabularium Baſilienſe aſſervat. Duo id nobis ſcuta, Auſtriacum & Teccenſe, ſiſtit. *Fridericus Dux de Tek*, quod circumſcriptum eſt ſcutis nomen, inſignia ſua gentilitia Auſtriacis junxit, quod Capitanei & Advocati Alſatiæ ſuperioris, ut infra patebit, munere fungeretur. Inſignia hæc cum Ducis Teccenſis titulo in Wurtenbergenſis Ducis axioma peculiari Maximiliani I. Imp. decreto, migrarunt; quo Comitem Wurtenbergenſem, Ludovicum Barbatum, in Comitiis Wormat. An. MCCCCXCV. Ducem creavit. (*e*) *Num.* 4.

# *CAP. V.*

# LANDGRAVII INFERIORIS ALSATIÆ.

## §. CXVII.

Inferioris Alſatiæ ſive Nordgoviæ Comitiva, quæ ſub Hugone III. ſeculo X. magis innotescere cœpit, per Eberhardigenas & intermixtos quosdam alios Comites, non Etichoneos, ad Hugonem VII. uſque, Henrici I. filium, Hugonis V. qui S. Leonis Papæ frater erat, nepotem, continuata eſt, cum quo Nordgoviæ & ortorum inde Egisheimenſium Comitum maſcula interiit ſoboles. Comitiva hæc provincialis, Eberhardigenis maſculis extinctis, ad Comites Metenſes pervenit, quos inter Godefridum reperio primum. Unde conjicio Spanehildem, Gerhardi I. filiam, & Folmaro conjugi Comitatus ſuos allodiales, & Godefrido filio feudalem Alſatiæ Inferioris attuliſſe Comitivam. (*f*) Hanc ex Metenſium Comitum familia tres cum poſſediſſent Comites, ad Werdenſium ea denique Comitum gentem verſus ſeculi XII. finem transivit, ſub quibus *Landgraviatus* in monumentis appellari conſuevit; qui per matrimonium denique à Werdenſibus ad Oetingenſes translatus eſt. Poſt XXIII. annos Oetingenſes hi, conſentiente affine ipſorum, Johanne Parvo, Werdenſium poſtremo, Landgraviatum ſuum Eccleſiæ Argentinenſi vendiderunt. Ita per varios primum ex variis gentibus Comites, Eberhardigenas præſertim, dein *Metenſium*, *Werdenſium*, *Oetingenſium* Comitum gentes, Landgraviatus Inferior, quatuor ſeculorum ſpatio, migravit, antequam Eccleſiæ Argentinenſi jungeretur. Unde quatuor ejus Dynaſtiæ, ſingulatim nobis jam perluſtrandæ, oriuntur. Dynaſtiæ quatuor.



(*b*) Vide ſupra pag. 506. §. XCVIII.
(*c*) Anselme *Hiſtoire Genealog. de France* Tom. I. pag. 217. ſq.
(*d*) Herrgott *Monum. Auſtr.* Tom. I. Diſſert. III. §. XI. & Diſſ. VII. Tab. IX.
(*e*) Moser *Specimen Wirtenbergiæ diplom.* pag. 208.
(*f*) Vid. ſupra pag. 484. §. XLVII.

## I. DYNASTIA VAGA, UBI EBERHARDIGENÆ PLERIQUE.

### §. CXVIII.

Vaga Dynastia.

Superioris Alſatiæ Landgraviatus origines, à priſcis Sundgoviæ repetendæ Comitibus, ſi involutæ ſunt tenebris, Inferioris tamen Landgraviatus initia & progreſſus difficiliores inveni. Quidquid per poſteriora hæc fecula de argumento iſto ſcripſerunt juniores, id omne vel ex toto, vel maxima ex parte falſum, dubium & mancum eſt, ut ex Diſſertationis hujus fine patebit. Alſatiam in Sundgoviæ & Nordgoviæ Comitatus diviſam, & noſtros hinc Landgraviatus exortos, non intellexerant ſatis. Nulla hinc, vel confuſa certe, Landgraviatus noſtri in Dynaſtias diviſio; quas inter duæ priores in obſcuro latuerunt, à nobis denique in lucem protractæ, ut ex dicendis intelliget Lector. Alſatiam Inferiorem ad ſeculi XII. medium uſque *Nordgovia* nomine inſignitam fuiſſe, ſupra (*g*) jam uberius edocui. Nordgoviæ Comites ergo Landgraviorum Alſatiæ Inferioris deceſſores fuerunt. Laterculum eorum, qui ex documentis erui potuerunt, heic brevem produco.

ADELBERTUS Comes, poſtea Dux Alſatiæ, Etichonis I. Ducis filius, An. DCLXXX. (*h*)

RUTHARDUS Comes An. DCCXLVIII. (*i*)

UDALRICHUS Comes ab An. DCCLXXVIII. — DCCCIV. (*l*)

WURANDUS Comes An. DCCCXVII. (*m*)

ERCHANGARIUS Comes An. DCCCXIX. (*n*)

RUTHELINUS Comes An. DCCCXXVI. (*o*)

### §. CXIX.

#### HUGO I.

Hugo I.

Hugonem Comitem Collegiatæ D. Thomæ Arg. charta An. DCCCCXXIV. verbis his prodit: "Villulam Langiſeswillare de *Hugone Comite Hohenburc regnante* præfatus Rich„winus Epiſcopus conquiſiverat & fratribus tradiderat.„ (*p*) Vicus Langiſeswillare hodie ignotus. Sedes tamen, quam Hugo Comes Hohenburgi habuit, Inferioris Alſatiæ Comitem, ex Etichoneo ſanguine oriundum, loquitur. Hohenburgum enim caſtrum ac monaſterium Etichonis I. Alſatiæ Ducis, ejusque filiæ, S. Odiliæ, fuit. (*q*) Eberhardum III. Comitem filium reliquiſſe Hugonem, ſupra (*r*) docuimus. Hunc eundem eſſe cum noſtro, & nomen, & ſedes, & ratio temporis nobis perſuadet. Richwinus An. DCCCCXXI. Eccleſiæ Argent. præeſſe cœpit; unde facile eſt acquiſiti ab Hugone prædii tempus definire. Hugo ad An. DCCCCXL. uſque fuit ſuperſtes. Nordgoviæ quidem Comitatus, ſed non Comitis meminit Charta Rotgeri, Archiepiſcopi Trevirenſis, qua cum Alberto quodam concambium bonorum, quæ in *Pago Heilsaensi, in Comitatu Nortgowa & villa nomine Senebredde* ad Eccleſiam Trevirenſem ſpectaverant, iniit An. DCCCCXXIX. (*s*) Villa hæc nobis quoque ignota.

### §. CXX.

#### HUGO III.

Hugo, III.

Hugo hic, Eberhardi IV. filius, Hugonis I. nepos, An. DCCCCLI. ſub Ludolfo Duce, ut in eo docetur, Nordgoviæ Comitivam adminiſtravit. Circa An. DCCCCLXVI. Abba-

(*g*) Tom. I. pag. 635. ſq.
(*h*) Ibid. pag. 766. §. LIV.
(*i*) Ibid. pag. 787.
(*l*) Ibidem.
(*m*) Ibid. pag. 789.
(*n*) Ibid. pag. 788.
(*o*) Ibid. pag. 789.
(*p*) Notitia vetus membranacea bonorum Eccleſiæ Thomanæ traditorum, in tabular. Thom. Argent.
(*q*) Tom. I. pag. 688.
(*r*) Pag. 470. §. XXIX.
(*s*) HONTHEIM *Hiſt. Treuir.* Tom. I. pag. 271.

Abbatiam Altorfenſem fundavit. (*t*) Biennio poſt Otto M. conjugi ſuæ Adelheidi plures Alſatiæ Inferioris curtes, in *Comitatu Hugonis Comitis* ſitas, donavit. (*u*) An. DCCCCLXXIII. Paterniacenſi Abbatiæ datum, quicquid Guntramus proprietatis habuerat in Alſatia & *in Comitatu Hugonis Comitis*, excepto *Pruomad.* (*x*)

## §. CXXI.

### EBERHARDUS V.

Hugoni patri Eberhardus V. in Comitatu Nordgoviæ ſucceſſerat An. DCCCCLXXXVI. quo Columbra in Comitatu Luitfridi Comitis & *Haldenheim in Comitatu Eberhardi Comitis* Abbatiæ Paterniacenſi ab Ottone III. Imp. confirmatum. (*y*) Sexennio poſt idem Abbatiæ Selfenſis privilegia roborans Cæſar, Abbatiam hanc ſitam ait in *Comitatu Eberhardi Comitis*, in quo Saramershemium quoque, Selfenſibus donatum, eodem anno collocat. De Monaſterio Altorff, in *Pago Nortgouue*, *in Comitatu Eberhardi* hujus *Comitis* exſtructo, Friderici I. Imp. verba ſupra (*z*) retulimus. Interpolata eſt charta Ebersheimenſis, quæ monaſterium hoc An. DCCCCLXXXVII. in *Comitatu Henrici Comitis* ponit. Eberhardus V.

## §. CXXII.

### LUITFRIDUS VII.

Mortuo circa An. DCCCCXCVII. Eberhardo V. Luitfridus, Alſatiæ ſuperioris Comes, Inferioris quoque Alſatiæ Comitatum per aliquot annos adminiſtrandum accepit, ut ex Ottonis III. Imp. diplomate Paterniacenſi, tunc temporis ſcripto, colligimus, quo Columbra & Hitinheim curtes, omnesque Abbatiæ hujus in utraque Alſatia poſſeſſiones, in *Comitatu Luitfridi Comitis* ſitæ eſſe dicuntur. (*a*) Biennio poſt ejuſdem Ottonis Cæſaris diploma Altorfenſe teſtis *Luitfridus Comes* ſignavit. Luitfridus VII.

### OTTO.

Luitfrido in utroque Sundgoviæ & Nordgoviæ Comitatu ſucceſſit Otto Comes, in Cæſareis Henrici II. An. MIII. & Conradi II. An. MXXIV. diplomatibus, quæ ſupra (*b*) allegavimus, memoratus. Non tamen omne hoc temporis intervallum in Nordgoviæ Comitatu explevit, ſed inferendus eſt, qui ſequitur, Otto.

### EBERHARDUS.

In Eberhardi Comitatu Plobsheimenſis vicus. An. MXVI. in Henrici II. Imp. diplomate, Schutterenſi trans Rhenum Abbatiæ dato, ponitur. (*c*) Eberhardus

### WEZILO.

Sub Conrado II. Imp. Nordgoviæ noſtræ Comitatum Wezilo adminiſtravit Comes, teſte Paterniacenſi diplomate An. MXXVII. ſuperius (*d*) allegato. Wezilo.

## §. CXXIII.

### Hugo IV.

Weziloni ſucceſſit Hugo, in cujus Comitatu Pagus Hagenowa An. MXXXV. conſtituitur. (*e*) In charta Wilhelmi; Epiſcopi Argent. novæ D. Petri Junioris Collegiatæ data, hæc leguntur in fine: "Acta ſunt hæc in Pago Alſatia, ante portam „ Argentinæ civitatis, in Monaſterio S. Petri, in *Comitatu* Hugonis, anno ab incarnat. „ Dom. MXL. Indict. VIII. „ Hugo hic, Papæ Leonis IX. pater, ante An. MXLIX. diem ſupremum obiit. (*f*) Hugo IV.



(*t*) Supra pag. 477. §. XXXIV.
(*u*) Vid. Tom. I. pag. 790. §. CII.
(*x*) HERRG. *Cod. Probat.* num. 142.
(*y*) Tom. I. pag. 790. §. CIII.
(*z*) Pag. 478. §. XXXV.
(*a*) HERRG. num. 151.
(*b*) Pag. 497. §. LXXV.
(*c*) Tom. I. pag. 790. §. CII.
(*d*) Pag. 497. § LXXVI.
(*e*) Tom. I. pag. 643. & 790. §. CII.
(*f*) Supra pag. 479. §. XXXVII.

## §. CXXIV.

### Henricus.

Henricus. Henrici Comitis Comitatum Alſatiæ provincialem tres probant chartæ. An. MLII. decimo ſexto Kal. Julii Henricus III. Imp. prædium in *villis Radesheim & Hunnadesheim, in Pago Alſatiæ & in Comitatu Henrici Comitis ſitum*, monaſterio S. Petri Jun. Argent. donavit. (*g*) Henricus IV. Imp. idibus Octobr. MLIX. litem ſuper foreſtum, *in Pago Alſacie & in Comitatu Henrici Comitis*, circa Bruſcanam vallem ſitum, quæ inter Epiſcopum Argent. & Henricum iſtum Comitem verſabatur, Spiræ decidit. (*h*) An. MLXI. *Heinricus, Alſatiæ Comes*, Abbatiæ Hugshovienſis, in Vileria valle, traditioni, Eccleſiæ Argent. per Folmarum Comitem factæ, interfuit. (*i*) Henricus autem hic num ex Egisheimenſi, aliave Alſatiæ gente prognatus fuerit, non liquet. Leo IX. Papa habuit ex Hugone fratre nepotem Henricum, quem hic intelligendum eſſe nullus dubitarem, niſi iſtis, quos poſuimus, annis Leonis nepos jam videretur fuiſſe defunctus. (*l*) Autographum chartæ, quæ hoc nobis indicat, fruſtra quæſivi.

## §. CXXV.

### Gerhardus III.

Gerhardus III. An. MLXV. Henricus IV. Imp. villas *Hochfeld & Schweichouſen*, cum foreſto *Heiligenforſt*, *in Comitatu Gerhardi Comitis*, *in Pago Nortcowe* ſitas, Eberhardo Comiti adſcripſit. (*m*) Novennio poſt idem Henricus Cæſar XXX. manſos in villis *Sierlesheim*, *Mellesheim*, *Vulvesheim*, *Lupenſtein* &c. *in Pago Nortgowe*, *in Comitatu Gerhardi Comitis*, Abbatiæ Selſenſi dedit. (*n*) Gerhardus hic filius erat Gerhardi I. Hugonis IV. nepos. (*o*)

## §. CXXVI.

### Hugo VII.

Hugo VII. Gerhardum Hugo, Henrici I. Comitis filius, in Comitatu provinciali excepit, quem *potentiſſimum Comitem Alſatiæ* Waltramus (*p*) appellat. Hic ab Henrico IV. Imp. cum defeciſſet, Pontificum & Anti-Cæſarum ejus partes ſecutus, provincia ſua tandem ejectus eſt, quam An. MLXXXVIII. recuperare tentavit. Anno vero ſequenti ab Epiſcopi Argent. ſervis in cubiculo ejuſdem occiſus, Comitum provincialium ex Egisheimenſi ſanguine ſeriem clauſit. (*q*)

Henricus IV. Comitatum feudalem, id eſt, Landgraviatum abſtulerat, allodialem ei poſterisque ejus relinquens.

## *II. DYNASTIA METENSIS.*

## §. CXXVII.

Etichoneo - Eberhardigenis, Nordgoviæ Comitibus, Metenſes, affinitate illis juncti, (*r*) ſuccedunt.

### Godefridus I.

Godefridus I. Godefridus, Folmari I. Metenſis Comitis ac Spanehildis filius, Alſatiæ Inferioris Comes An. MXCVII. comparet in charta Ottonis, Epiſcopi Argent. pro monaſterio Altorfino, ubi legitur: „Eichhohe marchia in Provincia Alſacia, in *Comitatu Gotefridi Comitis*, juxta flumen Andelaha. „ Tempus mortis incertum. Id conſtat, Comitivam Nordgoviæ ſub nomine *Landgravia* ad Theodoricum, Godefridi forte filium, transiviſſe.

§. CXXVIII.

---

(*g*) Collectanea Miſ. Wenckeriana.
(*h*) Fragmentum hujus diplomatis apud Guilliman. *de Epiſc. Argent.* pag. 196.
(*i*) Diploma in tabulario Epiſcopali Tabernis.
(*l*) Vid. in Genealog. Egisheim. pag. 482. §. XLIII.
(*m*) Diploma tabularii Sponheim.
(*n*) Diploma ineditum tabularii Elector. Palat.
(*o*) Conf. ſupra pag. 484. §. XLVI.
(*p*) *De unitate Eccleſiæ conſervanda* Lib. II. Cap. XXXVI. ap. Freher. *Scriptor. Rer. Germ.* Tom. I. pag. 109.
(*q*) Conf. ſupra pag. 482. fq. §. XLIV.
(*r*) Supra pag. 484. §. XLVII.

## §. CXXVIII.

### Theodoricus.

Interfuit Theodoricus hic Comitiis Mommenhemii An. MCXXIX. habitis, in quibus Godefridus de Fleckenſtein Abbatiæ S. Walpurgis, in foreſta Hagenoenſi, curtem in Schœnau, præſente Brunone Epiſcopo Argent. tradidit. (*r*) Similem liberalitatem Theodoricus ipſe brevi poſt erga novum Sturzelbronnenſe cœnobium, à Simone, Lotharingiæ Duce, in terris Bitenſibus An. MCXXXV. inſtitutum, exercuit; quod Fridericus, Dominus de Bites, Matthiæ Lotharingiæ Ducis filius, Simonis fundatoris nepos, in charta An. MCXCVI. Sturzelbronnenſibus data, teſtatur, Theodoricum, *Comitem provincialem* prædii, ad ſe jure hereditario ſpectantis, partem iſti monaſterio dediſſe affirmans. In Gebhardi, Epiſcopi Argent. inſtrumento, quo Regenhardi & Friderici de Caſtineto donationem, Capitulo ſuo factam, An. MCXXXVIII. probavit, teſtes laudantur *Theodoricus Comes provincialis*, Fridericus Comes, Egeno Comes, Adelbertus Comes &c. (*s*) Idem ille procul dubio Theodoricus eſt, qui anno ſequenti Alberti, Moguntini Archiepiſcopi, literas Katelenburgenſi monaſterio datas, ſignavit hac formula: *Thiedericus Comes Patriæ de Alſatia.* (*u*) Voces has *Comes Patriæ* denotare Landgravium ſeu Comitem provincialem, alter, Thiederico qui ſubjungitur, teſtis probat, Ludovicus, Landgravius Thuringiæ, qui ſimiliter Comes Patriæ de Thuringia ſcribitur, circa idem tempus à Lothario II. Imp. Landgravius creatus. Theodoricus itaque primus Alſatiæ Inferioris Comitum *Comes provincialis* & *Comes patriæ* dictus eſt, circa An. MCL. defunctus. (*x*) Theodoricus.

## §. CXXIX.

### Godefridus II.

Theodorici ſucceſſor non filius Godefridus II. ſed Hugo quidam dicendus videtur, Godefridus II. Friderici I. Imp. diploma, cœnobio Altorfenſi An. MCLIII. Colmariæ datum, conſulas, quo monaſterium hoc in Provincia Alſatia, in Pago Northgowe, in *Comitatu quondam Eberhardi, nunc autem hæredis ſui Hugonis* ſitum eſſe ſcribitur. (*y*) Eberhardi Comitatus Nordgovia, adeoque provincialis fuit; (*z*) ergo & Comitatus Hugonis. Vixit tum Hugo IX. Dagsburgi Comes, ex Metenſi quoque proſapia ortus, cujus pater Folmarus III. Theodorici, Comitis noſtri provincialis, patruelis fuerat. (*a*) Hunc procul dubio intelligit Cæſar, ſed Comitatum fiſci cum Comitatu fundi confudit. Invaluerat nempe Barbaroſſæ temporibus uſus, feculis ſuperioribus ignotus, ut propriæ Comitum terræ *Comitatus* dicerentur, atque adjecto quodam nomine à ſe invicem diſtingueretur. Ita Hugo, Eberhardi heres, non Comes tantum, ſed Comes de Dagesburg, ipſiusque fundus, in quo Altorfium ſitum erat, (*b*) Comitatus fuit appellatus. Comitatus nempe fiſcalis Nordgoviæ, vel Inferioris Alſatiæ, ut à Comitatibus fundi diſcerneretur, *Landgravia*, *Landgraviatus*, *Comitatus provincialis*, ſeculo XII. cœpit nominari. Hugo autem cum nullibi Provincialis Comes, quod axioma jam in uſu tum fuerat, vocetur, ipſiusque ætate Godefridus vixerit Comes provincialis, non Hugonem, ſed Godefridum II. Alſatiæ Inferioris Comitatum poſt Theodoricum patrem adminiſtraſſe colligimus.

## §. CXXX.

Godefridus hic An. MCLIX. in charta Neoburgenſi primum memoratur *Provincialis Comes*; (*c*) quo nomine in alia ejuſdem monaſterii charta An. MCLXXV. iterum occurrit. Tum vero *Godefridus Comes provincialis, qui domicilium habebat apud Hunehowch*, novum monachorum Neoburgenſium opus in prædio *Selhoven*, inter oppidum Ingweiler & caſtrum Lichtenberg, turbaſſe dicitur, de quo monachi, apud Imp. Fridericum, in Italia circa obſidionem Alexandriæ hærentem, conqueſti, præconum XV. villarum circumjacentium judicio evaſerunt victores. Ab hoc tempore nihil



(*r*) Schilter. *Gloſſar. Teuton.* pag. 35.
(*s*) Lib. Sal. Capituli maj. Argent.
(*u*) Leuckfeld *Antiquit. Walckenried.* pag. 254.
(*x*) Supra pag. 485. §. XLIX.
(*y*) *Gall. Chriſt.* Tom. V. Inſtrum. col. 483. & ſupra §. XXXV.
(*z*) Vid. pag. 517. §. CXXI.
(*a*) Supra pag. 486. §. LII.
(*b*) Dagsburgi Comitatus, quem ſupra deſcripſi pag. 194. ſæq. olim major longe quam hodie, Eberhardi & Hugonis ævo monaſterium Altorf comprehendit, cujus advocatia penes Comites Dagsburgenſes manſit.
(*c*) Vid. ſupra pag. 485. §. XLIX.

nihil de Godefrido hoc, Comite provinciali, ſuggerunt chartæ; unde nec annum mortis ejus, nec ſtirpis mentionem reperio. Id certum eſt, mortuo Godefrido Landgraviatum ab Imperatore retentum fuiſſe aliquandiu, poſteaque Henrici VI. Imp. beneficio ad Werdenſes Comites transiviſſe; cujus rei Henricus, ſecundus Werdenſium Landgravius, ipſe ampliſſimus teſtis eſt, in charta Neoburgenſis Abbatiæ An. MCCXXXVI. aſſerens, Abbatem Novi Caſtri in medium protuliſſe „ Privilegium „ quoddam dive memorie Sereniſſimi Dom. Henrici Imp. VI. in quo continebatur, „ quod cum præfatus Imperator ipſam *Lantgraviam* in manu ſua tanquam poſſeſſionem „ propriam adhuc teneret, & nondum de feodo *Lantgravie* patrem meum Comitem „ Sigebertum infeodaſſet &c.

## *III. DYNASTIA WERDENSIS.*

### §. CXXXI.

Werdenſium origo.

Novam ergo Inferioris Alſatiæ Comitum Dynaſtiam exordior, quæ *Werdenſis*, atque ordine tertia. Werdenſium Comitum genus cum Egisheimenſibus & Metenſibus, primæ ac ſecundæ Dynaſtiæ Comitibus Nordgoviæ, commune quid habuiſſe, documenta nulla manifeſtant. Diverſa Werdenſium nomina, qui Sigeberti & Henrici dicuntur, infueta Egisheimenſibus, qui Gerhardi & Hugones plerique; infueta quoque Metenſibus, qui Folmari, Theodorici & Godefridi vocantur, diverſam Werdenſium tum ab Egisheimenſibus, tum ab Metenſibus originem prodere videntur. Succeſſio tamen in Landgraviatu & terrarum, quas poſſidebant, ſitus affinitatem ſaltem nobis perſuadent. (*d*)

Nomen illi ſuum à caſtro Werda ad Ellum, prope Benfeldam, (*e*) duxerunt, eorumque ſtemma non ultra ſeculum XII. in monumentis aſcendit.

### §. CXXXII.

Sigebertus Comes.

Primus eorum *Sigebertus Comes* An. MCIX. in Cunonis, Argent. Epiſcopi, charta, S. Leonhardi Eccleſiæ data, teſtis occurrit, qui cum fratre ſuo *Friderico* in Lotharii Imp. diplomate, An. MCXXVI. Argentinæ ſcripto, inter teſtes quoque memoratur. (*f*) De Friderico quidem nulla poſthac mentio, niſi quod *Friderici Comes* Conradi III. Imp. diploma pro immunitate monaſterii Einſidlenſis An. MCXXXIX. Argentorati ſignaſſe legitur. (*g*) Sigebertum autem, Alſatiæ Comitem, una cum Egisheimenſi Comite Ulrico, aliisque Germaniæ proceribus, in comitatu Lotharii II. Imp. An. MCXXX. Baſileæ verſatum eſſe, URSTISIUS (*h*) refert. Octennio poſt *Comitis Sigeberti* nomen inter alios Imperii proceres bene multos in Conradi III. Imp. diplomate, Cellæ S. Petri in nigra ſilva Argentinæ dato, recenſetur. (*i*) An. MCXLIII. idem *Comes Sigebertus* ejuſdem Conradi Imp. pro Abbatia Selſenſi diploma ſignavit, annoque ſequenti *Othelricus Comes de Egensheim* & *Sigelbertus Comes* Comitiis, ab Imperatore hoc Argentinæ habitis, interfuere. (*l*)

Circa An. MCXLIV. fratribus de Harthuſen jus paſcui ad Sornam fluvium à Broconagenſibus conceſſum, literæque hoc teſtantes traditæ ſunt per manus *antiquioris Comitis Sygberti*. (*m*) Epithetum *antiquioris* plures iis ipſis temporibus nominis & gentis hujus Comites fuiſſe indicat. Sigebertorum Werdenſium nomen in monumentis dein legitur frequens.

### §. CXXXIII.

Sigebertus Comes de Frankenb.

Senioris iſtius Comitis Sigeberti filius fortaſſis fuit Sigebertus de Franckenburg, in diplomatibus eorum temporum relatus non ſemel. Enimvero An. MCLIII. *Sybertus Comes de Frankenbarch* teſtis interfuit privilegiis, quæ Fridericus I. Imp. Eccleſiæ Baſil. ſuper

(*d*) Conf. ſupra pag. 485. §. XLIX.

(*e*) De quo pag. 131. 172. & 193.

(*f*) HERRG. *Cod. Probat.* num. 206.

(*g*) Ibidem num. 218.

(*h*) *Chron. Baſil.* Lib. II. Cap. XV. pag. 111. GUILLIMANNUS *Habsburg.* Lib. V. Cap. III. pag. 273. Sigebertum *Elſatia Inferioris Comitem* vocat.

(*i*) In *vita S. Udalrici*, Prioratus hujus nominis in Nigra ſilva fundatoris, nuper edita pag. 126.

(*l*) HARTMANNI *Annal. Einſidl.* pag. 206.

(*m*) Charta *inedita* tabularii Neoburg. Transactioni à Conrado III. Imp. inter Eccleſiam Baſil. & Abbatiam S. Blaſii An. MCXLI. Argentorati factæ interfuit *Manegoldus de Werde*, poſt Principes ac Comites teſtis memoratus, ap. HERRG. Cod. Probat. num. 220.

# COMITES

## ALSATIÆ INFERI

SIGEBERTUS I. Comes a. 1126. occurr
Friderico, 1130. vocatur *Comes Alſatiæ*.
filii *antiquior Comes Sigebertus* †

SIGEBERTUS II. Comes 1152. & 1156. le
*Franckenburg*, à caſtro, ubi ſedem h

SIGEBERTUS III. Comes 1186. a. 1196. d
Alſatiæ ab Henrico VI. inveſtitus affini ſuo
† poſt 1226. Ux. N. filia Theodorici

HENRICUS Comes, Alſatiæ Landgrav. 1208. 1210. & 1220. cum patre occurrit, cui 1226. in Landgraviatu ſuccedit; † 1238. falſo creditus improlis. Uxor Eliſab. de Montfort, quæ poſt mort. Henrici 1239. nupſit Emeconi Com. Silveſtri.

SIGEBERTUS Comes 1208. cum patre & fratre Henrico legitur.

HENRICUS SIGEBERTUS, poſthumus, Alſat. Landgravius 1255. † ante 1280. Uxores 1) Gertrud. filia Alexandri de Dicke 1255. 2) Bertha filia Ulrici de Rappoltſtein, † poſt 1261.

I. JOHANNES Landgravius † 1308. ſepultus Seleſtadii in æde Franciſcanor. Ux. Agnes de Lichtenb. nupta 1278.

I. SIGEBERTUS cum fratribus Johanne, Henrico & Ulrico legitur 1280.

I. HENRICUS 1280. cum fratribus Sigeberto, Johanne & Ulrico legitur.

ULRICUS L adhuc minor Ux. Suſann

SIGISMUNDUS Landgravius † 1308. ſepultus Seleſtadii in æde Franciſcanorum. Ux. Adelheidis de Blanckenberg, poſtea Monialis S. Claræ Argent.

AGNES nupta Johanni Comiti de Habsburg lineæ Lauffenburgenſis.

JOHANNES II. Werdenſium L ultimus, conſenſit 1359. in L venditionem, † 1376. ſepultus B Adelheidis, filia Johannis de Lic

LUDOVICU a. 1359. cu cum terris

# WERDENSES,

## ORIS, LANDGRAVII.

* *

it cum fratre ſuo
1147. reſpectu
1150.

FRIDERICUS Comes 1126. cum fratre ſuo Sigeberto memoratur.

gitur, 1152. *Sigebertus de* abuiſſe videtur.

e Landgraviatu Inferioris Godefrido II. ſuccedit. Alſatiæ Landgravii.

HUGO Comes 1210. cum patre & fratre Henrico memoratur.

THEODORICUS Comes, dict. *de Ruxingen*, 1220. cum patre & fratre Henrico occurrit.

SIGEBERTA † 1288. nupta Anshelmo de Rappoltſtein.

2. Landgravius Alſatiæ, filius Berthæ, 1280. ennis † 1343. ſepultus Arg. ad D. Wilhelm. i filia Joh. de Lichtenb. nupta ante 1315.

2. EGENOLPHUS 1295. cum Ulr. & Phil. memoratur.

2. PHILIPPUS Canonicus Argent. 1197. & 1317. cum fratribus legitur. † 1332. ſepultus Arg. ad D. Wilh.

ELISA nupta Ansh. III. de Rappoltſtein. 1290.

SUSANNA nup. Walthero de Gerolds.

ndgraviorum Landgraviatus ovillæ. Uxor htenb. 1332.

ADELHAYDIS ux. FRIDERICI Comitis Oetingenſis 1340. qui una cum fratre ſuo, Ludovico X. de Landgraviatu inveſtitus, † 1357.

S XI. junior, Comes Oetingenſis, Alſatiæ Inferioris Landgravius, patruo ſuo Ludovico X. ſeniore Landgraviatum Inferioris Alſatiæ, nde pendentibus, Johanni de Lichtenb. Epiſcopo Argent. vendidit.

ſuper monetam, ac monaſterio in Altorf Colmariæ dedit. (*n*) In poſteriore Advocatus monaſterii Altorfenſis Hugo, qui ex Dagsburgicis Comitibus fuit, poſt Sibertum nominatur. Eodem anno *Sibertus Comes de Franckenehurg*, Erſteinii præſens fuit, cum Abbatiſſa loci hujus Hermanno, Marchioni Badenſi, Baſinckhemium curtim donaſſet, Friderico I. Imp. donationem firmante. (*o*) An. MCLVI. inter teſtes Frideriçiani diplomatis pro Neoburgenſis cœnobii fundatione memoratur. (*p*)

Scilicet illo tempore Nobiles à caſtris ſuis cum nominari cœpiſſent, Sigeberti quoque Comites noſtri à Werda, à Franckenburgo (*q*) & Richſingen, caſtris, ad ſe ſpectantibus, nomina ſumſerunt.

Sigebertus Comes, ſive de Franckenburg, ſive alius Werdenſis, An. MCLXII. in charta concambii Anſelmi de Ringelitein cum Canonicis S. Arbogaſti legitur, quod *mediante Epiſcopo & Comite Sigeberto* factum. (*r*) Sunt monumenta extera, quæ Sigebertum Comitem de Alſatia vocant, & in Lotharingicis partibus prædia quædam poſſediſſe probant. Terram de S. Petri Fonte Matthæus, Lotharingiæ Dux, *Comitis Sigiberti de Alſatia*, aliorumque, quibus in feudum conceſſa fuerat, aſſenſu Abbatiæ S. Crucis Metenſis tradidit, ut in Hillini, Archiepiſcopi Trevir. charta, & Alexandri III. bulla, Abbatiæ hujus bona recenſentibus, An. MCLXII. & MCLXXXI. ſcribitur. (*s*) Idem Alexander III. Papa in Burgalba allodium, quod fuit *Comitis Sigiberti de Alſatia*, in familia, aquis, ſylvis, & pratis, monaſterio Waſſegotenſi An. MCLXXIX. adſcribit. (*t*)

## §. CXXXIV.

An. MCLXXXV. *Comes Sygebertus de VVerde* in Henrici VI. Regis Rom. inſtrumento, Baſilææ ſcripto, adfuit teſtis. (*u*) Idem quoque fit in ejuſdem Henrici VI. Imp. diplomate Paſſavienſi, An. MCXCIII. Spiræ exarato, (*x*) nec non triennio poſt in Neoburgenſi, ubi poſt Albertum Comitem de Dagesburch *Comes Sybertus de VVerde* legitur. At in alia anni & Imperatoris hujus charta, Eccleſiis Collegiatis Argent. apud Ahenheim data, (*y*) *Comes Sigebertus* tantum, omiſſo Werdæ nomine, comparet. Sigeber-tus III.

An. MCCIV. compromiſſo inter Philippum, Rom. Regem, & Henricum, Lotharingiæ Ducem; (*z*) imo & confectioni diplomatis, quo Philippus Brabantiam feudum Imperii femininum pronuntiavit, (*a*) interfuit. Anno ſequenti in privilegio Philippi, civitati Argent. Hagenoæ dato, *Comes Sigebertus*; (*b*) An. MCCVII. in præcepto ejuſdem Philippi Imp. pro Ordine Hoſpitalis Hieroſolym. Baſilææ confecto, ante Habsburgi aliosque Comites *Comes Sibertus de VVerda*; (*c*) An. MCCVIII. in tabula pacis inter Lotharingiæ Ducem & Comitem Barri *Comes Sigibertus*; (*d*) An. MCCXIII. in Friderici II. Imp. diplomate pro Eccleſia Argent. Baſilææ exarato, *Comes Sigebertus de Werda & filius ejus*; An. MCCXIV. Rothvillæ ceteros ante Comites *Comes Sybertus de VVerda*, (*e*) nec non in aliis quam plurimis Friderici II. Imp. inſtrumentis occurrit. (*f*)

## §. CXXXV.

(*n*) Herrg. loco cit. num. 229. ſq.
(*o*) Guillimann. *Habrb.* pag. 217. & 286.
(*p*) Hertzog *Chron. Alſat.* Lib. III. pag. 46. ſq. Oberlinus *Prodr.* pag. 278. Sigebertium Comitem de Werde & Henricum filium ejus ad An. MCLVI. ponens, deceptus eſt, quum ad An. MCCXXVI. referendi ſint, ut mox docebitur.
(*q*) De quo ſupra pag. 131. §. CCXXIII. & pag. 162.
(*r*) Lucius *Herald.* MS.
(*s*) *Annal. Ord. Præmonſtrat.* Tom. I. Probat. col. 474. & 476.
(*t*) Hontheim *Hiſtor. Trevir.* Tom. I. pag. 607.
(*u*) Herrg. loco cit. num. 245.
(*x*) Hund. *Metropoli Salisburg.* Tom. I. pag. 252.
(*y*) Laguille *Hiſt. d'Alſace*, Probat. pag. 30.
(*z*) Butkens *Trophées de Brabant*, Probat. pag. 55. ſin.
(*a*) Miræi *Opera diplom.* à Foppens continuata, Tom. III. Cap. LXXXVI. pag. 75.
(*b*) Wencker *de Uſiburg.* pag. 3.
(*c*) Guichenon *Hiſt. de Savoye*, Probat. pag. 48.
(*d*) Balbicourt *Traité ſur l'origine & la Genealogie de la Maiſon de Lorraine*, Probat. pag. 84. Du Mont *Corps diplom.* Tom. I. Part. I. Supplem. num. 23.
(*e*) Laguille Probat. pag. 35.
(*f*) E. gr. An. MCCXV. ap. Besold. *Monum. Wurtemb.* pag. 553. & in Petri *Suevia Eccleſ.* pag. 422. Schannat. *Hiſt. Wormat.* Probat. pag. 100. Item An. MCCXVIII. Hagenoæ & Wimpinæ ap. Hund. *metrop. Salisburg.* Tom. I. pag. 255. nec non An. MCCXIX. Hagenoæ ap. Joannis in *Tabular. Literar. vet.* pag. 453. &c.

## §. CXXXV.

### Sigebertus Landgravius.

Dynastiæ Werdensis initium.

Tam frequens Sigeberti hujus in Cæsareis diplomatibus, in Alsatia & extra Alsatiam datis, mentio in Friderici I. Henrici VI. Philippi & Friderici II. Imperatorum aulis ac comitatu assiduum, adeoque Hohenstaufficæ genti deditum fuisse ostendit. Zelo hoc Landgraviatum inferioris Alsatiæ meruisse videtur, qui cum post extinctos Metenses vacaret & ad Cæsarem esset devolutus, Henricus VI. eum post interpositam temporis alicujus moram Sigeberto nostro contulit, quod laudata superius (*g*) Henrici Landgravii charta, ex tabulario Neoburgensi producta, An. MCCXXXVI. testatur. In hoc temporis intervallo Cæsar villam Dunenheim, ad Landgravialia bona pertinentem, Neoburgensi cœnobio tradidit; unde hoc inter cœnobium & Henricum Landgravium lis deinceps exorta. Henricus VI. autem cum An. MCXCVII. in Sicilia mortuus sit, Sigebertum non serius quam An. MCXCVI. Landgraviam accepisse concludimus. Postremus enim hic annus est, quem in Rhenanis partibus Cæsar transegit, quod diploma ejus Tarentinæ Ecclesiæ Id. Julii An. MCXCVI. Wormatiæ datum, (*h*) comprobat. Illis vero temporibus titulorum luxuries tam parum usitata, ut Sigebertus novum axioma Landgravii in subscriptionibus negligeret, solo *Comitis de Werda* axiomate plerumque contentus; ut ex chartis supra recensitis abunde patet. A Richerio (*i*) tamen, coætaneo scriptore, *Comes Sigibertus Alsatiæ Lantgrævius* vocatur. Ipse etiam titulum hunc usurpavit An. MCCX. in charta, qua monasterio Novi Castri pro remedio animæ suæ, conjugis & filiorum, paludem juxta curiam Harthusen donavit, ubi: *Sigebertus Landgravius Alsacie.*

## §. CXXXVI.

Sigeberti obitus.

Obiisse videtur ineunte An. MCCXXVII. postquam mense Dec. anni superioris causam successionis Dagsburgicæ cum filio suo Henrico judicasset, (*l*) in nullis deinceps monumentis inter vivos memoratus. Nec contrarius in hac parte Senoniensis Richerius est, ubi scribit, nobilem quendam Militem, Gregorii IX. Pontificis fratrem, adiisse Sigebertum, Alsatiæ Lantgravium, & Conradum Metensem Episcopum, Imperatoris Cancellarium, ut ad Imperatorem, venationi & piscationi tum Hagenoæ vacantem, se conducerent. Factum enim hoc diu esse ante An. MCCXXVII. quo Gregorius IX. ad Pontificatum promotus est, Conradi, Metensis Episcopi, ætas nobis persuadet, quippe quem An. MCCXXIII. jam defunctum esse, vetus *Episcoporum Metensium Chronicon* (*m*) testatur.

Liberi.

Sigebertus quatuor filios, Henricum, Sigebertum, Hugonem, Theodoricum genuit, filiamque Sigebertam, Anshelmo de Rappoltstein nuptam, quæ An. MCCLXXXVIII. decessit. An. MCCVIII. Sigebertus pater Regispontanis monialibus bona quædam in Rothbach pro suæ & puerorum suorum, *Henrici & Sigeberti*, animæ remedio tradidit; parique liberalitate biennio post pro *Henrici & Hugonis*, puerorum suorum, remedio in Neoburgensem Abbatiam est usus. Stephansfeldensibus An. MCCXX. beneficium contulit consensu filiorum *Henrici & Theodorici*, qui Theodoricus dein An. MCCXXIX. minor adhuc ætate, nec sigillum habens, silvam quandam Neoburgensibus una cum fratre suo Henrico donavit; quam donationem An. MCCXLI. denuo confirmans *Comes de Ruckesingen*, (Rixingen) *filius quondam Comitis Sigeberti*, in instrumento vocatur, ubi etiam fratris sui *pie memorie* Comitis Henrici, mentionem facit.

## §. CXXXVII.

### Henricus.

Henricus.

Inter quatuor Sigeberti filios natu major Henricus An. MCCXXVII. patri suo in Landgraviatu successit, jam ante in monumentis eorum temporum clarus. An. MCCXXI. nimirum Fridericum II. Imp. edixisse, ne quis cives Argentinenses ad Landgraviale judicium evocaret, literasque eas ad Philippum de Richenbert, Procuratorem Comitis Henrici de Werde, *Provincialis Alsatiæ*, direxisse reperimus. (*n*) An.

(*g*) Pag. 520. §. CXXX.
(*h*) Ughelli *Italia Sacra*, Tom. IX. pag 132.
(*i*) *Chron. Senon.* Lib. IV. Cap. VIII. ap. Dacher. *Spicileg.* Tom. II. pag. 632.
(*l*) Laguille Probat. pag. 34.
(*m*) Ap. Dacherium loco cit. pag. 231.
(*n*) Obrecht *Prodrom.* pag. 290.

An. MCCXXVI. in judicio sedit cum patre juxta villam *Holtzheim*; ubi causa hereditatis Dagsburgicæ tractata, quam Curia Imperialis, Wormatiæ habita, ad illum *Comitem, in cujus Comitia esset hereditas ipsa sita*, remiserat. Dicuntur autem Sigebertus & Henricus in hoc instrumento *Comites Alsatiæ*, (o) Provincialis Comitis vel Landgravii titulo nondum usi constanter. *Henricus Comes de VVerde*, *Landgravius Alsatiæ*, silvam Fronröde prope Oberbronnam Neoburgensi Abbatiæ An. MCCXXIX. donavit. Anno sequenti *Comes H. de Alsatia* literas Henrici, Rom. Regis, quibus Egenoni Comiti de Friburc captorum Judæorum culpa condonata, apud Brisacum signavit. (p) An. MCCXXXII. *Henricus Comes de VVerda*, *Landgravius Alsatiæ*, bona sua gentilitia & proprietatem in Werda, Utenheim &c. Ecclesiæ Argent. in feudum obtulit. (q) An. MCCXXXV. Henricus *Comes de VVerde* Henrici Regis diploma, Præmonstratensibus Hagenoensibus Hagenoæ concessum, testis munivit; quod & in privilegio Friderici II. Imp. pro Argentinensibus apud Columbariam mense Martio anni sequentis fecit. (r) Mense Junio juri Landgraviali, quod se habere contenderat, in villa Dunenheim renuntians, *Landgravii Alsatiæ* titulo simpliciter usus est. Paulo ante mortem suam An. MCCXXXVIII. *Henricus Comes de VVerde & Landgravius Alsatiæ* Elisabetham uxorem sexcentas marcas argenti, quæ dos ejus fuerat, ex patria in Alsatiam attulisse sibi fatetur, pro quibus Hipshemii vici usumfructum, & si absque filiis ipse decederet, proprietatem ei concedit. (s) Anno eodem Henricus defunctus est, antequam ex sanguine suo vidisset heredem. In charta, qua bona sua gentilitia Ecclesiæ Argent. in feudum obtulit, heredem nondum se habere ipse professus est; nec in illa, qua conjugis suæ doti prospicit, ulla sobolis procreatæ fit mentio.

## §. CXXXVIII.

### Henricus Sigebertus.

Filium tamen reliquit, Henricum Sigebertum, postumum nempe, quem Elisabetha, marito moriente gravida, emisit in lucem, qui multorum Landgraviorum, ex sanguine ejus prodeuntium, factus est fator, adeoque Werdensis familiæ, quæ nonnisi An. MCCCLXXVI. interiit, propagator insignis. Verum quotquot superioribus seculis de Landgraviatu inferiore egerunt, postumum hunc vel ignorarunt omnino, vel haud recte noverunt. Nata hinc in historia Landgraviatus hujus ab An. MCCXXXVIII. confusio, quam suis quisque conjecturis obscuriorem reddidit. Nos annalium & chartarum auxilio rem illustrare studebimus. Filius postumus.

Anonymus fragmenti, quod Chronico Alberti Argent. apud Urstisium (t) præfigitur, auctor, quem ipsius quoque Chronici conditorem existimo, in argumento hoc producitur testis. " Anno, inquit, Domini MCCXXXVIII. Henricus „ Comes provincialis Alsatiæ decedens sine hærede, feoda plurima, quæ tenebat ab „ Imperio & Episcopatu, & ab aliis, ad dominium suæ proprietatis sunt revocata, „ quia frater ejus in ipsis feodis nihil juris habebat, & uxori ejus nihil aliud remansit, „ nisi pauca prædia, quæ ejusdem erant: quæ pauco tempore post enixa est filium. „ Ex narratione hac patet, Henrico Landgravio, sine prole defuncto, Dominos directos feudorum, viduæ graviditatis vel ignaros vel de ea dubios, ad se revocasse feuda; reddituros ea, si postumus nasceretur.

## §. CXXXIX.

Frater Henrici, Theodoricus, qui adhuc superstes erat, in Landgraviatu & Landgravialibus feudis nihil juris habebat, quod Henricus VI. Imp. Landgraviatum Sigeberto atque filio ejus natu majori Henrico, hujusque posteris masculis solis in feudum contulerat. Idem de ceteris Henrici defuncti feudis dicendum. Jure enim feudali Alemannico, in Alsatia tum recepto, (u) in hereditariis feudis nonnisi filius patri succedit; filiique defectu feudum rediit ad Dominum, fratre excluso. (x) Successionis in Landgrav. indoles.



(o) Laguille loco cit.
(p) Autographum tabularii Bada-Durlac.
(q) Conf. supra pag. 231. §. CCXXIII.
(r) Wencker *de Ufsburg.* pag. 9.
(s) *Parerga Gatting.* Tom. I. Lib. II. pag. 105.
(t) *Scriptor. Rer. Germ.* Part. II. pag. 91.
(u) *Alsat. Illustr.* Tom. I. pag. 261. & 805.
(x) *Jus feud. Alemann.* Cap. XLIII. §. II. edit. Schilter. *Er erbet niemand leben wenne der vatter nff den sun das erbe leben.* " Nemo succedit in „ feudo, nisi filius patri; atque hoc vocatur feudum „ hereditarium. „ Nisi ergo frater coinvestitus fuerit, succedere in feudo non potuit. Ibidem Cap. LVIII. §. IV. ex versione Latina: " Vasallus non tenetur „ nisi ab uno Domino investituram accipere, nec „ fratres ejus Dominum cogere possunt, ut omnibus „ & singulis investituram faciat; nec enim nisi unum „ investit. „ At tamen Cap. LXV. §. I. dicitur: " Potest Dominus pluribus fratribus unum feudum „ conferre, ut investituram simultaneam accipiant „ & æqualiter possideant.

Vidua autem filium cum fuiſſet enixa, cui Henrici patris & Sigeberti avi nomen ſimul impoſitum, (*y*) feuda, quæ tenuerat pater, à Dominis ei reſtituta ſunt. Nonnulla ante puberem Sigeberti ætatem, ex juris feudalis Alemannici (*z*) lege, collata ſunt aliis, ſervitia feudalia præſtituris, ea conditione, ut Sigeberto adulto redderentur. Feuda nonniſi in eum data vel promiſſa ſunt caſum, ſi puer Sigebertus moriturus eſſet impolis.

## §. CXL.

Feuda Henrico puero ſervata.

Extat inſtrumentum, (*a*) An. MCCXXXVIII. adeoque eodem, quo poſtumus natus eſt, datum, quo Lotharingiæ Dux Eliſabethæ & *parvis* ejus, (*b*) ab Henrico procreatis, feuda, quæ Henricus poſſederat, ſe contuliſſe teſtatur. Reperimus quidem, Cunonem de Bergheim de ipſis illis feudis Lotharingicis, S. Hippolito ſcilicet, Kœnigsburgo & Eushemio, à Matthæo Duce An. MCCL. inveſtitum fuiſſe. Verum in iisdem inveſtituræ literis Henrici Sigeberti jus à Lotharingiæ Duce confirmatum eſt denuo, his verbis: " Si contingeret, quod puer, qui dicitur *Henricus*, *Comes Alſatiæ*, " filios haberet & poſſideret Comitatum & Dominatum de Werde, & tantum faceret " erga Dominum meum Ducem, quod ipſe Dominus Dux de jure redderet ei feudum " prænominatum . . . . ego Cono &c. (*c*) Ita Cuno de Bergheim feuda hæc ad tempus modo retinuit, donec nimirum Henricus Sigebertus adoleviſſet, cui Cæſar Landgraviatum & Lotharingus Lotharingica feuda tandem commiſit. De Imperialibus Landgraviatus feudis literas habemus, (*d*) quibus Wilhelmus, Rom. Rex, An. MCCXLVIII. Emiconi, Silveſtri Comiti, Henrici Sigeberti vitrico, ea contulit in eventum, ſi privignus ipſius absque legitimo præmoreretur herede.

An. MCCXXXIX. Bertholdus I. Epiſcopus Argent. jus patronatus Eccleſiæ D. Petri Sen. Argent. à Burcardo & Rudolfo de Blide, fratribus, quibus id *Henricus Comes*, *Lantgravius Alſatie*, in ſubfeudum dederat, hoc pacto redemit, ut *filio poſthumo Comitis memorati*, ſi exactum ab eis fuerit, de illo ſatisfacerent. (*e*) Liquet hinc, Albertum Argent. vel quisquis eſt Fragmenti iſtius auctor, de revocatis An. MCCXXXVIII. poſt Henrici Landgravii mortem feudis Landgravialibus ita eſſe interpretandum, ut jus in ea poſtumo, qui natus eſt, filio à Dominis directis fuerit ſervatum.

## §. CXLI.

Tradita adulto.

Henricus Sigebertus itaque, ad adultam cum ætatem perveniſſet, Landgraviatum & reliqua patris feuda accepit, quod innumeris ejus ævi inſtrumentis probatur. An. MCCXLIX. Sigebertus Comes de Werde & Landgravius Alſatiæ jam memoratur. (*f*) Judicio tamen provinciali nondum præfuit ipſe, ſed Imperator id alii commiſit. Wilhelmus, Rom. Rex, An. MCCLV. Epiſcopo Argent. & Comiti de Waldecke, *Juſticiario provinciali*, de reſtituendis Reinboldo Liebencellero bonis in Trenheim literas ſcripſit. Adolphus Comes de Waldeck *Wilhelmi Regis Judiciarius* in alio ejuſdem anni ac Regis inſtrumento legitur. (*g*)

## §. CXLIII.

Acta cum vaſallis.

Tum vero Henricus Sigebertus, Fleckenſteiniorum in majores ſuos merita penſaturus beneficio, Henrico de Fleckenſtein ejuſque filiis Beinheimenſe feudum promiſit, conferendum iis, poſtquam Fridericus Mareſchallus de Hagenowe ſine maſcula prole deceſſerit. (*h*) Chartam hanc Landgravius noſter ſigillo *nobilis viri Dn. Alexandri Dicke*, quem *ſocerum* ſuum appellat, communiri fecit.

An.

(*y*) Poſtumi hujus nomen ſilet Albertus Argent. at documenta non ſilent.

(*z*) Cap. LV. §. I. ubi: " Si vaſallus moritur " relictis liberis impuberibus, Dominus uſumfructum " conferre poteſt alteri &c.

(*a*) *Parerga Gatting.* Tom. I. Lib. II. pag. 105. ubi tamen in nomine *Matthia* bis erratum. Pro Matthia Duce ſcribendus eſt *Matthæus*, qui Lotharingiam tum tenuit. Neque charta in craſtino Matthiæ Apoſtoli ſeu Februario menſe dari potuit, quod menſe Julio Henricus Landgravius, Sigeberti poſtumi pater, adhuc fuit in vivis.

(*b*) Unde Eliſabetham geminos peperiſſe colligimus, ex quibus alter non adolevit. Neque alibi tamen duorum fratrum, Henrici Landgravii filiorum, mentio occurrit.

(*c*) Literæ ineditæ in chartaphylacio Nancejano extant.

(*d*) SCHILTER. *Gloſſar. Teuton.* pag. 851. Errat itaque anonymus ibid. pag. 855. quando cauſam, quæ Emiconem Landgraviatu excluſit, in turbis Interregni & competitorum numero quærit.

(*e*) Charta authentica in tabulario Capituli maj. Argent.

(*f*) Chartæ Germanici idiomatis in LUCKII *Mſſ. Heraldicis*, in familia de Geroldseck.

(*g*) DATT *de Pace publ.* Lib. I. Cap. IV. §. XIX.

(*h*) LAGUILLE Probat. pag. 37.

An. MCCLIX. *Comes Sigebertus, Landgravius Alſatiæ*, ab Henrico, Epiſcopo Argent. duos manſos & dimidium Vendenhomii in feudum accepit, quos Bernhardo Cagoni, Bernhardus autem Henrico Marſilio, cum Epiſcopi conſenſu, in ſubfeudum dedit.

An. MCCLX. Ludovicus de Lichtenberg, Advocatus Argentinenſis, à Conradino, Rege Siciliæ Duceque Sueviæ, Landgraviatum Alſatiæ ea lege in feudum ſe accepiſſe fatetur, ut ſuo periculo ſuisque impenſis, absque ullo Conradini damno, ejus potiri ſtudeat. (*i*) Conradinus itaque, Sigeberto Landgravio haud dubie infenſus, quod Werdenſes avo ac patri ſuo contrariati eſſent, Alſatiæ inferioris Landgraviatum à Ducatu ſuo pendere exiſtimans, in Lichtenbergenſes eum transferre voluit Dynaſtas, Hohenſtaufiæ genti fidos atque obnoxios. Verum translatio hæc caruit effectu. Cum Conradino Duce.

## §. CXLIV.

Grave tum bellum inter Waltherum de Geroldseck, Argent. Epiſcopum, & cives Argentinenſes exarſerat, quo pro Principatu ille, hi pro libertate pugnabant; ut in Argentinæ rebus oſtendi. Landgravius ſuperior, Rudolfus Habsburgicus, pro civibus ſtabat; at à partibus Epiſcopi cum tota Werdenſi familia ſtetit Henricus Sigebertus. (*l*) Prœlio ad Hugsbergam ſuperiorem An. MCCLXII. cominſſo, Argentinenſes victores, cæſis multis & Johanne inter eos Werdenſi, (*m*) nobiles ſeptuaginta ſex captivos laqueis, quos illi paraverant civibus, introduxerunt in urbem; quos inter Landgravium Werdenſem Koenigshovius (*n*) memorat. Sigebertus à partibus Epiſcopi tum ad cives transivit; qui transitus, ſacramento firmatus, pro redemtionis pretio imperatus fuiſſe videtur. Etenim die Dom. poſt nundinas S. Margarethæ An. MCCLXII. cum Habsburgi & Friburgi Comitibus, civibusque Argentinenſibus mutuum fœdus contra Waltherum de Geroldseck, Epiſcopum, & patrem ejus iniit, ita ut ſi invitis reliquis ſociis à fœdere hoc recederet, bis mille marcarum mulctam præſtaret. (*o*) Die Saturni poſt S. Jacobi chartæ Rudolphi de Utenheim aliorumque, pro Henrico Durlandero & Walthero Nibelungero fide jubentium, de non aſſiſtendo unquam partibus Waltheri Epiſcopi, Henricus Sigebertus de Werda, Lantgravius Alſatiæ, ſigillum ſuum appendit. (*p*) Ad tempus hoc quoque referendæ ſunt literæ, quibus *S. Comes de VVerde, Alſatiæ Landgravius*, civitati Argent. ſuam contra hoſtes ejus univerſos, præcipue in Geispolzheim, opem ſpopondit. (*q*) Cum Argentinenſibus.

## §. CXLV.

An. MCCLXV. cum matre ſua, Eliſabetha de Montfort, ſecundis nuptiis Emiconi Wildgravio juncta, poſt aliquam de ejus dote ac dotalitio litem, ita transegit, ut matri ac heredibus ejus caſtrum inferius Werdæ, Hipshemium vicum cum jure patronatus, Comitatum Riedenſem, aliaque bona traderet; quam transactionem Gertrudis, Sigeberti uxor, conſenſu ſuo roboravit. (*r*) Cum matre.

An. MCCLXXV. Sigebertus inter teſtes jurisjurandi, quod Rudolfus I. Imp. Gregorio X. Pontifici Lauſannæ præſtitit; nec non in ejuſdem Rudolfi literis antigraphis, Pontifici datis, ac in confirmatione eorum, quæ Otto, Præpoſitus S. Guidonis Spiræ, regiæque aulæ Cancellarius, in curia Pontificia pro Rudolfo egerat, comparet. In prima charta *Comes de Werde*, in duabus poſterioribus *Landgravius Alſatiæ Inferioris* nuncupatur. Cum Cæſare.

## §. CXLVI.

Deceſſit Henricus Sigebertus An. MCCLXXVIII. adeoque quadragenarius; quod Annales Colmar. ad hunc annum teſtantur: *Obiit Comes de VVerde.* Addit vetuſtum Eccleſiæ S. Arbogaſti Calendarium Mſ. diem: *Idus Februarii Sigebertus Comes* 20. *libr.* Mors.



(*i*) Literæ Ludovici antigraphæ Conradino datæ ſunt in caſtro *Volcbarch* An. MCCLX. XI. April. III. Indict.

(*l*) Hinc vaſtatas ab Argentinenſibus Werdenſis Comitis terras dicit Koenigshovius Cap. IV. pag. 247.

(*m*) Sepultus hic eſt Stephanſfeldæ in xyſto Eccleſiæ vicino, cum inſcriptione: *Anno Dni MCCLXII. VIII. Idus Martii obiit Johannes Miles de Werde.* Herzogius *Chron. Alſat.* Lib. III. pag. 37. inſcriptionem hanc exhibet male: *Anno MCCLXII. 8. Martii obiit Johannes Comes de Werde.* Extat inſtrumentum An. MCCLXVII. in Wenckeri *Apparatu Archiv.* pag. 176. quo Gervandus Burgravius Werdenſis in gratiam Argentinenſium omni actioni renuntiat *de morte fratris Johannis ab ipſis in conflictu interfecti & de captivitate Bertholdi.*

(*n*) *Chron. Argent.* C. p. IV. pag. 252. *under den gezangen worent der lange Grove von Werde*, ubi haud dubie legendum *der Landgrave*; & ita quoque Herzog. *Chron.* Lib. IV. pag. 88.

(*o*) In inſtrumento ſcribitur: *Ich Grave Henrich Siegebrecht von Werde vnde Landgrave ze Elſaſſe.* Cod. membr. diplom. civitatis Argent. de An. MCCCLXX. fol. 232.

(*p*) In Sigillo hoc legitur: *Sigebertus Lantgravius Alſatie.*

(*q*) Wencker. *Apparat. Archiv.* pag. 175.

(*r*) Charta in *Parergis Gerting.* pag. 114.

Uxores. Duas ille habuit uxores, *Gertrudim*, Alexandri de Dicka filiam, (*s*) ex qua Johannem, Sigebertum & Henricum filios fuscepit; deinde *Bertham* de Rappoltſtein, Ulrici, Egelolphi atque Philippi matrem. (*t*) Extat inſtrumentum An. MCCLXIX. quo Landgravius noſter Ulricum Rappoltſteinenſem nuncupat ſocerum; feuda quædam Lotharingica in ſubfeudum ei conferens.

An. MCCXCI. Rudolfus I. Imp. & Argentinenſis Epiſcopus Conradus litem, quæ inter Bertham & liberos ejus una ex parte, atque Anſelmum de Rappoltſtein & fratrem ejus ex altera propter hereditatem Berthæ paternam vertebatur, Colmariæ ita compoſuerunt, ut Ulricus, Berthæ filius, caſtrum Minrewilre, (*u*) Bertha vero curias Colmariæ atque Seleſtadii acciperent. (*x*) Anno ſequenti Bertha ejuſque tres filii bona quædam in villa & banno Benfeldenſi Capitulo majori Argent. vendiderunt. (*y*)

Liberi. Præter ſex filios, ex duplici matrimonio ſuſceptos, duas etiam Henricus Sigebertus filias reliquit; quarum prior *Eliſa* Anſelmo de Rappoltſtein circa An. MCCLXIX. nupſit, atque in monaſterio Auguſtinianorum Rappoltsvillæ ſepulta eſt. (*z*) Eliſæ *Suſannam* adjunximus, quam Luckius (*a*) uxorem fuiſſe tradit Waltheri junioris de Geroldseck, matrem Hermanni, quem Adolfus Imp. An. MCCXCVII. Ortenaviæ præfecit.

## §. CXLVII.

### Johannes I.

Johannes I. Primogenitus filiorum Henrici Sigeberti fuit Johannes, patris in Landgraviatu ſucceſſor, ita tamen, ut fratres ejus non omnino excluſi fuiſſe videantur. Etenim Nobiles Utenheimenſes non à Johanne tantum, ſed à fratribus quoque, Sigeberto, Henrico & Ulrico, An. MCCLXXX. inveſtitos eſſe, imo & inſequenti tempore, cum adhuc viveret Johannes, Ulricum, Egenolfum & Philippum, Berthæ filios, partes aliquas Landgraviatus poſſeditſe reperio; quanquam non negaverim, potiores ſemper partes fuiſſe primogeniti Johannis. Hic Argentinenſes An. MCCLXXXV. proſcripſit, à Rudolfo I. Imp. culpatus, quod adverſus Argentinenſium privilegia egiſſet. (*b*) Cum An. MCCLXXXIX. Advocatus Alſatiæ & XI. Scabini Stellelino de Kerzenfeld, qui Reinboldum ab Andolsheim occiderat, jus defendendi ſe contra hoſtes concederent, ei auxilio eſſe juſſerunt omnes, qui in pacem publicam juraverant, & nominatim Johannem Landgravium de Werde. An. MCCXCII. Anſelmus de Rappoltſtein, cum Argentinenſibus in gratiam rediens, inter alios fidei ſuæ prædem dedit Johannem Landgravium; qui & ipſe cum civitate Argent. coram Epiſcopo Conrado ſuper damna, per Erſteinenſes ei illata, hoc anno transegit. (*c*) Brevi poſt, cum à partibus Conradi, Argentinenſis Epiſcopi, fratrisque ejus, Johannis de Lichtenberg, contra Adolfum Imp. ejusque in Alſatia Advocatum provincialem, Ottonem de Ochſenſtein, ſtaret, Werda & Erſteinium, caſtra Landgravii, à Cæſare expugnata ſunt. (*d*) Reconciliatus mox cum Adolfo, ipſe & Johannes de Lichtenberg cum Ottone Ochſenſteinio de reſtituendis caſtris Habsburgicis, Ortenberga & Bielſteinio, ab Ottone captis, transegerunt; firmante transactionem Adolfo. (*e*) Sed Alberto Auſtriaco An. MCCXCVIII. ſolium Germaniæ ſibi vindicante, Johannes noſter Landgravius, Albertum ſecutus, in acie ad Gelnhemium contra Adolfum pugnavit. (*f*) An. MCCCI. fœderi Pacis publicæ, de quo ſupra, (*g*) *Landgravius Inferior* acceſſit; eique nomine ſuo judicem præfecit Waltherum de Matzenheim. An. MCCCVI. cum Johanne Lichtenbergico, Advocato Alſatiæ, compoſitionis inter Gierſpergenſes & Rappoltſteinenſes,

---

(*s*) Dicti orum horum fedes fuit caſtrum Spesberg in valle Andlavienſi, de quo ſupra pag. 168.

(*t*) Inſtrumentum An. MCCLXXX. Ulricum Berthæ *filium*, reliquos ex Gertrude natos ejuſdem *Illorum* appellat: *Bertha von Rappoltſtein Landgraeuin zu Elſaſſ u. ire Kinder, Johannes der Landgraue zu Elſaſſ, Sigebrecht u. Heinrich ſine bruder*; item *Ulrich Evan Bertshin Sohn* &c.

(*u*) De quo ſupra pag. 104. & 441.

(*x*) Conf. infra Genealogiam Rappoltſteinenſem.

(*y*) Liber fal. Capituli m. j. Argent. Charta hæc, feria ſexta poſt dominicam Lætare data, Berthæ atque Ulrici, filii natu majoris, ſigillis munita eſt.

(*z*) Luckius in *Annal. Rappoltſtein.* Mit Anſelmus An. MCCXC. decimus Ammersvillanas, à Theobaldo Phirretarum Comite in feudum acceptas, uxori ſuæ Eliſæ in dotalitium aſſcripſit, ubi: *unser ehlichen Vrowen Eliſen, Graven Sigebrechtis ſeligen Tochter von Werde.*

(*a*) In Genealogia mſ. Geraldeckiana.

(*b*) Wencker *Collecta Archivi* pag. 60.

(*c*) Initio chartæ ſcribitur: *Wir Johannes der Lantgrave ze Elſatz.*

(*d*) Annal. Colmar. ad An. MCCXCIII. & Chron. Colmar. pag. 53. ſq.

(*e*) Schilteri Gloſſar. Teuton. pag. 34.

(*f*) Koenigshov. Cap II. pag. 120. Trithemius Chron. Spanheim. ad An. MCCXCVIII.

(*g*) Pag. 602. §. XC. In fine inſtrumenti dicitur *der nidere Lantgrave.*

nenſes, teſtis fuit. (*h*) Obiit An. MCCCVIII. Uxor fuit *Agnes de Lichtenberg*, cui An. MCCLXXVIII. vidualitium 4000. marcarum adſcripſit. (*i*) Ex matrimonio hoc prodiit *Sigismundus*, qui eodem, quo pater, anno mortuus eſt, Seleſtadii apud Franciſcanos communi ſub lapide ad latus patris ſepultus. (*l*) *Monum. Landgr. Inf. Tab. II. num. 1.*

## §. CXLVIII.

Vivo hic patre Erſteinium tenuit, *Domicellus de Erſtein* hinc dictus. Ab Argentinenſibus An. MCCC. petiit, ut quosdam exploratum mitterent, num ipſe hoſtes eorum & ſpolia in oppidum ſuum receperit. Ad d. VI. Id. Maii An. MCCCVIII. Symundus Comes, dictus *Jungherr*, (Domicellus) Eccleſiæ S. Arbogaſti decimas in Caſtineto contulit. (*m*) Sigismundus hic in matrimonio habuit *Adelheidem de Blanckenberg*, (*n*) quæ filiam marito dedit *Agneten*, Johanni, Comiti Habsburgo - Laufenburgenſi, nuptam; (*o*) & apud Clariſſas Argentinenſes dein vidua vixit monialis. Agnes uſque ad An. MCCCXLVII. in chartis occurrit. (*p*) Sigismundus filius.

## §. CXLIX.

### Ulricus.

Johannis Landgravii frater, Ulricus, Sigismundi patruus, ex ſecundo Henrici Sigeberti matrimonio cum Bertha de Rappoltſtein prognatus, una cum Johanne fratre Landgraviatum tenuit. Udalricus Alſatiæ Landgravius jam An. MCCXC. in Auſtriaco Thomæ Eberdorfferi de Haselbach *Chronico* (*q*) memoratur, niale tamen vocatus *de Habsburg*, cum fuerit Werdenſis. An. MCCXCVI. Ulricus Landgravius, Egelolfus & Philippus, fratres, curiam in Gutensheim prope Werdam Rudolfo cuidam militi locaverunt, annoque ſequenti vicum Ensheim, feudum Landgraviatus Lotharingicum, Nicolao Zornio ſeniori in ſubfeudum dederunt. Tum etiam filva quædam Eccleſiæ ac Hoſpitali Stephansfeldenſi ab iisdem donata. (*r*) Ulricus & Egelolfus Anſelmi de Hohenſtein literas, quibus uxori ſuæ Giſelæ dotalitium adſcribit, An. MCCCVII. ſigillis ſuis muniverunt, ubi in Ulrici ſigillo legitur: *S. Ulrici Lantgravii Alſatie*; in Egelolfi vero: *S. Egelolfi Lantgravii de Werde*; quæ Egelolfi formula in ſigillo quoque Philippi, chartæ anni MCCXCVII. appenſo, exprimitur. De ſigillis inſra in Monumentis. Ulricus, Egelolfus, Philippus, fratres.

## §. CL.

An. MCCCVIII. Ulricus & Egelolfus, Landgravii Alſatiæ, (*s*) ſeptennali fœdere promiſerunt, ſe cum hominibus ac munitionibus ſuis civitati Argentinenſi, cum opus fuerit, auxilio fore, ita tamen, ut Ulricus Regem Germaniæ, Epiſcopum Argent. & Johannem Lichtenbergicum, ſocerum ſuum, exceperit, Egelolfus nemineni. Biennio poſt Henricus VII. Imp. cum Argentinenſi ac Baſilienſi Epiſcopis & civitatibus, nec non utriuſque Alſatiæ Landgraviis (*t*) formulam pacis publicæ, à Rheno & Birlico, ad Vogeſum & Selſam, ad quinquennium fancivit, cujus judices ſeu cuſtodes Landgraviorum horum judicia quoque tuerentur. An. MCCCXII. Ulricus Landgravius & frater ejus Philippus (*u*) cum civitate Argent. pacti ſant, ne caſtrum ſeu munitio ulla prope Fegersheimum extrueretur. Eodem anno Ulricus Landgravius cum Johanne, Epiſcopo Argent. inter urbem Argent. & inter Heinricum ac Fritſchmannum de Riegel arbitrum egit. (*x*) An. MCCCXVI. feuda Lotharingica, quæ pater, fratres & progenitores ipſius poſſederant, S. Hippolitum, caſtrum Kunigsburg, villam Eusheim &c. à Friderico Duce ſuſcepit; eodemque Argentinenſis factus eſt civis. (*y*) Acta cum Argentinenſibus.



(*h*) Nominantur teſtes hoc ordine: *Herr Johannes Herr von Lichtenberg, der Lantgrafe ze Elſaz, Herr Johannes der Lantgrave ze Elſaz, Herr Walther der Herr von Geroltzecke* &c. Advocatus provincialis itaque anteponitur Comiti provinciali, quod major illius tum eſſet in rebus auctoritas.

(*i*) Chartam hujus rei Adolfus Imp. an. MCCXCIII. confirmavit.

(*l*) Hunr, *Deſcript. Templi Wilhelmitani* Germ. pag. 112. Beatus Rhenanus *Rer. Germ.* Lib. III. pag. 166. ait: "Franciſcani ſepultura Eliſabetæ Landgraviorum, Joannis & Simonis, inſignes, qui templi conditores quibusdam exiſtimantur.

(*m*) Lib. anniverſ. mſt. Eccleſiæ S. Arbogaſti.

(*n*) Hubre loco cit. pag. 112.

(*o*) Herrg. Cod. Probat. *Genealogiæ Habsb.* num. 755. ubi: *Wir Grave Johans von Hapsparg, u. wir Grevin Agnes ſin eliche frowe, Lantgraven Symunta Jelgen von Elaut weilunde eliche tochter.* Scripta hæc ſunt An. MCCCXXVIII. Conf. ſupra Monum. Landgraviatus ſuper. pag. 514.

(*p*) Vid. Herrg. loco cit. num. 776. & 791.

(*q*) Pez. *Scriptor. Rer. Auſtr.* Tom. II. pag. 757.

(*r*) Schilter. *Gloſſar. Teut.* pag. 31.

(*s*) *Wir Ulrich u. Egenolff gebruder, Lantgraven zu Elſaſſen.*

(*t*) *Mit den Lantgroffen in dem Obern und in dem Nidern Elſaz.*

(*u*) *Wir Lantgroffe Ulrich zu Elſaſſe und Philippes ſin bruder.*

(*x*) *Codex* mſ. *Mueglianus* pag. 22.

(*y*) Lucius *Herald. Miſcell.* mſt.

## §. CLI.

Cum Imp. Ludovico Bavaro.

In ſchiſmate Imperii Ludovico Bavaro, poſt Muhldorfienſe ſaltem prœlium; adhæſit, Advocatus provincialis Alſatiæ à Cæſare hoc conſtitutus; unde odium & arma Auſtriaca in ſe provocavit. (*z*) An. MCCCXXVIII. Ludovicum Imp. comitatus eſt Romam, ubi diplomata ejus de Marchionatu Brandenburgico (*a*) & de Ducatu Lucenſi (*b*) teſtis ſignavit. Pro ſervitiis in Italia, coronatione præcipue Romana, præſtitis Imperator tum mille marcas argenti puri Ulrico donavit, tributum Judæorum Seleſtadienſium pecuniæ hujus ſolvendæ pignus conſtituens. (*c*)

## §. CLII.

Cum Lichtberg. aliisq; Dynaſtis.

An. MCCCXXXII. Philippi fratris & Johannis filii conſenſu caſtrum Arnſperg & vicos inde pendentes, Brumatum quoque oppidum, Lichtenbergenſibus Dynaſtis pro bis mille & quingentis marcis Ulricus vendidit, (*d*) gentis & Landgraviatus ſui vires ſubruere incipiens. Anno ſequenti datis literis annuit, ut vicus Dalhunden poſt Anſelmi de Bazendorff, prole maſcula carentis, obitum ad Henricum de Fleckenſtein, ut feudum Landgraviale, transiret. (*e*) Jus patronatus Gemariæ vici, quem ab Eccleſia Murbacenſi tenebat, Johanni, Dynaſtæ Rappoltſteinenſi, Henrico de Rappoltſtein conſentiente, An. MCCCXXXIV. contulit.

Cum Epiſc. Argent.

Biennio poſt Ulricus Bertholdo, Epiſcopo Argent. ſuper loca & bona univerſa, quæ ut Landgravius, nec non ut Camerarius & Pincerna Epiſcopi, ab eo tenebat in feudum, literas antigraphas dedit; Præſuli, in Curia Imperiali Francofurti degenti, ad menſam miniſtrare ſe deberé pro equo, quo inſideret, quemque ſub-Pincernæ, Rathſamhuſii atque Schœnavii deinceps acciperent, ſimul profeſſus. (*f*)

## §. CLIII.

Ulrici ſepultura. *Monum. Landgr. Alſat. Inſ. Tab. 2. n. 1.*

Obiit Ulricus XVI. Kal. Octobris An. MCCCXLIV. in exedra ædis D. Guilielmi Argentinæ ſepultus, cui fratris ſui Philippi, Landgravii & Eccleſiæ Argent. Canonici, oſſa jam An. MCCCXXXII. fuerant illata. Commune ibi conditum eſt monumentum ambobus, præſtantiſſimi operis. Ambo hanc ædem ditaverant opibus, Eleyenſis prope Werdam eccleſiæ reditus ei transferibentes. (*g*)

Uxor & liberi.

Uxor Ulrici fuit *Siſanna*, Johannis Lichtenbergici & Adelheidis Werdenbergicæ filia; (*h*) ex qua *Johannem*, in Landgraviatu ſucceſſorem, atque *Adelheidem*, Friderico Oetingæ Comiti nuptam, (*i*) reliquit. Quin & filiam habuit *Ellinam*, quæ in inſtrumento An. MCCCXIX. memoratur, quo Johannes Lichtenbergenſis Ulrico Landgravio ejuſque filiæ Ellinæ, ſuæ ex ſorore nepti, plura bona in Rodesheim conceſſit. (*l*) Eadem fortaſſis vitæ religioſæ in monaſterio D. Marci extra muros Argentinenſes ſeſe addixit. (*m*)

*IV. DY-*

(*z*) Kornigshov. Cap. II. pag. 129. ait: *der Lantgroff zu Elſaſſ Ulrich war Keyſer Ludewigs diener.*

(*a*) Ludwig *Reliquiæ Manuſcr.* Tom II. pag. 274.

(*b*) Freher *Rer. Germ.* Tom. I. pag. 667. num. 4. Meibom. *Rer. Germ.* Tom. III. pag. 209.

(*c*) Cæſar in literis ſuis Ulricum vocat *den edlen Mann Ulrich den Landgraffen von Elſatzen.*

(*d*) Vid. ſupra pag. 132. §. CCXXVI.

(*e*) Laguille *Hiſt. d'Alſace*, Probat. pag. 36.

(*f*) In autographo: *VVir Ulrich Lantgrave zu Elſaſs . . . eins Rifchoves von Strazburg u. ſiere Stift Oberſter Kammerer u. ir oberſter Druchſeſſe.*

(*g*) Hubert *Deſcript. Templi Guilielm.* pag. 57.

(*h*) Teſtis charta An. MCCXV. qua Johannes, Dynaſta Lichtenberg. & uxor ejus Adelheidis de Werdenberg bona quædam vendiderunt *mit willen u. gehelle Herrn Ulriches des Landgraven, unſrer Dochtermannt, u. Siſannen unſer Dochter, deſſelben Ulriches ehelihe VVirtinne* &c. Tabular. Buxovill.

(*i*) Ludovicorum Oetingenſium literæ An. MCCCLVIII. ita: " Ad hæc conſtituta coram nobis " Domina Adelheidis, filia quondam nobilis viri, " Dom. Ulrici Landgravii Alſatiæ, relicta quondam " Dom. Friderici Comitis de Oetingen, p eſcripre " venditioni ſuam voluntatem adhibuit & conſenſum. Tabular. Civit. Argent.

(*l*) His verbis: *VVir Johannes der junge Herre von Lichtenberg geben Ulrich dem Landgraven u. Elline ſiurre Dochter, die unſere Schweſter Dochter ſyl.* Tabular. Epiſc. Argent.

(*m*) In charta venditionis conſtrorum Franckenburg, Werde &c. An. MCCCLVIII. ſcribitur: *davon vallet das dritte fuder der Landgravin einer Cloſterfrawen zu S. Marx iren lebentag.*

## *IV. DYNASTIA OETINGENSIS.*

### §. CLIV.

JOHANNES II. WERDENSIS, FRIDERICUS & LUDOVICUS, OETINGENSES.

Secuti ſunt Ulricum in Landgraviatu Alſatiæ, omnibusque ſimul Werdenſium bonis Johannes, filius ejus, Ludovicus & Fridericus fratres, Oetingæ Comites, circa An. MCCCXXXVI. jam ad communionem Landgraviatus ab Ulrico vocati; qui Gentis ſuæ, licet numeroſæ nuper, imminentem cum vidiſſet interitum, quod ex Johanne filio, propter corporis debilitatem (*n*) certam ſperare ſobolem non poterat, generum ſibi ex Oetingenſium Domo elegit Fridericum, inſigni apud Ludovicum Bavarum gratia florentem, (*o*) cujus Ulricus, uti vidimus, ſtrenuus quoque aſſecla fuerat. Ulricus itaque Landgraviatus communionem, cum certa ſucceſſionis ſpe, pro genero facile impetravit à Cæſare, qui Ludovicum etiam, fratrem natu majorem Friderici, (*p*) ad ſimultaneam cum hoc inveſtituram admiſit. Ludovicus primis Imperii annis Ludovico Bavaro ab Epiſtolis fuit. At matrimonio cum Auſtriaca Principe inito, hoſtis Cæſaris factus eſt, (*q*) dein reconciliatus cum eo inter legatos, ad Benedictum XII. Avenionem An. MCCCXXXVI. à Ludovico Imp. miſſos, cum fratris ſui filio, Ludovico juniore, præcipuus fuit. (*r*) Oetingenſium ſucceſſio.

### §. CLV.

Ipſa communicati cum Oetingenſibus Landgraviatus charta non ſupereſt. Rem tamen An. MCCCXXXVI. jam inceptam & quadriennio poſt fuiſſe perfectam, multæ nobis chartæ declarant. Ifto enim, quem dixi, anno trigeſimo ſexto feuda ſua Argentinenſia cum refutaſſet Ulricus, Bertholdus Epiſcopus Johannem, Ulrici filium, æque ac Oetingenſes de illis inveſtivit. (*s*) Quin etiam ſub finem ejuſdem anni Ludovicus & Fridericus Comites, cum Johanne, affine ſuo, convenerunt, ut ipſe reditus hominesque proprios in Keſtenholz, Hittenheim, Matzenheim, Eley, Utenheim, alibique ſolus ad dies vitæ poſſideret, nec oppignerandos tamen neque vendendos unquam; ne Oetingenſibus, vel eorum heredibus, hinc damnum oriretur. Hæc Oetingenſes de Landgraviatu jam tum participaſſe, non obſcure oſtendunt. An. MCCCXL. Ludovicus & Fridericus, Oetingæ Comites, Landgravii Alſatiæ titulo, una cum Ulrico Werdenſi & filio ejus Johanne, diſerte ſunt uſi. Epocha ejus.

### §. CLVI.

Tum enim Fridericus & Johannes Landgravii (*t*) conſenſerunt literis, ut illi, qui feuda ab Ulrico Landgravio ejuſque deceſſoribus tenuerunt, ſive ad Landgraviatum ipſum ſpectarent, ſive alio modo ad Ulrici gentem perveniſſent, vaſalli à Ludovico, Comite Oetingenſi Alſatiæque Landgravio, (*u*) ea deinceps acciperent; quod Oetingenſes non ad Landgraviatum modo, ſed ad gentilitia quoque Werdenſium bona, admiſſos fuiſſe demonſtrat. Anno dieque eodem Ludovicus & Fridericus, Landgravii, aliis Johanni Landgravio literis ſpondent, pacto hoc de inveſtiendis per Ludovicum Landgraviatus & Werdenſium vaſallis, priora cum Johanne pacta non læſum iri, atque adeo vacantia Landgraviatus feuda alternis vicibus, primum ad Johannem vel ad quem ille voluerit, dein ad Comites Oetingæ, vel qui ipſis placuerit, debere devolvi. (*x*) Oetingenſes in vigilia Paſchatis ejuſdem anni vicum Utersheim viginti marcis argenti redimendi facultatem Johanni tribuerunt. Anno ſequenti quadrageſimo primo tres villas ad Rhenum, conſenſu Johannis Landgravii, Bertholdo Schwarbero, (*y*) & Oetingenſium acta ſub Ulrico.

---

(*n*) In ſcheda quadam tabularii Argent. An. MCCCXLVII. dicitur *Jungherr Henſelin, Landgraff.*

(*o*) Oetingæ Comites in prœlio ad Muhldorfium An. MCCCXXII. pugnaverant pro Ludovico. ABRUZZEITER *Annal. Boj.* Part. II. Lib. I. Cap. XXXVIII. pag. 16.

(*p*) In chartis enim ſemper ante Fridericum nominatur; conſentiuntque Genealogi, BUCELINUS in *Germania Topo. Chrono. Stemmatograph.* Part. II. pag. 33. IMHOF. *Notit. Procer. Imp.* Lib. XI. Cap. III. pag. 169. Stemmata gentis hujus ab Henningelio & Reuſnero prolata magis à veritate recedunt.

(*q*) ALBERTUS ARGENT. *Chron.* pag. 120.

(*r*) Ibid. pag. 126. HERWARTI *Ludovicus Bav. defenſus* pag. 658.

(*s*) Ab ALBERTO ARG. *de rebus Bertholdi Epiſc.* pag. 176. Ludovicus & Fridericus, Oetingæ Comites, Epiſcopi Argent. fideles appellantur.

(*t*) *Wir Grave Friderich Herre zu Oetingen u. Lantgrave in Elſabt, u. ich Joh. Lantgrave in Elſabt.* Ita authenticum tabularii Epiſc. Argent.

(*u*) *Von Graven Ludwig Herren zu Oetingen u. Lantgraven in Elſabt.* Ibidem.

(*x*) LAGUILLE *Hiſt. d'Alſace*, Probat. pag. 36.

(*y*) SCHILTER *Gloſſar. Teut.* pag. 32.

& An. MCCCXLII. vicos Offendorff, Herlisheim & Rohrweiler Ludemanno de Lichtenberg, (a) vendidere. Dein cum Episcopo Argent. ac civitatibus Alsatiæ Imperialibus mutuæ defensionis fœdus pepigerunt.

Acta post Ulricum.

Ulrico Landgravio An. MCCCXLIV. mortuo, Advocati provincialis Alsatiæ titulum, quem ille gesserat, suo Landgraviali titulo Ludovicus & Fridericus juaxerunt, antepositumque. (b) Quadriennio post Henrico Fleckensteinio Beinhemium, ceteraque feuda, quæ tenebat, Landgravialia in Henricum, nepotem suum, transferre permiserunt. (b) Eosdem An. MCCCL. civitati Argentinensi, propter jurisdictionem in Judæos suos, litem moventes, Præpositus Capituli majoris Argentinensis, Johannes Lichtenbergicus, arbiter constitutus, damnavit. (c)

## §. CLVII.

Tentata Landgraviatus permutatio.

Tum vero de Landgraviatu Alsatiæ cum terris, Oetingæ suæ propioribus, permutando Comites Oetingenses cogitare cœperunt. Nec abnuit Carolus IV. Imp. qui d. 16. Aug. MCCCLI. solenni cum eis pacto convenit, ut Imperialia Sueviæ oppida *Dunckelspühel* & *Bopfingen*, Oetingensibus jam oppignerata, lege feudali acciperent, Landgraviatum cum adhærentibus bonis atque feudis Cæsari vicissim traditurі. Postridie sedecim millia librarum Hallensium Oetingensibus, ne permutatione hac læderentur, Carolus insuper promisit; cumque parata pecunia careret Imperator, Landgraviatum interea temporis, donec nomen dissolveretur, pignoris loco retinere permisit; literis d. 18. Aug. Pirnæ scriptis Ruperti, Electoris Palatini, in hanc rem requirens consensum. Biduo post Oetingenses permutationem hanc suis quoque literis firmarunt. (d) Errorem Caroli IV. circa loca Landgraviatus permutanda insignem supra (e) notavi; quem cum ipse intellexisset, re probe examinata & feudis Imperialibus à Lotharingicis & Argentinensibus, quæ pro Imperialibus habuerat, separatis, omne hoc permutationis negotium concidit; quanquam Electorum aliorumque Imperii Principum consensu res fuerit peracta. Oppida Dunckelspuhl, & Bopfingen, ut & Lotharingiæ Dux, ceterique jura sua pacto hoc læsa cernentes, ei se opposuisse videntur. Brevi post certe Dunckelspuhlenses à Carolo IV. privilegium de non alienando impetrarunt. (f)

## §. CLVIII.

Errores Obrechti, aliorumqi.

Rerum Alsaticarum scriptores permutatio hæc torserat, qui nempe rescissionis ejus ignari, comprehendere non poterant, qua ratione Landgraviatus Inferioris Alsatiæ, qui An. MCCCLI. ad Imperatorem redierat, octo post annis Episcopo Argentinensi vendi potuerit. Nec permutationem hanc recte intellexit Obrechtus, (ff) cum ait: " An. MCCCLI. Carolus IV. Imp. redemit pretio XVI. millium librarum à Ludovico „ & Friderico, fratribus, Comitibus Oetingensibus, Alsatiæque Landgraviis, eam „ partem Landgraviatus Inferioris, quam ab Imp. & Imperio feudi jure acceperant „ in Franckenburg, Kœnigsberg, S. Hippolythi, Werde, Ehrstein & Geispolzheim, „ suntque illis in securitatem pretii illius debiti oppigneratæ Dunckelspuhl & Bopfingen. „ Sed Dunckelspühla suo se ipsam ære postea reluit. „ Primo enim duo hæc oppida Oetingensibus antea jam, quod instrumentum illud clare testatur, oppignerata fuerant; dein permutatione eorum cum Landgraviatu facta, in perpetuum Imperii feudum Oetingensibus tradi debuerunt. Cum autem reditus ex duabus his civitatibus non æquarent reditus Landgraviatus, qualem tunc sibi finxerat Carolus, XVI. millia librarum addidit, quæ donec persolverentur, placuit ut in possessione Landgraviatus Oetingenses manerent. Omne igitur permutationis negotium Carolus IV. ipse cum irritum reddiderit, inanis est conjectura eorum, qui libras illas VI. mille Hallenses, quas Rescripto ad Stislaum de Weitenmühl, Sub-Advocatum Alsatiæ, dato Comitibus Oetingensibus An. MCCCLXII. justit exsolvi, ad XVI. mille librarum, in supplementum permutati Landgraviatus promissarum, summam referendas existimant. (g)

§. CLIX.

---

(a) Vid. supra pag. 533.

(b) Schilter loco cit. Conf. infra Advocati provinciales Alsatiæ.

(b) *Factum pour le Prince d'Oetingen contre le Prince de Roban*, Probat. num. 1.

(c) Cod. mf. Muegianus pag. 30.

(d) Sommersberg *Rer. Siles.* Tom. III. pag. 70.

(e) Pag. 528. §. CCXVII.

(f) Lunig *Archiv. Imper.* Part. Spec. Cont. IV.

(ff) *Prodromi. Rer. Alsat.* pag. 304.

(g) Laguille *Hist. d'Alsace* Part. I. pag. 301.

## §. CLIX.

An. MCCCLVII. menſe Octobri Fridericus Oetingenſis obiit, ſucceſſitque ei in Landgraviatu Alſatiæ filius, Ludovicus junior, Oetingæ Comes, qui deinde una cum Ludovico ſeniore, Friderici Comitis fratre, & conſentiente Johanne, Ulrici filio, Landgraviatum Alſatiæ diſtraxit, nobilioremque ejus partem Johanni, Argentinenſi Epiſcopo, vendidit. Venditio Landgraviatus.

Diſtractionis hujus negotium, ſi omnia paucis complecti velimus, ita proceſſit, ut ab allodiis, caſtris & vicis Alſatiæ inferioris compluribus, quibus feuda quædam Imperialia & Moguntina intermixta erant, facto per Werdenſes An. MCCCXXXII. initio, (*b*) Comites Oetingenſes, Werdenſium ſucceſſores, An. MCCCLVIII. ad feudorum venditionem procederent; & primo quidem Argentinenſium, Werdæ, Franckenburgi, Caſtineti ceterorumque, quæ ad eam, à quâ profecta erant, Eccleſiam redierunt. Anno ſequenti ineunte, die Jovis ante Converſ. Pauli, Imperialia, quæ Lichtenbergenſes Dynaſtæ à Landgraviis in ſubfeudum tenebant, Imperatori; & Moguntina, quæ vel Landgravii ipſi vel per eos alii poſſidebant, feuda, Brocomagus &c. Gerlaco, Moguntino Archiepiſcopo, (*i*) reſutata ſunt ea lege, ut Simoni Lichtenbergenſi conferrentur Dynaſtæ.

Ipſo Converſionis Paulinæ feſto quæ reſtabant ex Argentinenſibus, una cum Lotharingicis, quæ Lotharingus jure ſuo deinceps repetiit, (*l*) & Murbacenſibus Johannes Epiſcopus quoque coemit; Landgraviatu & judicio provinciali cum Erſteinio, feudis Imperialibus, ita ſibi ſimul obligatis, ut ad nutum ſuum, ſine ulteriore pretio, vel tradenda ſibi, vel alii conferenda eſſent; vel præſtanda ab Oetingenſibus, ſi fallerent, 20000. florenorum mulcta; quod eadem hac ſumma Epiſcopus ſua feuda redemerat. Hic triduo poſt cum Capitulo convenit, ut ſi Landgraviatu Oetingenſes cederent, ſine Capituli conſenſu is nemini conferatur; Epiſcopus tamen ſolus de reſignando Landgraviatu, cum expedire ſibi viſum fuerit, Oetingenſes admoneat. Venditio denique facta, ſed Epiſcopum paulo poſt emptionis pœnituit; qui WIMPHELINGIO (*m*) teſte imprudentiæ ſuæ veniam à ſummo Pontifice poſtulavit & obtinuit, quod carius, quam par erat, Landgraviatum emiſſet.

## §. CLX.

Cæſareus conſenſus triennio poſt demum acceſſit, & quidem ita, ut nonniſi Erſteinium, ut pignus, poſſidendum Epiſcopo permitteret, quod nobis indicio eſt, totam illam Landgraviatus venditionem ab Imperatore diu celatam fuiſſe; unde Johannes Epiſcopus nec titulo nec inſignibus Landgravii uſus eſt. Venditionis robur.

Manſerunt etiam Landgraviales terræ per aliquod tempus ab Epiſcopalibus diſtinctæ, & à Canonico majoris Eccleſiæ ſeparatim adminiſtratæ ſunt. (*n*) Reliqua in Geographicis ſupra. (*o*) Ita in tres præcipuas partes diſtractus eſt Landgraviatus, quarum una Lichtenbergenſi Dynaſtiæ, altera cum ipſo Landgraviali axiomate Eccleſiæ Argentinenſi acceſſit, tertia penes Fleckenſteinios Nobiles, Pagi Riedenſis & Judicii Roſchwogienſis poſſeſſores, (*p*) manente vinculo feudali, remanſit.

## §. CLXI.

Johannes Werdenſis, Landgravii titulum retinens, ſocius Argentinenſium An. MCCCLXII. (*q*) ipſorumque factus eſt civis An. MCCCLXX. in reverſalibus literis *nobilis Domicellus Johannes Landgraviatus* appellatus. (*r*) Sexennio poſt ſtirpis Werdenſis poſtremus deceſſit, qua de re ALBERTUS ARGENT. (*s*) ita diſſerit: "An. MCCCLXXVI. „ nono Cal. Aug. obiit Domicellus Joannes Landgravius Alſatiæ, in quo ceſſavit „ progenies Landgraviorum Alſatiæ. Licet idem Joannes ipſum Dominium prius ven- Johannis II. Landgravii fata.



(*b*) Vid. ſupra pag. 132. §. CCXXVI.
(*i*) GUDENUS *Cod. diplom. Moguntt.* Tom. III. pag. 429.
(*l*) Supra pag. 131. §. CCXXI.
(*m*) *De Epiſcop. Argent.* pag. 89.
(*n*) SPECKLIN in *Collect.* mſſ. ad An. MCCCLXXVIII. ait: *damals ſtarb Herr Friderich von Liechtenberg, Thumherr, der die Landgraffſchafft Elſaß verwaltet.*
(*o*) Pag. 133. ſq.
(*p*) Supra pag. 245. §. CCCCXLVIII.
(*q*) WENCKER *de Uſtburg.* pag. 71.
(*r*) Idem de *Ffalzburg.* pag. 16. OBRECHT *Prodr.* pag. 281.
(*s*) *Chron.* pag. 166.

„ diderit Joanni de Liechtenberg, Episcopo Argentinensi, sub anno Domini „ M. CCC. LVIII. „ Concordat ejus sepulcrale monumentum, quod Buxovillæ in veteri Lichtenbergensium Capella aulica conspexi. (*t*) Uxor Johannis fuit *Adelheidis* de Lichtenberg, filia Johannis, cui à patruo, Ludemanno de Lichtenberg, vidualitium septingentarum marcarum argenti An. MCCCXXXII. promissum. (*u*) Refert Herzogius, Johanni huic filiam à quibusdam dari *Ursulam*, quæ Sulzio Comiti nupta ante patrem obierit.

## §. CLXII.

Officiales Landgraviorum.

Ceterum Landgravii Inferiores suos quoque olim Officiales, ut Superioris Alsatiæ Landgravii, habuerunt. At memoria eorum fere omnis interiit. Marescalli seu Præfecti stabulo, (*x*) qui feudum possidebat equestre, (*y*) munus An. MCCXCVI. gessit Wilhelmus de Schafftolzheim, Eques. Feudum annuis ex agro Schafftolzheimiano censibus constabat. (*z*) De aliis Officialibus aulicis mentionem non reperi. Ipsi vero Landgravii Werdenses cum Episcopi Argent. Pincernæ, postque Duces Alsatiæ extinctos, Camerarii quoque fuissent, suos in hoc munere vicarios habuere, Rathsamhusios atque Schœnavios Milites, uti paulo ante ostendi. (*a*)

## §. CLXIII.

Errores aliorum.

Commentatio hæc de Inferioribus Landgraviis, quam ex chartis eruimus, oculos nobis aperit, ut facile perspiciamus, quantis & quam variis erroribus argumentum hoc tractarint Scriptores; & illam præsertim epocham, quæ Henricum An. MCCXXXVIII. mortuum concernit. Quotquot de Landgraviatu egerunt, vel in tradenda Henrici hujus stirpe, vel in successione Landgraviatus post mortem ejus declinaverunt à vero.

Genealogici.

Henricum hunc ex Egisheimensium Comitum prosapia Lazius, (*b*) Roo, (*c*) Guillimannus, (*d*) Henninges, (*e*) Herzogius, (*f*) Luckius, (*g*) Pontus Heuterus, (*h*) Chifletius, (*i*) Blondellus, (*l*) Schurzfleischius, (*m*) Obrechtus, (*n*) deducunt, cum Werdensem universa, quæ protulimus, documenta clament. Iidem patrem Henrico Henricum assignant, quem monumenta nostra vocant Sigebertum. Eundem Henricum nullam habuisse prolem Nauclerus, (*o*) Trithemius, (*p*) Chifletius, Blondellus, aliique bene multi unanimes docent, adeoque filium ejus postumum, Henricum Sigebertum, ignorant. Lazius autem, Spangenberg, (*q*) Pfeffinger, (*r*) Henricum superioris Alsatiæ Landgraviis perperam adscribunt.

Intolerabilius est, quod eundem Henricum utriusque Landgraviatus possessorem fuisse, atque post mortem ejus Landgraviatum totius Alsatiæ in superiorem & inferiorem divisum, Roo, Chifletius, Blondellus statuerunt. Mortuo nempe Henrico hoc Albertum Hohenbergicum, Comitem ad Nicrum, Albertum Habsburgicum & Ludovicum Oetingensem de successione ejus disputasse tradiderunt; rem ita compositam fuisse dicentes, ut matrimonio inter Annam, Alberti Hohenbergici filiam, & Rudolfum, Alberti

(*s*) Schilter. *Glossar. Teut.* pag. 32. Inscriptio hæc est: *Hie lit Juncher Johanes Lantgrofe der stiftp am saint Jacobs obent do men zahlt MCCCLXXVI.*

(*u*) Herzogius *Chron.* Lib. II. Cap. XVII. & eum eo Spenerus *Op. Herald.* Part. spec. Lib. I. Cap. LXVII. pag. 275. hanc Johannis II. Landgravii conjugem male vocant Agnetem de Lichtenberg, quæ fuerat Johannis I. Landgravii uxor.

(*x*) *Marschalker* sermone vulgari dicebant.

(*y*) Vulgo *Reichsbon.*

(*z*) Schilter *Glossar. Teuton.* pag. 544. ubi charta.

(*a*) Pag. 528. §. CLII.

(*b*) *Migrat. Gent* Lib. III. pag. 120.

(*c*) *Annal. Austr.* Lib I. pag. 7.

(*d*) *Habsburg.* Lib. VI. Cap. II. pag. 246. 317.

(*e*) *Genealog. Germ.* secundi & tertii regni Part. I. pag. 42.

(*f*) *Chron. Alsat.* Lib. II. Cap. XVII.

(*g*) *Annal Rappoltst.* ms. ad An. MCCXXXVIII.

(*h*) *Habsburg.* Cap. VII. pag. 11.

(*i*) *Lumin. præcog.* pag. 338. & in *Alsat. vind.* Cap. I. ubi diversa duo schemata Genealogica producit, sed paradoxum utrumque, quod omnibus in partibus sinceræ contrariatur historiæ.

(*l*) *Alsat. Genealog.* pag. 375. 79. *Præfat. Apologet.* XXIII. 2. Chifletium toties à Blondello reprehensum, in hoc argumento postulatum non fuisse erroris mirater, nili & ipse in eodem peccasset; circumspectior tamen Chifletio, quod Argentinam Inferioris Landgraviatus non constituit caput.

(*m*) *De principio Monastic. Augusti* §. XVI.

(*n*) *Prodrom. Rer. Alsat.* pag. 278. Chifletium quoad Superiorem Landgraviatum correxit Obrechtus ibid. pag. 252. alium paulo post ipse committens errorem, cum scribit: " Egesheimiorum Landgravia- „ tus, quem Henricus ille, Blondello commemo- „ ratus, tenuit, in Oetingenses & Werdanos postea „ propagatus est. „ Obrechtus in errorem induxit auctorem libelli: *Memoire pour le Prince de Roban contre Fleckenstein & Oettingen* pag. 1. seq.

(*o*) *Genealog. XLII.* ad An. MCCXXXVIII.

(*p*) *Chron. Hirsaug.* ad eund. An.

(*q*) *Adelspiegel* Tom. I. Lib. X. Cap. XVIII. pag. 398.

(*r*) *Ad Vitriar.* Lib. I. Tit. XVII. pag. 618.

N.° I.

*Selestadii in Templo Fratr. Min. D. Francisci*

N.° II.




*Stephansfeldæ in Claustro.*

ad pag. 333.

N.° III.

*Buxovillæ in Capella Aul.*

# SIGILLA ET MONVMENTA LANDGRA=

A°. 1262.

1308.

1354.

*Monumenta Sepulcralia in Chore Templ*

ad pag 533.

# VIORVM ALSATIÆ INFERIORIS. TAB. I.

1308.

1308.

Weis Argent: del. et sc.

oli D. Guilielmi Argentor.



Alberti Habsburgici filium, Regem deinceps Romanorum, initio Landgraviatus ſuperior omnis ad Habsburgicos pervenerit, cum Oetingenſis è contra partem Epiſcopo Argent. ſuam vendiderit. At vero diu ante Henrici hujus tempora ſuperiorem Landgraviatum Habsburgicos tenuiſſe, nec Oetingenſes ante ſec. XIV. Inferioris poſſeſſionem adeptos eſſe, ex dictis elucet.

## §. CLXIV.

Landgraviatum & Epiſcopalia feuda, Ao. MCCXXXVIII. poſt Henrici Landgravii obitum ad Imperatorem & Eccleſiam Argent devoluta, Oetingenſibus dein collata fuiſſe, credit Obrechtus. (*t*) At Oetingenſes Landgraviatum iſtum cum feudis nonnifi An. MCCCXXXVI. obtinuerunt. Landgravios, qui præter Habsburgenſes poſt Henricum occurrunt, adſcribendos eſſe Oetingenſi familiæ, cui etiam titulus Comitum de Werde competierit, exiſtimat Guillimannus, (*t*) diverſas Werdenſium Oetingenſiumque familias confundens. Sed & nullum Inferioris Alſatiæ Landgravium ante MCCXXXVIII. quo Henricus deceſſit, Comitis Werdenſis axiomate uſum fuiſſe, Laguillius (*u*) cenſet. Sigebertos autem, Henrici patrem & avum, Werdenſis Comitis titulum in chartis adhibuiſſe, ex ſuperioribus lector abunde intellexit. Hiſtorici errores.

Neque levior Chifletii pluriumque error eſt, qui Landgraviatus originem à Ducatus occaſu repetunt, atque adeo Landgraviatum ex Ducatu prognatum ſtatuunt. Duces & Comites Provinciales, vel Landgravii, ſimul & eodem tempore extiterunt. Ducatu extincto Landgraviorum formula nullam ſubiit mutationem, ſed Advocatis provincialibus auctoritas major accrevit. (*x*) Duces Sueviæ fuiſſe quoque Landgravios Alſatiæ, ut rem notiſſimam, Casp. Lerchius (*y*) perſcribit, contra omnium monumentorum fidem.

Sunt, qui Landgraviatum Alſatiæ ad Epiſcopum Argentinenſem jam olim pertinuiſſe, mortuoque Henrico ad eum tandem rediiſſe, docuerunt. (*z*) Mihi vero in nulla charta ullum unquam ſe manifeſtavit veſtigium, ex quo Præſules Argent. ante An. MCCCLIX. jus aliquod in Landgraviatum habuiſſe, conjicere liceat.

# MONUMENTA LANDGRAVIORUM ALSATIÆ INFERIORIS.

## §. CLXV.

Inter Monumenta Landgrav. Infer. eminet tumba lapidea, quam Tabula I. exhibet, Ulrico Laudgravio, ex Werdenſibus penultimo, (*a*) An. MCCCXLIV. in exedra Eccleſiæ Guilielmitarum Monaſterii Argentinæ erecta. Ulricus jacens, tunica ferrea & lorica indutus, repræſentatur cum Inſcriptione: " Anno Domini MCCCXLIIII. " XVI. Kal. Octobris obiit honorabilis Dominus Ulricus Lantgravius Alſacie. Orate " pro eo. (*b*) Ulrici Landgr. Monum. *Tab. II.*

Capiti galeato Ulrici ſuppoſita eſt caſſis. Ad pedes ejus duo cubant leones. Ad dexteram jacet enſis oblongus, & duæ chirothecæ, inſignia Nobilium.

Superiori huic lapidi alius ſubeſt inferior, tegens oſſa *Philippi*, qui Canonicus fuerat ſummi templi & frater Ulrici. Philippus ibi viſitur jacens, complicatis manibus, indutus toga laxa & fluida, deſcendente ad pedes, quibus adjacet canis. Ad latus inſignia Landgraviatus comparent. Inſcriptio, lateribus Lapidis inſculpta, hæc eſt: " Anno Domini MCCCXXXII. III. Kal. Julii obiit Dominus Philippus Lantgravius " Alſacie Canonicus majoris Eccleſie Arg. " (*c*) Duo leones lapidem ſuperiorem ſuſtentant. Philippi Monum. *Ibidem.*



(*s*) *Prodrom.* pag. 284.
(*t*) *Habsburg.* Lib. VI. Cap. II. pag. 246.
(*u*) *Hiſt. d'Alſace* Part. I. pag. 299.
(*x*) Conf. ſupra pag. 13. §. XVIII.
(*y*) *De nobilitate immed.* Part. II. pag. 136.
(*z*) Ita Naucclerus, Trithemius, Guillemannus.

(*a*) De Ulrico vide pag. 527. ſq.

(*b*) Epitaphium hoc in *Deſcriptione Guilielmitani Templi* pag. 199 exponit Hubrus, ſed in anno peccat, & menſem omittit. Rectius Obrechtus in *Prodr.* pag. 280.

(*c*) De Philippo hoc ſupra loco allegg.

Duplex hoc ſepulcrum, affabre ſculptum, in exedra Eccleſiæ D. Guilielmi illæſum hodieque ſervatur. Opus Wolfelini, periti artificis, ex Rufaco prognati. (*d*)

## §. CLXVI.

Mos ſepeliendi in templis.

Ante ſeculum XI. alii, quam Eccleſiaſtici viri, in Templis ſepulti ſunt rarius. Epiſcopi nempe, Abbates, Canonici, Monachi, virtutibus clari. (*e*) Laici condebantur in cryptis, vel juxta muros templorum; deinceps in exedris eorum & clauſtris, vel porticu, vel etiam in conclavi Capituli. Denique intra ipſas ſepulti ſunt Eccleſias. Nec rejicienda ſuſpicio, Capellas, quibus nunc majores cinguntur Eccleſiæ, ex ſepulcris muro exteriori inſertis & ara inſtructis, ſuam trahere originem. (*f*)

Sec. XII.

Seculo XII. fundatores Eccleſiarum in illis ſepeliri cœperunt. (*g*) Berchtoldus II. Abbatiæ Benedictinæ S. Petri in ſilva nigra fundator, An. MCXI. mortuus, in Eccleſia ibidem ſepultus eſt, quæ deinceps Berchtoldorum ſepulturæ locus evaſit. (*h*) An. MCXL. Reinoldus Comes de Lutzelnburg, qui Monaſterium Novi Caſtri inſtituit, Eccleſiæ ejus illatus eſt choro. Unde monumentum Eberhardi Comitis, conditoris Murbaci, quod in Eccleſiæ Murbacenſis choro ſubſtitit, (*i*) nonniſi ad hoc ſeculum quoque potuit referri; in memoriam fundatoris à Cœnobitis exſtructum, non reſtauratum ex veteri.

## §. CLXVII.

Sec. XIV.

Virorum ſecularium corpora Eccleſiis poſtquam cœpiſſent inferri, ſucceſſu temporis, equeſtris dignitatis inſignia, in funebri conductu prælata, enſis nempe, clypeus, galea, thorax, chirothecæ, calcaria, quin & vexillum ſubinde, lapidi, qui mortuum tegebat, imponi, vel parieti vicino affigi, vel etiam nonnulla ex iis operculo ſarcophagi inſculpi curarunt; quod in Ulriciano hoc factum. Originem hujus moris ad ſeculum XIV. referendam eſſe credidit Arn. Buchelius. (*l*) Cum enim apud Hedam (*m*) legiſſet, Trajectenſes, clypeis ex Arckeliano monumento ſublatis, Fridericum de Blanckenheim, qui ex Epiſcopo Argentinenſi An. MCCCXCIII. Trajectenſis evaſerat, in eodem ſepeliviſſe, Arckelianum hoc monumentum inter prima, quæ inſignibus ornata reperiuntur, cenſendum eſſe reputavit. At uſum antiquiorem ex Joinvilla, variisque vetuſtioribus tymbis, Menetrierius (*n*) demonſtrat.

## §. CLXVIII.

Johannis I. & Sigiſm. monum. *Tab. II. num.* 1.

Ulricano ſepulcro ſubjungimus aliud, Seleſtadii apud Fratres minores, nunc Recollectos, (*o*) quod extat, alioſque duos ex Werdenſibus Landgravios tegit, *Johannem*, Ulrici fratrem natu majorem, filiumque ejus *Sigismundum*, qui poſiti junctim viſuntur. Lapis inſcriptione caret, ſed Acta Monaſterii & Beatus Rhenanus Landgravialis hujus monumenti ſunt teſtes. (*p*) A latere ſiniſtro Johannes, corona, quæ Landgravialium inſignium trifolia refert, ornatus, tunica & toga manicatis indutus, quarum illa ſtrictioribus, hæc laxioribus manicis eſt. Extima veſtis longa, colobii inſtar, omnia tegit, niſi quod ibi aperta eſt, ubi brachia prodeunt. Dextra gladium vaginatum, ſiniſtra chirothecam tenet, poteſtatis inſignia, quibus filius caret. Sigismundi, qui ei dexter eſt, caput non corona, ſed faſcia Landgraviali cingitur. Veſtitus eſt, ut pater, niſi quod omnino clauſa eſt ejus extima veſtis, ita ut exſeras manus eam brachio imponat. Filius precans manibus junctis comparet; ejuſque pedibus ſubjicitur canis. Leo patrem cuſtodit.

## §. CLXIX.

(*d*) Vide ſupra pag. 82. In margine Lapidis ſepulcral. legitur: *Meiſter Wolvelin von Rufach ein burger zu Straburg der buw dis Werg gemacht.*

(*e*) *Capitulare Caroli M.* An. DCCCXIII. Lib. I. Cap. CLIX. & *Concil. Moguntinum* ejuſd. anni laicos diſerte excludunt.

(*f*) Thomassinus in *Diſciplina Eccleſ.* Tom. III.

(*g*) Menetrier *Origine des Ornements des Armoiries* pag. 386.

(*h*) Berchtoldus V. ſepultus eſt Friburgi.

(*i*) Conf. Tom. I. inter Monumenta Francica, num. 4. ad pag. 797. Eberhardi avus, Etcho Alſatiæ Dux, fundator Monaſterii in Hohenburg, quod D. Odiliæ, neptis ſuæ, donavit, extra Eccleſiam ſepultus eſt.

(*k*) In *Notis ad Guil. Hedam de Epiſc. Ultraject.* pag. 247.

(*l*) Pag. 241.

(*m*) Lib. allegg. pag. 287.

(*n*) Vide ſupra pag. 381.

(*o*) De Landgraviis hic pag. 527.

## §. CLXIX.

Monumento tertio Tabulæ II. incluſus fuit Johannes Landgravius, Werdenſium poſtremus, (*q*) quod notat epigraphe. Johannes hic filius Ulrici deceſſit Buxovillæ, ubi in Capella prope caſtrum, quod Lichtenbergenſes Dynaſtæ inhabitaverant, ſepultus Lapidem hunc ſepulcralem accepit. Inſculpta ei Mauſolei cujuſdam forma, in quo Landgravialia inſignia cum apparatu ſiſtuntur. Clypeum inclinatum, qui familiæ ruentis quandoque indicium eſt, trabea Landgravialis transverſa, limbis rutaceis cincta, exornat. Dexter clypei cuſpis ſuſtinet galeam circa oculos clathratam, & duabus ſignatam cruciculis, cui acroſtolium vel apex impoſitus, ex cujus ſummitate Herma juvenilis, (*r*) crinibus retortis ornatus, eminet: cimerii vel apicis non obvia ſpecies. (*s*) Johannis II. Monum. Tab. II. num. 3.

Poſtremus ſuæ gentis cum clypeo & galea, more Germanorum, ſepultus eſt. Hinc utrumque inſigne cum omnibus ornamentis comparet.

Scutum, quod Numero 2. exhibetur, in acumen inferiore à parte deſinens, Lapidi ſepulcrali inſculptum eſt, ſub quo Johannes Miles de Werde conditur. Miles vel Eques, cingulo militari ornatus & Vaſallus Epiſcopi, ex Werdenſium ſanguine natus, ſed ſpurius, quod ſtella, inſignibus adjecta, indicat. Hic cum Landgravio An. MCCLXII. proelio Hausbergenſi Argentinenſium contra Waltherum Epiſcopum Arg. interfuit, & pro Epiſcopo pugnans interiit. Sepulturam in Stephansfeldæ clauſtro accepit. (*t*) Tab. II. num. 2.

## §. CLXX.

Sex denique Landgraviorum Werdenſium ſigilla, equeſtria nempe tria, totidemque minora ac ſimpliciora, quæ ſolum ſcutum Landgraviale galeatum & non galeatum exhibent, ad exemplarium fidem expreſſa proferimus. Sigilla. Tab. I.

Equeſtria, ſibi invicem in plerisque ſimilia, tres Landgravios, *Sigebertum* patrem, hujuſque *filios*, *Johannem* & *Ulricum*, ſiſtunt armatos. Ulricianum poſterius eſt, ornatius reliquis. Singularis eſt forma galearum, Heineccio (*u*) inter triginta & quatuor, quas diverſas collegit, non obſervata; bifariam nempe cuſpidata ſeu bifurcata, ad ſpeciem cornutarum accedens, quibus veteres Macedoniæ Reges, Thraces atque Romani quandoque ſunt uſi. (*x*) Philippo Regi, Perſei patri, impetu equi in arborem illato, cornu alterum galeæ perfractum Livius (*y*) refert. Rarior hæc medio ævo galearum forma, à Landgraviis noſtris Werdenſibus conſtanter uſurpata, gentilitia eis fuiſſe videtur. Equeſtria.

Equeſtribus ſuccedunt minora, quæ ſcutum modo cum inſignibus, absque hominis & equi imagine, continent, quæque ſec. XIII. in Germania primum, dein etiam in aliis extra Germaniam Regnis invaluerunt. (*z*) Uni eidemque inſtrumento diverſa trium fratrum ſigilla, majus & equeſtre *Ulrici*; minus cum ſcuto & galea, *Egelolfi*; aliud ſine galea, *Philippi*; An. MCCCVIII. appenſa fuerunt, ita ut ætatis ſuæ diſcrimen ſigillis magis minusve ornatis fratres expreſſerint. Johannes, Werdenſium poſtremus, ſigillo quoque ſimpliciore, neque equeſtri neque galeato, uſus eſt; at in monumento ejus ſepulcrali clypeus cum galea cornuta comparet. Minora.



(*q*) De quo ſupra pag. 135. & pag. 531. ſq.

(*r*) De Hermis his Blondellus *Plen. Aſſert. Genealog. Franc.* Tom. II. pag. 352.

(*s*) Adi ſupra pag. 135. §. CCXXXI.

(*t*) Conf. ſupra pag. 525. §. CXLIV.

(*u*) *De Sigillis* Part. I. Cap. X. §. XXXIV.

(*x*) Ludelin *Diſſ. de Galeis veterum* Cap. IV.

(*y*) Lib. XXVII. 33.

(*z*) Heineccius loco cit. pag. 233.

# TABULA SYNCHRONISTICA
## SUPERIORIS & INFERIORIS ALSATIÆ LANDGRAVIORUM.

| A.Chr. | I. VARII *SUNDGOVIÆ COMITES.* | I. VARII *NORDGOVIÆ COMITES.* |
|---|---|---|
| 673 | Rodebertus Comes. . . . . | Adelbertus Comes, postea Dux Alsatiæ. |
| 748 | . . . . . | Ruthardus Comes. |
| 769 | Garinus Comes. | |
| 770 | Pirahtilo Comes. | |
| 778 | . . . . . | Udalricus Comes. |
| 817 | . . . . . | Wurandus Comes. |
| 819 | . . . . . | Erchangarius Comes. |
| 826 | . . . . . | Ruthelinus Comes. |
| 828 | Erchangarius Comes. | |
| 829 | Geroldus Comes. | |
| 896 | Bernhardus Comes. | |
| 924 | . . . . . | Hugo I. Comes, Eberhardigena. |
| 951 | . . . . . | Hugo III. Comes, illius nepos. |
| 973 | Luitfridus Comes. | |
| 986 | Luitfridus VII. Comes, præcedentis filius. | Eberhardus V. Hugonis III. filius. |
| 997 | . . . . . | Luitfridus VII. Comes Sundgoviæ. |
| 1003 | Otto Comes. . . . . | Otto Comes Sundgoviæ. |
| 1016 | . . . . . | Eberhardus Comes. |
| 1024 | . . . . . | Otto Comes Sundgoviæ. |
| 1027 | Giselbertus Comes. . . . . | Wezilo Comes. |
| 1035 | . . . . . | Hugo IV. Comes, Eberhardi filius. |
| 1048 | Beringerus Comes. | |
| 1052 | Conradus Comes, . . . . | Henricus Comes. |
| 1065 | . . . . . | Gebhardus Comes, Hugonis IV. nepos. |
| 1083 | Henricus Comes. . . . . | Hugo VII. Comes, Hugonis IV. pronepos. |

| | II. HABSBURGICI *COMITES ALSATIÆ SUP.* | II. METENSES. |
|---|---|---|
| 1097 | . . . . . | Godefridus I. Comes Metenſis. |
| 1111 | Otto II. Comes de Alſatia. | |
| | | *COMITES PROVINCIALES ALSATIÆ INF.* |
| 1129 | . . . . . | Theodoricus, Godefridi I. filius. |
| 1134 | Adelbertus II. Ottonis II. frater. | |
| 1159 | . . . . . | Godefridus II. Theodorici filius. |
| | *LANDGRAVII.* | III. WERDENSES *LANDGRAVII.* |
| 1186 | Adelbertus III. Dives. | |
| 1196 | . . . . . | Sigebertus Comes de Werda. |
| 1199 | Rudolfus Senior, præcedentis filius. | |
| 1226 | . . . . . | Henricus, Sigeberti filius. |
| 1232 | Adelbertus IV. Sapiens & Rudolfus Taciturnus, fratres. | |
| 1238 | . . . . . | Henricus Sigebertus, Henrici filius poſtumus. |
| 1240 | Rudolfus, Alberti IV. filius, Rex Rom. An. MCCLXXIII. | |
| 1273 | Hartmannus, Rudolfi I. Imp. filius. | |
| 1278 | . . . . . | Johannes una cum fratribus, Henrici Sigeberti filiis. |
| 1282 | Rudolfus, Hartmanni frater. | |
| | HABSBURGO-AUSTRIACI. | |
| | Albertus I. Dux Auſtriæ, Rex Rom. An. MCCXCVIII. | |
| 1308 | Fridericus Pulcher, Alberti I. filius, Anti-Cæſar An. MCCCXIV. | Ulricus & reliqui Johannis fratres. |
| 1314 | Leopoldus Gloriosus, Friderici frater. | |
| 1326 | Albertus II. Sapiens, Leopoldi frater. | |

| | | IV. OETINGENSES. |
|---|---|---|
| 1340 | . . . . . | JOHANNES II. Ulrici filius. FRIDERICUS, Comes Oeting. Ulrici gener. LUDOVICUS, Friderici frater. |
| 1357 | . . . . . | LUDOVICUS JUNIOR, Friderici filius, cum avunculo & patruo. |
| 1358 | RUDOLFUS IV. Alberti II. filius. | |
| 1359 | . . . . . | JOHANNES EPISCOPUS ARGENTINENSIS, ejusque in Episcopatu successores, jure emtionis. |
| 1365 | LEOPOLDUS PROBUS, Rudolfi IV. frater. | |
| 1386 | LEOPOLDUS SUPERBUS, Probi filius. | |
| 1410 | FRIDERICUS Tirolensis, Leopoldi Sup. frater. | |
| 1439 | SIGISMUNDUS, Friderici filius. | |
| 1469 | CAROLUS AUDAX, BURGUNDIÆ DUX, jure emtionis. | |
| 1474 | SIGISMUNDUS Archidux iterum, pulso Carolo. | |
| 1489 | MAXIMILIANUS I. Friderici IV. Imp. filius, dein Imp. | |
| 1519 | CAROLUS V. Imp. Maximiliani I. nepos. | |
| 1521 | FERDINANDUS I. Caroli V. frater. | |
| 1564 | FERDINANDUS Archidux, Ferdinandi I. Imp. filius. | |
| 1595 | MAXIMILIANUS Archidux, Ferdinandi ex fratre Maximiliano II. Imp. nepos, cum Rudolfo II. Imp. & reliquis fratribus. | |
| 1621 | LEOPOLDUS Archidux, Maximiliani patruelis, Ferdinandi II. Imp. frater. | |
| 1632 | FERDINANDUS CAROLUS, filius Leopoldi. | |
| 1648 | REGES GALLIÆ. | |

CAP.

# SUEVIÆ ET Al

## I. DYNAST

*I)* BURCARDUS I. Suevus, Dux Alemanniæ 916. † 926. Uxor Reginlinda, al. Wida.

*IV)* BURCARDUS II. Dux Alemanniæ 954. † 973. Uxores: 1) Luitgardis, S. Ulrici Ep. Auguſtani foror. 2) Hadvigis, Henrici I. Ducis Bavariæ, filia

*III)* &

*V)* OTT 973. &

*VIII)* HERMANNUS III. Dux Sueviæ & Alſatiæ 1004. † 1012.

1.

*X)* ERNESTUS II. Dux Sueviæ & Alſatiæ 1015. perduellis † 1030.

*XI)* HER Dux Su † 1

MATHILDIS nat. 1045. nupta 1059. † 1062 maritus

*XV)* RUDOLFUS Comes Rhinfeld. Dux Suev. & Alſ. 1057. Anticæſ. 1077. † 1080.

AGNES, nupta *Bertholdo II.* Duci Zæring. Stautenſium æmulo.

ERENFRIDUS Comes Pal. Uxor Mathildis, Ottonis III. Imp. ſoror.

*XIII)* OTTO II. Dux Suev. & Alſ. 1045. † 1047.

## II. DYNASTIA

FRIDERICUS de *Buren*, ex S Ux. *Hildegardis*, Eccleſiæ S. Fidi

OTTO Epiſc. Argent. 1084. † 1100.

*XVI)* FRIDERICUS I. de *Hohenſtaufien*, Dux S & Alſatiæ 1080. † 1105. Ux. *Agnes*, Henrici IV. filia.

*XVII)* FRIDERICUS II. cognom. Luſcus ſ. Cocles, nat. 1090. Dux Suev. & Alſ. 1105. † 1147. Ux. Juditha, filia Henrici Nigri, Duc. Bav. † 1126.

CONRADU electus filia Ber

*XVII)* FRIDERICUS III. Dux Suev. & Alſ. 1147. Imperator hujus nom. primus 1152. † 1190. Ux. *Beatrix*, Reinaldi III. Comitis Burgund. filia & heres † 1185.

CONRADUS, Com. Pal. Rheni 1156. † 1195. Ux. Irmengardis, Bertholdi Comitis Hennebergi. filia † 1197.

HEINRICU elect. Re Rom. 114 † 1150.

HENRICUS VI. Imp. 1190. Rex Siciliæ 1189. † 1197. Ux. Conſtantia, Rogerii II. Regis Sic. filia.

*XX)* FRIDERICUS V. Dux Sueviæ & Alſat. 1167. † 1191.

OTTO Comes Palat. Burg. 1167. † 1191.

*XXI)* CON Dux Fran Sueviæ & † 1196.

*XXIII)* FRIDERICUS VI, Imp. hujus nom. fecund. nat. 1194. Rex Sicil. 1197. Dux Sueviæ & Alſatiæ 1208. Rex Germ. 1212. † 1250. Ux. Conſtantia, Alfonſi II. Regis Arrag. filia, vidua Emerici Reg. Hungar. † 1222. dein Iſabella, Johannis de Brienne R. Hierosol. filia 1225. † 1228.

BEATRIX Ferdina Regis † 1234

1.

*XXIV)* HENRICUS II. nat. 1213. Dux Suev. & Alſ. 1219. Rex Rom. 1220. depoſitus 1235. † 1242. Ux. Margaretha, Leopoldi Glor. Ducis Auſtr. filia 1225. † 1237.

FRIDERICUS, Dux Auſtriæ ab avo deſignatus 1250. † 1251.

2.

*XXV)* CONRADUS IV. nat. 1228. Dux Sue 1235. Rex Rom. 1237. † 1254. Ux. Elisabeth Illuſtr. Ducis Bav. filia 1246. † 1270.

*XXVI)* CONRADUS V. Italo *Conradi* Dux Sueviæ & Alſatiæ poſtremus, de

*Ad Pag. 539.*

# LSATIÆ DUCES.

## ΓΙΑ VAGA.

GERHARDUS Comes Franciæ Orient.

*II)* HERMANNUS I. Dux Suevorum 926. † 949. Uxor Burcardi I. vidua.

Udo Comes, cujus filii erant fec. *Excardum.*

IDA, cujus maritus erat
) LUDOLFUS, Ottonis I. Imp. fil. Dux Sueviæ
= Alfatiæ 949. abdicans Ducatus hos 954. † 957.

Udo Dux Franciæ † 982.

*VI)* CONRADUS I. Dux Sueviæ & Alfat. 982. † 997.

HERIBERTUS Comes † 997.

`O I. nat. 954. Dux Suev. & Alf.
& Bavariæ 976. † 982.

*VII)* HERMANNUS II. Dux Suev. & Alf. 997. Anticæſar 1002. † 1004. Ux. Gerberga Burgund.

GISELA, cujus mariti
*IX)* ERNESTUS, Luitpoldi Marchionis Auſtr. fil. Dux Suev. & Alf. 1012. † 1015. dein *Conradus II. Imp.*

MATHILDIS nupta 1) *Conrado* Carinthiæ Duci † 1012. 2) Friderico Duci Lothar.

1.
MANNUS IV.
ievia 1030.
1038.

2.
*XII)* HENRICUS I. inter Imp. III. Dux Sueviæ & Alfat. 1038.

1.
*XI)* CONRADUS II. Junior, Dux Franciæ Orientalis 1024. Alfat. 1030. Carinthiæ 1034. † 1039.

o.

HENRICUS IV. Imp. nat. 1050. † 1106. Uxor Bertha, filia Ottonis, March. Italiæ † 1088.

ux

HENRICUS V. Imp. nat. 1081. † 1125.

AGNES † 1143. mariti: 1) FRIDERICUS I. Staufenſ. Dux Suev. & Alf. 1080. 2) Leopoldus IV. Marchio Auſtr. 1106.

* * *
HEINRICUS Marchio Schweinfurti, ux. Gerberga.

*XIV)* OTTO III. Dux Suev. & Alf. 1047. † 1057.

# STAUFENSIS.

*

c Sueviæ Comitibus ortus.
dis in Seleſtad. fundatrix 1094.

: Sueviæ
.V. Imp.

LUDOVICUS Comes Palat. † 1103.

WALTERUS 1094.

CONRADUS 1094.

)us III. Imp. nat. 1094. Dux Franconiæ,
s Rex Rom. 1138. † 1152. Ux. Gertrudis,
erengarii Com. de Sulzbach.

:us
lex
47.

*XIX)* FRIDERICUS IV. *Rothenburg.* Dux Sueviæ & Alfatiæ 1155. † 1167. Uxor *Richenza*, Henrici Leonis, Bavariæ & Saxoniæ Ducis, filia † 1221.

)NRADUS III.
inconiæ 1167.
& Alſat. 1191.

*XXII)* PHILIPPUS, Tuſciæ & Terræ Mathild. Dominus, Dux Sueviæ & Alfat. 1196. Imp. 1197. † 1208. Uxor Irene Iſaaci Angeli Imp. CPL. filia † 1208.

IX, uxor
nandi III.
s Caſtiliæ
4.

KUNIGUNDA, ux. Wenceslai III. Reg. Bohemiæ.

MARIA, ux. Henrici II. Ducis Lotharingiæ & Brabant. † 1039.

BEATRIX, ux. Ottonis IV. Imp. † 1213.

Filii nothi, 1. Encius, Rex Sardiniæ † 1272.
ev. & Alfat. 2. Manfredus, Rex Siciliæ 1258. † 1265.
ha, Ottonis 3. Fridericus de Antiochia † 1249.

*linus* nat. 1252. Rex Hierosol. & Siciliæ,
ecollatus Neapoli 1268. d. 29. Oct.

# *CAP. VI.*

# DUCES ALSATIÆ.

## §. CLXXI.

POſtquam Alſaticas Auguſtarum Europæ Gentium, extinctarum & ſuperſtitum, origines earumque nexum deſcripſi, ordo rerum, ſupra (*a*) mihi conſtitutus, jam poſtulat, ut Cæſareos Alſatiæ Rectores exponam, à Ducibus facturus initium; quos Advocati Provinciales ſequentur. Tractationis ratio.

Alemanniæ Duces enarrati ſunt multis. (*b*) Ab aliis ergo jam dicta ne repetam, ea præcipue notaturus ſum, quæ Alſatiam ſpecialius reſpiciunt, chartæque Alſaticæ, exteris ignotæ, ſuppeditant.

Duas Sueviæ & Alſatiæ Ducum, ſub Germanica Periodo, Dynaſtias, ut ſub Landgraviis, reperio, *vagam* nempe & *fixam*. Prior varios ex variis Germaniæ gentibus quindecim numero; poſterior Hohenſtaufios undecim nobis Duces ſuppeditat. Illa centum & ſexaginta quatuor, hæc centum & octoginta octo annorum Dynaſtia Ducalis fuit. Conradinus, Ducum poſtremus, & cum eo ipſe Ducatus An. MCCLXVIII. interiit. Alſatia ſine Duce, Imperatori ſine medio parens, immediata, ut vocant, tum devenit Provincia, cujus Status libere ſuis juribus gavisi ſunt; majoribus identidem libertatibus donandi; donec ſub Advocatis provincialibus ad ſummum libertatis gradum perveniſſent; dum interea, apud alios Germaniæ populos, Ducum poteſtas indies creſceret.

### *I. DYNASTIA VAGA.*

## §. CLXXII.

### Burchardus.

Primus primæ Dynaſtiæ Dux Sueviæ & Alſatiæ fuit Burchardus, Conradi I. Germaniæ Regis, beneficio An. DCCCCXVI. conſtitutus; à Burchardo Cameræ nuntio, qui An. DCCCCXI. occiſus eſt, quemque Hermannus Contractus impropriè *Ducem Alemanniæ* vocat, diverſus. Ekkehardus Junior (*c*) inquit: "Rex primo colloquium „ publicum Mogontiæ, poſtea generale edixit Concilium, ubi tribus illis lege abju„ ratis & proſcriptis, prædiisque eorum in fiſcum redactis, Majeſtatis reis capita „ damnata ſunt . . . . Sueviæ Principum aſſenſu ſtatuitur Alemannis Dux primus „ Burkhardus, gentis illius nobiliſſimus, & virtutum dote probatiſſimus: cui & prædia „ damnatorum confiſcata in beneficium ſunt tradita &c. Ducatus inſtaurati tempus.

Factum hoc eſſe An. DCCCCXVI. id eſt, eodem tempore, quo Erchangerus, Bertholdus & Luitfridus, Nuntii Cameræ, damnati ſunt, ab ipſo Burchardo Duce Regis juſſu capite plectendi, ex eodem Ekkehardo elucet; cum quo Chronici Brevis San-Gallenſis auctor & Hepidannus Monachus conſentiunt; Nuntiorum Cameræ abrogationem ad An. DCCCCXVI. referentes. Nec Hermannus Contractus (*d*) refragatur, qui Nuntios hos XII. Cal. Febr. An. DCCCCXVII. decollatos eſſe ſcribit, poſtquam Synodi Altheimenſis, ubi omnia peracta, ad annum præcedentem mentionem feciſſet. Burchardus ergo creatus eſt Sueviæ Dux, antequam Nuntii hi mortem ſubirent. Unde à recepta juniorum opinione, quæ Ducatus Alemanniæ renovati initium ad An. DCCCCXVII. vel ſerius (*e*) ponit, recedimus facile.

## §. CLXXIII.

Alſatiam autem Burchardo quoque ſubjectam fuiſſe cur dubitaremus, quæ à prima origine & inſequenti quoque tempore Alemanniæ ſemper fere fuit conjuncta. Burchardi Ducis res geſtæ.



(*a*) Pag. 496. §. LXXII.

(*b*) Mart. Crusius in *Annalibus Suevicis*; Oberthus in *Prodr.* Cap. X. Pfeffinger *ad Vitriar.* Tom. II. pag. 307. Hertzenstein in Diſſert. *de Ducatu Sueviæ* Cap. IV.

(*c*) Goldasti *Scriptor. Rer. Alemannic.* Tom. I. Part. I. pag. 18.

(*d*) Pistorii *Scriptor. Rerum Germ.* Tom. I. pag. 256.

(*e*) Kopniostovius *Chron. Alſat.* pag. 429. An. DCCCXX. ponit.

Brevi poſt dignitatem acceptam rebellibus contra Conradum Regem Germ. ſe junxit Burchardus. (*f*) Henricus Auceps, Conradi ſucceſſor, poſt electionem, Fritzlariæ factam, cum omni comitatu ſuo ad pugnandum contra Burchardum, Alemanniæ Ducem, perrexit. At Burchardus ſemet ipſum cum univerſis urbibus & populo ſuo Regi ſubmiſit. (*g*)

Hepidannus & *Fraternitatum Alamannicæ Eccleſiæ* auctor, (*h*) Burchardi mortem in An. DCCCCXXV. ponunt. Chronicon S. Galli coætaneum, Reginonis Continuator & Hermannus Contr. referunt eam in annum ſequentem. (*i*)

Paulo ante inter Waldkirchenſes ac Ettonianum Monaſterium, in Argentinenſis Eccleſiæ diœceſi & territorio ſitum, litem compoſuit. Waldkirchenſes enim cum vidiſſent, " quod illorum terreſtris Dominus Burchardus valde ſublevatus eſt per " potentiam hujus mundi, in Ettonis territorium ac S. Mariæ (Argentinenſis) hære- " ditatem " irruerunt. Transactio denique ſignata An. DCCCCXXVI. conſentiente *Reginlinda*, (*l*) Burchardi uxore.

## §. CLXXIV.

### Hermannus I.

Hermanni origo.

Ex Franciæ Orientalis Comitum ſtirpe Hermannum hunc prodiiſſe, Regino (*m*) indicare videtur: " Franci inquit, in confinio Bajariæ & Franciæ cum Hungaris " congreſſi miſerabiliter aut victi aut fugati ſunt. In quo prœlio Gebehardus Comes " interiit, relictis duobus filiis ſuis, Udone & Herimanno, adhuc pueris, qui poſtea " clari & nobiles in Francia extiterunt. " Hermannus, Alemanniæ Dux, fratrem Udonem, fidum ac ſtrenuum rerum à ſe geſtarum ſocium, habuit, Luitprando (*n*) teſte. Albericus autem ad An. DCCCCXLIV. ait, Hermannum iſtum, fratremque ejus *Udonem Everhardo* (fratri Conradi I. Regis) *affinitatis linea* junctos fuiſſe. Unde Gebhardo, Franciæ Comiti, Conradi Regis patruo, Hermannum adſcribi poſſe filium colligimus. (*o*) Henricus Auceps, Conradi I. commendatione ad ſolium promotus, agnatos ejus, Franciæ Comites, ſummis regni dignitatibus admovit, eamque ob cauſſam Hermanno noſtro, præteritis Burcardi Ducis filiis, Alemanniæ Ducatum contulit. (*p*) Hermannus tamen ſuperſtitem Burcardi viduam matrimonio ſibi copulavit.

## §. CLXXV.

Res geſtæ.

Ex quatuor Ducibus, qui Ottonis I. Regis inaugurationi Aquisgrani interfuerunt, Archiofficialium muneribus functi, (*q*) ſolus fere Hermannus in fide perſtitit; ita quidem, ut ipſius, & Udonis fratris ope potentiſſimos Principes, Giſelbertum & Eberhardum, ceterosque ſeditioſos An. DCCCCXXXIX. oppreſſerit Cæſar. (*r*) Briſacum, Alſatiæ tum caſtellum, (*s*) quod Eberhardi milites tenebant, Rex ipſe obſedit, Hermanni, Alſatiæ Ducis, copiis ſine dubio adjutus, dum Moguntinus Præſul

(*f*) Chron. S. Galli ad An. DCCCCXVI. Hermannus Contr. ad An. DCCCCXVIII. ea commemorat. Regino Lib. II. An. DCCCCXIX. rebelles victos exponit.

(*g*) Ita Witichindus *Annal. Sax.* Lib. I. edit. Meibom. pag. 637. Burchardum Wormatiæ, præſente cum aliis Richvino, Argent. Epiſcopo, fidem & obſequium Henrico Saxoni promiſiſſe, inter alia ſcribit Hartmannus *Annal. Einſidl.* pag. 34.

(*h*) Addit hic Indict. XIV. & II. Idus Novembr. At Indictio iſta in An. DCCCCXXVI. cadit. Goldastus *Rer. Alemann.* Tom. II. Part. II. pag. 142. & edit. Senckenberg. pag. 153.

(*i*) Chronicon S. Galli ita: " An. DCCCCXXVI. " Burchardus in Italia fugiens Longobardos, de " equo lapſus, brevi momento vitam finivit, quarto " poſt die, i. e. VI. Nonar. Maii, feria II.

(*l*) Ita Guillimannus *de Epiſcopis Argent.* pag. 138. nomen ejus exprimit. Reginonis Continuator *Wiſlam* appellat. Burchardum Comitibus Morienaviæ, non Ducibus Alemanniæ, annumeravit Herbergotus Tom. II. num. 122. ubi chartam hujus tranſactionis exhibet, qua Burchardi uxor *Reguilindis* nominatur.

(*m*) Ad An. DCCCCX.

(*n*) *Hiſtor.* Lib. IV. Cap. X. & XVI.

(*o*) Koeler *de Familia Aug. Francon.* Tab. I.

(*p*) Regino, Hermannus Contr. ad An. DCCCCXXVI.

(*q*) Witichindus Lib. II. pag. 643. edit. Meibom. ubi: " *Ducet adminiſtrabant . . . . .* " *Eberhardus* (Franconiæ Dux) *menſæ præerat:* " *Herimannus Franco* (Dux Alemanniæ) *Pincernis &c.*

(*r*) Luitprand. Lib. IV. Cap. X. ubi: " Habuerat Rex nonnullas maximas & fortiſſimas " copias & earum Duces, *Hermannum* ſcilicet " *Suevorum Ducem*, fratremque ejus Udonem, " atque Conradum, cognomine Sapientem; qui " quanquam affinitatis linea Everhardo jungerentur, " maluerunt tamen juſte, ſi neceſſitas incubuiſſet, " juſto cum Rege occumbere, quam cum confan- " guineo injuſte triumphare. " Regino, Hermannus Contractus, aliique gloriam hanc Udoni & Conrado adſcribunt.

(*s*) Conf. Tom. I. pag. 678.

Præful & Ruthardus, Argent. Epiſcopus, à partibus perduellium ſtarent. (*t*) Otto Rhætiæ Comitatum Hermanno dediſſe videtur. Poſſederat illum An. DCCCCXLVIII. ipſo Rege teſtante, qui ſuggeſtione filii Liutolfi ac Herimanni Ducis quasdam res juris ſui, *in Comitatu ejuſdem Ducis Herimanni Rhætia*, Meginrades-Cellæ conceſſit in proprium. (*u*)

REGINONIS CONTINUATOR ad An. DCCCCXLIX. ait: *Herimannus Dux, inter ſuos ſapientiſſimus & prudentiſſimus, obiit IV. Idus Decembris.* Eidem anno reliqui, præter Hermannum Contr. qui An. DCCCCXLVIII. ponit, veteres Annaliſtæ omnes Hermanni Ducis obitum adſcribunt.

## §. CLXXVI.

### LUDOLFUS.

Ludolfi ſucceſſio.

Ottonis I. ex Edgida, Angliæ Principe, filius natu major fuit Ludolfus; cui decimum ſeptum ætatis annum agenti, biennio ante Hermanni Ducis noſtri exceſſum, & in Germaniæ Regno ſucceſſionem, annuente Principum ſenatu, (*x*) & Ducatum Alemanniæ deſtinaverat pater. Ducatus hic ut Ludolfo traderetur, Hermannus ipſe, maſcula deſtitutus prole, Ottonem rogaverat, *Idam*, filiam ſuam, eidem collocaturus in matrimonium. (*y*) Ludolfus ergo in Ducatu, beneficio patris, & in bonis defuncti Ducis allodialibus, quæ ampliſſima erant, matrimonii pacto ſucceſſit. Inveſtituram Ducatus An. DCCCCL. accepit Wormatiæ, poſt feſtum purificationis, quod Francofurti celebraverat Otto. (*z*) Alſatiam cum Alemannia eum rexiſſe, charta donationis Eccleſiæ Argent. in marca Dubincheim An. DCCCCLI. factæ, indicat, quippe quæ data in *Civitate Argentina, regnante Ottone Magno, XVI. anno regni ejus, Utone Præſule*, LUTOLFO DUCE, *Hugone Comite, Hartwigo Advocato.* (*a*)

## §. CLXXVII.

Ludolfi res geſtæ.

Virtutes, quas Ludolfo tribuunt ſcriptores, ſeditioſis ille in patrem conſiliis fœdavit. Henricus, Bavariæ Dux, Ottonis M. frater, expeditionis Italicæ, quam Ludolfus juſſu parentis adverſus Berengarium ſuſceperat, eluſit ſucceſſus. (*b*) Henrico itaque patruo infenſus in ipſum denique patrem conſpiravit, nuptiis ejus cum Adelheide, Regina Italiæ, exacerbatus. Partes ejus Archiepiſcopus Moguntinus, tresque filii Arnulphi Mali, Bavariæ olim Ducis, ut & Conradus, Lotharingiæ Dux, Ludolfi affinis, ſecuti ſunt. Alemanniæ & Alſatiæ caſtella contra Regem munita, Moguntinus Briſaci ætatem transegit; (*c*) Moguntiam Conradus, Ducatu ſuo mulctatus, adverſus Regem defendit. Ludolfus anno ſequenti Henricum patruum ejecit Bavaria, (*d*) quam paulo poſt patri, in gratiam cum eo rediens, una cum Alemanniæ Alſatiæque Ducatibus reſtituit, in his ſucceſſorem habiturus Burchardum.

## §. CLXXVIII.

### BURCHARDUS II.

Burch. II. origo & ſucceſſio.

Sunt, qui Burchardum II. Burchardi I. Alemanniæ Ducis, & Reginlindæ filium reputant; quod Otto M. Turgoviæ Comitatum, ad Burchardum I. olim ſpectantem, Burchardo quoque huic adſcripſit, (*e*) quodque Waldkirchenſe Briſgoviæ Monaſterium in ejusd. patrimonio ſuit, Ottoni III. Imp. *cum conſtabili ſua Hadewigis conſenſu ab eodem ſtrenuiſſimo Duce Alemannorum* (*f*) dein traditum. Burchardum ante Ludolfi mortem,

Yyy 2

(*t*) Idem LUITPRANDUS Cap. XIV. ſqq.

(*u*) HARTMANN. *Annal. Heremi* pag. 48. & STUMPF. *Chron. Helvet.* Lib. IV. Error in notas chronologicas Diplomatis apud Hartmannum irrepſit. Pro Ind. XIV. legendum, Ind. XII. Malim indictionem corrigere, quam æram Chriſti, cui duo anni eſſent addendi, quod Hermannus An. DCCCCL. jam obierat. HERRGOTTUS in *Geneal. Habsb.* Tom. II. num. 129. annum, non indictionem, mutavit.

(*x*) WITICHINDUS *Annal.* Lib. III. ab initio. HROSWITHA *de geſtis Ottonum*, apud MEIBOM. Tom. I. pag. 719. DITMARUS *Chron.* Lib. II. apud LEIBNIT. *Rer. Brunſw.* Tom. I. pag. 331.

(*y*) LUITPRANDUS *Hiſtor.* Lib. V. Cap. I.

(*z*) REGINONIS CONTIN. & CHRONOGRAPHUS SAXO ad An. DCCCCL.

(*a*) Lib. Sal. Capituli maj. Argent.

(*b*) REGINON. CONTIN. ad An. DCCCCLI.

(*c*) Ibid. ad An. DCCCCLIII.

(*d*) FRODOARDUS ad An. DCCCCLIV.

(*e*) In Diplomate An. DCCCCLIX. pro Meginrades-Cella, ubi res quasdam juris ſui in *Ducatu Alemannico*, in *Comitatu Burckardi Ducis, Turgowe nuncupato*, huic Cœnobio donaſſe ſe ſcribit. Vid. HERRG. *Geneal. Habsb.* Tom. II. num. 134.

(*f*) Verba ſunt ipſius Ottonis III. in Diplomate An. DCCCCXCIV. poſt Burchardi obitum dato, ibid. num. 149. pag. 92.

mortem, quæ An. DCCCCLVII. secuta est, (*g*) Sueviæ Ducatum accepisse, Witichindus, synchronus scriptor, & Annalista Saxo (*h*) nobis persuadent. Chartæ S. Galli, (*i*) quæ sine dubio in fine corrupta, si assentias, Burchardus jam An. DCCCCL. Dux Alemanniæ fuisset. An. DCCCCLXV. Adelberto, ejusque sociis, regnum Longobardicum invadentibus, magnam intulit stragem. (*l*)

## §. CLXXIX.

Uxores. Nupta Burchardo fuerat *Luitgardis*, S. Udalrici, Episcopi Augustani, soror; unde frequens Burchardi Ducis in hujus Udalrici vita fit mentio. (*m*) Post Luitgardim *Hadwigem* uxorem duxit, de qua Ekkehardus Jun. (*n*) plura refert, quamque dilectam suam consanguineam Otto III. Imp. vocat. (*o*) Erat nempe Henrici I. Bavariæ Ducis, filia, Ottonis M. Imp. ex fratre neptis; unde Burchardus apud Cæsarem gratiosus. Intercedente eo & Hadwige Conjuge, Sueviæ Cœnobia, Sangallense præfertim ac Einsidlense, Ottones beneficiis ornarunt. Decessit Burchardus An. DCCCCLXXIII. (*p*) qui etiam Ottoni M. fatalis. Præcipua in rebus Suevicis auctoritas penes Hadwigem viduam remansit. (*q*)

## §. CLXXX.

### Otto I.

Otto I. Ludolfi filius. Novemdecim annorum juvenis, Otto, (*r*) Ludolfi, Alemanniæ & Alsatiæ Ducis, filius, adeoque Ottonis II. Imp. ex fratre nepos, successit. (*s*) Hunc dilectum fratruelem, (*t*) imo *fratrem* & *nepotem*, (*u*) ac *æquivocum* (*x*) suum Otto II. frequentius appellat; cujus chartæ insuper docent, eidem Ottoni Duci Rhætiæ Comitatum quoque fuisse subjectum. (*y*) Quin & Bavariæ Ducatum denique Suevico junxit; postquam Henrico Rixoso An. DCCCCLXXVI. fuit ademtus. (*z*) Otto II. Imp. ad petitionem fratruelis sui, Ottonis, *Alamannorum & Bawariorum Ducis*, proprietatis suæ villam Aschaffa Collegio S. Petri in Aschaffenburg An. DCCCCLXXX. donavit. (*a*) Bella, ob Bavariæ Ducatum nata Ottoni, Biographus Udalrici, Episcopi Augustani, exponit. (*b*) Clades à Saracenis & Græcis apud Calabros sub Ottone II. Imp. Germanis illata, Ottoni quoque Duci nostro, secundum nonnullos, (*c*) fuit fatalis. Evasisse enim tamen cum Ottone Imp. brevique post defunctum, Ditmarus Merseburgensis aliique (*d*) commemorant.

## §. CLXXXI.

---

(*g*) Hermannus Contr. ad h. a. " Luitolphus „ Dux commissa pugna Adalpertum vicit, cunctisque „ sibi una cum regno Italiæ subjugatis, ipse eodem „ anno apud Plumbiam immaturo obitu vita decessit, „ & magno multorum luctu Mogontiæ sepultus est, „ Ottone filio adhuc parvulo superstite relicto. Et „ Burghardus Alamanniæ Ducatum accepit. „ Ap. Canis. *Lect. antiq.* Tom. III. pag. 260.

(*h*) Qui ad An. DCCCCLV. ita: " Ludolfus „ vasallos, quos habuit, & Ducatum patri reddidit: „ cui Burchardus in Ducatu successit.

(*i*) Data A. XIV. Regis Ottonis, *Duce Purchardo*, Peringario Comite. Herrgott. loco cit. num. 130.

(*l*) Regin. Contin. & Hermannus Contr. ad h. annum.

(*m*) Bollandi *Acta Sanctor.* ad d. IV. Jul. pag. 122. edit. Venet.

(*n*) *De Casibus Monasterii S. Galli* Cap. X.

(*o*) In Privileg. Wormat. An. DCCCCXC. apud Herrg. loco cit. num. 148.

(*p*) Necrolog. Fuld. ap. Leibnit. *Scriptor. Rer. Brunsvic.* Tom. III. pag. 764. & Hermannus Contr. ad An. DCCCCLXXIII. ubi: " Burghardus „ etiam Dux Alamanniæ defunctus, Augiæque in „ Capella S. Erasmi conditus est: & Otto filius Lui„ tolfi paternum pro eo Ducatum recepit. Canis. *Lect. antiq.* Tom. III. pag. 261.

(*q*) Borhmius in Diss. *de Hadwige Suevorum Duce, Vitaria Impesii*, 4to. Lipsiæ MDCCLIV.

(*r*) Reginonis Contin. ad An. DCCCCLIV. diem ejus ponit natalem.

(*s*) Hermannus Contr. ad An. DCCCCLXXIII.

(*t*) Hundii *Metropolis Salisburg.* Tom. I. pag. 240. num. 4.

(*u*) Ibid. Tom. III. pag. 273. in Privilegio Tegernseensi, An. DCCCCLXXIX. *Brunonis* dato.

(*x*) Diplomata pro Meginradi Cella An. DCCCCLXXV. & LXXIX. apud Hartmann. *Annal. Eremi Deiparæ* pag. 85. 86. 89.

(*y*) Ap. Hartmann. loco cit. pag. 89. ubi: " per suggestionem & interventum nepotis nostri „ & æquivoci Ottonis, Allamannorum Ducis, quas„ dam res juris nostri in Comitatu ejus Ducis Otho„ nis Rhetia &c.

(*z*) Lambertus Schafnaburg. pag. 315. apud Pistorium Tom. I. Anonymus Herveld. ad An. DCCCCLXXVI. apud Schardium *Rer. Germ.* Tom. I. pag. 376.

(*a*) Gudeni *Cod. Diplom. Moguntt.* Tom. I. num. 7.

(*b*) Cap. XII. §. LXXXVIII. In *Act. Sanctor.* mensis Julii Tom. II. ad d. IV. pag. 123. edit. Venet.

(*c*) Lambert. Schafnaburg. & Monach. Herveld. ad An. DCCCCLXXXII.

(*d*) Auctor *vitæ S. Udalrici* loco cit. Ottonem ad *Luggum* defunctum, & à suis cis Alpes ad Aschaffenburg usque perductum esse, refert.

## §. CLXXXI.

### Conradus I.

Defuncto Ottone, Suevia Conradum nacta eſt Ducem. (*e*) Hic *Alemannorum & Alſaciorum*, ſeu *Alſaciorum & Alemannorum Ducis* titulo primus in documentis diſtinctim ornatur. Otto III. Imp. rogante Conrado, *Alemannorum & Alſaciorum Duce glorioſo*, Murbacenſis Abbatiæ jura & poſſeſſiones An. DCCCCLXXXVIII. firmavit. (*f*) Idem quinquennio poſt rogatu fratris ſui Heinrici Ducis & *Cunradi*, *Alſaciorum & Alemannorum Ducis atque nepotis*, Selzenſi monaſterio jus monetæ conceſſit. Alſaciorum Dux.

*Nepotis* vocabulum tribuitur Conrado, quod patruelis erat Idæ, Hermanni I. Alemanniæ Ducis, filiæ, quæ Ludolfo, Ottonis III. patruo, nupſerat. (*g*) Heribertum Comitem, Conradi, *Suevorum Ducloris egregii*, fratrem, Ditmarus (*h*) prodit, at reticet Comitatum. Archicamerarii munus apud Ottonem III. egit Conradus. Hac de re Ditmarus: (*i*) "Celebrata proxima paſchalis ſolennitas in Quidilingeburg „ à Rege, ubi IV. miniſtrabant Duces, Henricus ad menſam, *Conradus ad Cameram*, „ Hecil ad Cellarium, Bernhardus equis præfuit.

An. DCCCCXCVII. deceſſit Conradus una cum fratre; ut Ditmarus quoque teſtis eſt.

## §. CLXXXII.

### Hermannus II.

Conrado Hermannus ex fratre nepos, Eccardiano ſi ſtemmati fides, ſucceſſit. Uxor ejus fuit Burgundiæ Regis filia & Adelheidis Imperatricis ex fratre neptis, *Gerberga*. (*l*) Ex matrimonio hoc prodiit *Giſela*, Conradi Salici Imp. uxor. Poſt Ottonis III. deceſſum, An. MII. maxima pars Procerum Hermannum hunc Regem Germaniæ elegit; (*m*) ſed Henricus denique ſecundus prævaluit. A Ditmaro (*n*) *Alemannia & Alſatiæ Dux*, *timoratus & humilis*; ab Adelboldo (*o*) *potentiſſimus & in cæteris prudens*, *duraque mentis ac protervæ cervicis homo* appellatur. Vivo Ottone III. Imp. ea, quæ Selzenſi monaſterio Adelheidis donaverat, hereditario jure ad ſe pertinere & occupare Hermannus pertendit. (*p*) Alſatiæ Dux.

## §. CLXXXIII.

Major Argentorato vis illata, quum Henricus II. Moguntia, ubi coronam Germaniæ ſuſceperat, redux in Alemanniam irruiſſet; ad reverentiam ſui compulſurus Hermannum. Tum enim Sueviæ Dux Argentoratum, cum Epiſcopo ſuo deditam Regi, adortus, fractis civitatis muris, omnia rapuit, templumque Epiſcopale incendit. (*q*) Alſatæ ceteri una cum Suevis & nonnullis Francorum adhæſerant Hermanno; qui tamen re improſpere geſta, de ſalute denique ſua ſollicitus, regiæ ſe ſubmiſit clementiæ; non Argentinæ vallatur.



(*e*) Hermannus Contr. ad An. DCCCCLXXXII. "Otto Dux Suevorum & Noricorum obiit, & poſt „ eum Conradus Dux Alamanniæ factus eſt, Heinri- „ cusque Ducatum Bajoariæ recepit. „ Ap. Canis. *Lect. Antiq.* Tom. III. pag. 261.

(*f*) Eccardus *Orig. Habisburg. Auſtr.* pag. 123. num. 10.

(*g*) Stemma Franconiæ Comitum ibid. Lib. II. Cap. I. pag. 74.

(*h*) *Chron.* Lib. IV. pag. 360. edit. Leibnit.

(*i*) Ibid. pag. 349.

(*l*) Odilo in *vita Adelheidis Imp.* Lib. II. apud Leibnitium *Rer. Brunſvic.* Tom. I. pag. 269. Wippo *in vita Conradi Salici*, apud Pistor. Tom. III.

(*m*) Ditmarus Lib. IV. pag. 359. edit. Leibnit.

(*n*) Initio Libri V. pag. 365. Hermannus Dux Ditmari conſobrinus fuit, vel matris ejus avunculi filius, ut ibidem pag. 370. ſcribitur. Hic autem Sigfridum, Stadenſem Saxoniæ Comitem, & Cunigundam parentes habuit. *Vita Ditmari* loco cit. pag. 427.

(*o*) *Vita Henrici S. Imp.* §. V. VIII. apud eundem Leibnitium, Tom. I. pag. 432.

(*p*) Odilo in *vita Adelheidis Imp.* loc. alleg.

(*q*) Hepidannus *Annal.* An. MVIII. rectius MIII. ita: "Heremannus, *Dux Alamannie & Al-* „ *ſatie*, regnum forte dividere & parti aſpirare „ temptabat; ſed intecto negocio ultionem conatus „ in eos, qui in *Straspurch* cum Rege ſenſerant „ adverſus ſe, irrupit civitatem & in direptionem „ dedit, peſſimo quoque exemplo ſacra profanavit, „ mox à Rege ſubjugatus &c.

non levem priſtinæ apud Suevos & Alſatas poteſtatis diminutionem expertus. Gerhardo I. Egisheimenſi Comiti, Comitatus quidam Alemanniæ, quem Hermannus poſſederat, à Rege adſcriptus eſt. (*r*) Quin & damna, Cathedrali Argentinenſium Eccleſiæ illata, Hermannus reparare juſſus; (*s*) An. MIV. extinctus. (*t*)

## §. CLXXXIV.

### Hermannus III.

Hermanno patri cognominis filius, puer, (*u*) Henrici II. Imp. beneficio, cujus per matrem ſuam conſobrinus erat, in Alemanniæ & Alſatiæ Ducatibus ſucceſſit. Cæſar, Turicum, inde Argentoratum delatus, Suevos & Alſatas, pacem ut inter ſe colerent, præſens hortatus eſt. (*x*) *Mediantibus Principibus, Hermanno Duce*, Erneſto Palatino &c. San-Stephaniani Argentinenſis monaſterii gubernationem ab Imperatore ſe accepiſſe Wernherus, Epiſcopus Argent. An. MV. in charta profitetur. (*y*) Octavo regiminis ſui anno Hermannus deceſſit. Ita Hermannus Contr. (*z*) Necrologium Fuldense & Ditmarus; (*a*) diſſentiente Hepidanno, qui ad An. MXVIII. ejus obitum refert.

## §. CLXXXV.

### Ernestus. I.

Hermanni III. affinis fuit Erneſtus, Giſelæ, ſororis ejus, maritus, (*b*) Luitpoldi, primi Auſtriæ Marchionis, filius, (*c*) ac Popponis, Treverenſis Archiepiſcopi, frater. (*d*) Alemanniæ & Alſatiæ Ducatus vix per triennium gubernavit, lethali vulnere, quod inprudentia Adalberti vel Adalberonis cujusdam militis in venatione acceperat, II. Cal. Junii An. MXV. extinctus. (*e*) Giſela, quæ paulo poſt Conrado Salico, futuro Imperatori, nupſit, duos ipſi filios, in Ducatu ſucceſſores, Erneſtum II. ſcilicet atque Hermannum IV. peperit.

## §. CLXXXVI.

### Ernestus II.

Erneſti II. ſeditio.

Erneſti I. filius, minor ætate, Giſelæ primum, matris ſuæ, (*f*) dein patrui Popponis, Archiepiſcopi Trevir. (*g*) tutelæ commendatus fuit. Ex relatu Wipponis Erneſtus II. ante Conradi II. electionem An. MXXIV. Ducatum non ipſe adminiſtravit. At regimen ingreſſus, novi Imperatoris privignus, ſeditioſa quæque moliri & in ipſum vitricum, una cum Franconiæ & Lotharingiæ Ducibus, quorum ille Cæſaris patruelis erat, conſpirare cœpit. Reſtinctum quidem tum, quod imminebat, bellum civile, cura potiſſimum Auguſtæ, matris Erneſti, quæ maritum eo perduxit, ut non culpam modo ignoſceret privigno, ſed beneficiis quoque ornaret eundem. (*h*) Cum autem Conradus An. MXXVII. apud Italos ageret, Erneſtus, inde redux, Cæſaris in Alſatia fidelibus, Hugoni præſertim Comiti, Conradi II. cognato, (*i*) arma intulit, nonnullaque caſtella diruit. Burgundiam inde, hacque per Rudolfum III. Regem ejectus, opulenta quædam Alemanniæ monaſteria invaſit. Sed pace denique per Italiam firmata, cum in Sueviam Cæſar rediiſſet, Nobiles, qui Erneſtum juverant, libertatem ſuam ſervaturi ac opes, deſeruerunt Ducem.

§. CLXXXVII.

(*r*) Vid. ſupra pag. 492. §. LXIII.

(*s*) Ditmarus Lib. V. pag. 369. & 371. Adelboldus loco cit. pag. 434. ubi Hermannum eo pacto in gratiam Regis receptum ſcribit, " ut Ar-" gentinenſis Eccleſia ad priſtinum ſtatum ex detri-" mentis ſuis per illum reformetur. Quod ille non " renuit, ſed juſſu & conſultu Regis, dictæ Eccle-" ſiæ Abbatiam S. Stephani in recompenſationem " detrimenti à ſe illati tradidit.

(*t*) Solum Necrologium Fuld. annum MIII. IV. Non. Maji habet Tomo III. *Scriptor. Brunſvic.* Leibnitii pag. 766.

(*u*) Vix ſeptennium Ducatui Suevico Hermannus II. præfuit, hocque intervallo tres filias, filiumque procreavit Hermannum. Teſtis eſt Herm. Contr. ad An. DCCCCXCVII.

(*x*) Adelbolous in *Vita Henrici Sancti* §. XLII. ap. Leibnit. Tom. I. pag. 440.

(*y*) Herrg. Tom. II. num. 161.

(*z*) Ad An. MXII. ap. Canis. *Lect. antiq.* Tom. III. pag. 263.

(*a*) *Chron.* Lib. VI. pag. 395. ap. Leibnit. ubi: *Conradus & Hermannus puer, Ducet egregii, obierunt.* Conradus Dux Carinthiæ fuerat.

(*b*) Herm. Contr. loco cit. ita: " Herimannus " Alamannie (Dux) defunctus Ernuſtum, ſororis " ſuæ Giſelæ maritum, ſucceſſorem accepit.

(*c*) Ditmarus Lib. VII. pag. 404.

(*d*) Wippo in *vita Conradi Sal.* ap. Pistor. Tom. III. pag. 462. Ditmarus pag. 306.

(*e*) Ditmarus, Herm. Contr. Necrologium Fuld. Annales Hildesh. ad An. MXV.

(*f*) Ditmar. Lib. VII. pag. 404.

(*g*) Wippo loco cit. Otto Frising. *Chron.* Lib. VI. Cap. XXVIII.

(*h*) Wippo pag. 470.

(*i*) De quo ſupra pag. 479.

## §. CLXXXVII.

Hic itaque Imperatori, Ulmæ Comitia Suevica ob Ernestum celebranti, sine prævia pactione se tradens, in arcem Saxoniæ *Gibichenstein* ductus est. (*l*) Neque tamen suffectus ei alius Alemanniæ Dux, quod puniri, non perire Ernestum Cæsar voluerat. Extat quidem Conradi II. diploma An. MXXIX. (*m*) quod ablatum Ernesto Sueviæ Ducatum, sed compensatum Bavarico, indicare videtur. Postquam enim modum traditionis, qua Weissenburgum in Noricis ab Ernesto acceperat, Conradus recensuisset, *hæc est traditio* (inquit) *Comitis Ernesti*, (*n*) *pro qua, recompensato sibi honore, Ducatum Bajoaricum tradidimus.* At consilium hoc caruisse successu, & Ducum Bavariæ series, & Wippo nobis persuadent. Illa nullum hoc tempore Ducem Ernestum admittit; hic anno sequenti Ernestum, custodia liberatum, Alemanniæ Ducatum recepisse tradit: " An. Dom. MXXX. Imp. Chuonradus apud Ingeln- " heym pascha celebravit. Ibi Ernestus Dux Alemanniæ, à custodia solutus, Ducatum " recepit, eo tenore, ut Wehelonem militem suum, qui multis factionibus regnum " turbaverat, quasi hostem Reip. cum omnibus suis persequeretur. " Pergit dein Wippo: " Quod cum Dux facere nollet, hostis publicus dijudicatus est, & penitus " Ducatu amisso, cum paucis inde recessit. Pœna.

Ernestus nempe, in Alemannia redux, perduellionis iterum reus, à vitrico mox proscriptus est, ne Gisela quidem Imperatrice deprecante pro filio; pauloque post cum Wehelone milite, præcipuo turbarum auctore, ad d. XV. Cal. Sept. à Manegoldo quodam Comite, Cæsari fido, singulari occisus est pugna. Ernesti corpus, Constantiam translatum, sublatis prius per Episcopum diris, in ecclesia Mariana sepultum est. Mors.

## §. CLXXXVIII.

### Conradus II.

Alsatiæ Ducatum, Ernesti proscripti temporibus, vel post ejus mortem, à Suevico distractum ut credamus, Conradi II. Imp. diploma, An. MXXXV. monasterio Surburgensi datum, (*o*) nos inducit; in cujus formula chronologica *Ducatus Conradi* memoratur, haud dubie Alsaticus, quod diploma in Alsatia scriptum est. Ex altera vero parte Ernesto fratri Hermannum in Suevico successisse Ducatu, Wippo nos docet. Quodsi autem Conradi nostri quæramus origines, Dux ille fuit Franciæ orientalis, filius Conradi Ducis, patruelis Conradi II. Imp. ex Mathilde, Giselæ Imperatricis sorore, genitus. Hermannus II. Alemannniæ Dux, ex Gerberga Burgundica præter filiam Hermannum III. in Ducatu successorem, duas filias, Giselam & Mathildem, (*p*) procreavit, quæ defuncti fratris allodiorum in Suevia Alsatiaque heredes fuerunt. Per Giselam uxorem, uti vidimus, Ernestus I. Sueviæ Ducatum accepit. Alsatiæ Ducatus, allodiorum Alsaticorum occasione, Conrado, Duci Franciæ Rhenensis, Alsatico Ducatui contiguæ, commissus esse videtur. Conradus hic cum An. MXXXIX. obiisset improlis, Alsatia cum Sueviæ Ducatu rursus conjuncta est. Hermannus IV. ergo, qui sequitur, Suevicum modo rexit Ducatum. Alsatiæ Ducatus à Suevico separatus.

## §. CLXXXIX.

### Hermannus IV.

Ernesto Hermannus frater, Giselæ quoque Imperatricis filius natu minor, in Sueviæ Ducatu suffectus & Warmanni, Constant. Episcopi, tutelæ commendatus est puer. Warmannus & Ducatum interim administravit, uti sub Ernesto II. Poppo illum administraverat Trevirensis. (*q*) Spem Hermannus de se fecerat egregiam; at in Conradi II. Imp. comitatu V. Cal. Aug. MXXXVIII. in Italia periit; sepultus Tridenti. (*r*)

§. CXC.

(*l*) Wippo loco cit. pag. 474.

(*m*) Falckenstein. *Cod. diplomat. Nordgav.* pag. 22.

(*n*) Comes hic dicitur, qui diplomatis initio *Dux* appellatus erat.

(*o*) Vid. Tom. I. pag. 641.

(*p*) Giselam & Mathildem fuisse sorores, ex Wippone & Anonymo vitæ Adalberonis, Metensis Episcopi, scriptore coætaneo docemur. Ille in *vita Conradi Sal.* ap. Pistor. pag. 428. ita: " Regis " conjunx Gisela . . Mater ejus Kerbirga, filia " Conradi Regis de Burgundia. " Hic ap. Labbeum *Bibliath. Mss.* Tom. I. pag. 674. scribit: " Ex Con- " radi Burgundiæ Regis filia (Gerberga) nata est " Domina Mathildis.

(*q*) Wippo loco cit. pag. 476. sq. Hermannus Contr. ad An. MXXX.

(*r*) Idem Wippo pag. 482. & Contractus ad An. MXXXVIII. Qui in die, annove mortis Hermanni IV. ab his dissentiunt, minoris fidei sunt testes.

## §. CXC.

### Henricus I.

Ducatus Henrici III. Imp.

Filius Conradi II. Imp. & in ſerie Germaniæ Regum Henricus III. à nonnullis inter Alemanniæ Duces refertur; (*t*) ab aliis omittitur. (*s*) Hermanno IV. hunc ſucceſſiſſe Henricum, ſolus ex priſcis ſcriptoribus Hepidannus (*u*) tradit, in eo certe lapſus memoria, quod ad An. MXLIV. id referat, referendum ad An. MXXXVIII. quo Hermannus deceſſit & Conradus II. Imp. adhuc fuit in vivis, Annum ergo ſi in Hepidanno correxeris, Henricus ille Rex admitti poteſt Dux Sueviæ & Alſatiæ, tanto magis, quod alium Hermanni IV. ſucceſſorem nullibi reperimus, donec ſeptennio poſt ejuſdem Hermanni deceſſum Ducatus ille Ottoni collatus.

## §. CXCI.

### Otto II.

Ottonis origo.

Erenfrido ſeu Ezone, Palatino Comite, atque Mathilde parentibus Otto hic natus, ejuſdem Comitatus Palatini factus eſt compos, poſtquam alter filiorum Ludolphi, fratris natu majoris, defunctus eſſet improlis, alter Ducatum obtinuiſſet Bavariæ. Mathildis ſoror Ottonis III. Imp. fuerat; (*x*) Erenfridus autem Arnulphi Mali, Ducis Bavariæ, per Hermannum filium nepos habetur. Palatinatus ille magnæ licet ad Moſellam extenſionis & inſuper hereditarius eſſet, ad Henricum, Ottonis conſobrinum, devolvendus, Suevicum tamen ducatum, ab Henrico III. Imp. ſibi oblatum, præferendum eſſe cenſuit Otto.

Succeſſio in Suevia.

Imperator enim, quem in comprimenda Godefridi, Lotharingiæ Ducis, & Baldewini, Flandriæ Comitis, ſeditione multum adjuverat, "majoris volens dignitatis gloria „ virum extollere, accepta ab eo inſula Switberti atque Duysburg, munificentiæ gratia „ Suevorum ei commiſit Ducatum; (Henrico ejus patrui filio ad Palatii officium „ ſubſtituto) qui traditum, omnium fere mortalium favorabili erga eum habita „ dilectione, glorioſe gubernans, tertio, proh dolor! ejuſdem Ducatus anno VII. Id. „ Sept. immatura morte in Conabs caſtro diem claufit extremum, vir aſpectu venuſtus, „ ſtatura procerus, affatu jucundus. „ (*y*) Confirmat hæc & illuſtrat Hermannus Contr. qui ad An. MXLV. ſcribit. „ "Otto Palatinus Comes, paſchali hebdomada „ Dux Alamanniæ apud Goslare à Rege conſtituitur. „ Idem quoque Ottonem An. MXLVII. quo tertium Ducatus annum agebat, adminiſtrata pie ſtrenueque provincia, mortuum eſſe commemorat.

## §. CXCII.

### Otto III.

Paulo poſt Henricus III. Imp. Saxonia Ulmam ſe contulit, ut Ottonem, Suinfurti marchionem, (*z*) Alemannis præficeret Ducem. (*a*) Heinricum & Gerbergam Marchiones Ottoni huic parentes tribuit Anonymus Saxo. (*b*) Odilo, (*c*) Abbas Cluniacenſis, de Ottone III. Duce hæc tradit: "Accidit, ut Dux Alamannorum Otto „ de Swinvorth, licet juſtitiæ aliarumque virtutum quam plurima exempla ſectaretur, „ tamen infaciatæ cupiditatis facibus accenſus, prædiolum, ſuæ latiſſimæ poſſeſſioni „ contiguum, propriæ ditioni injuſte vendicare eſt aggreſſus. „ Prædium hoc Adelheidis Imperatrix ſervo cuidam ſuo donaverat. Otto noſter decennio Ducatus nondum completo, IV. Kal. Octobr. MLVII. deceſſit, (*d*) ſuoque in patrimonio Suinfurti compoſitus eſt.

§. CXCIII.

---

(*t*) Pfeffinger in *Vitriario Illuſtr.* Tom. II. pag. 329. Koeler *de Fatis Ducatus Alemanni.* pag. 15.

(*s*) Kornioshov. *Chron. Alſat.* pag. 429. Hertzenstein *de Ducatu Sueviæ* pag. 22.

(*u*) Ap. Goldast. *Scriptor. Rer. Alemann.* Tom. I. Part. I. init.

(*x*) Ditmar. *Chron.* Lib. IV. pag. 360. edit. Leibnit.

(*y*) Verba hæc ſunt Brunvillerensis Monachi de *Comitibus Palat. Rheni* Cap. III. ap. Leibnit. *Scriptor. Brunſvic.* Tom. I. pag. 320. ſq.

(*z*) Chronographus Saxo ad An. MXXXV. *Comitem de Swinvordi* illum vocat.

(*a*) Hermannus Contr. ad An. MXLVIII.

(*b*) Apud Leibnit. *Rer. Brunſvic.* Tom. I. pag. 577. Plura de Heinrico ſeu Hezilone, patre Ottonis III. Ducis, collegit Hahnius in *Hiſtor. Imperii Germ.* Tom. II. pag. 184.

(*c*) *Vita Adelheidis Imp.* Lib. II. apud eund. Leibnit. pag. 271.

(*d*) Hermannus Contr. ad h. annum.

## §. CXCIV.

### RUDOLFUS.

Rudolfus Dux.

Henricus IV. Imp. octennis sub materna Agnetis tutela Germaniæ imperabat. Imperatrix Gentis fuæ Imperiique rebus consulere credebatur, cum Sueviæ Ducatum daret Rudolfo, Cunonis, Rheinfeldensis Comitis, filio; filiamque Mathildem, Henrici IV. sororem, tredecim annos tum natam, desponsaret eidem. (*e*) Nec absque matrimonio hoc Rudolfus impetrasset Ducatum, qui ex CONRADI URSPERG. (*f*) relatu Berchtoldo Comiti, Carinthiæ postea Duci, ab Henrico III. Imp. jam fuerat promissus. Mathildis autem primo matrimonii anno decessit. (*g*) Rudolfus magnæ apud populares existimationis fuit; ob id ipsum Imperatori suspectus; tum maxime, quum eum nova moliri quidam arguerent. (*h*) Suspicionem hanc à se ut averteret Rudolfus, Cæsarem, contra Saxones dimicaturum, cum Suevicis copiis An. MLXXV. secutus est, & in prima, quæ Suevorum semper erat, (*i*) acie ad Unstrutam feliciter pugnavit. (*l*)

Anti-Cæsar.

Orta vero celebri illa Sacerdotium inter & Imperium discordia, quæ totius Germaniæ faciem mutavit, Rudolfus quoque animum mutasse videtur. Peractis enim Ulmæ Triburiæque conventibus, Forchemii denique An. MLXXVII. à multis Principibus Anti-Cæsar electus est, & paulo post coronatus Moguntiæ. Henricus per Wernherum, Argent. Episcopum, (*m*) his de rebus in Italia certior factus, properavit ad Suevos, ubi æmuli sui castella destruxit. (*n*) Rudolfus autem, cum Imperatore variis proeliis congressus, An. MLXXX. denique haud procul Merseburgo victus occubuit; (*o*) in Ecclesia majore Mersburgi sepultus, ubi dextra ejus manus in sacristia servatur. (*p*)

## *II. DYNASTIA STAUFENSIS.*

## §. CXCV.

Transitus.

Dynastiæ primæ, *vagam* quam diximus, fecunda succedit, quam *fixam* & *Staufensem* appello, quod illustris Staufensium prosapia Sueviæ & Alsatiæ Ducatum per omne hoc tempus hereditario quasi jure possedit; Cæsareum apud Germanos solium eodem quoque tempore occupans. Ex Staufensibus (*q*) primus ab Henrico IV. Imp. hos Ducatus acceperat Fridericus ille, Coclitis pater, quem turbatis Germaniæ rebus sedandis idoneum crediderat Cæsar, id quod Henricum V. etiam movit, ut Cocliti, filio ejus, eandem dignitatem conferret, imo & fratrem hujus Conradum Franciæ Orientalis Ducem constitueret. Alia quidem mens fuit Lotharii, qui Henrico V. succedit, sed placuit fato, ut Staufenses, Sueviæ, Alsatiæ & Franconiæ Ducatuum possessores, Lothario in Regno succederent, qui Gibellinæ factionis auctores, adeoque Guelforum æmuli, generum Lotharii, Henricum Superbum, filiumque hujus, Henricum Leonem, Bavariæ & Saxoniæ Ducatibus privarunt.

## §. CXCVI.

### FRIDERICUS I.

Friderici I. origo.

Henricus IV. Imp. cum Rudolphum, Sueviæ Ducem, Anti-Cæsarem, vicisset, Friderico Hohenstaufensi commisit Ducatum; quem Berchtoldus II. Zaringensis, Anti-Cæsaris gener, (*r*) à socero Sueviæ Dux creatus, (*s*) invaserat. Imperator virtutem & fidem Friderici, tam constantem expertus est, ut filiam suam Agnetem ei quoque in matrimonium daret. Friderici hujus pater fuit Fridericus *de Buren*, (*t*)



(*e*) LAMBERTUS SCHAFNAB. ad An. MLVIII. ap. PISTOR. *Scriptor. Rer. Germ.* Tom. I. pag. 324.

(*f*) *Chron.* ad An. MLVII. pag. 168.

(*g*) HERMANNI CONTR. Contin. ad An. MLIX. & MLX.

(*h*) LAMBERTUS SCHAFN. ad An. MLXXII. sq.

(*i*) Idem ad An. MLXXV. loco cit. pag. 386. sq.

(*l*) BRUNO *Hist. Belli Saxon.* ap. FREHER. *Scriptor. Rer. Germ.* Tom. I. pag. 190.

(*m*) Wernherus ob servatam Henrico IV. fidem Comitatum Berchtoldi Zaringensis in Brisgovia dono accepit. Charta An. MLXXVII. data ap. HERRG. *Genealog. Habsb.* Tom. II. num. 187.

(*n*) ALBERTUS STAD. ap. SCHILTER. *Scriptor. Germ.* pag. 246.

(*o*) De vulnere Rudolfi, in pugna accepto, non conveniunt inter se scriptores. Alii dextram abscissam, alii modo vulneratam tradunt. Ab aliis transforatus in acie, ab aliis duobus vulneribus, lethali ac defor-mi, Rudolfus obiisse scribitur. Per deforme dextram amputatam intelligimus.

(*p*) Jo. SAM. STRAUSSII Diss. *de Rudolpho Suevico Anti-Cæsare*, Halæ Mag. MDCCXLV. recusa, ubi monumentum Rudolfi sepulcrale exhibetur.

(*q*) Nomen à castro Wirtembergico montano *Hohenstaufen*. Ad pedem montis vicus est Staufen, haud procul Geeppingen. Alia hujus nominis loca vid. in ZEILERI *Topogr. Sueviæ*, Append. pag. 103.

(*r*) Filia Rudolphi, quam Bertholdus uxorem duxit, uti Henrici IV. Imp. filia, quæ Friderico Staufensi nupsit, *Agnes* dicebatur.

(*s*) OTTO FRISING. *de gestis Friderici Barbarossæ* Lib. I. Cap. VII. & VIII.

(*t*) *Buren*, *Beuren*. Nec *Blaubeuren*, nec *Kaufbeuren*, sed *Waiblingenses* intelligi, probavit SATTLER in *Geschichten des Herzogth. Wirtemberg.* pag. 599. De nominis *Beuren* etymologia vid. WAGNERI *Glossar.* voce *Bauer*.

Friderici filius, à caſtro, quod habitaverat, ita vocatus; uti filius à caſtro *Hohenſtauffen*, quod conſtruxit, *Hohenſtauffenſis* eſt dictus. (*u*) Proſapia hæc ex Sueviæ Comitibus traxit originem. (*x*) Mater Hildegardis (*y*) ex Charta innoteſcit, qua S. Fidis Eccleſiam in Seleſtadio An. MXCIV. condidit. (*z*) Progeniem ſuam omnem his ibidem verbis recenſet: "Ego Hildegardis . . . cum filiis meis, videlicet Othone, Argento-„ ratenſis Eccleſiæ Epiſcopo, Suevorumque Duce Friderico, Ludovico, Walthero, „ Conrado, & filia mea Adelheida cariſſima &c. „ Othonem Fridericus Dux, gratia apud Cæſarem pollens, ad Epiſcopatum Argent. promoverat.

## §. CXCVII.

Res geſtæ. Diuturnis illi cum æmulo Duce bellis luctandum erat; quem Alemanniæ Proceres An. MXCII. totius Sueviæ Ducem conſtituerunt de novo; (*a*) inſtigante præſertim Gebhardo, Epiſcopo Conſtantienſi, Bertholdi fratre, quem non immerito præcipuum turbarum Suevicarum fulcrum diceres; alterius quum Ducis frater, Otho, Præſul Argent. Henrici Imp. caſtra ſequeretur conſtanter. In Alſatia tamen Manegoldus quidam de Lutenbach, Marbacenſis Abbatiæ auctor, indulgentiarum literas, Roma allatas, contra Henricum IV. promulgavit. (*b*) At Fridericus Staufenſis de hoſtibus tandem ita triumphavit, ut, præter Turicum oppidum, quod Berchtoldo Henricus IV. in beneficium contulit, & alia quædam Alemannica in Helvetiis, adeoque cis Rhenum, loca, eidem conceſſa, Ducatum Sueviæ, una cum Alſatia retinuerit, poſterisque reliquerit; ſolum *Ducis* nomen in Zaringenſes, poſteros ſuos, transmittente Berchtoldo. (*c*) Chronicon Augustense rem hanc ad An. MXCIV. recenſet. (*d*) Hohenſtauſii maluerunt *Suevorum*, quam Alemanniæ, *Duces* appellari. (*e*) Fridericus, ſummis virtutis ac fidei laudes meritus, Ducatum uſque ad An. MCV. poſſedit; (*f*) binos ex Agnete filios relinquens, (*g*) quorum alter Sueviæ, alter Franconiæ Ducatum, imo ipſum deinceps Imperium obtinuit.

## §. CXCVIII.

### Fridericus II.

Res ſub Henrico V. Imp. geſtæ. Fridericus hic, cognomento *Luſcus* vel *Cocles*, excelſi animi Principem diuturno ſe regimine præſtitit. "Erat in bellis fortis, in negotiis ingenioſus, vultu & animo „ ſerenus, in ſermone urbanus; denique tam largus, ut ob hoc multitudo maxima „ militum ad eum confluëret, ſeque ad ſerviendum illi ultro offerret. „ (*b*) Patri XV. annos natus in Sueviæ & Alſatiæ Ducatu ſucceſſit; (*i*) ad cujus exemplum integram Henrico V. Imp. avunculo ſuo, Principum fere omnium ſolus, teſtatus eſt fidem; quibus reliqui Germaniæ Proceres ſi inſtitiſſent veſtigiis, Henricus vetera inveſti-

(*u*) Wibaldus, Abbas Corbej. in *Cod. Epiſtolar.* apud Martene *Ampliſſimæ Collect.* Tom. II. pag. 557. hæc omnia nos docet; unde Guillelmanus de *Epiſc. Argent.* pag. 210. aliique patrem Friderici male *Conradum* appellant.

(*x*) Otto Friſing. de *Frid.* I. Lib. I. Cap. VIII. qui omnium optime Staufenſis familiæ origines noverat, Vir ſec. XII. perdoctus, Leopoldi Sancti, Auſtriæ Ducis, & Agnetis, filiæ Henrici IV. Imp. filius; Conradi III. Imp. ex Hohenſtaufica gente frater uterinus. Agnes enim hanc primis nuptiis nupſerat Friderico, primo ex Hohenſtaufis Duci, unde Fridericus Luſcus & Conradus III. Imp. nati. Falluntur ergo, qui Staufenſes ex militarium ſimplicium ordine derivant.

(*y*) Hildegardis Præfectiſſa, Conradi Præfecti de Nuremberge uxor, Monaſterio Scotorum Noribergenſi in *Heltzelsheim*, *Ungersheim* & *Kirchheim* ſex manſos donaſſe ſcribitur. Vid. Hanselmann *Urſprung u. Herkunfft des Hohenlohiſchen Hauſſes* pag. 390. Hildegardis forte hæc fecundis nuptiis mater Friderici Ducis evaſit. Omnia in Henrici IV. Imp. tempora incidunt; ſub quo Conradus Norimbergæ Præfecturam geſſit. Vid. Falckensteinii *Antiquitates Nordgoviæ* Tom. III. Cap. I. pag. 10. ſq. Duplex donatio facit, ut eam originis reputemus Alſaticæ. Nec obſtat, quod Hohenlocica ab Oarechto in *Prodrom. Rer. Alſat.* pag. 230. & Hanselmanno loco cit. pag. 322. dicatur, ex Hermanno, Francorum Comite & Hohenlocæ Domus ſtitore, prognata, quoniam Hermanni uxor Adelheidis erat, Alſaticæ Comitum Egisheimenſium familiæ ſoboles. Hildegardis filia Adelheidis quoque nomen accepit, uti prioris Adelheidis avia, Hugonis Comitis Egisheim. uxor. Hildegardis nuncupata fuit, teſte *vita S. Deicoli* §. XXXV.

(*z*) Vid. ſupra pag. 380. §. DCXCVIII.

(*a*) Bertolous Constant. ad An. MXCII. apud Ursis. loco cit. pag. 367.

(*b*) Idem ad An. MXCIII. pag. 372. ſq.

(*c*) Otto Friſing. *de Geſtis Friderici Barbar.* Lib. I. Cap. VIII. & IX. Fragmentum Hist. Alberto Argent. præfixum ad An. MCXXV.

(*d*) Apud Freher. *Rer. Germ.* Tom. I. pag. 506. ad An. MXCIV. ubi: *Alemannia aliaque provincia pacificantur.*

(*e*) Hoc jam obſervavit Hartmannus *Annal. Evrem. Deipara*, pag. 257.

(*f*) Otto Friſing. *Chron.* Lib. VII. Cap. IX. & Conradus Urspergensis Friderici I. obitum in hunc annum; Chronographus Saxo vero in annum ſeq. ponunt.

(*g*) Memorantur ab ipſo patre in Charta Laureacenſis monaſterii An. MCII. apud Basolium in *Document. redivivo. Monaſter. Wirtemberg.* pag. 713.

(*h*) Otto Friſing. in *Vita Friderici I. Imp.* Lib. I. Cap. XII.

(*i*) Ibidem Cap. X.

inveſtituræ Eccleſiaſticæ jura ſervaſſet Imperio. Dux enim noſter Fridericus II. invaleſcente poſt An. MCXIV. Germanorum defectione, " totam provinciam à Baſilea „ uſque Moguntiam, ubi maxima vis regni eſſe noſcitur, paulatim ad ſuam inclinavit „ voluntatem. „ (*l*) Verum ipſa hæc ejus conſtantia & virtus cauſa fuerunt, ne Henrico V. An. MCXXV. defuncto, ſurrogaretur in folio.

## §. CXCIX.

Oppugnaverat ſcilicet Albertum, Metropolitam Moguntiæ, qui Comitiis, novi Regis eligendi cauſa in urbe hac habitis, Lothario Saxoni potius quam Friderico noſtro ſuffragia comparavit, & Lotharium inſtigavit, ut inviſam ſibi Staufenſem familiam, cujus Fridericus caput erat, armis perſequeretur. (*m*) Unde An. MCXXVI. Lotharius Imp. expeditionem contra eum ſuſcepit. Hic autem in loca munita cum ſe recepiſſet, Lotharius infecto negotio receſſit. Friderico frater Conradus, orientalis Franciæ Dux, adſtitit. Inter Hohenſtaufenſium hoſtes Gebhardus, Præſul Argent. erat, cum quo An. MCXXX. apud Gugenhemium, vicum Alſatiæ, pugnatum. (*n*) Conflictus ſexennio poſt renovatus victoriam Epiſcopo peperiſſe ſcribitur. (*o*) Lucius III. Papa ſcribit, (*p*) Fridericum Ducem Eccleſiam Hohenburgenſem per indiſcretam rerum invaſionem diſturbaſſe, & uſque ad tempus filii ſui pene deſtructam reliquiſſe. Falſum eſt, quod Guillimannus (*q*) tradit, ab Ulrico Obrechto (*r*) jam confutatus, Fridericum eo redactum, ut Alſatiæ Ducatum & ejus titulum, circa An. MCXIV. demum uſurpatum, deſereret. Annalista Saxo (*s*) Fridericum hunc ubique *Ducem Alſatiæ* vocat. In eas tamen deductus fuit auguſtias, ut Lotharii Imp. gratiam ſupplex quæſiverit. Sub Lothario Saxone

## §. CC.

Sed Conrado, Franciæ orientalis Duci, (*t*) Friderici fratri, ea contigit felicitas, ut Lothario defuncto An. MCXXXIX. ad ſolium promoveretur Imperii; quod cum fratri potiſſimum debuiſſet Friderico, ſumma hujus deinceps in publicis rebus auctoritas fuit. Memoriam Friderici, ut Sueviæ & Alſatiæ Ducis, plura Conradi III. Imp. diplomata celebrant. An. MCXL. Fridericus, *Suevorum Dux & Alſatiæ*, (*u*) in Comitiis Wormatiæ; quadriennio poſt idem *Dux Alſaciorum & Suevorum* cum Conrado Rege Argentorati fuit. (*x*) Monaſterio Neoburgenſi Ciſterc. Ord. in Alſatia Inferiore condendo locum à Friderico hoc conceſſum fuiſſe, filius ejus & in Ducatu ſucceſſor, Fridericus Barbaroſſa teſtatur. In Alſatia An. MCXLVII. diem obiit ſupremum, (*y*) in Benedictino Alſatiæ S. Walpurgis, quod locupletaverat, virorum monaſterio ſepultus. (*z*) Sub Conrado III. Imp.

## §. CCI.

### Fridericus III.

Fridericus, inter Cæſares primus, hereditario jure, ut ipſe loquitur, (*a*) in Ducatu patri ſuccedens, paucos eum per annos retinuit. Vix ejus potitus cum Conrado III. patruo ſuo Terram Sanctam, Saracenos debellaturus, adivit. Ex infelici expeditione redux Judicio Principum, quod Corbejenſis Abbatiæ cauſa Spiræ habebatur, An. MCL. interfuit, latamque ſententiam è ſecularibus primus ſignavit: *Fride-* Ducatus Pri fericl I. Imp.



(*l*) Fuſe hæc omnia exponit Otto Fris. loco cit. Cap. XII. ſqq.

(*m*) Ibidem Cap. XVI.

(*n*) Supra pag. 140. §. CCXLII.

(*o*) Kœnigshov. *Chron. Alſat.* Cap. IV. §. CCXLIII.

(*p*) Bulla Monaſterio S. Odiliæ An. MCLXXXV. data, in *Monaſteriolog. Ord. Præmonſtr.* Probat. col. 261.

(*q*) *De Epiſcopis Argent.* pag. 232. coll. 221.

(*r*) *Prodrom.* Cap. X. pag. 232.

(*s*) Eccardi *Scriptor. Rer. Germ.* Tom. I. pag. 658. ſqq.

(*t*) Ernst Chronica S. Pantal. ad An. MCXXXVIII. ubi Conradum, *fratrem Friderici Ducis Alſatiæ, Alemanniæ Ducem* vocat.

(*u*) Schatzn. *Annal. Paderborn.* Lib. VIII. pag. 754.

(*x*) Diploma Hoſpitali Argent. datum. Ceterum *Fridericus Dux Sueviæ & Alſatiæ* Conradi III. chartam Selheimſem An. MCXLIII. & Corb jenſem An. MCXLVII. teſtis ſignavit. Ludewig *Reliquiæ Manuſcr.* Tom. VII. pag. 512. & Falcke *Cod. Tradit. Corbej.* pag. 908.

(*y*) Otto de S. Blasio Cap. II. in Urstisii *Scriptor.* Tom. I. pag. 197.

(*z*) Otto Frising. in *vita Friderici I. Imp.* Lib. I. Cap. XXXIX.

(*a*) In charta Neoburgenſi An. MCLVI.

*ricus Dux Sueviæ & Alſatiæ.* (*b*) Anno ſequenti transactio inter Selenſem & Neoburgenſem Abbatias facta, *Duce Friderico.* Conradus III. cum An. MCLII. obiiſſet, *Fridericus* ſucceſſit, *Dux Elſatiæ*, (*c*) unanimi Principum totiusque Regni conſenſu Cæſar Francofurti electus. (*d*)

## §. CCII.

### FRIDERICUS IV.

Friderici de Rothenburg.

Fridericum hunc, quem à caſtro Franconiæ, quod inhabitavit, *Rothenburgicum* vocant, Conradi III. Imp. filium, Barbaroſſæ patruelem, OBRECHTUS in ſua Alemanniæ Ducum ſerie omiſit. Annus, quo Ducatum accepit, non conſtat. HARTMANNUS (*e*) id Aquisgrani, in ipſa coronatione regia, factum, ſed absque veterum teſtimoniis, aſſerit. Prima Friderici IV. Ducis mentio An. MCLV. occurrit; (*f*) qui anno ſequenti cum Conrado Duce, fratre Imperatoris, in alio quoque Cæſareo diplomate teſtis memoratur. (*g*) Eodem anno Barbaroſſa Neoburgenſi Alſatiæ monaſterio Privilegium conceſſit, quod Matthæum, Ducem Lotharingiæ; Henricum, Ducem Saxoniæ, & Conradum, *Ducem de Suevia*, producit. (*h*) Unde colligimus, Conradum hunc, qui *Comes Palatinus de Reno* alibi (*i*) dicitur, Friderici IV. veri Suevorum Ducis, tum minoris ætate, ut & Ducatus ejus rectorem fuiſſe, quod ipſa ſubſcriptionis ratio, à reliquorum Ducum ſubſcriptione diverſa, indicare videtur. Annorum deinceps progreſſu Fridericus IV. in Barbaroſſæ diplomatibus frequens memoratur, *Ducis Suevorum* ſeu *Sueviæ*, nonnunquam *Alemanniæ Ducis*, (*k*) *Ducis de Stoipha*, (*l*) *Ducis de Rotenburg* (*m*) cognominibus uſus. An. MCLX. *Fridericus puer, Dux Suevorum, filius b. m. Regis Conradi*; (*n*) An. MCLXI. *Fridericus Dux Sueviæ, filius Dn. Conradi Regis*, in Cæſareis inſtrumentis teſtis occurrit. Crebras ille cum Imperatore expeditiones Italicas ſuſcepit, ubi pro Mediolanenſibus interceſſit non ſemel. (*o*) In Italia peſte correptus, Romæ defunctus An. MCLXVII. (*p*) & in Ebracenſi, quod foverat, Franconiæ monaſterio ſepultus eſt, (*q*) deſiderium ſui apud probos relinquens. *Richenzam*, Henrici Leonis, Saxoniæ & Bavariæ Ducis, filiam unicam, (*r*) habuit uxorem.

## §. CCIII.

### FRIDERICUS V.

Friderici Friderici I. Imp. filius.

Rediit ergo Sueviæ & Alſatiæ Ducatus ad Fridericum I. Imp. qui Friderico, filiorum ſuorum natu ſecundo, eundem commiſit; traditis ei quoque defuncti Welfonis in Italia & Suevia bonis. OTTONIS FRISINGENSIS Continuator (*s*) narrationi mortis ultimi Ducis hæc ſtatim ſubjungit. Unde erat OBRECHTUS, qui ex corrupto & male intellecto CHRONICI URSPERGENSIS loco (*t*) collegit, Ducatum Sueviæ nonniſi An. MCLXXVI. Friderico V. fuiſſe conceſſum. Sed majorem adhuc veritatis lucem diploma parentis addit, quod Fridericum filium An. MCLXX. jam *Ducem Sueviæ* fiſtit. (*u*) Ex eodem tamen OTTONE DE S. BLASIO, (*x*) & ipſius Friderici V. Charta (*y*) colligimus, illum, cum Sueviæ Alſatiæque Ducatibus, paterna vel alia ſub tutela ad An. MCLXXXIV. uſque manſiſſe. Hohenburgenſis apud Alſatas monaſterii Advocatus, Herratæ Abbatiſſæ pro Capella S. Gorgonii inſtauranda Chartam

(*b*) SCHATEN. *Annal Paderborn.* pag. 785.
(*c*) Ita CHRON. S. VITONI in LABBEI *Bibliotheca Manuſcr.* Tom. I. pag. 402.
(*d*) OTTO FRISING. *Chron.* Lib. VII. Cap. ult. & in *vita Friderici* Lib. II. Cap. I.
(*e*) *Annal. Heremi Deiparæ* pag. 209. ad An. MCLII.
(*f*) In Præcepto Friderici Imp. pro Herdenſi veteris Spirigoviæ ad Rhenum Eccleſia, cit Queicham.
(*g*) UGHELLI *Italia Sacra* Tom. IV. pag. 465.
(*h*) GUILLEM. *de Epiſc. Argent.* pag. 212.
(*i*) In Præcepto Herdenſi allegato An. MCLV.
(*k*) TOLNER *Cod. diplom. Palat.* pag. 49.
(*l*) BEGMANN *Hiſt. Anhalt.* Part. III. Lib. IV. pag. 436.
(*m*) GEWOLDUS *Addit. ad Hundii Metropolim Saliſburg.* Tom. II.
(*n*) UGHELL. loco cit. Tom. II. col. 372.
(*o*) CONTINUATOR MORENÆ *de Reb. Laudenſ.* ap. LEIBNIT. *Rer. Brunſvic.* Tom. I. pag. 844.
(*p*) OTTO DE S. BLASIO Cap. XI. pag. 201.
(*q*) Monumentum ejus ſepulcrale exhibet GROPP in *Monum. ſepulcr. Eccleſiæ Ebracenſis* pag. 67. ubi: *XIIII. Kal. Sept. Rome obiit hic Dux Suevorum Friderich &c.*
(*r*) HELMOLDUS *Chron. Slavor.* Lib. II. Cap. X. §. VI. VII.
(*s*) OTTO DE S. BLASIO Cap. XXI. pag. 207.
(*t*) Ad An. MCLXXVI. pag. 227.
(*u*) HERRG. *Genealog. Habsburg.* Tom. II. num. 240. pag. 188.
(*x*) Cap. XXVI. pag. 210. "Fridericus Imp. . . . „ generalem curiam apud Maguntiam edixit, ibique „ filios ſuos, Henricum ſcil. Regem & Fridericum, „ Suevorum Ducem, gladio accingi, armisque in„ ſigniri diſpoſuit.
(*y*) Data Monaſterio Sueviæ Salemitano An. MCLXXXV. *anno vero Ducatus noſtri I.* apud HERRGOTT. loco cit. num. 246. Ducatus ergo regimen paulo ante aufpicatus erat.

Chartam Ehenhemii dedit An. MCLXXVIII. qua *Fridericum Dei favente clementia Elizatii Ducem* ipſe ſe nuncupat. (z) Triennio poſt in monaſterii Trutenhuſani charta *Elſacie Dux & Hoenburgenſis Eccleſie Advocatus* ab initio, in fine vero inſtrumenti Dux Suevorum ſimpliciter vocatur. (*a*) Primum hunc inter Duces privilegia, ſupremæ olim poteſtatis teſtes, Eccleſiis deſiſſe intelligo. In Suevia eandem paterno ſuoque nomine auctoritatem Fridericus exercuit, Suevorum ſemper, nunquam Alſatiæ Ducis, titulo ibi uſus. (*b*) An. MCLXXXIX. pater *de voluntate dilecti filii noſtri Friderici, Suevorum Ducis, qui in prædicto prædio nobis ſuccedet*, hoſpitale Hagenoæ inſtituit. Gladio militari An. MCLXXXIV. in Comitiis Moguntinis cinctus, ſexennio poſt cum parente ſuo in Aſiam profectus eſt; ubi in Ptolemaidis obſidione An. MCXCI. interiit. (*c*)

## §. CCIV.

### Conradus III.

Conradus Frid. I. Imp. filius.

Fridericum Conradus frater natu minor, Franconiæ Dux, (*d*) qui cœlibem pariter vitam agebat, in Sueviæ Ducatu excepit. (*e*) Plura id Henrici VI. Imp. diplomata probant; in quibus Conradi, Suevorum Ducis, fit mentio. (*f*) Nonniſi quatuor circiter præfuit annis; in expeditione, quam juſſu fratris Henrici VI. adverſus Berchtoldum, Zaringiæ Ducem, ſuſceperat, Durlaci vel interfectus, vel naturali morte defunctus. Urspergensis (*g*) de eo ita: " Erat vir totus inſerviens adulte- „ riis . . . ſtrenuus tamen in bellis & ferox, & largus amicis, & tam ſui, quam „ extranei tremebant ſub eo. Tunc Imperator Ducatum Sueviæ contulit Philippo, „ fratri ſuo. „ Otto de S. Blasio (*h*) mortem Conradi ad An. MCXCVI. refert.

## §. CCV.

### Philippus.

Dux & Cæſar.

Hic ab Henrico VI. Imp. fratre ſuo, Siciliam ſubigente, conſtitutus eſt Sueviæ & Alſatiæ Dux, ab humanitate & doctrina commendabilis; (*i*) quæ virtutes maximam Procerum partem induxerunt, ut Henrico Cæſare defuncto An. MCXCVII. eum ſalutarent Auguſtum; præterito Henrici filio trimulo, Friderico, qui jam An. MCXCV. deſignatus erat patris ſucceſſor. Sed Guelfica factio Ottonem Brunsvicenſem, Henrici Leonis filium, eligere ſtuduit. Philippus Genti ſuæ conſulere volens, tutor nepotis (*l*) regiam Germ. coronam, quam cum ceteris inſignibus in poteſtate tenuerat, (*m*) ſibi impoſuit. Primus ob id conventus feſto nativitatis Chriſti Hagenoæ celebratus eſt; in quo Conradus quoque Epiſcopus Argent. comparuit; longe alia promittens, quam deinceps præſtitit. (*n*) Philippus enim Imperator renuntiatus cum fuiſſet Erfurti, (*o*) Argentinenſis cum Colonienſi Præſule de Zaringiæ, dein de Brunſvici Duce in Regem eligendo, agitavit conſilia. Argentinenſis ergo Epiſcopi terras invaſit Philippus, oppidaque ejus & caſtra, quin & Argentinam ipſam, cujus ſuburbia & agros prius vaſtaverat, expugnavit. (*p*) Colonienſis denique Antiſtes, Guelficæ partis princeps, ad Philippi caſtra transivit, ipſumque Ottonem Anti-Cæſarem hortatus eſt, regium ut deponeret nomen. Philippus ei Sueviæ Ducatum una cum filia præmii loco promiſit. (*q*) Antequam id fieret, Ottonis Wittelsbacenſis manu occiſus eſt Bambergæ; (*r*) bonorum ſuorum Ducalium diſſipator inſignis. (*s*)



(z) Hugo *Monaſteriolog. Præmonſtrat.* Tom. II. Probat. 250.
(*a*) Oberght. *Prodrom.* pag. 228.
(*b*) Exempla vid. in Beigelii *Document. Monaſter. Wirtenberg.* pag. 24. & 353.
(*c*) Otto de S. Blasio ad An. MCXCI. Cap. XXXV. pag. 215.
(*d*) Uti colligere licet ex Ottonis de S. Blasio Cap. XXI. pag. 207. & Gunthebi *Ligurino*, apud Reuberum in *Scriptor. Germ.* pag. 277.
(*e*) Idem Otto Cap. XXXVII. pag. 217. conf. *Fragmentum Hiſtor.* Urstisii ad An. MCXCI.
(*f*) In Beigelii *Documentis Wirtenb.* pag. 727. Hundii *Metrop. Salisburg.* Tom III. p. 352. & 362. Ughell. *Italia Sacr.* Tom. II. col. 698.
(*g*) An. MCXCVII.
(*h*) Cap. XLIV. pag. 222.
(*i*) Arnoldus Lubec. *Chron. Slavor.* Lib. VII. Cap. XIV.
(*l*) Otto de S. Blas. Cap. XLV. ſq.
(*m*) Conradus Urspero. pag. 233.
(*n*) Ibidem.
(*o*) Godefridus Colon. ad An. MCXCVIII.
(*p*) Urspero. pag. 235.
(*q*) Otto de S. Blas. Cap. XLVIII.
(*r*) Albertus Stad. ad An. MCCVIII. aliique. Cauſam cædis exponit Arnoldus Lubec. Lib. VII. Cap. XIV. §. IV.
(*s*) Vide ſupra pag. 22. §. XIV.

## §. CCVI.

### Fridericus VI.

Dux & Imperator.

Unicus Staufenſium Alſatiæ Ducum furculus tum ſupereſt Fridericus, inter Germaniæ Imperatores hujus nominis ſecundus, inter Duces ſextus; qui extincto Philippo patruo Sueviæ & Alſatiæ Ducatum hereditario jure obtinere debebat. Sed Alſatæ in Ottonis IV. qui ſolium Germaniæ obtinuit, verba juraſſe videntur, excluſo Friderico, qui nonniſi An. MCCXII. ex Siciliæ ſuæ regnis ad Rhenum progreſſus, ſolium hoc quoque ſibi vindicare decrevit. Hagenoa, Alſatici Ducatus tum caput, præſidiarios Ottonis IV. milites receperat. (*r*) Suevi tamen & Alſatæ adventantem ex Italia Fridericum primi ex Germanis Regem ſuſceperunt ac Ducem. (*u*) Hic Neoburgenſis monaſterii opes, An. MCCXVI. novo beneficio auxit. Triennio poſt villam *Ammuller*, ad Queichan, *ad imitationem proavi ſui Friderici, quondam inclyti Sveworum Ducis*, ut ipſe loquitur, convertit in oppidum. (*v*) Cum Epiſcopo Argent. de pluribus in Alſatia terris ac juribus, ſub Philippo forte amiſſis, multos per annos diſceptavit, tandemque ut Dux Alſatiæ quædam ab Epiſcopo loca accepit in feudum. (*x*)

Solium ſuum apud Germanos cum Fridericus firmaſſet, Sueviæ Alſatiæque Ducatum filio ex Conſtantia Aragonia Henrico commiſit. Moris enim fuerat apud Germanos, ut Dux ad Regnum promotus filio Ducatum committeret.

## §. CCVII.

### Henricus II.

Dux & Rex Rom.

Henricum quoque Ducem hunc omiſit Obrechtus; Conradum, Friderici ſecundo genitum, patri ſubjungens. *Illuſtris Princeps Henricus, Dux Sueviæ*, parentis ſui diploma, Argentinenſibus Hagenoæ datum, III. Id. Sept. An. MCCXIX. teſtis ſignavit. (*y*) In alio patris privilegio, Civitati Wormatiæ XII. Kal. Maji Francofurti dato, *Henricus Dux Sueviæ Rectorque Burgundiæ* teſtis legitur. (*z*) Anno ſequenti Henricus ille Rex Romanorum, vivo patre, electus eſt; (*a*) unde Ducis Sueviæ & Alſatiæ deinceps nomen neglexit. Juniores Hiſtorici in Regum Germaniæ numero eum Henricum VII. vocant. Kiburgenſium Comitum charta pro monaſterio Beronis in Argovia An. MCCXXIII. *Friderico Imp. in Sicilia agente, Henrico filio ejus in Alamannia diſponente* ſcripta eſt. (*b*) Quamvis *Alemanniæ* vox pro univerſa Germania, (*c*) non pro ſolo Alemanniæ heic ſumatur Ducatu, Henrici tamen hujus, ut Alſatiæ Ducis, evidens teſtimonium charta Murbacenſis ſuppeditat, qua villa *Tatteswied* ipſi & heredibus ejus An. MCCXXXII. in feudum collata. (*d*) Non in Regem hæc quadrant, ſed Ducem. Triennio poſt Henricus, voluntati patris reſiſtens, in perpetuum Apuliæ carcerem abductus eſt, (*e*) ubi paulo poſt obiit, Fridericum & Henricum filios relinquens, quos Manfredus, Friderici II. Imp. nothus, veneno peremit.

## §. CCVIII.

### Conradus IV.

Dux & Rex Rom.

Conradus hic, in Regum Germaniæ & in Alſatiæ Ducum ordine ſui nominis quartus, An. MCCXXXVII. à Germaniæ Principibus novennis puer Rex Rom. vel *Alemanniæ*,

(*r*) Vid. ſupra pag. 362. not. *q*.
(*u*) Conradus de Fabaria *de caſibus S. Galli* Cap. VIII. apud Goldast. *Rer. Alemann.* Tom. I. pag. 77. Conradus Ursperg. ad An. MCXII. pag. 241.
(*v*) Vid. ſupra pag. 189. §. CCXL.
(*x*) Supra pag. 166 §. CCLXXXVII.
(*y*) Cod. diplom. membran. Civitatis Argent. de An. MCCCLXX.
(*z*) Apud Moriz *von den Reichs-Statten* in Append. Documentor. pag. 159.
(*a*) Nonum circiter ætatis annum tum agens, natus An. MCCXI. Regiam Aquisgrani coronam An. MCCXXII. accepit. Godefridus Colon. & Annales Colmar. ad An. MCCXXII.
(*b*) Herrg. *Geneal. Habsb.* Tom. II. num. 297.
(*c*) Alemanniæ nomen hoc ævo toti Germaniæ tributum, non tantum quod Imperatores ex Alemannia prodierant, ſed & quod in Alemannæ Ducatu, quem illi poſſidebant, magnum Imperii robur conſpiceretur. A potiori ergo & nobiliori hæc appellatio profluxit; quæ ab exteris primo, dein & à Germanis recepta, in Francium denique ſermonem ita fuit translata, ut Alemannus Francice deſignet Germanum. Vid. *Regiſtrum de negotiis Imperii ſub Innocentio III.* à Baluzio editum Epiſt. XV. Petrus de Vineis Lib. II. Epiſt. III. Matth. Paris ad An. MCCIX. pag. 982. &c.
(*d*) Supra pag. 49. §. LXXIII.
(*e*) Præter Scriptores allegatos conf. Monachus Paduanus *Rer. in Longobardia geſt.* Lib. I. ap. Urstis. pag. 586.

*Alemannie*, (*f*) Friderico II. patri volenti adjunctus, (*g*) periculosum in Henrico Raſpone, Thuringiæ Landgravio, nactus eſt æmulum; pro ſuis ac paternis in Imperium & Ducatus juribus fortiter pugnans. Henricum hunc qui ſectabantur Anticæſarem, Conradum non Regem, ſed *Ducem Suevie* (*h*) nominabant.

Belli mole in Ducatum iſtum translata, Suevi à Conrado defecerunt plerique, quod apud Francofurtum prælio victus proditionis atque ignaviæ eos inſimulaſſet. Conradus itaque, *exul & profugus quaſi*, (*i*) in Bavariam, uxoris ſuæ patriam, ſe recepit. Ulmenſes ſoli fere perſtiterunt fideles, oppidum ſuum ab iniquis Henrici Raſponis ac fedtitioſorum conatibus ſervantes immune. (*l*) Neque feditio iſta Suevorum, poſt Anticæſaris mortem ſopita. (*m*) Fulmina, in Conradum ac in Fridericum emiſſa, turbas in Suevia pariter ac in Sicilia auxerunt. (*n*) Pontifex Rom. An. MCCLI. literas ad Suevie proceres Lugduni dedit his verbis: (*o*) " Univerſitatem veſtram „ volumus eſſe certam, quod quondam Friderici, qui olim pro Imperatore ſe geſſit, „ ſoboles nobis ac vobis merito de paternæ perfidiæ hæreditaria imitatione ſuſpecta, „ & traductæ ab avis & proavis ſæpe tyrannidis æmulatrix, nunquam ad Rom. „ regnum vel Imperium, aut *Suevie Principatum* conſurget ex permiſſione ſedis Apoſtolicæ aut favore. „ Guilielmus, Hollandiæ Comes, Henrici Anticæſaris ſucceſſor, Pontificî ſibique gratificaturus, Conradum IV. Ducatu Sueviæ, omnibusque ſuis in Germania juribus in Curia generali, An. MCCLIV. Francofurti habita, privavit, quod eſſet perſecutor Eccleſiæ, nec inveſtituram Ducatus hujus ab ipſo recepiſſet. Sententiam hanc Innocentius IV. Papa firmavit. (*p*) Conradus itaque, è Germania exul, in Siciliam perrexit, (*q*) ubi periit veneno, quod Murræus Medicus, à fratre ejus naturali Manfredo corruptus, ei propinaſſe creditur. Defectio Sueviæ.

## §. CCIX.

### Conradus V.

Filius Conradi IV. quem Itali *Conradinum* appellant, bimulus (*r*) patri in Regna & Ducatus ſuccedere debuiſſet. At regna Manfredus, Friderici II. Imp. filius ſpurius, primo, dein pulſo Manfredo Carolus Andegavenſis invaſit. Conradinus Ducum poſtremus.

Suevia autem & Alſatia, patri jam ablatæ, à variis variis in partes diſcerptæ ſunt, multis locis tamen ſub Imperio manentibus ſine Duce. Epiſcopus Argent. Henricus, virtute decreti, à Guilielmo Rege contra Conradum editi, feuda, quæ Friderico II. Imp. conceſſerat, ad utile ſuum dominium revocavit. " Villam Berkheim cum juribus „ & attinentiis omni eodem modo, quo eandem villam Dom. Fridericus quondam „ Imp. utendam fruendam poſſedit & tenuit, „ Epiſcopus hic pro ducentis marcis Eberhardo de Andelahe An. MCCLV. oppigneravit. Eodem anno Wilhelmus Rex Rom. Hagenoam, Ducibus antea obnoxiam, protectionis ſuæ diplomate novisque privilegiis ornavit. Suevia & Alſatia extorris.

Richardus, Wilhelmi in Germaniæ regno ſucceſſor, proavitum quoque Sueviæ & Alſatiæ Ducatum Conradino recuſavit, quod non proprium ſed mere adminiſtratorium diceret; qui ab Imperatore in Conradinum non fuerit collatus. Unde An. MCCLXII. Hagenoæ ita ſcripſit: (*s*) " Conradinus, olim Conradi Regis filius, qui ſe Ducem „ Sueviæ nominat, ea non contentus injuria, quod inaniter ſibi gloriam alienam „ uſurpat, ad ſpeciale hoc nobile membrum Imperii, Duc. tum ſcil. Sueviæ jam diu „ incorporatum Imperio, & ad jus & proprietatem ipſius legitime devolutum, nec „ ipſi Conrado ſeu noſtra ſeu aliqua prædeceſſorum noſtrorum claræ memoriæ liber„ tate collatum, præſumptuoſe manum adminiſtrationis extendit.

§. CCX.

---

(*f*) Ita rurſus charta Kiburg. Badæ An. MCCXLII. data *regnante Friderico Imp. Conrado filio ejus Rege Alemannie*, ap. Hahn. Tom. II. num. 327. Nonnulli primum hunc *Regis Romanorum* titulo uſum eſſe volunt. Imhof. Tab. Geneal. XII.

(*g*) Acta electionis Conradi IV. Baluzius edidit *Miſcellan.* Tom. I. pag. 472.

(*h*) Auctor *Hiſtoriæ Landgraviorum Thoring.* Cap. LII. " Henricus profectus eſt in Sueviam „ contra Ducem Sueviæ Conradum & patrem ſuum „ Fridericum, olim Imperatorem, ipſos humiliando.

(*i*) Anonymi *Fragment. Hiſtor.* ap. Urstis. Tom. II. pag. 92.

(*l*) Ibidem.

(*m*) Periit Henricus Raſpo An. MCCXLVII. prius quam coronari potuerat.

(*n*) Raynaldus *Annal. Eccleſ.* Tom. XIII. ad An. MCCXLVIII. num. 7.

(*o*) Ibid. num. 11.

(*p*) Ratnaldus loco cit. num. 18. pag. 619.

(*q*) Monachus Paduanus ap. Urstis. pag. 593.

(*r*) Conradinus An. MCCLII. natus fuit.

(*s*) Charta hæc integra apud Hottingr *Specul. Tigurin.* vel *Antiquitatis Germanico-Turicenſes* pag. 84. Goldastus in *Conſtitut. Imper.* Tom. I. pag. 308. & Tschud. *Chron. Helvet.* ad An. MCCLXII. eam mutilam exhibent.

## §. CCX.

Speciatim Hagenoa.

Alſatas à Conradino follicitatos, & Hagenoam præfertim, Ducalium Alſatiæ civitatum primariam, aures ei præbuiſſe, exinde inferimus, quod An. MCCLXII. Hagenoenſes "per ſpatia quedam mali & intranquilli temporis & præcipue propter diutinam „ noſtram ablentiam ingratitudinis vitium quodammodo exercuiſſe „ Richardus conqueſtus eſt. Cauſa defectionis fortaſſis fuit, quod civitatibus Alſatiæ, quæ nuper ex Ducalibus Imperiales funt factæ, novum imminere jugum videbatur. Promiſerat ille quidem An. MCCLVII. Hagenoam ejuſque cives nemini oppignerare, neque alio quocunque modo alienare ſe velle, ſed ſub ſuo & Imperii dominio retinere. At triennio poſt caſtrum & civitatem hanc Epiſcopo Argent. quater mille marcarum pignus conſtituit. Quin etiam Ehnhemii, Colmariæ, aliorumque locorum libertati idem infidiabatur Epiſcopus, uti Marchio Badenſis, Wirtenbergiæ Comes, aliique Proceres Suevicis infidiati ſunt oppidis. (*t*)

## §. CCXI.

Amiſſa recuperare tentat.

Pauca igitur poteſtatis Ducalis, à Conradino exercitæ, documenta extant. An. MCCLIX. *Chunradus ſecundus*, (*u*) *Dei gratia Jeruſalem & Sycilie Rex, Dux Suevie*, Comiti Ulrico de Wurtenberg officium & omne jus Mareſchalli, *quod ad noſtrum Ducatum per omnem Sueviam duoſcitur pertinere*, Advocatiam in Ulma &c. contulit. (*x*) Idem anno ſequenti Ludovicum de Lichtenberg Alſatiæ Inſt. Landgravium conſtituit, ſed actu illegitimo, quod Duci nullum jus in Landgraviatum Imperialem competiit. (*y*)

An. MCCLXIII. Conradinus omnes ſuas terras & opes, ſi absque prole deceſſerit, Ludovico Severo, Bavariæ Duci, ejusque poſteris legavit. (*z*) Donatio hæc An. MCCLXVI. alio inſtrumento renovata & in Henricum, Severi fratrem, extenſa eſt. (*a*) Biennio poſt fedecennalis juvenis com exercitu in Italiam progreſſus eſt Conradinus, ut hereditaria ſua Apuliæ & Siciliæ regna, Manfredo, Friderici II. Imp. ſpurio, per Carolum Andegavenſem An. MCCLXV. crepta, eriperet Carolo. Sed prœlio ad Lacum Fucinum commiſſo victor, victus & captus fuit. (*b*) Socius ei malorum aderat Fridericus Badenſis, Auſtriæ Ducatus per matrem heres. Dies IV. Kal. Nov. MCCLXVIII illuſtriſſimos hos Principes, cumque iis Suevicam & Auſtriacam ſimul gentes extinxit. (*c*)

## §. CCXII.

Interitus ejus.

Cum Conradini capite ergo Suevicus, Franconicus & Alſaticus ſimul cecidere Ducatus, nec formula eorum reſtaurata eſt unquam, uti ſupra (*d*) oſtendimus. Jus aliquod, vivo adhuc Conradino, in illos ſibi competere crediderat Alfonſus, Caſtiliæ Rex, à nonnullis Germaniæ Proceribus Imperator electus, quod mater ejus fuerat Beatrix, filia Philippi Suevi; (*e*) quam etiam litem viginti poſt annos ſub Rudolfo I. Imp. renovavit; at ei reſponſum, in Ducatibus Germaniæ nullum jus eſſe feminarum. (*f*)

Quum Sueviæ & Alſatiæ Dux Epiſcopatus Argent. Camerarius fuerit, in quo munere ipſi Landgravius Alſatiæ Inferioris ſucceſſit, (*g*) Carolus IV. peculiari charta Eccleſiæ huic cavit, ut ſi quando renovandus eſſet ille Ducatus, Camerariatus quoque in priſtinum reſtitueretur honorem. (*h*)

REGES

(*t*) KOENIGSHOV. *Chron.* pag. 430.

(*u*) Secundus eſt Conradus in ſerie Regum Hierofol. & Siciliæ.

(*x*) KULPISII *Deductiua data dem Hauſſ Wurtemberg das Reichs-Panner Amt zuſtehte*, Probat. Lit. B.

(*y*) Supra in Landgraviis pag. 525.

(*z*) Vid. *Auſzfahrung derer dem Churhauſſe Bayern zuſtehenden Erbfolge - und ſonſtigen Rechts-Auſzſprüchen auf die An. MDCCXL. erledigte Kunigreiche Ungarn u. Boheim* pag. 8. lit. E.

(*a*) Ibidem pag. 10. lit. F.

(*b*) HENRICUS STERO; MONACHUS PADUANUS ad An. MCCLXVIII. VILLANI *Hiſtorie Florent.* Lib. VII. Cap. XXIX. Item quatuorviri Hiſtoriæ Neapolitanæ, COLLENUCIO, COSTANZO, SUMMONTE, GIANNONE.

(*c*) Diem & annum hunc ſupplicii ponit ætatis illius ſcriptor Italus RICOBALDUS FERRAR. in *Hiſt. Imperatorum Germ.* ap. EGGARD. *Corp. Hiſt. medii ævi* Tom. I. pag. 1181. Ricobaldus ſcripſit, quæ à Joachimo acceperat Judice, qui in comitatu fuit Guidonis de Sucaria, Juriſconſulti, quem Carolus Andegavenſis de pœna Conradino infligenda conſuluerat, ſed non erat ſecutus. Abſolvendum enim exiſtimaverat Guido. Adde ejusdem RICOBALDI *Compilationem Chronolog.* ap. EGGARD. pag. 1286. Alii mortem Conradini in An. MCCLXIX. rejiciunt & in diem 26. Oct. quam epocham ampl. citat GIANNONE *Iſtor. di Napoli* Lib. XIX. Cap. IV.

(*d*) Pag. 11, 69. Conf. PESLER *de Gestis Auſtr. Ducatus in Suevia* §. IX. & XI. WEGELIN *Hiſtor. Gerichts von der Reichs-Landvogtey in Schwaben* Sect. VIII. pag. 170.

(*e*) RAYNALD. *Annal. Eccleſ.* Tom. XIV. An. MCCLV.

(*f*) HERZO. *General.* Tom. II. num. 545.

(*g*) Vid. ſupra pag. 528. §. CLII.

(*h*) Charta An. MCCCLVIII. in tabular. Epiſcop. Tabernis.

| REGES & IMPERATORES GERMANIÆ. | SUEVIÆ ET ALSATIÆ DUCUM *SERIES CHRONOLOGICA.* |
|---|---|
| CONRADUS I. Rex. | |
| 916 | BURCARDUS I. Suevus. |
| HENRICUS I. Rex. | |
| 926 | HERMANNUS I. Franco. |
| OTTO I. Imp. | |
| 950 | LUDOLPUS, Ottonis M. filius. |
| 955 | BURCARDUS II. Suevus. |
| OTTO II. Imp. | |
| 973 | OTTO I. Ludolfi filius. |
| OTTO III. Imp. | |
| 983 | CONRADUS I. Franco. |
| 997 | HERMANNUS II. Franco. |
| HENRICUS II. Imp. | |
| 1004 | HERMANNUS III. fecundi filius. |
| 1012 | ERNESTUS I. Hermanni II. gener. |
| 1015 | ERNESTUS II. primi filius. |
| CONRADUS II. Imp. | |
| 1030 | CONRADUS II. Dux Franciæ Orient. & Alſatiæ. HERMANNUS IV. Ernefti II. frater, Dux Sueviæ. |
| 1038 | HENRICUS I. inter Reges Germaniæ Henricus III. Conradi II. Imp. filius. |
| HENRICUS III. Imp. | |
| 1045 | OTTO II. Comes Palat. Moſellæ. |
| 1047 | OTTO III. Suinfurti Marchio. |
| HENRICUS IV. Imp. | |
| 1057 | RUDOLPUS, Rhinfeldæ Comes. |

| | |
|---|---|
| 1080 | FRIDERICUS I. de Hohenſtaufen. |
| HENRICUS V. Imp. | |
| 1105 | FRIDERICUS II. COCLES, primi filius. |
| CONRADUS III. Imp. | |
| 1147 | FRIDERICUS III. ſecundi filius, dein Imperator. |
| FRIDERICUS I. Imp. | |
| 1152 | FRIDERICUS IV. Conradi III. Imp. filius. |
| 1167 | FRIDERICUS V. Friderici I. Imp. filius. |
| HENRICUS VI. Imp. | |
| 1191 | CONRADUS III. Friderici V. hujus & Henrici VI. Imp. frater. |
| 1196 | PHILIPPUS, eorundem frater, dein Rex Rom. |
| OTTO IV. Imp. | |
| 1208 | FRIDERICUS VI. inter Imperatores poſtea ſecundus. |
| FRIDERICUS II. Imp. | |
| 1219 | HENRICUS II. Rex Rom. Friderici II. Imp. filius. |
| 1235 | CONRADUS IV. dein etiam Imp. alter Friderici II. Imp. filius. |
| 1254 \| 1268 | CONRADUS V. vulgo Conradinus, Conradi IV. filius. |

CAP.

# CAP. VII.

# ADVOCATI PROVINCIALES ALSATIÆ.

## §. CCXIII.

TAm variæ Advocatorum ſpecies olim in Alſatia fuerunt, ut eam *Advocatorum terram* dixiſſes, quale nomen *Vogtlandie*, Marchionatus Miſnici provinciæ, ab Advocatorum, qui ibi fuerant, multitudine veteres impoſuerunt. Originem vocis *Vogt* à latina *Advocatus* nonnulli Germanorum Etymologiſtæ derivant. (*i*) Utraque defenſorem, præfectum, præſidem, judicem, pro ſubſtrata materia, ſignificat. Germani vocabulo ſuo aliud ſubinde præfigunt vel ex muneris vel ex mittentis conditione deſumptum. Unde Epiſcopatuum, Collegiatarum, Abbatiarum Advocati, *Kaſtenvogte*; alii Provinciarum, Regionum, *Landvogte*; alii Urbium Caſtrorumve Advocati, *Statvogte*, *Burgvogte*: ex conditione mittentis autem erant Advocati vel Imperiales, Imperii nempe & Imperatoris vel Regis, *Keyſerliche Reichs-Landvogte*; vel Ducales, *Oeſterreichiſche Landvogte*, quorum omnium exempla apud Alſatas proſtant. Eccleſiaſticos Advocatos exhibebit *Alſatia ſacra*. Urbicos (*l*) in ſingularum Civitatum enarratione expoſui; nunc de provincialibus, regionalibus & caſtrenſibus Imperii, quin & de Advocatis, Auſtriacas Archiducum terras in Alſatia regentibus, diſtinctius agendum, quos ſingulos, diſtributos in claſſes, ordine temporis exponam. Origines & fata Advocatiæ provincialis in Parte Geographica jam ſuperius (*m*) expoſui. Advocati varii generis.

## §. CCXIV.

Chronologica Advocatorum provincialium enumeratio difficultatibus laborat. Occurrit hinc inde Chartarum defectus. Subadvocati in Chartis non raro ſimpliciter Advocati dicuntur. Advocatus & Subadvocatus quandoque ad tempus mutati, tertio locum dederunt, qui munere depoſito nomen ſervavit. Auſtriaci ſuperiores Alſatiæ, ut & Imperiales Spirigoviæ, nec non pacis publicæ Advocati ſeu Judices, cum Cæſareis Alſatiæ provincialibus haud raro miſcentur. Auſtriaci ſane, Imperialium inſtar, ſe Advocatos Alſatiæ, non addito *ſuperioris* epitheto, nuncuparunt frequenter, quod & Landgraviis eveniſſe novimus. Quin & Alſatia Auſtriaca, adeoque & Advocatia ejus, cum Sigismundus Imp. Fridericum proſcripſiſſet Auſtriacum, ad tempus Imperialis evaſit. Georgius, Veldentiæ Comes, An. MCCCX. Alſaticam Selfe chartam, ut Advocatus Provincialis, (*n*) omiſſa Spirigoviæ, cujus Advocatus erat, mentione, ſignavit. Adde, quod pacis publicæ cuſtodia cum Advocatia provinciali ſæpe fuit conjuncta; nonnunquam ab ea ſeparata. Cuſtos hic Advocatus quoque provincialis, ſed pacis publicæ, (*o*) dicebatur. Turbatis denique Anti-Cæſarum tempore Germaniæ rebus incerta quoque Advocatiæ provincialis fata fuerunt, uterque Cæſar cum conſtituiſſet Advocatum; quod ſub Ludovico Bavaro & Friderico Auſtriaco præſertim evenit. Ex difficultatibus his eluctatus ſum tandem ope Chartarum, quas Imperialium olim Civitatum ſcrinia nobis largiter obtulerunt. Has inter Advocatorum apochæ, Civitatibus datæ, quæ tamen ante medium ſeculi XIV. rariores occurrunt, principem obtinent locum. Difficultas argumenti hujus.

## §. CCXV.

Quamvis autem provincialium Alſatiæ Advocatorum ſeries non altius aſſurgat, Sueviæ tamen vicinæ exemplum, quæ ſeculi XI. initiis Advocatos jam habuit, & communi olim cum Alſatis Duce uſa eſt, facit, ut Alſatiam quoque ſub Ducibus Advocatos provinciales jam habuiſſe credamus. Henricus de Weiſſenhorn *Advocatus provinciæ ſuperioris Sueviæ generalis* An. M.X. ſub Henrico II. Imp. occurrit. (*p*) Advocatorum Alſatiæ antiquitas.



(*i*) WACHTER in *Gloſſar.* FRISCH *Teutſches Wörterbuch.*

(*l*) Urbium Advocati Carolino ævo dicti *Comites.* Specialiſſimi quoque Vicorum & Curtium dominicalium Advocati fuerunt, de quibus in *Alſatiæ Moribus.*

(*m*) Pag. 281. ſq.

(*n*) *Landvogt*, quam vocem ſubinde latine *Advocatus terræ* verterunt.

(*o*) *Landvogt des Landfridens.*

(*p*) Inſtrum. fundationis Hoſpitalis S. Spiritus in Memmingen, in PEZII *Sueviæ Eccleſiaſt.* pag. 610.

Sub Friderico I. Imp. Degenhardus de Hellinſteyn *Procurator* ejus *per omnia regalia prædia Sueviæ:* (q) ut apud Alſatas ſub Friderico II. Imp. Bertholdus de Tannerode *Procurator rerum Imperialium in Alſatia*, memoratur. Procuratores hos & Advocatos provinciales ſynonyma eſſe, ANNALES COLMARIENSES (r) demonſtrant.

## §. CCXVI.

Diviſio in Claſſes.

Provinciales autem Advocati, uti Landgravii ac Duces, in duas dividendi ſunt claſſes, *vagam* nempe & *ſtabilem*. Prima temporarios continet, qui ad nutum Cæſaris revocabiles, ex variis hominum ordinibus ſumpti, adeoque inſtabiles. Duravit hæc claſſis, quamdiu Advocatia in Imperatoris manibus fuit, nec oppignerata Principibus. Quum autem Sigismundus Imp. eam Ludovico Barbato, Electori Palatino, dediſſet in pignus, quod An. MDLVIII. à Palatinis ad Auſtrios delatum, dignitas hæc in Palatina atque Auſtriaca Domibus permanſit, donec Alſatia transiret ad Galliam; ubi nova Advocatorum periodus, nempe *Gallica* oritur. Utraque vero claſſis, vaga & ſtabilis, in duas ſubdiviſa eſt partes. Advocatorum vagorum pars prior paucos illos Advocatos complectitur, quos ſub Ducibus nobis exhibent Chartæ; qui vel Cæſaris tantum fiſco præfuerunt, vel Ducum etiam, in Cæſares promotorum, Vicarii extiterunt armati. Altera pars Advocatos comprehendit illos, qui poſt Duces extinctos ſub Imperatoribus Ducum inſtar Alſatiam rexerunt. Advocatorum ſtabilium Pars prior Palatinos, Pars poſterior Auſtriacos Advocatos recenſet.

### *I. CLASSIS VAGA,*

### I.) SUB DUCIBUS.

## §. CCXVII.

Hetzel Advocatus.

INter Advocatos ſub Ducibus primus nobis *Hezelius*, ſive Heinricus, vir nobilis, in monaſterii Boſonisvillani charta An. MCXXIII. ſub Henrico V. Imp. occurrit. (s)

Rudeger.

Sub Friderico I. Hohenſtaufica gentis Imperatore *Rudegerus Advocatus de Hagenowe* in ejuſdem Friderici diplomatibus, civitati Hagenoenſi An. MCLXV. & Collegio Præmonſtratenſium apud Hagenoenſes An. MCLXXXIX. datis, memoratur. Hagenoenſis hic oppidi Advocatus inter provinciales quoque Advocatos meretur referri, quod munera hæc duo identidem fuerunt conjuncta. Idem Rudegerus ſub filio & ſucceſſore, Henrico VI. Advocatiam iſtam adminiſtravit. (t)

## §. CCXVIII.

Ulricus Phirret. & Otto de Ochſenſt.

Fridericus II. Henrici VI. filius, Rex Romanorum, Dux Sueviæ & Alſatiæ, uti patruus & avus, ab Argentinenſibus rogatus, ut Advocatos ſuos & civitates Alſatiæ contra Henricum, Marchionem Hachbergenſem, pro liberando ex captivitate Egelolfo de Landſperg, ad auxilium ſibi præſtandum excitaret, ex caſtris ante Eſſelingam craſtino Laurentii vel d. XI. Aug. regni ſui anno primo, Argentinenſibus ita reſpondit: (u) „ Noveritis nos nobilibus viris, *Ulrico Comiti Phirretarum & Ottoni de Ochſenſtein*, „ *Advocatis noſtris provincialibus*, dediſſe firmiter in mandatis, ut vobis in hoc negocio, „ una *cum civitatibus Imperii* cooperentur auxilio efficaci.

En duos Alſatiæ Advocatos Imperiales, quorum alterum ſuperiori, alterum inferiori præfuiſſe veriſimile eſt, quod in illa Phirretarum Comes, Ochſenſteinius in hac tum fuerant potentes. Ulricum ad An. MCCXXVIII. in hoc perſtitiſſe munere, ex eo colligimus, quod in prœlio ad Blodelsheimium, anno hoc inter Bertholdum, Epiſcopum Argent. & Comites Phirretenſes commiſſo, (x) Bertholdus homines Imperiales deviciſſe ſcribitur. (y) §. CCXIX.

(q) CONRADI *Urſperg. Chron.* pag. 233.

(r) Ad An. MCCXII. pag. 26.

(s) Charta apud CALMET *Hiſt. de Lorraine* Tom. I. Probat. col. 544. ubi: " Ut autem iſtud „ ratum maneret & indiſruptum, adhibiti ſunt plures „ teſtes. Nobilium Dom. Wigericus de Walcourt. . . „ *Hezel Advocatus Alſatiæ*. . . De familia Theodo- „ rici Comitis Hermannus dapifer . . Acta ſunt hæc „ omnia in eadem Buoſonisvilla anno Dominicæ „ incarnat. MCXXIII. Indictione I.

(t) Teſte diplomate Henrici VI. eidem apud Hagenoenſes Præmonſtratenſium collegio An. MCXCIII. conceſſo.

(u) WENCKER *Apparat. Archivor.* pag. 353. num. 3.

(x) Supra pag. 59. §. LXXXIX.

(y) In ANNAL. COLMAR. ad An. MCCXXVIII.

## §. CCXIX.

Sub eodem Friderico II. Imp. WOLFELINUS, (*Wolfel*) genere obſcurus, ſed rebus geſtis illuſtris, Alſatiam rexit Advocatus; qui Seleſtadium, Colmariam & Keiſersbergam in Urbes exxit. (a) RICHERIUS (a) Præfectum Alſatiæ eum vocat diſerte; rubrica tamen præfixa: *de Wolfelino ſculpteto Hagenoya.* Ruſtico eum ſanguine natum, ſed ſolertia & prudentia præditum, carceri à Cæſare mancipatum, exutum divitiis (b) & ab uxore ſua ſuffocatum Richerius refert. Hic autem quum res non ordine temporum recenſeat, quibus ſingula hæc adſcribenda ſint annis, definire non licet. *Wolfelinus, Scolteus de Hagenowe*, cum Sygfrido, minore Scolteto, in charta monaſterii Neoburg. An. MCCXV. occurrit. *Scultetus* quoque ſuum *de Hagenowe* Henricus Rex Rom. in diplomate Regiſpontano An. MCCXXVII. eum appellat. Legitur denique *Wolvelinus Scolteus de Hagenoa* in alio Neoburgenſi inſtrumento Conradi IV. Regis An. MCCXXXVII. unde Wolfelini adminiſtrationem non brevem fuiſſe intelligimus. Referenda itaque ad eundem ſunt, quæ CONRADUS DE FABARIA (c) tradit, *ubi Scultetum de Hagenowe*, Argentinæ Civitati non parum infeſtum, in aula Regis peſſima percantaſſe gallicinia ſcribit. Intelligitur Rex Rom. Henricus, Friderici II. Imp. filius, qui patre An. MCCXXVIII. in Palæſtina abſente, ſummæ rerum apud Germanos præfuit. Wolfelinus.

## §. CCXX.

BERTHOLDUS *de Tannerode Procurator rerum Imperialium in Alſatia* à Conrado IV. Rege Rom. laudatur in diplomate, quo permutationem feudi Imperialis Falckenſteiniorum An. MCCXXXVIII. firmavit. Bertholdus ipſe, cujus conſenſu permutatio anno ſuperiore facta, hac ſuper re ita ſcribit: *Frater Bertholdus de Tannerode, curam gerens rerum Imperialium, univerſis* &c. In fine hujus chartæ poſtremus inter plures nominatur teſtis Wolvelinus *Scolteus de Hagenoa*; qui ſi idem cum præcedenti Præfecto Alſatiæ eſt, Advocatiam provincialem, ſervato Sculteti Hagenoenſis munere, jam amiſerat. Waltherus, Jacobus & Ortliebus de Falckenſtein, fratres, Imperiale feudum in *Douchindorf* Abbatiæ Neoburgenſi pro octoginta marcis argenti vendiderant, ejus in locum allodiale pratum offerentes; quod à Bertholdo Tannerodio primum, dein à Rege Rom. Conrado, patris ſui Friderici II. Imp. nomine, approbatum. Ceterum *Frater B. de Tannenrode* jam An. MCCXXXII. teſtis legitur diplomatis, quo Henricus Rex, Conradi IV. frater, donationem à Sigeberto Landgravio Hoſpitali S. Spiritus in Steffansfelden factam, Hagenoæ confirmavit. Bertholdus de Tannerode.

## §. CCXXI.

Poſtquam autem Hohenſtaufii à Germanis negligi cœpiſſent, & illa anarchia, *Interregnum magnum* quam vocant, fuiſſet exorta, ſumma rerum in Alſatia ad Epiſcopum Argent. pervenit, quam Richardus ei Cæſar conceſſit. Hic enim Rex Rom. An. MCCLVII. Francofurti electus, biennioque poſt in patriam ſuam rediturus ad Anglos, Henricum à Stahleck, Eccleſiæ Argent. tum Præfulem, commotis in Staufenſes armis de ſe & deceſſoribus ſuis bene meritum, (d) Imperii per Alſatiam vicarium conſtituit, ſeu terram hanc ipſi cuſtodiendam commiſit. Auctor CHRONICI WORMAT. (e) ait: " Poſt hoc rediit Richardus Rex ad Angliam, committens Philippo Comiti de „ Falckenſtein *die Westrau* (Wetteraviam) & Alſatiam Dom. Epiſcopo Wernhero „ Argent. plus ex favore quam ex juſtitia. „ TRITHEMIUS *Chron. Hirſaug.* (f) Richardum vicariatum in Alſatia Wernero dediſſe, Archiepiſcopo Moguntino, refert; at in *Chron. Sponheim.* (g) Wernerum vocat Argentinenſem Epiſcopum. Enimvero Richardi temporibus Argentinenſis Eccleſiæ Præſul fuit Henricus Stahleckius. Quæ de Henricus Ep. Arg.



(a) Vid. ſupra pag. 281. §. DXXIII. & pag. 364. §. DCLXXI.

(a) *Chron. Senon.* Lib. IV. Cap. VI.

(b) Wilhelmus, Rex Rom. in Literis, ad Judicem Prov. Alſatiæ An. MCCLV. ſcriptis, jubet, ut Reinboldo Liebenzellero, militi Argent. ob bona in villa *Treubeim*, quæ Fridericus Imp. olim Wolfhelino, Sculteto Hagen. abſtulit, ſatisfaciat. Literas has Alſatia Diplomatica dabit.

(c) *De Caſib. S. Galli* Cap. XVII. ap. GOLDAST. *Rer. Alem. Scriptor.* pag. 89. edit. Senckenberg.

(d) RICHERIUS *Chron. Senon.* Lib. IV. Cap. XI. ait: " Epiſcopus Argent. duo caſtra, quæ Regi „ noſtro (Wilhelmo) adverſabantur, Wigrefem „ (Wickersheim) & Croneberch funditus deſtruxit, „ & totam terram Epiſcopatus vice Regis ſibi ſubegit &c.

(e) Ap. LUDEWIG *Reliq. Manuſcr.* Tom. II. pag. 128.

(f) Ad An. MCCLXI. pag. 606.

(g) Ad An. MCCLVII. pag. 282.

Werneri Moguntini vicariatu narrat Trithemius, ea alias Moguntino Archiepiſcopatui vicinas regiones concernunt. Certum enim eſt, Richardum, ex Germania diſcedentem ad tempus, plures Imperii vicarios diverſis in Germaniæ partibus conſtituiſſe. (*b*) Vicariatus hic Moguntini fecit, ut in Sponheim. Chronico, de Alſatico vicariatu loquens, nomen Werneri pro Henrici nomine Trithemius poneret.

## §. CCXXII.

Waltherus Ep. Arg.

Henricum Stahleckium in Epiſcopatu Argent. & in Advocatia Alſatiæ excepit Waltherus à Geroldseck, qui poteſtate ab Imperatore ſibi credita abuſus, odium ſibi multorum attraxit.

Richerius: (*i*) " Videns Comes Rodulphus, quia Epiſcopus Argentinenſis quædam oppida & villas Regis Alemanniæ in Alſatia cuſtodienda occupaverat, molitus eſt ea ſibi vindicare. „ Colmaria dein & Mulhuſium oppida quomodo à Rudolfo Comite ſint capta, idem nos ſcriptor docet, additque: (*l*) " Epiſcopus igitur Argent. „ cum audiſſet, quia Mulnehuſe & Columbariam, & milites ſuos, & terram, quam „ à Rege Alemanniæ cuſtodiendam acceperat, tam infeliciter perdidiſſet, habito „ conſilio niſi fratrem ſuum, ut terram Comitis Rodolphi ubicunque poſitam occu„ paret & penitus devaſtaret. Appellabatur enim idem frater Epiſcopi *Advocatus Alſatiæ.* „ Waltherus itaque adminiſtrationem Advocatiæ provincialis fratri ſuo Hermanno, quod nomen Richerio ignotum, commiſerat. Koenigshovius (*m*) Hermannum à Geroldseck, Epiſcopi fratrem, in prœlio ad Hugsbergam An. MCCLXII. occiſum, terrarum juxta Rhenum à Baſilea uſque ad Selſam Advocatum provincialem fuiſſe ſcribit. Ipſe Hermannus vulneratus poſt pugnam, quis eſſet, interrogatus, reſpondit: " Ego ſum „ frater Epiſcopi Argentinenſis, dictus Advocatus Alſatiæ. (*n*)

Memorabilis eſt charta Richardi Imp. eodem An. MCCLXII. d. 21. Nov. ad Argentinenſes Hagenoæ ſcripta, qua mentio fit Sculteti Imperialis in Hagenawe, " cui terre noſtre cuſtodiam in Alſacia committentes . . cum primum civitates & terre „ dyocelis Argent. ratione Regni ad nos pertinentes, noſtre reddite fuerint poteſtati. (*o*) Inferimus hinc, Waltherum Epiſcopum, invito Richardo Cæſare, Advocatiam Alſatiæ, cumque ea civitates liberas, in Diœceſi ſua ſitas, retinuiſſe, Sculteto Hagenoenſi, ut autea, committendas, ſi quando Richardus eas in poteſtatem ſuam receperit. Evenire hæc potuerunt poſt Waltheri deceſſum. (*p*)

Antiquiores hos Rudolfo Habsburgico Alſatiæ Præfectos, qui durante Alſatiæ Ducatu floruerunt, ignoravit Obrechtus, unde concidit ſententia ejus, quæ Advocatiæ provincialis origines nonniſi poſt Ducatus Alſatiæ interitum ponit.

# 2.) POST DUCES EXTINCTOS.

## §. CCXXIII.

Conradus Wernh. de Hadſt. & Cuno de Bergh.

Germania ſub Rudolfi Habsburgici regimine in ſtatum meliorem reducta, duos Alſatia Advocatos, uti ſub Friderico II. Imp. accepit. Conradus Wernherus de Hadeſtatt ſuperiori, & Cuno de Bergheim inferiori, præfecti ſunt. Uterque Advocatus provincialis (*q*) dicitur in charta Rudolfi I. Nicolao & Johanni Zorniis anno regni ſui ſecundo data, (*r*) qua ſponſioni Cæſareæ uterque nomine ſubſcripto ſuperaddidit ſuam. Anno ſequenti idem Cuno de Bercheim diplomati Rudolfino, iisdem Zorniis Argentinæ dato, figillum ſuum cum Imperiali appendit. An. MCCLXXVII. quarto Kal. Martii Rudolfus *Conrado Wernero, Cunoni de Bergheim, ceteriſque officiatis ſuis per Alſatiam*, nullos de bonis civium Argent. per Alſatiam ut cenſus exigerent, imperavit. (*s*) " An. MCCLXXVIII. Epiſcopus Baſil. & *Advocatus Alſatiæ* cum exer„ citu

(*b*) *Chron. Slavor.* ad An. MCCLX. apud Lindenbrog pag. 261.
(*i*) *Chron. Senon.* Lib. V. Cap. XIII.
(*l*) Ibidem Cap. XIV.
(*m*) *Chron. Alſat.* Cap. IV. pag. 252. §. LIV. *Her Hermann von Gerolzecke des Biſchovet bruder der wat Lantvoget von Baſel untze gen Selſe an beidets ſiten der Rines.*
(*n*) Ap. Richer. *Chron. Senon.* Lib. V. Cap. XV.
(*o*) Ap. Gerauer *Vita Richardi Imp.* pag. 389.
(*p*) Confer. heic pag. 282. §. DXXIV.
(*q*) *Landvogt.*
(*r*) In tabulario nobilis Zornlorum familiæ. Cunonis de Bercheim, *Lantvogt*, literæ ap. Wenckerum *Collecta Archivi* pag. 60. fine.
(*s*) Wencker *de Uſibus gerris* pag. 5.

„ citu ad Regem Rudolfum in Auſtriam perrexerunt, in menſe Julio, „ (*s*) ut ipſum contra Ottocarum Bohemiæ Regem adjuvarent. Addit CHRONICON COLMARIENSE: (*u*) " Dominus Conradus Wernherus, Advocatus Alſatiæ, dictus de Hadiſtat, „ exercitum centum militum optime præparatis cum dextrariis phaleratis „ ſcil. congregaverat. Anno ſequenti, re feliciter geſtâ, " poſt Matthiæ venit *Advocatus Alſatiæ*, „ Conradus Wernherus, à Rege, qui tunc temporis morabatur in Vienna. „ (*x*) De uxore ejus ANNALES COLMAR. ad An. MCCLXXVI. referunt: " Nono Calend. „ Octobris obiit *Advocatiſſa Alſatiæ*, filia Comitis Phirreterum, in caſtro Plixeberg, „ uxor Conradi Wernheri; ſepulta in cœmiterio S. Johannis ſub-tilia in Columbaria. „ Conradum Wernherum de Hadſtatt ordinem Teutonicum An. MCCLXVII. in caſtro Bücheim, præſentibus multis Alſatiæ nobilibus, ingreſſum & An. MCCLXXXIII. defunctum eſſe, iidem teſtantur ANNALES. (*y*)

## §. CCXXIV.

Huic nondum defuncto in Advocatiæ munere ſucceſſit Otto de Ochſenſtein, Rudolfi Imp. ex ſorore nepos. ANNALES COLMAR. ad An. MCCLXXXI. ita: " Dominus de Ochſenſtein, filius ſororis Rudolphi Regis, *Advocatus terræ*, depoſuit „ Scultetum Columbarienſem Sigfridum. . . . Feſto S. Nicolai Landisperch caſtrum „ Sculteti de Columbaria per *Advocatum Alſatiæ* & Columbarienſes obſidetur, & res „ ejus diripiuntur. (*z*) Otto de Ochſenſtein.

An. MCCLXXXIV. alius ſe nobis offert Advocatus Alſatiæ, Hohenſteinius nobilis, Ochſenſteinio aliisque infeſtus. Hoc enim anno " Dominus de Hohenſtein, „ *Advocatus Alſatiæ*, ſororibus de S. Joanne octo vini vaſa violenter abſtulit . . . . „ Caſtrum Echirc potenter obſedit, ſpacio brevi temporis expugnavit, & in poteſta- „ tem ſibi propriam deportavit . . . Poſthæc idem Advocatus Alſatiæ, cum „ Epiſcopi Argentinenſis adjutorio, *Ochſenſtein* caſtrum potenter expugnabat & funditus „ evertebat. (*a*) Hohenſtein.

Hohenſteinius hic vel abſente vel una cum Ochſenſteinio Alſatiæ præfuit, ſed diverſis plane agitatus conſiliis. Ochſenſteinius Alſatis inviſum ſe reddidit, ut placeret Rudolfo, avunculo & Principi ſuo. Hohenſteinius Ochſenſteinium videtur impugnaſſe, ut Alſatis placeret. Facto Colmariæ, ob nimias Rudolfi exactiones, ſeditionis initio, Hagenoenſes quoque Advocatum provincialem, Ottonem de Ochſenſtein, caſtro ſuo expulerunt An. MCCLXXXV. (*b*) Anno ſequenti Conradum inter, Epiſcopum Argent. *& nobilem virum Dom. Ottonem de Ochſenſtein, S. Imperii per Alſatiam Advocatum generalem*, nec non Fridericum, Lotharingiæ Ducem, transactio ſuper caſtrum Richenshoven & ejus caſtellanos, aliaque ſuper caſtrum Eckerich vallis Leberiæ facta. An. MCCLXXXIX. Otto hic, Advocatus provincialis, (*c*) cum XI. aſſeſſoribus de cauſa violatæ pacis publicæ cognovit.

## §. CCXXV.

Mortuo Rudolfo Imp. ſucceſſor ejus Adolfus " conſilio procuratorum regni pro- „ curatores in officiis retinet. Ottoni de Ochſenſtein, nepoti ex ſorore Regis Rudolfi, „ Alſatiam & quæ ab ea parte Rheni ſunt, committit; Comiti à Katzenelnbogen, „ quæ ab alia parte Rheni. „ (*d*) Quarto idus Dec. ejusdem An. MCCXCII. Adolfus *Advocato* ſuo *provinciali per Alſatiam*, *nobili viro Ottoni de Ochſenſtein*, moniales S. Marci extra muros Argentinenſes, literis Hagenoæ ſcriptis, commendavit. In regia privilegiorum monaſterii Neoburgenſis confirmatione tum quoque teſtis Hagenoæ allegatur *Otto de Ochſenſtein, Advocatus provincialis Alſatiæ.* Hic rem Adolfi Cæſaris agebat ſtrenue, cujus ptoeſtati Colmariam civitatem, caſtrumque Ortenberg vel pacto vel armis ſubjecit. (*e*) Idem Otto. de Ochſenſt.

Sub-

(*s*) ANNALES COLMAR. pag. 14.
(*u*) Pag. 40.
(*x*) ANNALES COLM. pag. 15.
(*y*) Pag. 8. & 19.
(*z*) Pag. 17. & 18.
(*a*) Ibid. pag. 20.
(*b*) Vit. ſupra pag. 362. not. (*q*) & 376. §. DCXC.
(*c*) *Otte von Ohſinſtein der Lantvogt.*
(*d*) ANNALES COLMAR. ad An. MCCXCII. pag. 26.
(*e*) Ibid. pag. 27. Conf. ſupra pag. 201. ſq.

Subadvocatus Cuno de Bergheim.

Subadvocatum habebat Cunonem de Bergheim, qui *Præses Principis in Alſatia elatus*, Conradum de Lichtenberg, Epiſcopum, & cives Argentinenſes inſeſtaſſe ſcribitur. (*f*) Hunc in bello Adolfi contra Colmarienſes & Dynaſtas Rappoltſteinenſes An. MCCXCIII. geſto, *Advocatus terræ* Otto, qui vallem Orbeanam deprædatus eſt, cum quingentis armatis in Gregorianam quoque vallem contra Vilerenſes miſit, in quos, Rappoltſteinenſium ſubditos, Monaſterienſes etiam excitaverat cives. (*g*) Obrechius (*h*) itaque Cunonem hunc Theobaldo, Phirretarum Comiti, qui nonniſi quadriennio poſt Alſatiæ præfectus eſt, Subadvocatum haud recte adjungit; jungendum Ottoni de Ochſenſtein, cujus ſigillum hac notatum perigraphe vidi: *S. Ottonis de Ochſenſtein Advocati ſacri Imperii per Alſatiam.*

## §. CCXXVI.

Theobaldus Phirr. Comes.

Ottoni ſucceſſit Theobaldus, Phirretarum Comes, ab Adolfo Cæſare, Rhenum deſenſuro, ut Angliæ Regi contra Gallos opem ferret, An. MCCXCII. inſtitutus, ut Annalis & Chronicon Colmar. (*i*) tradunt. Theobaldum hunc continua pro Principe ſuo cum Comite Friburgenſi, Epiſcopo Argent. aliisque vicinis bella geſſiſſe, eadem monumenta nos docent, quæ eum *Advocatum terræ*, *Advocatum Imperii*, *Advocatum Alſatiæ*, & *Præfectum Imperiolem Alſatiæ* promiſcue vocant. An. MCCXCVIII. Theobaldus, *Advocatus per Alſatiam generalis*, centum marcas argenti Henrico de Rappoltſtein promiſit. (*l*)

## §. CCXXVII.

Joh. de Lichtenberg.

Interfecto in pugna Gœlnheimenſi Adolfo, Albertus I. pro Comite Phirretenſi Johannem de Lichtenberg Alſatiæ præfecit. (*m*) Annales Colmar. ad An. MCCXCIX. ita: "Octava Epiphaniæ venit Columbariam *Alſatiæ Advocatiſſa* cum pluribus dominabus „ & Dom. Joannes de Liechtenberc, filius fratris ven. Epiſcopi Argent. *Advocatus „ Regis Rom. ſuper terram Alſatiæ*, filius ſororis Rudolfi de Habspurc, Rom. Regis, de „ ſtirpe Ducum Zeringiæ, ferens in capite ſuo pileum ornatum auro &c. „ Paulo poſt addunt: "Dom. Joannes de Liechtenberc, filius fratris Argent Epiſcopi, *Advo„catus terræ Alſatiæ*, Dominam *Advocatiſſam* duci fecit de Alſatia, cum apparatu magno &c.

Dynaſta hic Lichtenbergenſis per omne, quo Albertus I. Imperio præfuit, tempus Alſatiam rexit. An. MCCC. Kal. Aprilis Albertus I. Johanni de Lichtenberg, *Advocato per Alſatiam*, & Friderico de Hunenberg, Sculteto Columbarienſi, Pariſienſem Abbatiam (*Paris*) & III. Id. Aprilis Alſpacenſe monaſterium commendavit. (*n*) Duos ei vicos ab Alberto I. oppigneratos ſupra indicavi. (*o*) An. MCCCV. *Advocatus per Alſatiam provincialis* in charta monaſterii Neoburgenſis dicitur. Biennio poſt Johannes de Lichtenberg, *Advocatus Alſatiæ generalis*, chartæ compoſitionis, ab Hugone milite de Herrenſtein cum Zabernia & Argentina civitatibus VII. id. Julii factæ, ſuum ſigillum appendit.

Syborho de Lichtenberg.

Johanni fratrem ejus, Sybothonem de Lichtenberg, Epiſcopum Spirenſem, Herzogius (*p*) ſubjungit, cumque die quarto poſt inventionem S. Crucis An. MCCCVIII. civitati Hagenoenſi jusjurandum protectionis præſtitiſſe, & Henricum de Fleckenſtein vicarium vel ſubadvocatum habuiſſe ſcribit.

## §. CCXXVIII.

Godofr. Com. Leining.

Biennio poſt Godofridus, Leiningæ Comes, comparet. Nobili viro, Gotfrido de Lyningen, *Advocato per Alſatiam*, Henricus VII. Imp. ſilvam Hagenoenſem XII. Kal. Octobr. An. MCCCX. Columbariæ oppignerarit. (*q*) An. MCCCXIII. quarto

(*f*) Albertus Argent. *Chron.* pag. 109.
(*g*) Vid. ſupra pag. 414. §. DCCLXVI.
(*h*) *Profatrm.* pag. 320.
(*i*) Annales pag. 30. med. ad An. MCCXCVII. „ Rex Adolfus circa nativitatem b. virginis Mariæ „ D. Theobaldum, Comitem Phirretarum, *Alſatiæ* „ inſti ui Advocatum. „ Chronicon pag. 55. ita: „ Rex Romanorum volens adjuvare Regem Anglorum, „ in Alſatiam perrexit, D. Theobaldum Comitem „ Phirretarum *advocatum terræ* conſtituit, & ad „ inferiores partes deſcendere feſtinabat.
(*l*) Charta in tabulario Rappoltſt.
(*m*) Kornigshov. *Chron. Alſat.* Cap. II. §. CLXXXVIII. *Zehant noch dem ſtritte herwang der Herzoge Oberhe die ſtette uf dem Ryne u. in der Wetterawe, u. anderte die Lantvogete. In Elſaz hatte er an Lantvogete Hern Johant von Liehtenberg.*
(*n*) Literæ poſteriores in Hugonis *Monum. Sueviæ Antiq.* Tom. II. pag. 307. ubi *Tiechtenburg* vitioſe pro Liechtenberg.
(*o*) Pag. 229. §. CCCCXXII.
(*p*) *Chron. Alſat.* Lib. IX. pag. 151.
(*q*) Lunig *Spicileg. Secul.* Tom. I. pag. 383. & Wenker *Apparat. Archiv.* pag. 287.

quarto Non. Jan. idem Cæſar eundem Comitem, *Advocatum per Alſatiam generalem* & conſanguineum ſuum, bona Imperii, in ſui diſtrictu regiminis oppignerata, juſſit redimere. Die S. Jacobi eodem anni Rudolfus Senior, Marchio Badenſis, cum civitate Argent. & ſociis ejus, Ulrico Landgravio, Godefrido de Leiningen, Advocato Alſatiæ, (*r*) & Ottone de Ochſenſtein, affine ejus, ſe reconciliatum eſſe profeſſus eſt. (*s*) RITTERSHUSIUS (*t*) male Landgravium Alſatiæ hunc Godefridum appellat. Subadvocatus Godefridi, Fridericus de Wangen, eodem anno cenſus Imperialis apocham civitati Colmarienſi dedit.

## §. CCXXIX.

Sub Ludovico Bavaro & Friderico Auſtriaco, de Imperio inter ſe certantibus, Alſatia inter duos hos æmulos, ut & Advocatia ejus provincialis, fluctuavit. Per octennium tamen, ante pugnam Muhldorfii, Friderici auctoritas prævaluit; qui *nobili viro Ottoni de Ochſenſtein, avunculo ſuo, Advocato Alſatiæ provinciali*, ejuſque vicariis & ſubditis, monaſterium Alſpacenſe II. Cal. Aprilis An. MCCCXV. Columbariæ commendavit. Idem Ortenaviæ jam ab Adolfi Naſſovii exceſſu Advocatus præfuerat, (*u*) cumque Alſatica Advocatiam Spirigoviæ, in Friderici obſequium quoque redactam, An. MCCCXVIII. conjunxit. (*x*) Otto de Ochſenſt.

Victo autem & capto Friderico An. MCCCXXII. civitates Imperiales Alſatiæ, quæ eum ſecutæ fuerant, "Albertum Humelionem de Liechtenberg, Militem Suevum, „ in advocatum Ludovici nomine receperunt. „ (*y*) Huic Henricum de Vinſtingen, quem noſtra monumenta ſilent, HERZOGIUS (*z*) jungit. Humel de Lichtenb.

## §. CCXXX.

Sed breve Ludovici Bavari in Alſatia imperium, brevis Humelionis de Lichtenberg advocatiæ adminiſtratio erat. Ludovicus à Johanne XXII. Papa diris devotus An. MCCCXXIV. & Alſatia à Leopoldo Duce, capti Cæſaris Friderici fratre, ad obſequium reducta. (*a*) Succeſſerat Humelioni Ulricus, Alſatiæ infer. Landgravius, de Ludovico Bavaro optime meritus. (*b*) At Leopoldus occupatæ à ſe provinciæ fratris ſui nomine ſe advocatum Alſatiæ, Rudolfum Badenſem de Pforzheim vicarium conſtituit. (*c*) Ulricus Landgr. &c.

An. MCCCXXVI. Otto de Ochſenſtein iterum Alſatiæ advocatus comparet, à Friderico Cæſare, captivitate ſoluto & una cum Ludovico imperante, denuo conſtitutus. Tum enim cum Rudolfo Badenſi, Ortenaviæ jam advocato provinciali, Friderici hujus nomine, Argentinam inter & Offenburgum civitates pacem ſtabilivit. Idem anno ſequenti cum Nicolao Zornio, Sculteto Argent. inter Epiſcopum & urbem Argent. *Alſatiæ & Spirigoviæ Advocatus* præſtitit. Data charta hæc feria S. Ambroſii An. MCCCXXVII. quo etiam Otto, *Advocatus Alſatiæ generalis*, Henrico de Mulnheim debita quædam perſolvit. Ochſenſtenii.

Poſt Ottonem Rudolfus de Ochſenſtein, Canonicus Argent. nec non Johannes & Ottomannus, fratres ejus, die quinta poſt purificationem Mariæ MCCCXXVIII. Alſatiæ præfecti ſunt advocati, teſte HERZOGIO. (*d*)

## §. CCXXXI.

Interea temporis Albertus Humelio de Lichtenberg in Ludovici Bavari comitatu vixerat; Mareſchalli condecoratus officio. Plura Cæſaris hujus diplomata An. MCCCXXVIII. Romæ ſcripta, ſuperſunt, quibus Albertus Humel de Lichtenberg, Albertus de Lichtenb.



(*r*) *Jofrid von Liningen, der Lantvoget in Elſaz.* Cod. membr. dipl. civitatis Argent. de An. MCCCLXX. fol. 149. ſq.

(*s*) LUNIG loco cit. pag. 384.

(*t*) *Exeg. hiſtor. geneal.* pag. 163.

(*u*) KORNIGSHOV. *Chron.* Cap. II. pag. 121.

(*x*) LEHMANN *Chron. Spir.* Lib. IV. Cap. VII. & Lib. VII. Cap. XXIII.

(*y*) Ita ALBERTUS ARGENT. *Chron.* pag. 122.

(*z*) *Chron. Alſat.* Lib. IX. pag. 151.

(*a*) ALBERTUS ARGENT. *Chron.* pag. 123.

(*b*) Charta tabularii Buxovill. die Merc. poſt S. Mich. An. MCCCXXIV. ſcripta his incipit verbis: *Wir Herre Ulrich Lantgrave zu Lutzelnſſe.* Ludovicus ei reditus Imperiales in oppido Seleſtad. pro mille marcis An. MCCCXXVIII. oppigneravit, quibus literis merita ejus egregie extollit.

(*c*) Leopoldus die quarta ante S. Mariæ Magd. Rudolfus die Sabbathi poſt S. Jacobi literas reverſales civitati Hagenoenſi dederunt An. MCCCXXV. HERZOG. Lib. IX. pag. 151.

(*d*) Lib. IX. pag. 151.

*Mareſchallus noſter*, teſtis memoratur. (*e*) Pro Lichtenberg nonnulla habent *Libtelberg* & *Linthelberg* vitioſe. Diploma pro erectione Lucæ cum territorio ſuo in Ducatum *Hermannus de Libtelberg*, *Cancellarius noſter*, *Albertus de Libtelberg*, *Mareſchallus noſter*, ſignarunt. In literis de Comitiva palatii Lateranenſis, Caſtrucio Duci Lucano data, *Hermanni de Linthelberg*, *Cancellarii noſtri*, & *Alberti dicti Synuel de Linthelberg*, *Mareſchalli noſtri*, teſtimonia notantur. (*f*) Nominum variationes ex incuria librariorum prognatæ ſunt. MALLINCKROTIUS (*g*) Hermannum hunc Baronem Alſatum ex Dynaſtis de Lichtenberg natum fuiſſe credidit; nec refragatur Wenckerus. Sed militaris ille modo ordinis Eques & ex Suevia fuit; unde Albertus Argentin. Albertum *militem Suevum* ſimpliciter appellat. Mortuo Friderico Auſtr. Cæſare, Albertus hic Advocatus in Alſatiam rediit. Ludovicus Cæſar ſane *nobili viro Hinnelloni de Liechtenberg*, *advocato provinciali*, An. MCCCXXX. de Regispontano monaſterio literas ſcripſit.

## §. CCXXXII.

Ulr. Comes Wurtenb.

Eodem tamen anno ſucceſſorem accepit Ulricum, Wirtenbergicum Comitem, qui Alſatiæ Sueviæque advocatus die S. Laurentii creatus ab Herzogio ſcribitur. Anno ſequenti Albertus vel mortuus vel officio advocatiæ exauctoratus erat, ut ex charta Rappoltſteinenſi (*b*) intelligimus.

Otto Dux Auſtriæ.

An. MCCCXXXI. Otto, Dux Auſtriæ, Friderici III. Cæſaris, anno ſuperiore defuncti, frater, ut vicarius Imperii & Advocatus provincialis, Imperiales Alſatiæ Civitates de juribus & privilegiis ſuis juſſit eſſe ſecuras. (*i*)

Rudolfus Comes Hohenberg.

An. MCCCXXXII. Rudolfus Comes de Hohenberg, Advocatus Alſatiæ, cum Epiſcopo Argent. Dynaſta Lichtenberg. & civitate Hagenoenſi contra caſtrum Winſtein pepigit fœdus. ALBERTUS ARGENT. (*l*) virum probum, virilem, ſed crapuloſum hunc Comitem appellat.

## §. CCXXXIII.

Hugo Comes Hohenb.

An. MCCCXXXVI. Hugo Comes de Hohenberg, Rudolfi frater, cum civitatibus Imperialibus pro Ludovico Imp. contra Johannem, Bohemiæ Regem, in Alſatia bellum geſſit, quo Keifersbergam, Regi huic pignoris titulo parentem, ad deditionem coegit. (*m*) Hugo hic Urſulam, ultimi Phirretarum Comitis, Ulrici II. filiam natu minorem, uxorem duxerat, cum qua omni ſuo in Comitatum Phirretenſem juri coram Ludovico Imp. in gratiam Johannæ, Urſulæ ſororis, ejuſque mariti Alberti II. Auſtriæ Ducis, An. MCCCXXXVII. renuntiavit. (*n*) Hoc Advocato exiſtente provinciali, (*o*) Ludovicus Imp. Rudolfo & Ruperto, Palatinis Comitibus, ſuis ex fratre nepotibus, bis mille marcas argenti, proximo biennio accipiendas, ex Imperiali Alſatiæ cenſu adſcripſit, addita lege, ut ære non ſoluto advocatia provinciali ad ſolutionem uſque gauderent, atque Philippum, Sponheimenſem Comitem, Subadvocatum conſtituerent. Rudolfo Palatino ſilva Hagenoenſis quoque pro ſex mille libris Hall. oppignerata tum fuit.

## §. CCXXXIV.

Albertus Comes Hohenb.

An. MCCCXXXVIII. Albertus Comes de Hohenberg. Canonicus Argent. & Ludovici Imp. Cancellarius, Rudolfi & Hugonis, Hohenbergenſium, de quibus modo actum eſt, frater natu major, Advocatus provincialis Alſatiæ, chartam pacis publicæ d. 14. Maji Colmariæ ſignavit, (*p*) eodemque anno cum Dynaſtis Rappoltſteinenſibus propter Judæos, Rappoltivillæ graviter vexatos, Cæſareo nomine transegit. An. MCCCXL. turbas inteſtinas, Mulhuſii inter cives nobiles & plebejos ortas, quibus occiſi & vulnerati complures, Conventu Colmariæ habito Albertus arbiter compoſuit. (*q*) Albertus

(*e*) Ap. LUDEWIG *Reliq. Manuſcriptor.* Tom. II. pag. 277.
(*f*) LEIBNIT. *Cod. juris gent. Diplom.* Part. I. pag. 129. ſeq.
(*g*) *De Archicancell.* edit. Wencker. pag. 361.
(*b*) Qua dicitur *Albrecht Hunel von Liebtenberg, der Landvogt was zu Elſaſſ.*
(*i*) Extant in *Admbrat. jurium Præfectur. Hagen.* pag. 4. *Summar. Ausführung der Landvogtey Hagenau* pag. 33. & *Nullit. Reunionis Alſat.* in adjunctis num. 1. Literæ Imperiales de Vicariatu ap. DU MONT *Corps dipl.* Tom. I. Part. II. pag. 126.
(*l*) *Chron.* pag. 107.
(*m*) Vid. ſupra in Keifersberga pag. 287. §. DXXXIV. & pag. 417. §. DCCLXXIV.
(*n*) Ludovicus hac de re Rotvillæ diploma dedit, quo Hugonem Comitem *unſern lieben Oheimb und Landvogt* appellat, ap. HERRG. *Genead. Habsb.* Tom. III. num. 771.
(*o*) Die Jovis ante Pentecoſt. An. MCCCXXXVI.
(*p*) OBRECHTI *Academ.* pag. 336. ubi: *Graff Albrecht von Hohenberg, Landvogt im Elſaſſe.*
(*q*) PETRI & FÜRSTENBERGRI *Chronica Mulh. hiſt.* MSS. Lib. II. Cap. VIII.

Albertus hic, Advocatus Alſatiæ, ille ipſe Rerum Alſaticarum illuſtris eſt ſcriptor, ſub *Alberti Argentinenſis* nomine notus, quem Chriſtianus Urſtiſius emiſit in lucem. *Alſatia Literata* conjecturam hanc non debilibus argumentis probabit. Elogium ergo ſuum ipſe perſcripſit Albertus, cum de Alberto, Hohenbergico Comite, multa referens, hæc quoque de eo, adeoque de ſe ipſo annotat: " Poſtea factus eſt Cancellarius Dom. „ Ludovici Imp. & ejus Advocatus provincialis totius Alſatiæ, in cujus ſervitio multa „ peregit. „ (r) Multa profecto peregit. Is enim ipſe Alſatiæ Advocatus cum eſſet, à Ludovico IV. Imp. Avenionem ad Papam, ad Reges Franciæ & Angliæ; ad Ducem Auſtriæ miſſus eſt. Is ipſe denique Imperatorem deferens, ad Papam Avenionem transivit & Epiſcopatum Friſingenſem ab eo obtinuit; Auctor quoque Vitæ Bertholdi de Bucheck, Argentinenſis Epiſcopi, penes quem fuit gratioſus. Obiit Epiſcopus Friſingæ An. MCCCLIX. (s) Mallinckrotius, Cancellarios ſub Ludovico Bav. referens, hunc Albertum omiſit.

## §. CCXXXV.

An. MCCCXLI. Advocatiam Alſatiæ Stephanus geſſit, Dux Bavariæ, cui pater, Ludovicus IV. Imp. Abbatiam Murbacenſem hoc anno commendavit. (t) Videtur ei fuiſſe oppignerata, quod Advocatiam iſtam, reddito ſibi pignoris pretio, liberam Imperatori ſe dimiſiſſe, Stephani filius ad civitatem Argent. An. MCCCLXXVII. perſcripſit. (u) Stephanus Dux Bavariæ.

Ulricum Werdenſem cum Landgraviatu Landvogtejam Alſatiæ conjunxiſſe, ſupra oſtendi. (x) Idem Ulrici in Landgraviatu ſucceſſores fecere, Ludovicus & Fridericus fratres, Oetingæ Comites, Ludovico Bavaro multis beneficiis devincti. Dicuntur autem Advocati & Comites provinciales. (y) An. MCCCXLIV. & ſequenti Comites & Advocati provinciales iidem communi Statuum Alſatiæ fœderi nomina dederunt. (z) Ludov. & Fridericus Oeting.

His ſubjungendus eſſe videtur Gerwigus Guſſe de Guſſenberg, Eques, qui An. MCCCXLVIII. Dynaſtas Lichtenbergenſes centum libras denar. ab eo tempore ſibi debere aſſeruit, quo Advocatiam adminiſtraverat Alſatiæ. (a) Guſſenberg.

## §. CCXXXVI.

Sub Carolo IV. Alſatia Subadvocatos frequentius, quam antea, cœpit videre, ita ut pedetentim res in conſuetudinem abierit. Initio regiminis ejus Johannes de Lichtenberg, Eccleſiæ Argent. Decanus, Alſatiæ & Spirigoviæ vicarius Imperialis ſolus comparet, (b) ea munitus auctoritate, ut Cæſareo nomine nova Civitatibus jura concederet. (c) Johannes de Lichtenberg.

Vix autem Carolus IV. ſuum in Germania imperium firmaverat, quum *ſervitoribus ſuis omnes utilitates Alſatiæ obligavit*, ut Albertus Argent. (d) loquitur. Obligatam tum Alſatiæ Advocatiam quoque fuiſſe, ex ipſius Cæſaris ad Rudolfum Palatinum, ſocerum ſuum, literis (e) An. MCCCXLVII. intelligimus, quibus huic permittit, ut Advocatiam iſtam à Johanne de Vinſtingen ſex mille marcis argenti; Scultetatum Hagenoenſem & foreſtam ſanctam, cum monaſteriis in ea ſitis, mille & quadringentis marcis à Friderico, Duce Teccenſi; Keiſersbergam vero, Plixbergam, vallem Monaſterienſem & Turinghemium mille marcis à Burcardo Munch de Baſilea redimeret; addita lege, ut Rudolfo ſine maſcula prole decedenti Anna, filia ejus, Carolo IV. Imp. nupta, in iſtis ſucceederet pignoribus, quæ Anna ſi quoque improlis obiret, libera ad Imperium redirent; relictis vero à Rudolfo vel Anna maſculis, à quovis Imperatore ſex mille marcis redimi poſſent. Reſtiterunt huic oppignerationi Hagenoenſes; contra quos Rudolfus literis, Neoſtadii die Ven. poſt Jacobi ſcriptis, Argentinenſium implo- Johannes de Vinſingen.



(r) Alberti Arg. *Chronicon* pag. 106.

(s) Meichelbeck *Hiſt. Friſing.* Tom. II.

(t) Literæ d. 21. Dec. MCCCXLI. Monachii datæ ap. Lunig. *Spicil. Eccleſ.* Contin. I. pag. 981. ubi Cæſar filium ſuum *Lantvogt ze Elſabſen* diſerte vocat.

(u) Datæ ſunt hæ literæ Monaci d. 2. Nov. MCCCLXXVII.

(x) Pag. 561. §. CCXXX.

(y) *Lantvogete u. Lantgraven in Elſaz*, ap. Schilter. *Thelaur. Antiq. Teut.* Tom. III. pag. 32.

(z) Wencker *de Uſtiberg.* pag. 60. ubi *Lantgraven u. Lantvogte in Elſaſſe* dicuntur.

(a) *Zu der Zit, do ich ze Elſaſſ Lantvogt war.*

(b) *Ein Pfleger u. ein Vicari der Richet in Elſaſſe und in Spirkovve.* Ita in literis An. MCCCXLVII.

(c) Vide ſupra pag. 412. §. DCCLXI.

(d) *Chron.* pag. 141.

(e) Ex Tabulario Bipontino.

ravit opem. Carolus IV. insuper Aquisgrani die merc. ante Laurentii Præceptum ad Hagenoenses emisit, ut Rudolfo Palatino obediret. Neque tamen redemtiones istas locum habuisse, reperio. Rudolfus An. MCCCLIII. Anna Imperatrix triennio post decesserunt improles. Ille vicarium Imperii in Alsatia & ad Rhenum se dixerat; (*f*) fratrem Rupertum in Electoratu & in vicariatu hoc successorem relinquens.

Vinstingensis, *Præses Alsatiæ*, eodem An. MCCCXLIX. civium Mulhusinorum in Nobiles, oppidi regimine exclusos, seditionem compescuit; (*g*) ac Alsatiæ Brisgovizque Statuum fœderi contra Judæos d. 5. Junii accessit. (*h*)

## §. CCXXXVII.

Hugo Comes de Hohenb.

Vinstingium Hugo Comes de Hohenberg excepit; d. 30. Octobr. An. MCCCL. institutus. (*i*) Biennio post, termino pacis publicæ in Alsatia finito, "Rodolphus „ Palatinus, nominans se vicarium Imperii, & Hugo de Hohenberg, cum civitatibus „ Imperii Alsatiæ, noluerunt prorogare ligam pacis, nisi nonus cognitor, qui ante „ fuit Argentinensium, detur civitatibus Imperialibus. „ (*l*) An. MCCCLIII. Carolus IV. in Alsatia præsens *Hugonem de Hohenberg, Præsidem*, depositi. (*m*)

Subadvocatus ejus.

Suberat ei Subadvocatus Stislaus de Amplo Molendino, teste diplomate Caroli IV. pro monasterio Weissenburgensi An. MCCCLII. (*n*) Hugonem de Dirnstein die Saturni post S. Remigii An. MCCCLIV. institutum fuisse, Herzogius (*o*) memorat.

Rep. Elect. Palat.

Eodem anno, die 10. Decembris Rupertus, Elector Palatinus, Hagenoæ, Colmariæ &c. civitatibus, ut Vicarius Imperialis & Advocatus provincialis, literas chirographas dedit. (*p*)

## §. CCXXXVIII.

Burcardus Burggrav. Magdeb.

An. MCCCLVI. Burcardus, Burggravius Magdeburgensis, Advocatus Alsatiæ, Caroli IV. Imp. de Pfalburgeris sanctionem Argentinensibus ex Aurea Bulla transmisit, ut ad eam sese componerent. (*q*)

Subadvocatus ejus.

Subadvocatus, Stislaus de Weitenmüle, cum Ochsensteiniis Dynastis, nec non Argentina, Hagenoa & Weissenburgo civitatibus, à quibus Sella & Hagenbacum oppida jussu Cæsaris capta & incensa fuerant, mutui auxilii pactum contra universos incendii istius vindices, pridie Pentecostes An. MCCCLVII. renovarunt. (*r*)

## §. CCXXXIX.

Rudolfus Dux Austr.

An. MCCLVII. Rudolfus, Dux Austriæ, Landgravius Alsatiæ superioris, Advocatiam Alsaticam à Carolo IV. Imp. accepit. Literæ, quibus Imperatori fidelitatem, civitatibus Alsatiæ patrocinium promisit, Ensishemii d. 28. Octobr. hujus anni perscriptæ sunt. Positum fuit eo tempore illud Colmariæ monumentum, quo Rudolfus *in omni Alsatia Vicarius* celebratur Imperii. (*s*) Ipse provincialem S. Rom. Imperii Advocatum per Alsatiam se dixit anno sequenti, (*t*) quo & alibi mentio ejus occurrit. (*u*)

Per

(*f*) An. MCCCLI. ap. Lehmann *Chron. Spir.* Lib. VII. Cap. XLVII.

(*g*) Albert. Argent. loco cit. pag. 144.

(*h*) Lunig Part. Spec. Contin. I. *Forstez.* II. pag. 18.

(*i*) Herzog. *Chron. Alsat.* Lib. IX. pag. 151.

(*l*) Albertus Argent. *Chron.* pag. 159.

(*m*) Ibid. pag. 160.

(*n*) Ubi: *Stislow von der Witenmule Unter-Landtfogt im Elsaz.*

(*o*) *Chron.* Lib. IX. pag. 151.

(*p*) Vid. *Adumbrat. iterium Præfecturæ Hagen.* pag. 5. & *Nullit. Rem. Alsat.* Instrum. num. 5.

(*q*) Wencker *de Usiburg.* pag. 67. & 71. ubi: *Wir Burckart Burggrave zu Meydburg, Hofemeister des Rom. Keysers unde Lantvogt in Elsaz.* Dat. in vigilia purificat. Mariæ. Burcardus hic ex Querfurtensium Dynastarum gente, quæ Burgraviatum Magdeburgensem diu possederat, ortus fuit. De gente illa agit Cyriacus Spangenberg. in *Querfurtische Chronica* An. MDXC. edita; de *Burggraviis Magdeburgicis* Casp. Henr. Horn, Wittenbergæ MDCCIX.

(*r*) Charta in Cod. membr. Argent. de An. MCCCLXX. fol. 145. ubi Stislaus fidem suam adstrinxit *alle die wile ich Underlantvogt und Pfleger bin zu Elsaz.*

(*s*) *Pfleger des Richs in allem Elsaz.* Conf. supra pag. 377. §. DCXCII.

(*t*) Steyerer *Hist. Alberti II. Ducis Austr.* pag. 264.

(*u*) In charta Ulmanni de Pfirt, Advocati Austriaci in Sundgovia, de reditibus 200. flor. civitati Argent. oppignoratis, die Ven. post purificat. Mariæ MCCCLVIII. ubi: *Herzog Rudolf von Oesterreich .. u. der H. Rom. Rychs Lantvogte in Elsaz.* Cod. diplom. membr. Argent. fol. 185.

Per triennium, quo Alſatiam Rudolfus rexit, tres Subadvocatos reperimus, Nobilem quendam de Biber, (*x*) Ulmannum de Pfirt & Fridericum, Ducem Teccenſem. Ulmannus Phirretenſis in charta fœderis civitatum Alſatiæ An. MCCCLIX. Subadvocatus memoratur. Eodem inter Epiſcopum & Civitatem Argent. nec non Dynaſtam Lichtenberg. ex una, Hagenoam, Weiſſenburgum & Mulhuſium Civitates ex altera parte, inducias, mox in pacem convertendas, conciliavit. Nomen Advocati Alſatiæ An. MCCCLXVI. adhuc, munere quamvis careret, ſumſit. Subadvocati ejus tres.

Ducem Teccenſem, Alſatiæ Auſtriacæ Advocatum, ſimulque Imperialis Subadvocatum, (*y*) ipſius charta de pace inter Seleſtadienſes & Johannem de Wittenheim, Equitem, ſervanda, Seleſtadii die Martis poſt S. Egidii An. MCCCLIX. ſcripta, commemorat. Anno ſequenti Caroli IV. Imp. neſcio quam ob cauſam, gratia cum excidiſſet, munere hoc ſuo aliisque beneficiis, quibus in Alſatia Sueviaque fruebatur, Cæſareis exutus, ſed & brevi poſt, rogante Rudolfo Auſtriaco, in eorum poſſeſſionem reſtitutus eſt. (*z*) Teccenſes, uti Zæringenſes, à quibus deſcendere videntur, (*a*) *Duces* appellati ſunt ſine Ducatu; Auſtriæ, aliorumque Ducum miniſterio ſubinde addicti. Ducatus Teccenſis tamen axioma Ducis Wirtenbergici titulis inhæret, quod Ducum Teccenſium poſſidet terras.

## §. CCXL.

An. MCCCLX. Burcardum, Burggravium Magdeburgenſem, & Stislaum de Amplo Molendino iterum Alſatiæ præfectos reperio. Extant Caroli IV. Imp. ad Alſatas literæ, Pragæ die 22. Martii hoc anno ſcriptæ, quibus eos Burcardo huic, vices ipſius gerenti, parere juſſit in omnibus. (*b*) Eodem anno mentionem ejus facit Formula pacis, inter Epiſcopum, urbemque Argent. ac ceteras Alſatiæ civitates Imperiales die 18. Aprilis Erfthemii factæ; (*c*) qua Stislaus Scultetus Hagenoenſis nominatur. Burcardum & Stislaum, Advocatum & Subadvocatum, ſimul nominat Charta vetus, An. MCCCLX. menſe Decembri conſcripta. (*d*) Burcardus Burggrav. Magdeb.

De Stislao Carolus IV. Noribergæ die 19. Julii An. MCCCLX. ad civitatem Argent. ſcripſit, ut eum contra Fleckenſteinium, civem ſuum, hujusque nepotem, Henricum de Hunſingen, qui vicos quosdam Imperiales invaſerat, juvarent. (*e*) Eodem anni ſequentis die Carolus Stislao & civitatibus Alſatiæ, ut Ludovicis, Oetingæ Comitibus, ſex mille florenos ex cenſu Imperiali perſolverent, Praga mandavit. An. MCCCLXII. d. 25. Maji Stislaus Subadvocatus Alſatiæ Statibus, contra Anglos Colmariæ fœdus pangentibus, junctus comparet. (*f*) Subadvocatus.

## §. CCXLI.

Wenceslaus, Lucelburgi, Limburgi & Brabantiæ Dux, Caroli IV. Imp. frater, Vicarius Imperii per Alſatiam, & pacis publicæ ad Rhenum advocatus conſtitutus, (*g*) An. MCCCLXVII. per Heinwartum ab Elter, quem Herzogius (*h*) Subadvocatum Wenceslao addit, jusjurandum protectionis Alſatiæ civitatibus præſtitit. Idem Wenceslaus eodem anno d. 21. Jun. Johannem Schaftolshemium, Equitem, de vicis Innenheim, Ergersheim & Odertsheim, nomine fratris Cæſaris, Argentorati inveſtivit. (*i*) Wenceſl. Dux Lucelb.



(*x*) Quem d. 5. ante nativit. Mariæ An. MCCCLVII. conſtitutum ſcribit Herzog. Lib. IX. pag. 151.

(*y*) *Underlandvogt des H. Richs Stetten zu Elſaß.*

(*z*) Teſte charta ap. Glafey *Anecdot.* num. 368. qua Cæſar *den Edel Fridrich Herzog von Teck* privaſſe ſe ſcribit: *falcher mancz u. ampt, die er von uns u. dem Rom. Reiche inne het zu Angspurg, zu Hagenow, zu Nordlingen u. zu Kempten.*

(*a*) Hac de re uberius in Hiſtoria noſtra Badenſi agetur.

(*b*) Glafey *Anecdot.* num. 49.

(*c*) Lunig Part. Spec. Contin. I. *Foreſtes.* 2. pag. 19. & Wencker. *de Uſiburg.* pag. 81.

(*d*) Wencker. loco cit. pag. 78. ſq.

(*e*) Ubi *Stislin von der Wirtnuil, unſerm Underlantfogte zu Elſaſſen*, compellat.

(*f*) Schilter *ad Königshov.* pag. 888. ubi poſt Epiſcopos, Abbates & Dynaſtas, poſtque Argentinam, Baſileam & Friburgum civitates, *Stytlarw von der Wirtnuil, Ritter, Underlantfoget zu Elſaz*, ante civitates Imperiales Alſatiæ nominatur.

(*g*) Froissart *Chronique* Vol. III. Cap. XCVII. pag. 266. ita: *En ceſte propre année Meſſire Charles de Boëme (qui pour ce temps regnoit, & eſtoit Roy d'Allemaigne & Empereur de Romme) inſtitua le Duc Wincelant de Boëme, & le fit Souverain regard d'une inſtitution & ordonnance, qu'on dit en Allemaigne la Landgenfriste . . . & lui bailla encores leſdit Empereur une grand'partie de la terre & pais d'Anſoy, de-là & de-çà le Rein, pour la defendre & garder dedans, & contre les Linſars.*

(*h*) Lib. IX. pag. 151. ubi eum Hauwarthum de Eltern vocat.

(*i*) Charta in tabular. civit. Argent.

Subadvocati ejus.

Johannes de Veſtemberg, Eques, in Sigismundi, Dynaſtæ Lichtenbergenſis, literis An. MCCCLXVI. Subadvocatus memoratur, (*l*) qui anno ſequenti die 8. April. Johanni Bozhemio prædium, ad Sculteti Seleſtad. officium pertinens, Cæſareo nomine in feudum dedit; & à Carolo IV. in mandatis accepit, ut Electoris Palatini privilegium, quod ſubditos ejus à judicio provinciali Hagenoenſi immunes declarat, cuſtodiret.

An. MCCCLXX. Stislaus de Amplo Molendino Advocatus provincialis, Wenceslai Ducis, ut videtur, Vicarius, inducíarum inter Zornios & reliquos vicorum Illkirch, Grafenſtaden & Illwickersheim poſſeſſores extitit auctor; ipſam litem Carolo Cæſari decidendam relinquens. (*m*) Carolus IV. tum ei & Gœzoni de Grosſtein, Præpoſito Eccleſiæ S. Petri Argent. Epiſcopatum Argent. nomine Imperii tuendum commendavit. (*n*) In charta Collegiatæ S. Thomæ Argent. An. MCCCCXXIII. Abbatia Erſtheimenſis auctoritate Friderici, Epiſcopi Argent. *& Stylai de Amplo Molendino, Militis, Advocatie vicarii generalis in Alſacia, Illuſtriſſimi Principis & Dom. Karoli, Bohemie Regis ac Romani Imperatoris*, reditus quosdam olim vendidiſſe ſcribitur.

An. MCCCLXXI. die 12. Maji Carolus IV. ad Ulricum de Vinſtingen, Advocatum Alſatiæ, & civitates, ſub Advocatia hac conſtitutas, ſuo & Wenceslai, fratris ſui, nomine, literas Pragæ ſcripſit, ut Eberhardo, Wirtenbergæ Comiti, Sueviæ inferioris Advocato, ut & Epiſcopatus Argent. adminiſtratoribus ac civitati Argent. contra latrones & ſecuritatis publicæ hoſtes ſe jungerent, Stislao de Amplo Molendino vexillum Imperii ferente.

## §. CCXLII.

Albertus & Leopoldus Ducesauſtr.

Eodem anno, die 5. Octobr. Albertus & Leopoldus fratres, Auſtriæ Duces; à Carolo IV. Advocatiæ provinciali noſtræ ſimul præfecti ſunt; (*o*) Waltherum de Dicka, Dom. in Spesberg, primum, (*p*) dein Rudolfum à Walſee, Subadvocatos habentes; qui poſterior & Auſtriacus Sueviæ, Turgoviæ, Argoviæ, Sundgoviæ, Alſatiæ & Briſgoviæ, Advocatus erat, quique cum civitatibus ſibi obnoxiis bellum Herlisheimenſe An. MCCCLXXII. decrevit. (*q*)

## §. CCXLIII.

Wenceſl. Dux Lucelb.

Poſtea temporis Advocatia Alſatiæ ad Wenceslaum, Brabantiæ & Luxemburgi Ducem, nec non Ulricum de Vinſtingen rediit. Hic circa An. MCCCLXXV. juſſu Wenceslai, miſſis primo Johanne de Hohenſtein & Stislao de Witenmüle, dein literis Hagenoæ ſcriptis, à civitate Argent. ut captivos quosdam nobiles Anglos redderet, poſtulavit. (*r*) An. MCCCLXXVIII. d. 5. Maji Wenceslaus Dux & Ulricus, cum Decapoli Alſatiæ, in Caroli IV. Imp. de pace publica Conſtitutione, memorantur. (*s*)

An. MCCCLXXX. inter pacificationis Argent. ſocios iidem occurrunt. Wenceslaus tum duas vini vecturas de ſuis in Keiſersberg reditibus monaſterio Alſpacenſi quotannis ſe daturum promiſit. Biennio poſt Johannes Intrepidus, Burgundiæ Dux, Dom. de Vinſtingen, *Vicario generali Imperii in Alſatia* de bello, cum Johanne de Vergeio nuper geſto, quod Koenigshovius (*t*) refert, epiſtolam ſcripſit.

§. CCXLIV.

---

(*l*) Schilter *ad Königshov.* pag. 893. ubi: *der veſte Ritter Her Johan von Veſtemberg, Unterlantvogt in Elſaſſ.*

(*m*) Ubi *Stislaw von der Witenmülen, Lantvogt in Elſas.* Dat. die Martis ante S. Antonii MCCCLXX.

(*n*) Wencker *de Uffenburg.* pag. 81.

(*o*) Laguille *Hiſt. d'Alſace*, Part. II. pag. 41.

(*p*) Charta Rappoltſtein. die Merc. poſt S. Lucæ An. MCCCLXXI. Subadvocatum eum (*Unterlantvogt*) diſerte nominat.

(*q*) Wencker *de Uffenburg.* pag. 127. ubi: *Wir Rudolff von Walſe, Lantvogt des H. Rom. Richs in Elſaſſ, und unſer gned. Herrſchafft von Oeſterich, zu Swaben, zu Turgow, zu Ergow, zu Suntgow, zu Elſas u. Brisgow.* Conf. ſupra pag. 88. §. CXL.

(*r*) Schilter *ad Königsh.* pag. 899. ubi ſubſcriptio literarum: *Ulrich Herr zu Vinſtingen, Lantvogt in Elſaſſe.*

(*s*) His verbis: *der edel Ulrich von Vinſtingen, unſers bruder Lantvogt in Elſaz.*

(*t*) *Chron. Alſat.* Cap. V. §. CLX. ſq. Unde Laguillius Part. II. pag. 41. ſua hauſerit, ut Leopoldum, Auſtriæ Ducem, An. MCCCLXXXII. Alſatiæ Advocatum conſtituat, ignoro.

## §. CCXLIV.

Volmarus de Wickersh.

Mortuo Wenceslao Luxemburgico Wenceslaus Imp. advocatiam Alſatiæ Volmaro de Wickersheim commiſit, qui feria quinta poſt Udalrici An. MCCCLXXXIV. inſtitutus eſt; (*u*) biennio poſt in ejuſdem Imperatoris literis, ad civitatem Argent. ſcriptis, memoratus. (*x*)

Stislaus de Weitemule.

Sed & An. MCCCLXXXVI. Wenceslaus Cæſar in charta, ad Argentinenſes de Judæis Colmariæ & alibi à ſe proſcriptis data, Stislai de Weytemule & filii ejus Dieterici, Advocatorum Alſatiæ, facit mentionem.

Rudolfus Abb. Murb.

An. MCCCXC. fine menſis Maji Rudolfus, Abbas Murbacenſis, hoc in ſe munus ſuſcepit. (*y*) Eodem cum Friderico, Epiſcopo Arg. & Imperialibus Alſatiæ civitatibus de non recipiendis denariis Argentinenſibus non probatis convenit. D. 11. Auguſti anni ſequentis confœderationi ſtatuum ſuperioris Alſatiæ contra judicium provinciale, (*z*) nec non alii contra ſocietatem latronum die 21. ejuſdem menſis Advocatus hic provincialis acceſſit. Extant Jodoci, Marchionis Moraviæ, ad civitatem Argent. literæ, Pragæ in craſtino diviſionis Apoſtolorum, omiſſa anni mentione, ſcriptæ, quibus eam rogat, ut Rudolfum hunc, Advocatum ſuum, (*a*) in adminiſtranda Advocatia Alſatiæ, contra Fleckenſteinenſes præſertim, qui Imperiales Riedenſis Pagi vicos vexaverant, opera conſilioque juvaret.

## §. CCXLV.

Borzibojus de Swinar.

Borzibojus de Swinar in hiſtoria belli Argent. inter Epiſcopum, Fridericum de Blanckenheim, & civitatem geſti, ad An. MCCCXCI. Alſatiæ Sueviæque Advocatus vocatur. (*b*) Herzogius fallitur, qui nonniſi die ſexta ante S. Joh. Bapt. anni ſequentis eum Advocatiam tenuiſſe exiſtimat. Virum corpore venuſtum, at origine exterum, (erat enim Bohemus) muneribus in rem ſuam abutentem, eadem belli Argent. narratio ſiſtit. (*c*) Idem in tabula fœderis, pridie S. Matthæi MCCCXCII. contra civitatem Argent. banno Imperiali ſubjectam, initi, Wenceslai Imp. Capitaneus & Advocatus provincialis Bavariæ, Sueviæ atque Alſatiæ ſcribitur. (*d*) Iisdem titulis ornatus An. MCCCXCIII. comparet, quo cum Epiſcopo Arg. & Imperialibus Alſatiæ infer. civitatibus de recipiendis per decem annos denariis Argent. convenit. Anno ſeq. die S. Matthiæ literas Pragæ ad Senatum dedit Argent.

Subadvocatus.

Subadvocatum Borzibojus habuit Habartum de Hertenberg, Equitem, qui An. MCCCXCIII. cum quinque Alſatiæ Nobilibus litem, de Hohenburgenſis Abbatiæ immunitate, in Imperialibus Alſatiæ oppidis, Ehnheim & Rosheim, finivit. Anno ſequenti Wenceslaus Imp. Argentinenſes hortatus eſt, ut Habartum de Hertenberg, Subadvocatum Alſatiæ, (*e*) ab Hamanno juniore de Bitſche in captivitate detentum, liberarent.

## §. CCXLVI.

Jodocus Marchio Moraviæ.

Die Jovis ante natalem B. Virginis An. MCCCXCIV. Wenceslaus Imp. tribus Advocatiæ Keifersbergenſis civitatibus & Mulhuſinæ de Jodoco, Marchione Moraviæ, patruele ſuo, ſcripſit, quod ei Advocatiam Alſatiæ una cum poteſtate Subadvocatum conſtituendi, pignori dederit. Jodocus literis, Brinnæ die S Galli ejuſdem anni datis, Alſatiæ civitates monuit, ne Borzibojo aliive, quam qui apocham ipſius proferret, cenſus Advocatiæ debitos perſolverent. Chifletius ad An. MCCCXCVII. Blondellus ad An. MCCCXCIX. rem referunt; ille triennio, hic quinquennio deceptus. (*f*)

Wen-

(*u*) Herzog Lib. IX. pag. 151.

(*x*) Ubi *unſer Lantfogt in Elſaſſen* dicitur. In charta Volmari de Lucelſtein, Decani Capituli Argent. An. MCCCXCII. vocatur *wilendt Landfogt in Elſaſſ.*

(*y*) Herzogius loco cit. inter Subadvocatos hunc Imperii Principem refert.

(*z*) Ubi *Lantvogt des H. Rom. Richs in Elſaſſ* nuncupatur.

(*a*) *Unſern Lantfogte.*

(*b*) Schilter *ad Königshov.* pag. 756. ubi: *Warſzboy von Swynaw, Lantfogt in Elſaſ u. in Swoben.*

(*c*) Ibid. *der Lantfaut det alſo der Bebemer art iſt, die dinbe u. baſewicht werdent durch gutet wiſſen.*

(*d*) Wencker. *de Uſiburg.* pag. 174. & Lunig Part. Spec. Contin I. *Fortſetz.* 2. pag. 30. ubi: *Warſzboy von Swinar. . . Hauptman u. Landvogt zu Beyern, zu Swaben u. zu Elſaſſen.*

(*e*) *Underlantvogt zu Elſaſſen.*

(*f*) Vid. infra in peculiari excurſu contra Chifletium.

Emico Comes Leining.

Wenceslaus Imp. eodem An. MCCCXCIV. pridie S. Andreæ literis, Pragæ ſcriptis, annuam advocatiæ provincialis adminiſtrationem Emiconi, Leiningæ Comiti, ſuo & Borziboji de Swinar nomine contulit; isque anni ſequentis initio ſolitum jusjurandum Hagenoæ præſtitit. (*g*) Emico hic inſuper tum publicæ in Alſatia pacis à Cæſare præſes eſt conſtitutus, (*h*) literasque reciprocas d. 13. Octobr. MCCCXCV. pacis provincialis Rector ſignavit. (*i*)

## §. CCXLVII.

Simon Wecker Comes Bipont.

Annua Emiconis præfectura finita Simon Wecker, Bipontino-Bitenſis Comes, eam accepit. Literis Mulhuſio & Turinghemio Civitatibus d. 16. Decembris An. MCCCXCV. exhibitis, à Wenceslao Imp. & Jodoco, Marchione Moraviæ, Advocatum ſe conſtitutum profitetur. Talem ut eum agnoſcerent Alſatæ, Wenceslaus anno ſequenti præcepit.

Borziboy de Swinar.

Rediit paulo poſt ad munus antea geſtum Borzibojus de Swinar, ob quem pacis publicæ, nuper ſancitæ, cuſtodem electum Wenceslaus Imp. civitates Alſatiæ An. MCCCXCVII. laudavit. Sequenti Cæſar Francofurti moratus, d. 22. Jun. Alſatiæ civitates, ut Borzibojum ad ſe Noribergam mitterent, rogavit, easque interea Dieterico de Weitenmüle juſſit parere. Dietericus hic, Stiſlai filius, (*l*) Subadvocatus tum erat Alſatiæ. Mandaverat ei Wenceslaus Imp. Lucelburgi poſt S. Mart. MCCCXCVII. ut, non conſulto Advocato ſuo, Borzibojo de Swinar, Equites ordinis S. Johannis Hieroſolymitani in eccleſiam parochialem Hagenoæ induceret. Idem An. MCCCXCVIII. d. 25. April. civitates Alſatiæ hortatus eſt, ut pacis publicæ formulæ ſubſcriberent; Advocati provinciales (*m*) quidem nomine uſus, Sub-Advocatus licet tantum fuiſſet.

## §. CCXLVIII.

Fridericus Comes Leining.

An. MCCCXCIX. Fridericus, Leiningæ Comes, ſe Advocatum provinc. Cæſaris atque Imperii nomine à Mulhuſinis receptum fatetur; (*n*) annoque ſequenti transactionem inter Johannem, Dynaſtam Lichtenbergenſem, & urbem Hagenoenſem in dignitate hac conſtitutus conciliavit.

Dietricus de Weitemüle.

Denique An. MCCCC. d. 9. Aug. Dietericus de Amplo Molendino Advocatus provincialis creatus eſt. (*o*) Fidem à Mulhuſinis jurato ſibi promiſſam, literis, D. Bartholomæi die datis, teſtatur. Sub Ruperto Palatino Imp. in Bohemiam ſe recepit, Alſaticas hortatus civitates, Wenceslao ut fideles perſiſterent. (*p*)

## §. CCXLIX.

Reinhart de Sicking.

Rupertus, Wenceslai ſucceſſor, Dieterico ſucceſſorem dedit Reinhartum de Sickingen, cui fidem præſtare juſſit Mulhuſinos d. 26. Novembr. An. MCCCC. Reinhartus ipſe d. 20. Martii anni ſeq. ut Advocatum Imperialem Alſatiæ (*q*) ad Mulhuſinos ſe venturum perſcripſit. Literæ, quibus libertati Turingheimenſium cavit, pridie Pentecoſtes MCCCCI. datæ. An. MCCCCV. die 21. Jul. Monaſterienſi civitati privilegium Cæſareo largitus eſt nomine. (*r*)

# *II. CLASSIS STABILIS.*

# EPOCHA PALATINA.

## §. CCL.

Ludovicus Elector Palat.

NOvam heic Advocatiæ noſtræ provincialis periodum ordimur, ſub qua Palatinæ Domui Electorali per centum, & quod excurrit, annos dignitas hæc jure oppignerationis inhæſit. Rupertus Cæſar, gentis ſuæ incrementis proſpiciens, præter alia

(*g*) Herzog. Lib. IX. pag. 152.
(*h*) Inſtrumento hoc Cæſar eum compellat *Grave Emiche von Lyningen, unſer Landvogt.*
(*i*) Literis his (*Revers*) ſefe ſcribit *Landvogt in Elſaſſ.*
(*l*) Vid. pag. præced. ad An. MCCCLXXXVI.
(*m*) *Landſogs in Elſaſſ.*
(*n*) Literæ reverſ. Dominica ante S. Matthæi Apoſt. Mulhuſinis datæ.
(*o*) Herzog. Lib. IX. pag. 152.
(*p*) Conf. Wencker *Apparat. Archiv.* pag. 271.
(*q*) *Richs Landvogt in Elſaſſ.*
(*r*) Vid. ſupra pag. 412.

alia jura filio suo natu majori, Ludovico Electori hoc munus attribuit, ut per omne vitæ suæ tempus illud administraret. (*s*) Ludovicus litteras suas antigraphas Turingheimensibus die 7. Jun. & Mulhusinis triduo post An. MCCCCVIII. Colmariæ dedit; eodemque anno fœdus cum Alsatis pepigit. (*t*) Anno sequenti litem inter Leopoldum, Austriæ Ducem, ejusque in Alsatia superiore Advocatum, Smasmannum de Rappoltstein, arbiter decidit.

Subadvocatus Imperii tum idem, qui Advocatus fuerat, Reinhartus de Sickingen. Huic autem Walterus à Thann succesit, d. 28. Jun. An. MCCCCX. institutus; (*u*) quo & civitati Colmar. literas innoxiæ protectionis concesit. An. MCCCCXII. Ludovicus Electior die 23. Jan. civitatibus Alsatiæ, Bernhardum, Eberstenii Comitem, in Subadvocatum se elegisse perscripsit. Literæ ejus reversales Mulhusinis die 8. Febr. Turingheimensibus die 9. Octobr. eodem anno datæ. Subadvocati ejus.

## §. CCLI.

Sed An. MCCCCXIII. Advocatiam nostram provincialem, cum omnibus & quibuscunque ejus emolumentis, nec non annuo Imperiali civitatum Alsatiæ censu, Ludovico Barbato, Electori Palatino, pro 25000. florenis Rhenensibus Sigismundus Imp. oppigneravit; adeoque possessionem ejus, Ludovico ad vitæ dies à patre concessam, jamque denuo roboratam, ad Ludovici heredes, donec eadem pecuniæ summa illis redderetur, extendit. Literæ, quibus Cæsar hæc civitatibus Prætectorialibus indicavit, Laudi in Longobardia, die 27. Novembris dicti anni sunt scriptæ. (*x*) Mulhusium censum Imperialem paulo post Ludovico persolvisse reperio, (*y*) quod & à ceteris urbibus factum. An. MCCCCXXIII. redemtionis pretium ad 50000. florenos Imperator Sigismundus auxit. (*z*) Advocatia Palatinis oppignerata.

## §. CCLII.

Bernhardus, Eberstenensis Comes, cui Subadvocati munus continuatum, cum Imperialibus Alsatiæ civitatibus castrum Lucelstein, à Leiningensi Comite Heinrico captum, Ludovici Electoris jussu An. MCCCCXIII. legitimo ejus possessori restituit; annoque sequenti inter Johannem, Comitem Lupfensem, & civitatem Keisersberg. per Wilhelmum de Valckenstein, Præfectum Ortenbergæ, litem composuit. Eodem de trajectu in Grafenstaden, (*a*) inter Nic. Bernhardum Zorn de Bulach & Waltherum Erbe, vici hujus possessores, controversio, judex à Sigismundo Imp. constitutus cum XVII. nobilibus Alsatis (*b*) Hagenoæ cognovit, ubi pluribus decisum suffragiis, rem hanc ipsius Cæsaris relinquendam judicio, quod de trajectu, feudum Imperii esset, nec ne, quæreretur. Sigismundus Constantiæ ita decidit, ut utramque litigantium partem de trajectu coinvestiret. (*c*) Subadvocatus.

An. MCCCCXV. idem Bernhardus Subadvocatus nomine Principis sui Ludovici de solutis sibi quadringentis & triginta duobus census Imperialis florenis civitati Colmarienti apocham scripsit; compositionis inter Abbatiam & civitatem Monasterienses anno sequenti auctor. Ejusdem Sigismundus Imp. in privilegio Ebersheimensis monasterii An. MCCCCXVII. facit mentionem. (*d*)

## §. CCLIII.

An. MCCCCXX. Ludovicus Elector Stephanum, fratrem suum, Advocatiæ Alsaticæ præfecit vicarium; eaque de re charta, Heidelbergæ d. 28. Febr. scripta, civitates certiores reddidit. Hagenoæ Stephanus institutus est d. 23. Sept. & Colmariensibus S. Michaelis die, Mulhusinis triduo post, literas defensionis innoxiæ dedit. Stephanus Palatinus Subadvoc.



(*s*) Instrumentum Heidelbergæ die Jovis post Jubilate An. MCCCCVIII. scriptum.
(*t*) Vid. supra pag. 279. §. DXX.
(*u*) Herzog loco cit.
(*x*) Exemplar in tabular. Mulhusino.
(*y*) Apocha Ludovici Germersheimli die 11. Decembr. MCCCCXIII. data.
(*z*) Archiv. Palat. Electorale.
(*a*) De quo supra pag. 269.
(*b*) Ecce nomina eorum: Schwarz Rudolf de Andelo, Lutelmann & Egelolf de Rathsamhusen, Ottemann Hacker de Landesberg, Equites; Jerathens de Rathsamhusen ad Lapidem, Henricus de Fleckenstein senior, Nic. Hacker de Landesberg, Rudolfus de Hohenstein, Jo. de Landesberg in Zellenweiler, Cunemann de Utenheim &c. Armigeri.
(*c*) Cod. membr. archivi Argent. de An. MCCCLXX. fol. 273. sq.
(*d*) Ubi Ludovicum Electorem *Lantzgs im Elsass*, & Ebersteinensem Comitem *finem Underlantzgs* appellat.

Alii. An. MCCCCXXII. d. 29. April. Henricus Bayer de Boppartem, Dom. in Caſtel, Subadvocati jusjurandum præſtitit, literasque reverſales die 11. Maji Mulhuſinis ſcripſit. Conſiliarii ejus erant Burcardus de Mulnheim, Sculteti Hagenoenſis, & Henricus de Ingenheim, Quæſtor. Triennio poſt die 3. Martii controverſiam inter Abbatiam Hohenburgenſem & oppidum Rosheimenſe, de quibusdam curiæ Hohenburgenſis in hoc oppido juribus, decidit.

Interrupit tamen Henrici hujus Bayeri Vicariatum Fridericus de Fleckenſtein, quem feſto exaltationis Chriſti An. MCCCCXXIV. Rosheimenſi civitati reverſales Subadvocati literas dediſſe reperio.

## §. CCLIV.

Stephanus iterum. Sed & Bayerus Stephani Palatini interruperat regimen. An. MCCCCXXV. enim Stephanus nomine fratris ſui, Ludovici Electoris, in Alſatiam rediit, ſingulisque civitatibus menſe Decembri (*e*) novas literas dedit. In charta fœderis, cum Epiſcopo Argent. multisque Alſatiæ Infer. Nobilibus eodem anno initi, fratris ſui Subadvocatum ad tempus, quoad ei placuerit, ſe conſtitutum profitetur. (*f*)

An. MCCCCXXVIII. Fridericus de Fleckenſtein munere hoc iterum functus eſt cauſamque novæ viæ, ab Ello ad Rhenum ductæ, de qua civitas Seleſtadienſis & Joannes de Rathſamhauſen à Kunigsheim inter ſe litigabant, per aliquot Nobiles terminari curavit.

An. MCCCCXXIX. d. 18. Decembris Stephanus Palatinus Hagenoæ ad Smasmannum de Rappoltſtein literas ſcripſit, ut una cum Eberſteinenſi Comite & Henrico de Fleckenſtein diſſidium inter Abbatem Monaſter. & Antonium de Hadſtatt componeret.

An. MCCCCXXXI. idem Subadvocatus fœderi provinciali Alſatiæ ſtatuum cum Ludovico fratre nomen dedit.

An. MCCCCXXXIII. d. 18. Aprilis in Capituli Haſelacenſis & vici Kirchheim, de curiæ Haſelac. in hoc vico juribus litigantium, cauſa judex ſedit.

Ejuſdem Stephani, Advocati Alſatiæ, in Sigismundi Imp. diplomate Lutrenſi An. MCCCCXXXIV. (*g*) mentio fit.

## §. CCLV.

Ludovicus IV. Elector Palat. An. MCCCCXXXVI. Ludovico Barbato filius ejus Ludovicus IV. in Electoratu Palatino & Advocatia Alſatiæ ſucceſſit heres; qui civitates noſtras anno ſequenti, Colmariam die S. Michaelis, (*h*) indeque Keiſersbergam inviſit. (*i*) Quamvis autem Advocatiam hanc poſſideret ut pignus, veteres tamen formulæ ſolennes manſerunt in uſu; unde Albertus II. Sigismundi in Imperio ſucceſſor, An. MCCCCXXXVIII. die 3. Maji Decapoli Alſatiæ de novo eum commendavit. Ludovicus etiam Sigismundo primum, dein Alberto II. defunctis, ob novum Cæſarem novas literas civitatibus dedit. Poſt Alberti vero mortem Ludovicus civitates rogavit, ut ſalvis juribus, legatos ad ſe Heidelbergam mitterent, quod & fecerunt. Fridericus IV. Imp. An. MCCCCXLII. poteſtatem feuda Imperialia in Advocatiæ provincialis ambitu per triennium conferendi ei conceſſit.

Subadvocati. Eodem tempore, quo Ludovicus IV. Advocatus primum Alſatiam inviſit, Subadvocatum ſecum adduxit Emichonem, Leiningæ Comitem, (*l*) cum quo paulo poſt de geſto hoc munere lis ei ſuborta eſt. (*m*)

Excepit

(*e*) Keiſersbergæ die S. Barbaræ, Mulhuſio ante S. Nicolai in ipſis his oppidis.

(*f*) *Als er uns zugeſagt zu ſinem Under-Lantſaugt in Elſas gemachte u. geſetzet hat, bis uff ſine widerruffen.*

(*g*) Lunig *Spicileg. Eccleſ.* Contin. I. pag. 991. & Laguille Probat. pag. 2.

(*h*) Teſtibus literis ejus in *Summariſche Auffuhrung der Landvogtey Hagenau* pag. 24. lit. C.

(*i*) Ubi Mulhuſinis rite Lunæ, Turicique menſibus die Merc. poſt S. Michaelis proverſales datæ.

(*l*) Mulhuſinis die Lunæ poſt S. Mich. indeque eodem, quo Ludovicus Elector, reverſales dedit.

(*m*) An. MCCCCXXXIX. die Merc. poſt exaltat. Crucis Emicho cauſam hanc ultro deſeruit.

Excepit itaque Emichonem Reinhartus de Nyperg, Eques, quem Ludovicus Elector civitatibus Alſatiæ Dielspergæ d. 27. Octobr. An. MCCCCXXXVIII. commendavit. Quatriduo poſt Hagenoæ juramentum præſtitit. (*n*) An. MCCCCXL. Ehnheimenſis civitas de Abbatiæ Hohenburg. apud ſe juribus cum Abbatia hac, intercedente Nypergio, transegit. In Alſatico contra Armaniacos fœdere An. MCCCCXLIV. idem Nypergius Subadvocatus fuit comprehenſus. (*o*)

An. MCCCCXLV. Johannes, Silveſtris & Rheni Comes à Daun & Kirchberg, Reinharto de Nyperg menſe Nov. ſucceſſor datus, (*p*) Decembri literas ſuas Alſatiæ civitatibus dedit; (*q*) in hoc munere ſuo poſt mortem quoque Ludovici IV. ſub Friderico Victorioſo continuatus.

## §. CCLVI.

Defuncto ſcilicet Ludovico An. MCCCCLI. Fridericus, frater ejus, tutorio primum Philippi Ingenui, ex fratre nepotis nomine, Electoratus & Advocatiæ provincialis adminiſtrationem in ſe ſuſcepit; Friderico IV. Imp. Alſatiæ civitatibus die 27. Maji id ſignificante, poſtquam ſuas jam novus Advocatus literas cautionis dediſſet, civitatumque legatos ad ſe Hagenoam vocaſſet, mandans iisdem, ut Johannis Rhingravii, Subadvocati, Literas cautionales denuo acciperent. Triennio poſt Fridericus hic Philippum, nepotem ac pupillum ſuum, adoptavit ea lege, ut Electoratum pariter ac provincialem Alſatiæ Advocatiam, quæ ad illum hereditario jure pertinebat, ad dies vitæ retineret propriam. (*r*) Hic eſt ille Fridericus Victorioſus, qui conſiliis manuque fortis Domus Palatinæ vires ad ſummum, in quo unquam fuere, faſtigium perduxit, & Advocatiæ Alſaticæ virile quoddam robur concillavit. Fridericus Victorioſus El. Palat.

## §. CCLVII.

Primus itaque Friderici Victorioſi Subadvocatus erat Johannes, Rheni Comes, qui literas ſecuritatis, ſub Ludovico IV. datas, An. MCCCCLI. circa feſtum Michaelis renovavit. An. MCCCCLVI. die 19. Decembris inter Johannem de Wangen & Waltherum de Thana pacem caſtrenſem in Wangenburg ordinavit. Subadvocati.

Huic Petrus à Dalheim anno ſequenti circa Joh. Bapt. ſucceſſit, qui die 28. Februarii An. MCCCCLVIII. Advocati Keifersberg, cum civitate hac de jure lignandi controverſiam decidit, ſuamque ſententiam à Friderico Electore firmari fecit.

Eodem An. MCCCCLVIII. d. 23. Novembris Gœtzius de Adelsheim Hagenoæ inſtitutus eſt Subadvocatus, cujus literæ cautionis pridie S. Andreæ Mulhuſinis datæ. An. MCCCCLXI. eo abſente Ludovicus, Dynaſta Lichtenbergenſis, ex mandato Electoris Advocatiam rexit Alſatiæ.

## §. CCLVIII.

An. MCCCCLXIII. pridie S. Mich. (*s*) Johannes, Rheni Comes, de quo jam ſuperius, à Friderico Electore denuo Subadvocati condecoratus eſt munere, ut Eccleſias, civitates & homines, Advocatiæ provinciali adſcriptos, tueretur pro viribus; mercatorum & viarum ſecuritati, nulla exacta à quoquam mercede, proſpiceret; Quæſtorem in colligendis Advocatiæ pecuniis fedulo juvaret; res graviores ad Electorem deferret; alimenta & ducentos florenos quotannis pro ſalario acciperet, munusque ſuum nonniſi Electori Palatino reſignaret. Addita conditio, ut Lucelſteinii, non Hagenoæ habitaret, quo ſumptibus parceretur, & urgentibus modo cauſſis Hagenoam adiret. Advocatiæ ergo Alſaticæ ſub Palatinis conditio, à veteri ſub Imperatoribus in eo diſcrepaverat, quod præter Hagenoam, aliud Palatinum caſtrum quodcunque, in Alſatiæ finibus ſitum, Subadvocatorum ſedem conſtituere ſe poſſe crederent Palatini. Subadvocati Legati.



(*n*) Hertzog. Lib. IX. pag. 152. Mulhuſii die Martis poſt Omn. Sanct. Turinghemii die Jovis ante S. Mart. hoc factum.

(*o*) Ap. Schilter *ad Kœnigshov.* pag. 949. ubi *Reinhart von Niperg, Ritter, Under-Landvogt zu Elſaß.*

(*p*) Electionem ejus Ludovicus Elector feria ſecunda ante D. Catharinæ Alſatis indicavit.

(*q*) Mulhuſinis die Mercurii; Turingheimenſibus die Ven. poſt S. Andreæ. In charta Rappoltſtein. An. MCCCCXLVIII. dicitur: *Johan Wildegraf zu Dune, zu Kirburg, Rheingraf zuon Stein, Unterlandtvogt im Elſaſſ.*

(*r*) Vid. Pabri *Hiſt. Bavarico-Palat.* Lib. VI. Sect. I. pag. 222. ſq.

(*s*) Reverſales eius pro ſingulis Alſatiæ civitatibus circa feſtum S. Martini ſunt ſcriptæ. In libro miſſ. Abbatiæ S. Gregorii dicitur: *Johann V Wildgrave zu Thune, zue Kerburg, Ringrave zu Stain, Unterlandtvogt in Elſaſſ* An. MCCCCLXVI.

## §. CCLIX.

Ludovicus Dux Bip.

An. MCCCCLXX. Cæſar, Friderico Electori infenſus, quod contra ſe & Pontificem Rom. in bello, propter Archiepiſcopatum Moguntinum geſto, ſtetiſſet, Advocatiam Alſatiæ Ludovico Nigro, Duci Bipontino, commiſit. (*t*) At civitates, Friderici Victorioſi vindictam formidantes, Ludovicum hunc nequaquam voluerunt admittere; unde biennio poſt, intercedente urbe Argentinenſi, Ludovicus Advocatiam Alſatiæ, inſcio & invito Cæſare, deſeruit.

Subadvocatus.

Fridericus, Bipontino-Bitenſis Comes, d. 29. Martii An. MCCCCLXXI. ut Subadvocatus Ludovici Nigri, jusjurandum Hagenoæ præſtiterat. (*u*)

## §. CCLX.

Fridericus Victorioſus Iterum.

Diſcedente hoc Ludovico, Advocatia noſtra provincialis penes Fridericum Electorem & Subadvocatum ejus, Johannem Rheni Comitem, porro remanſit; licet ille in Comitiis Ratisbonenſibus ab Imperatore fuiſſet proſcriptus. Intercedente Johanne Subadvocato & Matthia, Epiſcopo Spirenſi, de controverſis quibusdam Advocatiæ juribus cum civitate Hagenoenſi An. MCCCCLXXII. Elector transegit.

## §. CCLXI.

Philippus Ingenuus Xl. Palat.

Defuncto tandem An. MCCCCLXXVI. Friderico Victorioſo. Philippus Ingenuus, ex fratre nepos, quem adoptaverat, in Electoratu Palatino & in Alſatiæ Advocatia ſucceſſit. Componenda tamen prius erant diſſidia atque gravamina. Unde nonniſi decennio poſt, Cæſare more veteri civitatibus eum commendante, admiſſus eſt. Tum vero ſuum cum trecentis & quinquaginta equis in Alſatia adventum Philippus indixit; (*x*) qui Hagenoæ dein præſens, quæ debebat, peregit. An. MCCCCXCIII. de adventitiis in Winzenheim & Morſchweiler hominibus cum Dynaſtiæ Landſpurgenſis poſſeſſore convenit. (*y*)

Subadvocati.

Subadvocatus Philippi, Crafto Comes de Hohenlohe & Ziegenheim, Civitati Seleſtadienſi d. 14. Februarii, Mulhuſinæ biduo & Turingheimenſi triduo poſt An. MCCCCLXXXVII. ſyngraphas ſuas porrexit; litis inter Abbatem Weiſſenburg. & Nicolaum de Thann eodem anno arbiter, ubi de quibusdam viduæ Henrici Holzapfelii, Nicolao tum nuptæ, juribus in vicis Warſpach, Seebach & Schoenenberg agebatur.

Hunc ſecutus eſt Jacobus de Fleckenſtein An. MCCCCXCIII. (*z*) qui de puniendis ac eliminandis rei alimentariæ propolis cum Epiſcopo & civitate Argent. nec non Bipontinis & Hanoicis Comitibus anno ſequenti convenit. In literis Civitatum Alſatiæ, ad Philippum Electorem de bello Bavarico An. MDIV. ſcriptis, ejuſdem Subadvocati adhuc fit mentio.

## §. CCLXII.

Maximilli. I. Imp.

Funeſta heic Palatinæ Domus exoritur periodus, qua Maximiliani I. Imp. ſolemni judicio & executione militari, præter alias Electoratus ditiones, Advocatia Alſatiæ Philippo Ingenuo Electori erepta; quod filium Rupertum, relictas à Georgio Divite, ſocero ſuo, Bavariæ terras controverſas, ſpreta Cæſaris auctoritate vindicantem, ſuis armis adjuverat. Decretum eſt ab Imperio bellum; cum filio proſcriptus eſt pater. Imminent undique hoſtes. (*a*) Ad Alſatiæ civitates Cæſaris literæ (*b*) atque legati, Sturzelius Doctor & Nicolaus Zieglerus, Conſiliarii Cæſaris, miſſi, qui Philippum proſcriptum eſſe, & univerſis Imperii feudis atque pignoribus exutum indicarent, adeoque civitates iſtas, in Imperatoris fidem ob Advocatiam reciperent. Cunctantur Alſatæ, inter Cæſarem & Electorem metu ſuſpenſi. Rem ad hunc deferunt; reſponſum

(*t*) Literæ Cæſaris ea de re ad Civitates Alſatiæ die Lunæ poſt S. Luciæ An. MCCCCLXX. ſcriptæ ſunt. Ludovicus die Martis poſt S. Apollon. anni ſequentis epiſtola Bipontina data Hagenoam, ut præſtanda ſibi præſtare, invitavit.

(*u*) Hertzog. *Chron. Alſat.* Lib. IX. pag. 252.

(*x*) Literis die Sat. poſt S. Viti An. MCCCCLXXXVI. datis. Hagenoæ die Lunæ poſt S. Jacobi reverſales dedit.

(*y*) Vid. ſupra pag. 107. §. CLXXX.

(*z*) Reverſales Seleſtadio & Mulhuſio die Jovis poſt S. Barthol. Turinghemio die S. Adolfi hujus anni exhibuit.

(*a*) Bellum hoc Palatino-Bavaricum, per V. menſes durans, Trithemius deſcripſit, & in *Auſtriade* ſua, ſeu de Bello Norico Rich. Bartholinus.

(*b*) Die 27. Maji An. MDIV. Auguſtæ Vindel. ſcriptæ.

reſponſum ad Cæſaris poſtulata differunt. Inſtat uterque, Maximilianus & Philippus, ille ut juſſa ſequantur, hic ut in fide perſiſtant, ſibique injuſtis armis oppreſſo ſuccurrant. (*c*) Sed prævaluit Cæſar, qui novo exemplo ſyngraphas ipſe literas civitatibus dedit, (*d*) poſtquam Gaſparum Morimontii Baronem jam Subadvocatum dediſſet. (*e*) Maximilianus quidem Advocatiam provincialem Alſatiæ ad Imperium ſe reduxiſſe profeſſus eſt, ſed revera Auſtriacæ ſuæ Domui, ut mox patebit, eam jungere ſtuduit, unde & ipſe, tanquam Archidux Auſtriæ, inter Advocatos ponendus.

## §. CCLXIII.

Subadvocati.

Gaſparus de Mœrſperg in cauſa quatuor Hatgoviæ vicorum contra Fleckenſteinenſes à conſiliis ſuis habuit Petrum, Abbatem S. Walpurgis, Ludovicum, Comitem Loewenſtein. Jo. Hoffwarthum de Kirchheim, Wernherum Wœlflinum J. V. D. & Henricum de Utenheim.

An. MDXI. ad finem vergente Subadvocati munus Jo. Jacobo Baroni de Mœrſperg & Belfort à Maximiliano Imp. collatum eſt; (*f*) cui & paulo poſt Abbatiæ Sturzelbronnenſis defenſionem ſpeciatim injunxit. Hic auſpice Maximiliano Landaviam, Eccleſiæ Spirenſi pridem oppigneratam, liberis Alſatiæ Imperialis oppidis, ſub Advocatia provinciali conſtitutis, adjunxit; (*g*) unde limitis Alſatici ad Queicham uſque prolatandi nata occaſio. (*h*)

## §. CCLXIV.

Carolus V. Imp. & Ferdinandus.

Confirmavit eum in iſto munere poſt Maximiliani funus ſucceſſor ejus Carolus V. inter Advocatos Alſatiæ & ipſe quoque per biennium referendus, donec Ferdinando Archiduci, fratri ſuo, cum Auſtriacis in Germania terris Alſatiæ & Ortenaviæ advocatias provinciales, conſenſu Imperii Principum, Kal. Maji An. MDXXI. Wormatiæ tradidit, Jo. Jacobo de Mœrſperg Subadvocato manente. (*i*) Inſtrumentum traditionis octoginta mille florenos, à Maximiliano I. Imp. Palatinis pro duabus iſtis Advocatiis promiſſos & à Carolo V. ſolutos, memorat; ſumptibus belli, quo Maximilianus eas occupaverat, viginti mille florenorum inſuper æſtimatis, adeo ut pretium omne, Auſtriacis pro utraque advocatia Imperiali reſtituendum, centum millia flor. æquaret. Duplici itaque, Imperiali & Auſtriaco, titulo Carolus V. Alſatiæ Advocatiam poſſedit atque in fratrem ſuum transtulit Ferdinandum.

## §. CCLXV.

Ludovicus Pacificus Pal. Elect.

An. MDXXX. Ludovicus Pacificus, Philippi Ingenui filius & in Electoratu Palatino ſucceſſor, ablatam patri advocatiam Alſatiæ à Carolo V. Imp. & Ferdinando Archiduce, in Regem Rom. eligendo, reſignata 8000. aureorum penſione, quæ ex provinciis Belgicis ei debebatur, & ſolutis inſuper 40000. florenis Rhen. recepit, quod Carolus literis d. 24. Oct. hujus anni Auguſtæ Vind. ſignatis Decapoli Alſatiæ indicavit. Inſtrumentum ceſſionis à Ferdinando Kal. Novembris ibidem confectum, ſecundum quod Advocatia hæc poſt Ludovici & Friderici, fratris ejus, obitum à Ferdinando vel heredibus ejus, tanquam pignus Auſtriacum, refuſis expenſis redimi poſſet. Traditio per Ferdinandi miſſos d. 5. Martii An. MDXXXI. Hagenoæ facta. Civitates die 17. Aprilis legatos Heidelbergam ad Ludovicum miſerunt, tandemque reverſales ejus die 26. ejuſdem menſis Hagenoæ acceperunt, poſtquam juſſorias Cæſaris literas duas, primo & ultimo Martii Bruxellis & Gandavi ſcriptas, accepiſſent. Prioribus literis Carolus V. mentionem fecerat transactionis, qua Advocatia provincialis ad Palatinum rediret. Civitates, finiſtrum quid & libertati ſuæ perniciosum ſuſpicantes, inſtrumentum transactionis quod non viderant, tamdiu reſtiterunt, donec



(*c*) Philippi Electoris ad civitates Alſatiæ Imperiales literæ die Lunæ poſt Trinitatis An. MDIV. datæ.

(*d*) Die 20. Aug. An. MDIV. in *Summariſch. Anfführung der Landvogtey &c.* pag. 32. & *Nullit. Revoc. Alſat.* Adjunct. num. 17.

(*e*) Hujus reverſales pro Seleſtadienſibus die Merc. poſt Jucund. & Mulhuſinis die Mart. poſt Aſſumpt. b. Virg. An. MDIV. Hagenoæ, ubi civitatum legati convenerant, ſcriptæ ſunt.

(*f*) Literæ Maximiliani de ejus in Subadvocatum electione d. 2. Dec. MDXI. at reverſales tamen Jo. Jacobi anno demum ſequenti, Seleſtadio quidem die Merc. poſt Jucund. Mulhuſo vero die Mart. poſt S. Ulrici datæ, ubi: *Ich Hanns Jacob Freyherr zu Mœrſperg und Beffort, Unterlantvogt in Elſaſt.*

(*g*) Vid. ſupra pag. 401. §. DCCXXIX.

(*h*) Conf. pag. 6.

(*i*) Carolus V. Ferdinando fratri d. 1. Maji Advocatiam contulit, d. 16. ejuſd. menſis de ſubadvocatia Jo. Jacobo ſervata ad civitates Alſatiæ ſcripſit. An. MDXXX. Subadvocatus hic de novo, quod Lupfenſis Comes Kienſtemii inſtituerat, telonio ſententiam tulit.

nihil periculoſi in ea contineri aſſeveraſſet Cæſar. Scripſerat quoque hic d. 12. Januarii ad Reinhartum, Bipontino-Bitenſem Comitem, ut feuda ſua, Palatinis olim obnoxia, quæ cum Advocatia Alſatiæ Maximilianus I. eis abſtulerat, ab Electore Palatino deinceps reciperet, quamdiu Advocatiam hic tenuerit; cum qua feudorum illorum dominium ad Auſtriacam Domum, jure reluitionis gaudentem, aliquando rediturum eſſet. Ita Advocatia hæc duplex pignus, Cæſareo-Auſtriacum & Auſtriaco-Palatinum evaſit, Imperio & Auſtriacis jus reluitionis habentibus. Auſtriaci in Palatinos, ob Vindobonam à Turcarum obſidione Friderici Palatini virtute nuper ſervatam, tam faciles fuiſſe videntur.

## §. CCLXVI.

Subadvocati.

Primus Ludovici Pacifici Subadvocatus erat Schenck Georgius, Erpacenſis Comes, qui hanc ſuam provinciam menſe Junio An. MDXXXI. adiit, (*l*) eamque per ſexennium adminiſtravit. Abbatiæ Ebersheimenſi, ſex aureos Rhenenſes quotannis ſolventi, protectionis literas Principis ſui nomine menſe Nov. ejuſdem anni porrexit; quod & Ludovicus ipſe biennio poſt fecit. An. MDXXXVI. inter Seleſtadienſes & S. Hippoliti oppidum controverſiam de vectigali Subadvocatus hic terminavit.

Succeſſit ei Conradus de Rechberg An. MDXXXVII. (*m*) quem Abbatia Sturzelbronnenſis An. MDXLI. rogavit, ut in Advocatiæ provincialis Alſaticæ clientelam reciperetur; ad aliorum monaſteriorum inſtar protectorium offerens. Placuit hoc Palatino, cui octo floreni quotannis promiſſi.

## §. CCLXVII.

Fridericus II. El. Palat.

Ludovicum An. MDXLIV. defunctum frater ejus Fridericus II. & in Electoratu Palatino & in Advocatia provinciali excepit, Henricum de Fleckenſtein, Baronem à Dagſtul, in Subadvocatum ſibi aſſumens. (*n*) Fleckenſteinius transactionis inter Abbatiam & civitatem Monaſterienſem An. MDXLIX. auctor fuit, & cauſam, inter Epiſcopum Argent. ac Seleſtadienſes propter vectigal ſubortam, An. MDLIV. judicavit, ubi damnatus Epiſcopus. Anno ſequenti Fleckenſteinio ſuffectus eſt Eberhardus, Erpacenſis Comes; (*o*) qui novam inter Joachimum Abbatem & cives Monaſterienſes transactionem An. MDLVI. promovit.

# EPOCHA AUSTRIACA.

## §. CCLXVIII.

Ferdinandus I. Imp.

Ludovico & Friderico fratribus extinctis, ac ſucceſſione in Electoratu Palatino pariter ac Præfectura Hagenoenſi ad Ottonem Henricum, illorum ex Ruperto fratre nepotem, An. MDLVI. devoluta, Ferdinandus I. Rex Rom. de redimenda & vindicanda ſibi Præfectura cogitare cœpit. Ottonem Henricum quidem Carolus V. Bruxellis d. 10. Julii hujus anni Alſatiæ civitatibus Advocatum, adjecta lege, ne quid in ſacris mutaret, commendavit. Sed nonniſi biennalis ejus adminiſtratio fuit. Ferdinandus enim, jure ſuo utens, Palatino pecuniam, Palatinus Ferdinando reddidit pignus, (*p*) quod penes Auſtriacos Principes deinceps conſtanter permanſit, donec Pace Weſtphalica tranſiret ad Gallos. Ferdinandus, quamvis Imperator, avi ſui more, literas cautionis Decapoli Alſatiæ d. 6. Sept. MDLVIII. Vindobonæ dedit. (*q*) Neque filio ſuo cognomini, quod Herzogius (*r*) aſſerit, Advocatiam hanc Ferdinandus commiſit, ſed eam quoad viveret ipſe retinuit, & per Subadvocatos alios admi-

(*l*) Reverſales ejus Seleſtadio d. 18. Junii, Toſinghemio die Jovis ante S. Johannis Baptiſtæ exhibitæ ſunt.

(*m*) D. 4. Aug. Seleſtadienſi civitati cautionis literas ſcripſit.

(*n*) Fridericus Hagenoæ die Ven. poſt S. Michaelis An. MDXLIV. Alſatiæ civitatibus; Henricus de Fleckenſtein circa Sim. & Judæ ejuſdem anni antigraphas literas dederunt.

(*o*) Seleſtadium die 15. Colmariæ d. 17. Julii An. MDLV. Eberhardo huic præſtanda præſtitit.

(*p*) Plena traditio quamvis An. MDLVIII. demum facta ſit, Ferdinandus tamen 25. coronas aureas ſolares (*Sonnen-Guld-Cronen*) ex Præfecturæ Hagenoenſis reditibus An. MDLVII. feſto S. Thomæ Wolfgango Schoepflino, civi Thannenſi, jam aſſignavit.

(*q*) *Nullit. Reun. Alſat.* in Adjunct. num. 18. *Adumbrat. Jur. Prælat. Hagen.* pag. 7. Lagville *Hiſt. d'Alſace*, Probat. pag. 135.

(*r*) *Chron. Alſat.* Lib. IX. pag. 153.

adminiſtrari fecit. Auctum vero tum pignoris pretium erat, quod Carolus V. impenſos à Ferdinando in copias auxiliares, quas contra Turcas miſerat, 197480. florenos Rhen, An. MDXLII. trium Advocatiarum provincialium, Sueviæ nempe, Alſaticæ & Ortenavicæ, quæ Ferdinando jam erant oppigneratæ, pretio adjecit, (*t*)

## §. CCLXIX.

Leges, quibus Subadvocati Advocatiam Alſatiæ regerent, has Ferdinandus præſcripſit. Primo Subadvocatus, Quæſtor & Conſiliarii ſe invicem amice habeant, vivantque concordes. Abſente Subadvocato Conſiliariorum ſenior ſit ejus vicarius. Jura ſingulorum, Judæos & ſilvam Hagenoenſem, quoad arbores ac feras, diligenter cuſtodiant. Inter Conſiliarios ſint Scultetus Hagenoenſis & Foreſtarii, quibus viri quidam literati additi. In gravioribus cauſis Enſisheimenſe & Oenipontanum Auſtriacæ Domus Tribunalia, ſalva tamen Civitatum libertate, conſulant, nec Cameræ Imperiali aut Judicio Rothvillano, quæ Auſtriacæ Gentis privilegia reſpuant, (*t*) in ulla re pareant. Præcipue vero Tirolenſi Cameræ obnoxius ſit Quæſtor. Subadvocatus cum Conſiliariis ſuis ad civitates Advocatiæ quotannis accedat, gravamina earum audiat atque, ſi fieri poterit, expungat. Catholica ſacra in Præfecturæ vicis ſarta tecta que conſervent. Monaſteria foreſtæ ſanctæ, nec non S. Gregorii & Alſpacenſem Abbatias, in quibus ſecularis, inprimis capitalis jurisdictio ad Advocatos provinciales ſpectet, commendata ſibi habeant, ne quid juris in illis intereat. Monaſteria hæc ſitu & ab origine fere ſua Præfecturæ Hagenoenſi adſcripta, longeque ab illis diverſa eſſe Ferdinandus ajebat, quæ ſponte ſua in ejus clientelam conceſſerant: in Stephansfeldenſi Præceptoria, nec non in caſtro S. Remigii prope Weiſſenburgum, & in tribus vicis, ab illo pendentibus, protectionis, aperturæ & alimentationis jus Advocatum habere. Negabat ei jura hæc Epiſcopus Spirenſis in Abbatia S. Walpurgis, cum Collegiata Weiſſenburgenſi ab aliquo tempore juncta, uti hujus Collegiatæ Præpoſitura cum Epiſcopatu Spir. fuit conjuncta; unde Ferdinandus An. MDLX. jura hæc contra Epiſcopi conatus probe juſſit tueri. Novæ Subadvocati leges.

## §. CCLXX.

Subadvocatus tum erat Jo. Theobaldus Waldner à Freundſtein, qui ſub anni ſuperioris initium ſingulas Advocatiæ civitates circumiverat, ut ſolitum eis ſacramentum præſtaret. (*u*) Abbatiæ Ebersheimenſi literas protectionis ad priſtinam formulam Hagenoæ ſcripſit, & cum civitate Hagen. de auditione teſtium d. 5. Aug. An. MDLX. transegit. Subadvocati.

Surrogatus ei An. MDLXI. Nicolaus Baro à Bollweiler, (*x*) quem & Maximilianus II. Imp. & Ferdinandus Archidux poſt patris ſui fata in eodem munere confirmarunt. (*y*)

## §. CCLXXI.

Defuncto ſcilicet Ferdinando I. Imp. An. MDLXIV. filius ejus natu major Maximilianus II. Imp. fratri ſuo Ferdinando Præfecturam Hagenoenſem cum Landgraviatu Alſatiæ ſuperioris conceſſit, quod Ferdinandus hic ipſe in literis, ad civitatem Colmarienſem d. 7. Jan. An. MDLXVI. Pragæ ſcriptis, teſtatur. (*z*) Ferdinandus Archidux.

Hic poſt Nicolai Bollvillenſis obitum An. MDLXXXIX. Georgium Baronem à Kœnigseck & Aulendorff, Comitatus Rothenfels & Dynaſtiæ Staufenſis Dominum, vicarium & Subadvocatum ſuum conſtituit. (*a*) Kœnigseckium abdicantem Fridericus, Subadvocati.

---

(*t*) Inſtrumentum in *Corpr Diplom.* Tom. IV. Part. I. pag. 419.

(*s*) Secundum Diplomata Imperatorum ap. Du Mont *Corpr Diplom.* Tom. II. Part. I. num. 43. 132. & 161.

(*u*) Fecit hoc Seleſtadii d. 23. & Turinghemii d. 25. Jan. MDLIX.

(*x*) Reverſales Seleſtadio d. 29. Oct. Turinghemio die Ven. poſt S. Lucæ, monaſterio Ebersheim. d. 29. Nov. more veteri dedit.

(*y*) Conf. ſupra pag. 280. §. DXXI. ubi de Ferdinando Archiduce intelligenda, quæ de Leopoldo per errorem ſunt dicta.

(*z*) *Nullit. Reuss. Alſat.* in adjunctis num. 19. & *Adumbrat. Jur. Præfecturæ Hagen.* pag. 8.

(*a*) Reverſales Seleſtadio d. 16. Turinghemio d. 30. Maji, Abbatiæ Ebersheimenſi d. 22. Aug. perſcripſit. Lucretius, parochus Monaſterienſis, in not. mſſ. ad *Eberi Calendarium* pag. 196. annotavit: "Die lunæ poſt Pentecoſtes feſtum MDLXXXIX. » venit Monaſterium hora XII. Georgius à Kinſeck. » (Kœnigseck) Circa horam II. præſtiterunt circa » juramentum; circa horam V. iterum abiit.

ricus, Comes Furſtenbergenſis, An. MDXCIV. excepit, (*b*) cujus adminiſtratio quoque poſt Ferdinandi Archiducis obitum ſub Rudolfo II. Imp. continuata eſt.

Rudolfus II. Imp.

Anno ſequenti enim Rudolfus hic, Maximiliani II. Imp. filius & ſucceſſor, patruo ſuo nullum in advocatia Alſatiæ ex gente ſua ſucceſſorem dedit, ſed ad Ferdinandi I. exemplum eam per Subadvocatos ſuos per decennium ipſe adminiſtravit.

Subadvocatus.

Poſt Furſtenbergenſem Comitem ſub eo Jo. Eberhardus de Wanſcheid Conſiliarius Imperialis & adminiſtrator vicarius Præfecturæ Hagenoenſis An. MDCI. occurrit. (*c*)

## §. CCLXXII.

Maximilianus Archidux.

An. MDCV. denique Maximilianus Archidux à fratre ſuo Rudolfo II. Imp. Alſatiæ conſtitutus eſt advocatus; (*d*) quam dignitatem ſub Matthia quoque Imp. & fratre (*e*) ad vitam retinuit.

Subadvocati.

A Maximiliano hoc Subadvocatus An. MDCVI. receptus eſt Rudolfus, Sulzenſis Comes & Landgravius Cletgoviæ, (*f*) quem exacta decennali adminiſtratione Jacobus Ludovicus, Furſtenbergenſis Comes, An. MDCXV. excepit. (*g*) Abbas Ebersheimenſis ab eo novas protectionis literas petiit.

## §. CCLXXIII.

Leopoldus Archidux.

An. MDCXX. Leopoldus Archidux, Epiſcopus Argentinenſis, Præfecturam Hagenoenſem, Maximiliani Archiducis morte vacantem, à fratre ſuo Ferdinando II. Imp. accepit; (*h*) ultimus Auſtriacorum Principum, qui hoc gaviſus eſt munere.

Subadvocati.

Subadvocatus ejus, dimiſſo Furſtenbergenſi Comite, primo creatus fuit Carolus Lud. Erneſtus, Comes Sulzenſis, (*i*) cujus quidem adminiſtratio Manſfeldenſi irruptione, qua Hagenoa An. MDCXXII. occupata & Lœwenſteinenſis Comes Advocatiæ provinciali præfectus eſt, (*l*) ſed ad breve tempus, interrupta fuit. Abdicavit ſe provincia ſua Sulzenſis Comes An. MDCXXVIII. & Dominicum Vigilium, Comitem à Spaur, ſucceſſorem nactus eſt. (*m*)

Poſtremus advocatiæ Alſatiæ, ad Suecos & Gallos jamjam tranſituræ, adminiſtrator vicarius An. MDCXXXI. apparuit Aſcanius Albertinus ab Ichtersheim, qui & militum Cæſareo-Auſtriacorum in Alſatia Prætor erat. (*n*)

# EPOCHA GALLICA.

## §. CCLXXIV.

Tranſitus.

TRanſimus jam ad novam ultimamque Advocatiæ provincialis noſtræ periodum, Gallicam nimirum, quæ bello tricennali Monaſterii compoſito, Imperatore & Imperio conſentiente, An. MDCXLVIII. initium cepit, ita ut ab iſto tempore Gallię Reges & Imperii & Domus Auſtriacæ circa hanc Advocatiam jura conjunctim poſſideant.

Galli

(*b*) Herzog Lib. IX. Cap. III. pag. 553. Reverſales pro civitate Seleſtadienſi d. 30. Julii, pro Turingheimenſi d. 4. Aug. ſignavit. Leckybigius loco cit. pag. 265. ſcribit: " Senatus & cives Monaſterienſes fidem dederunt Imperatori & Præſidi " novo, Comiti à Furſtenberg Friderico MDXCIV. " cui actioni interfuit Jo. Wilhelmus Schwendius " à Hohen-Lanſperg. Hic venit equis X. alter equis " XVI. Conſiliarii Hagenoenſes vehiculo.

(*c*) In literis Jo. Philippi de Sulz d. 7. Oct. MDCI. dicitur *Statthalter der Landvogtey Hagenau.*

(*d*) Literæ reverſ. Oeniponti d. 18. Nov. MDCV. datæ. Vid. *Nullitas Reun. Alſat.* in Adjunct. num. 20. & *Adumbratio Jurium Præfect. Hagen.* pag. 9.

(*e*) Novæ reverſales d. 26. Jun. An. MDCXV. exaratæ Oeniponti.

(*f*) Seleſtadienſibus d. 20. & Turingheimenſibus d. 25. Aug. An. MDCVI. reverſales datæ.

(*g*) Seleſtadii d. 15. Keiſersbergæ d. 17. Turingheimii d. 19. Aug. MDCXVI. demum formulis conſuetis inauguratus eſt.

(*h*) Reverſales ejus, Oeniponti d. 6. April. datæ, in *Nullit. Reun. Alſat.* num. 21. & Londorf. *Act. publ.* Tom. VII. pag. 106. legunntur.

(*i*) Reverſales civitati Turingheim. d. 10. Febr. MDCXXI. exhibuit.

(*l*) Scherius in *Gigantomachia Manſfeld.* pag. 28.

(*m*) Literæ Leopoldi Archid. ſub finem annni MDCXXVIII. de hac re ad Senatum Hagen. ſcriptæ, at reverſales ejus nonniſi menſe Aug. anni ſequentis traditæ. *Nullit. Reun. Alſat.* num. 22.

(*n*) *Kayſ. Maj. beſtellter Obriſter und Statthalter der Landvogtey Hagenau, auch der im Elſaſſiſchen Bezirk liegenden Keyſerl. Kriegsvolk, bimiſſionirter Commendant.*

Galli tum Præfecturam iſtam ſeu Advocatiam *Ballivatum* & Advocatos *Ballivos magnos* (o) ſua lingua vocare coeperunt, ſenſu vocis, ſi ſtatum recentiorem ejus ſpectes, ſatis juſto, quod munus Advocati ſagato-togatum mere togatum evaſit.

## §. CCLXXV.

Ludovicus XIV. pacatis pace Weſtphalica rebus, Alſatiæ regimen una cum Advocati provincialis officio Henrico de Lotharingia, Harcurtii Comiti, d. 20. April. MDCXLIX. contulit. (p) Cum autem civitates Imperiales difficulter eum admitterent, Rex more Imperatorum literas Pariſiis menſe Sept. MDCLI. ad eas dedit, Harcurtii receptionem urgens. (q) Alio tamen inſuper biennio, res hæc ut terminaretur, opus erat. Harcurtii Reverſales nonniſi An. MDCLIII. menſe Jul. acceptæ. (r) Rex d. 12. Jan. anni ſequentis graves ob cauſas Harcurtium ſe exauctoraſſe, ad Alſatas ſcripſit. Verum diſſidiis cum Mazarinio Card. paulo poſt feliciter compoſitis, utramque & rectoris Alſatiæ & Advocati provincialis dignitatem retinuit, donec ad alia promotus eam An. MDCLIX. Regi reſignavit. (s) Harcurtii vices non Subadvocatus, ſed regius Enſisheimenſis Senatus regio juſſu geſſit, ut ex ejuſdem Senatus literis apparet. (t) Henricus Harcurtius

## §. CCLXXVI.

Cedente Harcurtio Mazarinius Card. primarius Regis adminiſter, Præfecturam Hagenoenſem pariter & Comitatum Phirretenſem, illam ut munus temporarium, hunc ut feudum hereditarium, à Rege accepit. Præfecturæ tamen poſſeſſionem rite non adiit, neceſſarium eſſe ducens, ut antequam id fieret, in jura ejus inquireret: quæ dum ageret, morti proximus dignitatem hanc in bonorum ſuorum heredem transferri curavit. Mazarin. Card.

Succeſſit itaque An. MDCLXI. Armandus Carolus, Mazarinius Dux, Cardinalis ex ſorore nepos, Gubernator Alſatiæ, qui ſeptem ante avunculi mortem diebus, id eſt, ſecunda Martii, ſpem ejus rei acceperat. (u) Regis ad civitates literæ d. 18. Nov. jubent, ut legatos Hagenoam mitterent, qui cum novo Advocato ejuſque comitibus, miſſis regiis, d. 18. Dec. eodem venturis, agerent. Miſſi regii erant Colberti duo, alter Senatus Alſatiæ ſupremi Præſes, alter Procurator generalis, Rappoltſteinenſis & Tracius Comites. Hagenoæ cum ad rem procedendum eſſet, aliæ Mazarinio, aliæ civitatibus, ſub Imperio Germaniæ adhuc ſe conſtitutas eſſe dicentibus, literæ cautionis placuerunt. Cardo controverſiæ in eo vertebatur, quod civitates Regi fidelitatem nollent adjurare. (x) Armandus Car. Dux Mazarin.

Mazarinius præſentibus Hagenoæ Civitatum legatis d. 12. Jan. MDCLXII. Henricum, Ruzeum Marchionem, Subadvocatum conſtituit. Ruzeus menſe Majo ejuſdem anni literas antigraphas more veteri Civitatibus dedit; ſeptennio poſt munere ſuo privandus à Rege. Mazarinius ei duos ex Præfectura Hagenoenſi vicos, Ohlungen & Keffendorff, ut feudum regium, quoad ipſe Advocatiæ præfuerit, poſſidendos conceſſerat, quos Ludovicus Auguſtus, Ruzeus Marchio, Henrici nepos, Theodoro de Worſtatt, Conſuli Hagenoenſi, An. MDCCVI. conſenſu Regis vendidit. (y) Subadvocatii.

Publica quies pace Neomagenſi cum fuiſſet reſtituta, Ludovicus XIV. Advocatiam Alſatiæ, abſente Mazarinio Duce, An. MDCLXXIX. d 2. Julii Joſepho *du Pont*, Baroni de *Monclar*, adminiſtrandam commiſit, (z) qui & Civitatum juribus d. 1. Octobris chirographo cavit.

Montclario An. MDCXC. defuncto Mazarinius Dux Præfecturam recepit, eamque ad mortem uſque ſervavit.



(o) *Baillage* vel *Grand Baillage*, *Bailliſ* ſeu *Grand Baillif de Haguenau*. Ita jam Ludovicus XIV. An. MDCXLIX.

(p) Inſtrumentum regium in *Relat. de ſtatu præſentat. Mazarinii Ducis* pag. 50.

(q) Ibidem pag. 49.

(r) Ibid. pag. 53. & in *Nullit. Reun. Alſat.* Adjunct. pag. 31. Conf. ſupra pag. 284.

(s) Laguille *Hiſt. d'Alſace* Part. II. pag. 200. ſqq.

(t) Londorp. *Act. publ.* Tom. VI. pag. 636. ſq.

(u) Laguille loco cit. pag 211.

(x) Vid. ſupra pag. 284.

(y) Conf. ſupra pag. 256. §. CCCCLXXII.

(z) Laguille *Hiſt. d'Alſace*, Part. II. pag. 259.

## §. CCLXXVII.

Alexius Dux Caſtilionæus.

Paulo ante Mazarinii mortem Subadvocatiam Advocatiæ Hagenoënſis Jo. Gaſpar de Hatſel menſe Febr. MDCCXII. Advocatiam ipſam vero Alexius, tum Comes, dein Dux, Caſtilionæus (*Chaſtillon*) menſe April. anni ſequentis, in feudum maſculinum acceperunt à Rege. Tum primum Advocatia hæc Provincialis Alſatiæ ſeu Præfectura Hagenoënſis in feudum converſa.

Hatſelius, Subadvocatorum more, poſt Mazarinii obitum, ſingulis civitatibus Præfecturæ An. MDCCXIV. antigrapha dedit. Acceperat idem jam Anno MDCCIII. regii civilium & capitalium rerum in eadem Præfectura Judicis officium, (*a*) quod cum Subadvocatiæ munere ſimul poſſedit.

Quum autem ſucceſſu temporis inter Advocatum vel Præfectum & Subadvocatum lites orirentur, multis hinc inde ſcriptis agitatæ, quibus Caſtilionæus, ut veteres ex Palatinis & Auſtriacis Advocati, Subadvocatum conſtituendi jus ſibi arrogabat, Hatſelius autem Subadvocatiam ab ipſo Rege in feudum ſibi quoque traditam urgebat, res denique, in ſummis tribunalibus per quatuordecim annos tractata, d. 30. Oct. MDCCLI. ita à Rege fuit deciſa, ut Gaſpari Hatſelii, quinquennio ante defuncti, heredes ac deſcendentes pro ſuo in Subadvocatiam jure ter mille Libras Turonenſes ab Advocato provinciali quotannis acciperent, quamdiu ex illis maſculus ſupereſſet. Pro ceteris vero Judicis Regii civilium & criminalium rerum officiis 15950. librarum ſumma iisdem heredibus perſoluta eſt.

Ludovicus Dux Caſtil.

Alexio Caſtilionæo Duci, An. MDCCLIII. d. 15. Febr. defuncto, filius ſucceſſit Ludovicus, hodiernus Advocatiæ vel Præfecturæ Hagenoënſis poſſeſſor.

---

(*a*) Extant literæ regiæ de utroque hoc feudo in *Sommaire pour M. le Duc de Chaſtillon, Oberlandsvogt . . . contre les Sieurs Hatzel*, pag. 22. & 25.

(*b*) *Bailliſ Royal, Lieutenant civil & criminel de la Prefecture de Hagueneau.* Officia hæc An. MDCCXIV. inſtituta fuerunt à Rege.

TABULA

# TABULA SYNOPTICA.

| IMPERATORES. | ADVOCATI. | SUBADVOCATI. |
|---|---|---|
| HENRICUS V. | *SUB DUCIBUS.* | |
| 1123 | HETZEL, Advocatus Alſatiæ. | |
| FRIDERICUS I. | | |
| 1165 | RUDEGERUS, Advocatus de Hagenowe. | |
| FRIDERICUS II. | | |
| 1212 | ULRICUS, Comes Phirretarum, & OTTO de Ochſenſtein, Advocati provinciales Alſatiæ. | |
| 1220 | WOLFELLUS, Scultetus Hagenoæ & Præfectus Alſatiæ. | |
| 1237 | BERTHOLDUS de Tannerode, Procurator rerum Imperial. in Alſatia. | |
| RICHARDUS | | |
| 1257 | HENRICUS à Stahleck, Epiſcopus Argent. | |
| 1260 | WALTHERUS à Geroldseck, Epiſc. Argent. | HERMANNUS à Geroldseck, Epiſcopi frater. |
| RUDOLFUS I. | *POST DUCES EXTINCTOS.* | |
| 1274 | CONRADUS WERNHERUS de Hadſtatt & CUNO de Bergheim, Advocati provinciales. | |
| 1281 | OTTO de Ochſenſtein. | |
| 1284 | . . . . . | N. de Hohenſtein. |
| ADOLFUS. | | |
| 1293 | . . . . . | CUNO de Bergheim. |
| 1297 | THEOBALDUS, Phirretarum Comes. | |
| ALBERTUS I. | | |
| 1299 | JOHANNES, Dynaſta Lichtenbergenſis. | |
| 1308 | SYBOTHO de Lichtenberg, Epiſcopus Spir. | HENRICUS de Fleckenſtein. |
| HENRICUS VII. | | |
| 1310 | GODOFREDUS, Leiningæ Comes. | |
| 1313 | . . . . . | FRIDERICUS de Wangen. |

| IMPERATORES. | ADVOCATI. | SUBADVOCATI. |
|---|---|---|
| LUDOVICUS IV. & FRIDERICUS III. | | |
| 1315 | Otto de Ochſenſtein, nomine Friderici. | |
| 1322 | Albertus Humelio de Lichtenberg, nomine Ludovici. | |
| 1324 | Ulricus, Landgravius Alſatiæ Inf. nomine Ludovici. | |
| 1325 | Leopoldus, Auſtriæ Dux, nomine Friderici. | Rudolfus, Marchio Bad. |
| 1326 | Otto de Ochſenſtein, nomine Friderici. | |
| 1328 | Rudolfus de Ochſenſtein, Canonicus Argent. nomine Friderici. | Johannes & Ottomannus, Rudolfi fratres. |
| LUDOVICUS solus. | | |
| 1330 | Albertus Humelio de Lichtenberg. Ulricus, Comes Wurtenberg. | |
| 1331 | Otto, Dux Auſtriæ, Vicarius Imperii. | |
| 1332 | Rudolfus, Comes Hohenberg. | |
| 1336 | Hugo, Comes Hohenberg. | |
| 1338 | Albertus, Comes Hohenberg. Canonicus Argent. & Cancellarius Imperialis. | |
| 1341 | Stephanus, Bavariæ Dux, Cæſaris filius. | |
| 1344 | Ludovicus & Fridericus, Oetingæ Comites, Alſatiæ Inf. Landgravii. | |
| 1346 | Gerwig Guſſe de Guſſenberg, Eques. | |
| CAROLUS IV. | | |
| 1347 | Johannes de Lichtenberg, Decanus Eccleſiæ Argent. | |
| 1349 | Johannes de Viuſtingen. | |
| 1350 | Hugo, Comes Hohenbergenſis. | |
| 1352 | . . . . . | Stislaus de Weitenmüle. |
| 1354 | Hugo de Dirnſtein. Rupertus, Elector Palat. Vicarius Imperii. | |
| 1356 | Burcardus, Burggravius Magdeburgenſis. | Idem. |

IMPE-

| IMPERATORES. | ADVOCATI. | SUBADVOCATI. |
|---|---|---|
| 1357 | Rudolfus, Dux Auſtriæ. | N. de Biber, Eques. |
| 1359 | . . . . . | Ulmannus de Pfirt. Fridericus, Dux Teccenſis, Advocatus Auſtriacus Alſatiæ. |
| 1360 | Burcardus, Burggravius Magdeburg. | Stislaus de Weitenmüle. |
| 1365 | Wenceslaus, Lucelburgi Dux, Cæſaris frater. | Johannes de Veſtenberg, Eques. |
| 1370 | . . . . . | Stislaus de Weitenmüle. |
| 1371 | . . . . . | Ulricus de Vinſtingen. |
| 1371 | Albertus & Leopoldus fratres, Duces Auſtriæ. | Waltherus de Dicka, Dom. in Spesberg. |
| 1372 | . . . . . | Rudolfus de Walſée. |
| 1375 | Wenceslaus, Dux Lucelburg. | Ulricus de Vinſtingen. |
| WENCESLAUS | | |
| 1384 | Volmarus de Wickersheim. | |
| 1386 | Stislaus de Weitenmüle. | Dietericus de Weitenmüle, Stislai filius. |
| 1390 | Rudolfus, Abbas Murbac. | |
| 1391 | Borziboius de Swinar, Bavariæ, Sueviæ & Alſatiæ Advocatus. | |
| 1393 | . . . . . | Habartus de Hertenberg, Eques. |
| 1394 | Jodocus, Marchio Moraviæ. Emico, Leining. Comes. | |
| 1395 | Simon Wecker, Bipontino-Bitenſis Comes. | |
| 1397 | Borziboius de Swinar. | Dietericus de Weitenmüle. |
| 1399 | Fridericus, Leiningæ Comes. | |
| 1400 | Dietericus de Weitenmüle. | |
| RUPERTUS | | |
| | Schwarz Reinhart de Sickingen. | |

*EPOCHA PALATINA.*

| | | |
|---|---|---|
| 1408 | Ludovicus Barbatus, Electior Palatinus. | Schwarz Reinhart de Sickingen. |
| SIGISMUNDUS | | |
| 1410 | . . . . . | Waltherus de Thann. |
| 1412 | . . . . . | Bernhardus, Eberſteinenſis Comes. |

| IMPERATORES. | ADVOCATI. | SUBADVOCATI. |
|---|---|---|
| 1420 | . . . . . | Stephanus Palatinus, Ludovici Electoris frater. |
| 1422 | . . . . . | Henricus Bayer de Bopparten, Dom. in Caſtel. |
| 1424 | . . . . . | Fridericus de Fleckenſtein. |
| 1425 | . . . . . | Stephanus, Electoris Palat. frater. |
| 1436 | Ludovicus IV. Elector, Barbati filius. | Emicho, Leiningæ Comes. |
| ALBERTUS II. | | |
| 1438 | . . . . . | Reinhartus de Nyperg, Eques. |
| FRIDERICUS IV. | | |
| 1445 | . . . . . | Johannes, Silveſtris & Rheni Comes à Daun & Kirchberg. |
| 1451 | Fridericus Victoriosus, Elector, Ludovici IV. frater. | |
| 1457 | . . . . . | Petrus à Dalheim. |
| 1458 | . . . . . | Goetz de Adelsheim. |
| 1463 | . . . . . | Johannes, Silveſtris & Rheni Comes. |
| 1470 | Ludovicus Niger, Dux Bipontinus. | Fridericus, Bipontinus Comes. |
| 1472 | Fridericus Victor. iterum. | Johannes, Silveſtris ac Rheni Comes. |
| 1476 | Philippus Ingenuus, Elector, Ludovici IV. filius. | |
| 1487 | . . . . . | Crafto, Comes de Hohenlohe & Ziegenheim. |
| MAXIMILIANUS I. | | |
| 1493 | . . . . . | Jacobus de Fleckenſtein. |
| 1504 | Maximilianus I. Imp. Archidux Auſtriæ. | Gasparus, Baro de Mœrſperg & Belfort. |
| 1511 | . . . . . | Jo. Jacobus, Baro de Mœrſperg & Belfort. |
| CAROLUS V. | | |
| 1519 | Carolus V. Imp. ut Archidux Auſtriæ. | |
| 1521 | Ferdinandus Archidux, Caroli V. frater. | |
| 1530 | Ludovicus Pacificus, Elector Palatinus. | Schenck Georg. Comes Erpacenſis. |
| 1537 | . . . . . | Conradus de Rechberg. |

IMPE-

| IMPERATORES. | ADVOCATI. | SUBADVOCATI. |
|---|---|---|
| 1544 | Fridericus II. Elector, Ludovici frater. | Henricus de Fleckenſtein, Baro à Dagſtul. |
| 1555 | . . . . . | Eberhardus, Erpac. Comes. |
| 1556 | Otto Henricus, Elector, Friderici II. ex Ruperto fratre nepos. | |
| FERDINANDUS I. | *EPOCHA AUSTRIACA.* | |
| 1558 | Ferdinandus I. Imp. & Archidux Auſtriæ. | Jo. Theobaldus Waldner de Freundſtein. |
| 1561 | . . . . . | Nicolaus, Baro de Bollweiler. |
| MAXIMILIANUS II. | | |
| 1564 | Maximilianus II. Imp. ut Archidux Auſtriæ. | |
| 1566 | Ferdinandus Archidux, Maximiliani II. frater. | |
| RUDOLFUS II. | | |
| 1589 | . . . . . | Georgius, Baro à Kœnigseck & Aulendorff. |
| 1594 | . . . . . | Fridericus, Furſtenberg. Comes. |
| 1595 | Rudolfus II. Imp. ut Archidux Auſtriæ. | |
| 1601 | . . . . . | Jo. Eberhardus de Wanſcheid. |
| 1605 | Maximilianus Archidux, Rudolfi II. frater. | |
| 1606 | . . . . . | Rudolfus, Comes Sultzenſis. |
| MATTHIAS | | |
| 1616 | . . . . . | Jo. Ludovicus, Furſtenberg. Comes. |
| FERDINANDUS II. | | |
| 1620 | Leopoldus Archidux, Epiſc. Argent. Ferdinandi II. Imp. frater. | |
| 1621 | . . . . . | Car. Lud. Ernestus, Sulz. Comes. |
| 1628 | . . . . . | Dominicus Vigilius, Comes à Spaur. |
| 1631 | . . . . . | Ascanius Albertinus ab Ichtersheim. |

GALLIÆ

| GALLIÆ REGES. | ADVOCATI. *EPOCHA GALLICA.* | SUBADVOCATI. |
|---|---|---|
| LUDOVICUS XIV. | | |
| 1649 | Henricus de Lotharingia, Comes de Harcourt. | |
| 1659 | Mazarinius Cardinalis, primarius Regis Administer. | |
| 1661 | Armandus Carolus Mazarinius Dux. | Henricus, Marchio de Ruzé. |
| 1679 | . . . . . | Josephus du Pont, Baro de Montclar. |
| 1712 | . . . . . | Jo. Gasparus de Hatsel. |
| 1713 | Alexius, Comes de Chastillon, postea Dux. | |
| LUDOVICUS XV. | | |
| 1746 | . . . . . | Antonius de Hatsel, Ord. militaris S. Ludovici Eques, in patris defuncti & Ludovici, fratris sui natu majoris, resignantis jura succedens. |
| 1753 | Ludovicus, Dux de Chastillon. | |

## *EXCURSUS CRITICUS CONTRA JAC. CHIFLETIUM.*

### §. CCLXXVII.

Chifletii *Alſatia Vindicata*

Præfectorum hic Alſatiæ ſyllabus per omnes oſtendit periodos, Præfecturam vel Advocatiam ejus Provincialem Principibus ſubinde fuiſſe datam in pignus, ſemper tamen redimibilem, adeoque ex domaniorum Imperii claſſe nunquam exiviſſe. Jacobus Chifletius tamen, Veſontinus, Hiſpaniæ Regis, Philippi IV. Hiſtoricus, Advocatiam hanc Luxemburgicæ Genti propriam, & ad inſtar allodii patrimonialem fuiſſe, magno cum apparatu demonſtrare conatus eſt in *Alſatia Vindicata*. Splendidum hunc librum An. MDCL. Regi ſuo Chifletius obtulit, ut ille avita in omnem Alſatiam Gentis ſuæ jura ex eo addiſceret, videretque, quam inique cum Auſtrio-Hiſpanis egerint Auſtrio-Germani, lineæ licet eſſent junioris, quod Alſatiam Monaſterienſi pace, Hiſpanis invitis, transtulerint ad Gallos; qui Monaſterienſi pace reconciliati cum Cæſare, bellum tamen ad Pyrenæam uſque pacem cum Hiſpanis continuarunt. Liber hic ergo non tantum Ludovico XIV. ſed & Ferdinando III. Romanorum Imperatori Auſtriaco, oppoſitus eſt.

### §. CCLXXIX.

Doctrinæ ſyſtema.

Chifletius aliam, quam Legati Auſtriaco-Hiſpani in pacificatione Weſtphalica, ingreſſus eſt viam. Illi enim titulo Landgraviatus innixi, Alſatiæ dominium Philippo IV. aſſeruerunt; Chifletius neglecto Landgraviatu, cujus indolem nec ipſe cognoverat, Advocatiam Alſaticam, telum hucuſque ignotum & intentatum, ut jactat, produxit; próprietate ejus vindicata Hiſpanis, univerſam Alſatiam eidem ſe vindicaſſe perſuaſus; (*d*) quod in omnes Alſatiæ partes Advocatiam ſe extendiſſe crediderat. Verum uti Legati Auſtriaco-Germani Landgraviatuum Alſatiæ indolem haudquaquam intellexerunt, ita nec Chifletius, meliora doctúrus, Alſaticæ Advocatiæ intellexit compagem. Advocatiam Alſaticam, ut Luxemburgici Ducatus appendicem, à Johanne Luxemburgico, Bohemiæ Rege, ad filium juniorem, Wenceslaum, Caroli IV. Imp. fratrem, eoque fine prole extincto, ad Wenceslaum, Caroli IV. filium, Germaniæ Regem, tranſiviſſe arbitratur, qui eam Jodoco, Marchioni Moraviæ, patrueli ſuo, tradiderit in pignus. Poſt hæc, Wenceslai Regis & Jodoci conceſſione, Advocatiam An. MCCCCIX. ad Eliſabetham, Wenceslai Imp. ex fratre Johanne, Gorlitii Duce, neptem, perveniſſe ait; quæ eandem Advocatiam cum ipſo Luxemburgi Ducatu pactis, Gandavi An. MCCCCXLIII. initis, ad Philippum Bonum, Burgundiæ Ducem, duplici affinitatis vinculo junctum, transtulerit; per quem ea ad Carolum Audacem, filiamque hujus, Mariam Burgundicam, atque deinceps per Philippum, filium ejus, ad nepotem Carolum V. lineæ Auſtriaco-Hiſpanicæ conditorem, ejuſque pronepotem Philippum IV. recta linea pervenerit. Inter hæc Sigismundus quidem Cæſar, pergit Chifletius, Advocatiam Alſatiæ, ut Luxemburgi Dux, Comiti Palatino Rheni, at injuſte, eppigneravit; quod ad Philippi Boni deſcendentes, adeoque ad Carolum V. quoque tranſire debuerat; qui Advocatiam Alſatiæ, ut Dux Luxemburgenſis, non ut Archidux Auſtriæ, à Palatinis redemit. Syſtema hoc ſequens Tabula ſiſtit.



(*d*) *Alſat. Vind.* Cap. IX. pag. 56.

HENRICUS VII. Imp.
Luxemburgi Comes † 1313.

JOHANNES Comes Luxemb. Rex Boh. *Advocatus Alſatiæ* † 1346.

CAROLUS IV. Imp. † 1378.

JOHANNES Marchio Moraviæ.

WENCESLAUS Dux Luxemb. & *Advocatus Alſat.* † 1383.

* * * PHILIPPUS AUDAX Burgundiæ Dux.

WENCESL. Imp. *Advocatus Alſat.* † 1418.

SIGISM. Imp. † 1437.

JOHANNES Dux Gorlitii March. Moraviæ.

JODOCUS March. Moraviæ & *Advocatus Alſat.* jure pignoris † 1410. ſine liberis.

JOHANNES INTREP. Burgundiæ Dux.

ANTONIUS Brabantiæ Dux Ux. Eliſab. Gorlitia.

ELISABETHA GORLITIA, heres Luxemb. Ducatus & *Advocatiæ Alſatiæ*, † 1451 improlis. Maritus Antonius, Brabantiæ Dux.

PHILIPPUS BONUS, Burg. Dux, ex pactis conventis An. 1443. cum Eliſabetha Gorlitia, amita ſua, Ducatus Luxemb. & *Advocatiæ Alſaticæ* heres, † 1467

CAROLUS AUDAX,
Dux Burg. jus in *Advocatiam Alſat.* à patre accipit, † 1477.

MARIA,
uxor Maximiliani I. Imp. heres juris in *Advocatiam Alſat.* † 1482.

PHILIPPUS AUSTRIACUS,
*Advocatus Alſatiæ* per matrem.

CAROLUS V. Imp.
*Advocatus Alſat.* † 1558.

PHILIPPUS II.
Rex Hiſp. *Advocatus Alſat.* † 1598.

ISABELLA CLARA EUGENIA, *Tutrix Alſatiæ* † improlis 1633.

PHILIPPUS III. Rex Hiſp. † 1621.

PHILIPPUS IV.
Rex Hiſp. jus ſuum in *Alſatiæ Advocat.* ſcripto vindicare ſatagit.

## §. CCLXXX.

Verum enimvero omnis hæc male contexta eſt tela. Ex ambulatorio liberarum Alſatiæ Civitatum defenſoris officio, quod Carolus IV. Imp. fratri ſuo Wenceslao, Duci Luxemburgenſi, commiſit, drama nobis condit Chifletius, quo Alſatiæ Advocatia Luxemburgici Ducatus appellatur appendix. Fons erroris eſt 1.o Quod Advocatiæ munus, Alſatiæ præſertim urbes & vicos Imperiales & quidquid fiſci Cæſarei fuit, reſpiciens, in univerſam provinciam ſe extendiſſe exiſtimavit. (*e*) 2.o Quod Advocatiam, Luxemburgicis Ducibus ad tempus commiſſam, Luxemburgico Ducatui in perpetuum conjunctam fuiſſe credidit, communia cum ipſo Ducatu deinceps fata habituram, ita ut ad poſſeſſores Ducatus ipſa quoque tranſire debuerit; ab Imperii Germanici nexu, Circuli Burgundici inſtar, libera deinceps & quaſi prorſus avulſa. (*f*) Tam monſtroſæ hypotheſes, quibus omnis Alſatiæ Hiſtoria & publicus Germaniæ ſtatus repugnat, Autorem ſuum in præcipitia duxerunt, quem ad tragelaphos hinc centies relegavit Blondellus; nimio tamen, quam decebat, in adverſarium ſuum percitus œſtro; nec rerum Alſaticarum ſatis ipſe peritus, quod Viro, alias ſolidiſſime docto, nemo non facile condonat. Syſtematis hujus errores.

## §. CCLXXXI.

Enimvero Advocatiæ Alſatiæ adminiſtratio brevi ſane tempore in manibus Luxemburgenſium fuit. Sigismundus Imp. ipſe, Wenceslai Luxemburgici Ducis, Alſatiæ Advocati, nepos ex fratre, Advocatiam hanc An. MCCCCXIII. transtulit ad Palatinos; quam deceſſor ejus Rupertus, jam ut inalienabile domanium, ad Imperium reduxerat. Wenceslaus quidem, Germaniæ Rex, poſt Wenceslai Ducis, patrui ſui mortem, hoc eſt, ab An. MCCCLXXXIII. uſque ad MCCCXCIV. (*g*) Advocatiam penes ſe retinuit, eamque hoc anno oppigneravit Jodoco; ſed, ut alia multa, ſine Procerum conſenſu; unde oppigneratio invalida, & ſucceſſor ejus, Rupertus Imp. penes ſe Advocatiam ſervavit. Quodſi autem oppigneratio hæc invalida fuit, invalidior longe cenſendus eſt actus, quo Wenceslaus Rex, jam ante novennium à ſolio Germanico dejectus, una cum Jodoco eandem Advocatiam An. MCCCCIX. transtulit in Eliſabetham Gorlitiam, Chartam ipſe dedit Chipletius, (*h*) ut vinculum oſtenderet, quo Advocatia ad Burgundos & per hos ad Auſtriaco-Hiſpanos tranſierit. Eliſabetha hæc, Antonio Burgundo, Brabantiæ Duci, nupta, cum liberis careret, Advocatiam Alſatiæ cum Ducatu ſuo Luxemburgico An. MCCCCXLIII. in Philippum Bonum, Burgundiæ Ducem, mariti ſui ex fratre nepotem, transtulit. (*i*) Sed qua ratione hæc Brabantiæ Dux Advocatiam, quam nunquam poſſedit, quam Palatina Domus ab ipſo Sigismundo, Wenceslai Regis fratre & Eliſabethæ patruo oppigneratam, per totos jam 30. annos, poſſederat; cui Palatinus pecuniam perſolvit, quam Jodocus Wenceslao Regi pro pignore ſolverat, qua ratione, inquam, Eliſabetha Gorlitia Philippo Burgundo eam dare potuerat? Errores confutati.

## §. CCLXXXII.

Chifletius tamen, Ducatus Luxemburgenſis venditionem, Philippo factam, memorans, Advocatiam Alſaticam, contra Chartarum fidem, Ducatui connectit. (*l*) Quin & hæc addit: „ Carolum Audacem, Advocatiæ Alſatiæ, quæ ad ipſum hereditario „ jure pertinuerit, poſſeſſionem adiviſſe, cum oppigneratam à Sigismundo Auſtriæ „ Duce Alſatiam & Ferretam teneret. „ Enimvero quum Carolus Burgundus Auſtriacam per quinquennium tenuiſſet Alſatiam, Advocatia per 60. jam annos in Palatinorum manibus fuit. Maximilianus I. Imp. Bello Palatino-Bavarico An. MDIV. (*m*) Advocatiam Alſaticam quum Palatinis eripuiſſet, Domui eam ſuæ quidem adſcripſit, ſed & ſervavit Imperio. Quin imo nepos ejus Carolus V. jurium ſuorum tenax, Palatinis eam An. MDXXXI. reſtituit, non reſtituturus profecto, ſi eam cum Burgundica hereditate per Mariam aviam ad Maximilianum I. tranſiviſſe credidiſſet. Nec frater Ferdinandus I. Advocatiam Alſaticam à Palatinis ex ſuo reluiturus fuiſſet, ſi Maximiliano, avo ſuo, dotem hanc attuliſſet Maria. Imo vero in omnibus antigraphis, quæ à ſec. XIV. civitatibus Advocati Provinciales dederunt, profeſſi ſunt omnes, Advocatiam Confutatio continuata.



(*e*) Cap. III. pag. 13. & Cap. IX. pag. 56.
(*f*) Cap. XI. pag. 67.
(*g*) Chipletius Cap. III. pag. 17. male ponit An. MCCCXCVII.
(*h*) Cap. IV. pag. 19.
(*i*) Inſtrumentum hujus rei protulit quoque Chipletius Cap. VI. pag 31.
(*l*) *Alſat. Vind.* Cap. V. pag. 28. ſq.
(*m*) Chipletius male ſcripſit An. MDVI.

tiam hanc ab Imperatore ſe Imperioque tenere. In eo quoque errat CHIFLETIUS, quod in introitu operis (*n*) Landgravios Ducibus ſucceſſiſſe contendit, quum Ducatus & Landgraviatus uno eodemque tempore ſubſtitiſſe ſit certum. (*o*) Sed & in Dedicatione ad Regem ſcribit, Alſatiam Luxemburgenſi Ducatui, boream verſus, eſſe confinem, qui ab ea quadraginta leucis remotus eſt.

## §. CCLXXXIII.

Blondelli Chifletium confutantis ſphalmata.

Quod autem Argentinam inter urbes Advocatiæ ſubjectas quoque ponat CHIFLETIUS, (*p*) condonandum eſt ei, quia Seb. Munſterum in errore ſecutus eſt, quem & bona fide exſcripſit BLONDELLUS. Hic & ipſe, dum Chifletium confutat, in errores dilapſus eſt, quod ſcriptoribus exteris facile evenit, quum ad ſingularia provinciæ alicujus deſcendunt. En ſphalmata Blondelli: 1. Advocatiam Argentinenſium urbis ſpecialem cum Alſatica Provinciali confundit. (*q*) 2. Chronologicum errorem Chifletii circa ablatam An. MDIV. Palatinis Advocatiæ ſequitur, eam ad An. MDVI. rejiciens. (*r*) 3. Advocatiam jodoco circa An. MCCCXCIX. oppigneratam exiſtimavit, (*s*) quod An. MCCCXCIV. factum. 4. Advocatia num Palatino Electori in pignus fuerit data dubitat, (*t*) cum res omni dubio careat. 5. Tempus, quo Advocatia ad Auſtriacos rediit, ſemper circa An. MDL. ponit generatim, (*u*) quod tamen An. MDLVIII. certo eſt factum. Munſterum heic quoque ſecutus eſt ducem. Denique in Advocatiæ Ortenavienſis indole exponenda graviter peccavit BLONDELLUS, (*x*) quod eam privati modo juris fuiſſe cenſuit, quæ, uti vicina Alſatica, Rheno tantum ſeparata, Imperialis quoque & immediata extiterat. Sedes ejus fuit *Ortenberg* caſtrum, ut Alſaticæ Hagenoa. Blondellus autem Ortenaviam facit *locum Canonicorum*, in quem ſolum hæc Advocatia ſe extenderit; adeoque ex Advocatia ſeculari armata, privatam modo & Eccleſiaſticam facit. Ortenavienſem Advocatiam in tria Imperii oppida, Offenburgum, Gengenbacum, Zellam, & in Imperii vicos illius tractus ultra 30. hodieque ſe extendere novimus.

# *CAP. VIII.*

# ADVOCATI KEISERSBERGENSES.

## §. CCLXXXIV.

ADvocatis provincialibus Alſatiæ ſingulares Civitatum & caſtrorum Imperialium Advocati ac Sculteti, Colmarienſis nempe, Seletſtadienſis, Weiſſenburgenſis, Ehnheimenſis, Keiſersbergenſis &c. ſubſtituti fuerunt. Keiſersbergenſis prævaluit omnibus, quod poteſtas ejus in tria oppida, duoque caſtra ſeſe extendit; unde & Advocatorum Keiſersbergenſium ſeriem, quamvis imperfectam, ſubjiciendam exiſtimavi. Hæc enim ſola, intermortuis reliquis urbium Advocatiis, ad noſtra uſque tempora cum provinciali perdurat. Supplebunt hæc ea, quæ de origine, indole & fatis Advocatiæ Keiſersberg. jam ſupra (*y*) protulimus.

## §. CCLXXXV.

Matthæus Dux Loth.

Caſtrum Keiſersberg, domanium (*z*) Imperii, Friderici II. Imp. juſſu exſtructum, munitum, ſub finem regiminis ejuſdem ab Innocentio IV. Pontifice & Wilhelmo Anticæſare, cuſtodem ſeu Advocatum accepit Matthæum, Lotharingiæ Ducem, ex pacto, Argentorati die S. Georgii An. MCCXLVIII. ſignato; (*a*) quo Matthæus inter alia promiſit: "quod caſtrum de Kaſſesbergh, (Kaiſersberg) quod eſt Imperii, „ bona fide cuſtodiet & tenebit quinque annis, & tanto plus quanto Cardinalis (*b*) „ dixerit

(*n*) Cap. I. pag. 2.
(*o*) Vid. ſupra.
(*p*) Pag. 55.
(*q*) *Genealog. Franc. Præf. Apolog.* Num. XXIIII.
(*r*) Num. XXVII.
(*s*) Num. XXIV. 3.
(*t*) Num. XXVI. 1.
(*u*) Num. XXVII. 6.
(*x*) Ibidem.
(*y*) Pag. 287. §. DXXXIV. ſq.
(*z*) Vid. ſupra pag. 415. §. DCCLXVIII.
(*a*) Ap. CALMET *Hiſt. de Lorr.* Tom. II. pag. 235. & in Probat. 446.
(*b*) Pontificis legatos, qui cum Lotharingiæ Duce pro Wilhelmo Anticæſare, contra Fridericum II. Imp. tractabat.

» dixerit & quod debeat tenere, ſicut ordinatum fuit inter ipſum & Regem. » Completo utroque tempore ipſe reſtituet libere & abſolute dictum caſtrum Domino » Regi.

Rudolfo I. Imp. caſtri hujus cuſtodiam curæ quoque fuiſſe, ſupra oſtendimus. (*c*)

Adolfus non Keiſersbergæ quidem, ſed in aliqua hujus advocatiæ parte, in Plixburgi nempe caſtro & valle S. Gregorii, jura Imperii Nobili ab Uſenberg An. MCCXCVIII. pro caſtro Kenzingen tradidit. (*d*)

## §. CCLXXXVI.

An. MCCCXXXVI. Steinungus Eques Johannis, Regis Bohemiæ, nomine Advocatiam Keiſersbergenſem, quæ etiam caſtrum Plixburg tum complectebatur, adminiſtravit. (*e*) Steinungus Eques.

Monaſterii triennio poſt peculiaris adhuc Advocatus erat, Hennemannus de Hadeſtatt. (*f*)

Eodem An. MCCCXXXVI. d. 12. Junii Ludovicus Bav. Imp. caſtrum & oppidum Keiſersberg Rudolfo, Electori Palatino, pro ſex mille libris Hall. una cum Advocatia provinciali Alſatiæ pignori promiſit; quo donec potiretur, ſilvam Hagenoenſem interea poſſidendam conceſſit.

## §. CCLXXXVII.

An. MCCCXLIX. Burcardus Munch de Baſilea Keiſersbergam, Plixburgum, Vallem Monaſterienſem & Turinghemium, (*g*) pignoris mille marcarum argenti nomine tenebat, cum jus reluitionis eidem Rudolfo Palatino Carolus IV. tribueret. (*h*) Burcardus Munch.

An. MCCCLVII. cum Advocatia provinciali Keiſersbergenſem quoque tenuit Rudolfus, Auſtriæ Dux, ſed quis hanc ipſius adminiſtraverit nomine, non liquet. Nec per reliquum ſeculi XIV. tempus ſub Carolo IV. & Wenceslao Imp. ullius Advocati Keiſersbergenſis extat memoria.

An. MCCCC. Jacobus Lerch de Dirmſtein, Advocatus Keiſersbergenſis, una cum Friderico de Hatſtatt, Advocato provinciali Auſtriaco, litem inter Auſtriæ Duces & civitatem Turingheim, ob adventitios in hoc oppido homines, componi curavit. (*i*) Jacobus Lerch de Dirmſtein.

## §. CCLXXXVIII.

Palatina deinceps Periodus in Keiſersbergenſi Advocatia, ut in Provinciali inchoavit; ſub qua Electores Palatini vicarios Magiſtratus conſtituerunt; quos inter primus Keiſersbergæ comparet: Palatina Periodus.

Johannes de Kunigsbach, dictus Nagel, qui judicio Ludovici Electoris, in Leopoldi, Auſtriæ Ducis, & Schmasmanni, Dynaſtæ Rappoltſteinenſis, cauſa An. MCCCCIX. habito, interfuit. Joh. de Kunigsbach.

An. MCCCCXVI. Henricus de Gentringen, unus ex arbitris litis, inter Abbatiam & civitatem Monaſterienſem, occurrit. (*l*) Idem octennio poſt Advocatus adhuc comparet. (*m*) Henr. de Gentring.

An. MCCCCLVIII. Gaſparus Beger, Eques. (*n*) Beger.



(*c*) Pag. 416. §. DCCLXIX.
(*d*) Supra pag. 122. §. CCII.
(*e*) Supra pag. 257. In inſtrumento compoſitionis ibi allegato dicitur *der maiſeſte u. boſcheiden Her Steinunge, Vogete ze Keiſersberg.*
(*f*) Supra pag. 414. not. (*o*).
(*g*) *Keyſersberg, Blichſperg, Münſterthal u. Türingheim.*
(*h*) Conf. ſupra pag. 565. ubi vero pro An. MCCCXLVII. legend. An. MCCCXLIX.
(*i*) Inſtrumentum autogr. in tabular. Colmar.
(*l*) Supra pag. 422. not. (*r*).
(*m*) In documentis archivi Keiſersbergenſis.
(*n*) Ibidem.

## §. CCLXXXIX.

Landſpergii An. MCCCCLXIII. Georgius de Landſperg, Armiger, munere Advocati Keiſersberg. & vita defunctus eſt; à Wilhelmo de Hatſtatt ante oppidum Egesheim perfoſſus gladio; unde vicus *Woll*, prope vallem S. Amarini, ad Hatitadios ex parte tum ſpectans, à Landſpergiis incenſus. (o)

Georgio Johannes de Landſperg ſucceſſit, Eques. (p)

Rathſamhuſii. An. MCCCCXCIV. Heinricus de Rathſamhauſen, Eques, inſtrumentum transactionis de adventitiis Winzenhemii & Morsvillæ hominibus, anno ſuperiore confectum, Senatus Keiſersberg. muniri curavit auctoritate.

Circa hæc tempora Advocatia Lutelmanno de Rathſamhauſen ab Electore Palat. pro mille & ſeptingentis florenis pignori data eſt.

## §. CCXC.

Tranſitus ad Auſtr. Eadem ratione Johannes de Hatſtatt An. MDIV. ſub finem menſis Sept. eam accepit; (q) ſed bello inter Maximilianum I. & Philippum Electorem exorto, eodem mox anno Keiſersbergenſis Advocatia in Cæſaris & Auſtriacæ Domus poteſtatem cum Advocatia Provinciali tranſivit.

Conr. Sturzel de Buchheim. An. MDVII. Conrado Sturzelio de Buchheim, Cancellario ſuo, Maximilianus I. eam pro MMCXL. florenis tradidit; ita quidem, ut juri Advocatiæ provincialis in eam diſerte proſpiceret. Biennio poſt lis inter Conradum hunc & Keiſersbergenſes orta; quam Regimen Oenipontanum ita decidit, ut caſtrum Keiſersbergenſe inhabitare, ſuamque in eo familiam alere Conradus juberetur.

Bolſinger. An. MDXVII. Conrado Bolſingero, metalli ſodinarum per provincias Auſtriacas anteriores præfidi, jus reluitionis conceſſum.

Brunner. Carolus V. Imp. triennio poſt literis d. 4. Sept. ſcriptis Bruxellis Hieronymo Brunnero, Caſtellano ſuo Briſacenſi, idem jus tribuit.

## §. CCXCI.

Reditus ad Palatinos. Poſtquam Advocatiam Keiſersbergenſem una cum Provinciali Carolus V. & Ferdinandus I. reſtituiſſent Palatinis, prior oppignerata fuit Georgio Gerhardo, cui Georgius, Comes Erbacenſis, An. MDXXXV. ſucceſſit, Advocatiæ poſſeſſione pro 8020. florenis in viginti annos ab Electore Palatino ei adſcripta.

Wilh. de Rappoltſt. An. MDXLI. pignus hoc, conſentiente Ludovico Electore, in Wilhelmum, Dynaſtam Rappoltſteinenſem, à Comite Erbacenſi ad reliquos ex viginti annis translatum. Biennio poſt Wilhelmo huic de Capellani Turingheimenſis hereditate cum Epiſcopo Baſil. lis enata, de qua ſupra. (r) Subadvocatus autem Keiſersbergæ Michael Schirmius fuit.

## §. CCXCII.

Egenolfus de Rapp. An. MDLXII. Egenolfus de Rappoltſtein, Advocatiæ poſſeſſor, civitatem Keiſersbergenſem penes Nicolaum Baronem à Bollweiler, Præfectum Hagenoenſem, & Conſiliarios ejus, per Melchiorem Pantaleonem, Scultetum, & Paulum Stoffelium, Subadvocatum ſuum Keiſersbergenſem, pluribus de rebus Hagenoæ accuſavit; ubi d. 17. Nov. denique fuit conventum, ut ſuo Magiſtratui cives, exteri Advocato ſubeſſent, mulctarumque pars præſtaretur eidem. Egenolfum anno ſequenti Advocatus provincialis laudavit, quod Subadvocatum ſuum Monaſterienſem, hominem turbulentum, exauctoraverit.

An.

(o) Beyer *Chron.* mſ. fol. 142.
(p) Archiv. nobilis familiæ Landſperg.
(q) Inſtrumentum Philippi Electoris, Heidelbergæ ſcriptum, cum vocat *Hanſſen von Hatſtatt, Ritter, unſern Vogt u. Amtmann zu Kayſersberg.*
(r) Vid. pag. 586. §. DXXXIII.

An. MDLXIV. Senatus Keifersbergenfis eundem rogavit, ut Subadvocatum caſtro urbis ſuæ præficeret. Reſpondit Egenolfus, non opus ſe habere vicario, quod Advocati munere ipſe fungatur; daturum tamen, quem peterent, Subadvocatum, qui illis diligenter invigilet, moresque caſtiget. (*s*)

## §. CCXCIII.

Redemtione Advocatiæ Keiſersberg. per Auſtriacos undecim mille & viginti aureis facta, Johannes Wellinger An. MDLXXI. & poſt hunc Jo. Baptiſta Gebweiler, Ferdinandi Archiducis nomine, eam adminiſtrarunt. Periodus Auſtriaca.

An. MDLXXIII. menſe Septembri Ferdinandus Archidux Advocatiam hanc cum univerſis ejus emolumentis Lazaro Schwendio, Dynaſtæ Landſpurgenſi, Conſiliario ſuo & Advocato Caſtrenſi Briſaci, in annos XX. oppigneravit, idque civitatibus & vicis, ad eam ſpectantibus, nec non Subadvocato ſuo Keiſersbergenſi, Jo. Baptiſtæ Gebvillano, literis indicavit. Lazarus Schwendius.

Poſſeſſionem pignoris hujus Wilhelmus, Lazari filius, d. 22. Jan. anni ſequentis, præſentibus ex Præfectura Hagenoenſi Cæſareis & ex Regimine Enſisheimenſi Auſtriacis Conſiliariis, patris nomine adiit. Paulo poſt de reparando Keiſersbergenſi caſtro cogitatum. Subjecti Advocatiæ ad reparationem vocati. An. MDLXXX d. 8. Sept. oppignerationis tempus à Ferdinando Archiduce in centum annos & quamdiu Advocatia provincialis Alſatiæ penes Auſtriacos foret, prorogatum eſt.

An. MDCIII. Wilhelmus Schwendius cum civitate Keiſersbergenſi de nonnullis Advocatiæ juribus, in capitalibus & civilibus cauſis, transegit. Wilh. de Schwendi.

An. MDCVI. Rudolfus II. Imp. Maximilianum fratrem, Advocatum provincialem Alſatiæ; Maximilianus Rudolfum Comitem à Sulz, Subadvocatum provincialem; Sulzenſis Comes Wilhelmum Schwendium, Keiſersbergæ Advocatum de novo; Schwendius Samſ. Offinger, Scultetum; & Fridericum Zürndorffer, Caſtellanum vel Subadvocatum ſuum Keiſersbergæ, inſtituerunt.

## §. CCXCIV.

An. MDCIX. Wilhelmus Schwendius deceſſit, relicta filia herede, Helena Eleonora, quæ Dynaſtiam Landſpurgenſem & Advocatiam Keiſersbergenſem, illam feudi, hanc pignoris Auſtriaci jure, marito ſuo, Jac. Ludovico, Comiti à Furſtenberg, attulit. Jac. Ludov. Comes de Furſtenb.

An. MDCXVI. d. 24. Oct. Furſtenbergius, Subadvocatus Provincialis Alſatiæ, à Chriſtophoro de Stadion, Regiminis Enſisheim. Præſide, nomine Principis ſui, civitati Keiſersbergenſi datus eſt Advocatus Caſtrenſis.

Furſtenbergio defuncto, Nicolaus Baro à Leyen, alter Helenæ Eleonoræ poſt Furſtenbergium maritus, Advocatiam Keiſersberg. in ſuam transtulit Leyenſium gentem. Nic. Baro à Leyen.

## §. CCXCV.

Cum autem centenarius oppignerationis terminus, Schwendiis eorumque heredibus conceſſus, An. MDCLXXIV. expiraſſet, Advocatia hæc ad Franciſcum Desmadrys, regium Flandriæ maritimæ Præfectum, qui An. MDCLXVIII. in Advocatia Enſisheimenſi patri ſucceſſerat, Ludovici XIV. beneficio pervenit. An. MDCXCVII. d. 18. Junii in officium hereditarium à Rege commutata eſt. (*t*) Franciſcus Desmadrys.

An. MDCCX. Franciſco Desmadrys ſine prole defuncto, ſoror ejus, hujuſque maritus, Joſephus de Peſchery, ſucceſſit, d. 16. Febr. confirmatus à Rege. Joſ. de Peſchery.

An.

(*s*) Tabular. Rappolſtein.

(*t*) Literæ regiæ hac de re typis excuſæ ſunt in *Reponſe de M. le Comte de Barrey au Memoire de M. le Baron d'Andlau*, in fine.

Comes à Borrey.

An. MDCCXXXIII. menſe Aprili Peſcherius deceſſit, Antonium Alexium, Comitem à Borrey, nactus ſucceſſorem; qui à reliquis coheredibus Advocatiam Keiſersbergenſem ſolus acquiſivit.

## §. CCXCVI.

Fr. Anton. Baro ab Andau.

At An. MDCCXXXIX. menſe Sept. Ludovicus XV. Advocatiam hanc, à Borrejo poſſeſſam, Franciſco Antonio, Baroni ab Andlau, in feudum maſculinum contulit; unde litis occaſio. Borrejus literis regiis, quas Demadriſius An. MDCXCVII. impetraverat, nixus eſt. At oppoſitæ ei ſunt literæ regiæ, quibus officiorum hereditas An. MDCCXIX. ſuppreſſa, eorumque ſtatus ad eum, quo ante An. MDCXCIII. fuerant, reductus eſt. Victor itaque cauſa Andlavius Keiſersbergenſi Advocatia, ut feudo regio, gaudet; qui An. MDCCLV. obtinuit, ut ſucceſſio feudi ad fratrem quoque, Franciſcum Leonorium, exercituum regiorum Legatum, & ad maſculos ejus extenderetur heredes.

# *CAP. IX.*

# ADVOCATI PROVINCIALES AUSTRIACI.

## §. CCXCVII.

Procuratores ante Advocatos.

Imperialibus Alſatiæ Advocatis immediatis Advocati ſuccedunt Auſtriaci vel mediati, qui Sundgoviæ, reliquisque Habsburgo-Auſtriacis in Alſatia, imo & Briſgovia ſæpe atque ſilva Martiana, terris fuerunt præfecti. Advocati hi Auſtriaci tum demum invaleſcere cœperunt, quum Comitatus Phirretenſis, extinctis Comitibus, ad Auſtriæ Duces An. MCCCXXIV. matrimonio pervenerat. Antea Habsburgi Comites patrimonialia ſua Alſatiæ bona *Procuratori* cuidam commiſerunt, & peculiarem inſuper Landgravialis judicii præſidem conſtituerunt; ab eo præſertim tempore, quo ad regium Germaniæ, nec non Ducale Auſtriæ ſolium fuerant promoti. Ottonem de Ochſenſtein, Alſatam, Alberti I. nondum Regis, Procuratorem An. MCCXCVII. reperio. (*u*) Sexennio poſt "ſolennis Procurator Regis Rom. qui à Rinvelden uſque in Schleziſtat „ incluſive dominabatur, in turrim in Enſisheim claudebatur, & rationem de ſibi „ creditis reddere cogebatur.„ Hæc Annales Colmar. ad An. MCCCIII. annotant, nomen hominis ſilentes, cui Albertus I. Habsburgicas & Alſaticas ſuas à Rhinfelda uſque ad Seleſtadium ditiones commendaverat. Ad Seleſtadium enim & Dynaſtiam Vilerenſem, quam pater Alberti Rudolfus I. acquiſiverat, ditiones terminabantur Habsburgicæ. Advocati tamen provincialis Auſtriaci in Alſatia nomen, quæ primaria deinceps Auſtriaca in his oris dignitas fuit, ſagata & togata, tum nondum innotuit. *Capitanei* etiam ſunt dicti. Nonnunquam Capitaneus ab Advocato provinciali fuit diſtinctus. Locum hujus ſubinde occupavit Vicarius. (*x*)

## §. CCXCVIII.

Johannes de Hallweiler.

Primus Sundgoviæ, vel Comitatus Phirretenſis, Advocatus (*y*) fuit Johannes de Hallweiler, Vir ex ordine Alſatiæ equeſtri; qui cum Briſiaco, Neoburgo & Rhinfelda, oppidis, Alſatico pacis publicæ fœderi An. MCCCXXVIII. acceſſit. An. MCCCXXXIV. Wiricus de Dierſperg ceterique nobiles, in caſtro Schwanau capti, pacis cum civitate Argent. Auſtriæ Ducibus ac Johanne hoc Hallvilerio, Sundgoviæ rectore, colendæ literas dederunt; quod & Erlewinus de Girbaden, Ottemannus & Nybelungus de Matzenheim, Anshelmus & Johannes Stroſeil, Erſthemii capti, eodem anno fecere. (*z*) An. MCCCXXXVIII. die Martis ante Aſcenſ. Dom. idem Hallvilerius, Advocatus Sundgoviæ, cum plerisque Alſatiæ Statibus fœdus contra Judæorum impugnatores pepigit. (*a*)

## §. CCXCIX.

(*u*) Ap. Herrg. *Cod. Probat.* num. 620. ubi: *Pfleger des Herzogen von Oſterrich, der ihme bevohl hat land und lute zi beſezzene u. zi tuon alles, das er tete, oder zi lande were.*

(*x*) Germ. *Statthalter.*

(*y*) *Pfleger in Suntgovve.*

(*z*) Cod. membr. diplom. Argent. de An. MCCCLXX. fol. 149.

(*a*) Ap. Obrecht *Academ.* pag. 336. ubi iterum *Pfleger in Suntgouue* dicitur.

## §. CCXCIX.

Ulmannus de Pfirt, Eques, ab Alberto II. Sapiente & Joanna Phirretenſi, conjuge ejus, Advocatus provincialis Sundgoviæ (*b*) appellatur in literis, Badæ in Argovia An. MCCCXLII. datis, quibus monaſterium Thannenſe ord. S. Franciſci ei commendarunt. Ulmannus de Pfirt.

An. MCCCXLV. Ulricus Theobaldus de Haſenburg, Advocatus & Balivus Duciſſæ Auſtriæ in Sundgovia, (*c*) nec non Petrus de Bollweiler, Judicii provincialis Ducum Auſtriæ in Alſatia ſup. præſes, & Hannemannus de Domo, Advocatus Enſisheimenſis, ligæ Alſaticæ, pro tuenda pace publica Seleſtadii contractæ, nomina dederunt. Ulricus de Haſenburg.

An. MCCCL. Ulmannus de Pfirt non tantum Sundgoviæ, ſed omni Alſatiæ Auſtriacæ, imo & Briſgoviæ vicinæ præfectus, (*d*) cum Argentina, Baſilea & Friburgo civitatibus in 5. annos ſocietatem inivit; idemque 200. flor. reditus in oppido Sennheim & vico Steinbach An. MCCCLI. nec non in Sennheim & Thann oppidis An. MCCCLVIII. civitati Argent. ut Advocatus Sundgoviæ oppigneravit. (*e*) Ulmannus de Pfirt iterum.

## §. CCC.

An. MCCCLIV. Johannes, Comes de Froburg, Sueviæ & Alſatiæ Advocatus Auſtriacus, obſidioni Turicenſi interfuit. Hammannus, Comes de Froburg, Advocatus tum Argoviæ fuit. (*f*) Jo. Comes Froburg.

An. MCCCLIX. Fridericus, Dux Teccenſis, Sueviæ & Alſatiæ Advocatus provincialis, in Rudolfi, Auſtriæ Ducis, charta, (*g*) nec non An. MCCCLXI. in tranſactione Rudolfi hujus & fratrum cum Capitulo Baſilienſi, (*h*) legitur. Ulmannum de Pfirt & Fridericum hunc Teccenſem Subadvocatos Alſatiæ Imperialis ſimul extitiſſe, ſupra (*i*) oſtendimus. Singulare eſt *Capitaneatus Ducum Auſtriæ per Sueviam & Alſatiam* ſigillum, quo Fridericus ille Teccenſis uſus eſt, gentilitia ſua inſignia cum Auſtriacis jungens. (*l*) Fridericus Dux Tecc.

Poſt Teccenſem hunc Ducem iterum comparet Froburgenſis Comes Johannes. An. MCCCLXIII. Rudolfus Dux "viro nobili & magnifico Joanni Comiti de Froburg, „ ſuo dilecto conſanguineo & Capitaneo per Sueviam & Alſatiam, ejuſque in dicto „ Capitaneatu ſucceſſoribus „ civitatem Friburgenſem in Helvetia, ut ejus jura cuſtodiat, commendavit. (*m*) Joh. Comes Froburg.

Capitaneatus hic militare plane munus cum eſſet, civilem Advocatiæ provincialis partem tum temporis per Sueviam & Alſatiam tractavit Johannes, Epiſcopus Gurcenſis, Rudolfi IV. Ducis Cancellarius, Advocatus provincialis nuncupatus. (*n*) Duo vero hæc Capitanei & Advocati munera ſubſequentibus temporibus plerumque fuerunt conjuncta. Johannes Ep. Gurc.

## §. CCCI.

An. MCCCLXVIII. Albertus de Buchheim Capitaneus & Advocatus provincialis Ducum Auſtriæ per Sueviam & Alſatiam (*o*) fuit; auctor vectigalis, quod urbi Briſacenſi, per viginti annos ex ponte Rhenano conceſſum, Leopoldus Dux hoc anno confirmavit. Albertus hic Argoviæ & Thurgoviæ Advocatus fuerat An. MCCCLVI. Alb. de Buchheim.

An. MCCCLXX. Burcardum de Vinſtingen in Alſatia & Sundgovia Advocatum ſuum Leopoldus Dux vocat, (*p*) idemque in alia ejuſdem anni charta Capitaneus & Burc. de Vinſtingen.



(*b*) *Landvogt in Suntgow*, ap. Stetterer *vita Alberti II.* col. 241.

(*c*) *Ulrich Diebalt von Haſenburg, Pfleger u. Amptmann der Hochgebornen Frawen u. Fraſtin, der Hertzogin von Oeſterreich in Suntgowe*, ap. Wenckerr. *de Uſiburg.* pag. 60.

(*d*) Albertus II. cum hoc anno vocat *Ulman von Pfirt, unſer Hauptmann u. Phleger zu Elſaſſ, zu Suntgow u. zu Brisgow.*

(*e*) Cod. diplom. Argent. Mſc. de An. MCCCLXX. fol. 185. ubi *Pfleger in dem Suntgowe.*

(*f*) Tschudi *Hiſt. Helvet.* An. MCCCLIV. Hafner *Chron. Solodur.* Part. II. Cap. XXII. pag. 378.

(*g*) Ap. Stetterer *Vita Alberti II.* col. 290. ubi: *Herzog Friderich von Teck, unſern Landvogt in Swaben u. in Elſaza.*

(*h*) Herrg. *Geneal. Habsb.* Cod. Prob. num. 819.

(*i*) Pag. 567. init.

(*l*) Tab. II. Monum. Landgraviatus ſuper. num. 4.

(*m*) Ap. Stetterer loco cit. col. 371. dat. in Inſpruck feria V. poſt Galli An. 1363.

(*n*) Charta Rudolfi IV. Ducis in tabulario Thannenſi.

(*o*) *Hauptmann u. Landvogt zu Schwaben u. Elſaſſ.* Tabular. Thann.

(*p*) *Unſer Landvogte im Elſaſſ u. in Suntgow.* Tabular. Regim. Enſisheim.

Advocatus Alſatiæ atque Sundgoviæ legitur. (*q*) Advocatiam Briſgoviæ, à Suevica & Alſatica ſeparatam, Rudolfus, Marchio Badenſis, eodem hoc anno à Leopoldo & Alberto, Ducibus Auſtriæ, adminiſtrandam accepit. (*r*)

Rudolfus à Walſee. An. MCCCLXXII. Rudolfus à Walſee Imperialis (*s*) & ſimul Auſtriacus Alſatiæ, Sueviæ, Thurgoviæ, Argoviæ, Sundgoviæ & Briſgoviæ Advocatus ad ſeſquiannum ab Alberto Duce conſtitutus; (*t*)

Subadvocatus ejus. Subadvocatum habuit Jo. Murlinum, Equitem, qui die 14. Sept. An. MCCCLXXIII. novum cum Alſatiæ & Briſgoviæ civitatibus contra Herlishemium fœdus pepigit. (*u*) Nomina hæc duo Koenigshovius (*x*) miſcuiſſe videtur; quando Murlinum de Wallenſée, (*y*) Advocatum provincialem, anno præcedenti Herlishemium cum Seleſtadienſibus aggreſſum fuiſſe refert.

Burc. de Landscron. An. MCCCLXXIII. Rudolfo Walſeenſi Burcardus Monachus de Landscron, junior, in Sueviæ & Alſatiæ Advocatia ſucceſſit. (*z*)

## §. CCCII.

Rudolfus Comes Habsb. An. MCCCLXXIV. Rudolfus, Habsburgo-Lauffenburgenſis Comes, in noſtra Advocatorum ſerie comparet. Advocatus hic Sueviæ & Alſatiæ, puta Auſtriacæ, monaſterio Wettingenſi d. 18. Sept. chartam dedit. (*a*) Auſtriacum per provincias ſuperiores Advocatum d. 4. Dec. ſefe nominavit. (*b*) Anno ſequenti Rudolfo huic, ejuſque in Sueviæ, Alſatiæ & Argoviæ Advocatia ſucceſſoribus, Leopoldus Dux Friburgi Briſg. noſocomium Badenſe commendavit. (*c*) Herzogius (*d*) Imperialibus Alſatiæ Præfectis eum male accenſet.

Martinus Malderer. An. MCCCLXXXII. Wenceslaus Imp. literis, Francofurti ad Martinum Malderer, Leopoldi Ducis in Alſatia ſuperiore Advocatum provincialem, datis, vetuit, ne Colmaria ad Judicium Landgraviale ſup. Alſatiæ vocaretur. (*e*)

Jo. ab Ochſenſt. An. MCCCLXXXVI. Johannes ab Ochſenſtein, Capituli maj. Argent. Præpoſitus & Alſatiæ Auſtriacæ Advocatus, cum Leopoldo Duce, Principe ſuo, ad Sempacum interiit. (*f*)

## §. CCCIII.

Wernlinus de Ratelsd. An. MCCCLXXXVII. Wernlinus de Ratelstorff Alſatiæ & Sundgoviæ, nomine Alberti Ducis, præfuit Advocatus. (*g*) Wernherus de Radolzdorff biennio poſt Enſishemii Advocatus occurrit. (*h*)

Walth. zu der alten Klingen. An. MCCCLXXXVIII. Walcherus *Zu der alten Klingen* monaſterium Clingenthal, à majoribus ſuis fundatum, patrocinii ſui charta munivit, annoque ſequenti ut Alſatiæ ſup. & Sundgoviæ Advocatus provincialis judicio Landgraviali, Enſishemii habito, interfuit teſtis. (*i*)

Nic. de Domo. An. MCCCXCI. Nicolaus de Domo, Miles, in Waltheri hujus locum ſucceſſerat, cum Friderico, Epiſcopo Argent. Rudolfo, Abbate Murbac. Baſilea, Colmaria, Mulhuſio,

---

(*q*) In transact. inter cives Thenn. & vicum Hohentodern &c. ubi: *Hauptmann u. Lantvogt in Elſaß u. in Sundgau.*

(*r*) Literæ hac de re ſcriptas exhibet *Oefterr. Beantwortung der Chur-Bayr. Anführung*, Part. II. pag. 65. ſq.

(*s*) Vid. ſupra pag. 168. med.

(*t*) Steyrer *in Vito Alberti II.* addit. pag. 20.

(*u*) Wencker *de Ufenberg.* pag. 128.

(*x*) *Chron. Alſat.* Cap. V. pag. 329.

(*y*) Ita autographum; editio Schilteri habet: *der Lantvogt Her Hermelin von Wallefe.*

(*z*) Quem, die Sat. ante Cæcilii inſtitutum, Herzogius Lib. IX. pag. 151. male inter Advocatos Imperiales Alſatiæ commemorat.

(*a*) Herrgott Cod. Probat. num. 845. ubi: *Wir Graf Rudolf von Habspurg, Lantvogt in Schwaben u. ze Elſaß.*

(*b*) Ibid. num. 846. *Ich Graff Rudolf von Habspurg, Herr zu Lauffenburg, zu diſen Zitten Lantvogt miner Herrſchafft von Oſterrich in wen obern landen.*

(*c*) Ibid. num. 848. ubi: *unſern lieben Oheim, Graf Rudolfen von Habspurg, oder wer unſer Lantvogt in Swaben, in Elſaze u. in Ergow iſt.* Dat. fine menſis Aprili.

(*d*) Lib. IX. pag. 151.

(*e*) *Dem edlen Martin Malderer, unſers lieben Oheim, Herzoge Leupolt von Oſterreich Landvogt in Obern Elſaſſen*, ap. Lunig R. A. Part. ſpec. Contin. IV. Part. II. pag. 714.

(*f*) Koenigsh. *Chron. Alſat.* Cap. V. pag. 344.

(*g*) Literæ Alberti Ducis in tabular. Thenn.

(*h*) Herro. Cod. Probat. num. 879. pag. 761.

(*i*) Loc. cit. ubi: *der edel Herr, Herr Walter, Herr zu der Alten Klingen, Lantvogt miner gnedigen Herrſchafft von Oſterrich in Obe Elſaß, in Sundgewe.*

Mulhuſio, aliisque civitatibus contra ſocietatem latronum ſuas vires conjungens. (*l*) Briſgoviæ Advocatus tum erat Waltherus de Mulnheim, Capituli Rinovienſis Præpoſitus. An. MCCCXCIII. tempore autumnali Matthias de Sigenowe, Judex provincialis, monente hoc Nicolao, Advocatiæ Auſtriacæ in Sundgovia & Alſatia adminiſtratore, (*m*) judicium habuit, ut in Principum ſuorum jura circa Plennam inquireret.

## §. CCCIV.

Sed & eodem anno MCCCXCIII. Albertus, Wilhelmus & Leopoldus fratres, Duces Auſtriæ, Landvogtejam Sueviæ, Alſatiæ & Briſgoviæ Engelhardo Weinſpergenſi in quatuor annos hoc pacto tradiderunt, ut quotannis 7000. florenos ipſis perſolveret. Engelh. de Weinſperg.

An. MCCCC. Fridericus de Hadſtatt, Advocatus provincialis Auſtriacus, (*n*) inter Imperiales & Auſtriacos Turinghemii cives interceſſit arbiter. (*o*) Triennio poſt eundem Leopoldus Dux Advocatum ſuum provincialem appellat. (*p*) Frid. de Hadſtatt.

An. MCCCCVI. Leopoldus ille Dux & Catharina Burgundica, uxor ejus, Alſatiæ & Sundgoviæ Advocatiam die 27. Maji Schmaſmanno, Dynaſtæ Rappoltſteinenſi, cum annua 700. florenorum Rhen. penſione addixerunt. Litem inter Leopoldum & Schmaſmannum de geſto hoc Advocati munere dein exortam Ludovicus, Electior Palatinus, Imperialis Alſatiæ Advocatus, An. MCCCCIX. per aliquot Nobiles decidi curavit. Alias Schmaſmanni cum Catharina, Leopoldi vidua, de matrimonio lites ſupra (*q*) expoſui. Schmaſm. de Rappoltſtein.

## §. CCCV.

Tum vero Johannes, Comes de Lupfen, Landgravius Stulingenſis, Rappoltſteinio ſuffectus eſt, quem Sigismundus Imp. in literis Conſtantiæ d. 22. Febr. An. MCCCCXVII. ſcriptis *noſtrum & Imperii per Alſatiam Advocatum generalem* nominat; eidem injungens, ut Cæſareo nomine, Abbati Lutrenſi regalium inveſtituram conferret. (*r*) Auſtriaca nimirum Alſatia, Friderico Duci, in ſynodo Conſtantienſi proſcripto & excommunicato, ademta, Comitem Lupfenſem quidem Advocatum retinuit, ſed Imperialem, quem Cæſar confirmavit. (*s*) Briſgoviæ Advocatiam Bernhardus, Marchio Badenſis, Cæſareo quoque nomine tum adminiſtravit, eamque nonniſi An. MCCCCXXVI. Auſtriacis reddidit. (*t*) Jo. Comes de Lupfen.

An. MCCCCXXV. Wilhelmus, Dynaſta Rappoltſtein. Alſatiæ, Sundgoviæ, Briſgoviæ & Silvæ Martianæ Advocatus provincialis, de re monetaria inſtrumentum publicavit. (*u*) Wilh. de Rappoltſt.

An. MCCCCXXVIII. Johannes Comes de Thierſtein Sundgoviæ & Alſatiæ Advocatus occurrit. (*x*) Fuit deinceps An. MCCCCXXXIII. Judex provincialis ejuſdem ſup. Alſatiæ. Jo. Comes de Thierſt.

An. MCCCCXXXI. Schmaſmannus de Rappoltſtein fœderi provinciali pro tuendo Concilio Baſil. & fecuritate itinerum ſervanda, ut Alſatiæ ſuperioris Advocatus, acceſſit. Quadriennio poſt Ludovicum de Amoltern, Principis ſui nomine, de feudo caſtrenſi in Bilſtein inveſtivit, An. MCCCCXXXVI. adhuc memoratus in chartis. Schmaſm. de Rappoltſtein.

An. MCCCCXXXIX. Wilhelmus, Marchio Hachbergenſis, ut Advocatus (*y*) occurrit. Johanni Zornio, Militi, & agnatis ejus, feuda ipſorum Auſtriaca An. MCCCCXLII. die lunæ poſt S. Barthol. contulit. Wilh. Marchio Hachberg.



(*l*) *Claus vom Huſe, Ritter, der Herrſchafft von Oeſterrich Landvogt im Elſaſſ u. in Sundgow.* Societas illa latronum dicebatur *Rot und Schwarz.*

(*m*) *Der fromme wolveſte Ritter, unſer oberin Herr Claus vom Hus, Statthalter der Landvogtey im Sundgauw u. im Elſaſſ unſer gnædigen Herrſchafft von Oeſterrich.*

(*n*) *Friderich von Hatſtatt zue dirre Zeit Landvogt miner gnæd. Herrſchafft von Oeſterrich.*

(*o*) Conf. ſupra pag. 420. §. DCCLXXX.

(*p*) Tabular. Thannenſe.

(*q*) In Landgraviis Alſat. ſup. pag. 506. ſq.

(*r*) Ap. LUNIG *Spicileg. Eccleſ.* Contin. I. pag. 987. ſq.

(*s*) Vid. ſupra in Landgraviis pag. 507.

(*t*) Teſtantur literæ in *Oeſterr. Reantwort. der Chur-Bayr. Anfuehrung*, Part. II. pag. 68.

(*u*) *Landvogt im Elſaſſ, Sungkow, Briſgow und am Schwarzwaldt.* Tabular. Thann.

(*x*) Literæ ipſius in cod. tabular. Conf. USSER. *Chron. Baſil.* pag. 17.

(*y*) In literis Senatus Baſil. ad Senatum Argent. ap. KOHLHEHOV. *Oſtfreſ. XVII. Schlitteri* pag. 980.

Jo. Comes de Thierſtein.

An. MCCCCL. Johannes Comes de Thierſtein, Dom. in Pfeffingen, Capitaneus in Enfisheim, (*z*) Alberti Ducis juſſu inter Abbatiam Murbac. & oppidum Gebweiler transactionem fruſtra tentaſſe ſcribitur, eodemque duos inter vicos Uffholz & Wittenheim, quorum ille Murbacenſi monaſterio, hic Stauffenſibus & Maſonianis Nobilibus parebat, pacem conſtituit. (*a*)

Petrus de Mœrſperg.

Petrus de Mœrſperg, Alſatiæ, Sundgoviæ, Briſgoviæ & Silvæ Martianæ ab An. MCCCCLV. præfectus, (*b*) depoſito jam munere rem Auſtriacam An. MCCCCLXVII. in novo, quod contra Helvetios tum parabatur, bello conſiliis ſuis plurimum juvit. (*c*)

## §. CCCVI.

Thuringus de Hallweil.

Succeſſerat ipſi Thuringus de Hallweil, Eques Alſatus, Landgraviatus Alſatiæ ſuperioris Mareſchallus; (*d*) in quo omnis belli, An. MCCCCLXVIII. cum Mulhuſinis horumque ſociis geſti, (*e*) moles verſabatur, donec pax Waldshutana coaleſceret. Hoſti longe inferior armis, hoc diſcedente, Watvillanos inermes, alienos ſubditos, ob fidem ei juratam ſevere punivit. (*f*)

Carolus Marchio Badenſis.

Rebus itaque pace Waldshutana compoſitis, Sigiſmundus Archidux menſe Sept. ejuſdem anni MCCCCLXVIII. Carolum, Marchionem Badenſem, cui Friderici IV. Imp. ſoror Catharina nupta erat, terris ſuis Alſaticis atque Briſgoicis Neoburgi ad Rhenum, adſtantibus provinciarum harum Nobilibus plerisque, hoc pacto præfecit, ut XII. mille florenos ſtipendii loco & in alendos C. equos publicos acciperet. (*g*) Hoc vero Advocato provinciali ipſæ, quas regebat, provinciæ Carolo Audaci, Burgundiæ Duci, à Sigiſmundo, ut alibi docui, (*h*) pignori ſunt traditæ.

## §. CCCVII.

Petrus de Hagenbach.

Carolus Audax regendos atque cuſtodiendos novos ad utramque Rheni ripam ſubditos Petro Hagenbachio, ex antiqua nobilique Alſatiæ ſuperioris gente, quæ nuper demum extincta, oriundo, (*i*) commiſit; qui Principis ſui nomine Ludovicum Zornium de feudo olim Auſtriaco advocatiæ Ortenbergicæ, ſeu vallis Vilerenſis, d. 25. Nov. MCCCCLXX. inveſtivit. Iniquorum hujus hominis facinorum pleni ſunt Alſatiæ Annales. Nuptias cum Comitiſſa de Thengen An. MCCCCLXXIV. celebraturus Epiſcopos vicinos, Argentinenſem & Baſilienſem, Abbates, Præpoſitos, Comites, Barones, Milites, Civitates & villas undique, ut munera ſecum afferrent, non tam invitavit, quam impreſſo metu adegit. (*l*) Abbatia Murbacenſis, Hagenbachii vexationibus diu exagitata, formula quadam proteſtationis ſibi ſuisque juribus proſpexit, his verbis: "ſtrenuus Dominus, Petrus de Hagenbach, miles, ac Illuſtriſſ. „ Principis & Dom. Karoli, Burgundiæ Ducis, in Alſatia ſuperiore moderno tempore „ Balivus, nullo jure niſi potentia fretus &c. „ Conſpirantibus tandem Alſatis, Briſgoviis, Helvetiis, Hagenbachius ille Briſaci die Paſchatos An. MCCCCLXXIV. captus, tormentis admotus, damnatus, militiæ honoribus exutus & capite plexus eſt. (*m*) Vicarium vel Subadvocatum habuerat Militem Hermannum Waldnerum. (*n*)

## §. CCCVIII.

Herm. de Eptingen.

Sigiſmundus Archidux, Baſileæ cum eſſet, Hagenbachii loco Alſatiæ ſuæ Hermannum ab Eptingen Capitaneum & Advocatum præfecit; "tradens ei ducentos equites „ armatiſſimos ad intimandum ad oppida & villagia atque caſtra, ut juxta formam „ literarum impignorationis, quia pecunia in prompto poſita eſſet, ut ipſi obedirent „ Dn. Duci Sigiſmundo & ſibi ſuo nomine. „ Hæc Knebelius, qui Hermanno hoc præſidente Hagenbachium capitis damnatum eſſe docet. Re per Alſatiam fortiter geſta, eaque à Burgundi inſidiis ſervata, ſucceſſorem anno ſequenti nactus eſt Oſwaldum, Thierſteinii Comitem. (*o*) Oſwaldus

(*z*) *Houptmann zuo Enſisheim.*
(*a*) Chartæ in tabular. Murbac.
(*b*) Literæ Alberti Archiducis in chartulario Thann.
(*c*) Berler *Chron. Alſat.* mſ. fol. 143.
(*d*) Vide ſupra pag. 508. §. C.
(*e*) Supra pag. 427. & 508.
(*f*) Pag. 96. init.
(*g*) Berler loco cit. fol. 166.
(*h*) *Pag.* 508. §. CI.
(*i*) Fallitur Trithemius *Chron. Hirſaug.* ad An. MCCCCLXXVI. pag. 491. Petrum Hagenbachium ex ruſtico nobilem, ex nobili Equitem auratum factum eſſe ſcribens.
(*l*) Knebel. *Chron.* mſ. Tom. I. fol. 13. teſtis coætaneus, de quo ſupra pag. 24. not. (*m*).
(*m*) Ustis. *Chron. Baſil.* pag. 438. Knebelius loco cit. Comines *Memoires* Lib. IV. Cap. II. & Lib. I. Cap. I. errat, ubi Hagenbachium, quem *Pierre d'Archambault, Gouverneur du pais de Ferrete pour le Duc de Bourgogne* vocat, Baſileæ necі datum refert.
(*n*) Dicebatur *Statthalter im Obern Elſaſſ.* Knebelius eum *Locumtenentem Balivi* nec non *Vicebalivum* nominat.
(*o*) Ustis. loco cit. pag. 445.

Ofwaldus huic An. MCCCCLXXVI. cum Reinhardo, Lotharingiæ Duce, contra Carolum Burgundum in Helvetiam proceſſit ad pugnam. Hæc antequam committeretur, "Dom. Ofwaldus gladio ſuo 150. creavit & ſacravit milites, inter quos primus „ erat Dom. Reinhardus, Dux Lothoringie, & omnes Nobiles illius patrie Alſatie, „ Suntgaudie, Briſgaudie, Swevie, Attafis & ſup. confederationis Swetzie, & requiſiti „ per Dn. Ofwaldum de Tierſtein, ut viriliter agerent. „ (p) Hoſte victo de vindicanda Lotharingia fine menſis Sept. Baſilææ deliberatum; ſed huic Ofwaldus non interfuit expeditioni. "Die S. Annæ ſupervenit Dn. Hermannus de Eptingen miles „ de Inſprug & retulit, quomodo Dn. Sigiſmundus licentiaverit Dn. Comitem „ Ofwaldum de Tierſtein Balivum ex eo, quod multos hic in patria commiſerit „ errores, inducendo novitates tam in Friburgo, Nuwenburg, quam Enfisheym . . . „ & ipſe Comes Ofwaldus magnam pecuniam receperit. (q) Ofwaldus Comes de Thierſt.

## §. CCCIX.

Wilhelmus, Dynaſta Rappoltſteinenſis, Ofwaldi ſucceſſor, ejuſque Conſiliarii nobiles An. MCCCCLXXVIII. juriſdictioni, quam Baſil. Epiſcopus in ſecularia quoque nimium extenderat, captis nonnullis, qui mandata ejus perferebant, tabellionibus, obicem poſuerunt. (r) Anno ſequenti, bello inter Galliæ Regem Ludovicum XI. & Maximilianum Archiducem, ob Burgundicam ſucceſſionem, imminente, "Wilhel„ mus, Dom. in Rapoltzſtein, Balivus Dn. noſtri Sigiſmundi Ducis Auſtrie, in illis „ partibus Suntgaudie, Briſgaudie & illis adjacentibus partibus nigre ſilve, aviſavit „ omnes in Suntgaudio, ut quicquid habeant in domibus eorum, deferant ad tuta „ loca; quia Rex Francie minatur omnibus in illis partibus per totam provinciam, „ velit concremare & præſertim Mulhuſenſibus ruinam. „ (s) Knebelius, qui hæc refert, Wilhelmum hunc ſævitiæ ac tyrannidis, in clericos & laicos exercitæ, paſſim accuſat. Nobilis quidam à Stauffenberg illum allocutus eſt ita: "Neſcitis quam „ tyrannidem Petrus de Hagenbach, quondam Balivus Dn. Karoli Ducis . . . dum „ terre noſtre preeſſet, exercuit; quomodo . . . tandem decapitatus fuerit . . . . „ Miror ea non velitis animo recipere. At Balivus ipſe non animadvertens monicio„ nem &c. (t) Wilh. de Rappoltſt.

## §. CCCX.

An. MCCCCLXXXVII. Gaſparum de Mœrſperg Capitaneum & Advocatum provincialem Alſatiæ, Sundgoviæ, Briſgoviæ & Silvæ Martianæ, documenta noſtra produnt. (u) Urstisius (x) tamen eum nonniſi An. MCCCCXC. à Maximiliano I. inſtitutum refert. Subadvocatus fuit Ludovicus de Masmunſter, qui literis Chriſtophori Waldneri, Equitis Rhodienſis, quibus patrimonio ſuo valedicebat, An. MDI. teſtis ſubſcripſit. Gaſp. de Mœrſpe

An. MDII. Wolfgangus, Comes Furſtenbergenſis, non tantum Alſatiæ, Sundgoviæ, Briſgoviæ & Silvæ Nigræ, ſed etiam quatuor civitatum ad Rhenum, ut & Villingæ & Ortenaviæ Capitaneum ſeſe dixit & Advocatum provincialem, (y) quod An. MDVIII. in alia charta repetitum invenio. Wolfg. Comes de Furſtenb.

## §. CCCXI.

An. MDX. die 3. Mart. Maximilianus I. Imp. literis Oeniponti ſcriptis Wilhelmum, Dynaſtam Rappoltſteinenſem, terrarum ſuarum anteriorum, id eſt, Alſatiæ, Sundgoviæ, Briſgoviæ, quatuor civitatum ad Rhenum, Silvæ Martianæ & Villingæ Capitaneum primarium & Advocatum his legibus inſtituit, ut Principis & ſubditorum jura tueatur; quæſtoribus ceteriſque officialibus auxilium præſtet; ſecuritati publicæ & conductibus proſpiciat; in rebus gravioribus Regimen Oenipontanum conſulat; rebus feudalibus, niſi juſſus à Cæſare, prorſus abſtineat; viginti quatuor equos alat, & ſtipendii loco 16000. florenos Rhen. quotannis cum cenſu Judaico accipiat. (z) Wilh. de Rappoltſt.



(p) Knebelius loco cit. Tom. II. pag. 20. ſq.
(q) Ibidem pag. 71. & 132.
(r) Knebel. loco cit. pag. 442.
(s) Ibidem pag. 540. & 585.
(t) Ibid. pag. 560.
(u) In tabular. Thannenſi.
(x) *Chron. Baſil.* Lib. I. pag. 58.
(y) *Oberſter Haubtmann u. Landvogt im Elſaſſ, Sundgow, Briſgow, Schwartzwald, der vier Stette am Rhin, Villingen u. der Ortenau.*
(z) Conf. Fantalson *Chron. de Viris illuſtr. German.* Lib. III. fol. 128.

Subadvocati.

Wilhelmi hujus vices in Alſatia ſuperiore Leo, Baro Stauffenſis, An. MDXIII. & Johannes de Gilgenberg, Eques, An. MDXVI. ac ſequentibus geſſerunt. (*a*) Ille cum ceteris Regiminis Enſisheimenſis Conſiliariis controverſiam inter Georgium de Rathſamhauſen & oppidum Bergheim, propter jura quædam in vico Rodern, feudo Auſtriaco, ſubortam decidit. Wilhelmi autem Advocati provincialis memoria ſub Maximiliano & Carolo V. Impp. uſque ad An. MDXXIV. identidem occurrit.

## §. CCCXII.

Gangolphus de Gerolds.

An. MDXXXIII. & ſeqq. Gangolphus, Dom. in Hohen-Geroldseck & Sulz, Alſatiam ſuperiorem eadem, qua Wilhelmus, poteſtate regebat. (*b*) An. MDXXXVIII. comitia provincialia Enſisheimii habuit, juſſu Ferdinandi Regis.

Georgius Comes de Helfenſt.

An. MDLV. Georgius, Comes de Helfenſtein, Baro in Gundelfingen, utrumque Capitanei & Advocati Alſatiæ Auſtriacæ nomen geſſit.

Phil Comes Eberſtein.

An. MDLX. Philippus, Comes Eberſteinenſis, iisdem honorum titulis ornatus comparet. (*c*)

Ulr. Comes de Montf.

An. MDLXVI. Ulricus, Comes de Montfort & Rotenfels, Eberſteinenſi Comiti ſucceſſerat; (*d*) Maximiliani II. Imp nomine, cum frater ejus, Ferdinandus Archidux, Advocatus Imperialis Alſatiæ inſtitueretur, Hagenoæ præſens. (*e*)

Comes Zoller.

An. MDLXXII. K. Comes Zolleranus, Alſatiæ ſuperioris Advocatus in chartis legitur. (*f*)

Andr. Card. Auſtriæ.

An. MDXCIV. Andreas, Cardinalis Auſtriæ, Conſtantienſis & Brixienſis Epiſcopus, Ferdinandi Archiducis ex Philippina Welſeria filius, (*g*) anteriores ditiones Auſtriacas regendas obtinuit.

Rudolfus à Bollw.

An. MDCI. Rudolfus Baro à Bollweiler, Nicolai filius, gentis ſuæ poſtremus, à ſanctioribus Conſiliis Archiducum & Advocatus provinc. Alſatiæ, Sundgoviæ atque Briſgoviæ conſtitutus eſt, An. MDCXVI. munere vitaque ſua defunctus.

Chriſtoph. de Stadion.

An. MDCXVI. Chriſtophorus de Stadion, Regiminis Enſisheimenſis præſes, Comitem à Furſtenberg. Keiſersbergæ Advocatum Imperialem inſtituit.

Wilh. Marchio Badenſis.

Ultimus denique Advocatus Auſtriacus Alſatiæ fuit Wilhelmus, Marchio Badenſis: qui Suecis appropinquantibus cum univerſis Regiminis Enſisheimenſis aſſeſſoribus An. MDCXXXII. menſe Nov. aufugit. Enſisheimium d. 2. Dec. occupatum à Suecis. (*h*)

## §. CCCXIII.

Terræ Auſtriacæ anteriores.

Succincta hæc Advocatorum provincialium Auſtriacæ Domus ſeries evidenter oſtendit, quod Advocatia hæc ultra Alſatiæ ſup. Landgraviatum ſeſe longe extenderit, atque univerſas Auſtriacæ Domus ad utramque Rheni ripam in Alſatia, Briſgovia & Nigra Silva, terras plerumque comprehenderit. In his vero terris aliæ ex veteri Habsburgi Comitum patrimonio, aliæ matrimoniis, emtionibus, oppignerationibus, paulatim acquiſitæ fuerunt. Vallis Vilerenſis, in Alſatiæ inferioris & ſuperioris collimitio ſita, Rudolfi I. Imp. cum Anna Hohenbergica, circa medium ſec. XIII. (*i*) Comitatus Phirretenſis vel Sundgovia Alberti II. Auſtriaci cum Johanna Phirr. connubio An. MCCCXXIV. (*l*) ad Auſtriacos pervenit. Sexennio poſt Briſacum, Neoburgum, Rhinfelda, Civitates Imperii, à Ludovico Bav. Imp. iisdem oppignerataæ. (*m*) Friburgum ſponte ſua An. MCCCLXVIII. Auſtriacis ſe ſubmiſit, à quibus & Landgraviatus Briſgoviæ deinceps occupatus. Enſisheimium cum ſua & Landſeriana Præfecturis, in Alſatia ſitis, Waldshutum, Lauffenburgum, Seckinga, Silva Martiana, priſcis Habsburgenſium poſſeſſionibus accenſendæ ſunt. Terræ

(*a*) Vocati *Statthalter im Obern Elſaſſ.* Stauffæ caſtrum cum oppido in Briſgovia intelligitur, haud procul Sulzbergæ.
(*b*) In Eccleſiæ Enſisheim. feneſtra, anno non adjecto, hæc leguntur: *Gangolph Herr zu Hohen Geroltzeck u. Sultz, Kayſ. Maj. obriſter Hauptmann vf. Landvogt im Obern Elſaſſ.*
(*c*) In tabular. Waldner.
(*d*) Ferdinandus Archidux d. 10. Maii h. a. Pragæ ad eum ſcripſit: *unſerm obriſten Hauptmann u. Landvogt im Elſaſſ.*
(*e*) Hubner *Chron. Alſat.* Lib. IX. pag. 253.
(*f*) Tabular. Enſisheim.
(*g*) Vid. ſupra in Landgravils pag. 510. fin.
(*h*) *Chron. Mulhuſ.* MSC. Lib. VIII. Cap. IX.
(*i*) Supra pag. 203. ſq.
(*l*) De quo ſupra pag. 32. ſq.
(*m*) Roo *Annales Auſtr.* Lib. III. pag. 98.

Terræ hæ omnes ſimul ſumtæ, Provinciæ Auſtriacæ dicebantur *Anteriores* (*n*) & *Superiores*, (*o*) quarum pars nobilior ac potior erat Alſatia ſuperior, quamvis non omnis eſſet Auſtriaca. Trans-rhenanæ Suevico Circulo, Alſatia Rhenano ſuperiori adſcriptæ erant; unde qui his ſec. XIV. præerant, Sueviæ & Alſatiæ Advocati ſæpius ſunt appellati, ut ex noſtra Advocatorum ſerie apparet. Alſatia duplum & amplius Briſgoici cenſus præſtare ſolebat, uti provinciæ anteriores univerſæ dimidio minus ac Comitatus Tirolenſis (*p*) præſtabant; in cujus metropoli princeps ſummumque Principis Judicium ſedebat, ad quod à Regimine Enſisheimenſi provocatio fiebat; poſtquam nempe provinciæ hæ peculiarem ex Domo Auſtriaca accepiſſent Principem atque Tribunal. Tum vero Landgraviale Judicium perierat, à quo ad Cæſarem provocari ſolebat.

Tres autem ſubditorum Status, Eccleſiaſticus, Equeſtris & Civicus, ſinguli ſyndicum peculiarem atque archivum habentes, in Alſatia, ut in aliis provinciis Auſtriacis, olim floruerunt. Hi conventus ſuos vel ſinguli vel collecti Enſishemii ſæpiſſime inſtituerunt; de rebus ad ſe ſpectantibus & de colligendis potiſſimum, quæ Princeps poſtulaverat, deliberaturi tributis. Iidem hodieque mores in Briſgovia obtinent. (*q*) Poſt avulſam Alſatiam Enſishemio ſucceſſit Friburgum, ubi Status provinciales ab eo tempore conveniunt.

# *CAP. X.*

# DUCES FRANCIÆ ORIENTALIS.

## §. CCCXIV.

Inſtituti ratio.

Inter Rheni ſuperioris Pagos majores Sundgovia & Nordgovia compoſuerunt Alſatiæ Ducatum. (*r*) Spirigovia autem, Nordgoviæ contigua, quæ ad Selzam uſque flumen primo, dein ad Lutarim, poſtremo nonniſi ad Queicham uſque aſcendit, una cum Wormsgovia & Moingovia, quæ ſibi ordine ſuccedunt, cis-Rhenanam Franciæ orientalis partem conſtituit. Quum autem ſuperiorem Spirigoviæ tractum, inter Selzam & Queicham, Alſatia nova pedetentim abſorpſerit, ordo rerum heic poſtulat, ut Magiſtratibus Alſatiæ Duces Franciæ orientalis, Comitesque Spirigoviæ jungamus; ne Lector regionis, quæ Alſatiæ acceſſit, Rectores ignoret. Franconiam, quæ Franciæ orientalis trans-Rhenana pars fuit, Germaniæ ſcriptoribus tractandam relinquimus: nobis cis-Rhenenſia ſunt curæ.

## §. CCCXV.

### Conradus I.

Suevici Ducatus, ſub Conrado I. Rege, reſtauratio certa, at reſtauratio Francici ante Conradum hunc dubia eſt. Hunc ſanguinis Germanici primum poſt Carolingos Germaniæ Regem, primum quoque Franciæ orientalis Ducem, antequam Rex fieret, magno juniores (*s*) conſenſu declarant; Witichindi, (*t*) Ditmari, (*u*) Chronographi

(*n*) *Die Vorder-Oeſterreichiſche Lande.* Diſtinguebantur provinciæ hæ anteriores à Comitatu Tirolenſi, edito Sueviæ monte, quem *Arlberg* vocant, ad vallem Brigantinam ſito, ubi quatuor Epiſcopatuum, Auguſtani nempe, Brixiani, Curienſis & Conſtantienſis, collimitium. Gulelm. *Rhætia* Lib. XIV. fol. 220.

(*o*) Vide ſupra in ſerie Advocatorum ad An. MCCCLXXIV.

(*p*) Stapff *Vindiciæ Superioritatis Auſtr. in Briſgovia* pag. 121.

(*q*) Stapff loco cit. pag. 104.

(*r*) Sub Carolingis Ducatus Alſatiæ Baſelgaudiam, Sifgoviam, Elsgaudiam &c. quoque complexus eſt, quæ poſt Carolingos ab eo diſtractæ. Vid. Tom. I. pag. 631.

(*s*) Struvius *Corp. Hiſt. Germ.* Period. IV. Sect. X. §. I. Ludewig *Opuſc. Miſcell.* Tom. II. pag. 226. Eckhartus *de reb. Francia Orient.* Tom. II. pag. 824. qui Conradi Ducatum in Francia Rhenenſi & Haſſia tantum, non in Franconia, ponit, ubi Ducis auctoritatem jam penes Epiſcopum Wirceburg. fuiſſe contendit. Bunau *Reichs Hiſt.* Tom IV. pag. 159. 192. Mascov. *Commentar. de reb. Imperii* Lib. I. pag. 2.

(*t*) Ap Meibom. *Scriptor. Rer. Germ.* Tom. I. pag. 634.

(*u*) Leibnit. *Scriptor. Rer. Brunſvic.* pag. 325.

GRAPHI SAXONIS, (*x*) aliorumque auctoritate inducti, qui Conradum, *Francorum quondam Ducem*, in Regem electum fuiſſe ſcribunt. Quin & Germaniæ Rex, Ludovicus Infans, adducitur teſtis; qui diplomate, Francofurti An. DCCCCX. ſcripto, (*y*) *Chuonradhi egregii Ducis* & fidelis nepotis ſui facit mentionem. At Ducalem Conradi dignitatem Luitprandus, Regino & Continuator ejus ignorant; qui de Conradi noſtri rebus in militia geſtis & in Germaniæ regno ſucceſſione, at non de Franciæ Ducatu, loquuntur. LUITPRANDUS (*z*) eum Francorum ex genere oriundum, Virum ſtrenuum, *bellorumque exercitio doctum* appellat. Ludovicus Infans in alio diplomate An. DCCCCXI. Conradum & fratrem ejus Eberhardum, *venerabiles Comites* atque nepotes ſuos, commemorat. (*a*) *Chuvvadus* etiam *Comes* anno præcedenti jam in Hattonis, Archiep. Moguntini, charta Fuldenſi, in palatio Triburienſi, coram Rege Ludovico data, occurrit. (*b*) Verum enimvero Conradum nunc Ducis, nunc Comitis titulo ornari, non miror. Militaria & tranſitoria illius ævi munera Ducis fuerunt. Conradus, fundorum allodialium in Francia orientali ditiſſimus, forte & fiſci Comes, temporarius quoque Provinciæ ſuæ dux militum conſtitutus, nunc *Dux*, nunc *Comes* in monumentis vocatur. (*c*) KOELERUS, (*d*) Ducali Conradi noſtri honore præterito, ex Comite Regem An. DCCCCXII. creatum eſſe arbitratur. Nec equidem refragor: Dux fuit & Comes.

## §. CCCXVI.

### EBERHARDUS.

Eberhardus Conradi, ſine prole mortui, frater & ſucceſſor, *Dux Francorum*, (*e*) *Marchio Orientalis*, (*f*) *Comes potentiſſimus in Francia*, (*g*) *Comes Palatii*, (*h*) promiſcue appellatur. Auctor *vitæ Johannis*, Abbatis Gorzienſis, (*i*) poſt ſeculi X. medium ſcriptæ, ſub Ottonis I. initia, ait, "Gislebertus Ducatum regni Lotharii; Everhardus „ Franciæ, Auſtraſiæ & quorumdam trans Rhenum tenebat locorum. „ Scriptor hic Lotharingus Franciam & Auſtraſiam, id eſt Franciam auſtralem, cis Rhenum ponit, adeoque à Frauconia prorſus diſtinguit. Eberhardus, defuncto Henrico Aucupe, viribus ſuis & opibus ſub illius filio & ſucceſſore Ottone I. in cujus inauguratione Archidapiferatus officium geſſit, abuſus, perduellionis reus, poſt bellum, per aliquot annos varia fortuna geſtum, Ottone in Alſatia verſante, tandem occiſus eſt An. DCCCCXXXVII. (*l*) Ducatum ei vivo ob perduellionis crimen ablatum indicat DITMARUS, (*m*) his verbis: "*Everhardus Dux*, Regi diu infidelis, degradatus eſt . . . „ In ſequenti anno frater Regis Henricus, ab *Eberhardo Comite* captus, in vinculis „ tentus eſt.

## §. CCCXVII.

### CONRADUS II.

Eberhardi ſucceſſor incertus. Giſelbertus, Lotharingiæ Dux, ſeditionis Eberhardinæ ſocius, in Rheno ſubmerſus periit. Filius ejus una cum Lotharingiæ Ducatu Ottoni, Ricwini filio, ab Ottone I. Rege commendatus eſt. Quadriennio poſt tutor & pupillus obierant; unde Lotharingia An. DCCCCXLIV. Conrado, Wernheri filio, conceſſa. (*n*) Conradum hunc Franciæ orientalis Ducatum cum Lotharingico junxiſſe, communis ſententia eſt; cui nos quoque, ſequentibus rationibus inducti, ſubſcribimus. Primo Conradus ille verbis diſertis *Francorum Dux* à WITICHINDO (*o*) dicitur, qui ejuſdem ad Ducatum Lotharingiæ promotionem brevi poſt memorat. Secundo

(*x*) Ad An. DCCCCXII.
(*y*) MARTENE *Collect. ampliſſ.* Tom. I. pag. 264.
(*z*) *Hiſt.* Lib. II. Cap. VII.
(*a*) ECKHARTUS *Commentar. de Rebus Francia Orient.* Tom. II. pag. 823.
(*b*) In *Ann. Fuldenſ.* pag. 256.
(*c*) Non opus eſt, ut cum GUNDLINGIO *Differt. de ſtatu Germ. ſub Conrado I.* §. VII. ſtatuamus, Conradum, bello finito, in Comitum claſſem rediiſſe.
(*d*) Diſſ. *de familia Aug. Francorica* Tab. I.
(*e*) REGINONIS Contin. ad An. DCCCCXXXVII. CHRONOGRAPHUS SAXO ad An. DCCCCXXXVIII. CHRON. QUEDLINBURG. ad An. DCCCXXXIX. ap. LEIBNIT. *Scriptor. Rer. Brunſvic.* Tom. II. pag. 279.
(*f*) CHRON. LAURISHAM. ap. FREHER. *Scriptor. Rer. Germ.* Tom. I.
(*g*) CONRADUS URSPERG pag. 144. *Vita S. Geravardi Bronienſis* ap. SURIUM 3. Octobr. pag. 24. ALBERICUS ad An. DCCCCXIV. pag. 253.
(*h*) SIGEBERTUS GEMBLAC. ad An. DCCCCXXXVIII.
(*i*) MABILLON *Act. Sanctor. Benedict.* Sec. V. pag. 399. ubi Mabillonius Eberhardum Arnulfi Bajoariæ Ducis filium fuiſſe, perperam annotat.
(*l*) LUITPRANDUS Lib. IV. Cap. XVI.
(*m*) Lib. II. pag. 23.
(*n*) CONTINUAT. REGINONIS ad An. DCCCCXLIII. WITICHINDUS Lib. II. pag. 649. ALBERICUS ad An. DCCCCXLIV. pag. 289.
(*o*) Lib. I. Cap. XXXVII. pag. 640.

Secundo ALBERICUS (*p*) eum *Conradum VVormacienſem* & *Ducem VVormatiæ* vocat, quod in urbe hac ſedem ſuam habebat. (*q*) Tertio Conradus, in Ottonem Regem, ſocerum ſuum, cum filio ejus Ludolfo An. DCCCCLIII. rebellis, in urbe Moguntia per duos fere menſes obſeſſus eſt. (*r*) Moguntia autem Franciæ orientali quoque ſuit adſcripta. (*s*) Quarto Conradus poſtquam cum Ottone Rege in gratiam rediiſſet, Ducatu dimiſſo, poſtea in bello adverſus Hungaros legionem Francorum, quæ quartani exercitus partem compoſuit, ducens in prœlio ad Lycum An. DCCCCLV. occubuit. (*t*)

## §. CCCXVIII.

### OTTO.

Conradi hujus filium Ottonem, WIPPO (*u*) *Ducem Francorum*, DITMARUS (*x*) *Carrentorum Ducem & Veronenſium Comitem*, Conradus II. Imp. ipſius nepos, *Ottonem VVormacienſem*, (*y*) reliqui ſcriptores & chartæ veteres *Ducem* ſimpliciter appellant; quo anno Ducatum acceperit, reticentes. Lotharingiam, Conrado exauctorato, Brunonem, Archiepiſcopum Colonienſem, ab Ottone I. Rege, fratre ſuo, adminiſtrandam obtinuiſſe, multi tradiderunt. An. DCCCCLXXVII. *Otto Dux* una cum Juditha, uxore ſua, tribusque filiis, Heinrico, Brunone, Cunone, monaſterium S. Lamperti in Diœceſi Spirenſi inſtituit. (*z*) Poſtea Comitatum Spirigoviæ, ut infra docebo, cum Ducali ſuo munere junxit. An. DCCCCLXXXV. Otto III. Imp. Epiſcopo Wormat. prædium ſuum Eppingen, in *Comitatu Ducis & Comitis Ottonis*, in *Pagis Defengouue & Creilgouue*, ob petitionem *Cuonradi Ducis*, Sueviæ ſcilicet, donavit. (*a*) Eodem & ſequentibus annis idem Otto Imp. Eccleſiæ Wormatienſi varia, ſuadente *Ottone Duce*, privilegia dedit. (*b*) An. MII. Henricus II. Imp. Burcardo, Epiſcopo Wormat. " totum prædium omniumque proprietatem, quam nos, inquit Henricus, per dilecti „ conſanguinei noſtri *Ottonis* quoque *Ducis* firmam traditionem in proprium jus acce„ pimus, ſicut ipſe viſus eſt habere infra eandem civitatem, hoc eſt Uuormatiam, „ Bruchſalæ dono tradidit. (*c*) *Ottonis Ducis* ædes Wormatiæ magna ex parte ſe redemiſſe, & in Eccleſiam S. Pauli commutaſſe, Burcardus Epiſcopus in charta An. MXVI. ſcribit. (*d*) Wormatiam libertatem tum accepiſſe & ſedem Ducis Bruchſalam fuiſſe translatam, arbitratur TOLNERUS. (*e*)

## §. CCCXIX.

### HEINRICUS I.

Filius natu major Ottonis erat Henricus, vulgo *Hetzel*, *Hecil* dictus, qui vivo patre Franciæ orientalis Ducatum rexit. In ſolennitate Paſchali An. DCCCCLXXXV. Quedlinburgi Ottoni III. Imp. quatuor Duces miniſtrabant, inter quos *Hecil*, Dux Francorum, *ad Cellarium*. (*f*) Obiit quadriennio poſt ante patrem; (*g*) filium relinquens Conradum, qui poſt Saxones Imperator electus eſt An. MXXIV. Alſaticam ille uxorem, Adelheidam, Gerhardi, Egiſhemii & Dagsburgi Comitis, filiam, (*h*) in matrimonium duxerat.



(*p*) Loco cit. & ad An. MXXIV.
(*q*) Peculiaris Wormatienſis Ducatus, à Franciæ Orientalis Ducatu diſtinctus, nullus unquam fuit, ſed Duces Franciæ, à ſua, quam Wormatiæ habebant, habitatione Wormatienſes ſunt dicti. KOELER in præfat. ad Diſſ. *de Familia Aug. Franconica.*
(*r*) FRODOARDUS *Annal.* ad An. DCCCCLIII. pag. 185. ſq.
(*s*) REGINONIS Continuator pag. 79. Moguntiam *metropolim Francie*, regiamque civitatem appellat.
(*t*) WITICHINDUS Lib. III. pag. 656.
(*u*) *Vita Conradi Salici* pag. 425.
(*x*) Lib. V. pag. 370.
(*y*) In diplom. privileg. BURCHARDI Epiſc. Wormat. *Libris XX. Decretor.* pag. 3.
(*z*) Charta fundat. in *Auffführung der Hochfürſt-Speyeriſchen Landesfürſtlichen gerechtſamen über Gerichtshauſen u. S. Lamprecht*, in Probat. num. 1. Initium & finem ejus jam dederat GUILLIMANNUS *de ſtemmate Conradi Salici*, in SENCKENBERGII *Selectis Juris & Hiſtor.* Tom. III. pag. 232.
(*a*) SCHANNAT *Hiſtor. Epiſc. Wormat.* Cod. Probat. num. 29.
(*b*) Ibid. num. 30. & 31.
(*c*) Ibid. num. 41.
(*d*) Ibid. num. 48. DITMARUS in fine Libri V. pag. 376. ita canit:
„ Urbs Wormacenſis gaudet temporibus iſtis
„ Libertate ſua, cujus manebat in umbra
„ Hactenus, atque Ducum fuerat ſub lege ſuorum &c.
(*e*) *Hiſtor. Palat.* Cap. VII. pag. 181.
(*f*) DITMARUS Lib. IV. pag. 349.
(*g*) Qui ſeculo ſequenti adhuc ſuperſtes erat. Annus mortis Heinrici verbis NECROLOGII FULD. nititur, quo *Heinricus Dux* An. DCCCCLXXXIX. obiiſſe annotatum.
(*h*) Vid. ſupra pag. 495. fin.

## §. CCCXX.

### Conradus III.

Conradus II. Imp. cognomine Salicus, ex Ducali Franciæ orientalis ſtirpe ortus, num Ducatum hunc, antequam Imperator fieret, poſt patris avique obitum adminiſtraverit, non liquet. Habuit patruum cognominem, qui Franciæ orientalis & Carinthiæ Ducatus ſimul quoque poſſediſſe videtur. Hermannus Contr. mortem ejus ad An. MXII. referens, *Ducem Carentani* eum vocat. Alibi autem *Dux Auſtraſiorum* dicitur. (*i*) Sub Auſtraſiis Franci orientales procul dubio intelligendi.

## §. CCCXXI.

### Conradus IV.

Conradi hujus filius erat Conradus ille junior, qui cum patrueli ſuo, Conrado majore, ad regnum adſpiravit Germaniæ, cui poſthabitus multas in regno turbas excitavit. A Wippone (*l*) *Cono VVormatienſis, Dux Francorum*, ipſo electionis tempore; nec non *Dux Franciæ*, (*m*) *Dux VVormatienſis*, (*n*) nuncupatur; quod fedes ejus quoque fuit Wormatia. An. MXXVII. Conradus II. Imp. ex Italia redux, „ deſcendens per Rhenum in Franciam (orientalem) venit, ibique Dux Chuno, „ patruelis ejus, prius rebellis, ſe reddidit. „ (*o*) Præter Franciam orientalem vero Alſatiæ Ducatum, à Suevico per aliquod tempus diſtractum, Conradus hic rexit, (*p*) quin etiam Ducatum Carinthiæ, quem pater ipſius ante Adalberonem poſſederat, munificentia patruelis ſui Cæſaris An. MXXXIV. accepit. (*q*) An. MXXXI. Limpurgenſe Benedictinorum monaſterium in Palatinatu, prope caſtrum Hartenburg Leiningenſium Comitum, inſtituit, præ aliis dives & nobile. (*r*) Obiit An. MXXXIX. in Italia. (*s*) Eodem anno MXXXIX. Conradus II. Imp. deceſſit. Filius ejus & ſucceſſor Henricus III. Ducatum Franciæ, morte Conradi junioris vacantem, ſibi retinuit, idemque fecit Henricus IV. unde illius ævi ſcriptor, Ekkehardus Junior, (*t*) Franciam ſiſco regio peculiariter tum paruiſſe teſtatur: “ Nondum adhuc illo rempore „ (Conradi I. Regis) Suevia in Ducatum erat redacta, ſed ſiſco regio peculiariter „ parebat, ſicut *hodie & Francia.* Procurabant ambas Cameræ, quos ſic vocabant, „ nuntii.

## §. CCCXXII.

### Conradus V.

Henricus V. Imp. Ducatum Franciæ orientalis ſuo ex Agnete ſorore nepoti, Conrado, Friderici Stauſenſis, Sueviæ Ducis, filio, circa An. MCXVI. contulit. *Francorum*, & *Francorum orientalium Ducem* Chronicon Halberstad. (*u*) Conradum hunc vocat, qui ſolium Germaniæ deinceps conſcendit, hujus nominis tertius. Conradus Urspero. (*x*) ita: “ Imperator Ducatum orientalis Franciæ, qui Wirzi- „ burgenſi Epiſcopo antiqua Regum ſucceſſione competebat, Chunrado, ſororis ſuæ „ filio, commiſit. „ Urſpergenſis, veram hujus Ducatus indolem ignorans, ſpecialem Epiſcopatus Wurzburgenſis Ducatum cum ipſo Franciæ orientalis Ducatu, confudit. (*y*) Tum itaque Franciæ Ducatus in Hohenſtaufican gentem, Ducatum Sueviæ jam ab An. MCLXXX. poſſidentem, translatus eſt, cum Conradino, ultimo hujus gentis Principe, An. MCCLXVIII. tandem extinctus. Conradus Dux cum An. MCXXXVIII. Imperator electus eſſet, Ducatum Franciæ & ipſe, uti Imperatores Salici fecerant, ſiſco ſuo regio adjecit. Alium ſane Ducem Franciæ ſub eo nullum invenies. Deceſſit An. MCLII. filium parvulum relinquens Fridericum, qui Ducatum iſtum ſub Friderico

(*i*) In *vita b. Adalberonis*, Epiſc. Metenſis, in Labbei *Biblioth. Mſſt.* Tom. I. Sect. V.
(*l*) In *Conradi Sal. Imp. vita* ap. Pistor. *Scriptor. Rer. Germ.* Tom. III. pag. 462. & 483.
(*m*) Ibidem pag. 471.
(*n*) Ibidem pag. 473.
(*o*) Ibid pag. 474. fin.
(*p*) Supra inter Duces Sueviæ & Alſat. pag. 545.
(*q*) Wippo loco cit. pag. 475. init.
(*r*) Buceline *German. Sacr.* Part. II. pag. 54.
(*s*) Hermannus Contr. ad An. MXXXIX.
(*t*) De *caſtr. Monaſterii S. Galli* Cap. I. ap. Goldast. *Scriptor. Rer. Alemann.* Tom. I. Part. I. pag. 15.
(*u*) Ap. Leibnit. *Scriptor. Rer. Brunſvic.* Tom. II. pag. 134.
(*x*) Ad An. MCXVI. pag. 197.
(*y*) Fridericus I. Imp. An. MCLXVIII. Epiſcopo Wurzburg. hac ſuper re dedit diploma, quod Leuckfeldius *Antiquit. Hiſtor.* Tom. I. pag. 255. exhibet.

Friderico I. Imp. patruo ſuo, rexiſſe putatur; hoc fundamento, quod *Rothenburgici* cognomen geſſerit, uti præcedentes Duces dicti fuerant *VVormatienſes* plerique. Sed de Franciæ Ducatu altum ubique ſilentium. Sueviæ Ducatum, eidem Friderico collatum, multi, ut ſupra oſtendimus, (z) celebrant. Poſt fata ejus Fridericus Barbaroſſa Sueviam Friderico, filio ſuo, reliqua vero defuncti beneficia & prædia Conrado, alteri filio, An. MCLXVII. contulit, (a) qui poſterior in Suevia quoque fratri ſucceſſit An. MCXCI. quinquennio poſt locum facturus fratri natu minori, Philippo, qui denique omnia ſuo ex fratre nepoti, Friderico II. Imp. hic filio Conrado IV. & nepoti Conradino, gentis poſtremo, reliquit. Libertas ergo in Franciæ orientalis Ducatus terris major, quam in aliis Ducatibus perſtitit, non tantum, quod Duces ejus, ut alii, primitus temporariam modo rerum bellicarum adminiſtrationem habuerunt, ſed eam quoque præſertim ob cauſam, quod Carolingis Regibus apud Germanos extinctis, ipſi Franciæ orientalis Duces impoſiti ſunt ſolio; quod poſt Saxones Imperatores longo tempore occupavere, Hohenſtaufios ſucceſſores habituri, qui Franciæ orientalis Ducatum cum Sueviæ Alſaticoque junxerunt; donec horum interitu formula utriusque Ducatus etiam prorſus interiit. Tum vero Status, adeoque & Duces Germaniæ, ad autonomiam & ſuprematum nondum aſcenderant; nec formula, quæ magiſtratuum eos loco conſtituit, penitus jam fuerat abolita.

# *CAP. XI.*

# SPIRIGOVIÆ COMITES ET ADVOCATI PROVINCIALES.

## §. CCCXXIII.

Causa, quæ nos ſuperius induxerat, ut Alſatiæ Ducibus Franciæ orientalis Duces ſubjungeremus, exigit nunc quoque, ut Spirigoviæ, quæ Francici Ducatus pars fuit, borealem Alſatiæ novæ partem comprehendens, Comites & Advocatos provinciales, ex chartis & ſcriptoribus, quantum fieri potuit, erutos heic loci exhibeamus, qui tanto in gurgite rari comparent, monumentorum defectu. Alſati Landgravios duos & Advocatum provincialem, tresque adeo diverſos Magiſtratus Imperii, ſimul & conſtanter habuerunt. In Spirigovia unus idemque totius Pagi Judex vel Comes aut Landgravius fuit & ſimul Advocatus.

## §. CCCXXIV.

### Werenharius.

Primus Spirigoviæ Comes An. DCCCCVI. nobis occurrit in Ludovici Infantis Germaniæ Regis, diplomate, quo quasdam juris ſui res in *Pago Spirahgowve*, in *Comitatu VVerenharii*, in loco *Titinesheim* ſitas, Monaſterio Neuhuſano donavit. (b) Comites ſec. X.

### Gerundus.

Sub Ottone I. Imp. & in ejuſdem pro conjuge ſua Adelheide charta An. DCCCCLXVIII. *Comitatus Gerungi Comitis* in Spirigovia, cis Queicham extenſus, memoratur. (c)



(z) Vid. ſupra pag. 550.

(a) Otto de S. Blasio Cap. XXI.

(b) Schannat *Hiſt. Epiſcopat. Wormat.* Cod. Probat. num. 16.

(c) Supra pag. 593. §. CCCXLVIII.

HUGO.

Sub Ottone II. Imp. Otto, Franciæ orient. Dux, in publico mallo Lutramnusforſt, in præſentia *Hugonis Comitis*, An. DCCCCLXXVII. S. Lamperti cœnobium inſtituit. (*d*)

OTTO.

Hugoni huic idem Dux Otto in Comitiva ſucceſſit ad tempus. An. DCCCCLXXXII. ſane Otto II. Imp. Eccleſiæ Spirenſi bona ad *Steinuuilri*, ad *Mundivild* & ad *Vrekkenfeld* vicos, inter Queicham & Luteram adhuc ſuperſtites, *in Pago Spirhgouui* & *in Comitatu Vurmacenſis Ottonis* confirmavit Salernæ. (*e*)

WOLFRAMUS.

Vicus Steinweiler, qui ſub Ottone I. in Gerungi Comitis, ſub Ottone II. in Ottonis Wormatienſis Comitatu erat, An. DCCCCXCII. in *Wolframi Comitis Comitatu* & in Spirigovia ponitur. (*f*)

## §. CCCXXV.

HUGO.

Comites ſec. XI. ſq. An. MLI. Henricus III. Imp. Minfeldam, Alſatiæ infra Luteram vicum, in *Pago Spirichgouue*, *in Comitatu Hugonis Comitis* collocat. (*g*)

HEINRICUS.

An. MLXV. Henricus IV. Imp. monaſterium S. Lamperti, in *Pago Spirichgauue*, in *Comitatu Heinrici Comitis* ſitum, Epiſcopo Spirenſi donavit. (*h*)

EGBERTUS.

Sub Henrico V. circa An. MCIX. EGBERTUS, Spirigoviæ Comes, in Imperiali Spirenſis civitatis palatio refedit. (*i*) Oritur hic centum & quinquaginta fere annorum hiatus, quo intervallo Hohenſtaufii, Ducatum Franciæ orientalis adepti, Comitatum Spirigoviæ quoque adminiſtraſſe videntur. Duces enim & Pagi cujuſdam Comites nonnunquam fuiſſe, ex noſtra Sueviæ & Franciæ Ducum ſerie paſſim elucet. (*i*)

EMICO.

Emico Comes Leining. Emiconi, Leiningenſi Comiti, Comitivam Spirigoviæ à Wilhelmo, Rom. Rege, An. MCCLV. commiſſam, & ſub Richardo, Wilhelmi ſucceſſore, continuatam, LEHMANNUS (*m*) docet.

HEINRICUS.

Heinr. de Banacker. Heinricus de Banacker, Miles, Rudolfi Imp. nomine Judex provincialis Spirigoviæ fuit An. MCCLXXXV. (*n*) Jo. Conradus de Winsberg, Provincialis circa Rhenum, quem LEHMANNUS (*o*) ei ſubjungit, non tam Spirigoviæ, quam pacis publicæ ad Rhenum præſes fuiſſe videtur.

ADVO-

(*d*) Charta fundationis ſupra pag. 603. §. CCCXVIII. allegata.
(*e*) Conf. reliqua ibid.
(*f*) Supra pag. 193.
(*g*) Supra pag. alleg.
(*h*) In ſcripto Spir. Epiſcopi alleg. num. 2.
(*i*) LEHMANN *Chron. Spir.* Lib. IV. Cap. VII.
(*l*) Conf. ſupra pag. 541. ſq. 603.
(*m*) *Chron. Spir.* Lib. IV. Cap. VII. & XXI.
(*n*) Ibidem Cap. VII.
(*o*) Ibidem.

# ADVOCATI PROVINCIALES.

## §. CCCXXVI.

An. MCCCVI. Georgius, Comes Hirſutus, Advocatus provincialis Spirigoviæ nomine Alberti I. Imp. erat. Georgii hujus nomine Judicio provinciali prope Landaviam Simon Sleder præfuit Eques, qui Weiſſenburgenſis civitatis, forum ipſius propter privilegium de non evocando declinantes, immunitatem, inſpectis literis Imperialibus, hoc anno agnovit. (p) Georgius Comes Hirſutus.

An. MCCCVIII. *Georius*, *Comes Irſutus*, damno, à civitate Spirenſi caſtri & oppidi Germersheimenſis obſidione ſibi illato, renuntiavit. (q)

## §. CCCXXVII.

Anno ſequenti Georgius, Comes Veldentiæ, *Provincialis in Spirgovia*, & Simon dictus *Sleder*, Miles, transactionis inter Comites Bipontinos & cives Spirenſes feria ſecunda ante nativ. Mariæ, facti ſunt fidejuſſores. (r) Georgius Comes Veldentiæ.

Comes Georgius de *Feldenz*, Advocatus provincialis, non addita Spirigoviæ mentione, chartæ Scabinorum Selfenſium de Abbatiæ & civitatis Self. juribus An. MCCCX. ſigillum ſuum appendit; unde Sellam ſub Spirigoviæ, non Alſatiæ, Advocatia conſtitutam tum fuiſſe colligimus. Eodem anno Alſatiæ & Spirigoviæ Advocati, Leiningenſis & Veldentinus Comites, cum Ottone Ochſenſteinio ſuam inter Simonem Bipontinum & civitatem Argent. fidem ad ſervandam mutuo pacem interpoſuerunt.

An. MCCCXIII. Georgius, Comes Veldentiæ, *Provincialis Spirkowie*, Advocatus nempe & Comes, nomine Henrici VII. Imp. ordinationem de Judæis Spirenſibus cum civitate hac fecit. (s)

An. MCCCXV. idem à Ludovico Bavaro confirmatus Spirenſi civitati ſecuritatis ac protectionis literas præſente Ludovico Cæſare dedit, (t) à quo Judicium provinciale Spirigoviæ Germershemio tum affixum eſſe, LEHMANNUS (u) tradit.

## §. CCCXXVIII.

Prævalente mox in his oris Friderici Auſtriaci potentia, Otto de Ochſenſtein, Advocatus Alſatiæ, Spirigoviam quoque nomine ejus regendam accepit: (x) pacificationis inter Spiram & Landaviam civitates An. MCCCXVIII. & ſeq. (y) nec non inter Leopoldum, Auſtriæ Ducem, & urbem Spirenſem, quam ille obſederat, An. MCCCXX. promotor & teſtis. (z) Spira nempe pro Ludovico, Landavia, Spirigoviæ oppidum, pro Friderico ſtabat; unde Advocati provincialis & Judiciorum Spirigoviæ ſedes Landavia fuerat, quum Abbas & civitas Weiſſenburg. An. MCCCXXI. de jure piſcationis in Lutera transegiſſent. (a) Otto de Ochſenſt.

## §. CCCXXIX.

An. MCCCXXXII. Wernerus Knebel Advocatus Spirigoviæ & Vicedominus Palatinus Neoſtadii erat: teſte charta, qua urbem Spirenſem à damno, ſibi ac Principibus ſuis, Palatinis Comitibus, armis nuper illato, abſolvit. (b) Advocatiam Spirigoviæ Palatinis tum à Cæſare traditam fuiſſe, hæc & alia anni ſequentis charta indicat, qua Johannes Trepler, Eques, Rudolphi & Ruperti, Ducum Bav. & Comitum Palatinorum, nomine Judicium provinciale Ludovici Imp. Neoſtadii ſe habuiſſe, perſcripſit. (c) Wernerus Knebel.



(p) Charta die Martis ante S. Thomæ An. MCCCVI. data, quæ incipit: *Ich Simund Sleder, Ritter, der da beſitzet das Landgericht by Landawe von der Ritwengraven Gevrigen wegen, der da ein Landfont iſt in Spirgowe von des Rom. Konig Albrechts wegen.*

(q) LEHMANN Lib. VII. Cap. IX.

(r) Ibidem.

(s) Ibid. Lib. VII. Cap. XLII.

(t) Ibid. Cap. XXII. & Lib. IV. Cap. VII. ubi: *Wir Georie der Grafe von Veldenz, des Edelſten Herrn Ludwigs des Rom. Kunigs Landvogt im Spirkowe.*

(u) Lib. VII. Cap. XXII.

(x) Vid. ſupra in Advocatis Alſat. pag. 563.

(y) LEHMANN Lib. VII. Cap. XXIV.

(z) Ibid. Cap. XXIII.

(a) Ubi: *Herr Otten von Ochſenſtein Landvoud des Heyligen Richs in Elſaſſ u. in Spirkowove.*

(b) LEHMANN Lib. VII. Cap. XXIX. ubi: *Ich Werner Knebel, Landtvigt in Spirgau u. Vitztum zu der Nuvenſtatt.* Dat. Sabbato ante feſtum Simonis & Judæ An. MCCCXXXII.

(c) Idem Lib. IV. Cap. VIII. ubi: *Ich Johann der Trepler ein Ritter . . . ſaſſ von ſuiner gnedigen Herrn Herzog Rudolffs u. Herzog Ruprechts . . . wergen in des Durchl. Keyſer Ludewigs von Rome Lant-Gericht zur Nuvenſtatt.*

## §. CCCXXX.

Joh. de Lichtenb.

Alſatiæ & Spirigoviæ Advocatum, Johannem de Lichtenberg, Decanum Eccleſiæ Argent. ad An. MCCCXLVII. nos ſupra (*d*) protulimus.

Eodem anno Carolus IV. Imp. promiſit, nullum Spirigoviæ Advocatum à ſe poſthac conſtitutum iri, niſi qui civitatis Spirenſis jura & privilegia ſe ſervaturum adjuret. (*e*)

An. MCCCXLIX. idem Cæſar, Moguntiæ verſatus, Epiſcopatus Wormat. jura Ruperto Palatino, Wirtenbergæ Comitibus, & Advocato provinciali Spirigoviæ, præſenti atque futuro, (*f*) cuſtodienda commendavit.

Nondum itaque tum abrogata erat Spirigoviæ advocatia, quamvis hoc & ſequenti tempore Advocati nomen non amplius, quantum equidem novi, occurrat. Lehmannus (*g*) jam ab An. MCCCXLVII. Advocati Spirigoviæ nullum ſe reperiſſe veſtigium ſcribit; nos biennio ſerius Advocatiæ Spirigoviæ interitum ponimus.

## §. CCCXXXI.

Advocatiæ interitus.

Interitus ratio in Imperialium domaniorum ac jurium, quæ Advocatus adminiſtraverat, alienatione quærenda. Quidquid enim terrarum in iſto Spirigoviæ Pago ad fiſcum Imperialem ſpectaverat, nimia Ludovici Bavari & Caroli IV. in Palatinos propenſione alienatum eſt. Omnem fere inter Queicham & Luteram tractum, qui inſignis veteris Spirigoviæ pars fuerat, Gutenbergenſem, (*h*) Neocaſtellanum, (*i*) Wegelnburgenſem, (*l*) Trifelſinam, (*m*) Billigheimenſem (*n*) Præfecturas complectens, una cum Germersheimio (*o*) & Falckenburgo, trans Queicham ſitis, Rudolfus & Rupertus fratres, Electores Palatini, à duobus iſtis Imperatoribus acceperunt in pignus; poſtquam Landavia civitati Spirenſi jam oppignerata fuiſſet, oppigneranda mox Spirenſium Epiſcopo. (*p*)

Oppignerationes hæ terrarum & jurium in iis Imperialium, Proceribus Imperii factæ, Advocati Imperialis munus magis magisque debilitarunt, tandemque extinxerunt omnino. Nec enim oppida, nec caſtra, nec vici, in quibus hoc munus exercebatur, remanſerant. Poſt multas Imperatorum alienationes bonorum Imperii, decem tamen in Alſatia Civitates & inſignis vicorum numerus in Imperii permanſerunt domanio. Spira, libera civitas, Pagi Spirenſis caput, ut Argentoratus in Alſatia, ab Advocati provincialis poteſtate ſemper fuit exemta. (*q*) Exemta quoque erant loca, ad Epiſcopum Spirenſem, ad Comites Leiningenſes, ad alios (*r*) ſpectantia, vel ſi quid juris Advocatus Imperialis in illis exercuit, negligentia Imperatorum, Statuumque induſtria paulatim interiit.

# *CAP. XII.*

# COMITES ATQUE DYNASTÆ.

## §. CCCXXXII.

Inſtituti ratio.

Rectoribus Alſatiæ, togatis atque ſagatis, Landgraviis, Ducibus, Advocatis provincialibus &c. illuſtriores Alſatiæ Gentes, in compendium contractæ, eo, quo terras illarum deſcripſimus, ordine ſuccedunt, ex quibus varii Magiſtratus, mediati

(*d*) In Advocatis Alſatiæ pag. 565.
(*e*) Lehmann loco cit. Lib. IV. Cap. VII. fin.
(*f*) Schannat *Hiſt. Epiſc. Wormat.* Cod. Probat. num. 200. p. 173. ubi: *Dem Edlen . . . unſerm Landvogt in Spirkovo, der itzuund iſt, oder ze zitten wirt.*
(*g*) *Chron. Spir.* loco cit.
(*o*) Supra pag. 190.
(*i*) Pag. 186.
(*l*) Pag. 187. ſq.
(*m*) Pag. 188. ſq.
(*n*) Pag. 183.
(*o*) Pag. 179.
(*p*) Supra pag. 401.
(*q*) Protectorium, quod Spira Palatinis & Auſtriacis Principibus, Advocatiæ provincialis Alſatiæ poſſeſſoribus, præſtitit (Vid. ſupra pag. 232. §. DXXVI.) voluntarium & temporarium erat, nec ex Advocatiæ jure, ſed ex peculiaribus pactis, ſubinde renovatis, debebatur.
(*r*) Laterculum eorum dedit Lehmann *Chron. Spir.* Lib. IV. Cap. IX.

# TABULA GE

# COMITUM PH

LUDOVICUS Comes Mone
Ux. Sophia Friderici II.

BRUNO † ante 1065. | LUDOVICUS 1105. | FRIDERICUS *Sator Comitum Lucelburg.* de quibus pag. 617. | THEODORICUS & Montisbeliard. Ermentrudis filia

LUDOVICUS Com. Monc. 1096. | WILHELMUS 1105. | HUGO 1105. | THEODORICUS II. *Sator Comitum Montisbeliard.* | FRIDERIC Comes Phir ring. Duc.

LUDOVICUS I. Comes Phirretarum 1168. † poſt

LUDOVICUS. | FRIDERICUS II. Comes 1197. † 12 phania. 2) Helwigis filia Eginonis C

LUDOVICUS d. *Grimmel* parricida † poſt 1270. | ULRICUS I. Comes, Advocatus provinc. Alſ. 1213. ras ſuas Eccleſ. Baſil. offert 1271. † 1275. Ux. Agne

HENRICUS 1256. | FRIDERICUS 1268. | LUDOVICUS 1259. † ante 1269. | THEOBALDUS Comes 1275. Alſa provinc. 1292. † 1310. Ux. 1) C Waltheri de Klingen. 2) Margar.

THEOBALDUS 1279. † poſt 1306. | JOHANNES 1279. | THEOBALDUS Comes. | ULRICUS II. Comes Phirret. 1310. † Mart. 1324. ſepult. Thannis. Ux. Joh Rainaldi Com. Montisb. quæ nupſit 2) R March. Badenſi; 3) Guil. Catimeliboc.

HENRICUS Comes 1319.

Johannæ ex Ulrico Phirret. filiæ

JOHANNA ux. Alberti II. Ducis Auſtr. 1324. † 1351. unde *Auſtriaci Comitatus Phirret. heredes.*

URSULA ux. 1) Hugonis Com. Hohenberg. 2) Guilielmi Com. de Montfort. Partem ſuam hereditatis paternæ ſorori ſuæ vendit 1333.

# GENEALOGIA M

Henricus de

JOHANNES
ux. Eliſabetha Wäldne

PETRUS I. Advocatus provinc. Al Auſtr. 1455. Uxor Margaretha Rathſamh. ad Lapidem.

JO. GASPARUS, *I. Baro à Mœrſperg & Belfort* 1488. Alſatiæ 1504. † 1511. Uxor 1) Eliſabetha Com.

JO. JACOBUS I. *Baro*, Advocatus provinc. Alſatiæ 1512. Ux. Margaretha Com. Furſtenberg.

JO. WERNHERUS, Pr Eccleſiæ Baſil.

JO. JACOBUS II. *Baro*, Civis Solodur. 1574. Ux. Anna de Friedingen ad Hohen-Kraiſen.

HENRICUS d. *Schwitzer* n. 1527. † 1601. Uxor Maria à Limpurg 1560.

AUGUSTINUS, Præceptoriæ Dorolsheim. Ord. S. Joh. Commendat. 1598.

HIERONYMUS *Baro*, Dynaſtiam Mœrſperg. vendit 1582. † 1641. Ux. Maria de Heideck d. 26. Sept. 1626.

PET Mar ric

LUDOVICUS † 1604.

GEORGIUS *Baro*, uxor Dorothea Suſanna Com. à Gleichen 1619. quæ † 1638.

EGENOLFUS Eques Melitenſis.

ELISABETHA nat. 1594. nupta Wolfg. Carolo Baroni à Polheim 1629. † 1653.

JOACH Baro Truc

LUDOVICUS FRIDERICUS, *Comes à Mœrſperg, Baro in Belfort*, Dynaſta in Blanckenhain & Cranichfeld 1648.

SOPHIA DOROTHEA nupta Chriſtiano Gunthero Com. in Schwarzburg-Arnſtadt.

*Ad Pag. 609.*

# NEALOGICA

# RRETENSIUM.

nis & Barri 1051. † poſt 1065.
ucis Lothar. filia † 1093.

Comes Moncionis poſt 1102. Uxor lh. II. Burg. Com.

MATHILDIS 1105.

SOPHIA 1105.

BEATRIX ux. Bertoldi Zaring. † 1092.

I. Comes Montisbel. uſque ad 1125. inde t. † poſt 1160. Ux. 1) Petriſſa Bertoldi II. Za- , 2) Stephania Gerhardi Com. Egish. filia.

STEPHANUS Met. Epiſc. 1120. † 1163.

RAINALDUS STRABUS *Sator Comitum Barrenſium.*

188. Ux. Richenza filia Wernheri III. Comitis Habsburg.

Ux. 1) Ste- . Auracenſis.

HELWIDIS.

THEOBALDUS Comes 1102. Uxor Catharina.

ALBERTUS † poſt 1241.

BERTOLDUS Epiſc. Baſil. 1250. † 1262.

ALIS ux. Theodorici III. Com. Montisbel.

Advocatus harina filia Blanckenb.

ADELHEIDIS ux. Ulrici de Regenſperg.

N. uxor Conradi Wernheri de Hadſtatt, † 1276.

N. ux. Dynaſtæ Horburg.

l. 15. na fil. dolfo niti.

JOHANNES † 1312.

SOPHIA ux. Ulrici Com. Wirtenberg.

HERZLANDA ux. Ottonis de Ochſenſtein † d. 3. Apr. 1317,

Johannæ ex Rudolfo Bad. filiæ

MARGARETHA ux. Friderici Marchionis Badenſis, Præfecturæ Hericurt. heres.

ADELHEIDIS ux. Rudolfi Weckeri March. Badenſis, Dynaſtiæ Belfort. heres.

# ERSPERGENSIS.

orsberch 1271.

de Mœrſperg
a de Freunditein 1403.

atiæ

CONRADUS Advocatus Delenſis 1445. Ux. Clara ab Andlau.

dvocatus provinc. Auſtriacus 1487. & Imperialis ubing. 2) Helena Com. Sonnenberg.

epoſitus 19.

JOHANNES *Baro* nat. 1473. † 1528. Ux. Johanna Com. Silveſtris & Rheni.

FRANCISCUS *Baro* † 1555. Uxor Barbara de Pfirt, Wilhelmi Comitis de Lupfen vidua.

TUS II. *Baro* 1583. Uxor garetha Furſtenberg. Hen- Com. de Lupfen vidua.

JO. FRIDERICUS I. *Baro* 1583. † d. 7. Febr. 1614. Uxor Margaretha de Gleiſpurg.

MUS CHRISTOPHORUS 597. & 1607. Uxor N. deſſia à Waldpurg.

FRIDERICUS II. *Baro*, Ux. Felicitas à Trautmansdorf.

JULIUS NEIDHARTUS, *Comes à Mœrſperg*, Conſiliar. intim. Ferdinandi II. Imp. Proprætor & Magiſter Pal. Styriæ 1627. † 1642. Ux. Maria Sidonia ab Eggenberg 1615.

ELEONORA, ux. Baronis à Dietrichſtein.

JO. ULRICUS *Comes* Propræt. & Magiſter Palatii Styriæ 1686.

MARIA EUSEB. ux. N. de Dietrichſtein.

# INSIGNIA COMITUM ET DYNASTARUM ALSATIÆ EXTINCTORUM.

## I. ALSATIÆ SUPERIORIS.

1. PFIRT
2. MOERSPERG
3. HORBURG
4. BOLLWEILER
5. RAPPOLTSTEIN
6. GIRSPERG

## II. ALSATIÆ INFERIORIS.

7. DAGSBURG
8. LUTZELSTEIN
9. OCHSENSTEIN
10. GEROLSECK
11. HUNENBURG
12. LICHTENBERG
13. FLECKENSTEIN
14. ETTENDORFF

mediati ac immediati, nonnunquam defumti, quæque propriis viribus fubnixæ infigni apud populares fuos auctoritate pollebant. Gentes hæ, nunc omnes extinctæ, diverfis Comitum atque Dynaftarum inclaruerunt nominibus, in ceteris inter fe fuerunt æquales; nifi quod aliæ præ aliis ditiores eſſent, adeoque potentiores. Comitum axionia illis inhæfit, quibus aliquando Comitatus fifci à fummo imperante commiſſus fuerat ad tempus, uti Zaringenſes ob Carinthiæ Ducatum, olim poſſeſſum, Duces; Badenſes & Hachbergenſes Marchiones ob Marchiam Veronenſem olim adminiſtratam, Marchiones dici continuarunt, quamvis Ducatu & Marchionatu carentes. Comites itaque ſine Comitatu fifci revera erant Dynaſtæ, neque terras ſuas Comitatus nuncuparunt, ſed Dynaſtias. (*r*) Hujus generis, præter Egisheimenſes & Dagisburgenſes, ex Etichonis, antiquiſſimi Alſatiæ Ducis, ſanguine ortos, quos ſupra tractavi, (*s*) Alſatia ſuperior Phirretenſes & Horburgenſes; inferior Lucelburgenſes & Lucelſteinenſes Comites habuerunt.

Comites hos atque Dynaſtas excipient inferioris ordinis Nobiles, qui à ſervitiis bellicis *Milites*, *Armigeri*, à geſtis in Procerum aulis muneribus *Miniſteriales*, vocari ſolebant. Magnum eorum numerum in Alſatia viguiſſe, ex catalogo infra adornando patebit.

## I. IN ALSATIA SUPERIORE
# COMITES PHIRRETENSES.

### §. CCCXXXIII.

Auctor hujus gentis erat *Fridericus*, Theodorici I. Montionis, Barri & Montisbeliardæ Comitis filius, Theodorici II. à quo Montisbelia:denſes, & Raynaldi Strabi, à quo Barrenſes Comites deſcendunt, nec non Stephani, Epiſcopi Metenſis, frater; (*u*) qui, quod ſingulare eſt, una eademque die ſub duplici Comitis de *Monte-Biligardis* & Comitis de *Ferretis* nomine, in duobus Henrici V. Imp. diplomatibus, VI. Id. Januarii MCXXV. Argentorati datis, comparet. Poſtea vero ſemper Phirretenſem ſe Comitem nuncupavit. Ficta & fabuloſa ſunt, quæcunque de Phirretarum Comitibus ante hanc anni MCXXV. epocham narrantur à junioribus. (*x*) Origo gentis.

*Fridericus Comes de Ferretto cum uxore* ſua *Stephania & filio* ſuo *Ludovico* monaſterium Veldbacenſe An. MCXLIV. inſtituit. (*y*) Per Stephaniam hanc, Udalrici, Comitis Egisheimenſis ſororem, (*z*) defuncto fratre, Comitatus Egisheimenſis pars ad Phirretenſes pervenit. (*a*)

### §. CCCXXXIV.

Friderici filius atque ſucceſſor *Ludovicus*, in chartis illius ſeculi obvius, monaſterii Pariſienſis fundationem, ab Udalrico Egisheimenſi, avunculo ſuo, factam, An. MCLXXXVII. confirmavit. (*b*) Hunc excepit filius *Fridericus* II. ob captum prope Altkirch Henricum, Epiſcopum Baſil. pœnam magnatum *Harneſcar* meritus & à gnato ſuo *Ludovico Grimmel* An. MCCXXXII. occiſus. (*c*) Præter hunc filios reliquit *Ulricum*, Comitatus heredem, & *Bertholdum*, Epiſcopum dein Baſilienſem. Ulricus jam vivo patre Advocatus provincialis erat Alſatiæ. (*d*) An. MCCLI. cum Eccleſia Argent. de hereditate Dagisburgenſi transegit; (*e*) Abbatiæ Michelfeldenſis una cum Bertholdo fratre Epiſcopo tum auctor. (*f*) Idem Ulricus Comitatum ſuum Eccleſiæ Baſilienſi vendidit, illumque in feudum recepit, Theobaldo filio non diſſentiente. Conti-nuatio.

*Theobaldus*

(*r*) Ita Comitatus Phirretenſis ſub ipſis Comitibus ſemper dicebatur *Herrſchafft*, Dominium ſeu Dynaſtia. Vid. pag. 32. §. XLVII.

(*s*) Pag. 474 ſqq.

(*u*) Teſtis eſt ALBERICUS, Trium Fontium Abbas, *Chron.* ad An. MCLVIII. ubi: „ Epiſcopus Stephanus . . . tres habuit fratres Comites, Theodoricum de Montebeliardi, Fridericum de Ferretes, „ patrem Ludovici Comitis, & Rainaldum Strabum „ Comitem de Barro Ducis.

(*x*) Præter Ruxnerum, Modium, Bucelinum & Lazium, Urſtiſium, Stumpfium, Guillimannum & Berardinum quoque in Comitum horum originibus exponendis mugati ſunt.

(*y*) Supra pag. 451. §. DCCCXLII. coll. pag. 32. §. XLVII.

(*z*) Supra pag. 495. §. LXX. ſq.

(*a*) Uti oſtenſum pag. 71. §. CXIII.

(*b*) De hac Abbatia pag. 451. & 496.

(*c*) *Chron. Novient.* ap. MARTENE *Theſaur. Anecd.* Tom. III. col. 1156.

(*d*) Supra pag. 518.

(*e*) Pag. 71. §. CXIII.

(*f*) Pag. 452. §. DCCCXLVI.

*Theobaldus* hic patri An. MCCLXXV. (*g*) succeſſit, Rudolfo I. & Adolfo Cæſaribus carus; quorum poſterior Advocatum provincialem Alſatiæ eum conſtituit. (*h*) Vixit Theobaldus uſque ad An. MCCCX. parens *Ulrici II.* cui Herzlanda ſoror, Ottoni Ochſenſteinio nupta, jus ſuum in Comitatum Phirretarum anno ſequenti reſignavit. (*i*)

## §. CCCXXXV.

Interitus. Ulricus hic maſcula cum prole careret, An. MCCCXVIII. ab Epiſcopo Baſil. impetravit, ut filiæ, *Johanna* & *Urſula*, in terris ipſi ſuccederent. (*l*) Has vero Dynaſtia Belfortenſi per conjugem, (*m*) atque Oelenſi Auſtriacorum, quos juverat munere, (*n*) auxerat, Baſileæ An. MCCCXXIV. menſe Martio defunctus. (*o*) Johanna, filiarum natu major, Alberto II. Duci Auſtriæ, Alberti I. Imp. filio, brevi poſt nupta, terras has, ex paterna maternaque hereditate, nec non ab Urſula ſorore, Hohenbergenſis Comitis Hugonis conjuge, pactis acceptas, Auſtriacæ Genti, Landgraviatum Alſatiæ ſuperioris pridem poſſidenti, intulit omnes. Maternam vero hereditatem cum ipſa & Urſula creverunt *Margaretha* & *Adelheidis*, Friderico atque Rudolfo, Marchionibus Badenſibus, agnatis ſuis, utraque nuptæ; quas Johanna mater ſecundo poſt Ulricum marito, Rudolfo Heſſoni, Marchioni quoque Badenſi, peperit. (*p*) Tertius ejus maritus fuit Guilielmus, Cattimelibocenſis Comes, inde rebus humanis valedixit An. MCCCXLVII. quo inter quatuor filias ipſius diviſa fuit hereditas. (*q*)

Egregia Comitum Phirret. jura inſtrumentum Friderici II. Comitis An. MCCXXV. declarat, ex quo illos metallifodinæ, monetæ, inſignium largiendorum, vectigalium & tributorum exigendorum, tabellionum creandorum, ex impuro ſanguine natos legitimandi, aliisque juribus jam tum gaviſos fuiſſe apparet. (*r*) Nummorum, ab Ulrico II. cuſorum, ſpecimen inter Numiſmata exhibui. *Tab. I. Numiſm. num. 9. 10.*

Barri, Montisbeliardæ ac Phirretarum Comitibus, uti communis origo, ſic communia quoque Inſignia fuerunt, gemini nempe *Barbiones* aurei, ſibi averſi, (*s*) qui ad Barri nomen alludere videntur. *Tab. Inſign. num. 1.*

# DYNASTÆ MOERSPERGENSES.

## §. CCCXXXVI.

Origo genuis. Phirreti Comitibus Mœrſpergenſes ſubjungimus, quod eorum Dynaſtia Comitatus Phirretenſis olim pars fuit; (*t*) quodque temporis progreſſu Baronum & Comitum denique dignitate inclaruerunt.

Ex illuſtri Rupenſium Burgundiæ Comitatus, Alſatiæ vicini, Comitum proſapia Mœrſpergenſes prodiiſſe, ipſi gloriati ſunt. (*u*) BUCELINUS (*x*) *Balthaſarum*, RITTERSHUSIUS (*y*) atque SPENERUS (*z*) *Antonium* & *Walthervum*, An. MLXXXV. florentes, gentis hujus auctores producunt. In monumentis noſtris primus comparet *Henricus de Morsberch* An. MCCLXXI. quum Comitatus Phirret. & in hoc caſtrum *Morsberc* Eccleſiæ Baſil. offerretur in feudum; unde Henricum iſtum Phirreti Comitum vel vaſallum fuiſſe vel miniſterialem, ad caſtri hujus, à quo nomen ducebat, cuſtodiam devinctum, colligimus.

## §. CCCXXXVII.

Conti. nuatio. An. MCCCLXI. florentiſſima fuit Mœrſpergenſium propago. Tum enim *Henricus* & *Matthias*, agnati; *Otto*, *Henricus Niſſæ*; *Hugo* & *Werlinus*, Eberhardi filii; *Petermannus* & *Jacobus* fratres; *Theobaldus* denique, Mœrſpergenſes omnes, inter vaſallos Auſtriacos

(*g*) ANNALES COLMAR. ad h. an.
(*h*) Supra pag. 562.
(*i*) HERRG. *Geneal. Habsb.* Cod. Probat. num. 713.
(*l*) STEYERER in *Vita Alberti II. Ducis Auſtr.* col. 217.
(*m*) Johannam, Reginaldi Comitis Montisbeliard. filiam. Conf. ſupra pag. 33.
(*n*) Pag. 49. §. LXXIV.
(*o*) STEYERER loco cit. col. 221.
(*p*) STEYERER loco cit. col. 244. ſq.
(*q*) In diviſione hac Adelheidis Dynaſtiæ Belfort. partem, Margaretha Præfecturam Hericurtenſem ſortæ obtinuit. Diviſionis inſtrumenta ap. HERRGOTT num. 792. & STEYERER. col. 242.
(*r*) STEYERER loco cit. pag. 206.
(*s*) *Deux Barts adoſſez.* Conf. SPENERI *Op. Herald.* Part. II. Lib. I. Cap. LVII.
(*t*) Supra pag. 35. §. LI.
(*u*) URSTIS. *Chron. Baſil.* Lib. I. Cap. XVIII.
(*x*) *Germania Stemmatograph.* pag. 136. Opp. Parte III.
(*y*) GENEALOG. Tab. XLI.
(*z*) *Op. Herald.* Part. ſpec. pag. 641.

Auſtriacos & caſtri Mœrſpergenſis poſſeſſores memorantur. In prœlio Sempacenſi An. MCCCLXXXVI. quatuor, *Theobaldus*, *Wernherus*, *Wezelo* & *Walther* perierunt; (*a*) è quibus poſteriores duo Huningæ minoris partem minori civitati Baſil. vendiderant. (*b*) *Henricus* de Mœrſperg præſidiariis Friburgi tum erat præfectus. *Johannes* Miles caſtrum Plützhuſen An. MCCCCXXVIII. ab Epiſcopo Baſil. in feudum obtinuit. *Petrus*, Johannis filius, legationibus Cæſareis ad Turicenſes, Ducem Burgundiæ, Regemque Franciæ illuſtris, (*c*) Phirretenſem atque Delenſem Præfecturas primo, dein Belfortenſem Advocatiam, aliasque Auſtriacorum in Alſatia ſup. terras, pignori accepit; imo omni denique Alſatiæ Auſtriacæ præfectus fuit Advocatus provincialis. (*d*) Ejuſdem cura duo vici Muſig & Heidolsheim (*e*) Mœrſpergenſium patrimonio acceſſerunt.

Petri filius, *Jo. Gaſparus*, ad *Baronis* dignitatem An. MCCCCLXXXVIII. evectus, (*f*) quadriennio poſt Belfortenſem Dynaſtiam & alia, quæ ab Auſtriacis ut pignora tenebat, impetravit in feudum; unde Mœrſpergenſes deinceps Mœrſpergæ & Belfortii Baronum titulo uſi ſunt. Gaſparus præterea ſummis in Alſatia, Advocati nempe provincialis, tum Auſtriaci, tum Imperialis, (*g*) honoribus conſpicuus erat.

## §. CCCXXXVIII.

Præter *Joh. Wernherum*, Eccleſiæ Baſil. Præpoſitum, duos filios, totidem linearum auctores, *Jo. Jacobum* & *Johannem*, reliquit. Jo. Jacobus in Advocatia provinciali Alſatiæ Imperialis An. MDXII. patri ſucceſſit, (*h*) pater *Jo. Jacobi* II. atque *Henrici*, qui religionem commutaſſe videtur; Adminiſtrator Comitatus Montisbel. atque Schorndorfienſis in Ducatu Wirtenbergico Præfectus. Sub Jo. Jacobo II. Dynaſtia Belfortenſis ad Archiduces rediit. (*i*) Filius ejus *Hieronymus*, cum Henrico patruo Proteſtantium caſtra ſecutus, Dynaſtiam quoque Mœrſpergenſem An. MDLXXXII. vendidit; (*l*) atque in aula Ducis Wirtenbergenſis Mareſchallus vixit. (*m*) Natus ex eo *Georgius* Baro, ducta uxore Dorothea Suſanna, Volrathi Comitis de Gleichen filia, fortunarum ſuarum ſedem in Thuringiam transtulit, pater *Ludovici Friderici*, hujus lineæ ultimi, qui *Comitis de Mœrſperg*, *Baronis in Belfort*, *Domini in Blanckenheim & Cranichfeld*, titulo inclaruit, ultra An. MDCLXI. ſuperſtes. Sororem ejus, *Sophiam Dorotheam*, Chriſtianus Guntherus, Comes in Schwarzburg, duxerat uxorem. (*n*) Duæ lineæ.

## §. CCCXXXIX.

Johannes, Jo. Jacobi I. frater, peculiaris quoque ſtirpis conditor, ex Johanna, Johannis Silveſtris & Rheni Comitis filia, *Franciſcum* genuit, *Petri* atque *Jo. Friderici* parentem; quorum hic Conſilii militaris Auſtriaci ſub Rudolfo II. Imp. Præſes, (*o*) Gracii, Styriæ metropoli, An. MDCXIV. deceſſit; filios ibidem relinquens *Fridericum* II. & *Julium Neidhartum*, in Imperiali & Archiducum aulis clariſſimos. Poſterior ex Barone *Comes*, Proprætor Styriæ & ſummus ejuſdem Ducatus Palatii Magiſter An. MDCXXVII. lege feudali creatus, multisque in Auſtria terris, olim fiſco addictis, locupletatus fuit. (*p*) Debebat fortunam hanc ſocero ſuo, Eggenbergio Principi, qui maxima apud Ferdinandum II. Imp. gratia florebat. Julio Neidharto, An. MDCXLII. extincto, in iisdem honoribus ſucceſſit filius *Jo. Ubicus*, avi materni nomen gerens, qui ſtirpis ſuæ poſtremus poſt An. MDCLXXXVI. mortuus eſt. (*q*) Linea junior.

## HORBURGENSES COMITES ATQUE DYNASTÆ.

## §. CCCXL.

Horburgi poſſeſſores Dynaſtiæ ſuæ allodiali Comitatum quendam fiſcalem, à *Witkiſſonia* nuncupatum, (*r*) cum adjeciſſent, Comites & Dynaſtæ dicebantur promiſcue; plerumque tamen ſolo Dynaſtarum titulo contenti. Comitatus iſte fiſcalis Comites unde?

(*a*) URSYS. *Chron. Baſil.* Lib. IV. Cap. VI.
(*b*) LEU *Lex. Helvet.* voce *Mœrſperg.*
(*c*) TSCHUDI *Chron. Helvet.* Part. I. Lib. XII. pag. 403.
(*d*) Supra pag. 598.
(*e*) De quibus pag. 172.
(*f*) Conf. pag. 131. §. LI.
(*g*) Supra pag. 575. & 599.
(*h*) Ibidem.
(*i*) Pag. 54. §. LXXX.
(*l*) Pag. 35. §. LI.
(*m*) KITTERSHUS. *Genealog.* Tab. XLI.
(*n*) SAGITTAR. *Hiſtor. der Grafſchafft Gleichen* Lib. II. in fin.
(*o*) KHEVENHILLER *Annal. Ferdinand.* Append. Tom. II. pag. 198.
(*p*) Ibidem pag. 108. ubi & imago ejus exhibetur æri inciſa.
(*q*) GAUHENS *Adeli-Lex.* Tom. I. pag. 1391.
(*r*) Vid. Tom. I. pag. 662. ſq.

in Horburgi vicinia quærendus ad Ellum, ubi plurimos vicos immediatos, Comiti ſive Judici Imperiali vel à Landgravio Alſatiæ ſuperioris, vel ab ipſo Cæſare commiſſos, extitiſſe novimus. Ita Horburgenſes Dynaſtæ, provinciale vallis Leimenſis judicium, fiſcale quoque munus, exercentes, (*r*) inferiorem Landgraviatus Alſatiæ ſuperioris partem rexerunt Comites; uti in Inferioris Alſatiæ Landgraviatu Pagus Riedenſis ſub Comitatus nomine, non ab ipſis Landgraviis, ſed ab aliis Nobilibus, Landgraviorum vaſallis & vicariis, adminiſtratus fuit. (*s*) Johannem, Horburg. Dynaſtarum ultimum, An. MCCCLXXIV. Rappoltivillæ ſub dio, ad viam publicam, in cauſa teſtamentaria pro tribunali ſediſſe reperio.

## §. CCCXLI.

Genealogia gentis.

An. MCXXIII. primus Horburgenſium comparet *Chnonradus de Horeburc*, (*u*) qui biennio poſt *Comes de Horburc* nominatur. (*x*) Erneſtus & Wickerus Comites de Horeburc, in Archiepiſcoporum Mogunt. chartis circa hæc tempora memorati, non ad Alſatas noſtros, ſed ad caſtrum Horburg in Thuringia debent referri. Ex noſtris *Henricus* de Horburg circa An. MCLXXX. Baſilienſem Eccleſiam Epiſcopus rexiſſe ſcribitur. (*y*) Conradus vel *Cuno* II. cum Egelolfo de Urſelingen, primo Rappoltſteinenſi Dynaſta, An. MCLXXVIII. armis certavit. (*z*) Hujus filii fuiſſe videntur, *VValtherus* II. & *Conradus* III. qui Henrico, Regi Rom. quidquid juris in caſtro & in ſuburbio Keiſersberg. habuerant, An. MCCXXII. vendiderunt. (*a*) Uterque ſui nominis prolem reliquit; prior *VValtherum* III. poſterior *Conradum* IV. & *Bertholdum*, Lutenbacenſis primo, dein & Argentinenſis, Baſilienſis atque Colmar. Eccleſiarum Canonicum. A *nobilibus viris Dom. Conrado & Dom. VValthero de Horburc* nonnulli Milites vallis S. Amarini advocatiam An. MCCLVI. in ſubfeudum acceperunt. Triennio poſt Conradus patruelem ſuum Waltherum occidit; feudis hinc, quæ poſſederat, Lotharingicis exutus, (*b*) & profugus cum filiis, qui nonniſi An. MCCLXXVIII. cum agnatis ſuis reconciliati in Alſatiam redierunt. (*c*)

Waltherus ille occiſus, munitionis in Zellenberg auctor, (*d*) in charta Murbacenſi An. MCCLIX. *quondam Comes de Horburg* vocatur. Ex Simonis Geroldseckii ſorore filios ſuſcepit *VValtherum Simonem* atque *Burcardum*; quorum ille jus advocatiæ vallis S. Amarini An. MCCLX. in Rudolfi & Godefridi, Habsburgi Comitum, manus reſignavit; hic Richovillam An. MCCXCI. muro foſſaque munivit; (*e*) *Walther* IV. & *Burcardi* II. ex Eginonis, Friburgenſis Comitis, filia parens. Fratres hi, neſcio qua neceſſitate compulſi, univerſas terras ſuas, Horburgenſes & Richovillenſes, Ulrico, Wirtembergenſi Comiti, An. MCCCXXIV. vendiderunt; (*f*) reclamante Argentinenſi Præſule, qui ſua ſaltem feuda ſibi reddi poſtulabat. (*g*) Paulo poſt hanc venditionem Burcardo II. filius natus eſt *Johannes*, Tardus hinc, *der Spate*, cognominatus; qui bonis orbatus avitis Rappoltſteinenſem aulam frequentavit, ibique An. MCCCLXXIV. uti ſupra notatum, judicem publicum egit. Cœlebs atque improlis antiquiſſimæ Gentis Dynaſtarum feriem clauſit.

# DYNASTÆ BOLLVILLANI.

## §. CCCXLII.

Origo gentis.

Vetus Bollvillanorum traditio originem eorum à S. Apollæ patre, quem ſeculo IV. Regem Alſatiæ conſtituit, derivat. In hiſtorica autem Gentis periodo *Gerhartus de Bollenwilre* cum nonnullis *Liberis* in charta fundationis monaſterii Goldbach An. MCXXXV. primus omnium occurrit. *Petrus* Miles & *Burcardus* fratres *de Bollewilre* Bollvillam ſuam An. MCCXCV. Eccleſiæ Argent. obtulerunt in feudum. (*h*) Petrus hic in Comitum & Dynaſtarum claſſe, ante inferioris ordinis Nobiles, paulo poſt in ejuſdem Eccleſiæ vaſallorum catalogo recenſetur; Judex provincialis Alſatiæ ſuperioris cum eſſet. (*i*) A Murbacenſi Abbatia vicos Berweiler & Berolzweiler in feudum

(*r*) Supra pag. 25. §. XXXVI.
(*s*) Supra pag. 139. §. CCXVIII.
(*u*) In charta Henrici V. Imp. apud BESOLD. *Monum. Wirtenberg.* pag. 250.
(*x*) In ejuſdem Imp. diplomate ap. BERNARDIN. *Faſt. Lucel.* pag. 257.
(*y*) Ibidem pag. 31. ſed res dubia, alii quum codices Henricum hunc ex familia *Hornberg*, non Horburg, ortum eſſe tradunt.
(*z*) URSTIS. *Scriptor. Rer. Germ.* Part. II. pag. 81.
(*a*) Supra pag. 415.
(*b*) ANNALES COLMAR. ad An. MCCLIX.
(*c*) Ibid. ad An. MCCLXXVIII.
(*d*) Supra pag. 115. §. CXCV.
(*e*) Vid. pag. 76. §. CXVIII.
(*f*) Tom. I. pag. 662. §. LXXXI.
(*g*) ALBERTUS ARGENT. *de rebus geſtis Bertholdi Epiſc.* pag. 169.
(*h*) Vid. ſupra pag. 102.
(*i*) Pag. 502. §. XC.

# TABULA GE

# COMITUM ET DYNAST

CONRADUS Comes
Ux. Adelh

WALTHERUS
1153.

CONRADUS II. Do.
1178. cum Friderico
1185. † post 1196.

WALTHERUS II.
1226.

WALTHERUS III. Dom. de *Horburc*, advocatiam vallis S. Amarini Abbatiæ Murbac. reddit 1253. à patrueli suo Conrado interficitur 1259. *quondam Comes.* Uxor N. Simonis de Geroldseck foror.

CONRADU
pomelen
cum filiis
Planet. fi

WALTHERUS SYMON
Dom. de *Horburc* 1260.
† post 1271.

BURCARDUS Dom. de *Horburc* Richovillam muro cingit 1291. † post 1297.
Ux. N. Eginonis Comitis Friburg. filia.

HENRICUS
Alfatiæ orborr
rediit 12

WALTHERUS IV. Episcopi Argent. castrensis in Egish. 1297. una cum fratre terras sus Ulrico Com. Wirtenberg. vendit 1324. † ante 1329.
Ux. N. de Strasberg.

BURCARDUS II. de feudis Arg. Ecclesiæ cum Episcopo tranfigit 1329. † circa 1331. Uxor N. Johannis de Rappoltst. filia.

JOHANNE
1297.

JOHANNES II. cognom. *Tardus*, nat. post 1324. terris avitis orbatus Rappoltivillæ vivit cœlebs, † post 1374.

# BARONES DE B

GERHARTUS de *Bi*

JOHANNES, Baro de Boll
Ux. Margaretha de Schw

NICOLAUS Oenipont. & Constantiæ Rector 1549. Baro vallis Vilerensis 1554. Advocatus Provinc. Alsatiæ 1561. † d. 8. Mart. 1588. Ux. Dorothea Com. de Lichtenstein.

LUDOVICUS
Eques
Melit.

GEORGIUS
† Lovanii
1575.

ELISABETHA
† Monaci
1575.

MAGDALENA
ux. Wilhelmi Bar.
de Heideck † 1576.

CONSTANTINUS Baro in Bo
& Weilerthal † circa 1597. Ux.
dovica Andelotia de Chemilly 15

# NEALOGICA

*Ad Pag. 612.*

# ΓARUM DE HORBURG.

de *Horburc* 1125.
lheidis.

om. de *Horenburc*
) I. Imp. Colmariæ

ALBERTUS in Abbatia Lucell. ſepultus.

CONRADUS III. Dom. de Horb. 1215. † poſt 1244.

)US IV. Dom. de *Horburhc*, junior dictus 1244. :m ſuum occidit 1259. unde feudis privatus & is Alſatia extorris. Uxor N. Ulrici Comitis filia.

BERTOLDUS Eccleſiæ Lutenbac. Præpoſitus, Baſil. Argent. & Colm. Canonicus † 1296.

. 1244.
tis 1259.
278.

ALBERTUS de *Horburc Domicellus* 1260. in Alſatiam redux 1278.

es

SOPHIA uxor Burcardi jun. de Hoheuſtein 1295.

tus

# OLLWEILER.

*re*, Liber, 1135.

llweiler 1547.
auenburg.

CHRISTOPHORUS.

JOHANNES Caroli V. Imp. Dapifer, Philippi II. Regis Hiſp. Pincerna, Cameræ Imp. Præſes † d. 31. Mart. 1585.

lollw.
c. Lu-
1590.

RUDOLFUS Baro, Ferdinandi Archid. Mareſchallus, Alſat. Auſtr. Advocatus provinc. 1601. † 1616. Ux. Dorothea de Thun.

MARGARETHA, terrarum Bollvillenſium heres, Ux. Jo. Erneſti Comitis à Fugger.

# SER

# DYNASTARUM RAPP

EGELOLFUS I. de
Uxor Gerv

EGELOLFUS II. de Rappoltſt. † 1222.

ANSELMUS I. de Rappoltſt. c. Sig
1214. † poſt 1230. Ux. Sigiburga
fatiæ Landgravia.

ULRICUS II. de Rappoltſtein, cogn. Senior
† ante 1276. Ux. NN. de Caſtres † 1281.

ULRICUS III. cogn. Junior
† poſt 1277.

NN. Filius. Uxor NN de
Froburg. monialis Paradiſ.

ULRICUS V. 1277.
† 1283. Ux. Adelheidis de Geroldseck.

HERMANNUS
1277. † 1291.

ANSELMUS II. c. Audax
1277. † ante 1314. Uxor
Elſa de Werd.

HENRICUS II. † 1
Uxor Sufanna de
roldseck.

HENRICUS III. de Hohenack 1294.
† 1353. Uxores 1. Eliſabetha de Iſenburg. 2. Adelheyd. de Geroldseck.

ULRICUS VI.
ex urbe infer.
† poſt 1344.

JOHANNES II. in urbe
infer. 1314. † ante 1338.
Uxor N. de Thierſtein.

JOHANNES IV
ſabetha de Hoh
eck in Vufigo

JOHANNES III.
in urbe infer. †
ante 1341.

ANSELMUS III. in urbe infer. † ante 1341.

BRUNO I. † 1398. Ux. 1.
hanna de Blankenburg 2. Ag
de Granſon. & N. Concubi

JOHANNES VI. in aquis periit. Ux. Eliſabetha de Geroldseck † XIII. Kal. Martii 1441.

ULRIC. VIII.
† 1431.

JOHANNA nupta
1. Egoni de Kyburg. 2. Volmaro de Gerolds.

SCHMASSMANNUS
ſ. Maximinus I. †1450.
Ux. Elſa v. der Dick
† 1419.

BLANTZEFLOIR
ſ. Eliſabetha,
nupta Burcardo
de Vintingen.

JOSEL LA
nupta Wil
helmo de
Vergy.

CASPAR † 1457. Ux.
Imagina de Leining.

STEPHANIA & BEATRIX
Moniales Unterlindenſes.

WILHELMUS I. de Rapp. † 1507.
Ux. Johanna de Neufchatel † 1475.

HELENA
Moniales

BRUNO II. † 1513. Concubina Beatrix de...

GEORGIUS
† infans.

HELENA nupta 1478.
Henrico Comiti Lupfenſi.

ANSELMUS
† infans.

AGNES nupta
Vincentio de
Wittenheim.

WILH
Uxor
tina †.

JOHANNES. JACOBUS. NICOLAUS.

WILHELMUS III.
n. 1501. † 1519.

CATHARINA nupta
Welpho de Hohenfels † 1519.

MARGARETHA nupta
Philippo Chriſtoph.
de Lichtenſtein.

E
n
ſt

ELISABETHA n. 1523.
† 1576. nupta Joh.
de Heideck.

JOHANNES VII.
n. 1524. † 1541.

JOHANNA n. 1525. † 1589.
nupta Georg. Truchſſio
de Waldburg.

EGELOLPH
Ux. 1. Eliſab
2. Maria de

MARIA n. 1551. † 1572.
nupta 1569. Henrico
Comiti de Iſenburg.

FELICITAS
† 1566.

ELISABETHA
n. 1559.
† 1561.

CATHARINA SIDONIA n. 1560.
† 1561.

BARBARA
n. & †
1561.

ULRICH
n. 1563
† 1564

OTTO WILHELM
n. 1592. & den.
1605.

ANNA ODILIA
n. 1593. obiit
cœlebs 1661.

GEORGIUS FRIDERICUS n. 1595. † 1651.
Ux. 1. Agatha Maria Comitiſſa Hanoviæ.
2. Eliſabetha Carolina de Solms.

MARIA n.
& † 1597.

JOHA
† 163
gravia

AGATHA FRIDERICA
n. & † 1627.

AGATHA MARIA
n. 1641.
† 1647.

LUDOVICUS EBERHARDUS
n. & † 1647.

ANNA ELISABETHA
n. 1644. nupta 1658.
Chriſtiano Ludov. de
Waldeck. † 1676.

SIBYLLA CATHARINA
n. & † 1648.

WILHELMUS FRIDERICUS
n. & † 1650.

EBE
Cas
mar
16

*Ad Pag. 613.*

# POLTSTEINENSIUM.

Urfelingen 1185.
trudis.

apiens — ULRICUS I. de Rappoltſt. † ante 1226. Uxor Gutta de...
a, Al-

HENRICUS I. de Rappoltſt. 1260.

ULRICUS IV. Eques 1262. † poſt 1277. Uxor Regina de...

1313. — JOHANNES I. 1262. † 1267. — GERTRUDIS 1262. — BERTHA 1262. nupta Sigeberto de Werde Landgravio † poſt 1292.

IV. in urbe ſup. 1314. Ux. 1. Elihen-Geroldseck. 2. N. de Geroldsɔ. Ipſe obiit poſt 1357. — RICHENSA nupta Willelmo de Montfort 1315. — NN. Filia nupta NN. de Wangen. — HENRICUS IV. † ante 1318.

Jo-gnes bina. — ELISABETHA Abbatiſſa Erſtein. † 1397. — SOPHIA Monialis Alſpacens. — ADELHEYDIS † ante 1388. — HENRICUS Canonicus Argent. — ULRICUS Can. Arg. & Baſil. — JOHANNES V. 1334. † ante 1368. — ULRIC. VII. † 1377. Ux. 1. Herzlanda de Fürſtenberg. 2. Margaretha Lotharing.

ELSA nupta Jo. Ulrico de Huſſ-Iſenheim. — ULRICUS fil. naturalis. † poſt 1427. — SUSELIN filia nat. nupta Clevelino Bernhardo. — SOPHIA ux. Rudolfi de Ochſ. 1366. — HERZLANDA † 1400. nupta 1. Johanni de Habſpurg, à quo ſeparata. 2. Henr. de Sarwerd. 3. Johanni de Lupffen.

URSULA & AFRA s Alſpacenſes. — VERENA † cœlebs. — REINICHEN † infans. — SCHMASSMANNUS II. † 1517. octogenarius. Concubina Barbara de Biberach.

HELMUS II. † 1547. Margaretha Bipon. 1505. — VERENA, ELISABETHA, STEPHANIA & BEATRIX † infantes. — SEBASTIANUS exhæres 1498. † poſt 1511. — SCHMASSM. — WILHELMUS. — AMALIA.

ELISABETHA Monialis Schœnenſteinbacenſis. — ULRICUS IX. † 1531. Ux. Anna Alexandria de Fürſtenb. † 1581. — GEORGIUS † 1588. Uxor Elilabetha de Helfenſtein. — HENRICUS † infans. — JOHANNES JAC. † 1524. — KUNEGUNDA.

IUS III. n. 1527. † 1585. abetha de Sayn. † 1557. Erpach. † 1606. — MARGARETHA n. 1530. † infans. — ANSELMUS n. 1531. † 1540. — SUSANNA nata & † 1526.

EBERHARDUS n. 1570. † 1637. Ux. Anna Rheingravia de Salm in Vinſting. 2. Agatha de Solms. — ANNA ALEXANDRIA n. 1565. † 1610. nupta Philippo Wolphio de Fleckenſtein. — BARBARA n. 1566. nupta Jac. de Hohen-Geroldseck. — AGATHA nata & † 1572.

ANNES JACOBUS n. 1598. 73. Ux. Anna Claudia Rheina de Salm. — PHILIPPUS LUDOVICUS n. 1601. † 1637. Uxor Dorothea Diana Rheingravia. — CASIMIRUS n. 1604. † 1607. — EBERHARDUS n. 1606. † 1607.

ERHARD SIMIR t. & † 639. — CATHARINA AGATHA n. 1648. † 1683. nupſit 1667. CHRISTIANO II. Palatino Birkenfeldenſi. — CHRISTIAN EBERHARD nat. 1650. † 1651. — ANNA DOROTHEA nat. 1653. † cœl. 1723.

tenebat; ſuos ipſe quoque habens vaſallos; Ottonem de Hofſtetten, Militem, Johannem & Conradum de Berenfels, Armigeros, quos An. MCCCXXI. de quodam feudo ſimul inveſtivit.

## §. CCCXLIII.

Inde obſcuriores paulo fiunt Bollvillenſium res, donec ineunte ſec. XV. avitæ dignitatis inſtaurator ſurrexit *Burcardus*, Judex quoque provincialis ſuperioris Alſatiæ. (*l*) *Johannes*, Henrici filius, *Baronis* titulum, à majoribus ſuis neglectum, An. MDXLVII. ſolenni Cæſaris Ferdinandi I. diplomate ſibi ac poſteris ſuis denuo comparavit; ſeptennioque poſt non Bollvillæ tantum, ſed & *vallis Vilerenſis*, Bollvillenſibus per Auſtriacos oppigneratæ, ut ſe dicerent *Barones*, filii ejus impetrarunt; quorum natu major *Johannes*, Dapifer Caroli V. Imp. Pincerna Regis Hiſp. Cameræ Imperialis Præfes, aliisque muneribus conſpicuus, An. MDLXXXV. deceſſit. *Nicolaus* frater primo Oenipontis, dein Conſtantiæ, nuper ſubactæ, Rector, rebus feliciter ubique geſtis, gloriam & opes Domus ſuæ maximopere auxit. Inter augmenta hæc Florimontanum & Maſonianum Alſatiæ ſuperioris Dominia Auſtriaca, (*m*) Heimsbrunn & Flachsland vici, (*n*) caſtrum Altorff cum vico Medolzheim, (*o*) ipſaque Advocatia Imperialis Alſatiæ, (*p*) fuerunt; vel ære, vel Archiducum liberalitate comparata; vel ut feuda, vel ut pignora. Centi-nuatio.

## §. CCCXLIV.

Nicolao An. MDLXXXVIII. defuncto (*q*) ſucceſſerunt *Conſtantinus* atque *Rudolfus* filii, ex Lichtenſteinenſi Comitiſſa ſuſcepti, cum quibus omnis mox Bollvillana Domus interiit. Utrique ſterile, quoad mares, matrimonium. Conſtantinus, ordinis Nobilium Præfes, circa An. MDXCVII. obiit. Rudolfus, Ferdinandi Archiducis Mareſchallus primo, dein Alſatiæ Auſtriacæ Advocatus, (*r*) ditionibus ſuis Kunigsburgenſe Dominium An. MDCVI. adjecit. (*s*) Faventibus Dominis directis univerſa feuda & pignora ſua in *Margaretham* filiam, Jo. Erneſto Fuggero Comiti nuptam, An. MDCXVI. qui Rudolfo & omni Bollvillenſi proſapiæ ſupremus, transmiſit. (*t*) Interitus.

Inſignia Gentis, ſcutum cæruleum, baltheo aureo interſectum, cui tres cantherii rubri (*Chevrons*) incumbunt, Tabula noſtra INSIGNIUM æri inciſa exhibet. *Num.* 4.

# DYNASTÆ RAPPOLTSTEINENSES.

## §. CCCXLV.

Vetus & conſtans in Rappoltſteinenſi Domo traditio fuit, ſeculo XI. Rochum quendam, ex Urſinorum Spoleti Ducum ſanguine oriundum, in Alſatia exulem, caſtrum *Rochi-Spoletanum* conſtruxiſſe, quod nomen vulgus in *Rappoltſtein* corrupiſſe putatur. (*u*) A Rochi hujus fratre Urslingenſes in Suevia Duces deducunt. Opinioni huic aliquid veri ineſſe videtur. Primus ſcilicet Rappoltſteinenſis Dynaſta circa An. MCLXXVIII. inter Abbatiæ Pariſienſis benefactores occurrit *Egelolfus*, Ulrici pater. Egelolfum hunc Urslingenſem origine fuiſſe, non temere concijcimus. *Dom. Egelolfus de Urſelinge & Olricus filius ejus* in Friderici I. Imp. diplomate, An. MCLXXXV. Colmariæ ſcripto, teſtes, inter Comites & Milites medii (fuerunt enim Dynaſtæ) leguntur. Idem Egelolfus de Urſelingen An. MCLXXVIII. cum Cunone de Horburg prœlio certavit. (*x*) Horburgenſes & Rappoltſteinenſes contiguæ in Alſatia ſunt terræ; Urslinga vero in Sueviæ meditullio ſita Horburgo longiſſime diſtat; unde Egelolfum Urslingenſem, Epiſcopi Baſil. beneficio, (*y*) Rappoltſteinium eo tempore accepiſſe Origo genus.



(*l*) Supra pag. 206. §. XCVII.
(*m*) Pag. 50. §. LXXVI. & pag. 64. §. XCVIII.
(*n*) Pag. 103. init.
(*o*) Feuda ultimi Bipontini Comitis morte vacantia An. MDLXXVI.
(*p*) Vid. ſupra pag. 577.
(*q*) Monumentum ejus ſepulcrale cum fratris aliiſque gentis epitaphiis extat in Maſonis monaſterii eccleſia.
(*r*) Supra pag. 600. med.
(*s*) De quo pag. 205.
(*t*) Conf. pag. 103. §. CLXXIII.
(*u*) SPENER *Op. Herald.* Part. II. Lib. II. Cap. LXXII. PAULUS CRUSIUS in encomio Rappoltſt. *Syllogæ Numiſmat.* LUCKII præfixo. Rochus temporibus Conradi II. Imp. circa An. MXXX. ex Italia in Germaniam veniſſe dicitur, gentemque procreaſſe. At Ruxneus jam An. DCCCCXLII. in torneamento Rothenburg. Ortolphum de Rappoltſtein adduxit, quem creduli ſequentes genealogi Rocho filium aſſignavere. Ita filius toto fere ſeculo patre extiiiſſet antiquior.
(*x*) Vide in Horburgenſibus pag. præced. §. CCCXLI.
(*y*) Eccleſiæ huic Henricus IV. Imp. Rappoltſteinium An. MLXXXIV. donavit, Fridericus I. Imp. An. MCLV. reſtituit. Conf. ſupra pag. 108.

colligimus. Italicas ſuas Fridericus I. Imp. cum expeditiones ſuſciperet, ex Urslingenſibus forte aliquis Cæſareus fuit Rector Spoleti, unde de Spoletanis Rappoltſteinenſium & Urslingenſium originibus facile orta traditio ; uti Badenſes Verona ortos fuiſſe majores noſtri crediderant, Marchiæ Veronenſis Rector Cæſareus aliquandiu quod fuerat Hermannus Badenſis.

## §. CCCXLVI.

Continuatio. Egelolfo, præter *Ulricum*, filii fuerunt *Anſelmus* & *Egelolfus II.* qui *fratres de Rappoltſtein*, *Milites*, An. MCCXIX. in chartis noſtris comparent. Anſelmus *Dominus de Rappoltſtein*, in charta Murbac. An. MCCXX. occurrit. Idem & *Ulricus filius fratris ejuſdem de Rappoltſtein* jus ſuum in Keiſersberg Henrico, Rom. Regi, An. MCCXXVI. vendiderunt. (*a*) Ulricus II. hic, Ulrici I. uti videtur, filius, *Dominus de Rappoltſtein*, uxorem ex Comitum Caſtrenſium familia, Lotharingiæ Ducibus cognata, duxit, feudis hinc Lotharingicis ornatus non paucis. Erat ei frater *Henricus*, cujus neptem reputamus *Bertham* illam, quæ Henrico Sigeberto, Alſatiæ Inferioris Landgravio, (*a*) nupſit. Ulrici II. nepotes fuerunt *Ulricus V. Hermannus* & *Anſelmus II.* quos fratres Rudolfus Imp. An. MCCLXXX. homines ſuos caſtrenſes Keiſersbergæ conſtituit. Accedit his *Henricus II.* monaſterii Auguſtiniani Rappoltivillæ (*b*) & vici Bergheim, in oppidum converſi, (*c*) auctor, à quo poſtremi Dynaſtæ deſcendunt. Hermannus caſtrum in Gemar exſtruxit. (*d*) Anſelmus II. cognomine *Audax*, miſcere omnia, ipſumque fratrem Henricum Rappoltivilla ejicere auſus, duorum Imperatorum in ſe arma provocavit. (*e*) Ex Eliſabetha, Henr. Sigeberti Werdenſis, Landgravii Alſatiæ, filia, (*f*) tres quidem filios genuit, ſed ſtirps ejus non ultra nepotes fuit extenſa ; quare omnis Dynaſtia ad Henrici II. prolem pervenit, *Johannem*, *Ulrici VII.* & *Brunonis* patrem.

## §. CCCXLVII.

Ulricus VII. & Bruno. Ulricus VII. Herzlandam Furſtenbergicam primo, dein Margaretham, Duciſſam Lotharingiæ, duxit uxores, parens *Herzlandæ* ; cujus tres mariti, Johannes Habsburgi, Henricus Sarwerdæ, & Johannes Lupfenſis Comites, de hereditate Rappoltſteinenſi multum Brunoni faceſſerunt negotii. Bruno hic, in Alſatiæ Annalibus memorabilis, ab Eccleſia Metenſi Dynaſtiæ Geroldseckianæ partem, (*g*) à Wenceslao Imp. advocatiam Seleſtadii, jus cudendi monetam argenteam, aliaque privilegia impetravit ; ab eodem Wenceslao An. MCCCXC. cum Argentinenſibus, ob captum in bellis Gallicis Harleſtonium, Equitem Anglum, proſcriptus. (*h*) Ferale deinceps inter ipſum & Argentinenſes bellum exarſit. (*i*)

## §. CCCXLVIII.

Maximinus *Maximinus* ſeu *Schmaſmannus*, Brunonis filius, An. MCCCXCIX. à Philippo, Burgundiæ Duce, aulæ Pincerna conſtitutus ; ab Auſtriæ Ducibus An. MCCCCVI. provinciis anterioribus, ſub quibus comprehenſa Alſatia, Advocatus præfectus eſt. (*l*) An. MCCCCXXXIV. terras ſuas Plixburgo aliisque Imperii feudis in valle S. Gregorii adauxit. (*m*) Maximinus in eo erat, ut Catharinam Burgundicam, Leopoldi Superbi, Auſtriæ Ducis, viduam ipſe quoque viduus conjugem acciperet. (*n*) Denique Concilii Baſil. à Sigiſmundo Imp. & ipſo Concilio Protector electus fuit ; magni nominis Vir An. MCCCCL. Rappoltivillæ ſepultus.

## §. CCCXLIX.

Wilhelmus I. Ex filiis ejus *Wilhelmus I. magni* promeritus cognomen, proſapiam continuavit ; *Schmaſmannus* II. Hieroſolyma & Ægyptum An. MCCCCLXXXIII. invifit ; Caroli Audacis, Burgundiæ Ducis, antea Camerarius. Wilhelmus autem, ditionibus Auſtriacis

(*a*) Supra pag. 415.
(*a*) Vid. pag. 526. §. CXLVI.
(*b*) Supra pag. 110. §. CLXXXVI.
(*c*) Pag. 114. §. CXCII.
(*d*) Pag. 111. §. CLXXXVII.
(*e*) Chron. Colmar. ad An. MCCXCIII. pag. 53.
(*f*) Supra pag. 526.
(*g*) Vide infra in Geroldseckianis Dynaſtis.
(*h*) Koenigshov. *Chron. Argent.* pag. 755.
(*i*) Hertzog *Chron. Alſat.* Lib. IV. pag. 303. ſqq.
(*l*) Supra pag. 597.
(*m*) Pag. 120. §. CCII.
(*n*) Pag. 506. §. XCVIII.

Auſtriacis ad Rhenum An. MCCCCLXXVI. præfectus, (o) jus tranſitoriæ per omnem Alſatiam venationis à Friderico Imp. An. MCCCCLXXXI. accepit, mox & Lucelſteinenſem Dynaſtiæ Geroldseckianæ partem acquiſivit; (p) uſque ad An. MDVII. ornandæ ſuæ familiæ ſuperſtes.

At illuſtrior ipſo fuit filius *Wilhelmus* II. tribus Imperatoribus, Maximiliano I. Carolo V. & Ferdinando I. inter paucos carus; quorum res in Comitiis Imperii alibique geſſit non ſemel. Maximilianus eum vocavit *cognatum*, conſtituit Aulæ Magiſtrum, ſupremum citerioris Auſtriæ Præſidem; (q) Carolus V. aureo eum vellere An. MDXVI. condecoravit. (r) Bellicam virtutem in oppugnatione Patavii An. MDIX. & in comprimenda ruſticorum ſeditione An. MDXXV. ſatis ſuperque probavit. Pactum familiæ de feminis ad ſucceſſionem terrarum poſt maſculos admittendis An. MDXI. per Cæſarem curavit firmari. Succeſſit ipſi An. MDXLVII. *Egelolfus III.* nepos, cujus pater Ulricus IX. jam An. MDXXXI. obierat. Egelolfus hic Auguſtanæ Confeſſioni Dynaſtarum Rappoltſteinenſium primus aperte adhæſit, pacis artibus & literarum patrocinio clarus. Wilhelmus II.

## §. CCCL.

Excepit eum An. MDLXXXV. *Eberhardus* filius, magnificentia, juſtitia & literis inclytus, qui Matthiæ & Ferdinandi II. Impp. juſſu frequentes legationes, diem autem ſupremum An. MDCXXXVII. obiit. In hujus denique filiis, *Georgio Friderico* & *Jo. Jacobo*, illuſtriſſima gens periit. Prior virtutibus, quæ vitam aulicam ornant, cum paucis comparandus, ductis duabus uxoribus, Hanovienſi & Solmenſi Comitiſſis, unicam filiam, *Annam Eliſabetham*, An. MDCLI. moriens reliquit. Poſterior, à Rege Ludovico XIV. magni habitus, triſte fratris fatum quoque expertus, plures quidem utriuſque ſexus liberos ex Rheingravia ſuſcepit; ſed ante ſe, præter *Catharinam Agatham*, & *Annam Dorotheam*, omnes in infantia extinctos. Cum itaque Johannes Jacobus, axiomate *Comitis*, quod majores ejus, Dynaſtarum nomine contenti, parum curaſſe videntur, primus & ultimus gentis ſuæ uſus, An. MDCLXXIII. deceſſiſſet, de ejus hereditate ſubortæ ſunt lites. Gentis interitus.

## §. CCCLI.

Poſſederat 1.° Feuda olim Imperialia, nunc Regia, caſtrum Plixburg, vicos Ginſpach & Grieſpach; jus venationis & Magiſterii ſuper muſicos per Alſatiam; homines proprios in Sigolsheim &c. Feuda relicta.

2.° Feuda olim Auſtriaca, nunc etiam Regia, caſtra Hohenack & Judenburg cum omni valle Orbeana; caſtra Weil, Wellingen & Schaffgieſſen in Briſgovia; homines in Morſchweiler, Katzenthal &c.

3.° Feuda quædam Lotharingica.

4.° Feuda Baſilienſia, caſtra Rappoltſtein cum Rappoltivillæ oppidis; caſtrum & oppidum Wiler in valle S. Gregorii cum jure patronatus; jus patronatus & decimas in Sigolsheim &c.

5.° Argentinenſia, caſtrum & oppidum Zellenberg cum vico Bennweyer, &c.

6.° Murbacenſia, vicos Heiterheim, Weckolsheim; Walbach, Zimmerbach; caſtrum & vicum Eckerich in Leberia valle &c.

7.° Bambergenſia, decimas vini Richovillani oppidi.

8.° Paterniacenſia vel eccleſiæ S. Petri Colmar. Waſſerburgum &c.

## §. CCCLII.

At plurium Principum Rappoltſteinenſes vaſalli, ſuos quoque non brevi numero vaſallos habuerunt Nobiles, ex quibus poſt Fleckenſteinios, Bapſtios de Bolſenheim, Feſileros Vaſalli.



(o) Supra pag. 599. med.

(p) Pag. 214. CCCXCIII.

(q) Pag. 599. fin.

(r) Chifletii *Inſignia Equitum auri vell.* num. 144.

Fefsleros de Arnſperg, Fürdenhemios, Hagenbachios, Hohenfürſtios, Ingenhemios, Krantzios de Geiſpolzheim, Marxios de Eckversheim, Mittelhuſios, Pforrios, Ramſteinios, Schüzios à Traubach, Stœrios, Sturmios, Treubelios, Volzios, Uttenhemios, Weſthuſios, extinctos omnes; hodieque ſuperſunt Andlavienſes, Berghemii, Bernholdii, Berſtettii, Blixbergenſes, Bockii, Dettlingenſes, Glaubizii, Gœlnizii, Haffneri de Waſſelnheim, Hüffelii de Windeck, Kempfii de Angrætt, Landenbergii, Oberkirchenſes, Olteinii, Phirretii, Rathſamhuſii, Reinachii, Schœnavii, Sonderslebii, Waldneri, Weitershemii, Wezelii, Zornii, Zyllenhardii.

## §. CCCLIII.

**Heredes.** Quærebatur primo, feuda Rappoltſteinenſia an feminas admitterent; dein, quænam feminarum, an Georgii Friderici, an Jo. Jacobi filiæ, an æquo jure omnes, an ſola Jo. Jacobi natu major, ſuccederent? Anna Eliſabetha Chriſtiano Ludovico Comiti de Waldeck; Catharina Agatha Chriſtiano II. Principi Palatino-Birckenfeldenſi, nupſerant. Anna Dorothea cœlebs manſit, An. MDCCXXIII. demum defuncta. Imperialia & Auſtriaca feuda Ludovicus XIV. An. MDCLXVIII. Palatino in eventum mortis foceri jam contulit. Eidem, excluſis Waldecciis, poſt foceri mortem, reliqua etiam feuda cum allodiis univerſa addixit; unde Chriſtiani II. nepotes, Ducatus Bipontini poſſeſſores, terras Rappoltſteinenſes hodieque poſſident.

Dynaſtas Rappoltſteinenſes Imperio Germaniæ ſine medio fuiſſe ſubjectos, multa profecto monumenta teſtantur. Comparuerunt in Comitiis & in Matriculis Imperii, donec Auſtriacorum potentia apud Alſatas crefcente, multis per eos dignitatibus ornati ab oneribus publicis ſeculo XVI. liberati ſunt vel exempti; Procuratore fiſci Imperialis non ſemel reclamante; unde immedietas eorum manſerat in ſalvo.

*Tab. Inſign. num. 5.* In Inſignibus eorum Parmulæ tres Dynaſtiam Rappoltſtein; Corvorum capita Dominium Hohenack; Leo Geroldseckianam Dynaſtiam ad Voſagum denotant.

# DOMINI DE GIRSPERG.

## §. CCCLIV.

Girſpergenſes terræ in Dynaſtia Rappoltſteinenſi nunc comprehenſæ ſunt. (*s*) Girſpergenſes Nobiles HERZOGIUS (*t*) aliique in eandem cum Rappoltſteinenſibus Dynaſtarum claſſem reponunt. Inſtituendus itaque de illis hic ſermo. *Thetricus de Girſperc & fratres ejus* poſt Comites atque Dynaſtas Friderici I. Imp. judicio Colmariæ An. MCLXXXV. habito, *Johannes de Girſperc* Privilegio Friderici II. Imp. Molsheimenſibus An. MCCXIX. dato, interfuerunt teſtes. *Andreas Dom. à Girſperg* (*u*) An. MCCXLV. bona quædam in agro Sulzenſi pro 40. marcis, quas acceperat, Abbatiæ Murbacenſi in feudum hereditarium obtulit. An. MCCLXXIV. *Johannes, Otto & Heinricus* fratres de *Girsberc* cum Ottone de Butenheim ejuſque fratribus de nonnullis juribus in Sulzbach convenerunt. Quinquennio poſt "Domini de Girſperch „ in vigilia S. Matthæi Turinchen ceperunt & oppidum Wilre per ignem penitus „ deſtruxerunt. „ (*x*) In ſua ipſi vicſera æque ac in vicinos cum furerent, Rudolfi I. Imp. vindictam provocarunt, (*y*) ac omnibus paulatim exuti ſunt bonis.

## §. CCCLV.

An. MCCCVI. Johannes & Otto fratres caſtrum & oppidum *Wibre* in Gregoriana valle, ex adverſo caſtri Girſpurg ſitum, quantum ad ipſos ac Butenhemios ſpectabat, Advocato provinciali, Johanne de Lichtenberg, & Jo. Landgravio Alſatiæ inferioris præſentibus, Henrico Rappoltſteinenſi tradiderunt. Johanne Girſpergenſi defuncto, heres ejus Otto cum filio ſuo *Walthero* de *Gyrſperg* gentilitiam quoque hanc ſedem cum uno ex caſtris Rappoltſteinenſibus permutavit. (*z*) Waltheri iſtius filii, *Johannes, Dietricus & Otto*, Germ. *Ottemann*, An. MCCCLVI. invicem caſtrum hoc, dictum *Stein*, neque oppigneraturos, neque vendituros ſeſe promiſerunt;

(*s*) Vid. ſupra pag. 119. §. CC.
(*t*) *Chron. Alſat.* Lib. V. pag. 129.
(*u*) *Andreas Herr aus Girsberg.* Charta tabularii Murbac.
(*x*) ANNALES COLMAR. ad An. MCCLXXIX.
(*y*) Conf. ſupra pag. 119.
(*z*) De permutatione hac ſupra pag. 109. §. CLXXXIII.

ferunt; iidemque An. MCCCLXI. de agnatis suis *Ottonibus*, patre ac filio, nec non *Hemmanno de Gierſperg*, Equite, querelam in curia feudali Rappoltſteinenſi ſuper decimas Appenvillanas inſtituerunt.

An. MCCCCX. *Jo. Wilhelmus de Girſperg*, Armiger, quidquid bonorum habebat, caſtrum *Stein*, quod tum Girſperg dicebatur, vicos Walbach & Zimmerbach, Dürre-Logelnheim, curias dominicas in Wiler & Egisheim, reditus in agro Colmarienſi, Turingheimenſi &c. Schmaſmanno, Dynaſtæ Rappoltſteinenſi, pro mille aureis oppigneravit. Jus redemtionis ſibi ſoli ſervavit, non extendit ad poſteros; neque illud ad alios ſe translaturum eſſe promiſit. Sed & ipſe Gentis ſuæ poſtremus fuiſſe videtur, ab eodem Schmaſmanno Dynaſta & Johanne, Comite Lupfenſi, qui cum aliis Nobilibus bellum ei indixerant, in caſtro ſuo An. MCCCCXXII. occiſus.

Inſignia Girſpergenſia in clypeo miniato aquila alba conſtituit. *Tab. Inſign. num. 6.*

## II. IN ALSATIA INFERIORE.

# COMITES LUCELBURGENSES.

### §. CCCLVI.

Caſtrum Alſaticum *Lucelburg* (*a*) ſuos olim Comites, ut Belgicum, (*b*) habuit; at brevis eorum fuit duratio. Primus in chartis occurrit *Petrus*, filius Friderici, nepos Ludovici, Moncionis Comitum; Theodorici II. primi Montisbeliardæ, atque Friderici, primi Phirretenſis Comitum patruelis. En ſchema Genealogicum: Origo.

LUDOVICUS Comes Moncionis
An. MXXXIII. † poſt An. MLXV.
Ux. Sophia, Friderici II. Ducis Lothar.
filia, Comitatus Barr. heres † MXCIII.

THEODORICUS I. Comes Moncionis & Barri, fundator monaſterii S. Walpurgis MLXXIV. † poſt MCII.
Ux. Hermentrudis, filia Wilhelmi II. Burgundiæ Comitis † poſt MCV.

FRIDERICUS, Comes Phirretenſis MCXXV. vid. ſupra pag. 609.

THEODORICUS II. Comes Montisbel. fundator monaſterii Biblisheim † poſt MCLVI.

FRIDERICUS Comes Moncionis † MXCI.
Ux. Agnes filia Petri Comitis de Sabaudia.

PETRUS Comes Lucelburg. fundator monaſterii S. Johannis MCXXVI.

REINALDUS Comes Lucelburg. fundator Abbatiæ Neoburg. MCXXVIII. † MCXLIII.

Stemma hoc ex collatione chartarum cum illius ævi ſcriptoribus, ALBERICO præſertim, Trium-fontium Abbate, (*c*) & GENEALOGIA S. ARNULPHI, (*d*) quæ Fridericum, fratrem Theodorici de Monzuns, *Petrum de Lucelemburc* genuiſſe tradit, certitudinem acquirit. De Petri patre *Friderico Comite*, ſtrenuo Gregorii VII. Papæ aſſecla, qui filiam Petri de Sabaudia & Secuſia, Adelheidis, notiſſimæ illius Taurinenſium Comitiſſæ, neptem, (*e*) uxorem duxerat, plura refert BERTHOLDUS CONSTANTIENSIS. (*f*)

### §. CCCLVII.

(*a*) De quo ſupra pag. 599. §. CCCLXII.
(*b*) De Belgicis his Lucelburgi Comitibus, ex quibus Imp. Henricus VII. fuit, agunt CHESNIUS *Hiſt. de Luxembourg*, & VIGNERIUS *Hiſt. de Luxembourg Liney*.
(*c*) *Chron.* ad An. MXXXIII.
(*d*) Genealogia Regum ac Principum uſque ad tempora Ludovici VII. Galliæ Regis, ap. DU CHESNE *Scriptor. Rer. Franc.* Tom. II. pag. 641.
(*e*) GUICHENON *Hiſt. de Savoye* Tom. I. pag. 202.
(*f*) Ad An. MXCI. pag. 367.

## §. CCCLVII.

Petrus. Petrus circa An. MCXXV. consentiente conjuge sua *Itta* & unico filio *Regenhaldo*, S. Gregorio Martyri in Nigra silva prædium donavit in Vogeso, unde Partheno S. Joh. Bapt. exstrueretur. (*g*) Ex familia *Comitis Petri de Luzelenburg* Hartmannus facerdos prædium Harthusen Ecclesiæ Argent. donavit; quod inscio se factum Petrus improbavit; *Comitis de Falckenstein* quoque nomine insignitus. (*h*)

Reinaldus. *Regenhaldus* sive *Reinaldus*, Petri filius, An. MCXXVIII. in fundo suo monasterium Neoburgense ord. Cisterc. fundavit, in cujus ecclesiæ choro monumentum ejus sepulcrale extabat; in quo *Dom. Reinoldus Comes nobilissimus de Luzelnburg fundator hujus monasterii* An. MCXL. obiisse legebatur. Sed in anno mortis erratum esse, Maurimonasterii membrana, monumento illo vetustior, docet; qua *Comes Regenoldus Comitis Petri de Luzelburg filius*, à Theodewino Episcopo, summi Pontificis Legato, An. MCXLII. anathematis vinculo constrictus, annoque sequenti mortuus proditur, postquam Maurimonasterio prædium Loubach in sacro nemore donasset. Reinaldo sine prole defuncto, Stephanus, Metensis Episcopus, patris ejus patruelis, castro Lucelburg potitus, id Ecclesiæ suæ bonis adjecit. (*i*) Superstunt adhuc Lucelburgenses Nobiles, ab eodem castro nomen ducentes, è quibus *Hermannus de Lucelnburch*, Miles; An. MCLXXXIX. in Conradi, Episcopi Argent. charta Neoburgensi testis memoratur.

# COMITES LUCELSTEINENSES.

## §. CCCLVIII.

Origo Gentis. Primus hujus Gentis in periodo historica (incertos enim rumores (*l*) omittimus) nobis occurrit *Hugo Comes de Lucelenstein*, diplomatis Neoburgensis An. MCCXVI. testis; qui quadriennio post Ecclesiæ Argent. præsente fratre suo, nobili viro, Dom. *Cvonrado de Ryse*, castrum *Lutzelnstein* in feudum obtulit. (*m*) Illustris Dynastarum Ristensium profapia, à Lucelsteinensi descendens, in Lotharingiæ partibus diu post floruit. (*n*) Hugo noster *Comes Parve Petre* in literis An. MCCXXXIX. enuntiatur. (*o*)

Successit ei *Hugo* II. filius, qui An. MCCLXVII. Conradi Militis de Lutzelstein, *fessionavi* vel castrensis sui, donationem monasterio Wernerivillar. prope Bipontium factam, confirmavit; pater *Hugonis* III. qui cum *Nicolao* & *Philippo* filiis An. MCCXCIX. comparet. Nicolaus cum Walthero Geroldseckio & Wilhelmo de Wasselnheim, imo etiam cum civitate Argentinensi bellum gessit, laudo Johannis Episcopi An. MCCCXVI. compositum, quo ipse Dynasta, non Comes, Lucelsteinensis appellatur. (*p*)

## §. CCCLIX.

Continuatio. Nicolaum excepit *Volmarus*, quem *Domicellum Volmarum de Lutzelnstein Comitem*, ut Lucelsteinium castrum ex veteri pacto feudali sibi traderet, Episcopus Argent. gravi bello implicitus, An. MCCCXXXIX. interpellavit. Volmari proles, *Henricus* atque *Burcardus*, magnum in gentis suæ annalibus locum occupant. Henricum Roberti, Ducis Barrensis, in bello cum Metensibus gesto, An. MCCCLXX. primarium deprehendimus socium. (*q*)

Ab Episcopo Metensi plures vicos Westrasiæ An. MCCCLXXXIII. in feudum recepit; (*r*) postquam allodialem Dynastiæ suæ partem Imperio Germaniæ reddidisset feudalem; novo telonio & jure conductus per montana Vogesi à Wenceslao Imp. hinc

(*g*) Vide supra pag. 450.

(*h*) In notitia ejusdem donationis, quæ in chartulario Neoburg. servatur.

(*i*) Testis est antiqua Episcoporum Metens. historia apud CALMET *Hist. de Lorraine* Tom. I. Probat. col. 63.

(*l*) Intelligo Ruxnerum & ejus sequaces. CASSARUS in *Annal. Augustburg.* ap. MENCKEN. *Scriptor. Rer. Germ.* Tom. II. col. 1421. Conradum Comitem à Lucelstein, Alsatam, An. MCL. Ecclesiæ Augustanæ præfuisse tradit.

(*m*) Conf. supra pag. 196.

(*n*) Agit de illa CALMETUS *Hist. de Lorraine* edit. novæ Tom. VII. *Dissert.* col. 140.

(*o*) SINCKENBERG *Parerga Gatting.* Tom. I. Lib. II. pag. 109.

(*p*) *Der edel mannne Niclausse Herre vons Luzelnstein.*

(*q*) CALMET *Hist. de Lorr.* Tom. II. Probat. col. 654. ubi Robertus Dux eum vocat *notre ami cousius Monsegneur Henry Comte de Petite pierre.*

(*r*) MEURISSE *Hist. des Evêques de Metz* pag. 528.

# TABULA G

# COMITUM LU(

HUGO Comes de *Lucelenſtein* 1216.
fuum Luceſit. Eccleſiæ Argent. offer

HUGO II. Comes 1267. Ux. Eliſabetha de

SUSANNA ux. Wilhelmi Boſſel de Lapide 1271.

JUTTA ux. Eberhardi de Ettendorf 1271.

CUNEGUNDA ux. Henrici de Plawe 1271.

HUGO III. Comes 1299.

NICOLAUS Comes, cum cicitate Argent. pacem

VOLMARUS Comes 1328. ab Epiſcopo Met. Præfecturam
1346. † poſt 1367. Ux. Adelheidis de Vinſ

WALPURGIS ux. Friderici de Geroldseck.

HENRICUS Comes terras ſuas Imperio Germ. nexu feud. ſubjicit 1382. fit Dynaſta in Gerolds. ad Voſag. 1391. † 1394. Ux. Margar. Rudolfi March. Bad. filia, Godofr. Lein. Com. vidua.

BURC
1394.
Holtz

ELISABETHA uxor Johannis Comitis Leininga-Rix. 1382.

FRIDERICUS Comes † 1403.

JACOBUS C
1432. turbat
ejicitur terra
Ux. Walpur

# DYNASTÆ A GER

OTTO

OTTO II. de *Geroldſecko* 1141. Advo
S. Stephani Argent. & Maurimonaſt.

OTTO III. de *Geroldsecke* 1187.

BURCARDUS II. 1187. Advo
catus de *Geroltsecheche* 1238.

BURCARDUS III. 1236. † ante 1262.

SYMON Dom. de Geroldsecke 1236.

WALRAMUS † 1296. Ux. Alix de *Lupy*, Dom. de *Guercy*.

BURCARDUS IV. Dom. de Gerolds. 1267. † poſt 1301.

ROBINUS 1302.

SYMON II. 1287.

WALRAMUS III. 1294. 1310.

GOBERTUS 1294.

SUSANNA ux. Henrici de Rappoltſtein 1291.

HUGO I. 1320. 1349.

EGENO † ante 1364.

JOHANNES d. *Steinfeler* † 1364.

HUGO II. 1337. accédit paci caſtr. in Steinfel cum fratribus 1366.

SYMON III. Canonicus Argent. 1349. 1364.

JOHANNE 1362.

VOLMARUS 1381. † circa 1390. Ux. Johanna de Rappoltſt.

ADEL
ux. Erl
Wang

# ENEALOGICA

# CELSTEINENSIUM.

*
*

castrum t 1220. — CONRADUS nobilis vir de Ryſte 1220.

Sarœponte.

EMECO 1271. — SIMON 1271. & 1276. — MATHILDIS ux Henrici de Fleckenſtein 1271.

facit 1316. — PHILIPPUS 1299.

arburg. pignori accipit ingen.

ARDUS Comes, Præpoſitus Eccleſ. Arg. in Epiſcopum electus ſuccedit in Comitatu fratris filio 1403. † 1418. Ux. 1) Agatha de ſels & Reipolskirchen † d. 15. Apr. 1415. 2) Anna de Viler 1415. † 1418. — VOLMARUS Com. Decanus Eccleſiæ Argent. 1395. — MARGARETHA Abbatiſſa Erſtein.

mes de feudis Met. inveſtitur moliens à Friderico Palatin. fuis 1452. † in exilio 1456. gis de Blamont, — WILHELMUS Com. fata fratris ſecutus † 1460. gentis ſuæ poſtrem. — JOHANNA ux. Francſci *de la Palu*, Com. Rupenſis & Dom. de Varambon 1432. † ante 1456.

PHILIBERTUS PHILIPPUS *de la Palu* &c. jure materno ſuccedit in Dynaſtia Geroldseck, quam filius ejus Claudius Rappoltſteinenſibus vendit 1485.

# OLDSECK IN VOSAGO.

de *Gerolzeg* 1127.

catus 1160. — BURCARDUS 1141. — DIETERICUS 1127.

HENRICUS de *Geroltzecke* 1209.

HENRICUS Epiſcopus Arg. 1263. † 1273.

WALRAMUS II. † 1294. Ux. Irmengardis de Luppe. — N. ux. Waltheri III. Dom. de Horburg.

GEBHARDUS 1294. 1314. — ERBINUS 1294.

JOHANNES † 1359. — WALRAMUS Abbas Maurimon. 1340. † 1378.

III. FRIDERICUS 1362. † poſt 1369. Ux. Walpurgis de Lucelſtein. — ELISABETHA ux. Henrici de Lichtenb. 1337.

HEIDIS ardi de n 1392. — CUNEGUNDA ux. Rudolfi de Ochſenſtein 1381. — CATHARINA.

hinc auctus. Itinerum fecuritati profpecturus caſtrum prædatorium Weſtraſiæ deſtruxit. (*r*) An. MCCCXCI. cum dimidia Dynaſtiæ Geroldseckianæ parte, Metenſis Epiſcopi beneficio, Dynaſtiæ hujus axioma Comitibus Luceſteinenſibus acceſſit. (*s*) Henricus Comes ex Margaretha, Rudolfi Marchionis Badenſis filia, *Fridericum* quidem filium reliquit, ſed paulo poſt patrem circa An. MCCCCIIL extinctum; unde omnis Luceſteinenſis hereditas ad Burcardum, Henrici fratrem, pervenit.

## §. CCCLX.

Burcardus hic, Eccleſiæ Argent. Præpoſitus, oblatum ſibi Epiſcopatum ea lege abdicaverat, ut ex terris Epiſcopalibus Mundatum Rubeacenſe ſervaret. (*u*) In Comitatu Luceſteinenſi ſuccedens, ne gentis ſuæ poſtremus eſſet, Pontificis Rom. conſenſu bis nuptias celebravit; factus hinc pater *Jacobi*, *Wilhelmi* & *Johannæ*, quos An. MCCCCXVIII. decedens ſub Electoris Palatini tutela impuberes reliquit. Hi quum adoleviſſent, armis in vicinos converſis, omnium in ſe odium concitarunt; graves temeritatis ſuæ pœnas daturi. An. MCCCCXLVII. ab Eberſteinenſi Comite adjuti Fridericum, Biteníem Comitem, caſtro ſuo & terris ejecerunt. Oppreſſis in auxilium veniunt Lotharingus, Palatinus, Naſſovii, Leiningenſes, à quibus Bitis & Luceſteinium expugnantur. Petunt & accipiunt victi pacem, (*x*) at brevi poſt Luceſteinenſes, Ludovici IV. Electoris Palatini morte audaciores facti, ſucceſſorem ejus Fridericum Victoriosum novis injuriis imprudenter fatigant. Hæc cauſa fuit obſidionis Luceſteinii An. MCCCCLII. à Palatino ſuſceptæ, qua pulſi Comites in avitam hanc gentis ſuæ ſedem nunquam redierunt. (*y*) Manſit illis Geroldseckianæ Dynaſtiæ pars cum reliquis Eccleſiæ Metenſis feudis, de quibus Wilhelmus, mortuo Jacobo fratre, An. MCCCCLVI. inveſtitus eſt. Sed & Wilhelmus quadriennio poſt interiit; Luceſteinenſium Comitum poſtremus. Philibertus Philippus Paludanus, Rupenſis Comes & Varambonii Dominus, (*z*) Wilhelmi ex Johanna ſorore nepos, omnem tum hereditatem avunculi, feuda Metenſia & quæ Palatinus abſtulerat, poſtulavit. Sed vix Metenſia nactus eſt, cetera filiis ſuis omni modo repetenda commendavit. (*a*) Metenſia à Varamboniis An. MCCCCLXXXV. conſenſu Domini directi Wilhelmo, Rappoltſteinenſi Dynaſtæ, vendita ſunt. (*b*) Inſignia Luceſteinenſia bipartito clypeo conſtant, cujus pars ſuperior cantherium continet. Interitus. *Tab. Inſign. num.* 8.

# OCHSENSTEINENSES DYNASTÆ.

## §. CCCLXI.

Genealogiam gentis hujus, Regibus Germaniæ Ducibusque affinis, multi concinnarunt, ſed fabuloſam omnes. (*c*) Nobis ante *Burchardum de Ochſenſtein*, qui cum Ottonibus de Huneburg & Geroldseck Regispontanum Friderici I. Imp. diploma An. MCLXXXVII. teſtis ſignavit, ex ea nullus innotefcit. Hunc excipit *Otto I.* Advocatus provincialis Alſatiæ An. MCCXII. (*d*) cujus frater *Bertholdus* Præpoſitus primo Honaugienſis, dein Eccleſiæ Argent. Decanus fuit. *Nobilis vir Otto ceteriique fratres Domini de Ochſenſtein*, Ottonis I. filii, An. MCCLV. inter S. Stephani monaſterium & Milites de Wangen litem compoſuerunt. *Otto II.* ille cum fratre *Bertholdo*, Eccleſiæ Argent. quoque Decano, in Argentinenſi inter Epiſcopum & civitatem bello civitatis partes An. MCCLXI. ſtrenue defendit; (*e*) affinis ſui, Rudolfi Habsburgici, poſtea Imperatoris, exemplo forte inductus. Ex Rudolfi hujus ſorore, Comitis de Kuſſenberg vidua, (*f*) *Ottonem III.* ſuſcepit, nec non *Johannem*, cui Epiſcopatus Argent. ſpes facta An. MCCCVI. (*g*) & *Adelheidem*, quæ Rudolfo II. Badenſi nupſit. (*h*) Origo.



(*r*) Kornegshov. *Chron. Argent.* Cap. V. pag. 339.

(*s*) Conf. ſupra pag. 214.

(*u*) Pag. 91. §. CXLVII.

(*x*) Herzog *Chron. Alſat.* Lib. V. pag 43. ſqq. ubi tamen pro MCCCCLVII. legendum MCCCCXLVII.

(*y*) Teithemii *Chron. Hirſaug.* Tom. II. pag. 422. ſq.

(*z*) *Philibert Philippe de la Palu, Comte de la Roche, Seigneur de Varembon.* De familia hac Sprengius *Op. Herald.* Part. II. Lib. I. Cap. LXXXII.

(*a*) Chartæ Varamboniorum huc facientes exhibet Perard *Recueil de pièces ſervants à l'Hiſtoire de Bourgogne* pag. 595. ſqq.

(*b*) Vid. ſupra pag. 125. §. CCXI. & pag. 214. §. CCCXCIII.

(*c*) Tornamentorum libros cum ſincerio documentis quoque miſcuit Herzogius *Chron. Alſat.* Lib. V. pag. 53. ſqq.

(*d*) Conf. ſupra pag. 558. §. CCXVIII.

(*e*) Kornigshov. *Chron. Argent.* pag. 245. 247. & 252.

(*f*) Albertus Argent. *Chron.* pag. 98. Herzogius *Genealog. Habsb.* Tom. I. pag. 129. ex Guillimanno *Bertholdum*, alii *Heinrigem* eam vocant, plerique *Cunegundam*.

(*g*) A Capitulo & Alberto I. Imp. conſobrino ſuo, renitente Papa. Albertus Arg. pag. 113. & Kornigshov. pag. 256. ſq.

(*h*) Errat Albertus Argent. pag. 111. Albertum Regem hanc conſobrinam ſuam Marchioni Badenſi uxorem dediſſe perſcribens. Rudolfus I. Imp. Alberti pater, An. MCCLXXXVII. jam hujus matrimonii conſummati meminit.

## §. CCCLXII.

Continuatio.

Otto III. ab avunculo ſuo Rudolfo I. Imp. An. MCCLXXX. Alſatiæ Advocatus provincialis conſtitutus, (*i*) multisque Imperii pignoribus ſeptennio poſt locupletatus, (*k*) *Nobilis vir Otto de Ochſenſtein, filius ſororis noſtræ*, in ejuſdem Rudolfi diplomate An. MCCXC. enuntiatur. Periit in prœlio Gœlnheimenſi An. MCCXCVIII. (*l*) Filium ejus, *Ottonem IV.* Albertus I. Imp. Ortenaviæ trans Rhenum, (*m*) Fridericus Cæſar, Alberti filius, Alſatiæ ac Spirigoviæ præfecit Advocatum; (*n*) qui *Johannis* Eccleſiæ Arg. Decani, & *Ottonis V.* Dynaſtæ, ex Herzlanda, Theobaldi Phirretarum Comitis filia, ſuſceptorum, pater.

Otto V. Germanis *Ostemann*, cum fratre Johanne An. MCCCXXXI. de vico Niderbronn, (*o*) & quadriennio poſt de feudis Metenſibus inveſtitus eſt; (*p*) Carolo IV. Imp. poſtea carus. Huic ex Eliſabetha Haſſiaca nati ſunt filii *Johannes*, *Otto VI.* atque *Rudolfus III.* quorum primus, factus Eccleſiæ Argent. Præpoſitus, cum Leopoldo Probo, Auſtriæ Duce, An. MCCCLXXXVI. ad Sempacum occubuit; (*q*) ſecundus munimentis ſuis Epiſcopo urbique Argent. An. MCCCXCVIII. oppigneratis, ſine maſcula prole, deceſſit. Matrimoniis felicior frater ejus Rudolfus tres filios ſub Henrici, Comitis Lucelſteinenſis, tutela An. MCCCC. reliquit.

## §. CCCLXIII.

Interitus.

Horum natu major *Fridericus* ducta uxore, Eliſabetha Bipontino-Bitenſi, An. MCCCCXI. expiravit improlis; unde frater ejus *Volmarus*, Canonicus jam Argent. ne ſtirps interiret, ad nuptias provolavit, *Johanne* in eadem Eccleſia manente Præpoſito. Volmaro quidem natus eſt filius *Georgius*, ſed omni vita & hoc maxime infelix, quod gentis ſuæ extiterit poſtremus. Impatiens captivitatis, quam in caſtro Lichtenberg per triennium ſuſtinuit, Lichtenbergenſibus Dynaſtis An. MCCCCLIV. multa Dynaſtiæ ſuæ bona, allodialia atque feudalia, conceſſit. (*r*) An. MCCCCLXXI. iterum captus & in caſtro Fleckenſtein mandatus eſt vinculis. (*s*) Obiit denique Heidelbergæ An. MCCCCLXXXV. hereditatem ſuam Henrico, Bipontino-Bitenſi Comiti, ſuo ex Cunigunda ſorore nepoti, relinquens.

*Tab. Inſign. num.* 9.

Inſignia Ochſenſteinenſia duæ faſciæ albæ in area rubra conſtituunt.

# GEROLDSECKII DYNASTÆ.

## §. CCCLXIV.

Origo.

Alſaticæ hujus gentis primus *Otto de Geroldseg* cum tribus filiis *Diederico*, *Burchardo* & *Ottone*, in charta fundationis S. Johannis prope Tabernas An. MCXXVII. ſeſe mihi obtulit. A Geroldseckiis Alſaticis, quibus à Vaſago, (*t*) ad quem habitabant, agnomen fuit inditum, diſtinguendi ſunt Geroldseckii Ortenavici trans Rhenum; ejuſdem quidem nominis Dynaſtæ, quibus Herzogius, (*u*) communes cum Alſaticis origines dat; ſed aſſertum non probat. Diverſa ſaltem fuerunt heraldica ipſorum Inſignia.

*Tab Inſign. num.* 10.

Ortenavici faſcia rubra in ſcuto aureo; Alſatici Leone rubro in ſcuto argenteo, cæruleis & oblongis gemmis interſtincto, ſunt uſi.

Ottonis I. filii, *Otto & Burchardus de Geroldsecke*, Conradi III. Imp. diploma An. MCXLI. Argentinæ teſtes ſignarunt. (*x*) Otto II. ille, vir magnæ auctoritatis, S. Stephani Argentorati, (*y*) & Maurimonaſterienſis Abbatiæ, nec non Collegiatæ Hafelacenſis Advocatus An. MCLX. celebratur in chartis. Ob has eccleſiarum advocatias Geroldseckii noſtri ſæpius *Advocati de Geroldseck* nuncupantur.

## §. CCCLXV.

(*i*) Vid. ſupra pag. 561. §. CCXXIV.
(*k*) Pag. 211. fin.
(*l*) Koenigshovius pag. 121. Add. Albertus Argent. *Chron.* pag. 110.
(*m*) Koenigshov. loco cit.
(*n*) Supra pag. 563.
(*o*) Anonymi *Bericht vom Adel in Teutſchland* pag. 251.
(*p*) Supra pag. 216. §. CCCXCVII.
(*q*) Koenigshov. *Chron Argent.* pag. 344. Herzog *Chron. Alſat.* Lib. V. pag. 57.
(*r*) Herzog loco cit. pag. 23. & 53. Conf. ſupra pag. 225.
(*s*) Idem Herzogius loco cit.
(*t*) Vulgo *am Waſichten*, *Waſichin*. De caſtro Geroldseck, in Marca Maurimonaſterienſi ſito, vide ſupra pag. 213.
(*u*) *Chron. Alſat.* Lib. V. pag. 110.
(*x*) Herrgott *Genealog. Habsburg.* Tom. II. num. 220. ubi tamen male *Geroldsfesto* pro Geroldsecko legitur.
(*y*) Schannat. *Hiſt. Wormat.* Probat. num. 86.

## §. CCCLXV.

Ottonis II. filios reputamus *Ottonem de Geroldesecke & Burckhardum fratrem ejus*, qui in Friderici I. Imp. Privilegio Weiſſenburgenſi An. MCLXXXVII. occurrunt. In Friderici II. Imp. diplomate, civitati Argent. An. MCCXXXVI. Colmariæ dato, *Burchardus de Geroltsecke*, *Burchardus & Symon filii ejuſdem*, leguntur. (*z*) Biennio poſt *Dom. Symon*, *filius Dom. Burchardi Advocati de Geroltsbeche* cum Godefrido de Hohenlohe in *Nobilium* ſeu Dynaſtarum claſſe refertur. (*a*) Uterque frater, Burcardus III. & Symon, ſtirpem continuavit, ſed prior non ultra nepotes. Agnatus illorum *Henricus* An. MCCLXIII. Walthero de Geroldseck trans-Rhenano ſeu Ortenavienſi in Epiſcopatu Argent. ſucceſſit. (*b*) Advocatorum ex Geroldseckiis Alſaticis multitudo Monaſteriis, quorum advocati erant, cum fuiſſet moleſta, Conradus, Argent. Epiſcopus, An. MCCXCIV. eos monuit, ut ex ſe unum Maurimonaſterii advocatum ordinarent. Contigit deinceps, ut ex eadem familia monaſterii hujus Abbas eſſet *Wahramus*. Ceterum & Burcardus IV. & Symon II. pignoribus Imperii, quæ poſſidebant, denudati ſunt. Ille Berghemio & Onenhemio vicis, quos genero ſuo, Henrico de Rappoltſtein tradidit; (*c*) hic Rumolsweiler, Dann & Cosweiler, quos Rudolfus I. Imp. à Geroldseckiis ad Ochſenſteinenſes transtulit. (*d*) Uterque fratrem habuit *Wahrammon*, & per fratrem nepotes. At Symonis II. ſtirps reliquis diutius perſtitit. Unus ex nepotibus ejus *Johannes*, à caſtro *Seinſel* ad Saram trahens agnomen, cum An. MCCCLXIV. ſine herede defunctus eſſet, caſtrum hoc cum bonis illi adhærentibus, nec non pars Dynaſtiæ Geroldseckianæ ad Blamontanos & Rappoltſteinenſes Dynaſtas, Epiſcopi Met. beneficio, transivit. (*e*) Quinquennio ante alius ejuſdem Dynaſtiæ quadrans, à *Johanne* II. Walrami II. nepote relictus, Ulrico, Vinſtingenſi Dynaſtæ, obtigerat. (*f*) Ita paulatim factum, ut gente ſuperſtite, bona ejus non levi ex parte dilaberentur ad alios. Continuatio.

## §. CCCLXVI.

Supererat vero tunc *Hugo de Geroltzeck filius b. m. quondam Egenonis*, *Domini de Geroltzeck in Vogaſo*, Symonis II. nepos, cum *Symone III.* Eccleſiæ Argent. Canonico, & *Friderico*, fratribus, cum quibus An. MCCCLXIV. miſſam in Maurimonaſterio fundavit. Biennio poſt Fridericus paci publicæ ſtatuum Alſatiæ nomen dedit, (*g*) ex Walpurgi Luceſteinia *Volmarum*, *Adelheidem* & *Cunegundam* ſuſcipiens. Volmarus, de procreanda ſobole deſperans, cum Præſule Metenſi An. MCCCLXXXI. convenit, ut quæ ab Eccleſia hac tenebat, feuda maſculina, pro dimidia parte, ad ipſius matrem atque ſorores pervenirent, alter vero ſemiſſis ad Dominum directum rediret. Volmaro igitur circa An. MCCCXC. ſine liberis extincto, ſorores ejus, Adelheidis, Erhardo de Wangen nupta, & Cunegunda, Rudolfi Ochſenſteinii uxor, hereditatis, uti conventum erat, partem creverunt, atque conjugum ſuorum intulerunt familiis. (*h*) Wangenſibus propterea jus inſignia Geroldseckiana, quæ ſupra expoſui, in ſcuto ſuo ferendi Sigiſmundus Imp. An. MCCCCXIII. conceſſit. Interitus.

# HUNEBURGENSES DYNASTÆ.

## §. CCCLXVII.

Huneburgenſes Dynaſtæ in Alſatia Inferiore, Hunebergenſes in Helvetia Nobiles floruerunt. (*i*) Unum in Alſatia caſtrum (*l*) duas eodem tempore gentes diverſas ſuo nomine inſignivit, quas à ſe invicem probe diſcernas. *Comitem Theodericum de Huneburc* membrana Maurimonaſterii, circa An. MCXX. ſcripta; *Folmarum Comitem de Huneburc* ab An. MCXXIII. uſque ad MCXXXIII. plures celebrant chartæ. (*m*) Hi ad Metenſes haud dubie referendi ſunt Comites, terrarum Dagsburgenſium in Alſatia & Comites hujus nominis.



(*z*) Wencker *de Uſiburg.* pag. 9.
(*a*) In diplomate Conradi IV. Regis Rom. Hagenoæ ſcripto, quod in Cod. diplomat. Alſatiæ prodibit.
(*b*) Teſte Kornigshovio *Chron. Argent.* Cap. IV. §. LXI. ubi *Heinrich geborn von Geroltzecke an dem Waſichen* dicitur.
(*c*) Supra pag. 113. ſq.
(*d*) Pag. 211.
(*e*) Vide ſuperius in Rappoltſtein. pag. 614.
(*f*) Conf. pag. 214.
(*g*) *Friderich Herr zu Geroltzegg am Waſichen.*
(*h*) De ſucceſſione hac ſupra pag. 214. §. CCCXCII.
(*i*) De Helveticis vid. Leu *Schweizer. Lexic.* Tom. X. pag. 350.
(*l*) De quo ſupra pag. 218.
(*m*) Diplomata duo Henrici V. Imp. ap. Bessold. *Docum. Wirtenberg.* pag. 150. & Herrg. *Geneal. Habsb.* Tom. II. num. 199. Alia inſtrumenta *Codice Chriſt.* Tom. V. col. 478. ſq.

& ipſius Landgraviatus inferioris Alſatiæ poſſeſſores. (*n*) Conjecturam firmat charta Neoburgenſis, qua Godefridus, Comes provincialis Alſatiæ, Theodorici filius, *domicilium apud Hunesburch* habuiſſe ſcribitur. (*o*) Huneburgenſis Folmarus Comes Herrenſteiniam arcem, Huneburgo vicinam, occupavit, indeque Petro, Lucelburgi Comiti, de quo ſupra, (*p*) frequenter intulit bellum. Docet hæc fundationis Parthenii S. Johannis prope Tabernas inſtrumentum An. MCXXVII. (*q*) quo *Eberhardus* & *Gottfridus de Huneburg*, ſed non Comites, inter teſtes leguntur; à quibus deſcendere videntur Huneburgenſes noſtri, in Nobilium infra Comites ordine quidem conſtituti, at Comitum in eodem caſtro ſucceſſores; munerum, quæ geſſerunt, amplitudine illuſtres.

## §. CCCLXVIII.

Advocati & Mareſchalli.

*Eberhardus Advocatus de Hunesburc* in Erphonis, Abbatis Neovillar. charta An. MCLXIII. inter ſeculares primus ponitur teſtis. Huneburgenſes & hnjus Abbatiæ & Honaugienſis Advocatiam geſſerunt.

An. MCLXXXVII. *Otto de Hunesburch* Friderici I. Imp. diploma Regiſpontanum ante Geroldseckios & Ochſenſteinenſes teſtis ſignavit. Paulo poſt *Conradus*, ex eadem gente prognatus, Eccleſiæ Argent. per XII. annos Epiſcopus præfuit; (*r*) cujus beneficio Huneburgenſes noſtri Mareſchallatum ejuſdem Eccleſiæ, quo deinceps ornati comparent, debuiſſe videntur. Vivo jam illo Conrado *Henricus Advocatus de Hunesburc & frater ejus Ludovicus*, ut & *VVernherus Marſcalcus* in Henrici VI. Imp. Privilegio, An. MCXCVI. Ehnhemii dato, occurrunt. (*s*) Neque Wernherum iſtum Marſcalcum alium fuiſſe cenſeo, quam Huneburgenſem, Honaugienſis monaſterii Advocatum, (*t*) qui An. MCCXXXIII. obiit, eccleſiæ S. Trinitatis prope Argentinam fundator. (*u*)

An. MCCXXXVI. *Ludovicus filius Eberhardi Marſcalci Argent. de Huneburg* uxori ſuæ reditus in Gugenheim oppigneravit.

*VValtherus* (Wernherus potius) Mareſchallus & Scultetus Argent. à SCHILTERO (*v*) inter urbis, non inter Epiſcopi, officiales male relatus, idem fortaſſis fuit, quem in prœlio Hugsbergenſi An. MCCLXII. ab Argentinenſibus captum KOENIGSHOVIUS (*y*) tradit, Mareſchallum de Huneburg eum ſimpliciter vocans. Triennio poſt *Eberhardus Marſcalcus* cum *VValthero* & *Henrico* fratribus reditus quinque librarum denar. quos ab Eccleſia Argent. in feudum acceperat, Nicolao Zornio, Sculteto Argent. conſenſu Epiſcopi vendidit. *Fridericum* Huneburgenſem An. MCCC. Scultetum Imperialem Colmariæ reperio. (*z*)

Bonorum ac redituum Eccleſiæ Argent. Codex, ſub Bertholdo II. Epiſcopo circa An. MCCCXXX. confectus, *Dietericum* primo *de Huneburg Marſcalcum*, dein alio in loco *Johannem de Huneburg Marſchalcum* & *Dietericum de Huneburg Equitem* recenſet. Johannes hic gentis ſuæ fuit poſtremus. Unde per neptim ejus dimidia pars caſtri Huneburg An. MCCCLXII. caſtrumque Waſenſtein quinquennio poſt ad Fleckenſteinios tranſiit. (*a*)

*Inſign. Tab. mon.* 11.

Inſignia Huneburgica ſcutum bipartitum conſtituit, cujus area inferior flava, ſuperior nigra eſt, bina oloris colla candida exhibens.

LICHTEN-

(*n*) Vid. ſupra pag. 485. ſq.
(*o*) Supra pag. 519. §. CXXX.
(*p*) Pag. 618. init.
(*q*) *Gallia Chriſt.* loco cit. col. 479.
(*r*) GUILLIMANN. *de Epiſcopis Argent.* pag. 248.
(*s*) EXIST ap. LAGUILLE *Hiſt. d'Alſace* Probat. pag. 30. ſed vitioſe.
(*t*) SCHILTER *ad Königshov.* pag. 1149. ubi: ad An. MCCXI. *Her VVernher von Hunesburg Marſchalg. der do vvas der Stifft Honovve vogt.*
(*u*) Supra pag. 296. fin. fundatio hæc ex allegata inſcriptione ad An. MCL. poſita eſt; ſed non vereor inſcriptionem iſtam erroris arguere, quod ANNALES COLMAR. KOENIGSHOVIUS, aliique ſcriptores, monaſterium S. Trinitatis An. MCCXXVI. vel ſequenti demum inſtitutum docent.
(*v*) *Obſervat. XX. ad Königshov.* pag. 1078. fin.
(*y*) *Chron. Argent.* pag. 252.
(*z*) HUGO *Monum. S. Antiquitatis* Tom. II. pag 294.
(*a*) Supra pag. 246. §. CCCCLIX.

# DYNASTÆ OC

BURCHARD

OTTO I. Advocatus provinc. Alſatiæ 1212.

BERTHOLDUS Præpoſitus 1209. Decanus Eccleſiæ Ar

OTTO II. † ante 1223. Uxor Cunigunda de Habsb. Rudolfi I. Imp. foror.

HENRICUS I. † ante 1256.

JOHANNES I. Scholaſticus & Archidiac. Arg. 1306.

OTTO III. Advocatus provinc. Alſatiæ 1280. Gœlnheim. 1298. Uxor Cunigunda de Lichte

HENRICUS II. Cantor Eccleſiæ Arg. 1301.

OTTO IV. Advocatus provinc. Alſatiæ † 1 Herzlauda Theobaldi Comitis Phirr. filia 13

JOHANNES II. Decanus Eccleſiæ Argent.

OTTO V. Germ. *Ottemann* † circa 1338. Ux. Eliſabetha de Haſſia † 1339.

JOHANNES III. Præpoſitus Eccl. Arg. † in prœlio Sembac. 1386.

OTTO VI. † circa 1400.

RUDOLFUS III. † 14 polstein; 2) Cunegu

ANNA, uxor Henrici de Geroldseck trans Rhenum 1381. vidua 1402.

FRIDERICUS † 1411. Ux. Eliſab. Bipontino-Bit.

# DYNASTÆ LIC

HEINRICUS *nobilis Vir de Liechtenberg* 1219.

HEINRICUS II. † 1269. Uxor Eliſabetha.

CATHARINA uxor Egonis Com. Friburg.

ELISABETHA uxor Domini de Kirckel.

LUDOV. III. 1269. & 1272.

CONRADUS II. † 1269. Uxor Agnes Duciſſ. de Tecke † 1296.

OTTO Cantor Eccleſiæ Argent. † 1283.

SIGISMUNDUS.

CUNIGUNDA uxor Ottonis de Ochſenſt.

AGNES ux. Joh. Landgravii Alſ. 1278.

LUDOVICUS IV. 1311.

JOHANNES III. vulgo *Hamemannus* † 1366. Ux. Jutta de Leiningen. Pellex Liſa de Steinbach.

HEINRICUS III. vulgo *Heinckelmann* † ante 1316.

AGNES ux. Godefridi de Forbach 1310.

ADELHEIDIS Monialis ad D. Marci Argent.

JOHANNES † 1317. Ux Johannis Sar Com. filia.

1. HENRICUS IV. *ſenior* † ante 1382. Ux. Eliſabetha de Gerolds. ad Voſag.

1. AGNES ux. Hermanni Comitis Bipont. 1367.

2. AGNES nupta Gotzoni de Groſtein.

2. CUNIGUNDA & ADELHEIDIS Moniales in Stephansfeld 1354.

METZA Abbatiſſa in Liechtenthal.

ADELHEIDIS uxor Joh. Landgravii Alſ. 1332.

ADEL DIS Nico Salmi mitis

CONRADUS III. † 1390. Uxor Johanna de Blanckenberg.

ADELHEIDIS ux. Heinr. de Gerolds. trans Rhen. 1357.

AGNES Abbatiſſa Lucidævall. 1439.

METZA Monialis ibid.

LORETA 1382.

ADELHEIDIS ux. Rudolfi March. de Hachb. 1363.

JO nat Ux. Bip

ELISABETHA uxor Waltheri Dom. de Geroldseck trans Rhenum.

ELISABETHA Monialis ad D. Claræ Argent. 1402.

AGNES Monial. ibid. 1402. Ux. Simonis Comit. Bipont. 1429.

LORETA Monial. ib. † ante 1426.

CATHARINA Monialis ibid.

ADELHEI ux. Johan Doniini d Vinſtinge

Ad Pag. 622.

# HSENSTEINENSES.

IS de Ohsenstein 1187.

onaug. 1232. — HENRICUS Archidiac. Arg. 1241. — ADELHEIDIS, uxor Bernardi de Scharoch † ante 1241.

IRADUS 283. — BERTHOLDUS Decanus Argent. & Præpositus Honaug. 1261.

in prœlio berg 1286. — ADELHEIDIS nupta 1) Comiti de Strasberg; 2) Rudolfo Marchioni Bad. 1287.

27. Uxor 6. † 1317. — RUDOLFUS I. 1349.

ERZLANDA † 1329. — RUDOLFUS II. Cellarius Eccles. Arg. † ante 1369. — INAGINA vulgo Mena † ante 1378.

. Ux. 1) Sophia de Rapda de Geroldseck 1379. — ADELHEIDIS uxor Rudolfi Comitis Palat. de Tubingen 1378.

JOHANNES IV. Præpositus Eccl. Arg. 1416. † 1455. — CRISPIANUS. — VOLMARUS Canon. Arg. inde maritus Adelheidis de Hohen-Geroldseck † 1426. — CLARA uxor Ulrici de Rathsamh. 1425. — AGNES ux. 1) Eberhardi de Ramberg; 2) Henr. de Boparten.

GEORGIUS, ult. Dynasta Ochsenstein. Vicedominus Pal. Neoftadii 1456. † 1485. Ux. Anna Bipontino-Bitenfis 1459. — CUNEGUNDA, uxor Henrici Comitis Bipontino-Bit. † 1443.

# HTENBERGENSES.

*
*

LUDOVICUS *nobilis Vir de Liechtenberg* 1219. Advocatus Arg. 123-.

IDOVICUS II. † circa 56. Ux. Elisabetha filia rmanni March. Bad. — CONRADUS I. Episcopus Arg. † 1299. — FRIDERICUS Episcopus Arg. † 1306. — HELICKA ux. N. de Thierfp.

OLFUS 72. — JOHANNES I. vulgo *senior*, Advocatus provincialis Alsat. † 1315. Uxor Adelheidis de Werdenberg.

I. *junior* r Metza epont. — SUSANNA ux. Ulrici Landgrav. Alf. 1317. — ADELHEIDIS Monialis in Liechtenthal. — LUDOVICUS V. † ante 1382. Uxor Hildegardis de Vinstingen.

HEI- n. ux. ai de s Co- 1335. — JOH. IV. Episcopus Argentin. 1353. † 1366. — SIMON vel Sigismundus † 1380. uxor Adelheid. de Helfenst. 1345. — LUDOVICUS VI. Canon. Argent. 1343. — ADELHEID. & ESTAB. Monales in Liechtenthal. — HEINRICUS V. *jun.* Dom. in Lichtenau † post 1404. Ux. Adelh. Heinr. Com. Veldent. filia 1360. † 1421. — JOHANNES V. 1393.

IANNES VI. 1349. † 1405. Loreta Com. ont. 1370. — ULRICUS & SIGISM. Canonici Eccl. Arg. 1297. — LUDOVICUS † 1356. — LUDOVICUS VII. † 1434. Uxor Anna Bernhardi March. Bad. filia 1414. — JOHANNES VII. Canon. Colon. & Argent. 1383. 1424. — HILDEGARDIS uxor Simonis Wecker, Com. Bipont. 1398.

IS — SIGISMUNDUS † 1388.

JACOBUS n. 1416. † 1480. Ux. Walpurgis de Sarwerd. & Mœrs. Barbara ab Ottenheim pellex 1462. — LUDOVICUS VIII. n. 1417. † 1471. Ux. Elisab. de Hohenlohe 1441. † 1488. — DIANA filia natur. Johanni Meygen de Lamsheim nupta.

ANNA nat. 1442. uxor Philippi Comitis de Hanau 1458. — ELISABETHA nat. 1444. uxor Weckeri Com. Bipontino-Bit.

## LICHTENBERGENSES DYNASTÆ.

### §. CCCLXIX.

Lichtenbergica gens, præ aliis Alſatiæ inſer. Dynaſtis cis & trans Rhenum potens, (*b*) cum Suevis Bavarisque hujus nominis Nobilibus, quod nonnunquam factum, non confundenda, (*c*) num ab Etichone, Alſatiæ Duce, (*d*) vel à Dagsburgicis ejuſdem ſanguinis Comitibus (*e*) deſcendat, atque Ludovico Pio Imp. affinitate, ut nonnulli volunt, conjuncta fuerit, (*f*) incertum eſt. Sepultæ ſunt Lichtenbergenſes, uti aliarum gentium, origines in tenebris, neque ante ſeculi XIII. initium in ſinceris documentis eorum ullus occurrit. An. MCCVI. *Rudolfus de Litenberch* Archidiaconus fuit Argentinenſis, poſteaque Collegiatæ S. Thomæ Præpoſitus. An. MCCXIX. *Henricus & Ludovicus nobiles viri de Liechtenberg* Epiſcopi Argent. chartam transactionis ſignarunt, ut teſtes. Idem fratres deinceps frequenter, ſed nuſquam illorum pater, comparent. In Conradi IV. Regis Rom. diplomate Neoburg. An. MCCXXXVII. *Dom. Ludewicus Advocatus de Liehtenberch* enuntiatur. Advocatia Argentinenſis intelligitur; quam *Ludewicus de Liechtenberc, Advocatus Argent.* una cum filiis ſuis, *Heinrico & Ludewico*, in nemineni alium inſcio vel invito Epiſcopo Capituloque Argent. ſe translaturum promiſit. (*g*) Præter Henricum II. & Ludovicum II. Ludovicus I. Lichtenbergenſis filios reliquit *Conradum* atque *Fridericum*, qui Eccleſiæ caſtra fecuti Argentinenſem ambo rexerunt Epiſcopi, ſuæque genti non parum profuerunt. (*h*) An. MCCLVI. *Heinricus & Ludowicus*, ipſorum fratres, *Domini de Liehtenberg, Advocati Argent.* cum eadem hac Civitate pacis ac mutuæ defenſionis formulam ſignarunt; (*i*) An. MCCLX. Epiſcopi Metenſis poſt prævium bellum leges ſubierunt; (*k*) dein Argentinenſem Præſulem contra cives hujus urbis juvarunt; (*l*) peculiaris uterque lineæ conditores; ex quibus Henricianam ſeniorem primum, dein Ludovicianam, eo quo perierunt ordine, recenſiturus ſum. Origo Gentis.

### §. CCCLXX.

Henricianam quod attinet, *Ludowicus & Conradus fratres, nati b. m. Henrici quondam Domini de Liehtenberc*, patris ſui nuper defuncti teſtamentum An. MCCLXIX. ratum habuerunt. Conradus à Rudolfo I. Imp. An. MCCLXXXIX. privilegium accepit, ut in Imperialibus, quæ tenebat, feudis defectu maſculorum filiæ poſſent ſuccedere. Succeſſit ei *Johannes* filius, ex Agnete, Ducis Teccenſis, filia, ſuſceptus, vernacule *Hannemann*, dictus, uti fratrem ejus Heinricum appellarunt *Heinckehannm*. Johannes hic à Landgraviis Alſatiæ inferioris Brocomagum An. MCCCXXII. coemit, (*n*) trienniove poſt terras Lichtenbergenſes cum agnatis ſuis diviſit; pellice memorabilis, ob quam à filio legitimo, *Heinrico IV.* ex Emiconis, Leiningæ Comitis, ſorore procreato, in caſtro Lichtenberg captus atque cuſtodiæ mandatus eſt. (*o*) Senio confectus obiit An. MCCCLXVI. (*p*) Decennio ante cum filio ſuo Henrico fœderi Argentinenſi, pro tuendis Uſsburgeris & Phalburgeris contra Caroli IV. Imp. in Avera Bulla ſanctiones, acceſſerat. (*q*) Mortuo parte Henricus IV. cum filio ſuo *Conrado* caſtrum Neuburg dimidiamque Brocomagi ac Buxovillæ partem Argentinenſibus An. MCCCLXIX. oppigneravit. (*r*) Conradus eandem Brocomagi partem An. MCCCLXXXIV. Eccleſiæ Moguntinæ refutavit, (*s*) ſtirpi Henricianæ ſexennio poſt finem imponens. (*t*) Stirps Henriciana.



(*b*) Vid. ſupra pag. 221. ſqq.

(*c*) Hermannum de Lichtenberg, ſub Ludovico Bavaro Cancellarium Imperialem, Mallingerius *de Cancellariis* pag. 362. male ad Alſatas noſtros refert.

(*d*) Quod ſtatuit Bernardinus, Lucellenſis Abbas, in præfat. libri *de miraculis B. Virg. in Kirsiheim*.

(*e*) Ita Spenerus *Op. Herald.* Part. II. Lib. II. Cap. XII. pag. 462.

(*f*) Placuit hoc Herzogio *Chron. Alſat.* Lib. II. pag. 7. & Lib. V. pag. 4.

(*g*) Laguille *Hiſt. d'Alſace* Probat. pag. 34. Conf. ſupra pag. 329.

(*h*) Koenigshovius *Chron. Argent.* pag. 256. de Conrado ſcribit: *und erbabete ſin Gerichte vaſte.*

(*i*) Ap. Wencker. *Apparat. Archivor.* pag. 167.

(*k*) Deſcribit hæc Richerius Senon. *Chron.* Lib. V. Cap. XI.

(*l*) Wencker. *Apparat. Archiv.* pag. 171.

(*m*) Supra pag. 226. fin.

(*n*) Albertus Argent. *Chron.* pag. 257. & Koenigshov. pag. 329.

(*o*) Sepultus N. oburgi, ubi lapis ſepularis adhuc extat.

(*p*) Ap. Wencker. *de Uſsburg.* Diſquit. II. pag. 71.

(*q*) Cod. diplom. Civitatis Argent. fol. 164. ubi: *Heinrich Herre zu Liehtenberg der elter n. Cunrat von Liehtenberg ſin ſun.*

(*r*) Supra pag. 227.

(*s*) Epitaphium Neoburgi.

## §. CCCLXXI.

Stirps Ludoviciana.

Ludovicus II. ad quem retrogredimur, Henrici II. frater, An. MCCLX. Landgraviatum inferioris Alſatiæ, ſuo periculo Werdenſi familiæ eripiendum, à Conrado Hohenſtaufenſi (Conradino) Rege Siciliæ, Sueviæque Duce, ut feudum ſe accepiſſe profeſſus eſt. Res injuſta caruit ſucceſſu. (*u*) Ludovico huic uxor fuit Eliſabetha, Rudolfi, Marchionis Badenſis, filia, (*x*) quæ *Rudolfum* ei peperit atque *Johannem*. Johannes, Alſatiæ Advocatus provincialis, (*y*) vicos Imperiales Weſthofen & Balbronn An. MCCCII. ab Alberto I. Imp. in pignus accepit; (*z*) Buxovillæ An. MCCCXV. ſepultus. Ex filiabus ejus *Suſanna* Ulrico, Alſatiæ inf. Landgravio, nupſit. (*a*) Filii *Johannes II.* & *Ludovicus V.* in terris patri ſuccedentes, peculiarem quisque ramum condiderunt; quorum neuter ultra pronepotes proceſſit. Johannes II. tres filios, totidemque filias ex Saræpontana Comitiſſa reliquit. Filiarum alia Lucidæ-vallis Abbatiſſa evaſit, (*b*) alia Johanni, Landgravio Alſatiæ, (*c*) alia denique Salmenſi Comiti Nicolao nupſit. Ex filiis ſolus *Sigiſmundus* in matrimonio vixit.

## §. CCCLXXII.

Johannes Epiſcopus Argent.

*Johannes* autem filius, poſtquam Præpoſituram, Decanatum, Cantoriam & Pincernatum Eccleſiæ Argent. ſimul adminiſtraſſet, (*d*) nec non Imperialis in Alſatia & Spirigovia Vicarius à Carolo IV. conſtitutus fuiſſet, (*e*) epiſcopalem Argentorati cathedram An. MCCCLIII. conſcendit, integritate morum atque prudentia clarus. (*f*) Debet ei Lichtenbergica Domus Mareſchalli Epiſcopatus Argent munus, quod Huneburgici tum extincti poſſederant. (*g*) Debent ejuſdem curæ acquiſitionem partis alicujus ex Landgraviatu inferiore, quam Cæſaris conſenſu Landgravii An. MCCCLIX. vendiderunt. Eidem Johanni Epiſcopo Eccleſia Argent. Landgraviatus ipſius acquiſitionem debet. (*b*)

Sigiſ. mundus.

Sigiſmundus vel Symon, Johannis hujus Epiſcopi frater, à Ludovico Bavaro An. MCCCXLV. privilegium obtinuit, ut ipſi ſine prole morituro Salmenſis Comes, ex ſorore nepos, in feudis Imperialibus ſuccederet. (*i*) An. MCCCXLVII. de Hatgovia & Weſthovio, (*l*) biennio poſt de vectigali Ingovillano, (*m*) & An. MCCCLX. de judiciaria Landgravii in terris ſuis poteſtate (*n*) per Carolum IV. Imp. inveſtitus eſt, uſque ad An. MCCCLXXX. ſuperſtes. (*o*)

Johannes VI.

Succeſſit ei filius *Johannes VI.* qui duos fratres habebat, Canonicos Argentinenſes; nec non ſorores quatuor, ex quibus *Agnes* facta eſt Abbatiſſa Lucidæ-vallis, (*p*) *Adelheidis* Rudolfi, Marchionis Hachbergenſis, fuit uxor. (*q*) Johannes VI. jus civitatis Argent. An. MCCCLXXXIII. in decennium adeptus, (*r*) Ruperti Palat. pacis publicæ Egranæ, à Wenceslao Imp. An. MCCCLXXXIX. conſtitutæ, Præſidis, rem contra leges Imperii factam eſſe ſtatuentis, juſſu eidem civitatis juri valedicere coactus eſt. (*s*) Maſcula prole orbus An. MCCCV. deceſſit, & cum ipſo omnis ille ramus, à Johanne II. deſcendens, exaruit. (*t*)

## §. CCCLXXIII.

Linea Lichtenavienſis.

Johannis II. frater, uti vidimus, erat *Ludovicus* V. vernacule *Ludemann*, qui in terrarum Lichtenbergenſium diviſione An. MCCCLXII. Lichtenavienſes trans Rhenum accepit; unde filio ejus *Heinrico V. Lichtenavici* agnomen. Henricus hic cum fratre *Johanne* V. multisque Alſatiæ proceribus Civitati Argent. à Wenceslao Imp. proſcriptæ, An.

---

(*a*) Conf. ſupra pag. 525.
(*x*) Falluntur ANNALES COLM. ad An. MCCXCIX. ubi Eliſabetham hanc *Rudolfi de Habſpurc*, *Rom. Regis*, *ſororem* vocant.
(*y*) Supra pag. 562.
(*z*) Pag. 229.
(*a*) Charta An. MCCCXV. ap. SCHILTER *Gloſſ. Teut.* pag. 31.
(*b*) Necrolog. Lucidæ-Vallis ap. SCHANNAT *Vindem. Literar.* Collect. I. pag. 166.
(*c*) SCHILTER *Gloſſar.* loco cit.
(*d*) ALBERTUS ARGENT. *Chron.* pag. 153.
(*e*) Supra pag. 565. §. CCXXXVI.
(*f*) KOENIGSHOV. *Chron.* pag. 260.
(*g*) SCHILTER *ad Kanigshov.* pag. 1144. Conf. ſupra pag. 622.
(*b*) Supra pag. 133.
(*i*) SENCKENBERG *de ſucceſſ. filiar. in Regnis &c. Beylagen* num. 9. pag. 34.
(*l*) Ibidem pag. 35.
(*m*) Supra pag. 223.
(*n*) GLAFEY *Anecdot.* num. 223.
(*o*) Epitaph. in Collegiata Neovillar.
(*p*) SCHANNAT *Vindem. Liter.* Collect. I. pag. 167.
(*q*) HERZOG *Chron. Alſat.* Lib. V. pag. 11.
(*r*) WENCKER *de Pfalburg.* pag. 125.
(*s*) Literas huc facientes id. ſcriptor vulgavit in *Uſtburg.* pag. 215. ſeq.
(*t*) Sepultus eſt in eccleſia Ingovillenſi.

# TABULA G
# DYNASTARUM I

GOTFRIDUS d

HENRICUS Miles de Fl

WOLFRAMUS 1255. † ante 1294. auctor lineæ *Fleckenstein.*

RUDOLFUS Dom. de Fleckenst. † ante 1270. auctor lineæ *Dagsfud.*

WOLFRAMUS II. 1312. Uxor Gertrudis ab Ettendorff † 1302.

HENRIC. II. 1280. † ante 1305.

HENRICUS II. 1280. † ante 1309. Ux. 1) Sufanna de Rathſamh. ad Lapidem. 2. Jutta de Magenheim 1262.

JOHANNES Canon. Spir. 1314.

HENRICUS III. accipit Sulzam 1351. † 1360. Ux. Eliſabetha de Waſſelnheim 1327.

JOHANNES 1315.

HENRICUS III. 1347. Eliſabetha Boemundi Dom. 2) Diana de Waſiche

AGNES ux. Johannis de Than 1381.

HENRICUS IV. † 1344. Ux. Jutta de Bickenbach 1330.

HENRICUS IV. dict. de *Hunſingen* 1376. & 1391. Ux. Johanna Dieter

ANNA ux. Hugonis de Ramberg 1348.

HENRICUS V. dict. de *Bickenbach*, avo ſuccedit 1360. Huneburgicis 1364. † 1385. Ux. Cathar. de Waſichenſt. 1352.

Jo. BERNHARDUS 1388. Ux. Eliſab. de Ettendorff.

HEN Aj

HENRICUS VI. de Fleck. in *Sultz* † 1422. Ux. Anna de Muhlheim 1393.

ANNA ux. Johannis de Waſſelnheim 1367.

HENRICUS VII. jun. in *Rodern* † 1405. Ux. Petriſſa de Hunenburg.

NICOLAU Ux. Mar Wartenl

HENRICUS VIII. Advocatus Selſæ † 1449. Ux. Eliſab. de Schöneck † 1439.

JOHANNES † 1483. Ux. Margar. de Rathſamh. † 1470.

FRIDERICUS Surburg. Canonicus 1428.

HENRICUS VIII. 1408. † 1450. Ux. Petriſſa de Helmſtætt 1413.

FRIDERICUS Canon. Wormat. 1413.

AGNES ux. Eberhardi de Schauenb. 1412.

Fl 14

JACOBUS Subadvocatus Alſ. 1500. † 1514. Ux. Veron. de Andlau 1473.

ELISABETHA uxor Blickh. de Rotherb. 1476.

CLEMENTIA ux. Henrici de Durckh. 1477.

FRIDERICUS Scultetus Imp. Weiſſenburg. 1486.

JACOBUS 1487. Uxor Margar. de Rathſamh.

CATHARINA ux. Georgii de Landſperg 1424.

JACOBUS II. Advocatus Germersh. † 1526. Ux. Barbara de Ingelheim 1510.

JUDITHA Abbatiſſa Regispont. † 1545.

LUDOVICUS Aulæ Palat. Magiſter 1530. † 1541. Ux. Urſula de Ingelh.

HENRICUS IX. in *Hochweiler* † 1517. Ux. Margar. Beyer de Blisburg 1500.

NICOLAUS † 1519. Uxor Margaretha de Greiffenclau 1489.

PHILIPPUS † 1504.

PHILIPPUS † 1551. Ux. Mar. Jacobea de Durckheim.

JACOBUS III. † 1552. Ux. Gertrud. Camer. de Worm. in Dalb. 1539. † 1563.

ANNA heres caſtri *Rupersberg*, ux. Frid. Camer. de Worms in Dalberg 1536.

FRIDERICUS † 1568. Ux. Anna de Dalberg.

WOLFGANG. † 1542.

FRIDERICUS Advocatus Germersh. Ux. Cathar. de Cronberg 1543.

SEBASTIANUS Ux. Helena de Dienheim.

REGINA ux. Seyfridi de Dienheim 1563.

HENRICUS X. n. 1545. † 1605. Ux. Margar. de Rosenberg 1567. † 1616.

CATHARINA ux. Georg. de Seebach 1558.

MARGARETHA ux. Friderde Landeck 1571.

JOHANNES ſuccedit patri 1549. † 1578. Ux. Anna Cameraria de Worms in Dalberg 1551. † 1593.

FRIDERICUS n. 1568. Marchionis Bada-Durlac. Adminiſt. † 1621. Ux. Urſula de Windeck 1594. † 1658.

LUDOVIC. † 1636. Ux. Anna de Boedigheim 1613.

HENRICUS n. 1590. † 1610.

ANNA ux. Georgii de Wellrath.

PHILIPPUS. Ux. Eliſabetha de Flers 2) Barbara de S. gen.

VERONICA n. 1597. Ux. Joh. Wolfii de Durckh. † 1620.

MARIA Elis. Ux. Philippi Wilhelmi de Schmidberg 1626.

GEORG. HENRICUS Tribun. Equeſtris. Ux. Anna Eliſabetha de Schauenb. 1652.

JACOB. IV. † 1647. Ux. Maria Cleophe Buck 1633.

FRID. WOLFG. Campi-Mareſch. † 1674. Ux. Eliſ. Doroth. de Ballhofen.

GOTFRID. † 1639. in obſidione Veſulii.

JOHANNES † in Ital.

HENRICUS JACOBUS n. 1636. gentis univerſæ poſtremus † 1720. Ux. Sufanna Maria de Landsb

MARIA DOROTHEA ux. Wolfg. Henrici de Gœlnitz 1680.

MARIA MAGDALENA ux. Phil. Chriſtoph. de Geyling 1685. † 1689.

FRIDERICUS JACOBUS † 1710. ria Cathar. de Rathſamhauſen

ELEONORA SABINA n. 1689. ux Ferdinandi Joham de Mundols

Ad Pag. 625.

# ENEALOGICA
# E FLECKENSTEIN.

leckenſtein 1179. & 1189.

. 1238. Scultetus Hagenoæ 1257.

FRIDERICUS Dom. de Fleck. † ante 1270. auctor lineæ *Sultz.* prioris.

PETRUS Præpoſ. Spir. † 1314.

HENRICUS Canon. Spir. 1290.

HENRICUS II. de Fleck. in Sultz 1275. † ante 1305.

4. Ux. 1) Eli- Dagſtul filia. tein 1350.

HUGO 1305. 1321. Ux Chriſtina de Meckenheim.

ELISABETHA uxor Rudolfi de Bergheim.

Dom. in Dagſtul. i de Hus fil. 1362.

HENRICUS III. 1339. † poſt 1350.

BRIGITTA ux. Rudolfi de Hohenriet 1366.

ICUS V. 1414. Ux. es Com. de Mœrs & Sarwerden.

FRIDERICUS 1424. Ux. Catharina de Dalberg.

JOHANNES Abbas Self. 1410. Epiſcopus Baſil. 1423. † 1436.

in *Dagſtul.* aretha de rg 1431.

FRIDERICUS II. in *Madenburg* † 1431. Ux. Margaretha de Hendſchusheim.

DERICUS III. 2. & 1459. Ux. enoveva de firſchhorn.

ELISABETHA uxor Henrici Beyeri de Boparten 1447.

FRIDERICUS IV. *Baro S. Imp.* 1467. Uxor Catharina de Winneberg.

ANNA ux. Johannis de Falckenſtein.

RGARETHA nialis S. Stegni Argent. † 1472.

FRIDERICUS V. à Turcis captus † 1482. Ux. Barbara de Bodmen.

HENRICUS VI. † 1535. Ux. Barbara de Fleckenſtein 1490.

ELISABETHA ux. Georgii de Schauenburg.

ICOLAUS Vindobonæ 1529.

HENRICUS VIII. Subadvocatus Alſatiæ † 1561.

JOHANNES Præfectus Militiæ 1552.

DIETERICUS Canon. Spirenſis.

GEORGIUS † 1553. Ux. Johanna Com. Silv. & Rhen. † 1595.

ANDREAS Canonic. Argent.

JUDITHA, VERONICA, ODILIA, CATHARINA, ANNA, Moniales.

HENRICUS Præpoſ. ſelfenſis 1519.

JACOBUS Decanus Trevir. 1529.

HENRICUS nat. 1540.

LUDOVICUS nat. 1542. Ux. Sibylla Com. Hanov. 1562.

JOHANNES n. 1545.

AMELIA n. 1546. ux. Alberti de Hohen-Saxen.

ELISABTHA n. 1548. MAR. 1549. MARGAR. 1550.

URSULA n. 1553. Ux. Emiconis Com. Lein. Dagsburg.

PHILIPPUS WOLFGANGUS de Fleck. Baro in Dagſtul † 1618. Ux. 1) Anna Alexandria de Rappoltſt. 2) Maria Magdalena de Hohen-Saxen.

li- im. in-

BARBARA PHILIPPA ux. 1) Philippi Com. Eberſtein. 1602. 2) Ottonis Rheingravii 1609.

GEORGIUS II. nat. 1588. ultimus hujus ſtirpis † 1644. cælebs.

ANNA SIBYLLA † 1661.

PHILIPPUS Jac. periit in prœlio ad Wimpinam 1622.

JOHANNES FRIDERICUS † ætat. XIII.

ANNA MARGAR. ux. Jo. Reinharti Flach de Schwarzb.

WOLFF. PHILIPPUS † 1637. Ux. 1) Weiterſheimia, 2) Bettendorfia.

1659.

Ma- 88.

JULIA SIDONIA ux. Ignatii Ludovici Vicethum de Egersberg 1706.

hil. m.

An. MCCCXCII. bellum indixit; (*u*) pater *Ludovici* VII. ex Adelheide, Henrici, Comitis Veldentini, filia ſuſcepti, viri in armis exercitatiſſimi; qui Bopartium atque Fleckenſteinium An. MCCCCXIX. (*x*) Abbatiam Schwarzacenſem, Lichtenaviæ vicinam, (*y*) Lucelburgios aliosque Weſtraſios An. MCCCCXXIII. (*z*) Civitatem Argent. An. MCCCCXXVIII. armis aggreſſus eſt. (*a*) Uxorem duxit Annam, Bernhardi, Marchionis Badenſis, filiam, ex qua ei nati ſunt *Jacobus & Ludovicus*, patri An. MCCCCXXXIV. in Dynaſtia ſuccedentes.

## §. CCCLXXIV.

Jacobus, Cæſaris Friderici IV. pluriumque Principum Conſiliarius, una cum fratre inveſtituram Metenſem An. MCCCCXXXV. Imperialem An. MCCCCXLII. cum novis privilegiis accepit. (*b*) An. MCCCCLVIII. Cæſar eum Comitis *Lichtenbergenſis* ornavit diplomate; unde pro cera viridi Jacobus deinde uſus eſt rubra. Manſit tamen Lichtenbergicis terris Dynaſtiæ axioma. Matrimonium ipſi cum Walpurgi Sarwerdenſi ſterile fuit; qua defuncta pellicem elegit Barbaram ab Ottenheim, impotentis animi feminam, quæ omnium in ſe iras excitavit; Buxovillæ præfertim, ubi cum Jacobo agebat; Ludovico, Jacobi fratre, in Lichtenbergenſi caſtro habitante. Hic ad oppreſſorum evocatus auxilium furiam iſtam An. MCCCCLXII. Buxovilla expulit; non niſi poſt Ludovici mortem An. MCCCCLXXI. ad Jacobum redituram, poſt Jacobi obitum Hagenoæ combuſtam. (*c*) Jacobus autem ad An. MCCCCLXXX. d. 12. Jan. uſque vitam produxit, à barba promiſſa, quam aluerat, dictus *Barbatus*. (*d*) Gentis interitus.

Tum itaque Lichtenbergenſis Dynaſtia ad fratris ejus Ludovici, in priſca Dynaſtæ dignitate defuncti, filias, ex Eliſabetha Hohenloica relictas, ut pridem conventum fuerat, tranſierunt; *Annam* ſcilicet & *Eliſabetham*, quarum illa Philippo, Hanoviæ Comiti, An. MCCCCLVIII. hæc Simoni Weckero, Comiti Bipontino ac Dynaſtæ Bitenſi, vivis parentibus, nupſerat. (*e*) Hos Ludovici generos Epiſcopus Metenſis de feudis Eccleſiæ ſuæ, quæ ſocer eorum poſſederat, An. MCCCCLXXIII. jam inveſtivit. Jacobus tamen omnia ſolus uſque ad mortem ſuam retinuit. Huic extincto Hanoviæ & Bipontii Comites æquis partibus ſucceſſerunt. (*f*)

Inſignia Lichtenbergica nigro Leone conſtant in area argentea, cujus margo tingitur minio. Conveniunt cum his Dagsburgenſia, niſi quod inſuper bacillos liliatos octo habeant, quos carbunculum liliatum nonnulli appellant. (*g*) *Tab. Inſign. num.* 12. *Num.* 7.

# BARONES A FLECKENSTEIN.

## §. CCCLXXV.

Gens Fleckenſteinenſis, in Alſatia inferiore, ſi divitias ſpectes, poſt Lichtenbergenſem facile princeps, antiquitate nulli ſecunda, diutiſſime omnium ex Comitibus atque Dynaſtis familiarum floruit. Documenta ſeculi XII. *Godefridum* & *Conradum fratres de Fleckenſtein* produnt. (*h*) Hos excipit *Henricus* An. MCCLVII. Scultetus Hagenoenſis, *Wolframi*, *Rudolphi* & *Friderici* pater, triumque per filios hos auctor linearum; ex quibus Fridericiana, quæ à *Sultza* nomen quoque *Sultzenſis* accepit, ſeculi XIV. medio in Friderici hujus pronepote *Henrico* omnium prima defecit. Origo Gentis.

## §. CCCLXXVI.

Rudolphina, quæ Beinhemium & Pagum Riedenſem cum aliis quibusdam locis poſſidebat, per tres Henricos continuata, inſigne opum ſuarum incrementum circa An. Stirps Daſtul.

(*u*) Inſtrumenta ap. Wenckeu. *de Uſiburg.* pag. 174. ubi *Herr Heinrich u. Jungherr Johann Herren zu Lichtenberg.*

(*x*) Herzog *Chron. Alſat.* Lib. V. pag. XII.

(*y*) *Alten-maſſige Geſchichte erzehlung des Cloſters Schwarzach contra Baden* An. MDCCXXVIII.

(*z*) Herzog loco cit. pag. 13.

(*a*) Ibid. pag. 14. & Menckens. *Scriptor. Rer. Germ.* Tom. I. pag. 1206.

(*b*) Schilteri *Scriptor. Rer. Germ.* in Docum. pag. 114.

(*c*) Hæc fuſius refert Herzog. loco cit. pag. 32. ſqq. Conf. Wencker *Apparat. Archiv.* pag. 18. Imagines Jacobi & Barbaræ hodieque viſuntur lapidi inſculptæ ſupra portam Cancellariæ Argent. tum extructæ.

(*d*) Reipertivillæ in eccleſia, quam ipſe ædificaverat, ſepultus, ubi *Comes in Liechtenbergk, Marſchalcus & Advocatus ſuperior in Argentina* ſcribitur.

(*e*) Herzog loco cit. pag. 48. & 82.

(*f*) Diviſionem tum factam vide ſupra pag. 534. not. (*b*).

(*g*) Spener. *Op. Herald.* Part. II. Lib. II. Cap. XLI. pag. 462.

(*h*) Diplomata Friderici I. Imp. An. MCCLXXIX. & MCLXXXIX. Fabuloſi itaque ſunt, quos ex ſeculo X. & XI. Genealogi proferunt.

An. MCCCLXXVI. accepit, quum Henricus dictus de *Hunſingen*, Rudolphi pronepos, avunculis ſuis, *Dominis de Dagſtul*, in hoc Dominio ſuccederet; (*i*) unde ramus hic *Dagſtulenſis* nuncupatus. Henrici hujus, primi acquirentis, filius erat *Johannes*, Abbas primo Selſenſis & S. R. Imperii Princeps, dein Epiſcopus Baſil. An. MCCCCXXXVI. defunctus. (*l*) Nepos ejuſdem Henrici *Fridericus* à Ludovico, Electore Palat. Subad. vocatus provincialis Alſatiæ An. MCCCCXXIV. conſtitutus; (*m*) pronepos *Friderici III.* Baronis S. Imperii in Dagſtul axiomate novisque inſignibus, à Friderico IV. Imp. An. MCCCCLXVII. ornatus eſt. (*n*) Friderici nepotes erant *Henricus VII.* & *Georgius I.* quorum ille Subadvocati provincialis Alſatiæ munere ſub Carolo V. innotuit; (*o*) hic procreata ex Johanna, Silvarum & Rheni Comite, numeroſa ſobole per *Ludovicum* filium ſtirpem continuavit. Ludovicus per Sibyllam, Philippi, Hanoviæ Comitis filiam, *Philippi VVolfgangi*, An. MDCXVIII. defuncti, hic per Alexandriam Rappoltſteinenſem *Georgii II.* pater fuit. Georgius autem, ultimus ſuæ ſtirpis, An. MDCXIV. ætatis 56. cœlebs deceſſit. Dynaſtia Dagſtulenſis ad Eccleſiam Trevirenſem, cujus feudum erat; Pagus Riedenſis & reliquæ hujus ſtirpis in Alſatia terræ ad ſuperiſtitem tunc lineam Sulzenſem pervenerunt.

## §. CCCLXXVII.

Stirps Wolframi. Fleckenſteinio-Sulzenſis linea, per plures Henricos propagatæ, conditor erat Wolframus, Henrici I. filiorum natu maximus; cujus nepos *Henricus III.* Fridericianæ ſtirpi An. MCCCCLI. in Sulza; abnepos *Henricus V.* dictus de *Bickenbach*, in Bickenbacenſibus per matrem, & in Huneburgicis terris per uxorem An. MCCCLX. ſucceſſit. Hic autem præter *Johannem*, electum An. MCCCCX. Epiſcopum Wormatienſem, duos filios, *Henricum VI.* & *Henricum VII.* genuit; utrumque peculiaris familiæ auctores. Divifis inter ſe terris An. MCCCCVIII. Henricus VI. Sulzenſem parochiam cum vicis Hochweiler, Surburg, Hoſen, Mulhoſen, Otterbach, Hatgoviam &c. Henrici VII. filii Rœderenſem Præfecturam cum vicis Lembach, Oberkuzenhauſen, Gunſtett, Bühel &c. ſortiti ſunt; caſtris Fleckenſtein, Waſenſtein & Hunenburg in communione manentibus. Orta hinc ſunt *Sulzenſis* & *Rœderenſis* familiarum nomina. Poſterior per ſex generationes continuata defecit in ſeptima, *VVolfio Philippo*, bis marito, An. MDCXXXVII. decedente improli.

## §. CCCLXXVIII.

Linea Sulzenſis. Henrici VI. qui rami Sulzenſis auctor, nepos erat *Jacobus*, Alſatiæ Subadvocatus provincialis An. MD. (*p*) ex cujus tribus filiis, *Jacobo III. Ludovico* & *Henrico IX.* duo priores Barbaram & Urſulam ſorores, ex Ingelhemia gente ortas, cum duxiſſent uxores, novas patrimonio ſuo adjecerunt opes, in quibus caſtrum Rupersberg cum aliquot vicis ad Ludovicum, Palatinæ Electoralis aulæ Magiſtrum, & per hujus filiam unicam ad Dalbergios pervenit. Henrici IX. proles arcem ſedemque ſibi conſtruxit in Hochweiler. (*q*) Sola Jacobi, Præfecti Germersheimenſis, propago ad noſtrum uſque ſeculum duravit. Pronepos ejus, *Fridericus*, ſummis in aula Bada-Durlacenſi honoribus claruit, opportuno ante funeſtum Durlacenſibus prœlium (*r*) tempore An. MDCXXI. extinctus. Patris virtutem æmulati ſunt filii, *Georgius Henricus*, in Bavaricis copiis, *Fridericus VVolfius* in Gallicis duces creati. Stirpem vero continuavit *Jacobus IV.* frater, An. MDCXLVII. defunctus, adeoque & Rœderenſi, & Dagſtulenſi ramis diu ſuperſtes. Hujus denique filius, *Henricus Jacobus*, ex Maria Cleopha Bockia ſuſceptus, omnem Fleckenſteinenſem proſapiam ſecum ſepeliri præſenſit. Genuerat quidem ex Suſanna Maria de Landſperg, præter tres filias, *Fridericum Jacobum*, ſpem patris atque clientum; qui vero An. MDCCX. ætatis 46. vivo parente ſubſtatus, unicam filiam, *Eleonoram Sabinam*, Philippo Ferdinando Johamio de Mundolsheim poſtea nuptam, reliquit. Sorores ejus erant *Maria Dorothea*, Wolfgangi Henrici de Gœlniz uxor; *Maria Magdalena*, Philippi Chriſtophori Geylingii de Altheim, &

(*i*) Henrici pater Eliſabetham, Boemundi Domini de Dagſtul filiam, Boemundi, Johannis & Nicolai ſororem, duxerat uxorem. Eliſabethæ patrem An. MCCCX. & fratres An. MCCCXLIII. charæ nobis produnt ap. HONTHEIM *Hiſt. Trevir.* Tom. II. pag. 41. & 154.

(*l*) Hac ipſa ætate Johannes quidam de Fleckenſtein cum filiis duobus fortunarum ſuarum ſedem Lucernæ fixit, ubi poſteri ejus hodieque florent. Vid. LEU *Lex. Helvet.* voce *Fleckenſtein.*

(*m*) Supra pag. 572. §. CCLIII.

(*n*) Verba diplomatis: *auf ihrer Herſchaft Dagſtul zu unſerm u. des heil. Reichs rechten Freyherrn gewürdiget.*

(*o*) Supra pag. 576. med.

(*p*) Conf. ſupra pag. 574. med.

(*q*) Supra pag. 246.

(*r*) Intelligo prœlium ad Wimpinam An. MDCXXII. quo ſuſi Badenſes à Cæſareis.

& *Julia Sidonia*, Ignatii Ludovici Vicedomini de Egersberg conjuges. Henricus Jacobus denique An. MDCCXX. gentis ſuæ poſtremus deceſſit, Principi Rohanæo, qui ſpem ſuccedendi in feudis jam à Ludovico XIV. acceperat, Dynaſtiam fere omnem relinquens. Allodia inter ſe diviſerunt heredes.

## §. CCCLXXIX.

Poſſeſſiones variæ.

Præter Imperialia autem, Oetingenſia, nunc Regia, & Colonienſia feuda, quæ ad Rohanæos transierunt, Fleckenſteinenſes quoque alia multa, ſed minora, poſſederant, Palatino-Electoralia, caſtra nempe Rœdern & Frundſperg, quæ Hatzelii nunc poſſident; Palatino-Bipontina, uti vicum Drachenbrunn, qui penes Gœlnizios hodie; Hanoico-Lichtenbergenſia, vicos Hochweiler & Bühel cum jure patronatus in Sulz & in Berſtheim; Onolzbacenſe, advocatiam in Stützheim; Lœwenſteinenſe, decimas nimirum in Waldilvesheim prope Alzejum, quas Wolfgangus Comes à Lœwenſtein ao Dynaſta in Scharpeneck Fleckenſteinenſibus An. MDLIV. primum contulit.

Ab Eccleſia inſuper Trevirenſi tenuerunt vicum Trimbach; ab Argent. partem vici Lembach, curiamque dominicam in Dunzenheim; à Spirenſi vel potius Weiſſenburg. decimas in Lensweiler alibique; à Selſenſi bona in agro Minſeldenſi. His omnibus acceſſerunt denique vici allodiales Zuzendorff, Nider-Seebach, Lembacum ex parte &c.

Vaſalli.

Sed & ſuos à ſeculo XIV. vaſallos habuerunt Fleckenſteinenſes Dynaſtæ, Holzapfelios Nobiles, Blumenavios, Zuckmantelios, Falckenſteinenſes, Lamparthemios, Muhlhoſios, Gotteshemios, Morsvillenſes, Kanelios, Treppelerios, Nagelios de Kunigsbach, Surburgenſes aliàs Schillingos, &c. qui omnes vel decimas in Altorff, Eckendorff, Keſſendorff, Ruligesheim vulgo Rilzen; vel prædia in Herxheim, Kittelsheim, Freckenfeld, Minfeld, Minversheim, Surburg, Mutensheim in feudum tenuerunt.

*Tab. Inſign. num.* 13.

Clypeus Fleckenſteinenſis absque Dagſtulenſi argenteus tres faſcias virides, vel ut aliis placet, ternas argenteas ac virides oſtentat. His linea Dagſtulenſis decuſſim nigram adjecit. (*s*)

# ETTENDORFII DYNASTÆ.

## §. CCCLXXX.

Ettendorfiis Nobilibus inter Dynaſtas jure meritoque locus debetur. *Domini ab Ettendorff* & *Domini ab Hohenfels* in chartis promiſcue appellantur, aliorum quidem vaſalli, ſed & ſuam ipſi curiam feudalem habentes. De vico Ettendorff (*t*) & caſtro Hohenfels, (*u*) ſuo loco jam actum. An. MCLXIII. *Fridericus de Etendorf* teſtis fuit traditionis, Abbatiæ Neovillar. à Theodorico quodam factæ. Seculo integro ab hoc diſtat alius *Fridericus* Ettendorffius, cui Vendenheim & Criegesheim vici per Epiſcopum Argent. oppignerati ſunt. (*x*) Hugo Comes Luceſteinenſis & Henricus Dom. de Lichtenberg An. MCCLXIV. inducias bimeſtres inter *Eberhardum de Etendorf* & Civitatem Argent. conciliarunt. Triennio poſt Conradus Lichtenbergenſis, Eccleſiæ Argent. tum Cantor, poſtea Epiſcopus, inter eandem Civitatem atque *viros nobiles*, *Fridericum & Eberhardum*, *Dominos de Etendorf*, idem in aliquot præſtitit menſes. Friderici hujus filii, *Henricus* & *Reinhartus*, An. MCCCII. Nicolao Zornio, Sculteto Argent. partem decimarum & curiam dominicam in Gebolzheim contulerunt in feudum. Præter Zornium hunc Ettendorfii hi fratres Petrum de Winſtein quoque inter vaſallos ſuos numerabant; (*y*) imo quod majus eſt, Fleckenſteinenſes An. MCCCLXII. in eodem numero comparent, Kutzenhuſium à *Reinboldo* Ettendorfio in feudum tenentes. (*z*)



(*s*) Spener. *Op. Herald.* Part. ſpec. Lib. I. Cap. XXIII.
(*t*) Pag. 255. §. CCCCLXX.
(*u*) Pag. 250. §. CCCCLVII.
(*x*) De vicis his ſupra pag. 172.
(*y*) Herzog *Chron. Alſat.* Lib. V. pag. 135.
(*z*) Henricus de Fleckenſtein, locum hunc ſocero ſuo tum oppignerans, Reinboldum vocat: *minen geredigen Juncheren*, *Juncheren Reinbold von Ettendorf, Herren zu Hohenfels.*

## §. CCCLXXXI.

Reinboldus. An. MCCCLXIX. *Reymboldus de Aytendorff*, *Dominus de Hohenvels*, jure majorum à Lotharingiæ Ducibus ſe tenere profeſſus eſt, " primo quicquid Dominus de Flecken-„ ſtein ſenior tenet de me in feodum. Item quicquid Dom. Eberlin de Frundesberg „ tenet de me in feodum. . . . . Item quicquid Dom. Henr. de Falckenſtein tenet „ de me in feodum. Item Langen-Soltzbach cum ſuis pertinenciis, que illi de Wyn-„ ſtein tenebant de me in feodum, bannum & juſticiam, majorem & minorem. . . . „ Item Frenchwilre villam . . juſticiam majorem & minorem. . . . Item Fortſheim „ villam. . . . Item villicaturam quam habeo in villa de Niderenbörne. Item medie-„ tatem ville Offwilre. . . . Item Gros-Steinhouſen villam cum ſuis pertinenciis &c.

Boimundus. An. MCCCLXXXV. Boimundus de Ettendorf, Dominus de Hohenvels, vicos Gros-Steinhuſen & Klein-Steinhuſen, Alberto de Biponte pro ducentis florenis conſenſu Johannis, Lotharingiæ Ducis, oppigneratos, intra biennium ſe redemturum promiſit.

Triennio poſt Goſſelinus de Kageneck & Wiricus de Berſtetten, Hugonis filius, jus patronatus vici Gebolzheim beneficio Boimundi Ettendorfii (*a*) ſe poſſidere confeſſi ſunt.

An. MCCCXCVIII. Heinricus Eckbrechtus de Durckheim, Eques, de vicis Steinhauſen, majori & minori; An. MCCCCIII. Arnoldus Dominus de Sirck de Lutweiler, Boſſweiler & Zeisweiler vicis ex ſemiſſe, ab eodem Boimundo inveſtiti ſunt. (*b*) An. MCCCCVII. Cuno Baſtardus de Ettendorff ſubfeudum, in quo Anſelmo de Kagenecke ſucceſſerat, Boimundi, ut Domini directi ſecundarii, conſenſu Zorniis reſignavit; quos cum Epiſcopus Argentinenſes, Dominus primarius, An. MCCCCXLIV. ipſe inveſtiverit, Ettendorfios tum extinctos fuiſſe colliginus.

*Tab. Inſign. num.* 14. Clypeus hujus gentis flavus & quadripartitus eſt. Prima & quarta areola crucem nigram, ſecunda & tertia aquilam rubram exhibent.

## PEREGRINI ALSATIÆ DYNASTÆ.

## §. CCCLXXXII.

Sub Germ. & Gallis. Antiquis, quas expoſui, Comitum atque Dynaſtarum Alſatiæ familiis; vere vel quaſi indigenis, aliæ non minus illuſtriores paulatim acceſſerunt ab exteris, vel in Alſaticarum potius locum ſucceſſerunt heredes. Leiningenſes Comites ſeculo XIII. Dagsburgicos; (*c*) Wirtenbergici ſec. XIV. Horburgenſes; (*d*) Palatini ſeculo XV. Lucelſteinenſes; (*e*) brevique poſt Hanovienſes & Bipontino-Bitenſes Lichtenbergicos Dynaſtas, (*f*) uti ſuo de ſingulis loco oſtenſum, inter Proceres Alſatiæ exceperunt ac cives. Hæc ſub periodo Germanica, quæ Germanos admiſit. Sub Gallica Mazarinii, Rohanæo-Subiſii, Caſtilionæi Duces, Roſii, Guberneti, Ruſſeciæ March. aliique infuper admiſſi. Sed hos omnes præterimus ſilentio, quod aliunde jam noti, nec Alſaticis familiis accenſeri, nec qui in Germania ac Gallia adhuc florent, in extinctarum, quas tractamus, gentium claſſe reponi poſſunt.

De Lupfenſibus Comitibus tamen & Dynaſtis à Dicka, jam pridem intermortuis, pauca adjiciam.

## §. CCCLXXXIII.

Comites Lupfenſes. LUPFENSES Comites, Landgravii Stulingenſes, in Hegovia, Sueviæ Pago, inter Rhenum atque Danubium ſito, variis terris, quæ nunc ad Principes Furſtenbergenſes pertinent, æque ac generis nobilitate conſpicui, (*g*) Alſaticam civitatem ſub finem ſeculi XIV. primum adepti ſunt. Tum enim *Johannes* Comes Herzlandam, Ulrici, Dynaſtæ Rappoltſteinenſis, maſcula prole carentis, filiam duxit uxorem, quæ acceptam à patre hereditatem, præteritis Schmaſmanno & Ulrico, patruelibus ſuis, conjugi teſtamento

(*a*) *Von dem edlen unſerm gnädigen Herrn, Herrn Reymond von Ettendorff, Herr zu Hohenſeils.*
(*b*) Herzog loco cit. pag. 116.
(*c*) Supra pag. 196. § CCCLV. & pag. 491. §. LX.
(*d*) Pag. 78. §. CXXI. & pag. 612. med.
(*e*) Pag. 197. 200. & 610.
(*f*) Pag. 214. Hanovienſes Comites præ aliis diligenter recenſuit Herzog *Chron. Alſat.* Lib. V. pag. 61. ſeq.
(*g*) Lucæ *Grafen-Saal* pag. 1034.

teſtamento reliquit. Ortum hinc inter Lupfenſes & Rappoltſteinenſes non leve certamen, quod An. MCCCC. Leopoldi, Auſtriæ Ducis, auctoritate Enſishemii ita compoſitum eſt, ut Dynaſtia Hohenaccenſis penes Johannem &, ſi quis ei poſtea naſciturus veſſet, filium natu majorem, Landſpurgenſis autem in omne ævum penes Lupfenſes, mares & feminas, maneret, niſi ab Auſtriacis, à quibus ad Rappoltſteinenſes pignoris lege pervenerat, redimeretur. Lupfenſes igitur, ab hoc tempore cives Alſatiæ, vicinis ſuis non ſemel graves, (*b*) Landſpurgi poſſeſſionem, neglecta ab Auſtriacis reluitione, ſervarunt, donec in Schwendios ſponte illam transferrent. (*i*) Nec multo poſt omnis eorum profapia cum Henrico, Joachimi filio, A. MDLXXXII. nempe, defecit. (*k*)

SCHWENDII, Lupfenſium ſucceſſores, origine quoque Suevi, & Landſpurgenſi hac Dynaſtia &, quam ſimul poſſederant, Advocatia Keiſersbergenſi, à Ludovico XIV. ſeculo ſuperiore exuti, (*l*) ante paucos annos in Suevia pariter exſtincti ſunt.

## §. CCCLXXXIV.

Dynaſtæ à Dicka.

Domini de DICKA à Rheno inferiore ad ſuperiorem progreſſi ſub Friderico II. Imp. Alſatiam inhabitare cœperunt. Auctor hujus migrationis erat Henricus, ab A. MCCXXXVIII. uſque ad An. MCCLX. Epiſcopus Argentinenſis, (*m*) cujus frater *Alexander de Dicka*, An. MCCXLVII. in chartis Alſaticis primum comparet. (*n*) Cognomen à *Stahleck* huic tribuitur Præfuli, ex Diccenibus orto, forte quia in aula Comitis Palat. Rhen. Stahleccii vixerat. Caſtrum enim hoc prope Bacheracum ad Comites Palatinos, ut Colonienſis Eccleſiæ feudum, pridem ſpectabat. (*o*) In literis inveſtituræ An. MCLXXXIX. Conrado Comiti Palat. ejusque filiæ Agneti conceſſis, *Heinricus de Dicke ejusque filius Alexander* inter teſtes leguntur. (*p*)

Alexander, *Dominus de Dicka*, peculiarem gentis ſuæ lineam in Alſatia condidit, Henrici Sigeberti, Alſatiæ inf. Landgravii, ſocer, (*q*) pater *Henrici*, qui Anſelmum Rappoltſtein. ex cuſtodia Argentinenſi fidejuſſione ſua An. MCCXCII. liberavit. Vel idem Henricus vel alius Dominus de Dicka eidem Civitati Argent. An. MCCCXXV. Johannis de Berſe, Equitis, ſponſorem ſe obtulit. (*r*) *Walthertum* & *Hermannum*, Epiſcopi & Capituli Argent. in conventu provinciali, Seleſtadii habito, oratores Sigiſmundi Lichtenberg. literæ An. MCCCLXVI. produnt. (*s*) Waltherus, ſtirpis ſuæ poſtremus, in prœlio Sembacenſi An. MCCCLXXXVI. occubuit.

Hæc de Comitibus & Dynaſtis, quibus ſuccedit Nobilitas inferior.

# *CAP. XIII.*

# NOBILITAS INFERIOR.

## §. CCCLXXXV.

Nobilis.

INOENNUUS, Liber homo, Miniſterialis & Miles ſcriptoribus medii ævi dicebatur, quem *Nobilem* (*t*) noſtra ætas appellat. Diviſio hominum in Nobiles, Liberos & Servos in Germania, Gallia, alibique obtinuit. Nobilis vocabulum nonniſi Ducibus, Comitibus & Dynaſtis (*u*) tunc temporis tributum.



(*b*) Vid. ſupra pag. 416. & 421.

(*i*) De hac tranſlatione, A. 1563. facta, vid. ſupra pag. 107.

(*k*) BUCELINI *Germania ſtemmatographica* pag. 52.

(*l*) Supra pag. 593.

(*m*) KOENIGSHOV. *Chron. Argent.* Cap. IV. pag. 844.

(*n*) In charta Henrici Epiſc. ſuper advocatiam urbis Argent. teſtis occurrit *Dom. Alexander de Dicke frater Dom. Epiſcopi.* Biennio poſt inſtrumentum Ludovici Lichtenberg. de eadem Advocatia ſcriptum eſt in præſentia *Domini Alexandri fratris Domini Epiſcopi.*

(*o*) TOLNERI *Hiſt. Palat.* Cap. XIV. & in *Cod. Diplom. Palat.* pag. 58. not. b.

(*p*) FREHERI *Origines Palat.* pag. 92. aliæ ſubſcriptiones Henrici de Dicka, Alexandri patris, in Conradi & Henrici, Comitum Palat. literis, Stahleccii A. 1190. & 1197. datis, ibidem occurrunt.

(*q*) Inſtrumentum ap. LAGUILLE *Hiſt. d'Alſace* probat. pag. 37. Conf. ſupra pag. 526. init.

(*r*) Cod. diplom. MS. Civitatis Argent. fol. 118. ubi *Heinrich Herre von der Dicke.*

(*s*) SCHILTER ad *Kenigshov.* pag. 893.

(*t*) Germ. *Edelmann*, Gallis *Gentilhomme*, Anglis *Gentleman*, Hiſpanis *Hidalgo.*

(*u*) Gallis olim *Sires*, Hiſpanis *Ricos hombres*, Juri feudali Alemannico *ſemper freye.* Conf. Tom. I. pag. 666. Ex liberis his Dominis liberrimi fuerunt, qui dignitates Ducum & Comitum, officia aulica & omnis generis feuda detrectarunt, ut Ethico ap. LEIBNITZ. *ſcriptor. Brunſvic.* Tom. I. p. 801.

Milites Regis.

Ex Liberis vel Ingeniis delecti sunt milites, (x) quibus militia Regni constabat; in qua Nobilitatis hodiernæ, quam Inferiorem vocamus, quærenda origo.

Omnis ergo miles fuit liber (y) & ingenuus, sed non omnis ingenuus & liber fuit miles. Liberti & servi militia excluſi sunt.

Militibus his Reges ex regalibus manſis prædia quædam in beneficium, ſtipendii loco, dederunt, ut alerent equos, nunquam non ad bellum parati; cujus generis militiam apud Polonos & Turcas hodieque reperimus. (z) Militares autem agri *terra ſalica*; poſſeſſores eorum *caſati*, (a) *manſuales*, *inbeneficiati*, *infeudati* Milites vel Miniſteriales (b) dicebantur. Quin & omnis liber manſos tres plureſve proprios habens, contra hoſtem proficiſci tenebatur. (c)

Ex agrariis Militibus Henricus I. Germaniæ Rex, conditis in Germania urbibus, nonum quemque in urbes transpoſuit; (d) unde Milites urbici ab agrariis diſtincti. Urbicis regimen Civitatum à Cæſaribus commiſſum; unde ariſtocraticæ in Alſaticis quoque Civitatibus formæ origo. Status hic ob impotentiam Nobilium, à Ludovici Bavari temporibus, vel in democraticum, vel in mixtum, cœpit converti. Urbici Milites in immediatorum claſſe, uti agrarii, perſtiterunt. Omnes enim Civitates Germaniæ primitus Imperiales fuere, Cæſari ſoli ſubjectæ. Errant ergo, qui Nobiles urbicos agrariis poſtponere auſi ſunt.

## §. CCCLXXXVI.

Milites Procerum.

Seculares & Eccleſiaſtici Proceres, Regum liberalitate potentes, vel Dynaſtæ allodiis divites, ut ſuas terras defenderent, milites ſibi quoque per feuda data pararunt; quos nonnunquam ad exercitum Regis vel ipſi duxerunt, vel per alios miſerunt. (e) De ſecularibus illuſtre exemplum in vicina nobis Brisgovia reperimus, ubi Clementia, Conradi Zaringiæ Ducis filia, cum caſtro Baden centum miniſteriales & quingentos manſos marito ſuo, Henrico Leoni, Saxoniæ Duci, attulerat in dotem; quam Henricus Leo An. MCLVII. Friderico I. Imp. commutatione bonorum tradidit. (f) In Eccleſiaſticorum Alſatiæ Procerum hiſtoria eminet Epiſcopus Argent. cui Alſatus quidam Nobilis vel Dynaſta Folmarus, cum Abbatiam Hugshoven An. MLXI. tradidiſſet, legem adjecit, ut nulli Epiſcoporum Abbatiam iſtam in *Milites* alienandi licentia eſſet. Sola hæc Argentinenſis Eccleſia ultra 120. familias liberas, ad ſervitia præſertim militaria devinctas, præter multos Comites & Dynaſtas, ineunte ſec. XIV. numeravit. (g) Neque ſegniores in alendis militibus Murbacenſis, Weiſſenburgenſis, Andlavienſis Abbatiæ; Comites Phirretenſes, Rappoltſteinenſes & Lichtenbergenſes Dynaſtæ, alique fuerunt. Vetus Mauriſmonaſterii membrana, circa An. MCXXXXIV. ſcripta, tres Abbatiæ hujus manſorum ſpecies, ingenuos ſerviles & proprios recenſens, de ingenuis ita: „ Ingenui ſeu liberi dicuntur Baronibus inbeneficiati, neque cenſum ſolventes, „ neque

(x) Vocati ſunt lingua Latino-barbara *Drudes*, *Drudi*; Franco-Gallice *Francs-bommes*. AUG. GALLAND *du Franc-Alleu* pag. 5.

(y) Liberos a Dynaſtis fortunarum & opum ratione diſtinguimus. Liberas fuit utriſque communis Dynaſtæ etiam Liberi Domini, quin & ſimpliciter *Liberi*, *frey*, *fry*, vocantur in chartis, & Miniſterialibus dilecte præponuntur. In charta fundationis monaſterii Goldbach vallis S. Amarini per Abbatem Murbac. facta A. 1135. poſt Clericos *Liberi*. Theodericus de Rotenleim, Walthere de Rothenbure . . Gerhart de Bollunwilre, Burchart de Waltenheim, Eppo de Nuwenuar; poſtque hos Liberos *Miniſteriales* Abbatiæ Murb. teſtes recenſentur. Frequens in chartis Germ. formula: *multique alii tam liberi quam miniſteriales*.

(z) Polonis ſuos habet *Towarzyſz*, Turcis ſuos *Timariots* & *Zaims*, qui milites ſunt provinciales, equis merentes.

(a) Caſa, manſio, domus, Germ. *beim*, cui poſſeſſor nomen ſuum impreſſit; unde tot vicorum in *beim* deſinentium nomina apud Germanos & inprimis Alſatas occurrunt.

(b) Vocabulum Miniſterialis variorum eſt ſenſuum capax, quos evolvit Jo. GEORG. ESTOR, Vir juris Germ. doctrina illuſtris. Senſus pro circumſtantiis variat. Archiofficiales Imperii Miniſteriales ſunt Cæſaris, Electorum & Principum aliorum Miniſteriales ſunt Comites, Dynaſtæ, Equites. Quin & ſpecies Miniſterialium vel Militum fuit, qui ſervis ſimiles. WIGUL. HUND *Bayeriſch. Stammbaum* Part. II. pag. 404. De Miniſterialibus Eccleſiarum ſervis infra. Henricus VI. Imp. de hominibus propriis *Nobilium* & *Miniſterialium*, id eſt, ſuperioris ac inferioris ordinis Nobilium, in liberas Imperii Civitates tranſeuntibus, A. 1190. litem decidit. WENCKER *de Uſſiburg*. pag. 12.

(c) Teſte Capitulari de A. 807. apud BALUZ. Tom. II. pag. 458.

(d) WITICHINDUS, *Annal.* Libri I. ap. MEIBOM. *Scriptor. Rer. Germ.* Tom. I. pag. 639.

(e) Monaſteria triplicis generis, inter quæ claſſis obligatorum ad militiam fuit, in Alſatia & reliqua Francia ævo Carolino extitiſſe, Tomo I. pag. 801. docui. Contadus Sal. Imp. præcepit, „ ut nullus „ miles Epiſcoporum, Abbatum, Abbatiſſarum, Marchionum, Comitum, vel omnium, qui beneficium de noſtris publicis bonis, aut de eccleſiaſ„ rum prædiis nunc tenent aut tenuerint . . . ſine „ certa & convicta culpa ſuum beneficium perdat. „ *Lex Longobard.* Lib. III. Tit. 8. § 4.

(f) Chartam concambii exhibent SCHEIDII *Origines Guelf.* Tom. 3. pag. 466. ſeq.

(g) Teſte Regiſtro Redituum ac feudorum Epiſcopatus Argent. ſub Bertholdo à Bucheck Epiſcopo.

„ neque triduana fervitia facientes. Cum Caballis ferviunt vel ipſi cum Abbate, ſi „ voluerit, vel ſibi, ſi forte petierit, preſtando.

Tanta autem illis temporibus fuit Nobilium & Ingenuorum in Eccleſias religio, ut Abbatiis & Epiſcopatibus ſe ſuaque bona non pauci devoverent; Deo & Sanctis ſe conſecrare ſibi gloriæ ducentes. An. MCLXIII. „ Miles quidam Theodoricus & „ ſoror ejus Petrella, ex nobiliori familia S. Petri Apoſt. Noville, quia libera dona- „ tione, utpote *Miniſteriales* homines, uti non poterant, „ conſentiente Abbate Neovillar. prædium aliquod Lixheimenſi monaſterio tradiderunt. Servitus hæc, quanquam hinc inde adſtrictior, Procerum, Miniſterialiumque dignitati non nocuit. (*b*)

Ex Ingenuis ergo milites Regis vel Cæſaris, Epiſcoporum, Abbatum, Ducum, Comitum atque Dynaſtarum defumpti.

## §. CCCLXXXVII.

Quin & ex Ingenuis tractu temporis hinc inde Dynaſtæ exorti ſunt. De Cunonis, Argentinenſis Epiſcopi, patre Henrici IV. Imp. charta (*i*) hæc refert: „ Quidam Inge- „ nuus homo, nomine Werinhardus, poſſedit caſtrum Milinenbach in Pago Ufgouue „ prope Rotenfels. Filii hujus Werinhardi nominantur Cuno, deſignatus Argent. „ Epiſcopus, cum fratribus Eberhardo & Werinhardo. „ Dynaſtæ ex illis orti.

Hanc in claſſem Mœrſpergenſes, Ochſenſteinenſes, Bollvillenſes, Fleckenſteinenſes aliique Alſatiæ Dynaſtæ extincti, haud dubie referendi ſunt, qui tamen ſucceſſu temporis allodiis ſuis varia feuda junxerunt, quæ à Cæſaribus, Principibus Eccleſiaſticis & ſecularibus acceperant; ex Liberis Dominis, qui aliis conceſſerant feuda, ipſi quoque facti vaſalli, vel militares vel aulici, adeoque reſpectu militiæ, indolem quoque eorum ex parte induerant, qui Ordinem militarem ſpeciatim compoſuerunt.

## §. CCCLXXXVIII.

Dignitas Militum novum honoris gradum accepit, poſtquam ſacræ illæ in Orientem expeditiones magno cum fervore ab Europæis proceribus ſeculo XII. præſertim ſuſciperentur. Militares familiæ, ad exemplum Dynaſtarum, Comitum, Ducum, eadem temporis periodo gentilitia ſibi cognomina ſumere cœperant. Equeſtres illi Ordines ſacri in Palæſtina exorti, quibus fortiſſimus quisque miles adſcribi voluerat, occaſionem dederunt, ut vocabulum *Miles* novum plane ſenſum acciperet. (*k*) Novæ hujus indolis Milites ſolenni cæremonia, balthæo nimirum vel cingulo militari & gladio inaugurati ſunt, ut & aureis ornati calcaribus; unde Equites aurati. Quin & balneo præmiſſis ſacris immiſſi. Germania vetus quidem, ex Taciti relatu, adoleſcentes ſuos armorum traditione ad bellum idoneos declarare ſolebat. Sed initiatio, de qua loquimur, non adoleſcentes, non Milites generatim, verum ſelectos ex Militibus viros, virtute bellica claros, reſpexit. Equites aurati.

Expeditiones cruciatæ, in Orientem ſuſceptæ, ſacris Hoſpitalariorum, Templariorum, Teutonicorum Ordinibus in Palæſtina inſtituendis, hique deinceps pluribus aliis in Europa formandis paulo ante occaſionem dederant.

Tum vero vocabulum *Miles* non amplius bellatorem ſimpliciter, ut apud Romanos; non bellatorem, terra ſalica inſtructum, ut apud Francos; non hominem ex militari profapia ortum, ſed virum virtute militari conſpicuum & militaribus inſignibus ornatum deſignat, quique adeo decus hoc non natalibus, ſed meritis debet. Tanta Militum horum exiſtimatio fuit, ut ipſi quoque Reges & Cæſares hunc honorem ambirent.

Henricus, Friderici I. Imp. filius & ſucceſſor, An. MCLXXXIV. (*l*) nec non Wilhelmus, Germaniæ Rex, An. MCCXXXXVII. ante regiam coronationem, (*m*) ritu ſolemni creati ſunt Milites.



(*b*) PLOENNIES *de Miniſterial.* Theſ. 32. exempla generis hujus devotorum cumulavit, ut ex illis inferret. Milites vel Miniſteriales antiquos omnes in claſſe fervorum, ſed, ut appellat, honeſtiorum, habitos fuiſſe; ſed non recte concludit.

(*i*) Charta hæc inedita exat in tabulario Epiſcopali Spirenſi Bruchſaliæ.

(*k*) In Charta Burcardi Epiſcopi Baſil. Monaſterio S. Albani data A. MCIII. primum novi ſenſus vocabuli Militis noſtris in partibus mihi occurrit; ubi *Burcardus Miles* ante Miniſteriales aulæ, Fincernum nempe atque Dapiferum, teſtis legitur; quod ſingularis dignitatis virum profecto indicat, non militem ordinarium.

(*l*) ALBERTUS STAD. ad h. ann.

(*m*) MAGNUM CHRON. BELG. ad hunc ann.

Armigeri. Qui autem ad militiam hanc novi generis adſpirabant, Militi prius famulari tenebantur. Nec famulitium hoc recuſarunt Imperatorum Græcorum filii, quod exemplo Alexii patet, qui Iſaaci Imp. filius à Vilharduino, coætaneo ſcriptore, *famulus* (*n*) vocatur. Non raro evenit, ut pater, qui erat Miles, filios haberet Armigeros. Factum quoque, ut ambo, pater & filius, in Militum ordine ſimul conſtituti eſſent, imo nonnunquam filius patre felicior ad hanc dignitatem evectus eſt, illo manente Armigero. (*o*) Tum itaque militares in Milites & Armigeros (*p*) dividi cœperunt.

Milites autem, quum nonniſi equo meruerint, (*q*) vocabula *Miles* & *Eques*, *militaris* & *equeſter* Ordo ſynonyma fuerunt. Cangius, (*r*) aliique de Nobilitate ſcriptores, diverſas has ſignificationes vocum *Miles* & *Eques*, quarum poſterior ſeculo XII. orta, non ſatis diſtinguunt.

## §. CCCLXXXIX.

Nobilitas inferior. A ſeculo XV. omnes, qui primitus Ingenui, Miniſteriales vel Milites appellati ſunt, axioma quoque *Nobilis* obtinuerunt, quod Ducibus, Comitibus, Dynaſtis olim ſolis competiit. Orta hinc Nobilitatis in ſuperiorem & inferiorem (*s*) nova diſtinctio, eo quidem ſucceſſu, ut inferioris ordinis ſociis vox *Nobilis* denique ſolis inhæſerit. Novitatem rei omnium optime obſervavit ſeculi XVI. ineuntis ſcriptor, Albertus Crantzius, in Metropoli ſua, (*t*) ubi ait: „ Qui olim Miniſteriales dicti ſunt, nunc „ ambiunt dici Nobiles. „ Alibi (*u*) ita: „ Decimæ à Principibus tranſierunt in Mi„ niſteriales, qui nunc *Militares* appellantur. Etiam ſublimius nomen ex Miniſteria„ libus aucupantur; Nobiles ſcilicet dici volunt, cum tamen infimus Nobilium gradus „ ſit in Baronibus, „ Per Barones Cranzius Dynaſtas intelligit. A tribus ergo ſeculis apud Germanos vocabula *Ordo militaris*, *Ordo equeſter*, *Ordo Nobilium* vel ſimpliciter *Nobilitas* promiſcue ſumuntur. (*x*)

Immediata. Nobilis nullum dominum ſuperiorem, niſi Cæſarem & Imperium habens, immediatus vocatur; licet ratione aliorum feudorum, quæ poſſidet, plures poſſit habere Dominos directos, quibus nempe fidelis, non ſubjectus eſt. Domino directo, nonniſi jurisdictio feudalis in vaſallos competit. Quodſi autem Vaſallus palatinum vel aulicum quoque officium apud Dynaſtam, Comitem, Principemve ſuſcipiat, ratione immediatorum feudorum immediatus quidem eſt, at ratione aulici muneris ſubjectus eſt Principi, cui miniſterium præſtat.

## §. CCCXC.

Milites urbici. Sed ut ad Milites urbicos redeam, docendus eſt Lector, non paucos ex ordine civico per privilegia Cæſarum jus gentilitiorum inſignium, jus ludorum equeſtrium, jus poſſidendi feuda, aliaque ordinis Militum acceſſiſſe jura, ut ariſtocratici in Civitate reginiuis fieri poſſent participes, cujus rei exempla Argentoratus & aliæ Civitates olim Imperiales Alſatiæ produnt. An. MCCLXXXI. Argentinæ multi *ignobiles facti ſunt Milites*, inquit anonymus Annalium Colmar. ſcriptor; (*y*) id eſt, ex civium honeſtorum, ſed non militarium, ordine creati ſunt Equites, qui nonniſi ex militari juventum claſſe regulariter ſumebantur. Plura hujus generis nomina, quæ plebejam magis quam militarem profapiam redolent, extinctarum nobilium familiarum Index, quem exhibebimus, producit.

Creatæ ſunt ex ordine Civium novæ hæ Argentorati militares familiæ, ut bellicam plebejorum quorundam fortitudinem remunerarentur, ſimul etiam, ut illos equitibus bis mille præficerent, quos Senatus, temporum neceſſitati inſerviens, ſexennio poſt in Civitate inſtruxit. (*z*) Equites autem hi ex civibus quidem electi ſunt, ſed ordinis militaris participes illis erant præficiendi ut Duces.

Cives

(*u*) *Valet de Conſtantinople.* Vid. Geoffroy de Ville-Harduin *de la conqueſte de Conſtantinople* Cap. 16.

(*o*) Exemplum hujus rei habemus in Zorniorum familia, in qua Nicolaus Zorn de Bulach, Armiger, & filius ejus Caſparus, Eques feu Miles, A. MCCCCXCII. Eccleſiæ S. Thomæ Argent. X. flor. reditus vendiderunt, his verbis: *Wir Claus Zorn von Bulach Edelknecht, Merge Zornin ſin elicke Huſfrowe u. Caſpar Zorn von Bulach, Ritter, ir beyder ſun.*

(*p*) Germanis *Edelknecht*, Gallis *Ecuyer*; unde Germanica formula *Ritter und Knecht*. Armigeri vocari quoque potuiſſent *Miniſteriales*, ſed vox in deſuetudinem abiit.

(*q*) Pedites nonniſi milites mercenarii erant. *Fußknecht*, *Landknecht*, à Gallis *Avanturiers* dicti.

(*r*) Diſſert. IX. ad *Joinvillam*.

(*s*) *Der hohe und niedere Adel.*

(*t*) Lib. III. Cap. XI.

(*u*) Lib. I. Cap. II.

(*x*) *Der Adel, die Ritterſchafft, der Ritterſtand.*

(*y*) In Urstisii *Scriptoribus Germ.* Part. 2. pag. 18. Lehmannus *Chron. Spir.* Lib. V. C. 112. hæc Annalium verba ita interpretatur, quaſi tum plebeii fuerint primum adhibiti ad bellum, ſed errat. Pedites in exercitu ex plebejo ordine pridem conſtabant. Conf. Hertius *Opuſcul.* tom. 2. p. 336.

(*z*) Annal. Colmar. A. MCCLXXXVII.

BERCHTOLDVS DE WALDNER EQVES AVRATVS.

Pl Lutherburg Arg. sc 1753.

In Eccl. Sulz Mundati Sup.

Cives autem hos in ordinem Militum ut Senatus extolleret, à Cæsare Rudolpho Habsburgico, Civitatis amico, haud dubie illi fuit data potestas.

Occasione hac moneo, illam Nobilium togatorum speciem, qui vocantur *Patritii*, ex quibus Noribergæ, Augustæ Vindelicorum, Ulmæ, Magistratus eliguntur, ignoratam Alsatiam. Magistratus Argentinenses Nobiles non ordinis patritii aut Nobilitatis togatæ sunt, sed ex Equestri immediatorum Nobilium ordine, qui vel ab antiquis illis Militibus descendunt, vel illis successerunt, eliguntur. Patritii.

Senatoriæ in Alsaticis Civitatibus familiæ plures semper floruerunt, quas vero nec ordini militari, nec patritio accenseas.

## §. CCCXCI.

Militarium virorum apud Francos & Germanos origo, quam breviter exposui, satis ostendit, apud utrosque peculiarem semper Militum Ordinem fuisse, qui Nobiles inter & Cives medius, superioribus denique seculis Nobilitatis inferioris nomen accepit, atque adeo à Nobilitate superiore semper fuit distinctus. Peccat ergo Hadr. Valesius, (*a*) qui nonnisi duos in veteri Francorum historia ordines agnoscit, medium inter superiorem & inferiorem, id est, militarem expellens. Sed & ex altera parte peccatur ab illis, qui Milites nostros Dynastis æquiparant, & ea, quæ mediæ ætatis scriptores de Nobilibus prædicant, iisdem adscribunt. (*b*) Errores aliorum.

## §. CCCXCII.

Ceterum quum in Militibus his robur & securitas regni constiterit, liberalitas Regum non terris eorum modo varia jura, sed & personis singularia quædam insignia decoraque concesserit, in quibus militiæ semper habita ratio. Insignia hæc fuerunt galea, clypeus, thorax, lorica, cingulum, annulus, chirothecæ, ensis, pugio, hasta, torques, calcaria aurata, (*c*) quæ omnia cotidianum Militis compositure vestitum, in quo vivus mortuusque comparuit, ut Bertoldi Waldneri, præstantissimi ex seculo XIV. Militis, monumentum, quod in Sulzensi superioris Alsatiæ Ecclesia superest, quodque æri incisum exhibemus, eleganter demonstrat. Bella si deficerent, hastiludiis exercitati sunt; unde ornamenta galearum, apex aut crista ceterique Insignium ornatus. Clarior enim ut esset inter Milites distinctio, clypeis diversi sunt impressi colores, diversæque sunt insculptæ figuræ, quin & variegata est galea. Gentilitia hæc familiarum Insignia cum ultimo stirpis Milite in sepulcro recondi solebant. (*d*) Insignia Militum. Bertoldi Waldneri icon.

Ex armis ergo gentilitiæ illæ tesseræ, quæ Gallis *Armoiries*, prognatæ sunt, quæ etiam in Militum transierunt figilla, quibus illi antiquitus caruerunt; in subscriptionibus chartarum signo crucis, ad nomen appicto, consensum declarare contenti. (*e*) De jure coëundi in corpora & de privilegiis horum corporum infra disserimus.

## §. CCCXCIII.

Laterculo Militum, qui sub periodo Germanica in Alsatia floruerunt, præmittenda hæc duximus, ut mutationes earum per intervalla temporum cognosceret Lector. In omni illa gentium militarium serie nulla nobis occurrit, cujus origo per documenta historica ultra seculum XII. ascendat; quoniam gentilitia cognomina à vicis, castris, oppidisve non prius desumi cœperunt. Genealogicis his deficientibus signis schemata conduntur in vanum. Ex nominibus simplicibus, quibus nulla nota adjecta, quid tandem exsculpas? (*f*) Tot extinctas autem tam paucis seculis militares familias mecum, Lector, fortasse miraberis. Wimphelingius rem eandem miratur, tantæ stragis causam in perverso se conservandi studio, quo gentes illæ usæ sunt, quærendam exsistimavit; (*g*) quod nempe patresfamilias, ne bonis in multas partes divisis splendor Familiæ cur tot extinctæ.

(*a*) *Notitia Galliar.* pag. 481.

(*b*) Quod Burgermeisterus, Glassejus, aliique fecerunt operose, ordini Equestri nimium tribuentes, quem Plœnnies nimium deprelsit.

(*c*) A calcaribus auratis, quæ Equites præsertim distinxerunt, dignitas Equitis aurati exorta, quæ apud plerosque Europæ populos invaluit.

(*d*) De Johanne, Landgraviorum Alsatiæ Inferioris postremo, vid. pag. 535.

(*e*) Vadianus *de Collegiis & Monaſt. Germ.* in Goldasti *Scriptor. Alem.* tom. III. p. 32.

(*f*) Nomina Canonicorum nobilium Ecclesiæ majoris Argent. sec. XII. in veteri Codice MS. Bibliothecæ Bern. hæc leguntur: Heinrich, Herolt. Wornthere, Berthelt, Beringer, Burchart, Otto . . Wolverant . . . Eberhart &c. Ita quoque in ceteris illius ævi chartis sola nomina, baptismo impolita, sine cognomine gentilitio, comparent.

(*g*) *De Epitomis Argent.* pag. 103.

ſplendor Domus periret, plerosque filiorum ſuorum ſtatui eccleſiaſtico deſtinarint. (*b*) Addimus barbariem illius ævi, quo turbarum, cædium, privatorum bellorum omnia plena fuere. Externis & inteſtinis motibus perpetuis conquaſſatus Ordo ſi fere interiit, res non extraordinaria eſt. Laterculum familiarum in Alſatia extinctarum, quod ſubjungo, ex ſcriptoribus idoneis, diplomatibus, chartis, libris ſalicis, regiſtris & publicis lapidaribus monumentis ſollicite collegi. Recenſeo eas alphabetico ordine, & quidem ſummatim, ne in nimiam molem opus excreſcat.

## §. CCCXCIV.

Gentium extinct. ſeries.

ACHENHEIM. Reinboldus dictus de Achenheim, Miles Argent. An. MCCCXV. bona in Oſthofen coemit. Henricus Armiger, hujus gentis poſtremus, An. MDVI. Argentorati deceſſit.

ADELSHEIM, ex Palatinatu oriundi, ſubadvocatia Alſatiæ adminiſtrata, (*i*) Waſſelnheimium Civitati Argent. vendiderunt. (*k*)

ALB. Ultimus ſtirpis, Johannes Armiger de *Alba*, An. MCCCLXVIII. in caſtello ſuo Mothern ab Argentinenſibus capite truncatus eſt. (*l*)

ALSWEILER. Rudolfus de *Alswilre*, Miles, nonnullos in Uffholtz homines Comiti Phirretenſi An. MCXXXXV. vendidit. Idem chartæ Murbacenſis teſtis Anno MCCLIX. legitur.

ALTENCASTEL. Bertholdus, ſtrenui viri, Ulrici d. de Altencaſtel, Militis, filius, An. MCCCXV. in Rappoltſteinenſibus literis laudatur. Wilhelmum Armigerum Smasmannus de Rappoltſtein An. MCCCXCIX. Haditadiis fidejuſſorem obtulit.

ALTORFF. Vel à Caſtello Altorff, de quo ſupra, (*m*) vel à vico prope Spiram, feudo Ochſenſteinenſi, (*n*) gentilitium nomen traxit gens inter Alſatiæ Nobiles à ſec. XIV. conſpicua, cujus duæ lineæ fuerunt *Wollſchlageria* & *Krohſpergia*; quarum poſterior cum Chriſtophoro circa An. MDLXXXIII. periit.

S. AMARIN. Heymo ſcultetus & Bernherus, Milites de S. Amarino, chartæ Murbac. An. MCCXLIV. teſtes. Cum Hartmanno Milite Abbas Murbac. qui illum ope Comitis Phirret. obſederat, An. MCCLXVIII. pacem iniit. Hermannus de S. Amarino & Burcardus d. *Nortwinde*, fratres, An. MCCCLXI. inter vaſallos Auſtriacos comparent.

## §. CCCXCV.

AMOLTERN. Ludovicus & Johannes de *Amoltrou* Auſtriacorum in valle Albertina vaſalli caſtrenſes, ille Ortenbergæ, hic Bilſteinii vixerunt An. MCCCIII. (*o*) Ludovici de *Amolter*, Militis de *Scherwilre*, vidua, cum filio ſuo Ludovico, reditus annuos in Scherweiler Capitulo S. Thomæ Argent. vendidit An. MCCCXXIII.

ANGRÆT vid. GRÆT.

ANSOLZHEIM. Sifridus de Anſolzheim in Ludovici, Comiris Phirret. inſtrumento, Abbatiæ Pariſ. An. MCLXXXVII. dato, memoratur teſtis. An. MCCCXIV. Conradus & Fridericus, Milites, Heitershemii vici, feudi Rappoltſteinenſis, participes fuerunt. (*p*) An. MCCCLXI. Reinhartus, Dynaſtiæ Lichtenbergenſis vaſallus, Broconagi degit.

ARGENTINA. Waltherus de Argentina An. MCCXIX. vel, uti anno ſequenti ſcribitur, Waltherus de *Strazburc*, inter Eccleſ. Argent. Miniſteriales recenſetur. Albertus de Argentina, Epiſcopo Argent. familiaris, equeſtri ordine decoratus circa An.

(*b*) Plena ſane erat Eccleſia Nobilium & Ingenuorum hominum, non Abbatiæ, Collegiatæ, Monaſteria tantum, ſed & Plebanatus vel Parochias rurales occupantium. Dominum de Girſperg in Lagelnheim, & Dom. de Nortgaſſen in Oltein, Alſatiæ ſup. viculis, plebanos A. MCCLXXX. ANNALES COLMAR. memorant.

(*i*) Vid. ſupra pag. 573. §. CCLVII.
(*k*) Supra pag. 209. §. CCLXXIII.
(*l*) HERZOG. *Chron. Alſat.* Lib. VI. pag. 158.
(*m*) Pag. 233. init.
(*n*) HERZOG. l. c. pag. 217.
(*o*) Supra pag. 202.
(*p*) Supra pag. 117.

An. MCCXXXVI advocatiam Imp. Basileæ accepit, ubi Wernherus Miles, dictus de Argentina, An. MCCLXXI. interfectus à rusticis. (*q*) Ludovicus de Argent. summi templi Argent. Canonicus fuit An. MCCCXVIII.

ARMBRUSTERI partim in Militum, partim in civium ordine constituti, longa serie curiam Argent. occuparunt. Stemmatis equestris postremus, Felix Armbruster de Eritein, Ulrici Armigeri filius, An. MDLIX. Argentinæ leprosus decessit.

ARNSDORFII Alsatiæ cum Carolo de Arnsdorff An. MDXLVI. extincti sunt.

ARNSPERG. Ludovicus de *Arnesberc*, Miles, donationi, quæ Neoburgensi cœnobio An. MCCXXIX. à Landgravio Alsatiæ facta, interfuit. An. MCCLXXVI. Ludovicus Miles de *Arnesperg* Imperialis Hagenoæ Burggravius erat. (*r*) Ludovicus *Easler* de Arnsperg, nominis ac gentis hujus ultimus, An. MDLXIV. Argentorati obiit.

AUENHEIM. Wilhelmus Miles de Auenheim fec. XIV. Gugenhemii feudum Ecclesiæ Argent. possedit.

## §. CCCXCVI.

BACH. Gerhardus Armiger, residens in Rodesheim, filius quondam Gerhardi *Zum Bach*, Militis, An. MCCCXLIII. cum Johanne fratre occurrit. Quadriennio post Ulrici dicti *Zum Bach*, Armigeri, vidua & filius Johannes Capitulo S. Thomæ reditus in Dorolzheim vendiderunt. Ultimus stemmatis, Georgius de Bach, Anno MDVII. defunctus est.

BADEN. Gentis hujus stirps Alsatica An. MDCIV. periit, Joh. Friderico & Joh. Michaële fratribus Klöckelspergæ ad Blæsheimium sepultis.

BALGAU. Conradus de *Balgowe*, Armiger, An. MCCCCXXIII. Keisersbergæ vixit. Christophorus de *Balgaw* An. MCCCCLXXXVIII. Schenckiis de Oberehnheim in feudo quodam Rappoltsteinensi successit.

BALLBRUNN. Theodoricus de *Baldenbrunne* inter monasterii S. Odiliæ Ministeriales An. MCLXXVIII. comparet. Rudolfus Miles de *Baldeburnen*, ejusque filii, Wernherus & Dietericus, Milites, agros in Meittersheim An. MCCXL. Ecclesiæ Argent. in feudum obtulerunt. Weruheri duo, patruus ac nepos, datis sponsoribus, inter quos Rudolfus de Baldeburnen, cum civitate Argent. An. MCCLXIV. reconciliati sunt.

BALLERSDORF. Jordanus de *Balersdorf*, Miles, in chatta Friderici, Comitis Phirretarum, An. MCCXV. enuntiatur.

BALSWEILER. Lupfridus de *Balswilre*, Miles, An. MCCLIV. compositionem inter Abbatiam Murbac. & Collegiatam S. Amarini testis signavit.

BAPST. Jacobus *Bobst de Uchtratsheim*, Armiger, cum uxore sua, Ursula de Rheno, horumque filia Clementia, Matthiæ Pfaffenlappio, Armigero Argent. nupta, An. MCCCCXCIX. Capitulo S. Thomæ bona vendiderunt. Baptios de *Bolsenheim* hoc demum seculo periisse, supra indicavi. (*s*)

BARR. Jacobus de Barr An. MCCCVII. rector erat Hospitalis majoris Argent. Idem Miles inter Senatores hujus urbis comparet An. MCCCXIII.

BASELER. Albertus Baseler, Eques, in Mundato Rubeacensi feudum ab Ecclesia Argent. medio fec. XIV. tenuit.

BASELWIND. Johannes Armiger, natus Heinrici d. *Baselwint*, Militis, bona quoque feudalia Ecclesiæ Argent. seculo XIV. Gebvilleræ possedit. Dietericus, Armiger, residens in Gebwiler, An. MCCCLXXIII. vixit. Erant iidem Abbatiæ Murbacensis vasalli.



(*q*) Conf. UEXISII *Præfat. ad Albertum Argent.* (*r*) Supra pag. 356. not. *k.* (*s*) Pag. 169. & 234.

## §. CCCXCVII.

Batzendorf. Rudolfus de Batzendorf, Scultetus Hagenoënſis, & Knechtelin de Berwartſtein An. MCCLXIII. bello Argent. contra Geroldseckios acceſſerunt. Hugo jus patronatus in Berſtheim & Wintershuſen, feudum Lichtenbergenſe, An. MCCCIII. Anſelmus vicum Dalhunden, feudum Landgraviale, An. MCCCXXXIII. nec non vaſallos ſuos An. MCCCL. Fleckenſteinenſibus ſubdidit.

Bauhart. Kunigundis de Kagenecke, Johannis dicti *Buhart*, Armigeri Argent. An. MCCCLXXVI. defuncti, vidua, & Nicolaus de Kagenecke, Armiger, filius Nicolai, Militis Arg. Capitulo S. Thomæ bona quædam vendiderunt An. MCCCLXXX. Capituli hujus Præpoſitus, Fridericus *Bohartí*, Reinaldi Boharti, Militis, filius, Johannis Armigeri frater, An. MCCCCXIII. deceſſit.

Baumann. Burckelinus dictus *Buman*, Armiger, Johannis filius, Capitulo S. Thomæ prædium in Kunigeshoſen pro 35. ſolidis denar. vendidit An. MCCCXLVIII. Simile quid fecit Waltherus d. Buman, Armiger Argent. An. MCCCCXIX. Alius hujus nominis Armiger An. MDXXXVI. in Benfelden vixit. Poſtremus gentis, Georgius Fridericus, An. MDCXXXIV. Offenburgi expiravit.

Baumgarter, Argentinenſes quoque, An. MDXXVII. cum Blaſio Baumgarter, Armigero, intermortui ſunt.

Bebelnheim. Nicolaus de Bebelnheim, Eques, An. MCCCXXV. cum civitate Argent. in gratiam rediit.

Bechtold, Argentinenſes, ſub initium ſeculi XVI. cum Nicolao Armigero, cujus uxor erat Margaretha de Brandeck, defecerunt.

## §. CCCXCVIII.

Beger. Albertus *Begere* An. MCC. inter Eccleſiæ Argent. Miniſteriales fuit; idemque vicennio poſt cum Wernhero fratre, Burcardo & Alberto filiis, in charta Henrici, Epiſcopi Arg. legitur. Latine *Bugarii* & *Begerones* hinc inde vocantur, in duos ramos diviſi, quorum alter à *Bliberg*, alter à *Geiſpolzheim*, cognomen traxit; ſeculo XVI. uterque exaruit. Ultimus Geiſpolzheimenſis, Matthias, An. MDXXXII. à Friderico Bockio de Blæsheim Geiſpolzhemii occiſus eſt.

Beheimstein, Eccleſiæ Argent. ſeculo XIV. vaſalli. (*t*)

Belheim. Henricus & Albertus de Belheim, Henrici de Hugsbergen, cum civitate Argent. pacifcentis, fidejuſſores An. MCCLXIII. fuerunt. Heinricus Armiger de Belheim, conſenſu Heintzemanni & Hanemanni, filiorum ſuorum, Capitulo S. Thomæ reditus 30. ſolidorum An. MCCCXLIV. vendidit.

Benfelden. Gotefridus de *Benevelt* An. MCCVIII. Sigeberti, Alſatiæ inferioris Landgravii, Miniſterialis; Heinricus Armiger de *Benvelt* ſec. XIV. Eccleſiæ Argent. vaſallus comparent. Johannes, gentis poſtremus, An. MCCCCLXXVII. mortuus eſt.

Berer. Georgius & Johannes fratres, dicti Berer, Armigeri Argent. Nicolai Berer filii, An. MCCCCXXXII. Capitulo S. Thomæ reditus 3. librarum vendiderunt. Nicolaus Berer, Armiger, An. MDXXII. hujusque filius Georgius, Armiger, ultimus ſtemmatis, circa An. MDXXXVI. rebus humanis valedixerunt.

Bergholz. Cuno de *Bercholtz*, cum Diethelmo fratre & Conrado filio, Murbacenſis Abbatiæ Miniſterialis, in charta fundationis Goldbacenſis An. MCXXXV. Rudegerus Sultetus de *Bercolz*, Miles, An. MCCLIV. legitur.

Berlin. Johannes Berlin, Armiger Argent. An. MCCCCXCVII. ac decennio fere poſt Georgius, ultimus gentis, interiit.

§. CCCXCIX.

(*t*) Supra pag. 167.

## §. CCCXCIX.

Bersz. Joh. de Berſe, Eques, An. MCCCXXV. cum civitate Argent. quæ ipſum ceperat, datis ſponſoribus reconciliatus eſt. Ejusdem nominis civis Argentorati An. MDLIV. electus eſt Conſul.

Bertsch. Henricus dictus Bertſch, Armiger, Advocatus Kocherſperg. fuit An. MCCCCXXX.

Berwarti Richovillæ, Illzaci & Argentorati ſeculo XIV. & ſequenti floruerunt. Joh. Wilhelm Berwart de Illzich, Armiger, vixit An. MCCCCXXXIII.

Berwartstein. Waltherus Miles de Berwartſtein chartam Neoburgenſis Abbatiæ An. MCCXXXVII. teſtis ſignavit. Oswaldus, Præpoſitus Trutenhuſanus, profapiam hanc terminavit An. MCCCLXVI.

Besserhofen. Stirps hæc cum Melchiore de Beſſerhofen An. MDLXXX. Rappoltivillæ periit.

Betscheler. Dieboldus dictus Betſcheler, Armiger, in oppido Keiſersberg reſidens, An. MCCCLXVII. memoratur.

Biedertan. Burchardus de Biedertan prædium in Oltingen, Abbatiæ Murbac. feudum, ſec. XIV. poſſedit.

Bietenheim. Hugo Miles de Bietenheim cum uxore & filiis ſuis Wilhelmo, Cunone, Hugolino, agros ſuos in banno villæ Bütenh. Collegiatæ S. Thomæ Arg. An. MCCLXXII. vendidit. Heſſo Miles de Bütenheim, frater quondam Hugonis dicti Genſefuſs Militis, in ejuſdem Collegiatæ charta An. MCCCXXIX. legitur. Johannes de Bietenh. Armiger, An. MCCCLXXIII. Mauriſmonaſterii vaſallus erat. Alii Argentorati honorum ſenatus participes floruerunt, donec circa An. MDCLXX. periret hoc genus.

Bilgerin. Sigelinus dictus Bilgerin, Miles Argent. An. MCCCXXVI. ex uxoris ſuæ, Cunonis dicti Suner, Militis Argent. filiæ, teſtamento præbendam facerdotalem in eccleſia S. Thomæ inſtituit.

Bilstein. Burchardus de *Bileſtein* inter Eccleſiæ Argent. vaſallos recenſetur ſec. XIV.

Bilvisheim. Erbo Miles de *Bilolvisheim*, Bechtoldus & Johannes, fratres, Armigeri, An. MCCCIII. monaſterio S. Eliſabethæ Argentorati bona vendiderunt. Johannes dictus Erbe de Bilolvisheim An. MCCCCLVIII. Erbonem, Johannem & Jacobum filios ſub aliorum tutela reliquit.

## §. CCCC.

Bischofsheim. Burchardus & Cono de *Biſopsheym* An. MCLXXXVII. Dietherus de *Biſcovisheim*, Miles, An. MCCXXVI. Bertoldus Miles de *Biſchovisheim* An. MCCLVIII. in chartis noſtris leguntur teſtes. Waltherum Fleſche *Stebelinus de Biſchofesheim*, Burcardus *Fleſche de Biſchofesheim*, Ulricus *Munch de Biſchofesheim*, aliique ex captivitate Argent. An. MCCLXV. liberarunt. Burchardus *Fleſche*, Miles de Biſchofesheim, in eodem hoc loco feudum Eccleſiæ Argent. initio ſec. XIV. poſſedit. Ultimus gentis Ludovicus ineunte ſec. XV. obiit.

Bladolzheim. Meinwartus & Burchardus fratres de *Blathesheim*, Miniſteriales Abbatiæ Murbacenſis, fundationi Goldbacenſi An. MCXXXV. interfuerunt.

Blencklin. Johannes dictus *Blenkelin*, Miles Argent. ſeculo XIV. medio feudum Epiſcopale tenuit. Hujus filius, Johannes, Armiger Argent. An. MCCCLXXXI. in Eccleſia D. Steph. ſepultus eſt. Alius ejusdem nominis Armiger An. MCCCCLXXIX. obiit, in monaſterio D. Magdalenæ quieſcens.

P·ICK de Lichtenberg, ex Bipontino Principatu oriundi, ſeculo XVI. Alſaticam civitatem matrimoniis adepti ſunt. Wolfgangi, ultimi gentis, filia Jacobo Bockio nupſit An. MDCI.

BLIDE. Burcardus & Rudolfus fratres de Blide eccleſiæ S. Petri ſenioris Argent. jus patronatus ab Henrico, Alſatiæ inf. Landgravio, in ſubfeudum tenuerunt An. MCCXXXIX.

BLIENSWILER. Dietericus, Cuno & Bertholdus de *Blienswilre* curiæ feudali Epiſcopatus Argent. ſec. XIV. adſcripti fuerunt.

## §. CCCCI.

BLÜMEL. Petrus dictus Blümel, Armiger, filius quondam Petri d. Blümel, Armigeri Argent. An. MCCCCXLII. comparet.

BLUMENAU. Johanni de *Blumenowe*, Ludovici filio, Armigero Argent. decem marcas argenti ſe debere profeſſus eſt Ulricus, Alſatiæ inf. Landgravius, An. MCCCXXIV. Idem Johannes, Miles Argent. cum Hugone, Ottelino &c. fratribus de Blumenowe, brevi poſt inter Eccleſiæ Argent. vaſallos recenſetur. Georgius, poſtremus familiæ, Weiſſenburgi habitans, in thermis Niderbronn. An. MDXCIII. deceſſit.

BLUMENECK. Johannes de Blumeneck, Armiger, Catharinam filiam quondam Heintzelini de Mulnheim, Armigeri Argent. & Heinricus de Blumeneck, Miles, Phyam Zorniam initio ſec. XV. uxores duxerant. Blumeneckii hi partem decimarum in Haſen ab Auſtriacis tenebant, An. MDXCII. morte Michaëlis extincti.

BLUMENSTEIN. Anſelmum de Blumenſtein vici Frœſchweiler dominum directum An. MCCCXXXVI. ſupra produximus. (*u*)

BOGNER. Petrus dictus Bogner, Armiger Argent. An. MCCCCXXIX. in Eccleſia S. Stephani ſepultus eſt.

BOLSENHEIM. Franciſcus de Bolſenh. Armiger, An. MCCCXXV. cum civitate Argent. in gratiam rediit. Buhardus de Bolſenh. & Ludovicus de Rosheim, Armigeri Argent. reditus trium librar. Capitulo Thom. adſcripſerunt An. MCCCCLII. Ultimus gentis circa An. MDXXIX. Maurimonaſterii ſepultus eſt.

## §. CCCCII.

BORRE. A Walthero viro nobili de Borre Parthenium Regiſpont. An. MCCXXII. prædium apud Forſtfelden acquiſivit. Gerhardus de Borre, Miles, cum conjuge & filio ſuo Wilhelmo bona ſua in Utenheim civi Argent. pro 97. libris denar. vendidit An. MCCCX.

BOTZHEIM. Seleſtadii olim primatum tenuerunt Botzhemii. (*x*) Poſtea doctrina geſtisque muneribus in Ortenavia, Palatinatu, Hagenoæ & Argentorati floruerunt. Michaël de Botzh. Advocatiæ provinciali Ortenaviæ à Maximiliano I. præfectus, filios reliquit, Johannem, Decretorum D. & literarum promotorem inſignem, ad quem plures Eraſmi epiſtolæ extant: Conradum, de Rep. Argent. toga & ſago præclare meritum: Wilhelmum, patrem Bernhardi, qui ejusdem Reip. Advocatus obiit An. MDXCI. Hujus filius Joh. Fridericus ad Præturam ibidem promotus eſt An. MDCXVII. Omnis denique ſtirps cum Jac. Chriſtophoro defecit An. MDCXCIX.

BRANDECK. Reinboldus Brandecke An. MCCCII. quatuor civitatis Argent. Magiſtrorum collegio adſcriptus fuit. Reinboldi d. Brandecke, Militis Argent. vidua reditus in Kœnigshoven Collegiatæ S. Thomæ An. MCCCLXIX. vendidit.

BRANDSCHEIDT. Hujus gentis Argent. poſtremus, Georgius Johannes, Wolfgangi Theodorici filius, in lecto ſuo quieſcens, incunte ſeculo ſup. per errorem gladio confoſſus eſt.

BRECHTER

(*u*) Supra pag. 230. (*x*) Supra pag. 383.

Brechter al. *Prechter*, Argentinæ & Hagenoæ cives erant, quum Wilhelmus illorum primus An. MDLXXXIV. in Ordinem Equestrem receptus fuit. Jo. Carolus, Heinrici filius, urbis Argent. Prætor ac Universitatis Cancellarius obiit A. MDCXXXV. Ultimus gentis, Bernhardus Frid. periit An. MDCLII.

## §. CCCCIII.

Breunighofen, *Brunighofen*, *Brinighofen*. An. MCCCLIV. Ulricus à Brunighofen, Franciscanus, apud Thannenses sepultus; Amandus de Brinighofen An. MD. de feudo Austriaco in Alsatia investitus est. (*y*)

Broger. Cunzo dictus Broger, Armiger, filius quondam Wezelonis d. Broger, Militis Argent. An. MCCCLII. floruit. Wetzelo Broger, Armiger, An. MCCCXCVII. Subscultetus Argent. & vicarius erat Nicolai de Grostein, Militis.

Brumat. Erbo de Brumat Henrici VI. Imp. diploma, Neoburgensi Abbatiæ An. MCXCVI. apud Brumat datum, teltis signavit. Walcherus, Miles de Brumat, filius Nibelungi, An. MCCXXIX. caufam habuit cum Capitulo S. Thomæ Argent. qua cecidit. Quum duo heic loci caftella eflent, (*z*) pluribus paulatim familiis vel in feudum commilla vel in cuftodiam, multis quoque communicatum eft Brumati nomen. Symundus dictus *Furft*, Miles de Brumat; Walcherus dictus de *Enesheim*, Miles de Brumat; Johannes Armiger, natus quondam Hugonis *Blatter*, Militis de Brumat, medio fec. XIV. vixerunt.

Brumbach. Ex gente hac Ortenavica, cum Jac. Wilhelmo verfus finem feculi fup. extincta, prodiit Jo. Simon à Brumbach, Prætor urbis & Cancellarius Academiæ Argent. vir doctus, qui An. MDCXVIII. defunctus eft æt. 46. (*a*)

Brusca. Gens erat Argent. *ultra Bruscam* dicta, ex qua Erbo ultra Bruscam, filius quondam Johannis Militis, in charta S. Thomæ An. MCCLXXXVIII. laudatur.

Bube. Henricus & Albertus dicti Bube, Milites, inter Epifcopatus Argent. vafallos & caltrenfes in Girbaden fec. XIV. referuntur.

Büchsner. Obvii funt à fec. XIV. in faftis Argent. Büchfneri, Armigeri, quorum poftremus, Heinricus, Prætor civitatis An. MDCXI. exauctoratus eft.

Buchsweiler. Helewicus Miles de *Buswihre* in chartis Lichtenbergenfibus medii fec. XIII. frequenter occurrit.

## §. CCCCIV.

Buhel. Burchart, Hazzo de *Buhele*, minifteriales Abbatiæ Murbacenfis, inter teftes fundationis Goldbacenfis An. MCXXXV. leguntur.

Burggraf. Hoc dignitatis vocabulum in gentilitium nomen, variis in urbe & agro familiis commune, degeneravit. An. MCCLXXIX. obiit Cunradus d. *Burggrave*, Armiger, in Eccl. Prædicatorum Argent. fepultus. Dietricus dict. *Burggrafe*, Armiger Argent. cum Goffone Milite, Burcardo Canonico S. Thomæ, & Reimboldo Armigero, filiis fuis, An. MCCCCIV. eidem Capitulo S. Thomæ reditus vendidit, in quo Burcardus *Burggrafe* tactus Præpofitus An. MCCCCXXXVII. obiit. Fuerunt alii Dorlisheniii, Ergersheniii, Nideccæ, Sulzmati, Werdæ &c. Burggravii, de quibus fuo loco.

Burgheim. Dietericum de Burgheim Anfelmus, Dynafta Rappoltftein. Anno MCCXCII. urbi Argent. fidejuffórem obtulit. An. MCCCXXXVII. Cuno de *Burckheim*, Miles, natus quondam Dieterici Militis, & Carolus de Burckh. Miles, filius quondam Ludovici dicti *Muller* de Burckh. Armigeri, in charta Rappoltftein. commemorantur.

Burne, aliis *Born*. Gentem hanc, circa medium fec. XV. deletam, maxime illuftravit Lampertus, ex monacho Neovillano Abbas Gengenbacenfis, ex Abbate Brixienfis, Spirenfis,



(*y*) Conf. fupra pag. 43. §. LXIII. (*z*) Vide fupra pag. 227. (*a*) Sabizu *Appendix Chronolog.*

Spirenſis, Argentinenſis ac Bambergenſis denique, ſummi Pontificis auctoritate, creatus Epiſcopus, nec non Caroli IV. Imp. Cancellarius, vir doctus & prudens. (*b*)

BUTENHEIM. An. MCCXLVI. inter Jo. Henricum & Henricum fratres, filios quondam Henrici Militis, dicti de *Butenheim*, civesque Baſil. & Mulhuſinos transactum ſuper caſtrum Landſere; quod iidem fratres Eccleſiæ Baſil. An. MCCLXIX. obtulerunt in feudum. Sexennio ante Cuno de Butenheim cum filiis Cunone, Petro & Hugone civitati Argent. fancitæ pacis fidejuſſores præter alios dederat Pilgerinum, Dietericum & Hugonem de Butenheim. Johannes dictus *Dirlin*, Miles de Butenheim, & Conradus Dirlin, Armiger, ſec. XIV. inter Eccleſiæ Argent. vaſallos comparent.

## §. CCCCV.

CAPPELER. Heinricus Cappeler, Miles, An. MCCCLXI. ab Auſtrinsis feudum caſtrenſe Thannis poſſedit. Fridericus *Kappeler*, Armiger, An. MCCCLXXI. Enſisheimio præfectus erat.

CASTEL. Johannes de Caſtel, ſenior, An. MCCCCXXVI. obiit Argentorati, paulo ante gentis in Alſatia interitum. In Palatinatu floruerunt diutius.

CHRISTIAN. Conzelinus *Criſtian*, *Armiger reſidens in Muzaiche*, A. MCCCCXVII. reditus quosdam Goſſoni d. Schilt vendidit.

CLOSNER & *Cloſeman*. Agnes dicta Wisbrötelin, vidua Johannis dicti *Kloſeman*, Armigeri Argent. An. MCCCLIX. reditus annuos in urbe hac emit. Alexius Cloſner, Armiger, filius quondam Nicolai Armigeri, ex ſorore Jo. Stœffer, Militis, ſuſceptus An. MCCCCI.

COLMAR. Jacobus de *Kolmer*, Armiger, Capitulo S. Thomæ reditus quadraginta flor. An. MCCCCLVII. vendidit. Idem Jacobus An. MCCCCLXXII. & quinquennio poſt filius ejus, Adolfus, in ſocietatem Ordinis Equeſtris Argentinæ receptí ſunt. Poſtremus generis, Hieronymus Chriſtophorus, An. MDLXXX. Neovillæ ſepultus eſt.

CUNIN. Cunzelinus Cunin, Armiger Argent. An. MCCCCXIII.

## §. CCCCVI.

DACHSTEIN. Johannes Armiger, Ebelinus & Henſelinus, dicti de Dabichenſtein, fratres, reſidentes in Mollisheim, An. MCCCLXXXIX.

DALHEIM. Ulricus de Dalheim, reſidens in Buchsweiler, An. MCCCCXLIX. & Ruſo de Dalheim, Armiger, An. MCCCCXXXVII.

DAMBACH. Hugo, Miles quondam de Dambach, An. MCCXCIII. & Hugo *zu dem Steinenhauſs*, Miles, reſidens in Dambach, An. MCCCXIII. ſcribitur. Ludovicus de *Tambach*, Armiger, filius quondam Heſſonis, Armigeri Argent. An. MCCCCVII. reditus in Breuſchwickersheim Capitulo S. Thomæ Argent. vendidit. Feuda extinctæ gentis Rappoltſteinenſia ad Utenhemios tranſierunt An. MCCCCLVIII.

DAN vid. THAN.

DANRIS. Reinboldus dictus Danris, Armiger Argent. filius Johannis Armigeri, nepos Hugonis Militis Argent. An. MCCCXLIX. reditus in Kœnigshoſen Capitulo S. Thomæ legavit. Idem quinquennio poſt Præturam geſſit civitatis Argent.

DANTZ. Wilhelmus dictus Dantz, Armiger, filius quondam Wilhelmi d. Dantz, Militis Argent. An. MCCCLXII. & ſexennio poſt Henſelinus dictus Dantz, Armiger de Hagenau, in chartis laudantur.

DATTENRIED. Jacobus de *Tattenried*, Miles, literas Ulrici, Comitis Phirret. An. MCCLXII. ſignavit teſtis.

§. CCCCVII.

(*b*) KOENIGSHOV. *Chron. Argent.* Cap. IV. pag. 262. LEIBMANN. *Chron. Spir.* Lib. VII. Cap. 5.

## §. CCCCVII.

Deinheim. Ludovicus de *Theinchem*, Miles, & Ulricus de Theinchem Anno MCCXXVI. compoſitioni civitatis Colmar. cum Abbatia Paterniac. interfuerunt.

Dessenheim. Wolffelinus de Deſſenheim, Miles, & Baldemarus de S. Petro, etiam Miles, An. MCCCLXXXIV.

Deutschmann. Nicolaus Dutſchman, Miles, tutor Agnetis de Weſthus An. MCCCVII. Henſelinus dictus Dutſchman, Magiſter civitatis Argent. fuit A. MCCCCIX. Jacobus d. *Richter nuncupatus Dutſcheman*, Armiger, An. MCCCCXXIV. Capitulo S. Thomæ reditus quosdam adſcripſit.

Diemaringen. Anshelmus Miles de Diemaringen med. ſec. XIV. Eccleſiæ Arg. vaſallus. Periit hæc proſapia An. MCCCCLXXXI.

Dingsheim. Burchardus de *Dungensheim*, Armiger, medio ſec. XIV. Anſolshemii feudum Eccleſiæ Argent. poſſedit.

Dold. An. MCCCCXCVII. obiit Blaſius Dold, Armiger Argent.

Dorolsheim. Bertholdus & Wernerus de Dorolzheim An. MCXCIV. comparent. Sophia relicta quondam Johannis *Burggravii de Doroltzheim*, Militis, conſenſu Heinrici Burggravii, Militis, Dieterici, Wilhelmi, Burchardi &c. liberorum ſuorum, curiam & agros in Hugesbergen ſuperiore Capitulo S. Thomæ Arg. An. MCCXCVII. vendidit. Simile quid fecerunt Johannes dictus *Bechelin*, Armiger de Doroltzheim, & Adelheidis vidua Johannis d. *Dorſt*, Militis de Doroltzh. cum filiis ſuis Hugone, Volzone & Nicolao, Armigeris, An. MCCCXLVII. Hæ aliæque Dorlisheimenſes familiæ ante ſeculum XV. extinctæ ſunt omnes.

Dossenheim. Nicolaus dictus de Doſſenheim, Armiger Argent. A. MCCCLXXIII. mortuus ſcribitur.

## §. CCCCVIII.

Drachenfelsii medio ſec. XIV. Gugenhemii ab Eccleſia Argent. feudum tenuerunt. (*c*) Bertholdus Miles de Trachenfels An. MCCCLIV. Andreas Trachenfels, Armiger, An. MD. in faſtis Senatus Argent. recenſentur.

Draxdorf. Patria hujus gentis Miſnia erat, unde Jo. Chriſtophorus cum Georgio Brandenburg. electo poſtea Epiſcopatus Argent. Adminiſtratore, ſub finem ſeculi XVI. in Alſatiam venit, Wanzenaugiæ ab eodem Georgio An. MDXCIII. & Oberkirchenſi Toparchiæ An. MDCXI. à Wirtenbergico Duce præfectus. Obiit An. MDCXVIII. filium cognominem ex Urſula Johamia de Mundolsheim relinquens, qui Evam Suſannam, Jo. Henrici Volzii de Altenau, Prætoris Argent. filiam, duxit uxorem, Prætor civitatis factus & Cancellarius Univerſitatis Argent. An. MDCXXXV. (*d*) mortuus An. MDCLXII. æt. 68.

Dreyzehen. Ex familia hac Argentinenſi, in originibus typographicis memorabili, (*e*) Georgius Dreyzehen, Armiger, An. MDXL. floruit.

Drusenheim. Bona in Geudertheim, quæ fuerant Friderici Militis de *Truſenheim*, Capitulo S. Thomæ An. MCCLXXIX. vendita ſunt.

Dumanhuger. Johannes Armiger dictus Dumanhuger de Argentina eidem Capitulo S. Thomæ bona in Mumenheim An. MCCCVIII. vendidit.

Dumenheim. Johannes & Göſelinus fratres, filii Waltheri dicti de Dumenheim, Militis Argent. An. MCCCXIV. idemque Johannes, Miles Argent. cum filio ſuo, *Domicello* Walthero, An. MCCCXXXIX. in Eccleſiæ Argent. vaſallorum laterculo, alibique celebrantur.

§. CCCCIX.

(*c*) Conf. ſupra pag. 511.
(*d*) Vid. Melch. Sebizii *Appendix Chronolog.*
(*e*) *Vindiciæ Typograph.* Cap. II. pag. 118.

## §. CCCCIX.

DUNEBOLDER. Lemfridus de Borre, Miles, & Bertholdus dictus Dunebolder de Geiſpolzheim, An. MCCCIII. jus patronatus in Hettenſheim tenuerunt. Idem Bertholdus Miles An. MCCCXXVI. Fegersheimii reſedille proditur. Circa idem tempus vixit Dietericus d. *Tunebolder*, Armiger.

DUNZENHEIM. Gens hæc, ex faſtis curiæ Argent. inter equeſtris pariter ac plebejí ordinis cives inclyta, cum Friderico de Dunzenheim, quoad ſtirpem nobilem, An. MCCCCLXXIII. defecit. An. MCCCXXII. Fritſchemannus, dictus de Duntzenheim, Miles Argent. unus ex quatuor Prætoribus vel Magiſtris hujus civitatibus fuit. An. MCCCXXXIII. Clara, filia Heinrici dicti Wetzel, Militis Argent. uxor Petermanni dicti de Duntzenheim Militis Argent. Capitulo S. Thomæ reditus in hac urbe vendidit.

DURLENDER, vid. *Eyſtein.*

DÜRNINGEN. Burcardus de Durningen cum filiis Johanne & Erbio bona quædam in Epfich ab Eccleſia Argent. An. MCCCXXXVI. in feudum tenuit. Petrus de Durningen, Armiger Argent. An. MCCCLXXXIX. vixit.

DURNICH. Joh. de Durnich, dictus *Jncbterlin*, vicum Morſchweiler aliaque in Alſatia ſup. feuda Auſtriaca poſſedit An. MCCCLXI. Iidem vicum Durnich (*Durnach*) ab Eccleſia Murbacenſi tenuerunt.

## §. CCCCX.

EBEL, familia Argent. pignoris Hochfeldenſis cum Brechteris medio ſec. XVI. particeps, (*f*) ineunte ſeculo ſuperiore cum Daniele Ebelio defecit.

EBERSHEIM. Snelleman de Ebersheim, Miles, ſeculo XIV. floruit.

ECKBOLZHEIM. Hartmannus Miles de *Eckeboldesheim* An. MCCXL. Capitulo S. Thomæ aream in urbe Argent. donavit. Joh. in ſenatu Argent. ſedit An. MCCCCXXII.

ECKERICH. G. de *Eckerich* Heurici, Landgravii Alſatiæ, inſtrumentum An. MCCXXXII. teſtis ſignavit (*g*) Nobiles viri, Hauericus, Gerardus, Cuno, Concermannus, *Domini* de *Eckerich*, An. MCCLXXIX. in charta Mediani-monaſterii leguntur. (*h*) Johanne Armigero de Eckerich ab agnatis ſuis occiſo, (*i*) caſtrum ejus, feudum Lotharing. inter heredes controverſum, Epiſcopus Argent. & Advocatus provincialis Alſatiæ, donec lis terminaretur, An. MCCLXXXVI. occuparunt. Heinricus *Wafficler* de Eckerich, Miles, A. MCCCXXV. cum civitate Argent. & Johannes Miles de Eckerich, Eccleſiæ Argent. vaſallus, (*k*) An. MCCCL. cum Lotharingis pacem inierunt. Johannis hujus filius cognominis, gentis poſtremus, An. MCCCLXXXI. deceſſit.

ECKWERSHEIM. Hecelo de *Eckevirdesheim* A. MCCXLIX. Senator urbis, Lucas de Eckwersheim, Miles, An. MCCLXXXVIII. præfectus fuit hoſpitalis Argent. De Marxiis ab Eckwersheim vid. *Marx.*

## §. CCCCXI.

EGISHEIM. Carolus de *Egenſeim*, Miles, Friderici I. Imp. judicio Colmariæ An. MCLXXXV. interfuit. Henricus Miles de Egesheim ab Abbatia Murbac. decimas in feudum tenuerat An. MCXCVI.

EHNHEIM. Heſſo & Rudolfus An. MCLXXVIII. inter Abbatiæ S. Odiliæ, Burchardus de *Ehenheim* An. MCCXIX. inter Epiſcopatus Argent. Miniſteriales recenſentur. Luzman *Gosman* de *Ober-Ehnheim*, Armiger, ejuſdem Epiſcopatus vaſallus feudum in Epfich ſec. XIV. poſſedit. Argentorati hujus nominis ſtirps interiit An. MCCCCXC.

EICH.

(*f*) Supra pag. 246.
(*g*) LAGUILLE *Hiſt. d'Alſ.* Probat. pag. 36.
(*h*) BELHOMME *Hiſt. Med. Monaſt.* pag. 336.
(*i*) ANNAL. COLMAR. ad a. 1284.
(*k*) Supra pag. 167.

EICH. An. MCCCXXXVII. Gerhardi dicti *von den Eichen*, Militis, vidua, & Anshelmus, filius ejus, cenſus annuos in Mittelhuſen Capitulo S. Thomæ vendiderunt. Paulo poſt idem Anshelmus *von der Eich*, Armiger, inter Eccleſiæ Argent. vaſallos commemoratur.

EICHELBERG. Burcardus de Eichelberg, Armiger Argent. An. MCCCCXXXVI.

EILBENSTEIN. Otto de *Elbenſtein* An. MCCLXIV. Ottemannus de Eilbenſtein, Armiger de Weſthofen, An. MCCCLXXX.

## §. CCCCXII.

ELLENWEILER. Hi Dynaſtiæ Rappoltſt. vaſalli circa An. MCCCCXL. cum Walthero exciſi ſunt.

ELNHART. Johannes Elnhart, pater & filius, Armigeri, An. MCCCCLX. in eccleſia S. Thomæ Argent. ſepulti ſunt. Paulo poſt Jo. Adolfus, Miles, & Petrus *Elnhart*, Armiger, Thomæ Elnhart, Armigeri Argent. filius, vixerunt. Petrus civitatis hujus Prætor fuit An. MDXXXI.

ELSASS. Conradus, Conradi Equitis, dicti de Elſaſs, filius, cum fratribus ſuis Fritſchmanno, Johanne, Conrado, Gunthero de bonis maternis, in Alſatia ſitis, An. MCCXCVII. transegit.

ENDINGEN. Waltherus d. de Endingen, Armiger Argent. An. MCCCLII. in monaſterio S. Margarethæ Argent. ſepultus eſt. Thomas de Endingen, Armiger, Thomæ, Militis Argent. filius, bona in Utenheim, Capitulo S. Thomæ ad cenſum annuum obnoxia, poſſedit An. MCCCCI. Jo. Rudolfus, Miles Argent. Torneamento Heidelberg. An. MCCCCLXXXI. interfuit. Poſtremus gentis, ex qua nonnulli ad Prætoram urbis Argent. evecti ſunt, Fridericus Reichartus de Endingen An. MDCLII. in Livonia deceſſit.

ENGASS. Defeciſſe videntur cum Arnoldo, qui cum Schaffrido, Comite Leiningenſi, à Lichtenbergicis Dynaſtis captus eſt An. MCCCCLI. (*l*)

ENGELBRECHT. Goſſelinus Engelbrecht, Miles, è quatuor civitatis Argent Prætoribus fuit An. MCCCXXVII. Goſſo dictus Engelbrecht, Miles Argent. in eccleſia S. Stephani juxta uxorem & filium Goſſonem An. MCCCXCVIII. ſepultus eſt. Agnes Büchsneria, Henrici Engelbrecht, Armigeri, vidua † MCCCCXCV.

ENSHEIM. Waltherus de Ensheim, Miles, An. MCCCLVIII.

## §. CCCCXIII.

EPFICH. Dom. de *Apiaco* A. MCCXXVIII. interfectum tradunt ANNALES COLMAR. Joh. de Epfiche, Miles, Joh. filius Dieterici, Armiger, & Ludovicus Armiger de Epfiche circa An. MCCCXX. inter vaſallos Eccleſiæ Argent. Hartmannus d. *Munſchim*, Miles de *Epfiche*, An. MCCCLIII. comparent.

ERBEN, *Erbones*, ſec. XIII. inter Eccleſiæ Argent. Miniſteriales & in ſenatu Arg. conſpicui fuerunt. Johanni Erbio, Equiti, poteſtatem vicos Grafenſtaden, Illkirch & Illwickersheim reluendi Carolus IV. Imp. An. MCCCLXIX. dedit. Nomen hoc periit An. MCCCCLXXV. at ſanguis per Hüffelios continuatur. Conf. *Bilzisheim*.

ERGERSHEIM. Wolfhelmus & Otto dicti *Lupi* de Ergersheim, Milites, An. MCCXXXVIII. Thomas dictus *Wolff*, Armiger de Ergersheim, ultimus ſtemmatis, An. MCCCCXII. vixerunt. Inſuper Burggravii fuerunt Ergersheimenſes, è quibus Guntherus *der Burggrafe von Ergersheim* An. MCCLXII. urbi Argent. pro Walthero Epiſc. ſpopondit.

ERLIN. Bertholdus Erlin, Canonicus S. Thomæ Argent. An. MCCCLXV. obiit. Joh. Erlin, Armiger Argent. cum Margaretha Sturmia, conjuge ſua, in eccleſia S. Joh. Argentinæ ſepultus eſt. Nicolaus Erlin *de Rorburg* Prætor urbis Argent. fuit



(*l*) HERZOG. *Chron. Alſat.* Lib. V. pag. 23.

An. MCCCCXXXI. Poſtremus gentis Wolfgangus Erlin de Rorburg An. MDCI. Offenburgi deceſſit. Rorburg caſtellum erat trans Rhenum prope Altenheim.

ERSTEIN. Ulricus Miles de *Heriſteim* judicio Friderici I. Imp. An. MCLXXXV. Colmariæ habito, damnatus eſt. Agnes, Johannis Militis *Durkeudere de Erſtheim* uxor, in monaſterio S. Margarethæ Argent. An. MCCXCVII. ſepulta eſt. Rudolfus dictus *Durkender*, Miles de Erſtein, filius Henrici, An. MCCCXVII. vixit. Johannes de Erſtein, alias *Armbruſter*, Armiger, An. MCCCCLXXXVIII. memoratur. Vid. *Armbruſter*.

ESCHENAU. Wendelinus de Eſchenau, Armiger, Scultetus fuit Hagenoæ Anno MCCCCXLIV.

## §. CCCCXIV.

FÆSLER, vid. *Arnſperg*.

FALCKENSTEIN, de quibus ſupra, (*m*) cum aliis ejuſdem nominis in Wetteravia & Luxemburgi Ducatu familiis, inter veteres Archiepiſcopatus Trevir. vaſallos numerabantur. (*n*) Henricus & Wolfius de Falckenſtein ſocietati S. Spiritus Nobilium Vasgoviæ nomina dederunt A. MCCCCLXIII. Balthaſar, quocum A. MDLXXXIII. familia hæc interiit, Scultetus Imp. fuit Hagenoæ.

FEGERSHEIM, *Vegersheim*, ſeculo ſuperiore extincti, (*o*) ab Eccleſia Argent. nec non Abbatia Erſtein. feuda tenuerunt. Rudolfus de *Vegersheim*, Miles, inter proceres Argent. comparet An. MCCLII. Syfridus ejuſdem civitatis Magiſter erat An. MCCLXXI. (*p*)

FIRDENHEIM, *Virdenheim*. Cuno de Virdenheim in charta Maurimonaſterii circa An. MCXX. & Wernherus inter Epiſcopi Argent. Miniſteriales An. MCXLVII. legitur. Heinricus dictus de Virdenheim, Miles de *Rodesheim*, bona ſua feudalia in Druchtersheim, quæ à Dominis de Bergheim tenuerat, horum conſenſu Capitulo Thomano vendidit An. MCCCXIX. Joh. & Walterus, Armigeri, filii quondam Joh. dicti *Ullin* de Firdenheim, An. MCCCLXV. vixerunt. Poſtremus gentis, Joh. Petrus, in vico Scherzach prope Lichtenaviam d. XXIX. Dec. MDCXXIV. compoſitus eſt.

FLESCHE, vid. *Biſchofsheim*.

## §. CCCCXV.

FORLACH. Henricus de *Furlach*, Miles, Henrici, Landgravii Alſatiæ inf. literas, An. MCCXXXVI. Abbatiæ Neoburg. datas, teſtis ſignavit.

FRIDERICI. Nicolaus Friderici, Miles Argent. in hac urbe feudo gaviſus eſt Epiſcopali An. MCCCXX. Septennio ante Agnes, vidua Ottonis dicti *Friderich*, Civis Argent. conſenſu nati ſui Nicolai, dicti *Ottefriderich*, Militis Arg. bona ſua in Hugsberga ſuperiori Capitulo S. Thomæ pro 41. libris denar. vendiderat.

FRUNDSPERG. Simundus & Conradus fratres, Armigeri, Simundi, Militis de *Frundesberg*, filii, ac Eberhardus Armiger, Eberhardi de Frundesberg, Armigeri, filius, Nicolao Zornio curiam & jus patronatus in Sefenheim vendiderunt An. MCCCXIV. Ejuſdem nominis Milites Pagum Turicenſem ac Comitatum Tirolenſem inhabitarunt. (*q*)

FULLE. Johannes Fulle, Armiger Argent. An. MCCCCXLII. curator fuit Joh. Henrici, filii Henrici de Achenheim, Armigeri. Conf. *Geiſpolsh*.

GEBOLZHEIM. Götzo dictus de Geboltzheim, Armiger, cum Anna uxore, filia Simundi dicti Furſte, Militis de Brumat; Wolframus, Nicolaus & Elſa, liberi quondam Johannis dicti *Wiſſe*, Armigeri de Geboltzheim, An. MCCCLX. floruerunt.

GEBWEILER.

(*m*) Pag. 232. fin.
(*n*) HONTHEIM *Trevir. Hiſt.* tom. 2. pag. 646.
(*o*) Supra pag. 236.
(*p*) SCHILTERI præf. ad *Koenigshovii Chron. Alſat.*
(*q*) LEU *Schweizer. Lexic.* voce *Frundſperg*.

GEBWEILER. Rudeger & Hugo fratres, Bertholf &c. de *Gebuwilre* inter Abbatiæ Murbac. Miniſteriales leguntur An. MCXXXV. Crafto, Hartungus & Rudolfus de *Gebewilre*, Milites, An. MCCLVI. participes fuerunt Advocatiæ vallis S. Amarini. Burcardus dictus *Griſſe*, Miles de *Gebwilre*, feudum in Sulz ab Eccleſia Arg. medio ſec. XIV. tenuit. (*r*)

GEISPOLZHEIM. Conradus de Geiſpolzheim An. MCCXL. Advocatus fuit Seleſtadienſis; Heſſo & Otto fratres Cunonem de Geiſpolzheim cuſtodia Argentinenſium fidejuſſione ſua liberarunt An. MCCLXIV. Wernherus d. *Riche*, Miles de *Geiſpoltzheim*, Capitulo S. Thomæ ſponſionem præſtitit An. MCCLXIX. Cuno inter Dynaſtas Rappoltſtein. & Bertham Werdenſem An. MCCXCI. nec non inter civitatem Argent. & Dietericum de Girbaden An. MCCCII. electus eſt arbiter. Paulo poſt Hugo dictus *Fülle*, Miles de Geiſpolzh. Johannes & Bilgerinus de Geiſp. fratres; Johannes dictus *Storck*, Miles de Geiſp. inter Eccleſiæ Argent. vaſallos numerantur. Ex Fulliis, An. MDXCVI. extinctis, Prætor urbis Argent. fuit Henricus An. MDLXVIII. ſqq. *Krantzii* de Geiſpolzheim, ex quibus Wilhelmus, Wolfii ex Margaretha de Fleckenſtein in Dagſtul filius, Sculteetus Imper. Hagenoæ fuit An. MDLI. morte Jacobi Samſonis, Wormat. Canonici, pericrunt An. MDCXXXVI.

## §. CCCCXVI.

GEUDERTHEIM. Otto, Miles in *Gœdertheim*, cum uxore ac filiis ſuis, Walthero Clerico, Wolmaro, Guntramno, Hugone XVI. agros, in banno Gœdertheim ſitos, A. MCCLXXVIII. Capitulo S. Thomæ vendidit. Diethericus, filius quondam Volmari Militis, nepos Ottonis Militis, & Cuno Miles de *Gödertheim* An. MCCCXXX. feuda Eccleſiæ Argent. in Weſthofen alibique tenuerunt. Petrus, Johannis Armigeri filius, An. MCCCLXXXVI. & Bannemannus, filius Petri, An. MCCCCX. in Eccleſia S. Steph. Argentinæ ſepulti ſunt.

GIMBRETT. Otto & Burcardus fratres de *Gynebreten*, intercedente Henrico de Fleckenſtein, cum civitate Argent. compoſitionem fecerunt An. MCCXXXXIII.

GIRBADEN. Walcherus de Girbaden, Miles, An. MCCLXII. ſponſor fuit Ulrici de Girbaden, captivi Argentinenſium. Dietericus dictus de Girbaden, Miles, medio ſec. XIV. vicum Eckbolzheim ab Epiſcopo Argent. tenuit. Seculo ſequenti familia hæc periit.

GÖFFT. Elſa, filia Gödermanni de Göffede, Armigeri, filii quondam Hiltronii de Göffede, Armigeri, poſtrema gentis ſuæ An. MCCCLVII. occurrit.

## §. CCCCXVII.

GOSSE, *Goſſmar*. Landolfus Goſmar & Jacobus, frater ejus, Milites, inter proceres Oberehnheimenſes An. MCCCXXXVI. commemorantur. Habitarunt alii Hagenoæ, alii Argentorati. Poſteriores morte Bernhardi Goſſii vel Goſmari de *Dirckelſtein*, XV. viri civitatis, An. MDLXXX. extincti ſunt. *Goſſelinus ad S. Thomam*, Miles Argent. miſſam in Capella S. Galli in Kœnigshofen inſtituit A. MCCLXXXII.

GRÆT. Johannes Græt & Bertholdus, frater ejus, Milites, An. MCCCXVI. cum aliis ſponſoribus Lobegaſſios ex cuſtodia Johannis, Epiſcopi Argent. liberarunt. Uterque Abbatiæ Murbac. vaſallus, & Bertholdus ejuſdem Mareſchallus fuit; *Græt* & *Angræt* promiſcue dicti.

GRAF. Henſelinus dictus *Grave*, Armiger de *Hald apud Heiligenſtein* Anno MCCCLXVII.

GRANVILLAR. Henricus de *Grantvillers*, Eques, monumenta nova oppiduli ſui Granvillar. An. MCCCXXXII. in feudum obtulit. Decennio poſt oppidulum hoc, foſſis ac mœnibus cinctum, idem Henricus Auſtriacorum dominio directo ſubjecit. (*s*) Legitima hujus gentis progenies verſus ſeculi XVI. finem interiit.

GRASSENDORF. Burcardus de Graſſendorf, Miles, in Biſchofsheim & Ergersheim bona feudalia Epiſcopatus Argent. medio ſec. XIV. poſſedit.



(*r*) Conf. ſupra pag. 94. §. CLII. (*s*) Conf. ſupra pag. 52.

## §. CCCCXVIII.

GREIFFENSTEINII præter duo caſtra Greiffenſtein, (t) vicum Munonsweiler, decimas in Zabern & Scharrachbergh. ab Eccleſia Argent. à Metenſi vicum Schnersheim; ab Imperatore decimas in Waſſelnheim; ab Auſtriacis reditus in valle Albertina; ab Erſteinenſi monaſterio decimas in Rumolsweiler; à Geroldseckianis Dynaſtis cenſus alios in feudum; vicum Rorbach in Weſtria jure proprio tenuerunt. Jus patronatus S. Andreæ Argent. Mulnhemiis per Greiffenſteinios in ſubfeudum obtigerat. Veriſimile gentem hanc cum Eberlino intermortuam eſſe circa medium ſeculi XV.

GRIES. Eberhardus de Gries, Armiger, & Hugo, ejus filius, An. MCCCLX.

GROSTEIN. Nicolaus Miles de Groſtein An. MCCCXXII. Senator fuit Argent. Gœzo autem Monetarius. Gœzo de Groſtein, Præpoſitus S. Petri Argent. Catharina de conſenſu mariti ſui, Jo. Zuckmantel de Brumat, Militis, & Nicolaus Miles, liberi quondam Nicolai de Groſtein, Militis Argent. An. MCCCLXV. patrimonii ſui partem vendiderunt. Thomas & Nicolaus, Equites & Sculteti Arg. ille A. MCCCXCI. in Longobardiam, hic An. MCCCCI. in Angliam, quod Epiſcopo magis quam civitati faviſſent, auctoritate publica relegati ſunt.

GROSWEILER. Reimboldus Armiger de *Groswilre* An. MCCCVI. cauſa cecidit, quam habuerat cum Capitulo S. Thomæ Argent.

GRÜNENBERG. An. MCCCCLXXXVII. obiit validus Petrus de Grunenberg, Armiger Argent. Ejuſdem nominis familia Helvetiam incoluit; (u) ex qua Petermannus de Grünenberg Abbatiæ Murbac. An. MCCCLIII. ob bona in Fiſchbach ſeſe obnoxium profeſſus eſt.

GUGENHEIM. Jacobus de Gugenh. Armiger, reſidens in Geiſpolzheim, MCCCLIX. Fuerunt etiam *Fuchſii* de Gugenheim nuncupati, ſeculo XV. extincti.

GUNDOLSHEIM. Sigfridus dictus de Gundolzheim, Scultetus Colmar. à Girſpergenſibus An. MCCLXXXIX. interfectus, in Annalibus Colmar. paſſim celebratur. Johannes & Heinricus fratres de Gundolzh. inter vaſallos Auſtriacos in Alſatia comparent An. MCCCLX.

GÜRTLER. Conradus filius Cunzelini dicti *Gürteler*, nuncupati *Blümelin*, Militis Argent. An. MCCCLXXIII. vixit. An. MCCCCLXXVII. obiit validus Sebaſtianus Gürtler, Armiger Argent. Poſtremus gentis, Wilhelmus Gürtler, A. MDXC. decellit.

GUTENBERG. Landolfus vir ingenuus de *Gudenberg* in charta Epiſcopi Spirenſis legitur An. MCL. (x) Ex alia hujus nominis gente Moguntina inventor ille Typographiæ, civis Argent. prodiit, de quo ſupra. (y)

## §. CCCCXIX.

HACKII de Schweighauſen. Vid. *Schweighauſen.*

HADSTATT, illuſtris Alſatiæ ſuperioris familia, cum Dynaſtis, ſi divitias & decora ejus ſpecles, facile comparanda, in qua prænomen *Gutmann*, virum nobilem deſignans, obvium, An. MDLXXXV. interiit. Poſt obitum Conradi de Hadeſtatt, filii ejus An. MCLXXXVIII. quandam cum vico Morsweiler litem habuerunt. An. MCC. Epiſcopus Argent. Wernherum & fratres ejus de bonis, quæ Kiburgenſis Comes tenuerat, inveſtivit. Conradum Wernherum, Advocatum provincialem Alſatiæ, ſupra retuli. (z) Simoni Equiti & Georgio, fratribus, Johanna Phirretenſis, ut Woffenheimium Eccl. Argent. venderent, An. MCCCXLIV. permiſit. Heinricus, Werlinus, Fridericus & Cuno fratres, filii Wernheri, An. MCCCL. cum Lotharingiæ Duce in gratiam redierunt. Epponi & Werlino Rudolfus, Dux Auſtriæ, vicum Lutenbach An. MCCCLXI. in proprietatem conceſſit; unde ſexennio poſt vallis Lutenbacenſis Collegiatæ eccleſiæ, in ea ſitæ, ab iiſdem vendita eſt. Tum vero Burghemium Epponi, Berghemium Henrico

(t) De quibus pag. 159.
(u) Leu *Lexic. Helvet.* Tom. IX. pag. 268.
(x) Vid. ſupra pag. 190. init.
(y) Pag. 346.
(z) Pag. 560. ſq.

Henrico ejusque fratribus per Austriacos oppigneratum erat. Postremus gentis, Nicolaus, tres filios totidemque filias ex ancilla pellice genuit, à Ferdinando I. Imp. An. MDLXI. legitimatos omnes, quorum natu majorem feudorum suorum heredem scripsit testamento, cujus executio civitati Basil. in qua An. MDLXXXV. decellit, demandata. Sed aliter Dominis directis est visum; à quibus universa fere ista hereditas in Schauenburgicos, hodiernos ejus possessores, translata. (*a*)

## §. CCCCXX.

Hage. Franciscus Hage, à Friderico IV. Imp. nobilitatus, Philippum & Franciscum filios reliquit, quos Maximilianus I. Imp. civitati Argent. ut in Nobilium suorum societatem eos admitteret, An. MDXII. frustra commendavit. Admissi demum sunt imperante Carolo V. An. MDXXI. eodemque Cæsare circa An. MDXLV. extincti.

Hagenau. Marescalli de Hagenau, Beinheimium à Landgraviis Alsatiæ inferior. in feudum tenentes, seculo XIII. jam expirarunt. Engelhardus Miles de *Hagenaw* frater fuit Alberti, qui cœnobium vallis S. Mariæ fundavit An. MCCLVII. Hermannus & Heinricus fratres, filii Heinrici Militis d. *Toseler de Hagenæwe* possessiones suas in Ehenheim inferiore Capitulo S. Thomæ Argent. vendiderunt An. MCCLXIX.

Hagenbach. Gens hæc à seculi XV. initio in duos ramos divisa erat, quorum prior, Protestantium sacris addictus, cum Jo. Leopoldo An. MDCCV. posterior, avitæ religionis tenax, nuper demum excitus. Hic auctorem habuit Henricum, Stephani patrem, qui stemma continuavit, patrem quoque Petri illius Hagenbachii, qui stirpi huic maximam celebritatem conciliavit. (*b*) Jo. Christophorus An. MDLXXXIV. advocatus provincialis erat Archiducum in Castelberg, Schwartzenberg & Kürnberg.

Hageneck. Burcardus de *Hagenecke* ab Argentinensibus An. MCCLXIII. pro Wilhelmo Vicethumio acceptus est obses. Dominum de *Hagenecke* An. MCCXCVIII. fraudulenter captum, Annales Colmar. produnt.

Hagenthal. Burchardus de *Hagindal*, Miles, An. MCCXLVI. vixit.

## §. CCCCXXI.

Halle. Heinricus Eberhardi, Armiger de *Hallu*, An. MCCCCXXVI. in ecclesia S. Joh. Argent. sepultus est.

Hammerstein. Simon de Hammerstein, Armiger, sub finem sec. XV. advocatus fuit in Lichtenberg.

Hanau. Gasparus de Hanau, filius naturalis Ludovici Comitis Hanovio-Lichtenbergensis, An. MDXLII. testamento patris Wolfishemii vici scriptus est heres. Ultimus hujus stirpis, Philippus Ludovicus de Hanau, An. MDCII. Buxovillæ defunctus est.

Hanenbein. Wolfgangus Hanenbein, Armiger, cum Anna de Rathsamhausen, conjuge sua, An. MDXL. Argentinæ vixit.

Hangenbietenheim. Hugo Miles de *Bütenheim pendenti*, residens in Schafftolsheim, Johannes Armiger, Wilhelmus Armiger, in remotis agens, & Georgius, Hugonis filii, ex Agnete Schafftolshemia suscepti, An. MCCCXVII. ac biennio post Diericus Miles de *Bütenheim pendenti* leguntur in chartis. Leonhardus d. *Dorolzheim* de Bütenheim pendenti cum uxore sua, Hermanni d. Wirich, Armigeri, filia, An. MCCCCXI. Capitulo S. Thomæ Arg. reditus vendidit.

Haslach. An. MCCCCLXXIII. Matthias de *Haselo*, Armiger, Advocatus olim in Benfeld; An. MDIV. Catharina de Rothweil, uxor Henrici de *Hasclach*, Militis; An. MDXVI. Henricus Miles, gentis suæ postremus, obierunt.

Hattematt. An. MCLXIII. Eberwinus de *Hattenmatha*, An. MCCCXXXVI. Folmarus dictus de *Hattematte* & Waltherus dictus de Geroltzeck, Canonici S. Adelphi, chartas Neovillarienses signarunt, ut testes.



(*a*) Uti supra ostensum pag. 71, init. (*b*) Conf. supra pag. 598.

## §. CCCCXXII.

HAUMESSER. Rudolfus *Howemeſſer* datis fidejuſſoribus Hartungo de Wangen, Hugone de Weſthofen, Conrado Kagone &c. è cuſtodia Argentinenſium A. MCCLXIII. dimiſſus eſt. Symon de *Sanct-Pilt*, dictus *Howmeſſer*, in valle Albertina reditus ab Auſtriacis in feudum tenuit An. MCCCLXI.

HAUSS. Jo. Ulrici de *Domo*, pater & filius, Milites, An. MCCCXVI. in Epiſcopi Argent. literis comparent. Friderici *vom Huſe*, patri ac filio, Militibus, Rudolfus Comes Neoburg. Dominus in Nidau, caſtrum Butenheim, vicum Bellinkon trans Rhenum, ceterasque poſſeſſiones ſuas in vicis Homberg & Landau, A. MCCCXXXVII. in feudum contulit. Poſteriores duo hi vici Huſiorum pignus erant Auſtriacum, quod ne vivo ſe redimeretur, Jo. Ulricus *vom Hus von Wittenheim* 50. marcas argenti Leopoldo, Auſtriæ Duci, An. MCCCXCIV. ſolvit. Dietericus *de Domo*, Miles, Advocatus in Enſisheim, cui Dynaſtia Landſeriana per Auſtriacos oppignerata erat; Nicolaus Miles, Hannemannus Armiger, & Dietericus, Rector Eccleſiæ Enſisheimenſis, Dieterici illius filii; Johannes dictus Ulrich de *Richenwiler*, de Domo nuncupatus, Johannes dictus *vom Hus zu Iſenheim*; Johannes dictus Ulrich de Domo, nuncupatus de *Wittenheim* An. MCCCLXXVII. una occurrunt. Fuerunt igitur plures hujus ditiſſimæ gentis ſtirpes, quarum illa, quæ Plixburgum, Giniſpacum & Griſpacum in valle S. Gregorii, feuda Imperii, poſſedit, cum Jo. Ulrico An. MCCCCXXXIII. defecit. Ilenheimenſium totiusque gentis poſtremus, Joh. Fridericus An. MDXXXVI. mortuus eſt. Feuda Auſtriaca ex parte ad Andlavios tranſierunt. (*c*)

HAUWARTH. Johannes *Hawarth*, Miles Argent. conſenſu uxoris ſuæ Agnetis ac Gertrudis filiæ, Egenolfo de Landſperg dein nuptæ, præbendam in eccleſia S. Nicolai trans Bruſcam fundavit An. MCCCIV. Gertrudis quoque bona ſua variis eccleſiis legavit An. MCCCXIX.

## §. CCCCXXIII.

HEIDELIN. Waltherus Heidelin, Armiger, Richovillæ ſedens, An. MCCCXLV. per Johannem, Dynaſtam Rappoltſtein. de quibusdam bonis in Zellenberg inveſtitus eſt.

HEIDWEILER. Lucardis vidua Hugonis Militis de *Hetewilre*, conſenſu patris ſui, Conradi Guotman de Hadeſtat, ac filiorum ſuorum, Hugonis, Conradi, Henrici bona quædam Abbatiæ Murbac. tradidit An. MCCLIV. Johannes de *Heitwilre* vaſallus erat Eccleſiæ Argent. ſec. XIV.

HEILOENSTEIN. Vidua Nicolai dict. de Heilgenſtein, Armigeri Argent. Anno MCCLXXVIII. reditus 3. librarum denar. Cunoni d. Muller, Magiſtro Scabinorum Argent. donavit. Goetzo de *Heilgſtein*, Armiger Argent. tutor Friderici fuit, filii quondam Friderici de Heilgſtein, Militis Argent. An. MCCCCVI.

HEIMSBRUNN. Wezel de *Heimſpurn*, Armiger, An. MCCCLXXIII. præbendam Mulhuſii fundaverat.

HELFFENSTEIN. Johannes de Helffenſtein, Miles Argent. & frater ejus Burckhardus dictus Heſſe, Armiger Argent. An. MCCCXXIII. Dietericus & Johannes, Johannis de Helffenſtein filii, Armigeri de *Waſſelnheim*, An. MCCCLVI. Johannes d. Helffenſtein, Armiger de *Hochfelden*, An. MCCCXCVI. occurrunt.

## §. CCCCXXIV.

HERINGHEIM. Matthias de Heringheim, Miles, An. MCCCXVI. Lobegaſſios ex cuſtodia Epiſcopi Argent. fidejuſſor liberavit.

HERMOLSHEIM. Ex ſeculo XII. hujus gentis quosdam ſupra (*d*) protulimus. Otto de Hermolzheim, Miles, cum uxore ſua Irmengarde, filia Conradi dicti Schott, Militis de Arnolzheim, relicta quondam Johannis Spender, Militis, A. MCCCXXXII. comparet.

HERRENSTEIN.

(*c*) Vid. pag. 44. med. & pag. 60. fin. (*d*) Pag. 148.

Herrenstein. Strenuus Miles Hugo, dictus de Herrenstein, cum Argentina & Tabernis civitatibus, quas infestaverat, An. MCCCVII. reconciliatus est.

Hesse, Hessemann, à seculo XIV. usque ad An. MDLXXXVII. quo postremus gentis, Michaël Hessemann Hesse decessit, in fastis Nobilium Argent. memorantur. Johannes Hesse, Armiger, Reimboldum, Heinricum & Rudolfum filios A. MCCCCXXVII. reliquerat. Rudolfi Hesse, Armigeri, filius Johannes An. MCCCCLXXIV. in monasterium Prædicatorum Argent. receptus est. Habitarunt nonnulli Roshemii.

## §. CCCCXXV.

Hetzel. Heinricus *Hetzelo*, Miles, An. MCCCXVI. eodemque tempore Sigismundus Hetzel, Miles Argent. ac Johannes dictus Hetzel, Miles, Magister Hospitalis pauperum; An. MCCCLXIX. Simundus, Johannes &c. Hetzelonis dicti *Kleinbeusel*, Militis Argent. ac Ennelinæ, filiæ Joh. dicti Maler, Mil. Arg. liberi, sub tutela Joh. dicti de Plettensheim constituti fuerunt.

Heustetten. Ulmannus de *Heustetten* ab Austriæ Ducibus annuos in Sennheim reditus An. MCCCLXI. in feudum accepit.

Hindisheim. Conradus dictus *Busemann*, Miles de *Hündensheim* An. MCCCLXIV. obierat.

Hipschmann de Biberach. Marcus Hipschmann, ex patre ejusdem nominis & Beatrice de Walbach An. MDXXIV. Rappoltsteinii natus, ducta Pfaffenlappia uxore, castro Hohen-Kunigsburg An. MDLIV. Kocherspergensi Episcopatus Argent. Dicasterio An. MDLXII. præfectus est, filios relinquens Andream & Wolfium, cui Elisabetha Johania de Mundolsheim nupsit.

Hirzbach. Johannes de Hirzbach, dictus *Schwitzer*, An. MCCCLXI. vicum Cappel ab Austriacis in feudum tenuit. Alius ejusdem nominis, postremus gentis, Reginminis Ensisheim. assessor fuit An. MCCCCLXXVII.

Hittenheim, vid. *Hüttenheim.*

## §. CCCCXXVI.

Hochfelden. Rudolfus, Hugo & Erbo de *Hozfelden* in diplomate Henrici VI. Imp. Neoburgensi An. MCXCVI. Burcardus Miles de *Hochvelden* in charta S. Thomæ MCCXXXVI. testes laudantur. Lantoldus Miles de Hochvelden in eodem hoc loco feudum Ecclesiæ Argent. possedit An. MCCCXXX.

Hochstatt. Conradus de Hochstatt jura quædam in valle Masonis, quam inhabitabat, ab Austriacis An. MCCCLXI. tenuit.

Hohenack. Heinricus de Hohenack, Armiger, An. MCCCLII. in societatem feudi Rappoltsteinensis, quo Bertholdus Geyer, Armiger, tum fruebatur, admissus est.

Hohenburg. Videntur duæ fuisse Hohenburgenses familiæ, quarum altera Argentorati floruit, altera in Vasgovia. Hæc peculiari nomine *Pulleri* de Hohenburg, multisque castris ac vicis erat insignis. Communi ejus cum Fleckensteinensibus origini communis parœciæ Sulzensis possellio, nec non Fleckensteinii atque Hohenburgi castrorum proximitas favent. De Richardo, quocum stemma hoc periit, Illustris Rerum Helveticarum scriptor (*e*) refert, quod sodomitici criminis reus An. MCCCCLXXXII. ex Alsatia Turicum secesserit, ibique jus civitatis adeptus tanto favore usus sit, ut Argentinensibus, satisfacere ei cunctantibus, Turicenses bellum indixerint. Sed brevi post Richardus, abominandæ libidinis denuo convictus, ante portam Turicensem combustus est vivus.

## §. CCCCXXVII.

Hohenrieth. Conradus de Hohenrieth jus patronatus ecclesiæ Berstheim pro mille flor. Henrico seniori de Fleckenstein An. MCCCLXXIV. refutavit.

Hohenstein,

(*e*) Leu *Lex. Helvet.* voce *Hohenb.*

Hohenstein. Henricus & Albertus fratres de Hohenſtein poſt Simonem de Geroldseck in charta Neoburg. MCCXXXVII. teſtes leguntur. Ex gente hac Advocatus provincialis Alſatiæ fuit An. MCCLXXXIV. (*f*) Rudolfus Epiſcopum Argent. Bertholdum Haſelaci ſtructis inſidiis cepit An. MCCCXXXVII. (*g*) Ab Henrico Milite & Johanne Armigero, fratribus de Hohenſtein, Bechtoldus Zorn, Miles, molendinum IV. rotarum Argentinæ in ſubfeudum tenuit An. MCCCCXXIX. Henrici filius erat Jacobus, Jacobi Georgius, quocum Hohenſteinenſium omnis proſapia defecit Anno MDXL.

Holzapfel de *Herxheim*. Johannes Holzapfel ex Suſanna Schauenburgica An. MCCCCXCIX. Henricum ſeniorem, junioris patrem, reliquit. Junior Johannem genuit, cujus filius Jacobus An. MDCXV. obiit, pater Johannis Henrici, cui Anna Maria de Landſperg nupta caſtrum Hohen-Waſſerſtelz, feudum ſemin. Epiſcopatus Conſtant. An. MDCXXVIII. attulit. Ex matrimonio hoc nati ſunt Philippus Jacobus, qui ſtirpem continuavit, & Wolf. Jacobus, Commendator Ord. Teut. Weiſſenburgi. Phil. Jacobi, An. MDCLXIII. defuncti, filius erat Frid. Phil. Hugo, cui Barbara de Wangen peperit Franc. Frid. Leontium, qui anno æt. ſuæ XII. gentis poſtremus d. 12. Maji MDCCII. expiravit; allodialia bona Wangenſibus relinquens.

## §. CCCCXXVIII.

Holtzheim. Hugo de Holtzheim in Dynaſtarum à Geroldsek ad Vogeſum literis An. MCCLXIX. laudatur teſtis. Joh. Armiger & Helfericus, fratres de Holtzheim, An. MCCCXXVII. vixerunt.

Honau. Cornelius de Honaw, Armiger, circa An. MDXXX. generis ſui propaginem terminavit.

Hönheim. Adelbertum de *Honcheym* in charta confirmationis bonorum monaſterii Baumgart. An. MCLXXXVII. per Epiſcopum Argent. factæ, inter teſtes reperio.

Hoyer. Conradus Hoyer, Miles, in Collegiatæ S. Thomæ inſtrumento Anno MCCCIX. teſtis, octennio poſt inter ſenatores urbis Argent. comparet.

## §. CCCCXXXIX.

Hugsbergen. Henricum de *Husbergen* civitas Argent. An. MCCLXIII. è captivitate, quam pro Walthero Ep. nuper pugnando ſubierat, dimiſit. Conradus Advocatus de *Hugesbergen* An. MCCLXXII. curiam in eodem hoc vico; Goetzemanni Armigeri de Hugesbergen filiæ bona ſua ibidem An. MCCCXIII. Capitulo S. Thomæ vendiderunt.

Humbrecht. Johannes dictus Humbrecht, Armiger, Prætor Argent. Anno MCCCCXXXVIII. defunctus, filium reliquit Joh. Adolphum, Armigerum, qui novennio poſt ſtemmatis ultimus obiit.

Hunoerstein. Wilhelmus de Hungerſt. Miles transactioni Comitum Phirret. cum Abbatia Murbac. An. MCCXXXV. interfuit. An. MCCLVI. ejuſdem nominis Miles inter poſſeſſores advocatiæ vallis S. Amarini, ſubfeudi Horburgenſis, occurrit. Hartungus de Hungerſtein, Miles, An. MCCCLXXVII. Abbatis Murbac. ſententia literi amiſit. Hujus filius, Dietericus Armiger, hereditatem matris, filiæ Burcardi d. Erbe, Militis, An. MCCCXCVIII. vendidit. Ultimus ſtirpis, Wilhelmus Eques, d. 25. Maji MCCCCLXXXVII. à conjuge ſua, Cunigunda de Gielſperg, occiſus eſt.

Hunnaweiler. Jacobus & Johannes, Armigeri, filii Conradi de *Hunneweiler*, Militis, vaſalli Rappoltſteinenſes, A. MCCCCXX. Rappoltivillæ habitabant. Ex eadem gente Fridericus Abbas Ebersheim. erat An. MCCCCXXIX.

§. CCCCXXX.

(*f*) Vid. ſupra pag. 561. med.

(*g*) Albertus *Argent. de rebus geſtis Bertoldi Epiſc.* ap. Urstis pag. 173.

## §. CCCCXXX.

Hunsfeld. Rudolfus Advocatus de *Hunesfeld* in diplomate Henrici VI. Imper. pro Eccleſia Argent. An. MCXCVI. teſtis legitur. Anshelmus Advocatus Arg. cognatos ſuos Henricum & Marquardum, pueros de *Hunivelt*, in officio ſuo feudali ut ſucceſſores haberet, Henricus Epiſc. An. MCCXIX. conſenſit. Nicolaus dictus de *Hunsfelt*, Armiger Argent. reditus ſuos in Ichenheim, Altheim &c. Johanni dicto Fus, Militi de Wickersheim, An. MCCCXXXV. vendidit. Cuno dictus de *Hunesvelt*, Armiger Argent. præbendam in Collegiata S. Thomæ teſtamento fundavit An. MCCCLXIX.

Hürtigheim. Regenoldus de *Hirtencheim* in charta Maurimonaſt. A. MCXLVII. inter Eccleſiæ Argent. Miniſteriales legitur.

Hüttendorff. Burckhardus Miles de Hüttendorff cum liberis ſuis, Rudolfo Rectore eccleſiæ in Eckendorff, Burcardo Armigero, Sophia & Anna, Cunoni de Waltenheim & Dieterico Dunebolder, Armigero, nuptis, An. MCCCXIII. comparet. Alii Hagenoæ, alii Argentinæ habitarunt.

Hüttenheim. Burcardus Miles *Burcravius de Hittenheim* An. MCCXXXIX. in monaſterio S. Margar. Argentinæ ſepultus eſt. Burckhardus Armiger, filius Burc. dicti *Kmdt*, Militis de Hüttenh. An. MCCCXLIV. feudum aliquod Nicolao Zornio, Equiti, contulit. Joh. de *Hittenh.* Armiger, filius quondam Petri Armigeri, A. MCCCLXXVI. in charta Eccleſiæ S. Thomæ, triennioque poſt Arnoldus, Johannes & Burcardus, filii Arnoldi de Hüttenheim, Militis, occurrunt.

## §. CCCCXXXI.

Iberg. Albertus Miles dictus *Zeiſe de Tberg* obiit circa An. MCCLII. Conradus de Iberg, ultimus nominis, Ichenhemii ſub finem ſeculi XIV. habitavit.

Ichtrazheim. Anshelmus & Otto Milites, filii Ludovici de *Utrazheim*, Dominorum de Geroldseck ad Vogeſum viri caſtrenſes erant An. MCCLXIX. De alia hujus nominis gente, quæ adhuc floret, agetur inferius.

Illzach. Otto & Hugo de *Hiltzecbe*, Milites, in Alberti, Alſatiæ ſup. Landgravii, literis An. MCCXXVII. leguntur. (*b*) Milites de *Itzsich* poſt Rudolfi I. Imp. obitum Colmaria expulſos refert Chron. Colmar. (*i*) An. MCCCXIV. Oſwaldus de *Ilzikbe*, Miles, partem vici Heiterheim à Dynaſtia Rappoltſt. Hartmannus Miles de Ilziche bona in Ruſach & Suntheim ab Eccleſia Argent. tenuerunt.

Ingebrecht. Johannes de *Sancto Ingebrechto*, filius quondam Johannis de S. Ingebr. Armiger, An. MCCCCXXXIII. ſub tutela Nic. Friderici Büchsner, Armigeri Arg. conſtitutus erat. Exciſa hæc ſtirps cum Joh. Wernero ſeculo ſup.

Ingenheim. Poſtremus gentis, Nicolaus Jacobus, Maurimonaſterii Præfectus, obiit MDXC.

## §. CCCCXXXII.

Isenburg. Wilhelmus *Kint* de Iſenburg medio ſec. XIV. feudum Eccleſiæ Arg. in Wettolsheim poſſedit.

Isenheim. Billung de *Yſenheim* Abbatiæ Murbac. Miniſterialis fuit A. MCXXXV. Amelricus de Iſenheim, Miles, in Waltheri de Horburg ſuper advocatiam S. Amarini literis An. MCCLIII. occurrit.

Ittenheim. Johannes de Ittenh. Armiger An. MCCCXCIII. & Cuno de Ittenh. Armiger An. MCCCCXXIII. in chartis Argent. memorantur.



(*b*) Herrg. *Geneal. Habsb.* Cod. diplom. n. 288. (*i*) Pag. 48.

JUDENBRETTER. Agnes de Mülnheim, vidua Alberti dicti Judenbretter, Armigeri ac Prætoris Argent. An. MCCCLXXXIII. monialis erat S. Nicolai in Undis. Johannes Armiger An. MCCCCXXXVIII. in Wangen habitabat.

JUNG. Joh. dictus Junge, Miles, prior maritus Gertrudis, Joh. Hauwart, Militis, filiæ, Egenolfo de Landſperg tum nuptæ, cum filiis ab ipſo relictis Johanne & Nicolao, Armigeris, in Gertrudis teſtamento MCCCXIX. Johannes & Nicolaus dicti Junge, Armigeri Arg. filii quondam Nicolai, Armigeri, An. MCCCLXXIV. leguntur.

JUNGHOLZ. Cuonradus de *Juncholtz* in literis Ulrici I. Comitis Phirret. Anno MCCXLIX. Cuno Miles de Jungholz in pacis caſtrenſis Waldner. tabulis A. MCCXCVII. comparent. Ineunte ſec. XIV. Hartmannus, Wernherus, Wilhelmus, Cuno & Egelolfus, Milites, caſtri Jungholz poſſeſſores, ex eadem gente vixerunt.

## §. CCCCXXXIII.

KAGE. Ludovicus & Albertus *Cagen* inter Eccleſiæ Argent. Miniſteriales Anno MCCXX. ponuntur. Bernhardo *Cagoni* Sigebertus, Alſatiæ inf. Landgravius, Vendenhemii bona quædam in ſubfeudum An. MCCLIX. Alberto *dem Kagen* Rudolfus I. Imp. aream circa caſtrum Kagenburg An. MCCLXXXV. Johanni dicto *Kage de Schuſtolsheim*, Armigero, Ludovicus Bav. vicum Kraut-Ergersheim jure feudali An. MCCCXVI. conceſſerunt. Brevi poſt Wernherus dictus Kage, Miles, & Rudolfus Kage, Miles de *Vendenheim*, inter Eccleſiæ Argent. vaſallos recenſentur.

KÆLBELIN, Lat. *Vituli*. Johannes *Kelbel* An. MCCXXX. Marquardus Vitulus An. MCCXXXI. curiæ Argent. adſcripti fuerunt ſenatores.

KALBSGASS. Johannes dictus in *Kalbesgaſſen*, Miles Argent. & Phyna, ſoror ejus, An. MCCCXI. Hoſpitale novum in hac urbe inſtituerunt.

KALTESCH. Hugonis Kalteſche, Armigeri, filius, Waltherus d. Kalteſche, Catharinam de Utweiler An. MCCCCXXXIX. viduam reliquerat.

KANEL. Johannis de Kanel, Armigeri, reſidentis in Epfiche, vidua erat Wigelina de Mulnheim An. MCCCCXXXV.

KARLE. Johannes dictus Karle, Armiger Argent. reſidens in Maursmunſter, An. MCCCCXLI. Capitulo S. Thomæ reditus V. librarum vendidit.

## §. CCCCXXXIV.

KEISERSBERG. Waltherus, filius Hugelini de Keiſersberg, Armiger, inter vaſallos Auſtriacos Alſatiæ ſup. enumeratur An. MCCCLXI. Waltheri hujus Militis filius, Bertſchmannus Armiger, Richovillæ reſidens, An. MCCCLXXXV. occurrit.

KEMPF. Hugo Armiger, natus Johannis dicti Kempfe, Militis de Buchsweiler, & Volmarus, frater ejus, An. MCCCXIII. Cuno dict. Kempfe, natus Volmari dicti Kempfe, de Novillari Militis, An. MCCCLXXIV. celebrantur in literis.

KERTZFELD. Rambaldus Miles de *Kercevelt* ob incredulitatem miſerum vitæ finem fec. XIII. habuiſſe legitur. (*k*) Stehelinus de Kerzevelt, Miles, An. MCCCXXV. pro Joh. de Berſe civitati Argent. ſpopondit.

KESTENHOLTZ. Anſelmus & Dietericus de Keſtenholtz, Armigeri, cum civitate Seleſtad. reconciliati ſunt An. MCCCLIX.

KETTENHEIM. Ex gente hac Palatinatus infer. Joh. Philippus, Philippi de Kettenheim ac Margarethæ Mulnheimiæ filius, Prætor Argent. & Cancellarius Academiæ fuit. Bis maritus ſine prole defunctus eſt An. MDCII. æt. 57. (*l*)

§. CCCCXXXV.

(*k*) RICHERII SENON. *Chron.* Lib. IV. Cap. 34. (*l*) SERIZII *Appendix Chronolog.*

## §. CCCCXXXV.

KIENSHEIM. Heſſo de *Kensheim* An. MCCXCVI. & Cuno Armiger de *Keush.* An. MCCC. in Abbatia Pariſ. ſepulti ſunt. (*m*) Rudigerus de *Consheim*, Præpoſitus Colmar. divitiis & ſcientia clarus, An. MCCLXXIX. obierat. (*n*)

KINDWEILER. Henricus de *Kintweiler* An. MCCLXIII. inter fidejuſſores erat Henrici de Hugsbergen, ex Argentinenſium cuſtodia liberati. Rudolfus filius Hugonis, Armigeri de Kintw. An. MCCC. Albertus & Hugo An. MCCCCII. memoriæ produntur.

KIPPENHEIM. Ex hac Ortenavienſi familia in Alſatiam invectus eſt ramus, qui ſuas Argentorati, Neovillæ, Hangenbietenhemii ædes ac bona poſſidens, haud ita pridem exaruit. Henricus Balthaſ. Prætor urbis & Cancellarius Univerſitatis Argent. obiit An. MDCLXIX. ætatis 71.

KIRCKEL. Johannes de Kirckel, Armiger, in eccleſia S. Andreæ Argent. Anno MCCXCVI. ſepultus eſt.

## §. CCCCXXXVI.

KIRWEILER. Ex ſtirpe hac Alſatica Andreas, Armiger, An. MCCCLXXXIX. Lichtenaviæ trans Rhenum vixit.

KITTELSHEIM. Bernardus Miles de *Kützelsheim* Gugenhemii feudo Eccleſiæ Arg. gavilus eſt An. MCCCXX. Nicolaus, Præpoſitus S. Petri Jun. Arg. An. MCCCCXX. obiit.

KLETTE. Fritſcho d. Klette, Armiger de *Benvelt;* Fridericus d. Klette de *Utenheim*, Miles, in templo S. Petri Jun. Argent. An. MCCCLXXI. ſepultus, Eccleſiæ Argent. & Auſtriacorum vaſalli erant. Utenheimenſium poſtremus, Joh. Jacobus, An. MDXLVIII. Erſteinii deceſſit.

KNIPPING. Wernerus d. Knipping, Miles de *Geiſpoltzheim*, An. MCCCXXIV. Reinhardus dictus *Gnypping*, Armiger, reſidens in *Northuſs*, cum uxore ſua Margaretha, Friderici de Entzberg, Armigeri, filia, An. MCCCCXLVI. Capitulo S. Thomæ reditus X. ſolidorum vendidit.

KNITTELSHEIM. Joh. *Richter* de Knittelsheim, Armiger, Wolfgangi filius, & Joh. Richter de Knittelsh. junior, An. MCCCCIII. commemorantur.

## §. CCCCXXXVII.

KNOBLOCH. Wilhelmus d. *Knobeloch*, Miles Argent. An. MCCCLIX. quatuor fratris ſui Johannis, Militis, filiarum tutelam geſſit. Alius Johannes d. Knobeloch, Miles Argent. in eccleſia S. Stephani An. MCCCLXXXI. ſepultus eſt, relicto ejuſd. nominis filio. Reimboldus dict. *Klobeloch* ſenior, Armiger, filius Reimboldi Militis, Johannes d. Klobeloch, filius quondam Johannis nuncupati *Jumcherre*, Armigeri Arg. fratris Reimboldi Armigeri, An. MCCCCIV. reditus Capitulo S. Thomæ vendiderunt. Idem fecerunt Symundus & Johannes fratres, Armigeri, filii Reimboldi Klobeloch, nuncupati *Kleine*, Militis Arg. An. MCCCCXIV. Nicolaus, hujus generis poſtremus, Argentinæ deceſſit An. MDLX.

KNOERINGEN. Henricus de Knœringen, Miles & liberi capitis homo, Lucellenſi monaſterio prædium ſuum apud Michelbach An. MCCVII. tradidit.

KOENIGSHOFEN. Johannes de *Kuwegeshoven* inter Eccleſiæ Argent. Miniſteriales, urbisque ſenatores An. MCCXX. comparet. Ex eadem profapia haud dubie prodiit Jacobus ille, Canonicus S. Thomæ, cujus ſtudiis Chronicon Rer. Alſat. & Arg. Germanico & Latino idiomate ſcriptum, debemus. (*o*)



(*m*) HUGO *Monum. S. Antiquit.* tom. 2. p. 279.
(*n*) ANNAL. COLN. ad h. a.
(*o*) Conf. SCHILTER in præfat. ad Chron. hoc Germ. ab ipſo editum.

Kolbsheim. Heinricus Armiger de *Kolhotzheim*, Heinrici filius, ab Eccleſia Arg. feuda in Molsheim & Dachſtein An. MCCCXX. tenuit. Cuno de *Kolbetzheim*, Armiger, An. MCCCCXIX. in Eccleſia S. Petri Jun. Argent. ſepultus eſt. Theobaldus Armiger, filius Cunonis, ſub finem ejuſdem ſeculi obiit, gentis poſtremus.

## §. CCCCXXXVIII.

Krantz, vid. *Geiſpolzheim.*

Krebser. Odilia, vidua Cunonis d. *Krebeſſer*, Armigeri Argent. & Ludovicus, filius quondam Heſſonis de Dambach, Armigeri, conſenſu Erlewini dicti Krebeſſer de *Dambach*, filii Cunonis atque Odiliæ, bona quædam Anno MCCCCVII. vendidiſſe leguntur.

Kress *de Kogenheim.* Heinricus dictus *Kreſſe*, Armiger de Kogenheim, Anno MCCCLXVI. Advocatus erat in Epfiche. Jacobus Kreſs de Kogenh. Armiger, Hagenoæ reſidens, An. MDIX. uxorem duxerat Suſannam, Jacobi Merſwin, Jur. Doct. & Militis Argent. filiam; idemque familiæ ſuæ poſtremus obiit An. MDXLIX.

Kunheim. Volmarus de Kunheim, ſenior, Armiger de *Biſchofsheim* prope Rosheimum, An. MCCCCXXXV. plures filios, & inter hos Johannem reliquerat, qui de feudo Rappoltſteinenſi inveſtitus eſt anno ſequenti.

## §. CCCCXXXIX.

Kunigsheim. Theodoricus de *Kunigesheim*, Abbatiæ Andlav. Miniſterialis, An. MCCXXVII. chartam teſtis ſignavit. Dietericus dictus de Kunigesheim, Armiger Arg. An. MCCCLXVII. reditus annuos in urbe hac Capitulo S. Thomæ vendidit.

Kurnagel. Goſſo dict. Kurnagel, Armiger Arg. An. MCCCXLIII. Johanni d. Bumann reditus annuos; Goſſonis hujus filii, Goſſo, Johannes & Ludovicus, Anno MCCCLI. villam Kœnigshofen, pignus Imperii, civitati Argent. pro 360. libris vendiderunt. (*p*) Johannes d. Kurnagel, Armiger, reſidens in Kunigshofen, A. MCCCLXIII. ibidem ex ſuo quædam alienavit.

Kurtz. Walcherus d. Kurtz, Armiger, An. MCCCLXXXIV. Rappoltivillam incoluit. Johannem Kurtz, Armigerum, Smalmannus, Dynaſta Rappoltſteinenſis, An. MCCCXCIX. Hadſtadiis fidejuſſorem dedit.

Kuss. Otto dictus *Kuſe*, Armiger Argent. & Heilcka, uxor ejus, bona quædam civitati Argent. donarunt An. MCCCXXXI. ut de eis præbenda facerdotalis in Ruperti Augia ad Capellam novam inſtituatur.

## §. CCCCXL.

Lagelnheim. Wezelo de Lagelnheim ſec. XIV. inter Eccleſiæ Argent. vaſallos cum feudo in Egisheim recenſetur.

Lambsheim, vid. *Meige.*

Lampertheim. Johannes de Lampertheim, Miles, An. MCCXXIX. donationis, Abbatiæ Neoburg. ab Henrico Landgravio factæ, teſtis fuit. Wolfhelmus Miles d. de Lamp. privignus Reinmari Militis d. Schöp, Capitulo S. Thomæ bona ſua in Oſtholen & Talheim An. MCCLXXII. vendidit. Ex eadem gente Vicarius generalis Epiſcopatus Argent. An. MCCCLIII. conſtitutus eſt Johannes. (*pp*) Elisabetha, Johannis, d. *Scholle* de Lamperth. Armigeri filia, An. MCCCCXV. Nicolao d. Staheler, civi Argent. nupta erat. Dieboldus de Lamp. alias de *Boſſenheim*, Armiger, Anno MCCCCXCIX. in charta S. Thomæ Arg. laudatur.

Landeck. Johanni de Landeck, Armigero, Johannis de Landſperg, Armigeri, filia, An. MCCCCXXXII. nupſerat. Urbanum de Landeck Ferdinandus Rex caſtro Hoh-Kunigsburg & Advocatiæ Bergheim. An. MDXXVII. præfecit.

§. CCCCXLI.

(*p*) Conf. ſupra pag. 352. init. 2. (*pp*) Albertus Argent. pag. 279.

## §. CCCCXLI.

LARG. Heinricus de *Largis* chartam donationis, Eccleſiæ Baſil. à Comitiſſa Phirretenſi factæ, teſtis ſignavit. (*q*)

LAUENSTEIN ſeu *Læwenſtein* periiſſe dicitur cum Wolframo, qui Rudolfo I. Imp. caſtrum ſuum MCCLXXXIII. tradidit. (*r*) Inter Drachenfelſii ganerbios tamen An. MDX. occurrit Emericus de Loewenſtein.

LEITERBERG. Werlinus de Leiterberg, Armiger Argent. An. MCCCCXLI. ſine maſcula prole deceſſerat.

LENTZEL. Henſelinus, Hugelini dicti *Lentzlin*, Armigeri Argent. filius, Anno MCCCLXXXVII. ſub Reimboldi Swarberi tutela conſtitutus erat. Thomas *Lentzel*, Miles, An. MDIV. in eccleſia S. Thomæ Argent. ſepultus eſt. Poſtremus nominis, Chriſtophorus, An. MDXCI. Offenburgi defunctus eſt cœlebs.

## §. CCCCXLII.

LIEBENSTEIN. Burcardus de Liebenſtein compoſitioni Epiſcopi Baſil. cum Phirreti Comitibus An. MCCXXXIV. interfuit. (*s*) Bertholdus de *Liebiſtein* An. MCCXCIX. Murbacenſis electus eſt Abbas. (*t*)

LIEBENZELLER. Reinboldo *Liebencellere*, Militi Argent. Wilhelmus Rex Rom. de villa Trenheim An. MCCLV. ſatisfieri juſſit. Eundem ſenatus Argent. principem Walther. Epiſc. in ſuis contra civitatem hanc gravaminibus An. MCCLXI. compellat. Seculo ſeq. alius Reinboldus Liebenzeller, Armiger Arg. ab Epiſcopo nonnulla bona in feudum tenebat.

LIECHTENFELS. Ex gente hac Joh. Wilhelmus aſſeſſor Regininis Enſisheim. An. MDXLIII. Melchior, Epiſcopus Baſil. An. MDXCV. deceſſit. Ultimus erat Johannes Georgius, cujus filia unica, Suſanna, Wilhelmo de Kageneck nupta, A. MDCXXVI. obiit.

LIECHTENSTEIN. Albertus d. Sweiniger, Summiſſarius eccleſiæ S. Petri Jun. nomine patris ſui d. *Sweiniger de Liechtenſtein*, Armigeri, ædes in urbe Argent. locavit An. MCCCCV.

## §. CCCCXLIII.

LINGOLSHEIM. Reimboldus d. de *Lingolvsheim*, Miles Argent. & Reimboldus, Böldelini de Lingolvisheim, Militis Arg. filius, An. MCCCXV. una comparent.

LININGEN. Fridericus de Liningen, Armiger Argent. An. MCCCCLX. obiit.

LOBOASSEN. Werinherus de *Lobegaſſen*, Miles, transactioni Ulrici I. Comitis Phirret. cum Eccleſia Argent. interfuit An. MCCLI. Richardo de Lobegaſſen, ſtrenuo Militi, Abbas Murbac. reditus quosdam in Bergholz An. MCCLXXXI. oppigneravit. *Militibus de Lobigaſſe* Hufii atque Hadſtadii nobiles An. MCCCIII. multa damna intulerunt. (*u*) Epiſcopus Argent. An. MCCCXVI. tres Lobegaſſios ceperat, Rudolfum dictum *Auſtriacum*, Rudolfum d. de *Wulversheim*, & Heſſonem, pro quibus liberandis inter plures alios fidejuſſores Nybelungus junior de Lobegaſſen, Eques, & Joh. de Lobeg. Clericus, de ſexcentis marcis argenti Epiſcopo caverunt. Heinricus Armiger, filius Eberlini Militis de Lobg. in Rufach, Artzenheim &c. feuda Eccleſiæ Arg. medio ſec. XIV. poſſidebant.



(*q*) HERRG. Cod. dipl. num. 296.

(*r*) Supra pag. 253. med.

(*s*) HERRG. l. c. num. 301.

(*t*) ANNAL. COLMAR. ad h. a.

(*u*) ibid.

## §. CCCCXLIV.

Löselin. Petrus d. Löfelin, Armiger Arg. in charta S. Thomæ A. MCCCXXIX. laudatus, Johannis Militis filius, ex Sufanna Rebſtockia Henfelinum & Reinboldum, Armigeros, An. MCCCLXVI. procreaverat. Defecit hæc familia, quæ cum Brogeris unam gentem conſtituiſſe putatur, moriente Erbio Löfelin jun. An. MCCCCLXXI.

Loewenberg. Henricus de *Lœwenberc* transactionis Comitum Phirret. cum Abbatia Murbac. teſtis An. MCCXXXV. nec non fidejuſſor Militum de Butenheim An. MCCXLVI.

Lombard. Henricus d. *Lombardus* & nepos ejus *Snlinc*, Milites, An. MCCLVI. inter poſſeſſores advocatiæ vallis S. Amarini, ſubfeudi Horburgenſis, nominantur.

Luckesheim. Albertus Miles de Luckesheim, medio ſec. XIV. prædium in Küttelsheim ab Epiſcopo Arg. tenuit.

## §. CCCCXLV.

Lumbhart. Stephanus d. *Lumhart*, Armiger Argent. An. MCCCCLV. mortuus, filios reliquit Erhardum, Johannem & Udalricum, d. *Lumbhart*, Armigeros Argent. quorum natu prior An. MDX. juxta patrem in Eccleſia S. Stephani ſepultus eſt. Ultimus generis, Jo. Fridericus, An. MDCVI. Senatui Arg. adſcriptus erat.

Lupfstein. Hugo & Gozo de *Lupffenſtein* chartam Ludovici Dynaſtæ Lichtenb. de advocatia Argent. An. MCCXLIX. teſtes ſignarunt. Cuno, Hezelonis Militis de *Lupfenſtein* filius, An. MCCCLVI. Rector fuit eccleſiæ Gottesheimenſis. Poſtremus ſtemmatis, Martinus, Advocatus in Gugenheim, An. MCCCCLXV. vita exceſſit.

Lutenheim. Hugo de *Lütenheim*, Leonis filius, Sacerdos & Præbendarius Eccl. S. Thomæ Arg. eidem huic Eccleſiæ bona ſua, à Johanne dicto de Rumersheim, Milite, in villis Lütenheim & Lupfenſtein olim coëmta, cum multis aliis teſtamento legavit An. MCCCXXXIV. Conſenſit frater ejus Erbo.

Lutzelstein. Conradus Miles de Lutzelſt. cognomento *Bobeym* A. MCCLXVII. (*x*) Heinricus de Lutzelſt. alias *Grefe*, Armiger, conſenſu filiorum ſuorum, Jacobi & Wilhelmi, bona quædam vendidit An. MCCCCLVIII.

## §. CCCCXLVI.

Mægde. Henſelinus Armiger *von der Mægde*, Camerarius & vaſallus Epiſcopi Argent. medio ſec. XIV. bona feudalia in Rheinau, Ergersheim, alibique poſſedit. Thomas dictus *zu der Mægde*, Armiger Argent. cum uxore ſua, Agnete de Groſtein, An. MCCC. Capitulo S. Thomæ reditus vendidit. Jacobus *zur Mægd*, poſtremus gentis, Geiderthemii obiit An. MDXXII.

Maler. Johannes Maler, Miles Arg. An. MCCCLX. inter mortuos refertur. Nicolaus Maler, Armiger, ſtirpis hujus poſtremus, medio ſeculo ſeq. vita exceſſit.

Manse. Albertus d. *Manſſe*, Armiger Argent. cum Ulrico d. Goſſe monaſterio S. Catharinæ præfectus erat An. MCCCXCV. Johannes d. *Schönmans* ſenior, Armiger Argent. filius Bertholdi dict. *Mans*, civis Argent. cum duobus filiis Johanne & Bertholdo Schönmanſiis, quos ex Henfelini dict. Schwarber Armigeri filia ſuſceperat, initio ſec. XV. floruit. An. MCCCCVIII. Nicolaus Manſe, Armiger Arg. ac triennio poſt Joh. Manſe, Miles Argent. in Eccleſia S. Johannis Arg. ſepulti ſunt. Jacobus Manſe, Miles, An. MCCCCXVI. Prætoris Argent. officio functus eſt. Johannes Mans de *Huſſenburg*, Miles, An. MCCCCXLI. Johannes Mans de *Manſenburg*, Miles, An. MCCCCXCIV. occurrunt. Ultimus gentis, Wilhelmus Schönmanſius, in Kettenholtz An. MDLII. deceſſit.

§. CCCCXLVII.

(*x*) Supra pag. 618. med.

## §. CCCCXLVII.

MARLEY. Otto de Marlei, Vicedominus Argent. & Wiricus de Marlei in Dynaſtarum Geroldseck. literis An. MCCLXIX. teſtes leguntur. Burckardus Miles de Marlei & uxor ejus Relindis, filia Johannis Militis dicti de Wildesberg, An. MCCLXXVI. agros in Himelolfesheim Capitulo S. Thomæ vendiderunt. Fratres Burcardi, Sifridus & Wernherus, Milites, in eodem inſtrumento nominantur. Ludemannus *Schmid* de Marley, Armiger, inter vaſallos Maurimonaſter. An. MCCCLXXIII. aliique hujus nominis plures uſque ad MCCCCXVII. commemorantur.

MARX. Marcus ab *Eckwersheim*, primus hoſtem lancea petiit in pugna ad Hugsbergam ſuperiorem, contra Waltherum de Geroldseck pugnata An. MCCLXII. Decennio poſt unus ex Marcorum proſapia Argentinæ Prætoris munere functus eſt. Joh. Marx, Miles, Nicolaus & Johannes Adolphus, Armigeri fratres, filii Hecelonis dicti Marx, Militis Argent. An. MCCCCVIII. Eccleſiæ S. Thomæ reditus XII. librarum venditerunt. Agnes de Mulnheim, vidua Nicolai Marci Militis de Eckwersheim, cum Johanne Milite & Hetzelone filiis, hoſpitali Argent. bona quædam donavit An. MCCCCLXXXIII. Meinlach Marx, Johannis Jacobi filius, ex Italia redux, cum Magdalena de Seebach ad nuptias proceſſurus, An. MDXCVI. peſte fuit ſublatus.

## §. CCCCXLVIII.

MASMUNSTER. Fridericus & Burchardus de *Valle Maſonis* inter Eccleſiam Baſil. & Abbatiam Murbac. An. MCXCIV. Burcardus de Masmunſter, Miles, inter Abbatiam hanc & Comites Phirret. An. MCCXCV. transactionum teſtes. Rudolfus de Masmunſter, Magiſter Ordinis Teutonici, vixit An. MCCCXXXI. Nobules hi jure feudali gaviſi ſunt, ut hoſtilitatis tempore claves oppidi Enſisheim, tanquam Cameræ Archiducalis cuſtodes, retinerent, portas clauderent & aperirent. (*y*) Extincti ſunt A. MDLXXVIII.

MATZENHEIM. Nicolaus d. de Matzenheim, Armiger, reſidens in *Erſtein* Anno MCCCXV. Ottomannus de Matzenheim, Miles, An. MCCCXXIX. Bernhardus de Matzenheim, Prætor Argent. An. MCCCCIII. Ultimus, Johannes, copiis Argent. præfectus, An. MDXXX. decceſſit.

MEERSCHWEIN. Ex gente hac, cum Wolfgango circa An. MDXX. extincta, Nicolaus An. MCCCC. & Johannes An. MCCCCL. Prætores urbis Argent. fuerunt. Cuno Merswin, Armiger Arg. An. MCCCCXCIX. una cum Jacobo Begero de Blyberg, Equite, Capitulo S. Thomæ reditus 76. florenorum vendidit.

## §. CCCCXLIX.

MEIGE. Alii à *Weſthofen*, alii à *Lambsheim* agnomen traxerunt. Catharina de Lichtenberg, Johannis *Mey*, Armigeri de Lambsh. vidua, cum filio ſuo Johanne caſtrum Erlenburg An. MCCCCLXXIV. Bockiis vendidit. (*z*) Idem Johannes Mey de Lambsheim, Armiger Argent. cum filio ſuo Jacobo Mey, bona quædam Collegiatæ S. Thomæ vendidit An. MCCCCXCVII.

MEISTERSHEIM. Eberlinus dictus *Iſenhart*, Armiger de *Meiſterzheim* Anno MCCCLXXXVII. Argentinæ commorabatur.

MENGEN. Hugo de Mengen, Armiger, Eberhardo Comiti Wirtemberg. dimidiam decimarum in Roggenhauſen partem, feudum Dynaſtiæ Horburgenſis, per Ludovicum de Ratolsdorff Militem refutavit An. MCCCLV.

MEYENHEIM. Dominus de *Meienhen* caſtrum ſuum Epiſcopo Argentinenſi obtulit An. MCCLXXXII. (*a*) Wernerus de Meyenheim, Miles, Johannis Rappoltſteinii, qui Johannem Reich de Reichenſtein interfecerat, litem An. MCCCXXX. terminavit. Rudolfus & Matthias, Miles de Meienh. ab Eccleſia Argent. Pfaffenheimii; Werlinus ab Auſtriacis medio hoc ſeculo feuda tenuerunt.

§. CCCCL.

(*y*) ZASIUS apud SCHILTER *ad Jus Feud. Alem.* p. 311.
(*z*) Supra pag. 263. med.
(*a*) Non vicus Meyenheim, uti ſupra pag. 70. & 82. fin. legitur, ſed caſtrum vici oblatum eſt.

## §. CCCCL.

MEYER. Familia in duos ramos divisa, quorum alter ab Huninga, alter à villa Weiler cognomen accepit. Hermannus & Waltherus Meyer de *Weiler*, Milites, in prœlio Sempacenſi occubuerunt Anno MCCCLXXXVI. Johannes Meyer ſenior & Eglinus Meyer de *Hüuningen*, fratres, ab Ulrico Rathſamhauſio inveſtituram ſuſceperunt feudi, quod patri ipſorum Ludovico & Joh. Henrico de Spesbach fuerat collatum. Ramus hic Huningenſis circa An. MDXXV. diu poſt Wilerenſem, exaruit.

MEWART. Caſpar *Meyewart*, Armiger Argentinenſis, An. MCCCCLXIII. Bartholomæus *Mewarth de Detickoffen*, ultimus gentis, initio ſeculi XVI. obiit.

MIETESHEIM. Waltherus de *Mutensheim*, Miles, donationi Neoburg. Abbatiæ ab Henrico Landgravio factæ An. MCCXXIX. teſtis interfuit. Anshelmus Miles de *Mutensheim* An. MCCCXV. mortuus erat.

MISSBACH. Frider. *Schenck*, alias *Miſſebach*, Armiger Arg. A. MCCCCLXXXVII. Collegiatæ S. Thomæ reditus XV. flor. vendidit. Jacobus Miſſebach, Armiger, An. MDIV. in Illkirch habitavit, poſtremus, uti videtur, gentis.

## §. CCCCLI.

MITTELHAUSEN. Volcmarus de *Mithilhuſen* monaſterio Neovillar. à Comite Dagisburg. datus eſt obſes An. MCLVIII. Berlewinus Miles d. de *Mittelhus* poſſeſſiones ſuas in Schellelingesheim Plebano S. Martini Argent. vendidit An. MCCLX. Albertus de Mittelh. Miles An. MCCXCII. inter proceres Oberclnheim. & Anno MCCCXXXVI. inter vaſallos Eccleſiæ Argent. comparet. Præpoſitus Capituli Cathedralis Argent. Adolphum, Hieronymum & Lazarum de Mittelhauſen fratres A. MDIX. de feudo quodam inveſtivit. Adolfus An. MDLVII. & Felix An. MDLXXIX. Prætores facti ſunt urbis Argent. Philippus Reinhardus, Philippi filius, feuda, quibus pater exciderat, à Marggravio Bad. recepit, poſtremus gentis Anno MDCXXXIV. Neovillæ ſepultus.

MITTELWIHR. Waltherus Dom. de Horburg Abbatiæ Murbac. fidejuſſorem obtulit Waltherum de *Mittewihre*, Militem, An. MCCLIII.

MOLSHEIM. Garſilius de *Mollesheim*, Miles, An. MCCLXXVII. Dietericus *Kember*, Miles, & Wernherus d. Kember de Mollesheim, medio ſec. XIV. vaſalli fuerunt Eccleſiæ Argent. Johannes de Mollesheim, Armiger, cum Johanne dict. Kurnagel & Gœzone d. Wilhelm, hoſpitali maj. Arg. Præfectus erat An. MCCCLXXIV. Heinricus d. *Peterlin* de Molsheim, Armiger Arg. An. MCCCCII. obiit; Bechtoldus dict. Molsheim, alias *Schwurber*, Armiger Arg. An. MCCCCIX. expiravit.

## §. CCCCLII.

MORSCHWEILER. Ruſtungi de *Morswihre* filius inter viros caſtrenſes Landſpurgi prodiit An. MCCCIII. Ulricus Miles & Ruſt. de Morſchweiler, Armiger, fratres MCCCLXX. Petermannus *Stambler* de Morſchweiler, Armiger, ſub init. ſec. XV. floruere.

MOSUNG. Petrus dictus Moſung, Armiger, Capitulo S. Thomæ Argent. Anno MCCCCXIX. bona vendidit. Gaſparus Armiger in Schaffolsheim An. MDXL. degit. Phil. Conradus, poſtremus generis, in obſidione Molsheim. An. MDCX. occubuit.

MUEG, *Müg*, *Mieg*, de quibus plura ſuperius, (*b*) in duas ſtirpes abierunt, à Petro Müegio deſcendentes, quem Fridericus IV. Imp. An. MCCCCLXXII. ornavit inſignibus. Hujus filii erant Jacobus & Matthæus, quorum ille ſeniorem, hic juniorem familiam condidit. Jacobi nepos Sebaſtianus An. MDLXXVII. hujusque ex fratre Carolo nepotes, Sebaſtianus & Carolus, An. MDLXXXII. à Rudolfo II. Imp. creati ſunt Nobiles, qui à vico *Buffisheim* agnomen traxerunt. Sebaſtianus ſenior, urbis Argent. Prætor, cum eſſet improlis, An. MDXCVIII. ſuis ex Sebaſtiano juniore pronepotibus, Sebaſtiano & Paulo, bona ſua teſtamento reliquit. Prior, Vir doctus, cujus manu ſcripta ſuperſunt plura, Wilh. Sebaſtianum genuit, qui ad Præturam Argent. quo-

(*b*) Pag. 265. med.

quoque An. MDCLVI. promotus eſt. Pauli filius erat Paulus Jacobus, qui Anno MDCLXXXIV. defunctus Muegiorum nobilium ſeriem clauſit; unde omne illorum patrimonium ad Wilh. Sebaſtiani filiam, & per hanc ad Voltzios migravit.

Mulhausen. Hugelinus d. *Walch* de Mulhauſen, Miles, An. MCCCLXX. vixit. Henricus de Mulhauſen, Armiger, An. MCCCCXIV. mortuus, ſtemma hoc terminavit.

## §. CCCCLIII.

Mülnecke. Elſa Nicolai de Mülnecke, Militis Argent. vidua, ejusque liberi Nicolaus, Henricus, Johannes & Margaretha de Mülnecke, reditus quosdam monaſterio S. Eliſabethæ deſtinarunt An. MCCXCIII. Johannes dictus Mülnecke, Armiger, filius Johannis, Militis Argent. cum Anna de Heringheim, uxore ſua, & Petermanno filio, Armigero, reditus ex ædibus ſuis, extra muros urbis Argent. ſitis, Anno MCCCLXXV. vendidit. Ineunte ſeculo XV. Johannes de Mülnecke, nominis hujus poſtremus, vixit.

Mulversheim. Theodoricus Miles de Mulversheim Ottoni de Hochvelden, ſocero ſuo, bona quædam in Waltenheim, teſtibus G. de Hochfelden & E. de Hüttendorff Militibus, contulit An. MCCLIX.

Mummenheim. Johannes Miles de Mummenheim Neoburgi in monaſterio ſepultus An. MCCCXXIV. Ejuſdem nominis Armiger, ultimus gentis, An. MCCCCXV. diem obiit.

## §. CCCCLIV.

Murnhart, proſapia Argentinenſis, inter Epiſcopi Miniſteriales & urbis ſenatores à ſeculo XIII. ſpectata, ſeculo XVI. periit. Burcardus Miles d. Murnhart, Vicedominus Epiſcopi Argent. An. MCCLXII. interfuit prælio Hugsbergenſi, in quo ipſe cum Epiſcopo fuga ſalutem quæſivit. Andreas Miles & Theobaldus Armiger, dicti Murnhart, vicum Hœnheim medio ſec. XIV. poſſederunt. Burcardus d. Murnhart, Miles, reſidens in *Northus*, & Theobaldus Armiger, filius ejus, bona in Geiſpolzheim Eccleſiæ S. Thomæ vendiderunt An. MCCCLXI.

Mürsee. Buhart Mürſel Armiger in eccleſia S. Andreæ ſepultus An. MCCCC. Bernhardus & Johannes Mürſel, pater & filius, Friderico de Leiningen feuda ſua reſutarunt An. MCCCCLX. Sub initium ſeculi ſequentis ſtemma hoc cum Johanne defecit.

Musler. Petrus & Melchior fratres d. *Muſeler*, filii quondam Petri *Muſler*, Armigeri, An. MCCCCLXXIV. occurrunt. Poſtremus ſtirpis, Jo. Matthias, quum ab adoleſcentia militiam ſecutus, & poſt longum annorum ſpatium in patriam redux, Lahrenſi & Mahlbergenſi Dynaſtiis à Naſſoviæ Comite præfectus fuiſſet, A. MDLXXXI. octogenario major vita exceſſit.

Mutzio. Cuntzo de Mutzig, Armiger, An. MCCCXLVI. Heintzmannus de Mutzig, Armiger, An. MCCCCXXXI.

## §. CCCCLV.

Nagel. Johannes Nagel, Armiger, reſidens in Hagenau, Anno MCCCCXXIX. defunctus erat. Luitfridus, alias *Königſpach*, Armiger, An. MCCCCLXXXIV. Apollinaris Königſpach d. Nagel, An. MDXC. in molendino prope Hochfeldam occiſus eſt.

Nape. Petri Militis d. Nape, civis Arg. vidua per manum Petri Militis d. Ripelin An. MCCLXXXI. bona ſua Innenhemii vendidit. Cunemannus Armiger, Cunonis dicti *Nope*, Armigeri Argent. filius, reditus annuos ex lacu prope S. Arbogaſtum, cujus pars ad Zornios de Bulach & Marxios Milites ſpectabat, Capitulo S. Thomæ An. MCCCCXXI. donavit. Cuno & Wilhelmus, filius ejus, Armig. A. MCCCCLXIV. & ſeq. obierunt, in æde S. Thomæ ſepulti.

Neuenburg. Petrus de *Nuwenburg*, Armiger Argent. Anno MCCCCLXXXIV. conſenſu uxoris ſuæ Capitulo Thom. pro anniverſario ſuo XII. ſol. reditum aſſcripſit.

Neuenfels. Erhardus de *Nuwenfels*, Armiger, residens in *Nuwenburg*, filius quondam Johannis Bechtolt de Nuwenfels, Armigeri, An. MCCCCXVIII. eidem Cap. S. Thomæ Argent. bona vendidit.

## §. CCCCLVI.

Nibelung. Henfelinus Nibelung, Armiger, cum civitate Seleſtad. conciliatur An. MCCCLIX. Hetzelo d. Nibelung, Armiger, civi, oppidi Enfisheim. fuit Anno MCCCLXXVII.

Nicol. Reimboldus Nicol, Miles Argent. filius Nicolai, cum matre ſua Agnete poſſeſſiones in Geudertheim Capitulo S. Thomæ An. MCCCVI. vendidit. Idem An. MCCCXXX. anniverſarium in remedium animæ fratris ſui Johannis d. *Grünecke*, Armigeri, inſtituit.

Nideck. Burcardus *Burggravius de Nideck* ſigillum ſuum chartæ Burcardi de Dorolsheim, cum Argentinenſibus in gratiam redeuntis, An. MCCLXIV. appendit. Rudolfus de *Nydecke* An. MCCCXXII. inter ſenatores Argent. recenſetur. Brunecke Miles de Nidecke An. MCCCXLIV. curiam quandam in Weſthoffen monaſterio S. Eliſabethæ vendidit.

## §. CCCCLVII.

Niedheimeri de Wafenburg, nupcr extincti, generis ſui ſplendorem Rudolfo II. Imp. acceptum referebant, à quo Jo. Jacobus Niedheimer, J. U. D. curiam Hagenox, obæratorum aſylum, cum turri ad pontem, ſedem in caſtro Cæſ. ibidem, villam Schürhofen, decimas in Oberbetſchdorf & jus patronatus in Niderbetſchdorf A. MDXCIII. in feudum accepit. (*c*) His Hanoico-Lichtenbergenſie feudum acceſſit, caſtrum Wafenburg, de quo ſupra. (*d*)

Nope, vid. *Nüpe*.

Nordgassen. Conradus Miles de *Nortgaſſen* An. MCCLXXXI. à Colmarienſibus occiſus, omnisque hæc gens An. MCCXCIII. Colmaria expulſa eſt. Johannes Miles d. de *Nortgaſſe* cum Rotliebo de Nortg. An. MCCCII. Auſtriacorum caſtrenſis erat Landſpurgi. Hugo de Nortg. Miles brevi poſt inter vaſallos Eccleſiæ Argent. proditur. Familia hæc verſus finem ſeculi XIV. interiit.

Northaus. Johannes de Northaus, Armiger, An. MCCCCLXXVI. Rudolfus de Northaus, Capituli Thomani Canonicus, An. MCCCCXCIII. deceſſit.

## §. CCCCLVIII.

Northeim. Variæ Northemiorum ſtirpes poſt initium ſeculi XV. extinctæ ſunt omnes. Erbo Miles de Northeim cum Henrico fratre, Johannes junior ſeniorque, Carolus, Nicolaus de Northeim medio ſeculo XIV. memorantur.

Nortwindt. Rodulfus *Nordewinus*, Miles, A. MCLXXXV. judicio Friderici I. Imp. Colmariæ habito interfuit. Johannes Nortwint, Miles, Theobaldi Comitis Phirret. chartam, An. MCCLXXX. Waldneris datam, teſtis ſignavit.

Nüffern. Eppo de *Nuwenuar* chartam fundationis Goldbac. An. MCCXXXV. inter *Liberos* ſignavit. Rotliebus de *Nuwar* cum patrueli ſuo vicum hujus nominis cum aliis bonis ab Auſtriacis tenuit An. MCCCLXI. Werlinus & Rutliebus de *Nuſurt*, Armigeri, decennio poſt commemorantur.

Nugarten. Wernherus de *Nugurte*, ab Argentinenſibus in bello Geroldseckiano captus, datis fidejuſſoribus An. MCCLXV. libertati ſuæ redditus eſt. Hecelo de Nugurte, Armiger, filius quondam Eberlini d. Scholl de Nugurte, civis Argent. An. MCCCLXXI. vixit. Johannes Armiger cum Hecelone fratre de hereditate paterna transegit An. MCCCLXXXVI.

§. CCCCLIX.

(*c*) Moser *Reichs-Hofraths Proceſſ.* Tom. 3. pag. 731. (*d*) Pag. 236. med.

## §. CCCCLIX.

OBERGASSEN. Sifridus in Obergafs, Armiger de Molsheim, An. MCCCLXXX. & MCCCCXII.

OCHSENSTEIN. Ex Ochfenfteinenfi militari familia, ex Dynaftis hujus nominis illegitime forte prognata, Fridericus de Ochfenftein, Armiger, cum Friderico, Canonico S. Leonhardi, & Johanne filiis memoratur Anno MCCCCXVIII. Johannes de *Landecke*, nothus de *Ochfenftein*, tum quoque temporis vixit.

ODRAZHEIM. Waltherus Armiger, natus quondam Burchardi de Odratzheim, Militis, bona quædam Capitulo S. Thomæ An. MCCCIX. vendidit. Patruus ejus Gerungus & frater Anshelmus ab Ecclefia Argent. bona quædam in Waffelnheim tenuerunt. Jeremias de Odratzheim, poftremus gentis, circa An. MDLXXIII. interiit.

OFFENHEIM. Fridericus de Offenheim An. MCCLXIII. cum Argentinenfibus, qui eum bello Epifcopali ceperant, in gratiam rediit.

## §. CCCCLX.

OLVISHEIM. Bernhardus & Adelbero, Milites de *Onolvesheim*, in charta Maurimonafterii An. MCXLV. teftes.

ORSCHWEILER. Ulricus Miles & Ruft de Orfchweiler, Armiger, fratres, Anno MCCCLXX.

ORTENBERG. Johannes de Ortenberg, Armiger, inter Rathfamhufios arbiter fuit An. MCCCLXXXVII. Erckenbaldus, ultimus gentis, An. MCCCCXXXIX. vita excefsit.

OSTHOFEN. Johannes *Burggravius* de Oſthofen An. MCCLXXXV. Alberti Cagonis chartæ ſigillum ſuum appendit. Alius hujus nominis inter Auſtriacos & Eccleſiæ Argent. vaſallos medio ſeculo XIV. memoratur.

## §. CCCCLXI.

OSWILER. Albertus Miles de *Oswilre* medio ſeculo XIV. feuda in Molsh. & Avelsh. ab Arg. Ecclefia tenuit.

OTHMARSHEIM. Petrus Miles de Otmarsheim mallo Landgraviali ſuperioris Alſat. apud Meyenhemium interfuit An. MCCVII. Albertus Landgravius, cujus Miniſterialis fuerat, bona ejus, cum effet defunctus, univerſa Beronenſi Eccleſiæ dovavit Anno MCCXXVII. (*e*) Duo fratres ejusdem gentis inter vaſallos Auſtr. Alſatiæ referuntur An. MCCCLXI.

OTTFRIDERICH. Familia hæc à ſeculi jam XIII. temporibus inter primores urbis Argentinenſis conſpicua, cum Bernhardo, Prætore Argentinenſi, medio circiter ſeculo XVI. periit. Hujus pater, Bernh. *Otfriderich*, Armiger, An. MCCCCXCIX. in eccleſia S. Joh. infulæ viridis Argentinæ ſepultus eſt. Nicolaus, Miles Argent. Ellekindæ uxori, Ebelini de Waltenheim, Armigeri, filiæ, bona quædam donavit An. MCCCXXXIX. idem forte, qui civitati Argent. Magiſter præfuit An. MCCCXXVII.

## §. CCCCLXII.

PAMPHILIN. Johannes *Pamphile* Prætor fuit Argentinenſis An. MCCLXXXIV. Hugo Zorn, Miles, An. MCCCI. executorem egit teſtamenti, quo Petrus Pamphilin, Armiger Argent. fratri ſuo Johanni *Pampbelin*, Conventuali Domus Prædicatorum, bona quædam deſtinaverat.

PAPST, vid. *Bapſt*.



(*e*) HERRGOTT *Genealog. Habsburg.* Tom. II. Diplom. num. 282.

PARMA. Conradus de Parma An. MCCCLIX. in remedium animæ filii ſui Joh. Eccleſiæ Thomanæ Argent bona quædam donavit. Obrechtus de Parma, ejusdem Eccleſiæ Canonicus, circa An. MCCCCXXXVIII. deceſſit.

S. PETER. Wolfelinus de Deſſenheim, Miles, & Baldemarus de *S. Petro*, Miles, An. MCCCLXXXIV. ſimul occurrunt.

PETERLIN. Johannes Peterlin, Armiger Argent. initio ſeculi XV. inter primores ſenatus comparet.

## §. CCCCLXIII.

PFAFF. Pfaffii, Rappoltivillæ habitantes, plura per vallem Orbeanam feuda Rappoltſteinenſia habuerunt. Henricus Pfaff, Miles, An. MCCLXX. vixit. Rudolfus Pfaff de *Rappolzwitre*, Armiger, cum civitate Arg. pacem fecit An. MCCCXXV.

PFAFFENHEIM. Petrus de Pfaffenheim, Miles, paci caſtrenſi Waldnerorum, Gebvillæ An. MCCXCVII. conditæ, interfuit. Johannes de Pfaffenheim, Eques, cum civitate Arg. in gratiam rediit An. MCCCXXV. Idem ab Eccleſia Arg. caſtrum Hertenvels in feudum tenuit.

PFAFFENLAPP. Cunones vel Conradi Pfaffenlappii A. MCCCXXXII. & MCCCCVI. in ſenatu civitatis Argent. federunt. Thomas Pfaffenlapp, Armiger in *Stille*, Jacobum filium ex Barbara de Riet ſuſceperat An. MCCCCLXXVII. Matthias Pfaffenlapp, Armiger, reſidens in *Ilkirch*, ex Clementia, Jacobi Bapſt de Uhtratzheim, Armigeri, filia numeroſam ſobolem procreaſſe legitur An. MCCCCLXXXVII. Philippum Pfaffenlapp, Armigerum, *Rhinoviæ* ſedentem deprehendimus An. MCCCCXCIV. & MDII. Jacobus & Michael fratres An. MDLXX. à Johanne Epiſcopo feudum acceperunt. Ultimus Pfaffenlappiorum Johannes initio ſeculi XVII. interiit.

## §. CCCCLXIV.

PFEILER. Burckardus dictus *Pfiler*, Miles, civis Argent. reditus annuos in Bledensheim Capitulo S. Thomæ mortis cauſa donavit An. MCCCXXIX.

PFETZHEIM. Johannes de *Pfettesheim*, Armiger, An. MCCCXCI. Johannes de *Pfettesheim*, Miles, inter primores ſenatus Argentinenſis An. MCCCCX. cujus filii, Johannes & Ludovicus, à nobili Wangiorum familia curiam in Duntzenheim acceperunt in feudum.

PLANTZSCHIER. Recenſetur nobilis de Plantzſchier, Thannis habitans, inter vaſallos Auſtriacos An. MCCCLXI.

PRECHTER, vid. *Brechter*.

QUATZENHEIM. Imbertus de Quatz. in charta fundat. Parthenii S. Johannis prope Tabernas An. MCXXVII. teſtis; Cuno dictus Bolſo de Quatzenheim Anno MCCLXXX. memoratur.

QUINTNER *de Sarburg*. Jacobus *Quintner* de Sarburg, Armiger, reſidens in Biſchofſheim prope Roshemium An. MDXXIII.

## §. CCCCLXV.

RAMBERG. Wernerus de Ramberg, Armiger, conciliandis Fleckenſteinenſibus An. MCCCLVI. operam adhibuit. Erhardus de Ramberg, cum Comite Leiningenſi Schaffrido An. MCCCCLI. à Lichtenbergenſibus captus, ſocietati S. Spiritus Nobilium Vaſgoviæ acceſſit An. MCCCCLXIII.

RAMSTEIN, a caſtro Vaſgoviæ nomen habentes, diverſi plane ab illis, qui in agro Baſilienſi floruerunt Dynaſtæ ac Milites. (*f*) Johannes Armiger de Ramſtein, Biſchoffshemii habitans, ut & Petermannus Armiger & Heinricus Miles med. ſec. XIV. vaſalli

(*f*) De his vid. Leu *Lexic. Helveti.* voce *Ramſtein*.

vaſalli fuerunt Eccleſiæ Argentinenſis. Antonius, Lutoldi de Ramſtein, Militis, filius, una cum Jacobo de Landſperg An. MCCCCXCIV. Eccleſiæ Thom. Argent. bona in Griesheim vendidit. Poſtremus fuit Jo. Georgius, An. MDLXIX. defunctus.

RANDE. Dietericus de Rande, Armiger, filius Dietmari Militis An. MCCCXXII. Ulricus dictus Rulman de Rande, Armiger, Duntzenhemii habitans A. MCCCXXXIII.

## §. CCCCLXVI.

RATTERSDORFII An. MCCCIII. viri caſtrenſes erant Enſishemii. Abbatia Alſpac. reditus ſuos ex curia dominica in Sachſenheim, ad Joh. de *Rotersdorf*, Equitem, ſpectante, vendidit An. MCCCLVII. Eidem Joh. de *Ratelsdorff* Rudolphus Dux Auſtriæ permiſit, ut vicum *Sachſen* oppigneraret ac venderet aliis, ita tamen, ut feudum maneret Auſtriæ An. MCCCLXV. Henricus Miles caſtro Rothenburg à Sulzenſi Comite An. MCCCCXXXI. præfectus erat.

REBSTOCK. Domicellus Wolfhelmus *Rebeſtock* An. MCCCLXXI. cum aliis gentis ſuæ in Eccleſia Prædicatorum Argent. ſepultus eſt. An. MCCCLXXIV. inter Rosheimenſes & Rebſtoccios nobiles, Argentorati compotantes, rixa exorta, qua tres Rosheimenſium occiſi. Cædis rei civitate ejecti, Molshemium ſeſe contulerunt, ubi ab adverſariis ſuis brevi poſt Petrus Rebſtoccius, Miles, Nicolaus, Reinboldus & Hugo fratres, aliique fuerunt oppreſſi. Reliqui Rebſtoccii, in ſenatu Argent. homicidii cum acculaſſent Rosheimenſes, cauſa ceciderunt. (*g*). Goſſe *Rebeſtog* Magiſter civitatis Arg. fuit An. MCCCCIX. Ultimus gentis, Joh. Gabriel Rebſtock, An. MDCVI. nuptias celebravit Andlaviæ, & terram Birckwald à cognata ſibi Abbatiſſa in feudum accepit.

## §. CCCCLXVII.

RECHBURGER ſeu *de Rechburg*. Ex gente hac Helvetica, quæ vicum Coblenz, *Confluentes*, in Comitatu Badenſi, ad Turicenſis ac Rauracenſis Pagorum confinia, An. MCCCLII. poſſidebat, prodiit Doctor Itelhans Rechburger, Cancellarius Wilhelmi III. Argentinenſis Epiſcopi, pater Arbogaſti, Prætoris urbis & Cancellarii Academiæ Arg. (*b*) qui An. MDLXXX. mortuus Johannem Henricum & Arbogaſtum filios reliquit: quorum hic An. MDCIV. ad Oſtendam, ille in aula Comitis Palat. Veldentino-Lucelſteinenſis Ephorus, ſine maſcula prole uterque, deceſſit.

REGISHEIM. Heſſo de *Regensheim* in Abbatiæ Murbacenſis inſtrumento Anno MCXCVI. teſtis. Capto ab Argentinenſibus Rutſchino de Regensh. Equite, Heinricus, Jacobus ſenior ac junior de Regensheim, Equites, Heinricus & Petrus de Regensheim, Armigeri, cum multis aliis Alſatiæ ſup. nobilibus civitati huic bellum intulerunt, quod An. MCCCXXV. pace fuit compoſitum. Anno MCCCLXI. Jacobus de Regesheim Eques dimidium caſtrum in Gundolsheim ab Auſtriacis in feudum tenebat. Henricus de Regisheim Armiger adverſus Mulhuſium arma tulit An. MCCCCLXVIII.

REICHENAU. Reinboldus d. *Richenawe*, Armiger Argent. An. MCCCLXII. cum Agnete, filia Cunonis d. Rymelenheim, Militis Argent. matrimonium iniverat.

## §. CCCCLXVIII.

REICHENBERG. Philippus de *Richenberg* fœderi Argentinenſium contra Waltherum de Geroldseck Epiſc. & patrem ejus acceſſit An. MCCLXII. Fridericus, Canon. Eccleſ. Arg. conſenſu Volmari de Reicheuberg, fratris ſui, & Waltheri, ex Philippo fratre nepotis, Berolzheim & Stuzheim pro 95. marcis argenti civi Argent. vendidit An. MCCLXXXIII.

REICHSHOFFEN. Johannes Armiger de *Richenshoffen* in charta S. Petri Jun. Arg. An. MCCCXXVII. legitur. Jacobus de Reichshoffen, Præpoſitus S. Thomæ Argent. An. MDXX. deceſſit.



(*g*) KOENIGSHOV. *Chron. Argent.* Cap. V. pag. 311. (*b*) URSTIS. *Chron. Baſil.* pag. 634.

REINBOLDLIN. Reimboldus Reimboldlini, Militis, filius, Advocatus Argent. ſub Eberlini de Mülnheim tutela conſtitutus fuit An. MCCCXXIII. Idem Reimboldus Reinböldelin, Miles & Advocatus Arg. cum Nicolao Zorn, Sculteto, de cauſa Capituli S. Thomæ judex cognovit An. MCCCXXX.

REINSTETT. Nicol. Miles de *Rinſtette*, gentis ſuæ poſtremus, A. MCCCCLXXXVI. Argentorati deceſſit.

RENNER. Nicolaus Renner, Armiger Argent. An. MCCCCLXXXVII. Florentinus Renner, ultimus ſtirpis, An. MDXIV. extincti ſunt.

## §. CCCCLXIX.

RENTINGEN. Hugo de Rentingen, Miles, An. MCCXC. Nicolaus & Johannes fratres, Armigeri, filii Jofridi de Rentingen, Armig. de *Weſthoffen*, A. MCCCLXVI. Georgius Armiger An. MCCCCLXXI. Melchior An. MDLX. celebrantur in litteris.

REVELINGEN. Hermannus d. Revelingen, Miles, in Mittelhauſen A. MCCCLXVII. Revelingorum alii, Milites & Armigeri, ſeculo hoc Keiſersbergæ federunt.

REUTENBURG. Lantfridus de *Ritanburch* inter Maurimonaſterii Miniſteriales An. MCXLVII. (*i*)

RHEINAU. Bertoldus Armiger de *Rinowe* in oppido hujus nominis alibique medio ſec. XIV. bona tenuit ab Eccleſia Argent. Johannes inter proceres urbis Argent. legitur An. MCCCLXXI.

## §. CCCCLXX.

RICHTER. Hugo d. Richter, Miles, civitati Arg. Magiſter præfuit A. MCCCII. Conradus Johanni filio, ceterisque liberis ſuis curiam in Kalbsgaſſen Argentinæ ſitam, juxta domum fratris ſui defuncti, Hugonis Militis, An. MCCCXXXVIII. donavit. Nicolaus d. Richter, alias *Dütſchmann*, Armiger, ejuſdem urbis Argent. Prætor erat An. MCCCLXXXVIII. (*k*)

RIET. Ex familia hac flores urbis Argent. proceres à ſeculo XIII. prodierunt. Liberi Johannis dicti *zum Riet*, Militis Argent. An. MCCCL. Rudolfo Lenzelin bona in Munolzheim; Jo. Wilhelmus d. *zu dem Ryet*, Armiger Arg. An. MCCCCXXIII. Capitulo S. Thomæ reditus in Seſſelsheim vendiderunt.

RIFF. Hieronymus *Ryff*, Armiger Argent. An. MDIV. viduæ Georgii Riffii, Armigeri, curam gerebat.

RIMBURG. Wernerus de Baldeburnen An. MCCLXIV. pacis à ſe cum Argentinenſibus factæ Hartungum de Wangen, Wiricum de Rimburg &c. ſponſores conſtituit.

RIMUNTHEIM. G. Miles de *Rymundsheim* chartam Henrici Epiſc. Argent. Anno MCCXL. Capitulo S. Thomæ datam, teſtis ſignavit. Burcardus de *Rümmentheim* Prætor urbis Argent. An. MCCLXXXII. erat. Nicolaus Miles Arg. de Rimuntheim An. MCCCXX. prædia in Muzig, Epfich &c. ab Arg. Epiſcopo tenuit.

## §. CCCCLXXI.

RINGELSTEIN. Anſelmus de Ringelſt. in Friderici I. Imp. diplomate Neoburg. An. MCLVI. teſtis. Item de curia Otenkel cum eodem Anſelmo, homine ingenuo, Burcardus Epiſcopus Argent. An. MCLXII. terminavit.

RIPPELIN. Gens ſenatoria Argent. ex qua Hugo *Ripelin* Magiſter civium Anno MCCXXX. alius Hugo, Miles, An. MCCLXXXVIII. Præfectus Hoſpitalis fuerunt. Conradus dictus *Rypelin*, Miles Argent. executor teſtamenti ſcriptus eſt Joh. Kuſolt, Canonici S. Thomæ An. MCCCXXVIII. Hugo *Ryppelin* Armiger & Scultetus Arg. An. MCCCCVI. floruit.

RITTER.

(*i*) Conf. ſupra pag. 213. fin.

(*k*) SCHILTER *ad Kanigib.* pag. 1058.

Ritter. Bernhardus Ritter de *Urendorff*, Armiger, fundator altaris in Eccleſia S. Wilhelmi Arg. obiit ac ibidem ſepultus eſt An. MCCCCXLIX. Johannes Epiſcopus Argent. An. MDLXX. Hermannum & Wolffium Dietricum de Urendorff, fratres, inveſtivit de feudis, quæ cum Henrico de Utenheim Milite & fratre ejus Stephano communiter poſſederunt. Franc. Hermannus, Ritterorum ultimus, An. MDCXXXVI. Molshemii deceſſit.

## §. CCCCLXXII.

Roppach. Wilermus dictus de *Roppa* cum Burcardo & Richardo filiis curiam Murbac. in Dela & S. Deliderio ſibi oppigneratam eſſe, teſtatus eſt An. MCCXLV. Jo. Guil. de *Rotpach* nomine patris ſui, Ulrici, de caſtro & vico Roppach inveſtitus eſt An. MD. Idem contigit Johanni, Ulrico & Eligio fratribus An. MDLIV. Edmundus de Roppach Aſſeſſor fuit Regiminis Enſisheim. Anno MDCXI. Poſtremus gentis, Franc. Conradus ante 30. hos annos periit. (*l*)

Rorenderlin. Albertus Rorenderlin, Miles, inter ſenatores urbis Arg. refertur An. MCCCXXVII.

Rosen. Petrus *zem Roſen*, Joh. filius ejus & Conradus, ex fratre nepos, Anno MCCCLXI. caſtellum in Oltingen ab Auſtriacis in feudum tenebant.

Rosheim. Plenum olim fuit Militum & Armigerorum Imperiale hoc oppidum, quorum tamen omnium propago ſub initium ſeculi XVI. diſparuit. Otto & Fridericus de *Rodesheim* inter Abbatiæ S. Odiliæ Miniſteriales An. MCLXXVIII. Henricus & Joh. Dietricus, Milites de Rodesheim, inter Eccleſiæ Arg. vaſallos medio ſec. XIV. recenſentur. Fritelinus de Rodesh. Miles cum uxore & liberis ſuis adhuc minoribus, Fritelino, Goſſelino, Johanne &c. pro quibus fratres ejus, Bertholdus Miles & Johannes Armig. comparuerunt fidejuſſores, bona ſua in Meiſtersheim Collegatiæ Thomanæ vendidit An. MCCCXXI. Eodem ſeculo *Dieteri*, *Dürrii*, *Sifridi*, *Stamleri*, *Stangii*, *Wolfalini*, vel Milites vel Armigeri de Rodesheim, in chartis paſſim occurrunt. Tum quoque Johannes, Betſchelinus & Bechtoldus de Rosheim civitatis Argent. Magiſtri vixerunt.

## §. CCCCLXXIII.

Rösslin. Dieboldus d. Röſslin, Armig. Arg. filius Nicolai, A. MCCCCXXXVI. floruit.

Rossmarck. Siffridus de *Roſſemerket* inter Miniſteriales Epiſcopi ac ſenatores urbis Argent. legitur An. MCCXX.

Rotenburg. Waltheri duo de *Rotenburc* inter *Liberos* in charta fundat. monaſterii Goldbacenſis An. MCXXXV. teſtes leguntur. Hi ad Sundgoviam pertinent. In Alſatia inf. *Blickeri* de Rotenburg floruerunt, e quibus Johannes d. *Rotemburg*, Armiger, Capitulo S. Thomæ reditus 30. ſolidor. Argent. An. MCCCCXXVIII. vendidit. Henricus de Rotenburg, dictus *Blicker*, Henrici filius, una cum Johanne & Henrico juniore, agnatis ſuis, de feudis Bitenſibus inveſtitus eſt An. MD. De nupero gentis hujus interitu ſupra. (*m*)

Roth. Seculo XIII. Fridericus, Albertus & Wilhelmus *Rott* in ſenatorum civitatis Argent. ordine; ſeculo XIV. Rothii in oppido Rosheim Armigeri comparent. Fuerunt quoque Rothii de *Roſenberg*, qui cum Chriſtophoro extincti ſunt A. MDXXII. Alia ejuſdem nominis familia Baſileæ floruit.

Rotweil. Johannes Wilhelmus & Johannes Ludovicus de Rotweil, Armigeri Argent. An. MDVIII. Johannes Erhard, Armiger, An. MDXL.

## §. CCCCLXXIV.

(*l*) Conf. ſupra pag. 56. (*m*) Pag. 171. §. CCXCVIII.

## §. CCCCLXXIV.

RUBER. Anshelmus Ruber Armiger in Rappolsweiler cum Johanne & Anshelmo filiis An. MCCGXXI.

RUFACH. Cunradus dictus Crapfo, Miles de Rufach, in ipso hoc oppido feudum ab Eccles. Arg. tenuit medio seculo XIV.

RUGESHEIM. Rudolphus de *Ruchesheim*, Miles, Advocatus in Ensisheim Anno MCCCXII.

RULENDERLIN. Nicolaus, filius quondam Alberti Rulenderlini, Militis Argent. Thesaurarius Ecclesiæ S. Thomæ, An. MCCCXLIII. testamentum condidit. Ejusdem nominis Armiger, Rulini Militis filius, An. MCCCLXI. liberorum Hugonis de Waltenheim, Armigeri, tutor fuit.

RULISHEIM. Rudolfus de Rulisheim, Eques, inter Lobegassiorum obsides occurrit An. MCCCXVI.

## §. CCCCLXXV.

RUMELNHEIM. Nicolaus de Rumelnheim medio sec. XIV. vasallus Ecclesiæ Arg. Molshemii fuit. Cunonis Militis & Nicolai Armigeri, fratrum dictorum in *Rymelisheim*, mentio fit in charta S. Thomæ An. MCCCXXVI. Cuno de *Rumlenheim* Armiger, Nicolai Militis Arg. filius memoriæ proditur An. MCCCLXXXIII. Ultimus gentis medio seculo XVI. obiit Cuno.

RUMERSHEIM. Henricus de Rumersheim in charta Henrici de Husbergen Anno MCCLXIII. Otto de Rumersheim, Miles, inter proceres Oberehnheim. A. MCCXCII. Rulinus de Rumersheim & Wilhelmus, filius ejus, Armigeri, An. MCCCLXXXIII. in charta Thom. leguntur.

RUST, *Ruost*, *Rueft*. Cunzelina, filia quondam Cunzemanni dicti *zum Rüst* de Columbaria, Armigeri, cum Cunzemanno & Agnete liberis, sub Werneri dict. Kage de Vendenheim, Armigeri, tutela constitutis, An. MCCCXXIII. bona quædam alienavit. Marquardus de Rueft An. MCCCCXXXIV. à Renato Lotharing. Duce spem feudi accepit, quod Girspergenses, ruinæ suæ proximi, tum possidebant. Anno MCCCCLXXIII. obiit strenuus Miles Dom. Fridericus *zum Ruft*. Conradus *zum Ruft* Militum Argent. ad Lapidem molarem societati An. MCCCCXCII. adscriptus erat. Marquardus An. MD. Johannes An. MDXX. de vico Rietweiler, (*n*) aliisque feudis Auftriacis investiti sunt. Theobaldus Advocatus provincialis Alsatiæ Austr. An. MDXLVII. Wilhelmus Dynastiæ Thann & Sennheim præfectus fuit An. MDLIV. Postremus gentis An. MDCCIX. tres filias allodiorum heredes relinquens, obiit.

## §. CCCCLXXVI.

SCHALLER. Johannes Schaller Miles Argent. in prœlio Sempacensi periit Anno MCCCLXXXVI.

SCHEDEL. Schedleri inter castrenses Ensisheimii numerantur An. MCCCIII. Joh. *Schedler* de Rufach, Eques, An. MCCCLXI. & Albertus *Schädel*, Armiger, sub castro Ortenberg residens, An. MDVII. inter vasallos Austriacos Alsatiæ; Paulus Schædel, Nicolai filius, post medium sec. XVI. stemmatis sui posterum.

SCHAFTOLSHEIM. Vidua Syfridi Militis de *Schafftoltzheim* cum filiis Walthero Canonico S. Thomæ & Egenolfo, Anno MCCLXXIV. Fritzemannus Miles Anno MCCLXXXVIII. cum Johanne & Wilh. filiis, triennioque post Johannes Miles de Schaftoltzheim agros suos in hoc vico & in Achenheim sitos eidem Capit. Thomano vendiderunt. Wilhelmus Miles de Schafftolsheim à Johanne Landgravio Alsatiæ An. MCCXCVI. Johannes Miles ab Ecclesia Argent. in Greudelbruch & Adolphus Miles à Boymundo, Ettendorffii Dynasta, medio sec. XIV. feuda tenuerunt. Sed & Joh. de Schafftolsheim, Eques, nomine Caroli IV. Imp. de vicis Innenheim, Ergersheim & Oderts. investitus est. (*o*) Ultimus gentis Theobaldus erat, Ecclesiæ omnium SS. Argent. Præbendarius, circa An. MCCCCXLIV. defunctus.

§. CCCCLXXVII.

(*n*) De quo supra pag. 72. init. (*o*) Conf. supra pag. 259.

## §. CCCCLXXVII.

Schalckendorff. Gözonis & Johannis fratrum Armigerorum de Schalckendorph An. MCCCCL. fit mentio.

Scharrach. Bernardus de *Scharoch*, Miles, Ottonis Ochſenſteinii vaſallus & gener fuit An. MCCXXVIII. Henricus de *Scharrochbergheim* medio ſeculo XIV. feudum Eccleſiæ Argent. poſſedit in Dachſtein. Rudolphus de Scharrach, Armiger, reſidens in Scharrachberckheim, filius quondam Johannis de Scharrach, Militis, & Heilkæ Rebſtockiæ An. MCCCLXXX. vixit. Rudolphi hujus filia Agnes, uxor Nicolai de Mulnheim, nuncupati de Girbaden, Armigeri Arg. An. MCCCC. bona in Utenheim poſſedit, Capitulo Thomano ad cenſum obnoxia. Johannes de Scharrach, Armiger, profapiam hanc terminavit An. MCCCCLX.

Schenck *de Ehenheim*. Otto ſenior, Otto junior, Bezelinus frater ejus, Equites, Bertoldus & Bezelinus Armigeri, Pincernæ (*die Schencken*) An. MCCXCII. inter proceres recenſentur Ober-Ehnheimenſes. Ex eadem gente Theobaldus, Lucas & Joh. ejuſdem civitatis rebus præfuerunt An. MCCCXXXVI. Walterus Armiger dictus Schencke, filius Betzelini dicti Schencke, Militis de Ehenheim ſuper. & uxor ejus Anna, filia Johannis dicti de Oberkirche, Militis, agros ſuos in Veſſenheim Capitulo S. Thomæ vendiderunt An. MCCCXIII. Ultimus familiæ obiit Valentinus Schenck de Ehenheim An. MCCCCXC.

## §. CCCCLXXVIII.

Schilt. Goſſo d. Schilt, filius Goſſonis Schilt, Armiger Argent. Johanni dicto *Schiltelin*, Armigero Argent. & uxori ejus Elſæ reditus IV. librarum denar. ex curia in Mutzig An. MCCCLXIII. reſignavit. Joh. d. Schilt ſenior, Armiger Arg. conſenſu Johannis Armigeri, filii ſui, Capitulo S. Thomæ bona donavit An. MCCCLXXXVIII. Agnes de Mülnheim, vidua Johannis dict. Schilt junioris, Armigeri Argent. Anno MCCCCIX. eidem Capitulo reditus ex iis adſcripſit, quos Goſſo d. Schilt, Johanni & Elſæ, parentibus ſuis, permiſerat. Goſo Schilt, Decanus S. Thomæ, ultimus gentis, An. MCCCCXXVIII. diem obiit.

Schiltigheim. Hugo de Schiltingheim ſenator urbis Argent. An. MCCXLV. Hartmutus Miles, filius quondam Hartmuti, Militis Argent. d. de Schiltigheim Anno MCCCVIII. comparent.

Schlatte. Johannes dictus Schlatte, Armiger oppidanus in Enſisheim Anno MCCCLXXVII.

## §. CCCCLXXIX.

Schlierbach. Crafto de Gebewilre & *nepos ſuus Henricus de Slierbach*, Milites, inter Advocatiæ vallis S. Amar. ſubfeudi Horburg. poſſeſſores nominantur A. MCCLVI. Rudolphus & Henricus de Slierbach, Milites, paci caſtrenſi Waldnerorum Anno MCCXCVII. Gebvillæ conditæ, teſtes interfuerunt.

Schöneck. Hugo de *Schœnnecke* An. MCCCVIII. & Eberlinus An. MCCCLXIX. inter quatuor civitatis Argent. Magiſtros nominantur. Alius Eberlinus de Schöneck, Armiger Argent. monaſterium S. Nicolai in undis gubernavit An. MCCCCXV.

Schönenbergii inter homines caſtrenſes Enſisheimii memorantur An. MCCCIII. & MCCCLXI. Marquardus de Schönenberg, Sulzenſi in Mundato ſuperiore advocatiæ præfuit An. MCCCCXCI. Conradus, Armiger, An. MCCCCXCIV. cum Sibylla Utenheimia nuptias celebravit.

## §. CCCCLXXX.

Schoeppelin. Wernherus Schöppfelin, Sifridi filius, cum matre ſua Adelheide præbendam facerdotalem in Collegiata S. Thomæ Argent. fundarunt An. MCCCLXIX. Bertholdus dictus Schöppfelin, civis Argent. & Catharina de Bergheim, conjuges, filiæ ſuæ Margarethæ, Johanni dicto de Kagenecke, Militi Argent. nuptæ, caſtellum ſuum Wihersburg prope Keſtenholz cum molendino, agris, bonis ibidem, in Bergheim, Colmariæ, alibique ſitis, A. MCCCLXXVII. donarunt. Werlinus d. Schöppfelin

majori Hoſpitali Argent. præfectus erat An. MCCCLXXXII. Catharina, ex eadem gente oriunda, An. MCCCCLV. Abbatiſſa S. Claræ Argentinæ deceſſit.

SCHORP *de Freudenberg*. Ex familia hac Helvetica in Alſatiam nonnulli deſcenderunt, ex quibus Jo. Jacobus ſenator urbis Argent. A. MDXLVI. Jo. Georgius Magiſter ſtubæ nobilis ad ſcalam altam fuit An. MDLXIX. Melchior Mittelhuſii obiit An. MDLXXIII. ſtirpis ſuæ poſtremus.

SCHOTT. Johannes d. Schotte, Miles Argent. filius Conradi Militis, fratrem ſuum Conradum, Canonicum S. Thomæ, reditus quoſdam huic Eccleſiæ donaſſe teſtatur An. MCCCXL. Friſchmannus Miles eidem Capitulo bona ſua in Keſtenholz vendidit An. MCCCLVII. Petrus Schott, Magiſter Scabinorum Argent. ac præfectus fabricæ majoris Eccleſiæ defunctus eſt An. MDIV.

## §. CCCCLXXXI.

SCHOUP, *Schöp*. Reinmarus Schoup, Miles, cum Rudolfo fratre vixit A. MCCLII. Hugo dictus Schöp, Miles Argent. ab Ulrico & Philippo, Landgraviis Alſatiæ infer. cenſum annuum X. librarum emit An. MCCCXV. Goſſelinus & Burcardus Schöp, Milites, ille Prætor, hic ſenator erant urbis Argent. An. MCCCXXVII. Gerhardus Armiger, Gerhardi d. Schoup, Militis Argent. filius, vaſallus Eccleſiæ Argent. bona quædam Sigelino de Ringendorf vendidit A. MCCCLXXXIV. Johannes Armiger Rappoltivillæ vixit An. MCCCCLXX.

SCHRANCKENFELS. Johannes de *Scrankenvels*, Miles, in literis S. Gregorii Anno MCCLXI. Werlinus, Johannis de Schranckenfels, Militis, filius An. MCCCLIV. commemorantur.

SCHULTHEISS, Lat. *Sculteti*, Argentinæ erant, Gebvillæ atque Colmariæ. Nicolaus *Schultheiſze*, Miles, in numero ſenatorum Argent. An. MCCCXIII. Johannes Schultheiſs de Colmaria ſenior, & Sifridus filius ejus, Equites, An. MCCCXXV. cum civit. Argent. pacem inierunt. Sculletus de *Gewilre* inter viros caſtrenſes Enſishemii ponitur An. MCCCIII. Sifridus Schultheiſs, Eques, An. MCCCLXI. Steinbaci quoſdam ab Auſtriacis reditus in feudum tenebat. In eodem vaſallorum Auſtriacorum catalogo *Schultheſs zu Kolmar* comparet.

## §. CCCCLXXXII.

SCHWAB. Goſo dictus *Swap*, Miles Argent. An. MCCCLXXIII. Heintzmannus & Walterus fratres, dicti Swabe, Armigeri, An. MCCCCXXXVI. vita exceſſerant.

SCHWAN. Nicolaus Schwan de Maurimonaſterio, Armiger, Abbatiæ hujus vaſallus An. MCCCLXXIII.

SCHWARBER. Henricus *Swarber*, Miles, An. MCCLXXXIX. vixit. Petrus Schwarber, Magiſter Scabinorum, ſuſcepto in ſe Judæorum, qui paſſim cremabantur, patrocinio claruit An. MCCCXLIX. Joh. Miles Argent. dictus Swarber tum bona feudalia in Adelshofen ab Eccleſia Argent. tenuit. Rulemannus, Miles Argent. Anno MCCCXCVII. Capitulo S. Thomæ reditus quoſdam; Bertholdus dictus *Molsheim*, alias nuncupatus Swarber, Armiger Arg. An. MCCCCIX. eidem controverſa quædam jura reliquit.

SCHWEIGHAUSEN. Præter illos, quos ſupra (*p*) produxi, Hackios de Schweighauſen, An. MDLXXII. extinctos, notandus eſt Fridericus Miles, de feudo Rappoltſteinenſi inveſtitus An. MCCCCLXXIII.

## §. CCCCLXXXIII.

SCHWEINHEIM. Johannes Eberhardi de Schweinheim Militis filius, ſororibus ſuis monialibus reditus quoſdam in Wilgotheim aſſignavit An. MCCXCVI. Johannes dictus

(*p*) Pag. 44. med.

dictus *Trenser* de Schweinheim, Armiger residens in Hochfelden, An. MCCCXLIX. Eglin *Schurer* de Schweinheim, Armiger, A. MCCCLXV. Johannes de Schweinheim Armiger, scabinus judicii in Hochfelden An. MCCCLXV. Cuno de Schweinheim, Armiger, An. MCCCLXXIII. inter vasallos Maurimonasterii occurrit.

SCHWEINUNG. Johannes Schweinung Armiger, residens in Sletstatt, Anno MCCCXCVII. Ruffo Schweinung, residens in Offenburg, An. MCCCXCVIII. Joh. dictus Schweinung de Lichtenstein Armiger An. MCCCCIV. Rudolphus Schweinung de Hohenstein, Armiger, An. MCCCC.

SCHWERZ. Henricus de *Sverze* & gener ipsius Gerungus, in charta fundationis Prioratus Frigidi fontis An. MCV. testis legitur.

SCHWINDRAZHEIM. Domum Ottonis de *Swindratzheim*, Militis, in urbe Argent. sitam, Henrici Episc. charta refert An. MCCXL.

SCHYNACH. Wilhelmus & Albertus, Wilhelmi Militis dicti Schynach filii, à Gerboldseckiis Dynastis ad Vosagum An. MCCLXIX. feudum castrense tenebant.

## §. CCCCLXXXIV.

SCIDELARII, *Scidelarii*, *Zedeler*. Diethericus Miles dictus Scidelarius Diœces. Argent. jus advocatiæ in mansus vici Dosenheim, à Schwarzacensi monasterio Collegiatæ S. Thomæ venditos, An. MCCXLVI. dimisit è manibus. Miles d. *Zedelere* a Lobegassiis A. MCCXCIII. in Rubiaca interfectus est.

SEBACH. Crafft de Sebach, Armiger, residens in Hagenau, An. MCCCCXVII.

SECKINGEN. Fridericus de Seckingen & Michael, filius ejus, An. MCCCLIII. Nicolao Bockio de Blesheim quartam Westhusii partem vendiderunt. Johannes, XIIIvir Argent. in pugna ad Nancejum, qua Carolus Audax periit, adeo præclare rem gessit, ut statim Eques crearetur, reduxque in patriam Constaflerius A. MCCCCLXXIX. fieret, quamvis præscriptis capessendo huic muneri legibus nondum satisfeciflet. Idem An. MCCCCLXXXVIII. Prætor effectus, An. MDXIX. improlis defunctus est.

SESSOLSHEIM. Heintzmannus de Sefoltzheim Armiger fuit Arg. A. MCCCLIII.

## §. CCCCLXXXV.

SICKE. Eberlinus de Sicke, Armiger Argent. An. MCCCIII. Johannes *Sigge*, senior, Miles Argent. An. MCCCXXVII. senatui Argent. fuerunt adscripti. Waltherus, postremus gentis, An. MCCCCXXIII. defunctus est.

SIGOLSHEIM. Johannes Wolff de *Siegelsheim* inter Ministeriales Rappoltsteinenses An. MCCCCXLII.

SONDERSDORFF. Nicolaus de *Sunderstorff*, Burcardi filius, inter vasallos Austr. Alsatiæ An. MCCCLXI.

SPÆTH. Burchardus Späth, Miles, An. MCCCLXXII. Johannes dictus Späth, Armiger & Prætor Argent. An. MCCCLXXXI.

SPECHTBACH. Petrus de Spechtbach An. MCCCLXI. vasallus Austriacus bona feudalia in Spechtbach & Steinbach possedit.

## §. CCCCLXXXVI.

SPENDER. Lat. *Dispensatores*, ab officio, quo in aula Episc. Arg. fungebantur, dicti. Fridericus *Dispensator* in Henrici Episcopi chartæ de feudis Advocati Arg. An. MCCXIX. Burckardus *Spendere* inter primarios hujus civitatis magistratus A. MCCLXI. Vidua Burchardi Militis dicti Spendere An. MCCXCV. reditus suos in Breuschwickersheim Capitulo S. Thomæ vendidit. Walterus Spender, Miles Argent. in hac urbe feudum Ecclesiæ Argent. medio seculo XIV. tenuit. Johannes An. MD. ejusd. civitatis Prætor floruit. Reinboldus ab Emicone Leiningensi Comite An. MDVI. suo ac fratrum, nec non Jacobi ac Walteri consanguineorum nomine, investituram suscepit. Omnis hæc Dispensatorum progenies cum Reimboldo Milite An. MDXXXIV. periit.

Spiegel. Johannes Armiger filius quondam Walteri dicti Spiegel, Armigeri Arg. An. MCCCLXXV. Walterus Spiegel junior, Prætor civitatis, An. MCCCCXXIII.

Sponeck. Johannes, filius quondam Hiltebrandi de Sponecke, Militis, medio ſeculo XIV. in Rufach feudum Eccleſiæ Arg. poſſedit.

## §. CCCCLXXXVII.

Stauffen. Fridericus de Stauffen, Miles, à Friderico Odertzheim captus & Nideckii cuſtoditus, auctoritate Burckhardi de Mülnheim An. MCCCCLXXIV. cuſtodia liberatus eſt.

Steckebor. Jäcklin, Heintz & Henſelin Steckebor, fratres Armigeri, Anno MCCCLIX. Seleſtadio exire juſſi ſunt, nunquam eo redituri.

Stehelin. O. Stehellinus A. MCCXIX. & Diethericus Stehellinus A. MCCXX. inter Eccleſiæ Argent. Miniſteriales. Lucas, Johannis Stehelini Militis filius, feudum, quod habuit, Henrico Marſilio Militi tradidit An. MCCCXIII.

Stein. Conradus *de Lapide* teſtis traditionis à Landſpergenſibus factæ An. MCC. Jeckelin *zum Stein*, Armiger, in charta Rubeacenſi An. MCCCXXIX. Validus Conradus *zum Stein*, Armiger, Michaëli de Seckingen, Armigero, reditus 20. floren. Rhen. vendidiſſe ſcribitur in charta S. Thomæ Arg. An. MD.

## §. CCCCLXXXVIII.

Steinbrunn. Henricus de *Staineborne* donationis à Stephana Comitiſſa Phirret. Eccleſiæ Baſil. factæ, teſtis. Idem H. de *Steinebrunnum*, Miles, & Waltherus, frater ejus, in charta Murbac. An. MCCXLIV. Ex eadem gente Abbas Murbacenſis Anno MCCLXXXV. obiit.

Steinburgthor. Burchardus de *Lapidea porta* inter Miniſteriales Eccleſiæ Arg. ac ſenatores urbis nominatur An. MCCIX. Joh. Armiger, Wernheri dicti de *Steinburgetor*, Armigeri, filius, An. MCCCXIV. agrum in Dorolzheim; Johannis de Steininburgetor, Militis de *Darolzheim*, vidua, cum Henſelino & Hugelino filiis, bona ſua in Geilpolzheim An. MCCCXLIV. Capitulo S. Thomæ vendidit.

Still. Johannes de Still Miles, & Wolffhelmus de Stille, Miles de *Weſthoffen*; Diemarus de Stille, filius quondam Werneri dicti de *Ruffach*, Militis, ſeculo XIII. comparent. Johannes de Stille civitatis Arg. Magiſter erat A. MCCCLXXXIII. (*q*) Wolfhelmus ſenior & Wilhelmus Miles de *Weſtoven*, dicti de *Stille*, vaſalli fuerunt Eccleſiæ Arg. Ultimus medio fere ſeculo XV. deceſſit Wilhelmus.

## §. CCCCLXXXIX.

Stoer. Bertholdus *Störe* transactioni inter Abbat. Murbac. & Comites Phirretenſes An. MCCXXXV. & Henricus dictus Störe, Miles, compoſitioni inter Abbat. Murbac. cum Colleg. S. Amar. An. MCCLIV. interfuerunt. Idem biennio poſt Henricus Störe de *Bubele* dicitur. Jacobus Stœr feuda Auſtriaca per Alſatiam accepit Enſisheimii An. MD. Stœriorum ultimus Jo. Burcardus An. MDLXXXV. deceſſit, ex Salome Rœderia de Rodeck duas filias relinquens.

Stöser. Johannes dictus Stöſſer, Miles Argent. An. MCCCCI. hujusque filius Hugo brevi poſt in documentis Argent. leguntur.

Stotzheim. Otto Miles de Stotzheim, dictus *Schollo*, poſſeſſiones ſuas in Weſthuſen conſenſu Henrici, Landgravii Alſ. inferior. Capitulo S. Thomæ vendidit Anno MCCXXXV. Literas conſenſus Wernherus de Stotzheim, Miles, ut teſtis ſignavit. Ex eadem gente Commendator Ordinis Teutonici in Alſatia atque Burgundia fuit A. MCCLXVIII.

Strasburg, vid. *Argentina*.

Stroseil.

(*q*) Schilter ad *Kanigshov.* pag. 1056.

STROSEIL. Wernerus dictus Stroseil, Miles de *Hippensheim*, An. MCCCXXX. cum Elisabetha, conjuge sua, in charta Collegiatæ Thom. Argent. commemoratur.

## §. CCCCXC.

STUBENWEG. Reinboldus Miles, dictus Stubenweg, An. MCCXC. Magister, Burcardus Miles An. MCCCXXVII. senator fuerunt Argent. Johannes, filius Hugonis Militis de Stubenweg, feudum brevi post in Argentina tenuit ab Episcopo.

STURM. Auctor gentis Wernherus, senator Argent. quem Rudolfus I. Imp. Offenburgi nobilitasse traditur. Obiit Wernerus Sturm, senior, Armiger, An. MCCC. juxta uxorem suam, Annam de Ramstein, in Ecclesia S. Stephani sepultus. Gosо d. Sturm junior, Armiger, residens in *Bitenheim pendenti*, filius Gossonis dict. Sturme, Armigeri Arg. & uxor ejus, filia Wolvelini de Uberechlingen, Militis, Capitulo S. Thomæ reditus 30. solidorum in Bütenheim pend. vendiderunt An. MCCCLXXXV. Johannes, Præbendarius chori Ecclesiæ Argent. Johannis dicti *Sturm seu Stormecke*, Armigeri Argent. filius, An. MCCCCXXXVI. eidem Capitulo bona quædam adscripsit. *Validus Fridericus Sturm, Armiger*, An. MCCCCLXXV. obiit Argentorati in Ecclesia Prædicatorum sepultus. Præcipuum autem gentis hujus imo urbis Arg. ornamentum fuit Jacobus, vir maximus, qui sub Carolo V. Imp. floruit, 91. legationibus ad Comitia Imperii, Cæsarem, Principes alios functus, cœlebs. Periit nobilissima stirps cum Jac. Friderico Sturmio à Sturmeck d. 19. Maji An. MDCXL.

## §. CCCCXCI.

STÜTZHEIM. Albertus dictus de Stützheim, Miles, cum Egenolpho filio Anno MCCCXXVII. Dieboldus dictus de Stützheim, Armiger, filius Egenolphi, Armigeri, A. MCCCXCVI. Johannes de Stützheim, Armiger, Richovillæ vixit A. MCCCCXLIV.

SULGER f. *Surg*. Ludovicus Sulger, nobili loco natus, ab Erasmo, Argent. Episcopo, ad Egenolfium Dynastam Rappoltstein. mittitur A. MDLXVII. Joh. Ludovicus Surg de Mutzig à Philippo Wolfio de Fleckenstein in Dagstul investituram accepit An. MDXCII. Joh. Jacobus Sulger de Mutzig ducta in matrimonium Veronica de Landsperg tres ex ea filios suscepit, quorum duo cœlibes in Gallia mortui, tertius Joh. Ludovicus superstes cum ex legitima conjuge, Anna Dorothea de Andlau, nullos habuisset liberos, ancilla pro pellice usus, numerosam sobolem procreavit, quæ vero ad feuda patris non admissa.

## §. CCCCXCII.

SULTZ. Bertramus de *Sulza* fundationis S. Johannis prope Tabernas A. MCXXVII. testis. Ex alia Alsatiæ sup. familia Wilhelmus de *Sulze*, Miles, An. MCCLVI. Advocatiæ vallis S. Amar. ut subfeudi Horburg. fuit particeps. In Alsatia infer. Nicolaus Jacobus An. MDCXLVIII. obiit gentis postremus.

SULZBACH. Otto de *Sulzpach*, Miles, donationem Abbatiæ Altorf. ab Ulrico, Comite Phirret. An. MCCXXXV. factam, testis signavit. Otto, Heinricus, Hugo & Sifridus de Sulzbach, fratres, An. MCCCLXI. bona hinc inde ab Austriacis in feudum tenuerunt. De castro Sulzbach Rutschmannus An. MCCCXLIX. Theobaldus Anno MDLVII. à Waldneris investiti sunt. Defecit hæc familia An. MDLXXXV.

SULZMATT. Henricus *Burggravius de Sulzmatten* An. MCCLXIII. Wilhelmi Vicethumii, Argentinensium captivi, fidejussoribus accenseri voluit. Wernherus Miles Burggravius de Sulzmatte, inter Ecclesiæ Arg. Bertholdus, Johannes & Matthias An. MCCCLXI. inter vasallos Austriacos & homines castrenses Thannæ recensentur.

## §. CCCCXCIII.

SUNER. Cuno Miles Argent. dictus Suner, An. MCCLXX. Capitulo S. Thomæ aream vendidit. Fritschmannus dictus Suner, Miles Argent. An. MCCCXLIX. inter mortuos.

SURBURG. Conradus de Surburg in charta Regispontana Sculteti Hagenoënsis An. MCCXXII. Conradus Miles de Surburg medio seculo XIV. Ecclesiæ Arg. vasallus in Bettensdorf.

Surlin. Burckhardus dict. Surlin, Armiger, Burggravius in Geroltzeck Anno MCCCV.

Süsse. Reinboldus & Reinboldelinus, fratres, dicti Süsse, Milites Argent. in charta S. Thomæ An. MCCCXIX. Caspar Süsse, Vicarius majoris Ecclesiæ Argent. An. MCCCCXLIX. obiit.

## §. CCCCXCIV.

Tanris, vid. *Dunris.*

Telingen. Henselinus de Telingen Dynastæ Lichtenbergensi Ringendorffium vendidisse scribitur. (r) Conradus de Sweinheim, nuncupatus de Steinbach, Armiger, An. MCCCCXIII. Catharinam de Telingen viduam reliquerat.

Thann. Wolfframus, Fridericus, Henricus & Ulricus Milites de Than, debitores Henrici Domini de Fleckenstein An. MCCLIX. nominantur. Johannes de Than Miles An. MCCXCVIII. Adelheidi de Dirnberg uxori dotalitium 220. marcarum argenti constituit. Walterus cum Gotefrido fratre An. MCCCCLVI. à Ruperto Episc. feudum Eberlini de Greiffenstein accepit. Nicolaus & Johannes fratres de Than, ut & Waltherus ille, societati S. Spiritus Nobilium Vasgoviæ accesserunt A. MCCCCLXIII. Ultimus familiæ, Ludovicus de Than, An. MDCIII. improlis decessit. Hi Alsatiæ inferioris Milites. At in superiore quoque fuerunt Henricus & Richardus, vasalli Austriaci, ab oppido Thann, in quo more castrensium sedebant, nomen habentes. Recensentur cum feudis suis An. MCCCLXI.

Thor. Hugo *zem Tor* An. MCCCLXI. juribus in valle Masonis lege feudi Austriaci gaudebat.

## §. CCCCXCV.

Trachenfels, vid. *Drachenfels.*

Treubel. Reinboldus *zum Trubel* inter primores senatus Argent. Anno MCCCXXXIII. Johannes inter Prætores fuit An. MCCCXLIX. ut & Cuno. Miles A. MCCCCXXIV. *Domicellus Reinboldus zum Trubel*, Armiger, A. MCCCCLXXXI. ac novennio post *Fabidus Wendelinus zum Tribel, Armiger*, in monasterio Prædicatorum Argent. sepulti sunt. Eckardus *zum Trubel* initio seculi XVI. plures genuit filios, ex quibus duo Eckardus & Gabriel An. MDLXX. à Johanne Episcopo Arg. feuda susceperunt, quæ Wilhelmus ante Burggravius in Olsholen tenuerat. Gabriel hic, ad Præturam Argent. evectus, An. MDXCI. improlis obiit.

Trotter. Dietericus dictus Trotter, Miles Arg. An. MCCCIV.

Tunebolder, vid. *Dunebolder.*

Turant. Reinboldi dicti Turant, Militis Argent. vidua ac liberi, sub Reinboldi d. Süsse, Militis Argent. tutela constituti, An. MCCCXIV. Capitulo S. Thomæ fundum quendam in urbe Argent. vendiderunt.

Turingheim. Algotus de *Turencheim*, Miles, An. MCLXXXV. interfuit judicio, quod Fridericus I. Imp. Colmariæ habuit. Circa An. MCXCV. Ulr. de Thuringheim cum aliis nobilibus Henrico VI. Imp. chartam de damnis Abbatiæ Murbac. à Phirreti Comitipus nuper illatis, obtulit. Ludemannus de *Durenheim* inter viros castrenses Landspurgi ponitur An. MCCCIII. Hiltebrandus, dictus *Doppeler* de Turingh. Arm. An. MCCCC.

§. CCCCXCVI.

(r) Herzog. *Chron. Alsat.* Lib. III. pag. 42.

## §. CCCCXCVI.

VEGERSHEIM, vid. *Fegersheim.*

VELDKIRCH. Waltherus de *Veltkirch*, Eques, An. MCCCXVI. pro Lobegaſſiis Johanni Epiſcopo Argent. ſeſe obſidem dedit. Ottemannus de *Veldkirch*, Armiger, An. MCCCCXVII. inter mortuos.

VENDENHEIM. Hugo Miles de Vendenheim manſos quoſdam apud Mumenheim monaſterio Sindelsberg. dediſſe ſcribitur in charta Maurimonaſterii ſec. XII. Johannes de Vendenheim, fine ſeculi XV. Quindecimvir Argent. fuit.

VENER. Bernhardus Armiger, filius quondam Bernhardi Vener, Armigeri Argent. An. MCCCCLXXVI.

VERINGER. Hannemannus, Cunzemannus & Rudolfus Veringer, Armigeri, An. MCCCLXX. Keiſersbergæ floruerunt. Alius Rudolfus Armiger An. MCCCCXXXIX. ibidem occurrit.

## §. CCCCXCVII.

VESENHEIM. Cuno de *Vezenheim* in Maurimonaſterii charta An. MCXLVII. inter Eccleſiæ Arg. Miniſteriales & teſtes.

UFFHOLTZ. Luitfridus, Rudolphus, Cuno fratres de Uffholtz inter Miniſteriales Abbatiæ Murbac. in charta fundationis Goldbac. An. MCXXXV. Rudigerus de Uffholtz An. MCC. ceſſionis ab Abbatiſſa Hohenburg. Landſpergenſibus factæ, teſtis. Johannes de Uffholtz, Armiger, An. MCCCXII.

UFFWEILER. Fridericus de *Ufwilre* ſenator urbis Arg. An. MCCXXX. & chartæ Ludovici Lichtenberg. de Advocatia Arg. An. MCCXLIX. teſtis. Alberti de Uffweiler, Militis, in Biſchofsheim prope Roshemium ſedentis, filia conſenſu Johannis d. Mülnecke, Militis Arg. moniali S. Eliſabethæ An. MCCCXLII. bona quædam vendidit.

VIRDENHEIM. Cuno de Virdenheim in charta Maurimonaſterii, circa A. MCXX. Wernherus de Virdenheim inter Eccleſiæ Arg. Miniſteriales An. MCXLVII. Henricus d. de Virdenheim, Miles de *Rodesheim*, An. MCCCXIX. Capitulo S. Thomæ bona feudalia in Truchtersheim vendidit.

## §. CCCCXCVIII.

VIRNEKORN, Lat. *Vetus frumentum*, gens inter Miniſteriales Epiſcopi & ſenatores urbis Arg. ſec. XIII. conſpicua. Conradus Virnecorn & Conradus Vetus frumentum in duplici Henrici Epiſcopi inſtrumento An. MCCXX. inter teſtes. Gerlindis, Henrici d. Virnekorn ſoror, An. MCCLXXXIV. Henrico Militi de Wangen nupta erat. Deſiit hæc profapia cum Nicolao Virnekorn, Clerico, An. MCCCXC.

VITZTUM, Lat. *Vicedomini*, gens Alſatiæ ſuperioris, in duas, quas novimus, ſtirpes diviſa, quarum alia cognomen à *Waldeck*, alia à *Butenheim* acceperat. Joh. Vitztum, dictus de Butenheim, An. MCCCLXI. caſtellum Waldeck, curiam dominicam in Leimen & Zesweiler, jus patronatus in Ramſpach aliaque ab Auſtriacis in feudum tenebat. Socium in prioribus feudis tum habuit Bertholdum Vitztum de Waldegg.

VIVIANTZ. Johannes Viviantz, Miles, inter nobiles urbis Argent. ſenatores comparet An. MCCCXIII.

ULENBURG. Rüdinger *Stern* de Ulenburg, Armiger, An. MCCCVII. Fridericus *Geyr* de Ulenburg, Armiger in Molsheim, An. MCCCLXXXIII. brevique poſt filius ejus Johannes comparent.

UNGERSHEIM.

UNGERSHEIM. Petrus, Wernherus & Bertoldus fratres de *Ongersheim*, nec non Petrus de Ongersheim junior, Milites, de modo poſſidendi Advocatiam vallis S. Amarini, quam à Dynaſtis Horburg. in ſubfeudum tenebant, cum Abbate Murbac. convenerunt Av. MCCLVI. Hezel de Ongersheim, Miles, An. MCCXCVII. paci caſtrenſi Waldnerorum teſtis interfuit. Richardus, Miles, An. MCCCXVI. obſes fuit Epiſcopi Argent. pro Lobegaſſiis.

## §. CCCCXCIX.

UNTER DEN KAUFFLEUTEN, Lat. *Inter mercatores*, familia Argentinenſis, ex qua Fridericus *inter Mercatores* An. MCCXXXI. idemque *Fridrich unter den Kauffleuten* An. MCCXLV. (*s*) Hugo *unter den Kremern* An. MCCLXV. magiſtratum geſſerunt. Johannes de Achenheim, Armiger, natus quondam Nicolai dicti *unter den Kauffleuten*, civis Argent. An. MCCCXVII. occurrit.

VOLGELSHEIM. Rudigerus & Bernherus de *Volcolzheim* in Ludovici Comitis Phirret. charta pro Abbatia Pariſ. An. MCLXXXVII. Heſſo Miles de *Volcholsheim* An. MCXCVI.

VÖLSCH. Völſchii nobiles à ſeculi XIV. temporibus ſummis in ſenatu Argentin. honoribus functi ſunt. Petrus d. *Völſche*, Armiger Arg. Capitulo S. Thomæ reditus annuos vendidit An. MCCCXCIV. *Fabius Dominicus Eucharius Völſch*, *Armiger*, An. MDX. in eccleſia Prædicatorum Argent. ſepultus eſt. Uxor ejus fuit Agnes Muegia. Ludovicus Völſch An. MDLXX. à Johanne Epiſcopo Argent. inveſtitus eſt de feudo, quod Kageneccii, poſtque hos Petrus & Ludovicus Völſchii tenuerant. Johannes Ludov. Völſch de *Stutzheim* protribunus Auſtriacus, Leopoldi Archiducis Camerarius ac venatorum præfectus, An. MDCXXII. in obſidione Hagenoæ tormenti ictu periit, gentis ſuæ poſtremus.

## §. D.

VOLTZ. Voltze de *Hochfelden* inter civitatis Argent. ſenatores nobiles poſt tres Magiſtros primus recenſetur An. MCCCVIII. Rudolfus Voltz, *Armiger*, *reſidens in Newyler*, & uxor ejus Urſula, ſtrenui olim viri, Johannis Wirich, Militis, filia, An. MCCCCXCI. Capitulo S. Thomæ Argent. reditus 36. floren. ex bonis prope Tabernas ſitis vendiderunt. Rudolfus hic, præfectus caſtri Herrenſtein, Volziorum primus *ab Alteuau* dici voluit, quod caſtelli ad Kolbsheim nomen. (*t*) Idem ab Imperio quartam decimarum partem in Boſſendorff An. MCCCCLXXXII. ab Eccleſia Arg. plura hinc inde bona & reditus, à Dynaſtia Lichtenberg. vicum Furchhauſen, ut feuda, accepit. Ex poſteris ejus Joh. Heinricus, An. MDCXXXIII. mortuus, hujusque filius, Joh. Reinhartus, qui An. MDCLIX. deceſſit, Prætura civitatis Arg. conſpicui fuerunt. An. MDCCLVI. denique familia hæc, amiſſo Franc. Chriſtiano Ludovico juvene, defecit.

URENDORFF, vid. *Ritter*.

## §. DI.

UTENHEIM. Heinricus, Regenoldus, Hugo, Lantfridus de *Outenheim*, Eccleſiæ Arg. Miniſteriales An. MCXLVII. Burchardus Miles de Utenheim in charta Henrici Epiſc. Arg. An. MCCXX. teſtis. Walterus Miles per Dynaſtas Rappoltſtein. Anno MCCCIII. de villa quadam; Johannes de Utenheim in *Ramſtein* cum Adolfo & Johanne *zum Trübel*, nec non Begeris An. MCCCCXLIII. de vicis Ergersheim & Innenheim per Cæſarem inveſtiti ſunt. Eraſmus, Argent. Epiſcopus, Stephano, Bernhardo, Jacobo & Nicolao fratribus, Wolffii Sigismundi de Utenheim in Ramſtein filiis, An. MDLVIII. inveſtituram dedit feudorum, quæ à Cunemanno de Rumelnheim ad Utenhemios tranſierant. Ramus hic Utenhemiorum Ramſteinenſis Anno MDCLXXVI. cum Bernhardo Friderico exaruit. Ludemannus Armiger, filius quondam Johannis de Utenh. in *Eſtheim*, Armigeri, ac Jo. Adolfus Elnhart, Armiger Arg. Ludemanni affinis, An. MCCCCLXIV. reditus annuos Suſannæ *zum Ruſt*, viduæ Jo. Bocke ſenioris, Armigeri, vendiderunt.

UTWEILER.

(*t*) SCHILTER Præfat. *ad Kœnigshov.* (*s*) Vid. ſupra pag. 265.

Utweiler. Götzelmannus Miles de Utweiler An. MCCCXXII. obiit. Fritſcho de Utweiler, Armiger, reſidebat in Buchsweiler An. MCCCLII. Götz, Fridericus, Nicolaus, Otto & Heyckelmannus de Uteweiler Arnſpergenſium nobilium in feudis, quæ ab Imperio tenebant, à Carolo IV. Imp. An. MCCCLVIII. deſignati ſunt ſuc. ceſſores.

## §. DII.

Walbach. Johannes de Walbach A. MCCCLX. Gaſparus A. MCCCCLXXXVIII. Georgius An. MDXII. Gaſparus & Guilielmus An. MDXIX. in chartis Rappoltſteinenſibus celebrantur, à caſtello Walbach in valle S. Gregorii nomen trahentes. (*u*)

Walch. Werinherum dictum Walch Militem cum Conrado Nordgaſſio à Colmarienſibus An. MCCLXXXI. interfectum referunt Annales Colmar.

Waldolvisheim. Hugo Miles de Waldolvisheim pro Burcardo Milite de Gerolдseck An. MCCXCVII. prædem ſe obtulit.

Waltenheim, duplex ſuperioris & infer. Alſatiæ familia. Ex priore Burchardus de Waltenheim inter *Libros* chartam fundationis Goldbac. An. MCXXXV. & Otto de Waltenheim, Miles, Friderici Comitis Phirret. literas An. MCCXV. ſignarunt. Ex poſteriore Eberhardus & Hugo fratres de Waltenheim in Lichtenbergenſi documento An. MCCLXIX. teſtes memorantur. Wernherus Miles de Waltenheim præbendam in Capella S. Nicolai Neovillæ inſtituiſſe ſcribitur An. MCCCXIX. Dietericus & Conradus Milites de Waltenheim, vaſalli Eccleſiæ Arg. in Mulhauſen; Hugo dict. de Waltenheim, Armiger Argent. & Wernerus frater ejus, filii Eberlini, Armigeri Argent. medio ſec. XIV. Argentinæ degerunt. Medio fere ſeculo XVI. Philippus de Waltenheim ſtemma hoc terminavit.

## §. DIII.

Wasenstein. Duæ hujus nominis familiæ fuerunt, quarum altera *leonem*, altera *manus* in ſuis inſignibus geſſit. Semannus & Fridericus de *Waſichenſtein*, filii Engelhardi Militis de Hagenowe, vallis b. Mariæ coenobio vivarium donarunt Anno MCCLXXII. Engelhardus, Eques de Waſichenſtein, uxori ſuæ, Eliſabethæ, Eberhardi de Ettendorff filiæ, An. MCCCXII. dotalitium in bonis prope Ringendorf & Nufern conſtituit. Cuno, Fridericus & Theodoricus fratres cum pacis publicæ ad Rhenum cuſtodibus An. MCCCXXXV. in gratiam redierunt.

Wasselnheim. Advocati de *Wazzelheim*, Militis, An. MCCXXVI. fit mentio. Dominos de Waſſelnheim Annales Colm. ad An. MCCLXXV. memorant. Eodem anno Fridericus Dux Lotharingiæ ob Dietericum, Helſonem, Anshelmum & Gozonem, Advocatos de Waſſelnheim, fideles ſuos, cum civitate Arg. transegit. Helſo Miles, Advocatus de *Waſcihheim*, cum uxore ſua Ettendorſia, in monaſterio S. Margarethæ Argent. An. MCCCVIII. ſepultus eſt. Wigelinus dictus Waſſelnheim, Armiger Arg. An. MCCCXLVI. Capitulo S. Thomæ reditus quoſdam vendidit. Fridericus Advocatus de Waſſelnh. Miles partem caſtri Lützelhart Henrico de Fleckenſtein, cognato ſuo, vendidit An. MCCCLXXIII. Johannes de Waſſelnheim, Miles, cum Friderico de Than, genere ſuo, caſtrum Sareck à Ludovico Lichtenbergenſi in feudum accepit An. MCCCCXXI.

## §. DIV.

Wattweiler. Baldemar, Gothefrith, Arnolth & Eberharth frater ejus de *Wadenwilre* inter Miniſteriales Abbatiæ Murbac. in charta fundat. Goldbac. A. MCXXXV. Andreas de *Wattenwilre* An. MCCCIII. inter viros caſtrenſes Enſisheimii; Jacobus, Richardi filius, An. MCCCLXI. inter caſtrenſes arcis Thann cum feudis ſuis recenſentur. Morandus de Wattweiler An. MDXX. & filius ejus, Guil. Rudolfus, An. MDXXXII. Advocati fuerunt Enſisheimii. Rudolfus, Morandi nepos, de feudo quodam Auſtriaco inveſtitus eſt An. MDLXII.



(*u*) Supra pag. 119. fin.

Weickersheim. Familia hæc, noſtro demum ævo extincta, nomen duxit à caſtro Wickersheim ad Bruſcam, quod An. MCCLXII. à civitate Arg. accepit. Eberlinus de Wickersheim, Armiger Argent. An. MCCCXXXI. vixit. Tum Burchardus Miles de Wickersheim feudum in Epfich ab Eccleſia Argent. tenuit. Ludovicus Armiger, filius Johannis de Wickersh. Militis ac Prætoris Argent. Anno MCCCCVIII. reditus decem librarum Capitulo S. Thomæ vendidit. Idem quinquennio ante Conradus de Wickersh. Armiger Arg. Ludovici frater, cum uxore ſua, Gözonis de Groſtein, Militis Argent. filia, fecerat. Volmarus de *Weickersheim* à Ferdinando I. molendina quædam extra civitatem Hagenoënſem ſita, una cum telonio in Selſa & Rœdern An. MDLIX. in feudum ſuſcepit. (*x*)

## §. DV.

Weissbrodlin. Götze *Weisbrötlin* cum Hugone, Johanne & Wolffelino filiis in ſocietate monetariorum An. MCCCX. comparuit. Lutgardis filia Gözonis, dicti *Wisbrötelin*, Armigeri Arg. An. MCCCXLIX. & Enhelina, filia Johannis, dicti Wisbrötelin, Militis, vidua Joh. dicti Panphelin, Armigeri Argent. An. MCCCXCVII. in Capituli S. Thomæ chartis occurrunt.

Weissenburg. Henricus de *Wizenburc* inter Miniſteriales Eccleſiæ, ac ſenatores urbis Arg. An. MCCXX. occurrit.

Wepfermann. Wepfermanni Barrenſes iiſdem cum Schenckiis ab Ehnheim inſignibus uſi ſunt. Conradus & Henricus Wepfermanni de Barr cum Waltero & Bertholdo Pincernis de Ehnheim medio ſeculo XIII. in chartis recenſentur. Caſtrum Domini *Wepfimanni* Militis in Barr dæmonem deſtruxiſſe narrant Annales Colmar. ad An. MCCXCV. Waltherus Wepfermann ſenior, Miles, cum filio ſuo Waltramo civitati Arg. pro Johanne de Berſe An. MCCCXXV. ſpopondit. Henricus Armiger medio ſeculo XV. Landſpergenſes cum Oberkirchenſibus conciliavit.

## §. DVI.

Werde, Milites, Comitum Werdenſium ſpurii, de quibus ſupra. (*y*) Albertus de Werde, Armiger, An. MCCCLXXIII. inter vaſallos Maurimonaſt. comparet.

Westhausen. Conradus de *Weſthus*, Miles, conſenſu Johannis & Hugonis filiorum, Conrado de Wintertlur Argentinæ ædes ſuas vendidit A. MCCXCI. Fritſchmannus Miles de Weſthus in Pfulgriesheim, Kerzenfeld &c. feuda Eccleſiæ Argent. medio ſec. XIV. poſſedit. Johannes, Advocatus in Ruffach, paci caſtrenſi Wangenſium An. MCCCXCVIII. inclufus; Nicolaus Prætor urbis Argent. An. MCCCCX. creatus eſt. Gens hæc A. MDCXIX. cum Nicolao Friderico de Weſthauſen, Tabernis Alſaticis extincto, periit.

Westhoffen. Hugo Miles de Weſthöffen An. MCCLXXVII. Waltherus Craft & Albertus fratres, filii Craftonis Militis quondam de Weſthofen, manſum in banno villæ Teſſenheim monaſterio Neovill. vendiderunt. An. MCCXCV. Johannes dictus *Advocatus* de Weſthoffen, Miles & Anſelmus filius ejus, Capitulo S. Thomæ jura controverſa in Veſſenheim ſponte ſua reliquerunt. Wilhelmus Miles Eccleſiæ Arg. vaſallus medio ſeculo XIV. fuit. Johannes *Stahl*, Armiger de Weſthoffen, cum monaſterio S. Claræ ſuper bona in Weſthofen An. MCCCCVIII. transegit.

## §. DVII.

Wettelsheim. Johannes de Wettelzheim An. MCCCLXI. inter vaſallos Auſtriacos Alſatiæ comparet. Ejuſdem nominis Miles An. MCCCLXXXVI. in prœlio Sempacenſi cum Leopoldo Duce occubuit. Alius Johannes de Wettelsheim, Armig. An. MCCCCXXXIX. & Johannes Echart de Wettelsheim An. MDXXV. vixerunt.

Weyersheim.

(*x*) Muſeum *Reichs-Hofraths-Proceſs* Tom. 3. pag. 880. (*y*) Pag. 535. §. CLXIX.

WEYERSHEIM. Ulricus de *Wibersheim*, filius Hartmanni Militis, A. MCCLXXVI. fundum in agro ejusdem vici Capitulo S. Thomæ; Ulricus Presbyter Arg. filius Ulrici Armigeri de Wihersh. *apud Turrim* An. MCCCXL. Sifrido Schöppfelin, civi Argent. agros in Utenheim vendidit.

WIDE. Wernherus de Baldeburnen An. MCCLXIV. pacis cum Argentinensibus factæ, Hartungum de Widen inter alios sponsorem obtulit. Hartmut dictus de Wide, Miles de Marley, An. MCCCVI. proditur. Johannem de *Wyde*, Armigerum, habitantem in Balbrunn, Hartungus de Wangen An. MCCCCXII. investivit.

WIDENECK. Wenceslaus de Widenecke, Armiger Argent. medio sec. XV.

## §. DVIII.

WILDSPERG. Fridericus Miles & Joh. frater ejus, Armiger de *Wildesberg*, circa seculi XIV. medium vasalli erant Ecclesiæ Argent. Bertholdus Munch de Wildsperg, Eques, inter vasallos ac Ministeriales Abbatiæ Maurienfis An. MCCCLXXIII. comparet. Bertholdus d. *Munich de Wildesberg*, Armiger, Capitulo S. Thomæ An. MCCCCXXX. reditus vendidit. Jacobus Munch de Wildsperg An. MDXLI. Tabernis vixit; ubi Wilhelmus, Wildspergiorum ultimus, An. MDLXXXVII. in cœlibatu decessit.

WINDECK. Præstans hæc Ortenaviæ stirps, Advocatia Jmonasterii Schwarzach, oppido & castro Stollhofen, multisque aliis bonis gavisa, furculos nonnullos Alsatiæ transmisit. Brunonem de Windeck Rudolfus Imp. controversiæ inter Rappoltsteinenses & Comitissam Werdensem agitatæ arbitrum constituit An. MCCXCI. Johannes de Windeck, Miles Argent. & Bruno de Windeck, Armiger Arg. medio seculo XIV. vixerunt. Barbara, strenui viri Reinhardi de Windecke, Militis, filia, A. MCCCCXXXVI. Bertholdo d. Clobeloch, Armigero Arg. nupta erat. Jacobus, omnium Windeciorum postremus, Venetiis An. MDXCII. extinctus, indeque Otterswileram trans Rhenum, antiquum familiæ sepulcrum, devectus est.

## §. DIX.

WINGERSHEIM. Heinricus de *Winegersheim* in charta Maurimonasterii circa An. MCXX. testis. Isenhart Miles de Wingersheim An. MCCCXXIII. Fritschmannus brevi post in senatu Arg. comparent. Johannes de Wingersheim An. MDIX. feriem omnium claudit.

WINSTEIN. Heinricus de Winstein testis in diplomate Friderici II. Imp. Abbatiæ Neoburg. An. MCCXVI. dato. Fridericus Miles de Winstein à Lotharingiæ Duce An. MCCLXXIX. constitutus est castellanus in Richshoven. Petrus Miles, Henrici de Winstein filius; consentientibus Henrico & Reinhardo de Ettendorff, Dominis directis, Beatrici conjugi, Reinhardi de Castel filiæ, dotalitium 150. marcarum argenti adscripsit. Johannes de Winstein cum Reinhardo de Sickingen & Friderico de Schmalenstein, Militibus, qui Petri duxerant sorores, in castro Winsteinensi succesit Anno MCCCXXV. Wilhelmo & uxore ejus Elisabetha de Kirckel An. MCCCLVII. mortuis, vicus Bühel ad Eberstteinenses Comites, dominos ejus directos, rediit. Dietericus de Winstein, Armiger, bona quædam in Frœschweiler, quæ ab Ecclesia Arg. tenebat, Cunoni Eckbrechto de Durckh. An. MCCCCXXXVI. oppigneravit; ac biennio post, cum Eberhardo & Paulo fratribus, pacis castrensis, inter ganerbiales castri Winstein. possessores constitutæ, formulam signavit.

## §. DX.

WINTERBACH. Elisabetha, vidua Friderici de Winterbach, Militis, cum Johanne & Conrado, filiis suis, An. MCCCXIX. reditus annuos Mittelhusii Capitulo S. Thomæ vendidit.

WINTERTHUR. Fuerunt hujus nominis Argentinæ Prætores, Johannes Anno MCCLXX. Conradus Anno MCCCXLVII. Nicolaus Anno MCCCLII. Lawelinus Anno MCCCLVIII. Sigmundus, Hugonis dicti de *Winterthur*, nuncupati *zu dem Engel*, Armigeri Argent. filius, An. MCCCLVI. vixit. Johannes, residens in Breuschwickersheim, patrocinio Electoris Palatini An. MCCCCLXXXII. sese commisit; idemque Sultetus civitatis Argentinensis An. MDV. decessit, filium relinquens Jo. Erhardum, cum quo prosapia hæc omnis interiit.

WINTZENHEIM. Wecelo de Winzenheim, Miles, Ulrico Comiti Phirret. homines in Uffholz vendidiſſe ſcribitur in charta Murbac. An. MCCXLV. Anshelmus & Götzo fratres, nati Dieterici Militis de Wintzenheim, An. MCCCXI. memorantur. Hannemannus de Wintzenheim, Armiger, An. MCCCLXXVI. Keiſersbergæ vixit.

## §. DXI.

WIRICH. Ex familia hac ſuperioribus ſeculis plures Reipublicæ Arg. gubernandæ adhibiti ſunt. Andreas Wirich An. MCCXCIII. Prætoris munere functus eſt. Joh. Wirich, Miles, inter ſenatores urbis comparet An. MCCCXIII. Hermannus dictus Wirich, Armiger Arg. in charta S. Thomæ An. MCCCXXIII. laudatur. Andreas, Miles, Johannis Wirich Militis filius, An. MCCCCLXXVII. literas ſocietatis nobilium ad ſcalam altam juravit. De cætero Wirichii hi in varias videntur ſtirpes abiiſſe, aliis à *Rosheim*, aliis ab *Epfich*, aliis denique à *Kolbsheim* nomen trahentibus. Univerſa eorum progenies cum Bernhardo Wirich de Kolbsheim ſeculo XVI. medio defecit.

WITTENHEIM. De Conrado, Equite Colm. An. MCCCXV. florente, ſupra. (*z*) Johannes de Wittenheim, Miles, & Waltherus frater ejus, ob rebellionem Seleſtadio pulſi, cum civitate hac An. MCCCLIX. reconciliati ſunt. Werlinus Battenheimium ab Auſtriacis tenebat An. MCCCLXI. (*a*) Ultimus gentis, Conradus Eques, ineunte ſec. XVI. obiit.

WOLCKSHEIM. Johannes Miles de *Wolckensheim* An. MCCXCVIII. Johannes de Wolckensheim Prætor An. MCCCXV. Henricus de Wolckensheim, Miles Argent. verſus finem ejuſdem ſeculi vixerunt.

## §. DXII.

WOLFF. Johannes dictus Wolff de villa *Ergersheim* à Wernero, Conrado & Friderico de Weſthus bona quædam in feodum tenuiſſe dicitur An. MCCCXV. Jacobus Armiger, dictus Wolf, Joh. *der Wolf von Ergersheim*, item *der Wolf von Alburnen* inter vaſallos Eccleſiæ Argent. medio ſeculo XIV. comparent. Johannes d. *Jacobs Hans*, alias Wolff de *Dachſtein*, & Reimboldus Wolff, filius ejus, Anno MCCCCXLIV. reditus octo librar. à Domo S. Joh. in Dorolsheim. emerunt. Cuntzo Wolff de *Sigelsheim*, Armiger, An. MCCCLXXXV. memoratur. Fridericus Wolff de Renchen, vir mente debilis, initio ſeculi XVII. in cœlibatu deceſſit.

WOLFFGANGSHEIM. Nobiles hi inter proceres Argentinenſes ſeculo XIII. frequenter occurrunt. Henricus A. MCCLVIII. & Johannes de Wolffgangsheim, Miles, An. MCCCXV. Prætoris officio functi ſunt. Alius Henricus de Wolffgangsheim in Mutzig feudum ab Eccleſia Argent. medio ſec. XIV. tenuit. Joſephus à Gerhardo Comite Silveſtri, ut & ab Epiſcopo Argent. inveſtituram accepit An. MCCCXCIX. Brevi poſt ſtirps iſta cum Johanne, Armigero, omnis exciſa.

WOLFSHEIM. Guntherum de Wolfesheim An. MCCLXIII. Henricus de Hugsbergen cum aliis Militibus civitati Argent. fidejuſſorem dedit.

## §. DXIII.

WUNNENBERG. Hugo de Wunnenberg, Miles, in charta Waldneriana Theobaldi, Comitis Phirret. An. MCCLXXX. teſtis. Bartholomæus Armiger, filius Hugonis, caſtrenſis in Enſisheim An. MCCCLXXVII. aliusque ejuſd. nominis Armiger An. MCCCCLI. laudantur.

WURM. Wurmii, extinctis nobilibus de Geidertheim, dimidiam vici hujus partem pignoris jure ab Imperio acceperunt, inſignibus etiam Geidertheimenſium uſi. Matthias Wurm de Geidertheim, civis Argent. Friderici III. & Maximiliani I. Impp. ab Epiſtolis fuit. Maximilianus An. MCCCCXCII. eum Secretarium ſuum provincialem in Alſatia conſtituit. (*b*) Petermannus Wurm, Matthiæ hujus nepos, Petrum Iſaacum reliquit, Wurmiorum ultimum, qui circa A. MDLVIII. improlis deceſſit. Vici, quam tenuerat, partem Matthias de Gottesheim eodem, quo Wurmii, jure ſibi aſſeruit.

§. DXIV.

(*z*) Pag. 117. med.
(*a*) Pag. 58. §. LXXXVIII.

(*b*) WENCKERUS *ad Mallinkrot. de Archi-Cancellar.* p. 426. & 423.

## §. DXIV.

ZABERN. Rudolfus & Simundus de *Zavernia* inter ſenatores civitatis Argent. in charta compoſitionis, cum Sarburgenſibus An. MCCXXVIII. per arbitros factæ.

ZEHNACKER. Hartmannus Miles de *Cehenackeren* An. MCXXXV. (*c*)

ZELLENBERG. Bechtoldus Miles de Zellenberg An. MCCCXVII. Nibelung de Zellenberg, Miles, An. MCCCCIX.

ZESSINGEN. Richardus de Zeſſingen, Eques, Walthero de Steinbrunn in feudis Auſtriacis, in quibus curia dominica Steinbrunnenſis erat, An. MCCCLXI. ſucceſſerat. Fratrem habuit Johannem, cum quo bona alia feudalia in Altkirch poſſidebat. Ultimi familiæ, Richardi, filia, Magdalena, An. MCCCCXCV. Ludovico Horneck de Hornberg nupſit.

ZOBEL. Otto & Joh. Zobel, fratres, An. MCCCLXI. vicum Steinbrunn aliaque bona ab Auſtriacis in feudum tenuerunt.

ZOLLER, Lat. *Telonarii*, communem cum Kalbiis, Richteris, Deutſchmannis originem habuiſſe putantur. Johannes Zoller, Miles, An. MCCCCXLI. inter ſenatores urbis Argent. occurrit.

ZWINGER, *Twinger*, iidem cum Kœnigshoviis, de quibus ſupra, fuiſſe putantur, ex quibus alii equeſtri, alii plebejo apud Argentinenſes ordini fuerunt adſcripti. Ex prioribus Johannes Twinger An. MCCCLXIX. urbis hujus Magiſter; (*d*) Burcardus Twinger An. MCCCXXXII. primus ejus creatus eſt Conſul. (*e*)

## §. DXV.

Recenſum hic habes, Lector, familiarum Equeſtrium, quæ à ſeculi XII. tempo- Epilogus.
ribus apud Alſatos pedetentim extinctæ ſunt. Index non ex obviis dubiæ fidei codicibus, ſed veterum chartarum auctoritate confectus eſt. Plures in lucem reduxi familias, quas HERZOGIUS, (*f*) LUCKIUS (*g*) & Laterculum Nobilitatis Alſaticæ ſeculo ſuperiore prolatum, (*h*) tranſierunt ſilentio. Sed & omiſi viciſſim non paucas, quas illi recenſent, vel quod male eas inter Nobiles Alſatiæ relatas intelligerem, vel quod defectu probationum mihi eſſent ſuſpectæ. Cum Equeſtribus enim familiis civicas, cum indigenis exteras noſtri hi ſcriptores haud raro miſcuerunt. Militarium familiarum tam plena olim fuit Alſatia, ut magnæ earum partis memoria omnino perierit. Quæ ante hos ſexcentos annos floruerunt, ob nominum gentilitiorum defectum, æterna caligine premuntur.

# ORDO EQUESTER.

## §. DXVI.

Extinctis Alſaticæ Nobilitatis (*i*) Familiis ſuccedunt ſuperſtites. In duas hæ, ſu- Alſatiæ
perioris nempe & inferioris Alſatiæ, diviſæ ſunt claſſes. Utraque ante trecentos hos Nobilitas
annos Imperatori & Imperio fuerat fine medio ſubjecta. Unde celebris ille Worma- libera.
tienſium Comitiorum Anni MCCCCXCV. Receſſus, Liberam Nobilitatem Germaniæ per provincias recenſens, Maximiliano I. Romanorum Regi ac Epiſcopo Argentinenſi commendavit, ut cum Brisgoviæ, Sundgoviæ & Alſatiæ Nobilibus de Denario communi ſolvendo agerent, (*k*) quod immediati horum Nobilium ſtatus, à Landſaſſiatu diſtincti, documentum eſt evidens.



(*c*) Vid. pag. 210. med.
(*d*) SCHILTER *ad Königshov.* p. 1051.
(*e*) Ibid. pag. 305. Conf. ſupra pag. 310. §. DLXXIV.
(*f*) *Chron. Alſat.* Lib. VI. ubi inſignia familiis, quas deſcribit, pleriſque addita.
(*g*) In Collect. Genealog. quæ manu ejus ſcripta in archivo Civit. Argent. ſervantur.
(*h*) In Libello de ſtatutis & privilegiis Corporis Equ. Alſatiæ inſer. A. 1653. edito.
(*i*) Nobiles Familiæ intelliguntur Equeſtres, ſenſu ævi junioris, de quo pag. 619.
(*k*) RECESS. IMPERII Part. 2. pag. 24. §. 23. edit. 1747. MULLER *Reichs-Tags Theatr.* ſub Maximil. I. Part. 1. pag. 500.

Enimvero tempus olim fuerat, quo non omnis modo Nobilitas utriusque Alſatiæ, ſed & totius Germaniæ Militaris Ordo ſub Regibus Francorum & deinceps quoque ſub ſuis Cæſaribus, nullum Germaniæ Magnatem pro ſuperiore agnovit; Imperatori & Imperio ſoli ſubjectus.

## §. DXVII.

Nobiles paſſim ſubacti.

Sed creſcente Procerum apud Germanos potentia, auctoritas eorum, prouti magis vel minus in Provinciis crevit, immediatis Militibus magis vel minus quoque cœpit eſſe moleſta.

Saxoniæ, Bavariæ & Auſtriæ Duces, Brandeburgi & Miſniæ Marchiones, præ aliis Germaniæ Principibus in territorio quisque ſuo magna poteſtate dominati, vel Interregnorum occaſione, vel indulgentia Cæſarum, Nobiles inferiores ſuo libero ſtatu pedetentim privarunt.

Sueviæ & Franciæ Germanicæ Duces ad potentatum illum in Ducatibus ſuis nondum perverenant, quum Ducalis earum Familia ſec. XIII. interiiſſet; quo interitu Sueviæ & Franconiæ Nobilitas in libero ſuo & immediato Imperii ſtatu eo magis perſtitit, (*l*) quod in utraque Provincia ipſe quoque titulus vel Formula Ducatus interiit; unde utriusque Provinciæ ſtatuum, ſacrorum & civilium, plena libertas; ſimilis illi, qua uſa quoque eſt Terra Rhenenſis, quæ alios, præter Cæſarem, ſuperiores nunquam agnovit. Defectus hic Ducum vera Nobilitatis immediatæ, apud Francos, Suevos atque Rhenenſes ſervatæ, non exortæ primum, eſt cauſa.

## §. DXVIII.

Alſatiæ ſup. Nobilitas ſubacta.

Alſatia noſtra Sueviæ plerumque connexa, communi cum ea quoque Duci ſubjecta, ad eandem cum Suevia libertatem emerſit, quum An. MCCLXVIII. Conradinus Neapoli fuiſſet capite plexus. Abolitis Ducibus Landgraviorum auctoritas magis increvit. Dignitas Landgraviatus Habsburgicæ pridem adhæſerat genti. Hæc Auſtriæ Ducatus terras An. MCCLXXXIII. & Phirretenſem Comitatum An. MCCCXXIV. Landgraviatui ſuperioris Alſatiæ, aliisque avitis & patrimonialibus in ea terris cum addidiſſet, illisque paulo poſt diademata Regia Imperiique coronam perpetuo quaſi fœdere junxiſſet, factum eſt, ut Alſatiæ ſuperioris Nobilitas, gentis Habsburgo-Auſtriacæ admirata ſplendorem, variis dignitatibus aulicis, ut & provincialibus Alſatiæ officiis atque muneribus, in Regimine & Camera, quin & deinceps in Prætectura decem Civitatum Imperialium Alſatiæ, aliisve modis inducta ab immediata Nobilitate Imperii ad mediatam Nobilitatem Auſtriacæ Domus, adeoque à libero ſuo ſtatu ad Landſaſſiatum pedetentim tranſiverit. Priſtinæ tamen libertatis ſpecies quædam in eo remanſerat, quod ſuperioris hæc Alſatiæ Briſgoviæque Nobilitas, in Equeſtre corpus collecta, Curiam ſuam Enſisheimii & Senatus formam ſervavit; ab Imperii tribunalibus licet avulſa, Auſtriaci Regiminis jurisdictionem agnoverit. Ordini Equeſtri hoc accidiſſe non mirum, quum Eccleſiaſtico atque Dynaſtis id ipſum contigerit. Unde Ferdinandus Archidux, cum univerſorum Alſatiæ ſtatuum fœderi, Argentinæ inito, An. MDLXXX. menſe Febr. acceſſiſſet, ipſe pro ſe, pro clero ſuo, pro Nobilitate ſua, certum quendam militum numerum promiſit; (*m*) quum è contra Alſatiæ inferioris Nobilitas ſuo proprio motu ad idem fœdus acceſſerit; ſuoque arbitrio res, fœdere promiſſas, in ſuis terris ordinaverit.

## §. DXIX.

Nobilitatis Alſatiæ Inf. libertas ſervata.

Alia ergo Corporis Equeſtris in ſuperiore, alia in inferiore Alſatia ratio tum eſſe cœpit & indoles. Prius Auſtriacæ Domui, & per eam Imperio, poſterius Imperio ſoli, ſine medio, obnoxium, pluribus privilegiis juribusque gavifum eſt, quibus mediatum curabat. Conſervandæ libertati Nobilium inferioris Alſatiæ plurimum opis attulerant Societates frequentes, quas ex illo ordine multi cum Alſaticis & vicinis Germaniæ Dynaſtis, Comitibus, identidem iniverant. Promiſcuis hujus generis fœderibus à ſeculi XIII. temporibus in Germanorum hiſtoria nihil frequentius eſt; ex quibus plurima expoſuit Dattius. (*n*) Sed Procerum potentia in immediatis Nobilibus fieri quum cœpiſſet ſuſpecta, hi fœderibus inter ſe initis, contra Magnates varia ratione ſe munire cœperunt.

§. DXXV.

(*l*) Errat Vitriarius *Inſt. Publ.* Lib. I. Tit. 20. §. 9. cum Franconiæ, Sueviæ & Rhenanæ Nobilitatis immediatæ originem à Ducum interitu repetit.

(*m*) Chartophyl. Civitatis Argent.

(*n*) *De Pace publica* Lib. I.

## §. DXX.

Opportunam confœderationum hujus generis ſpeciem in Ganerbiatibus reperimus; ubi ex immediatis Nobilibus plures, mutuæ defenſionis cauſa, ſocietatem perpetuam inierunt, Caſtrumque conſtituerunt commune, ex quo contra potentiorum inſultus armis viribusque conjunctis ſeſe fortiter defenderent; ne univerſi vincerentur, ſi ſinguli pugnarent. Ganerbia-tus.

Ganerbiatus Alſatia noſtra plurimos vidit; in illa præſertim parte, quæ Vasgovia dicitur. Geroldseckianus, Waſenſteinenſis, Schœneckianus, Winſteinenſis, (o) Drachenfelſianus præ aliis innotuere. Poſtremo huic An. MDX. vigiliti quatuor Nobiles fuerunt adſcripti. (p) Quin & in Civitatibus, ut Argentorati, Seleſtadii, Colmariæ, ſocietates Nobilium quandoque initas fuiſſe, documenta nos docent.

## §. DXXI.

Ita Procerum ſocietatem deferere, fuasque res tandem inter ſe agere noſtra ſuevit Nobilitas, donec in certa Corpora ſe tandem ſociaret. Sigismundus Imp. literis An. MCCCCXXII. Noribergæ datis univerſos Germaniæ Nobiles eandem ob cauſam ad commune fœdus, inter ſe ineundum, hortatus eſt. (q) Societates alia Nob.

Equeſtria tamen illius formæ, quæ hodie obtinet, Corpora nonniſi verſus ſeculi XV. finem reperimus.

## §. DXXII.

Receſſus Imperii An. MCCCCXCV. ſupra memoratus, ſeptem Nobilitatis immediatæ claſſes, Franconiam, Sueviam, tractum Rhenenſem, Metenſem cum Weſtria, Brisgoviam cum Sundgovia & Alſatia, Bavariam & Ortenaviam (r) refert. Sed Comitiorum Auguſtanorum Receſſus An. MD. (s) Franconicum, Suevicum atque Rhenenſem, ſpeciatim enarrat; quibus ſingulis Carolus V. & Ferdinandus I. Impp. veterem libertatem, adjectis ſubinde novis juribus, confirmarunt. (t) Ab hoc denium tempore Equeſtria illa tria Germaniæ Corpora vel Circuli invaluerunt, quorum ſinguli ob multitudinem Equitum in plures Cantones ſubdiviſi vel Pagos. (u) Corpora Equeſtria Germaniæ.

Corporis Suevici leges, (x) An. MDLX. conditas, Maximilianus II. Cæſar anno ſequenti firmavit. Electores Principesque Imperii, id ægre ferentes, An. MDLXIV. Maulbrunnæ, de novo hoc ſyſtemate tollendo conſilia, ſed irrito cum ſucceſſu, agitarunt. Idem enim Maximilianus II. biennio poſt memorabilem illam Conſtitutionem emiſit, qua terræ Nobilium, Matriculæ Corporum Equeſtrium inſcriptæ, cenſibus ejus in perpetuum manerent obnoxiæ; ad quoscunque poſſeſſores tranſituræ eſſent in poſterum.

## §. DXXIII.

Alſaticus Equeſter Ordo non numeroſus ſatis extiterat, ut peculiarem ex eo Circulum componeret Cæſar. At ſatis numeroſus, ut coiret in Corpus, cui Carolus V. eadem, quæ Corporibus majoribus, privilegia concederet. Fecit hoc An. MDL. (y) ubi Ordini Equeſtri Alſatico immunitatem à vectigalibus, tributis, precariis, collectis provincialibus, ut & liberam bonorum & domuum in urbibus emptionem, locationem, addito jure venationis conceſſit. Ordinem hunc vocat Cæſar *ſuos & Imperii liberos Nobiles;* elogium, quo etiam illa Nobilium Corpora ornantur, quæ Suevia, Franconia & Rhenus ſuperior alit. Alſaticum.

Matthias

(o) De Caſtris his in Parte Geographica actum ſuperius.

(p) Vide ſupra pag. 252.

(q) Burgermeister *Cod. Diplom. Equeſtr.* Tom. I. pag. 30.

(r) Nobilitatis Ortenaviæ ſocietas, ex tribus Ganerbiatibus conflata: Caroli Marchionis Badenſis auſpiciis A. MCCCCLXXIV. primum ad XV. annos inita, dein aliquoties renovata eſt, donec A. MDXLV. ſtabilis fieret atque perpetua.

(s) Tit. XLVII.

(t) Singulorum horum Corporum Conſtitutiones, jura & privilegia. Franconici A. MDCLIX. Suevici Eſlingæ A. MDCLXXI. Rhenenſis eodem anno Giſſæ in lucem prodierunt. Hiſtoricam originis illorum notitiam protulit nuper Auctor Anonymus in ſcripto Germ. *de libertate & immediatate Nobilitatis Germanicæ contra Wirtenberg* Part. I. pag. 485. ſqq.

(u) *Schwabiſche Ritterordnung.* Extat apud Burgermeister. l. c. pag. 161.

(x) Franconicus Circulus in ſex Cantones, (*Orth*) Suevicus in quinque, Rhenenſis in tres ſubdiviſus eſt.

(y) Diploma datum Auguſtæ Vindel. d. 8. Octob.

Matthias Imp. An. MDCXIII. d. 21. Oct. Ratisbonæ ad Ordines Germaniæ Equestres scripsit, in quibus Alsaticum, non minus ac ceteros, hortatus est, ut nemini, nisi Cæsari, fidem adstringerent, atque ad defensionem ejus pecunia & armis essent parati. (a)

Idem Matthias diplomate, Lincii An. MDCXIV. d. 10. Febr. scripto, jus retractus bonorum Nobilium, jus Austregarum, statibus immediatis proprie competens, jus de non arrestando, libertatem ab omnibus statuum Imperii judiciis Alsatico nostro Circulo impertiit; ejusdem immediatum se caput esse professus. (a)

Privilegia hæc à Ferdinandis II. & III. ut & à Leopoldo Imperatoribus confirmata, aucta & ampliata in publica orbis luce versantur. (b)

Alsaticum Equestre systema cum belli tricennalis temporibus vacillare videretur, Ferdinandus III. literis, An. MDCXLVII. Vindobonæ datis, injunxit, ne quis Eques ab eo recederet.

## §. DXXIV.

Cum ceteris Corporibus junctum.

An. MDCLI. Corpus hoc Nobilium inferioris Alsatiæ in trium Nobilitatis Imperii Circulorum societatem pacto solenni, Mergenthaliæ (c) d. 28. Junii inito, receptum est; ita ut in Actis eorum hic titulus deinceps legeretur:

„ Libera Imperii Nobilitas in Suevia, Franconia, ad Rhenum & in Districtu inferioris Alsatiæ. „ (d)

Decretum porro, ut Alsatiæ inferioris Nobiles iisdem juribus & privilegiis, quibus tres reliqui Circuli fruerentur; ad Directorium generale (e) tum demum admittendi, quum Alsatiæ superioris ac Westriæ Nobiles suo Corpori adjunxerint. Ad Conventus ergo trium Circulorum communes & ad suffragia admissi sunt; ita tamen, ut Circulis quatuor in duas partes divisis vinceretur illa pars, à qua Alsati starent. Memorabile hoc Mergenthalense pactum Ferdinandus III. Imp. An. MDCLII. probavit. (f) Virtute hujus unionis Alsatiæ inferioris Equester Ordo peculiarem quasi Circulum constituit. An. MDCLIII. Moguntinus & Trevirensis Electores cum pluribus Episcopis, Abbatibus & Nobilitate trium Circulorum inviverant fœdus, cui Districtus inferioris Alsatiæ Nobilium accessit. (g)

Brevi post idem hoc Alsaticum Corpus proprias sibi leges, quibus deinceps regi vellet, præscripsit. Leges hæ, petitæ ex Suevicis, eodem An. MDCLI. die 6. Nov. Argentorati in XXX. articulos redactæ sunt. (h) Ferdinandus III. Anno sequenti eas auctoritate sua munivit. Nec minorem servando huic Corpori curam Leopoldus Imp. An. MDCLXXVII. impendit.

## §. DXXV.

Regno Gallico jungitur.

Post Pacem Neomagensem, An. MDCLXXIX. conclusam, quum decem Præfectoriales Alsatiæ Civitates Gallica sub ditione mansissent, immediata Nobilitas, rebus probe perpensis, (i) An. MDCLXXX. Ludovici XIV. se submisit imperio. Directorium Nobilitatis tum federat Argentorati. At Rex in Diplomate, quod ejusdem anni mense Decembri datum, omnia Corporis hujus Privilegia quum confirmasset, injunxit, ut Directorium Argentorato, quæ nondum juris Gallici fuerat, in Ehnheimium inferius, qui insignis Landspergensium vicus quinque leucis Argentina distat, transferretur.

(a) KNIPSCHILD *de jurib. Nobilitatis* Lib. I. cap. 2.

(a) *Römischer Kayser der Ritterschafft committebar und unzweiffliches Oberhaupt.*

(b) Prostant in unum Corpus collecta sub rubro: *Statuts & privileges de la Noblesse de la Basse Alsace*, fol. Strasb. 1711. Editionem hanc præcesserat alia A. 1653. 4to cui tit. *Des Hell. Röm. Reichs freyobmittelbahrer Ritterschafft im Undern Elsass Adeliche Ritterordnung, Privilegia u. Kayserl. Rescripta.*

(c) *Auf dem Allgemeinen Ritterlichen Correspondenz-Tag.*

(d) *Freye Reichs-Ritterschafft in Schwaben, Francken, und am Rheinstrom und dem Beairck im Unteren Elsass.*

(e) Circuli Directorium suum singuli habent speciale; sed & præterea Directorium generale, omnibus commune; ad quod Directores ex Alsatis sumi non poterant, nisi præscripta illis impleretur conditio.

(f) Extat in LUNIG. *Reichs-Archiv* Part. Spec. Contin. 3. *Abtheilung* 7. pag. 11. adde COCCEJUM *Jur. Publ.* cap. 25.

(g) LUNIG. loc. alleg. IV. *Alsas* pag. 40.

(h) Statuta hæc ex Statutis Suevicæ Nobilitatis maximam partem desumta sunt, quæ XLIV. articulis constant.

(i) Gravamina Ordinis Equestris Alsatiæ tum temporis vide apud LONDORP. *Acter. Publ.* Tom. XI. Lib. 12. Cap. 17.

transferretur. Ad hanc tamen mox rediit urbem, quum & ea anno sequenti transiviſset ad Galliam. (*k*)

## §. DXXVI.

Ex brevi hac Equeſtris Alſatici Ordinis immediati delineatione fatorum evidenter apparet, illum ſub Germanica periodo caſtra ſua immediata & libera, vicos & oppida, aliaque bona & in iiſdem regalia ac ſuperioritatis jura poſſediſſe, eorumque reſpectu neminem, niſi Cæſarem & Imperium agnoviſſe ſuperiorem. Ab illis eorumque judiciis nonniſi ad ſuprema Imperii tribunalia provocatio fuit. Superioritas ejus.

Donum gratuitum, quod Ordines Equeſtres Cæſari nonnunquam offerunt, Alſaticus quoque Ordo, Circuli quarti initar, pro ſua parte, non ſemel perſolvit. Cum An. MDCLIII. omnis immediata Nobilitas quinquagies mille florenos Ferdinando III. largiretur, Alſatica ad ſummam hanc quinquies mille florenos pro rata contribuit. (*l*)

## §. DXXVII.

Rebus ita olim conſtitutis, ut ex monumentis docuimus, non pauci mecum mirabuntur, in dubium ab aliquibus (*m*) potuiſſe vocari, immediatus num fuerit Alſatiæ inferioris nobilium Ordo. In Landfaſſiorum ſane ſtatum ne unquam redigerentur, Matthias Imp. An. MDCXIV. diſerte proſpexit. (*n*) Vindicata ab aliis.

Conventibus provincialibus Landfaſſiorum nobilium ſuperioris Alſatiæ, immediatus etiam Nobilis ſubinde intereſſe potuerat, ratione feudorum vel bonorum mediatorum, quæ Nobiles immediati, libero ſuo ſtatu illæſo, frequentiſſime poſſident.

Nec Magiſtratuum dignitates & munera, quas in præcipuis Alſatiæ civitatibus ab antiquo Nobiles noſtri geſſerunt, immediato eorum ſtatui nocuerunt, uti ſupra (*o*) oſtenſum.

Sed & alibi (*p*) jam à nobis actum de lite, quæ inter Nobiles & Civitates olim noſtras de proedria vertebatur.

Quæſtio hæc Alſaticum non magis quam ceteros Ordines Equeſtres Germaniæ reſpicit. Idem de territorii ſuperioritate dicendum, de qua acriter quoque diſputatum, an compotes ejus in terris ſuis ſint Nobiles immediati; nunquæ inter Imperii Status reputandi. (*q*)

## §. DXXVIII.

Ita Equeſtre hoc Alſatiæ inferioris Corpus per varias rerum temporumque viciſſitudines immedietatis ſuæ jura, Pace Monaſterienſi firmata, uſque ad tranſitum ſuum ad Galliam exercuit; quæ ea in tantum firmavit, in quantum ſupremo Regis imperio non contrariantur. Manſit ergo ſub periodo Gallica vetus illa Nobilium in mediatos ſuperioris & immediatos inferioris Alſatiæ diſtinctio; Regi licet ſine medio jam ſubſint utrique. Primo quidem intuitu ſuperioris Alſatiæ Nobiles magis immediati, quam ceteri, eſſe videntur, quod cauſæ eorum ad ſupremum Regis in Alſatia ſenatum ſine medio deferuntur, cum è contra Nobilium immediatorum lites primum in Directorio judicentur; à quo demum ad ſupremum Regis in Alſatia devolvuntur tribunal; ſi nimirum appellabilis ſumma. (*r*) Verum enimvero ipſa hæc Nobilis immediati prærogativa præſtantior eſt, quod à ſuo Ordine judicatur. Superioris Alſatiæ Nobilium cauſſæ Judicem olim Regimen habuerant Auſtriacum, quod commune Alſatiæ Briſgoviæque tribunal Enſisheimii federat, à quo ad Oenipontanum Auſtriacæ quoque Domus provinciale Judicium, nunquam ad Judicia Imperii, appellatio fiebat. Sed inferioris Alſatiæ Alſaticæ Nobilitatis ſub Gallia ſtatus.



(*k*) Literæ Regiæ, cum Diplomatibus Cæſareis, ſimul editæ fuerunt Argentorati, in Collectione, quam paulo ante allegavi. De Prætorio Nobilitatis in urbe Argentinenſi vide ſupra pag. 305.

(*l*) *Der Eliſaſſiſche Beytrck.* vid. KREYDENMANN *von der freyen Reichs-Ritterſchafft in Schwaben* pag. 53.

(*m*) JOSIAS NOLDENIUS *de Statu Nobiliũm* Cap. 17. num. 21. hac de re dubitavit.

(*n*) *Daß Sie nichts nach und nach zur Landſaſſerey gezogen werden.*

(*o*) Pag. 630. & 631. init. *De jure Torneamentorum Nobilitatis Argent.* Diſſertatio WENCKERI apud SENCKENBERG. in *Meditat.* pag. 700. legitur.

(*p*) Lib. I. pag. 280. med.

(*q*) Immediatæ Nobilitatis cauſam ſtrenue agit HENR. PEUTINIUS in Acad. Argentinenſi Anteceſſor Juris, Vir eminentis Judicii, in Variis Diatribis, quas cum aliis hujus generis exhibet BURGERMEISTERI *Bibliotheca Equeſtris.*

(*r*) Summa quæ ultra 250. Libras Francicas aſcendit.

Alſatiæ Nobilitas ab eo tempore, quo in Corpus coaluit, cauſas ſuas in proprio ſuo Directorio tractavit, à quo ſuprema nonniſi ad Imperii tribunalia provocatum.

## §. DXXIX.

Directorii forma.

Directorii Alſatici indolem, qualis illa noſtro ævo eſt, nunc paucis exponam. Septem Senatores, (s) quos inter ſemeſtre præſidium ambulat, & tres Aſſeſſores (t) cum Syndico hoc tribunal componunt. In gravioribus cauſis, ubi totius Corporis res agitur, Octoviri accedunt perpetui; (u) ex ſociis Equitibus per Directores ſelecti. Quodſi eligendus Senator, Senatus, Aſſeſſores & Octoviri candidatos tres ſeligunt conjunctim, ex quibus unum Rex eligit, electumque diplomate munit.

Matricula.

Matriculæ non modo Nobilium nomina, ſed & eorum terræ inſcribuntur. Continet ea, præter plurima caſtra, vel habitata, vel diruta, XC. vicos; quos inter nonnulla oppida fuerunt, & ex parte adhuc ſubſiſtunt. Loca ita ſecundum viarum directiones in Diſtrictus X. Gall. *Routes*, ordine ſequenti deſcripta ſunt.

## §. DXXX.

Loca Matriculæ inſcripta.

I. Biſchofsheim, Mundolsheim, Vendenheim, Berſtett, Olvisheim, Schurhoffen.

II. Oberhausbergen, Mittelhausbergen, Pfulgriesheim, Behlenheim, Wivershеim, Schnersheim, Schafhauſen, Wilvisheim, Buesweiler, Mülhauſen.

III. Stützheim, Hürtigheim, Quatzenheim, Veſſenheim, Wintzenheim, Landersheim, Furchhauſen.

IV. Schræfolsheim, Achenheim, Breuſchwickersheim, Kolbsheim, Oſthoffen, Schirrachberckheim, Imſtett, Odratzheim, Trenheim, Coſſweiler, Rumolsweiler, Birckwald.

V. Lingolsheim, Ensheim, Duppichheim, Duttlenheim, Niderotterott.

VI. Blæsheim, Innenheim, Kraut-Ergersheim, Meiſtratzheim, Nider-Ehenheim, Valff, Zellweiler, Stotzheim.

VII. Mittelberckheim, Andlau, Itersweiler, Nothhalten, Zell & Bliensweiler ex parte, Reichsfelden, Bernhardsweiler, St. Blaiſe & Blienſbach.

VIII. Fegersheim & Ohnenheim, Ichtratzheim, Hipsheim, Oſthauſen, Bolſenheim, Utenheim, Werd.

IX. Eſchau & Wibolsheim, Plobsheim, Gerſtheim, Obenheim, Boffsheim, Widernheim, Sundhauſen, Mietersholtz, Ehenweyer & Rathſamhauſen, Boeſenbieſen.

X. Düpoltzheim, Saſſenheim, Schœnau, Botzheim, Mackenheim, Jebsheim, Kunheim, Hartmansweiler & Rimbach-Zell. Quatuor poſtremi vici Alſatiæ ſuperiori accenſentur.

Loca hæc Matriculæ ita inhærent, ut ſi quando ad alium cujuscunque ordinis & dignitatis dominum quocunque modo pervenerint, eidem tamen maneant inſcripta; niſi aliis cum locis, locum eorum occupaturis, commutentur. Maximiliani II. privilegio, à Galliæ Regibus confirmato, inſigne hoc jus debet Nobilitas, ut ſupra oſtenſum.

## §. DXXXI.

Limes Nobilium Alſat. infer.

Limes Nobilium inferioris Alſatiæ, ſub periodo Germanica, ab Eckenbaco fluviolo, ubi Alſatia inferior incipit, (x) ad borealem uſque Hagenoenſis ſilvæ limitem ſeſe

(s) *Conſeillers ordinaires*, Germ. *Directorial Rath.*
(t) *Conſeillers Aſſeſſeurs*, Germ. *Aſſeſſoren.*
(u) *Adjoints à Zugeordnete.*
(x) Vid. Tom. I. pag. 21.

ſeſe extenderat. Declarat hoc Charta Rudolphi II. (*y*) An. MDCV. Ordini Equeſtri Rhenano data, quæ pro auſtrali hujus Ordinis limite ſilvam Hagenoënſem conſtituit. Alii ſilvæ hujus flumen, Suram, Surburgum quæ alluit, inter Hagenau & Weiſſenburg terminum borealem inferioris Alſatiæ Nobilium poſuerunt. Hodiernus eorum limes, & auſtralis & borealis, ſeſe latius extendit. Ille per X. leucas ultra Eckenbacum in Alſatiam ſuperiorem & in ipſa quidem Rufacenſis Emunitatis viſcera aſcendit. Borealis à Sura ad Luteram uſque progreſſus eſt; ex quo caſtrum Rœderenſe & nobilis Geisbergæ prope Weiſſenburgum villa in Ordinis hujus Equeſtris cataſtrum fuerunt receptæ.

## §. DXXXII.

Vaſgoviæ acceſſio.

Cum autem vetus Rhenani Ordinis limes ad Suram uſque aſcenderit, quod flumen Alſaticum Ordinem à Rhenano diviſit, inferimus hinc, hodiernos Alſatici noſtri Ordinis fines ſuum limitem ad boream prolataſſe, atque adeo in veteres Ordinis Rhenani terminos immigraſſe, quum in ipſam uſque Vaſgoviam, in qua Weiſſenburgi Civitas ſita eſt, progreſſi ſint.

Enimvero Weiſſenburgenſis ille ad Luteram & Voſagum tractus, is ipſe eſt, qui in Nobilitatis Rhenanæ Pagis, Vaſgovia, vel Vaſagi pagus (*Waſgau*) vocatur. In tripartita enim Circuli Nobilium Rhenenſium diviſione, pars prima vocatur *im Gau und Waſgau*. Vaſgoviam novimus. (*a*) At quinam Diſtrictus ſimplici nomine *Gau* denotetur, non definiunt ſcriptores, qui de Germanica Nobilitate loquuntur. Weſtriam, (*Weſtrich*) Vaſgoviæ vicinam & Voſago diſtinctam ab Alſatis, hoc nomine denotari, eo veriſimilius eſt, quod multos ea olim complexa eſt Nobiles, qui Anno MCCCCLIX. & MCCCCLXIII. jam ſocietatem iniverant, in qua ex Vaſgovicis noſtris comprehenſi quamplures. (*a*) Nobilitas hæc Weſtriæ cum Metenſi conjuncta, inter ſeptem Nobilitatis Circulos jam Anno MCCCCXCV. comparuit, ut ſuperius oſtendi.

Ex Alſatia ſup. acceſſio.

Privilegia, Equitibus inferioris Alſatiæ ab Imperatoribus Regibusque conceſſa, plures ſuperioris Alſatiæ Nobiles invitarunt & adhuc invitant, ut matriculæ eorum quoque inſeri ſtudeant; unde limitum ejuſdem Ordinis ad Auſtrum quoque naſcitur extenſio.

## §. DXXXIII.

Tranſitus ad Familias.

Ceterum non prætereundum ſilentio eſt, in eruenda Familiarum antiquitate illas probationes à nobis eſſe neglectas, quæ ex Ruxneriano Ludorum Equeſtrium Libro communiter petuntur. Ruxnerum impoſtorem (*b*) noſtra ætas contemnit, quæ nonniſi genuinas probationes ex idoneis ſcriptoribus, Chartis, Sigillis, Lapidibus, aliisque hujus generis monumentis, quæ tam facile pravari nequeunt, petitas, admittit. Genuinis ergo Ludorum Equeſtrium laterculis, quæ in Chartophylaciis & Bibliothecis hinc inde ſervantur, debitam fidem attribuo. Pleræque illuſtriores Familiæ in originibus ſuis fabuloſum, vel etiam mirabile quid oſtentant, quod ſola traditione aut falſis illis Torneamentorum indicibus nititur.

Poſtremo denique loco memorandum, civicas hinc inde in Alſatia reperiri familias, quæ Inſignium & Ludorum Equeſtrium jura per Reſcripta & Diplomata Cæſarum obtinuerunt. Plenariam autem Nobilitatem cum aſſecutæ non fuerint, transeuntur heic loci ſilentio.

Familiarum quæ ſuperſunt, recenſionem facturus, ab illis initium duco, quæ Alſatiam ſuperiorem inhabitant, atque adeo in unum hodie non collectæ ſunt Corpus. Illas, quæ ſub Periodo Germanica jam incoluerunt Alſatiam, adeoque vere Alſaticæ ſunt, vel ob diuturnitatem temporis, quæ Alſatiam inhabitant, indigenatum obtinuerunt, primæ claſſi adſcripſi. Quæ vero aliunde ſub Gallica acceſſerunt periodo, adſcripſi ſecundæ. In utraque placuit alphabeticus ordo.



(*y*) Extat in *Raths-Satzung und Ordnungen ſeyner Ritterſchaft am Rheinſtrom* pag 85. adde Casp. a Lerch *von Reichs-Adels Herkommen* Part. 2. pag. 135. num. 53. ubi: *von der Eckenbach biß unſern Hagenauer Forſt.*

(*a*) Hertzog *Chron. Alſat.* Lib. 2. pag. 73. & 76.

(*b*) S truvii Diſſert. *de Doctis Impoſtoribus* §. XLIX.


image
not
available

Eptingenſes, diſtracti ſæpe bonis ſuis in partes, civitati Baſil. mox amici, mox infenſi, ſuas denique terras Rauricas omnes, caſtrum Alt-Homburg in Frickthal An. MCCCCLXIV. vicum Siſſach anno ſequenti, (o) vicos Eptingen & Ober-Dieckten An. MCCCCLXXXVII. (p) Brattelen An. MDXIX. (q) cum patronatus ceterisque univerſis juribus eidem urbi vendiderunt. Pro Siſſaco, quod feudum Auſtriacum fuerat, Sundgoviæ vici Hagenthal, ſuperior & inferior, quos adhuc poſſident; (r) pro vico Brattelen caſtellum Waltighofen, aliaque bona propria Archiduci Sigiſmundo oblata ſunt.

## §. DXXXVI.

An. MCCCCXLV. à Gallorum partibus contra Helvetios cum Eptingenſes ſtetiſſent, Blochmontium & Blatzheim, ipſorum caſtra, à Baſilienſibus obſeſſa atque disjecta ſunt. Tum temporis Suſanna ex gente hac in Abbatiſſam Andlavienſem electa eſt, ad An. MCCCCLXXIX. uſque ſuperſtes. Eadem dignitate per decennium conſpicua fuit Maria Beatrix, An. MDCLXVI. defuncta. Liberandæ à Burgundis, ſub Carolo Audace, Alſatiæ atque Brisgoviæ Hermannus de Eptingen plurimum operæ impendit; Advocati Provincialis in iiſdem provinciis munus, Petro Hagenbachio ablatum, meritus. (s) Petermannus, Johannes Puliantus & Matthæus fratres, Ferdinando I. Regi Blochmontium caſtrum An. MDXXIX. vendiderunt, quod Jacobo Reich de Reichenſtein brevi poſt oppigneratum. Ordinis Teutonici in Ruſach & Keiſersberg Commendator, Sigmundus de Eptingen, medio eod. ſeculo vixit. Sub finem ejus Petermannus dictus Schnabel & Wolfg. Wilhelmus à Rudolfo II. Imp. de Auſtriacis inveſtiti ſunt feudis. Inter feuda hæc, quæ hodie Regia, præter duos vicos Hagenthal, Eptingenſes caſtellum in Biſel, homines in Blotzheim, partem vectigalis in Othmarsheim &c. numerant. Accedunt quædam Eccleſiæ Baſil. beneficia, inter quæ Camerarii hereditarii munus; nec non duo vici allodiales, quos ſupra (t) recenſui. Præterea civitatis Baſil. cives honorarii, in eadem hac urbe curiam poſſident.

Gens in duos diviſa eſt ramos, vicorum *Neuwiller & Hagenthal*, in quibus ſedent, nominibus diſtinctos. Priorem quatuor fratres hodie exornant, in quibus duo Ordinis Teutonici Equites, Carolus & Jo. Baptiſta, novæ Rauraco-Gallicæ Legionis Tribunus; (*Colonel*) quo Tribuni titulo Antonius, natu maximus, quoque gaudet. Franciſcus illuſtre ſtemma propagat.

## *FROBERG.*

## §. DXXXVII.

Frobergica Gens, accenſenda Dynaſtis, à duobus Dynaſtiæ ſuæ caſtris, (u) *Gliers & Froberg*, Gall. *Montjoye*, diverſis temporibus duo ſibi nomina impoſuit; nunc Comitatus poſſeſſione & titulo floret. (x) Richardum de Gliers, primum hujus gentis, ex charta ſuperius protuli. An. MCCXCVIII. Theobaldus Comes Phirret. Wilhelmo de Gliers, Militi ſibi cognato, (y) pro ſexaginta marcis argenti, quas in præmium operæ ſibi præſtitæ ei promiſerat, reditus 60. quartalium ſiliginis ex vico Rieſpach oppigneravit. Vir nobilis & potens Wilhelmus, Dominus de Montegaudio, (z) Maillanum quendam de *Chaſtel* An. MCCCXXXI. inveſtivit de feudo. Gliers de Froberg.

An. MCCCL. Ludovicus Comes de Novo Caſtro Helvetiæ tutorem & avunculum ſe profitetur Rolini ac Ludovici, filiorum Wilhelmi, Domini Frobergenſis, & Catharinæ, ſororis ſuæ. E filiis his Wilhelmi Ludovicus multum in aulis Principum claruit. An. MCCCLXXIV. ſeptem Comites, octo Milites & ſex Armigeri caverunt ei de Petro Scalario, quem in caſtro ſuo Froberg captum tenebat. Petri Scalarii frater Wernherus, Epiſcopus Baſil. in gratiam cum eo rediens An. MCCCLXXXIII. *nobilem & ſyrenuum Militem, Dom. Ludovicum de Gliers, alias de Montegaudio, Clementis VII.* Papæ Avenionenſis, *& Romanæ Curiæ Mareſcallum* eum vocat. Triennio poſt, charta Avenione ſcripta, *nobilis & potens Vir Dom. Ludovicus, Dominus de Montegaudio*



(o) *Merckwürdigk. der Landſch. Baſel* p. 2008. ſq.
(p) Ibid. pag. 2250.
(q) Ibid. pag. 225.
(r) Supra pag. 36. med.
(s) Supra pag. 598. fin.
(t) Pag. 36. med.
(u) De quibus ſupra pag. 52. ſq.
(x) Ab An. MDCCXXXVI. menſe April.

(y) *Her Wilhelm von Gliers einem Ritter unſerm Mage.* Ita in literis autographis tabularii Froberg. Biennio ante idem Theobaldus Comes, Romanico ſtylo uſus, Wilhelmum hunc nuncupavit *noſtres bien amez, Coſſint Willaumes de Gliéres Chevallerz Sires de Montjoye.* In charta An. MCCCXIV ſcribitur *noble homme Meſſires Vuillaumes de Gléires Sires de Montjoye.*
(z) *Noble homme & puiſſant Willeme Seigneur de Montjoye.*

*Biſunt. diœceſis, Dom. Papæ & Rom. Curiæ Mareſcallus*, filio ſuo Johanni caſtrum de Montegaudio prælegavit. Eidem Ludovico Philippus, Dux Burgundiæ A. MCCCXCI. (*a*) & Ludovicus Andegav. Rex Siciliæ, An. MCCCCV. (*b*) *Conſiliarii & Camerarii* ſui titulum tribuunt. Heſſo, Marchio Hachbergenſis, & Thuringus de Ramſtein, An. MCCCCIV. cum Ludovico de Gliers, Domino in Froberg, depoſitis armis, quæ propter vicum Heimersdorf ceperant, reconciliati ſunt. (*c*) Denique Ludovicus hic Mareſchallus & Prorex Siciliæ factus, An. MCCCCXXIV. obiit. (*d*) Filius ejus Johannes de Gliers, Dom. in Froberg, Wilhelmo de Hungerſtein, vaſallo ſuo, An. MCCCCXIV. permiſit, ut ex decimis in Hochſtatt vidualitium conſtitueret.

## §. DXXXVIII.

Tullier de Froberg.

Definit hic in chartis gentilitium familiæ nomen de *Gliers*, eique ſuccedit nomen *de Tullier*. Johannem enim *de Gliers* excepit Joh. Ludovicus *de Tullier*, Dominus *de Hardemont*, (*e*) uti Catharina, Ducilla Auſtr. in literis An. MCCCCXXIV. eum nuncupat. Inter Ludovicum Chalonium, Principem Arauſionenſem, & Jo. Ludovicum Tullierium, Militem, Dominum *de Montjoye & de Hardemont*, A. MCCCCXXXVIII. compoſitio facta eſt. Eodem anno Dux Sabaudiæ reditus annuos 100. florenorum Jo. Ludovico de *Tuilliers*, Dom. de *Montjoye*, contulit in feudum. Biennio poſt diuturna ejus cum Domo Auſtr. de Frobergenſibus feudis diſceptatio terminata per arbitros, quorum ſententia Ludovicus univerſas poſſeſſiones & jura, quibus deceſſor ejus Johannes in Dynaſtiis Froberg, Monron & Heimersdorf, gaviſus erat, ea lege recepit, ut ſervitia feudalia Auſtriacis præſtaret, duceretque 20. homines armatos ad bellum, quotieſcunque monitus hac de re fuerit. An. MCCCCXLVII. itidem compromiſſum eſt in ſequeſtros per Fridericum Epiſc. Baſil. & Jo. Ludovicum de *Tulliers*, Dom. in Froberg, de multis rebus ab aliquo tempore inter ſe litigantes.

Jo. Ludovico ſucceſſit filius Dietericus, qui Mariam, Johannis Comitis de Arberg, Dom. in Valengin, filiam An. MCCCCLI. duxit uxorem. (*f*) Hunc Albertus Archidux de Frobergenſi Dynaſtia eodem, quo pater eam poſſederat, pacto inveſtivit An. MCCCCLIV. Dietericus Nicolaum & Stephanum filios reliquit, per quos familia hæc in duas ſtirpes abiit, *Heimersdorfii* (*g*) & *Frobergæ* caſtrorum nominibus diſtinctas. Prior, à Nicolao deſcendens, ſeptima generatione ſub finem ſeculi ſuperioris defecit, quum Franciſcus Joſephus, Franciſci filius, poſt An. MDCLXXX. natus, præmatura morte fuiſſet ſublatus.

## §. DXXXIX.

Rami diverſi.

Stephani, qui lineæ Froberg. auctor, nepos Johannes An. MDLXIX. Peronnam, Michaelis Comitis de *Viry* & Paulinæ Comitis de *Vergy* filiam, duxit uxorem, per quam deinceps Comitatus Rupenſis ad Frobergenſes noſtros pervenit. Johannis hujus nepos, Jo. Georgius, Leopoldi Archiducis Camerarius, ſub quo caſtrum Froberg An. MDCXXXV. à Gallis obſeſſum ac dirutum eſt, in numeroſa ſobole Beatum Albertum & Franc. Ignatium filios genuit, quorum prior lineæ de *Vaufrey*, poſterior lineæ *Hirſingenſis* conditor eſt. Beatus Albertus ex Guilielmi de Vergy Comitis, Paulinæ ſupra laudatæ patris, teſtamento, An. MCCCCXCIX. condito, in terris Vergianis ſucceſſit heres, quarum in locum An. MDCCIII. Comitatum Rupenſem Burgundiæ minoris (*h*) à Duciſſa Arembergenſi accepit. Rex Galliarum ei jus mercaturæ conceſſit in Vaufrey An. MDCXCI. Ex Apollonia de Reinach, Jo. Conradi Epiſcopi Baſil. ſorore, Dietericum ſuſcepit, qui An. MDCCXXXV. defunctus, novem liberos procreavit, in quibus Jo. Georgius, Capituli majoris Baſil. Canonicus, & Beatus Baptiſta, cui Rinckia de Baldenſtein, hodierni Principis & Epiſc. Baſil. ſoror, Anno MDCCXXXVI. nupſit, ſuæ lineæ propagator.

Rami

(*a*) *Meſſire Johan de Montjoye, Chevalier, fils de notre amé feal Chevalier & Chambellan Meſſire Loys de Montjoie, Mareſchal de notre S. Pere le Pape.*

(*b*) *Chevallier, Conſeiller & Chambellan de Mgr. le Roy Loys, Roy de Jeruſalem & de Sicile &c.*

(*c*) Vocant eum *noſtrum lieben Oehem Ludewig von Gliers Herre zu Froberg.*

(*d*) Teſte epitaphio, quod ei Avenione poſitum eſt: *Cy giſt Meſſire Louis Sr. de Montjoye du Diocese de Beſançon, qui fut Mareschal de N. S. P. le Pape Clement VII. & Conſeiller Chambellan du Roy de France & par l'ordonnance de notre dit S. Pere ſans changer ſon office, Mareschal & Vice-Roy au Royaume de Sicile & de Naples pour les Roys Louis I. & II qui trepaſſa de ce ſiecle le 23. Juin 1426.*

(*e*) Hardemontium terra Lotharingiæ eſt in Præfectura Romaricimontis. Ejusdem nominis prædium prope *Valfroicourt*.

(*f*) Ab hoc Dieterico incipit ſtemma Tullierianum, quod Bucelinus dedit in *Germania Stemmato-graphi*, Part. 2. pag. 114.

(*g*) Gall. *Emericourt*.

(*h*) Vid. ſupra pag. 53. not.

Rami Hirſing. auctor, Franc. Ignatius, exercituum regiorum ductor, A. MDCCXVI. mortuus, pater fuit Phil. Antonii, haud pridem extincti, qui Ordinis Teut. in Burgundia & Alſatia Commendator, copiarum Electoris Colon. Legatus, Bavariæ equitum Magiſter & Caroli VII. Imp. ad Helvetios Orator, ab eodem Cæſare dignitatem Comitis S. R. Imp. ſibi, fratribus ſuis ac illorum poſteris An. MDCCXLIII. acquiſivit. Frater Magnus Carolus, nuper defunctus, hanc lineam continuavit. Jure monetandi Frobergenſes olim uſos fuiſſe, ex Caroli V. Imp. literis patet, quibus nummos Frobergæ cuſos in Comitatu ſuo Burgundiæ recipi vetuit An. MDLIV.

## *JESTETTEN.*

### §. DXL.

In Suevicis atque Helveticis monumentis à ſeculo XIII. frequens horum fit mentio. *B. de Jeſtettin* inter fidejuſſores nominatur, quos Epiſcopus Conſtant. An. MCCLXIX. Walthero de Clingen dedit. (*i*) Ex eadem gente Turico atque Schaffhuſio civitatibus olim plures fuerunt adſcripti. (*k*) Arx hujus nominis ad Rhenum, paucis infra Schaffhuſium leucis; qua Rudolfo, Sulzenſi Comiti, Cleggoviæque Landgravio, pro Dynaſtiæ Rothenburg. in Sundgovia parte fec. XVI. tradita, (*l*) in Mundatum Rubeacenſe ſup. Alſatiæ Jeſtettiorum tranſlata eſt ſedes. (*m*) Ex iis primus in Alſatia comparet Henricus, Murbacenſis Capituli An. MDXLII. Decanus. (*n*) Dein Henricus junior, Martini filius, cum patruo ſuo, Caſparo de Jeſtetten, Ordinis Teut. in Beucken Commendatore, An. MDLXV. occurrit. (*o*) Familia non dives ad interitum vergit.

## *KEMPF.*

### §. DXLI.

Kempfiorum ab *Angratt* ſive *Angreth* tabulam progonologicam Bucelinus (*p*) edidit, corrigendus in eo, quod Danielis, arcis Angrætt primi ex hac gente poſſeſſoris, (*q*) patri & avo id jam tribuit cognomen. Illorum cum Andlaviis, Ruoſtiis, Schalleris, Wetzeliis & Pfirdtiis affinitatem eadem tabula indicat. Cæſaris Caroli, qui exeunte ſeculo ſuperiore caſtrum Ungerſtein acquiſivit, (*r*) per Wilh. Antonium, adhuc vivum, nepos, Coeleſtinus, in Ordinem Teutonicum receptus, Præceptoria Rohr & Waldſtetten in Suevia fruitur. Familia ſedet Gebvillæ.

## *LANDENBERG.*

### §. DXLII.

In Kiburgi Comitatu Turicenſium ditionis tria caſtra Landenberg (*s*) tribus, Landenbergicæ gentis familiis nomina dederunt, ex quibus ſola Breiten-Landenbergenſis Turici & in Alſatia adhuc ſupereſt. Gens hæc multis illuſtrata decoribus in Hiſtoria floret. Peregrinum vel Beringerum de Landenberg Annales Helvetici norunt; qui poſtremus Imperii apud Subſilvanos Præfectus ab iisdem ejectus eſt, quod eos, Alberti I. Regis Germaniæ juſſu, ex liberis Imperii civibus Auſtriacos reddere ſtuduerat. (*t*) Ultimo Comiti de Habsburg, Laufenburgicæ lineæ, An. MCCCXCIII. nupſerat Agnes de Landenberg. (*u*) Hermannus & Hugo de Hohen-Landenberg An. MCCCCLXVI. & MCCCCXCVI. Epiſcopi Conſtantienſes electi ſunt. (*x*) Poſterior obiit A. MDXXXII. Circa idem tempus Breiten-Landenbergenſium primus religionis cauſa Turico in Alſatiam migravit Johannes; cujus ex Maria de Hugenbach filius, Matthias Jacobus, ab Auſtriacis caſtellum in Banvillario, una cum ſpe Hugenbachiis olim in vicis Niderſept

---

(*i*) Herrg. *Geneal. Habsb.* Tom. III. num. 503.

(*k*) Leu *Lexic. Helvet.* Tom. X. pag. 530. ubi auctor Familiæ hujus in Alſatiam tranſitum ignoraſſe videtur.

(*l*) Vide ſupra pag. 55. Addo hic ad ea, quæ de Rothenburgenſi Dynaſtia expoſui, quod illam feudum Imperii, Burgundiæ Comitibus collatum, fuiſſe, ex Archivi Oenipontani tabulis, mecum modo communicatis, intellexi. Rudolfus I. Imp. Rothenburgi traditionem, ab Ottone, Burgundiæ Com. fratri ejus Hugoni factam, An. MCCXCI. irritam pronuntiavit, alitiique literis permiſit, ut Otto feudum hoc conjugi ſuæ Mechtildi donaret. A Mechtilde ad Ulricum II. Phirreti Comitem, inde ad Auſtriacos illud mex tranſiit, ſub quibus vinculum feudale paulatim disparuit.

(*m*) De qua pag. 83. fin. ubi ex his corrigenda ſunt quædam.

(*n*) De hoc pag. 95. §. CLIV.

(*o*) Luck. Collect. Geneal. MS.

(*p*) Opp. Tom. II. pag. 181.

(*q*) De quo pag. 100.

(*r*) Ibidem.

(*s*) *Altten-Landenberg*, *Hohen-Landenberg* & *Breiten-Landenberg*, de quibus caſtris vid. Leu *Schweizer-Lexic.* Tom. XI. pag. 310.

(*t*) Simler *de Rep. Helvet.* Lib. I. ceterique ſcriptores Helvetici omnes.

(*u*) Herrg. *Genealog. Habsburg.* Tom. I. p. 241.

(*x*) Manlii *Chron. Conſtant.* ap. Pistor. *Scriptt. Rer. Germ.* Tom. 3. pag. 769. & 773.

Sept (*y*) & Bartenheim ex parte ſuccedendi, An. MDLXXX. accepit. Spes hæc impleta eſt An. MDCCIV. Matthiæ Jac. ex Anaſtaſia de Phirreto filii erant Jo. Chriſtophorus, Vicedominus Murbac. & Wilhelmus Petrus de Landenberg, quorum ille lineam *Sulzmatenſem*, hic *Hzachium* condidit.

Prior linea continuata eſt per Melchiorem Antonium, Jo. Chriſtophori filium natu majorem, cujus frater, Ulr. Wilhelmus, caſtro & oppido Belfortenſi præfectus, inſignia bona familiæ ſuæ à Comite Ortenbergico An. MDXCIII. comparavit. Melchioris Antonii filius fuit Frid. Adolfus, pater Joſephi Euſebii & Mariæ Sal. per XXX. annos Albæ Dominarum Abbàtiſſæ. Ex Joſ. Euſebio nati ſunt Jo. Conradus, Canonicus & Archidiaconus Baſil. An. MDCCXL. defunctus; Beatus Sebaſtianus, ſupremi Alſatiæ Senatus ex Ordine Equitum ab An. MDCCXII. Aſſeſſor, cui Truchſeſſia de Rheinfelden nupta; Wilhelmus Jacobus, Ordinis Teuton. Commendator Friburgi, qui Anno MDCCLV. ſepultus; Jo. Baptiſta, cujus uxor Andlavio-Birſeckia. His accedit ſoror, Maria Beatrix, Princeps Abbatiſſa Andlaviæ, quæ adhuc in vivis.

Alteram lineam,. quæ ab Illzacho nomen habet, Wilhelmus Petrus, ut dictum eſt, condidit, Leopoldo Archiduci à conſiliis, poſtquam à fratre ejus Maximiliano dimidium caſtrum Illzach & vicum hujus nominis An. MDCXVI. accepiſſet in feudum, quod Hohenſürſtii poſſederant, (*z*) ex quibus Annam ille duxerat uxorem. Succeſſit ei filius Jo. Chriſtophorus, An. MDCLVIII. mortuus; nepos ex Anna Maria de Reinach ſuſceptus, Joh. Henricus, qui An. MDCXCVIII. obiit; pronepos Ludovicus Cæſar, quem An. MDCCLI. denique excepit filius ejus Ludov. Franc. Antonius Sebaſtianus, ſupremi quoque Alſatiæ Senatus ab An. MDCCLVIII. ex Ordine Equeſtri Aſſeſſor.

## *PFIRDT.*

### §. DXLII.

*Pfirt*, *Pfirretum*, *Ferrette*, celebre Sundgoviæ caſtrum, (*a*) & Comitibus pridem extinctis, (*b*) & Miniſteriali horum familiæ, quæ adhuc viget, nomen ſuum impreſſit. Henricum de *Phirreto* Ulricus I. Phirreti Comes An. MCCXXXIII. inter Miniſteriales ſuos diſerte refert. (*c*) Ulricus II. Comes cum Theobaldo & Ulrico de Pfirt, Militibus, An. MCCCXXII. transegit; jura ſua in caſtro Liebenſtein, in vicis Oltingen & Lauter, quartam partem decimarum in Pfirt, aliaque ipſis beneficio feudali relinquens. Idem Ulricus Comes biennio poſt conditi à ſe teſtamenti executores nuncupavit Conr. Wernherum de Hadſtatt, dictum *Gutemann*, & Ulricum de Pfirt, Milites. Teſtis ei ſubſcripſit Johannes de Pfirt, Miles. (*d*) Die ſequenti obiit Ulricus Comes, gentis ſuæ poſtremus. Ulmannum de Pfirt, Ulrici filium, inter primos Sundgoviæ, ad Auſtriacos translatæ, Brisgoviæque Advocatos provinciales medio ſec. XIV. fuiſſe, ſupra docuimus. (*e*) Huic Auſtriæ Duces vicum Carolsbach An. MCCCLXV. contulerunt in feudum. (*f*) Ulmanni nepos Pantaleon Theobaldum & Jo. Ulricum genuit, à quibus duæ lineæ deſcendunt, quarum prior, *Theobaldina*, morte Franc. Theobaldi Anno MDCCXXIX. defecit; poſterior, *Ulriciana*, per Franc. Conradum & Jac. Chriſtophorum, Phil. Henrici, Pragæ MDLXXVI. defuncti filios, Ulrici pronepotes, in duas ſubdivifa eſt, *Carolsbucenſem* & *Florimontanam*, quæ durant hodieque. Ex Carolsbacenſi prodiit Jo. Reinhardus, qui de Ferdinando III. Imp. præclare meritus, *Baronis* titulo condecoratus eſt. Ex filiis ejus Frid. Ignatius Eccleſiæ Aichſtettenſis Canonicus; Conr. Carolus Anton. Ordinis Teutonici Equus fuerunt; Jo. Baptiſta genus propagavit, relicto herede Fr. Antonio, Barone de Pfirdt, qui Franciſcam ex Oberſteinbrunnenſi Reinachiorum ſtirpe oriundam, An. MDCCXLI. duxit uxorem. Florimontanam lineam, à Jac. Chriſtophoro conditam, Rudolfus, Beatus Andreas & Jo. Jacobus continuarunt.

Præterea ramus *Zillisheimenſis*, ab Ottone de Pfirt, qui ſub finem ſec. XV. vixit, deſcendens, haud ita pridem exaruit. Ex hoc Jo. Adamus, Archiducum Conſiliarius & Sundgoviæ Præfectus, durante bello tricennali, Alſatia exul, An. MDCLI. obiit. Filiorum alter, Canonicus Herbipolitanus & Baſil. ante patrem expiravit; alter ex Maria Anna de Schœnau Fr. Joſephum, Jo. Conradum & Jo. Gaſparum ſuſcepit; quorum ultimus Ordinis Teut. in Rufaco Commendator; medius Eccleſiæ Baſil. Præpoſitus An. MDCCIX. deceſſit. Primus autem ex Weſſenbergia conjuge Bernhardum, Abbatiæ Murbac. & Ludr. Præpoſitum, ac Phil. Jacobum, Canon. Baſ. An. MCCXXL moriens reliquit.

*REICH*

(*y*) De quo pag. 50. §. 75.
(*z*) Vid. ſupra pag. 40.
(*a*) De quo pag. 32.
(*b*) Vid. ſupra pag. 609.
(*c*) Inſtrumentum ap. Herrg. *Cod. Diplom.* n. 297.
(*d*) Steyerer *Vita Alberti II. Auſtr. Ducis* p. 82.
(*e*) Pag. 595. init.
(*f*) Vid. pag. 39. med.

## *REICH DE REICHENSTEIN.*

### §. DXLII.

Reichenſteinium Caſtrum, inter Münchenſteiniam & Birſeckiam arces, in Raurico atque in ditione Epiſcopi Baſil. ſitum, jam pridem deſtructum, Reichiis de Reichenſtein gentilitium vel hereditarium nomen imprellit. Reichii, relictis dudum Rauracis, partim Inzlingæ & Brombaci Rœtelanæ Dynaſtiæ trans Rhenum, partim in Sundgovia noſtra ſedes fixerunt. Ab initio, cum Reichenſteinium vel nondum acceſſent, vel nondum fuiſſet exſtructum, omiſſo ejus nomine ſimpliciter *Rich*, *Rych*, *Reich*, Latine *Dives* dicebantur. Rudolphus Dives ſententiam Rudolphi Habsb. Alſatiæ ſuper. Landgravii circa An. MCC. pro Abbatia Murbac. latam; Heinricus Dives Comitis de Froburg inſtrumenta An. MCCXLV. & MCCLXV. teſtes ſignarunt. (*g*) Rodolphus Dives, *Camerarius*, idem fecit in Comitum Thierſtein. literis An. MCCLXXV. (*h*) unde Camerarii Epiſcopatus Baſil. dignitatem, quam Reichii adhuc poſſident, genti huic jam tum illatam fuiſſe colligimus. Ex Reichiis his Petrus brevi poſt ad Epiſcopatum Baſilienſem à Pontifice Rom. promotus eſt, Heinrico Epiſcopo ad Archiepiſcopatum Mogunt. quem pars Capituli Petro deſtinaverat, evecto. (*i*) Petrus ille *Mathie Diviti*, *fratri & Camerario* ſuo, *ac Petro*, *nuto quondam Wilhelmi fratris* ſui, turrim Eccleſiæ Baſil. in monte *Richenſtein*, verſus Birſeckam, in *feodum*, *quod vulgariter Burgleben* appellatur, An. MCCXCII. contulit. (*k*) Idem *Mathias Dives*, Miles, Camerarius Eccleſiæ Baſil. caſtrum & vicum Brombach Eccleſiæ huic biennio poſt in feudum obtulit. Ex eadem familia Conſulatum plures geſſerunt Baſilcæ, (*l*) ubi jura civitatis hodieque retinent. Nonnulli à Baſilea acceperunt cognomen. Arnoldus Eccleſiæ Cathedr. Canonicus & Univerſitatis Baſil. Rector An. MCCCLXXVIII. vixit.

Petro *Rychen de Rychenſtein*, affini ſuo, Andlavienſes Nobiles vicum Safenheim (*m*) pro trecentis florenis oppignerarunt An. MCCCCLVI. Idem plurium Dynaſtiæ Phirretenſis locorum hereditatem paulo ante adierat; (*n*) caſtrumque Landscron An. MCCCCLXII. ſuo comparaverat ære. (*o*) His omnibus omnem illam Phirreti Dynaſtiam Marcus Reich pignus adjecit. (*p*) Marci hujus progeniem ad abnepotes usque Bucelinus (*q*) in lucem protulit, ſed imperfecte. Maria Urſula, anno decimo ſeculi ſuperioris in Abbatiſſam Andlaviæ electa, tempore belli tricennalis Soloduri exul vixit. Noſtra memoria Paulus Nicolaus conſiliis ſecretioribus Caroli VI. Imp. adhibitus, *Comitis* axiomate ornatus & Oratoris Cæſarei apud Helvetios munere functus eſt. (*r*) Placidus, Præfectus & Amarinus An. MDCCXXXVIII. in Abbatia Murbacenſi Capitulares vixerunt.

Diverſi ab his Reichenſteinenſes (*s*) in Alſatia ſup. ſub finem ſec. XVI. extincti ſunt, ab alio caſtro Reichenſtein, quod ſupra Richovillam extitit, nomen habentes; ex quibus Fr. Ulricus Armiger An. MCCCCXLIII. & Michaël An. MCCCCLXXV. Sculteti Imperiales Keiſersbergæ vixerunt. Johannes de Richenſtein, ſenior, Armiger, An. MCCCCXLIX. Kienshemii ſedit, ubi poſtremus gentis, Fr. Theobaldus, juxta Clementiam de Pfirt, uxorem ſuam, in ſano S. Crucis An. MDXCVII. ſepultus eſt. Reichios de Platz, Tirolenſes origine, inter Alſatiæ inferioris Nobiles infra recenſeo.

## *REINACH.*

### §. DXLIII.

Duplex caſtrum Reinach & vicus ejuſdem nominis, (*t*) in Lenzburgenſi Bernenſium præfectura, prope vicum Lucernenſem *Pfeffikon*, Reinachianæ gentis primaria ſedes fuit; ex qua per Helvetios, prœlio Sempacenſi victores, An. MCCCLXXXVI. Origo Helvet.



(*g*) Herrgott *Geneal. Habsb.* Tom. II. num. 344. & 472.
(*h*) Ibid. Tom. III. num. 550.
(*i*) Ursus. *Chron. Bafil.* Lib. III. pag. 141. ſq.
(*k*) Tabular. Epiſc. Baſil.
(*l*) Ursus. l. c. pag. 25. & pag. 142. ſq.
(*m*) De quo ſupra pag. 72. init.
(*n*) Supra pag. 36. §. LIII.
(*o*) Pag. 61. §. XXVI.
(*p*) Vid. pag. 37. §. LIV.
(*q*) *Germania Topo-Chrono-ſtemmatographica* Part. IV. pag. 223.
(*r*) Leu *Lexic. Helvet.* Tom. XV. pag. 140.
(*s*) Qui ſimpliciter de Reichenſtein, non Reich de Reichenſtein, dicti ſunt; diverſis quoque inſignibus uſi.
(*t*) *Rynach*, *Rynacha* curtis in chartis MXXXVI. & MXLV. inter poſſeſſiones Advocati monaſterii Seronis legitur ap. Herrg. *Geneal. Habsburg.* Tom. II. num. 173. & 176. In vico hoc Reinachiorum ſedes erat caſtellum, aliudque in monte vicino, quod *Hohen-Rynach* appellatum. vid. Leu *Lexic. Helvet.* voce *Rynach*.

ejecta in Sundgoviam, Auſtriacis, quibus adhæſerat, obnoxiam, tranſivit. Extat in Bucelino (*u*) Reinachiorum ſtemma, quod Wernherum de Gauenſtein fatorem illorum An. MXL. conſtituit. Arnoldus & frater ejus Heſſo de *Rinacho* in charta concambii inter Eccleſiam Montis Angelorum & Rudolfum, Comitem de Habsburg, An. MCCX. inter teſtes leguntur. (*x*) Ita quoque Jacobus de *Rinnach*, Miles, in literis An. MCCLXVII. (*y*) Inter Ulricum & Cononem de Rinacho, fratres Milites, lis de nonnullis apud Bachtala ſervis interceſſit, quæ An. MCCLXXIII. amice compoſita. (*z*) In prœlio, quod diximus, Sempacenſi, præter unum Hannemannum Reinachii omnes, quotquot tum vixerant, pro Domo Auſtriaca pugnaſſe & occubuiſſe dicuntur. (*a*) Hannemannus ille Miles, ampliſſimo ſuo patrimonio ſpoliatus, Johannis Comitis de Habsburg, Lauffenburgicæ lineæ, favore uſus An. MCCCXCIII. ejuſdem nomine Lauffenburgi judicem egit. (*b*) Poſtea vel ipſe, vel Ulricus de Reinach, filius ejus, in Alſatiam Auſtriacam deſcendit, ubi duo Ulrici filii, Joh. Erhardus & Henricus, peculiarem uterque ſtirpem condiderunt.

## §. DXLIV.

Alſatia ſedes.

Jo. Erhardi propago per tres ejus filios Bernhardum, Jacobum & Ludovicum, in totidem ramos abit, quorum primus à *Fauſſemagne*, ſecundus ab *Oberſteinbrunn*, tertius à *Munſterolio* ſive *Montreux* cognomen accepit. Munſterolius cum Carolo Philippo de Reinach An. MDCCIV. periit. (*c*) Ex Oberſteinbrunnenſi Jacobus Siſinnundus, Sigiſmundi filius, Jacobi, qui conditor hujus rami, atnepos, Epiſcopus Baſil. obiit An. MDCCXLIII. Ex fratribus ejus Jac. Antonius Ordinis Teutonici in Alſchhauſen Commendator fuit, Fr. Antonius autem genus propagavit.

Melchior, Bernhardi, qui rami ſenioris auctor, filius Maximiliano & Carolo V. Impp. carus, Comitatum Burgundiæ ipſorum nomine rexit; avus Jo. Theobaldi, per quem ramus hic in tres ſubdiviſus eſt lineas, quarum prima nomen *Fauſſemagne* retinet; reliquæ duæ à *Munzingen* & *Hirtzbach* cognominantur. Munzingenſis Anno MDCCXXX. cum Beato Melchiore, Teut. Ordinis in Alſchhauſen Commendatore, deleta eſt. Hirzbacenſem, à Melchiore, Jo. Theobaldi filio juniore, cœptam, nepotes ejus, Johannes Conradus & Johannes Baptiſta, illuſtrarunt. Ille ab An. MDCCV. ad MDCCXXXVII. Eccleſiam Baſil. rexit; hic fratris ſui Coadjutor An. MDCCXXIV. fuit electus, quem tamen An. MDCCXXXI. morte prævenit. Alter Epiſcopi frater, in ſeculo relictus, filium reliquit Fr. Cæſimirum Hamannum, qui ab A. MDCCXXXI. ſupremo Alſatiæ Tribunali, quod Colmariæ ſedet, ex Ordine Equeſtri ſenator adſcriptus eſt.

Redimus ad lineam natu majorem, à *Fauſſemagne* dictam, cujus auctor eſt Jo. Henricus, illuſtriſſimus Germaniæ heros, Briſaco ad Rhenum per novem menſes contra Suecos & Gallos An. MDCXXXVIII. fortiſſime deſenſo celebris; (*d*) unde ſibi, fratribus ac poſteris ſuis cum novo *Baronis* axiomate nova quoque inſignia (*e*) à Ferdinando III. Imp. acquiſivit. Ratisbonæ deinde præfectus obiit An. MDCXLV. Nepos ejus, Franc. Joſephus Ignatius, vicos *Fontaine*, *Desgranges* & *Colonge* A. MDCCXVII. coëmit; Franciſco Leop. de Roppach, gentis ſuæ poſtremo, Roppaci beneficio Regis An. MDCCXXIX. ſucceſſit, ac dignationem *Comitis*, An. MDCCXVIII. Regio diplomate acceptam, poſteris ſuis reliquit. Hujus frater Franc. Wilhelmus Baro, dictus de *Word*, (*f*) filium ejuſdem ſui nominis genuit, qui ſupremo Alſatiæ Tribunali Senator Equeſtris ab An. MDCCXXXVIII. aſſidet.

Hi ſunt rami ac lineæ Reinach. à Jo. Erhardo deſcendentes, cujus fratrem Henricum peculiarem quoque ſtirpem conſtituiſſe diximus, *Heydvillereuſem* nempe, quæ ſexta ab Henrico ito generatione in Phil. Ignatio hodieque floret.

*ROTBERG.*

(*u*) Opp. Part. III. pag. 271.
(*x*) Herrg. l. c. num. 262.
(*y*) Ibid. num. 486.
(*z*) Ibid. Vol. III. num. 532.
(*a*) Vid. ſupra pag. 101. §. XCV.
(*b*) Sententia judicialis ab eo lata ap. Herrg. l. c. num. 892.
(*c*) Vid. ſupra pag. 51.
(*d*) De hac obſidione pleni ſunt belli tricennalis ſcriptores, à quibus omnibus Reinachii celebrantur laudes. Theatr. Europ. Tom. III.
(*e*) Reinachii, uti Habsburgici, Leonem habent in clypeo, cui enſis, ſceptrum, trabes rubræ cum aliis jam ornamentis acceſſerunt.
(*f*) De quo cuſtro vid. pag. 172. §. CCXCIX.

## *ROTBERG.*

### §. DXLV.

Nominis *Rotberg*, *Ratberg* origo ex arce, quæ in civitatis Solodurenſis Præfectura *Dornach* prope monaſterium S. Mariæ ad Lapidem (*g*) ſita, cum pluribus vicis atque villis, ab illa pendentibus, ad Rotbergios Nobiles olim ſpectavit. Hos ab Anno MCCXXVII. Alſatia ſibi vindicat, quo Ulricus, Johannes & Wernherus de Rotberg, Milites, vicum Ratelsdorf cum jure patronatus à Theobaldo, Comite Phirreteníi, acceperunt in feudum. (*b*) Cum Eptingenſibus, Bærenfelſiis, Reichiis, Zurheiniis jure civitatis Baſileæ gaviſi, non tantum primarios ibi Conſulatus honores, (*i*) ſed & ſummas in Eccleſia Baſil. dignitates adepti ſunt. Arnoldus ſane de Rotberg, D. Jur. Can. An. MCCCCLI. ex Decano Capituli creatus eſt hujus Eccleſiæ Epiſcopus, cui per ſeptennium præfuit. (*k*) Tunc temporis officium Archimagiri & vicus Kembs (*l*) beneficio hujus Eccleſiæ ad Rotbergios pervenit. Felix V. Papa ex bonis Abbatiæ Paterniac. vicum Höllſtein eiſdem An. MCCCCXLV. donavit, qui per filias Arnoldi ad Reichios & Andlavios cum aliis bonis tranſivit. (*m*) Bernhardus Miles, Conſul Baſil. Fridericum IV. Imp. nomine civitatis ſuæ An. MCCCCLII. Romam ſecutus eſt; ac decennio poſt Eccleſiæ Baſil. jura ſua in Arnoldi Epiſcopi, fratris ſui defuncti, hereditatem dimiſit. Bernhardi filius, Adelbergius, in eadem Eccleſia majoris Capituli Decanus vixit.

Rotbergii ſuas in Rauracis opes, Rotbergam, Fürſtenſtein, Munchenberg arces, cum vicis Mezerlen, Hoffſtætten, Weitersweil, Rottersdorf, Lœwenhauſen &c. Anno MDXV. Solodurenſibus pro 4400. aureis vendiderunt, cujus pecuniæ partem poſtremam Jacobus Rotbergius An. MDLV. accepit. Ab hoc tempore Bamlaci ac Rhenovillæ in Briſgovia ſedes gentis fuit, ex qua Wolf. Sigismundus quatuor civitatibus ſilveſtribus ad Rhenum An. MDLXXVII. præfectus erat; Leopoldus Melchior, majorum gloriam nuper æmulatus, Bada-Durlacenſi & Hallo-Caſtellanæ Aulis ita placuit, ut illa ad Bavarum & Palatinum Electores, hæc ad Poloniæ Regem & Helvetios legationes ei commiſerit. (*n*) Filius ejus in Aula Gothana floret.

## *SCHAUENBURG.*

### §. DXLVI.

Frequens hoc in Germania caſtrorum atque natum inde generoſis Familiis nomen. (*o*) Unde, ne diverſa miſceantur, cavendum. In finitimis Alſatiæ regionibus duæ ejuſdem nominis, una in Rauracis ſupra Baſileam, (*p*) altera in Ortenavia probe Oberkircham, vetuſtæ arces occurrunt; unde duplex quoque Schauenburgicum genus, Rauracenſe & Ortenavienſe, prodiit; quorum illud deletum, hoc in plures ſtirpes diviſum in Alſatia, Moravia, Briſgovia & in Luxemburgi Ducatu floret. Origo ex Ortenavia.

Utha, Godfridi, Calvenſis Comitis, & Luitgardis Zaring. filia, uxor Welfonis, qui frater fuit Henrici Superbi, Bavariæ & Saxoniæ Ducis, (*q*) Schauenburgum Ortenaviæ medio ſeculo XII. poſſedit; unde in monaſterii Omnium Sanctorum in Nigra Silva, quod ipſa cum marito ſuo fundavit, tabulis antiquis *Ducissa de Scawenpurc* appellatur. (*r*) Uthæ proximi, ut ex iisdem tabulis liquet, heredes erant Eberſteinenſes Comites, penes quos dominium caſtri directum deinceps conſtanter permanſit. Vaſallum & Miniſterialem illa tum habuit Fridericum de *Scawenpurc*, per quem fundationis iſtius, ab Henrico VI. Imp. probatæ, literas in majoris Eccleſiæ Argent. altari deponi curavit. Hertwigum Militem de *Schowinburc* charta Epiſcopi Argent. A. MCCXLIX. in cauſa quadam Reinhardi Militis de Winegge cum monachis Omnium Sanctorum arbitrium prodit. (*s*)



(*g*) *Marienſtein.*
(*b*) De feudo hoc ſupra pag. 36. med.
(*i*) Ulrtis. *Chron. Baſil.* Lib. I. pag. 19. & Lib. III. pag. 242.
(*k*) Ibid. Lib. VI. pag. 419.
(*l*) De quo pag. 61. §. XCIII.
(*m*) *Merckwurdigk. der Landſchaffi Baſel* Part. II. pag. 137. & Part. XIII. pag. 1590.
(*n*) Leu *Lexic. Helvet.* Tom. XV. voce *Rotberg.*
(*o*) Gauhens *Adels-Lexicon* Tom. II. pag. 2040.
(*p*) Ulrtis. *Chron. Baſil.* pag. 11.
(*q*) Schreidi *Origines Guelf.* Tom. II. pag. 389.
(*r*) Crusius *Annal. Suev.* Part. II. Lib. VIII. p. 261. ſq. Ita Clementia Zaring. marito ſuo, Henrico Leoni, Superbi filio, Welphonis Ducis ex fratre nepoti, caſtrum Baden cum centum Miniſterialibus attuli.
(*s*) Schannat *Vindem. Liter.* Collect. I. p. 144.

Fridericus & Conradus de Schauenburg, Milites, A. MCCCXXX. & MCCCXXXVI. in bonis ſuis in Ebersweiler & Noppenau, permiſſu Domini directi, Conradi Friburg. Comitis, vidualitia conſtituerunt. Conradus Armiger, Friderici filius, Heinricum & Burcardum Kalb de Schauenburg heredes ſuos An. MCCCLI. inſtituit. Kalbii hi caſtrenſes in Schauenburg quoque cum eſſent, commune hinc ſumſerunt agnomen, æque ac Winterbachii. Volmaro de Schauenb. vetus caſtrum Neuenſtein & ſexta Schauenburgi pars, Badenſe illud, hæc Eberſteinenſe feudum, Ludovici Winterbachii de Schauenburg & Johannis de Stauffenberg morte vacans, An. MCCCCV. fuit collatum. Orta hinc linea Schauenburgica, à *Winterbach* cognominata, quæ cum Jo. Reinhardo An. MDXCIV. defecit.

## §. DXLVII.

In Alſatiam tranſitus.

Eodem ſeculo XV. plures hujus gentis in Alſatiam tranſierunt. Georgius à Marchione Badenſi homines inter Ellum & Scheram alibique in Alſatia adventitios Anno MCCCCLV. feudali nactus eſt lege; cum Reinhardo & Friderico fratribus quinquennio poſt Principis ſui, Caroli Marchionis, fratres, in caſtro Henheim ſervaturus captivos. (*t*) Reinhardus ille Agatha, Werſici Bock de Stauffenberg & Claræ de Moerſperg filia, ducta uxore, caſtrum Jungholz An. MCCCCLXXI. ab Eccleſia Argent. coepit tenere. (*u*) Sed & Beatus à Schauenburg Alſatica fenda, quibus Friderico de Thann in Waſſelnheim, Miles, Dynaſtiæ Geroldseckianæ ad Vofagum beneficio fruitus erat, An. MCCCCLXXXIII. acquiſivit. Ita brevi tempore utraque Alſatia, ſuperior & inferior, Schauenburgenſes ex Ortenavia cives recepit; inter quos propago Reinhardi felicior reliquis fuit. Is & Eccleliæ Argent. & Auſtriacorum jura in Jungholz atque Rimbach conjunxit, pater Nicolai, qui Tribunus Militum factus nonagenario major An. MDXL. deceſſit. Nicolai hujus nepos, Ulricus Theobaldus, collecta pulcherrima Hatſtadienſium hereditate, (*x*) novus quaſi ſtirpis ſuæ in Alſatia conditor extitit. Ex numeroſa, quam reliquit, quamque Maximilianus Archidux A. MDCXIII. de feudis Auſtriacis inveſtivit, progenie Hannibal, Ordinis S. Johannis Eques, Auſtriacis virtutem ſuam bello tricennali adeo probavit, ut ducis exercitus, Comitisque titulo ornatus, ac Dynaſtia Stauffenſi in Britgovia pignoris nomine locupletatus fuerit. Hujus fratres, Jo. Reinhardus, Advocatus provincialis Ortenaviæ, *Herlisheimenſem* per Rudolfum & *Moravicam* per Ern. Volmarum; Chriſtophorus *Jungholzianam* per Jo. Gaſparum & *Friburgenſem* per Rud. Henricum, filios ſuos, lineas formarunt, quæ cum adhuc durent, ut ab alio Schauenburgenſium non Alſatico ramo (*y*) diſtinguantur, *Ulrico-Theobaldinæ* uno nomine dicuntur.

Herlisheimenſem lineam Rudolfi, conditoris ejus, nepotes hodie illuſtrant, Beatus Antonius, Ord. Teut. Commendator in Beucken, & Jo. Baptiſta, Ord. S Johannis ab An. MDCCLV. per Germaniam Magiſter, S. R. I. Princeps in Heitersheim; quorum frater, Fr. Joſephus, fœcundo matrimonio gentem propagat; Jo. Conradus, Sulzbaci reſidens, ſtipendiis militaribus ornat.

## *TRUCHSESS DE RHEINFELDEN.*

## §. DXLVIII.

Quadraginta familiæ nobiles olim in Germania floruerunt, quibus ab officio Dapiferatus, quo in Principum, ſecularium & eccleſiaſticorum, aulis fungebantur, Dapiferorum, Germ. *Truchſeſs*, hereditarium nomen inhæſit. (*z*) Alſatia ſuperior duas aluit, ante plura jam ſecula ab exteris in eam delatas, quibus à *Wolhauſen*, caſtro Helvetiæ, (*a*) & à *Rheinfelden* cognomen. Sed prior, vico Nider-Steinbrunn gaviſa, ſub finem ſeculi ſuperioris defecit. (*b*) Ex altera Henricus *Dapifer de Rinvelden*, Miles, An. MCCLXIII. primus comparet. (*c*) Alius ejuſdem nominis Judicio provinciali Alſatiæ ſuperioris An. MCCC. aſſeſſor interfuit. (*d*) Wernherus feudum caſtrenſe

(*s*) Conf. ſupra pag. 69.

(*u*) Vid. pag. 88. ſin.

(*x*) De oppidulis, caſtris ac vicis ad Schauenburgicos tum delatis vid. pag. 71. 88. ſq.

(*y*) Qui *Harthardianam* & *Luxemburgenſis* vocatur. Harthartus, à quo nomen habet, Tribunus Militum Biſpanus & Theodonisvillæ præfectus Anno MDLXX. poſteros ſuos in Luxemburgi Ducatu reliquit, qui caſtrum Schauenburg aliaque Ortenaviæ bona gentilitia cum Alſatica ſtirpe communiter poſſident.

(*a*) Plures earum recenſet Gauhens *Adels-Lexic.* Tom. II. pag. 2606. ſeq.

(*a*) An. MCCCLXXXVI. ab Helvetiis confœderatis dirutum eſt. Tschudi *Hiſt. Helvet.* Part I. p. 510.

(*b*) Vid. ſupra pag. 60. §. XCII. Ex familia hac Chriſtophorus & Johannes fratres vicum Beticken civitati Baſil. vendiderunt An. MDXIII. Vid. *Merckwürder Landſchaft Baſel* Patt. VIII. pag. 822.

(*c*) In charta Comitis Ludovici de Froburg apud Herrg. *Geneal. Habsb.* Tom. II. num. 462.

(*d*) Ibid. Tom. III. num. 693.

caſtrenſe Auſtr. in Thannis, Alſatiæ oppido, poſſedit An. MCCCLXI. quo Hermannus quoque Truchſeſs de Rheinfelden, Armiger vixit. (*e*) BUCELINUS, *Dapiferorum de Reinfelden* ſtemma genealogicum proferens, (*f*) circa idem tempus auctorem gentis conſtituit Georgium, quem monumenta, quæ perluſtramus, ignorant. Superficiaria Bucelini in Genealogicis ratio fidem ejus jam pridem reddidit doctis ſuſpectam. Ulricus, Hannemanni filius, in Eccleſia Baſil. Canonici & Cantoris dignitate conſpicuus erat An. MCCCCXXXI. (*g*) Caſtrenſi, quod diximus, feudo Auſtriaca alia extra Alſatiam, ut pars decimarum in Rappersvilla Helvetica, cum dimidia parte caſtri Mœrſperg in Sundgovia, juncta erant, cum An. MCCCCLXVI. Wernherus de iis per Sigiſmundum Archiducem inveſtiretur. Huic ſucceſſit filius Hannemannus Anno MCCCCLXXIX. pater Sebaſtiani & Adelberti, quos An. MCCCCXCIX. heredes reliquerat. Adelberti progenies in nepotibus exſpiravit. Sebaſtiano quinque filii erant, è quibus Hannemannus, Dynaſtiæ Richovillanæ à Duce Wirtenberg. præfectus, An. MDLXII. obiit, poſtquam frater natu major, Jacobus, A. MDXLIX. jam deceſſiſſet. Uterque ſanguinem propagavit.

Ex Hannemanni ſex filiis Jacobus, natu maximus, Dynaſtæ Rappolſtein. nomine præfecturam Geinar adminiſtravit, à quo tempore Truchſeſſii hi in Rappoltivilla noſtra frequentes vixerunt. Eidem Jacobo, Philippo & Blaſio, fratribus, feuda Imperii, quæ Hatſtadienſium interitu vacare videbantur, caſtrum inferius Hadſtatt, vicus Gimpach, Zimmerbach ex dimidia parte, curia libera in Amerſweiler, molendinum in Turinghein, vectigal in Ilenheim, à Rudolfo II. Imp. An. MDLXXXVI. collata ſunt. (*h*) Sed illorum magna pars in aliorum tum poteſtate jam fuerat. Jacobi filia Jacobea Abbatiæ S. Stephani Argent. ab A. MDCI. ad MDCXLVII. præfuit. (*i*) Philippus, Jacobi frater, inter alios filios Jo. Chriſtophorum genuit, avum Henrici Humperti, Ord. Teutonici Equitis, & Jo. Melchioris, cui An. MDCX. IV. defuncto Jo. Conradus, Bennvillæ habitans, Lud. Wilhelmus & Fr. Ignatius, fratres, una cum Franciſco & Joſepho Antonio, patruelibus, inveſtiti à Rege in feudis olim Auſtriacis ſucceſſerunt. His Nieder-Ensheim & Munchendorf, Eccleſiæ Baſil. feuda, accedunt, de quibus ſupra. (*k*) Regenfridus Truchſeſs à Rheinfelden, Abbatiæ Murbacenſis Capitularis, An. MDCCXLIII. obiit.

## *WALDNER DE FREUNDSTEIN.*

### §. DXLIX.

Martia ſoboles, ſemper armata, feudis & allodiis dives, in plures identidem ſubdiviſa familias; quæ vel à caſtris ſuis, vel à vicinis, ubi habitaverant, oppidis, Thann, Saltz & Gebweiler, agnomina cepere, donec ante aliquot ſecula omnes promiſcue *Waldneri à Freundſtein* dicerentur; gentilitiis trium avicularum rubrarum, totidem rupibus inſidentium, inſignibus uſi conſtanter.

Genealogia eorum ab initio ſeculi XIII. per XVI. generationes ad noſtrum uſque tempus clara luce procedit; efficios enim Hatſtiludiorum indices præteritus ſilentio. *Crafto de Gebwilre*, Miles, pater Conradi *Waldenarii*, Militis, An. MCCXXXV. transactioni Abbatiæ Murbac. cum Phirreti Comite interfuit. Craftoni Waldenario, Equiti, 50. marcas argenti pro equo ſe debere An. MCCCXV. profeſſus eſt Fridericus Auſtriacus, Rex Romanorum. Henricus dictus Kraft, Bertoldus, Hermannus & Wilhelmus, Milites, Waldenarii omnes, rogante Argentinenſi Epiſcopo, Abbatiæ Murbac. An. MCCCXLI. breves belli inducias conceſſerunt. Novennio poſt iidem Waldneri Turicenſibus, (*l*) Hermannus Waldenarius, Eques, Francofurtenſibus An. MCCCCLIX. vel intulerunt vel minati ſunt bellum. Hermannus hic ſingulari deinde apud Carolum Burg. Ducem, gratia floruit, à quo Conſiliarius An. MCCCCLXIX. & Alſatiæ Auſtriacæ Præfectus vicarius An. MCCCCLXXIII. creatus eſt. (*m*) Filii ejus, Anſtadius & Jacobus, Arg. Epiſcopi hoſtes, duobus fere millibus equitum peditumque ſtipati, Ruſacum & caſtrum Iſenburg armis occupare tentarunt; ſed conſilium incolis proditum caruit ſucceſſu. Poſt multiplicia damna utrimque accepta & illata pax denique coaluit An. MCCCCXC. Ex Anſtadii prole eminuit Chriſtophorus, S. Joh. Hierofol. Equitum ordini adſcriptus, qui in Rhodienſi obſidione An. MDXXIII. multis heroicæ virtutis ſpeciminibus contra Turcas editis occubuit.



(*e*) Hic legitur in litteris Epiſcopi Baſil. Anno MCCCLXIII. ibid. num. 823.
(*f*) Opp. Part. IV. pag. 61.
(*g*) USTIUS. *Chron. Baſil.* pag. 251.
(*h*) MOSER *Reichs-Hofſtaths-Proceß* Tom. III. p. 856.
(*i*) HUBERI *Bericht von S. Wilhelm und S. Stephan* pag. 160.
(*k*) Pag. 36. §. LIII. fin. & pag. 71. §. CX.
(*l*) ALBERTUS ARGENT. *Chron.* p. 155. ubi *Waldenarii de Snitz Alſatiæ* dicuntur.
(*m*) Conf. ſupra pag. 598. §. CCCVII.

## §. DL.

Neque vero ſago tantum Waldneros claruiſſe credendum, claruerunt & toga. Jo. Theobaldum Ferdinandus I. Imp. Advocatiæ provinciali Alſatiæ; (*n*) Georgium Wilh. An. MDCXL. extinctum, ejusque filium, Phil. Jacobum, Marchiones Bada-Durlacenſes Rœtelanæ & Sauſenbergicæ Dynaſtiis rectores præfecerunt ac judices. Noſtro denique ſeculo togatis virtutibus floruit Phil. Jacobi nepos, Frider. Ludovicus, conditor lineæ ſenioris, quæ *Schweighuſii* ſedet; An. MDCCXXXV. ſepultus Mulhuſii, ubi jure civitatis gaudet Familia. Chriſtianus Carolus frater lineam juniorem *Sierenziæ* condidit. Fridericus Ludovicus quinque filios reliquit, quorum natu maximus, Franc. Ludovicus, Bullionæ Legionis Ex-Tribunus, pater eſt Craftonis A. MDCCLII. nati; ſecundus, Chriſtianus Fridericus Dagobertus, Campimareſchallus, Helveticæ Legionis Tribunus, Ordinisque Equeſtris pro *Virtute bellica*, à Ludovico XV. nuper inſtituti, Helveticæ nationis Commendator primarius, An. MDCCXLVIII. à Rege *Comitis* dignitate, lineæ ſenioris primogenito inhæſura, condecoratus eſt. Sed & opes domus ſuæ Waldnerus hic Comes præclare adauxit, emptis Schweinhemio (*o*) & Bieshemio (*p*) vicis. Illum, probe Tabernas ſitum, cum Hartmansweiler & Rimbachzell, Mundati Rubeacenſis vicis, caſtro Olweiler vicinis, An. MDCCLX. commutavit. Trans Rhenum in Ortenavia tertiam partem vici Almansweiler à Wurmſeris de Vendenheim An. MDCCXLIX. acquiſivit, à quibus caſtrum & vicus Schmieheim in eadem Ortenavia ad patrem ejus matrimonio pervenerat. Fratrum ſeniorum virtutes æmulantur juniores, Chriſtianus Jacobus & Lud. Hermannus, ille in Helvetica Legione Pro-Tribuni, hic Equitis Teut. ac Bullionæ Legionis Tribuni honores adepti.

## *WESSENBERG.*

## §. DLI.

Ortus hujus Familiæ ex veteri Frickgoviæ caſtro, quod ad vicum Mandach, Arulam inter & Rhenum, in edito monte ſitum; (*q*) non ex vico Sundgoviæ Weſſenberg, (*r*) repetendus eſt. Caſtri illius partem Rudolfus de Weſſenberg conſenſu Domus Auſtriacæ, à qua nexu feudali pendebat, Bilgero de Heydorff A. MCCCCLIV. oppignerarit. (*s*)

Arnoldus de *Weſſenbere* inter liberæ conditionis homines, ante Miniſteriales, in charta Abbatiæ Seconienſis An. MCCVII. recenſetur. (*t*) Hugo de *Weſſenberch* in Comitum & Dynaſtarum claſſe ponitur An. MCCLIX. (*u*) biennioque poſt Johannes & Hugo de *Weſſinberg*, fratres, epitheto *Nobilis*, quod tum Dynaſtis competit, ſimul ornantur. (*x*) Hugonem de Weſſenberg, Eccleſiæ Baſil. Cuſtodem, Hermannus de Homberg Comes An. MCCXCVI. Epiſcopo Baſil. fidejuſſorem dedit. (*y*) Hæc de prima gentis origine & fede. Tranſitus ejus in Alſatiam num ante ſec. XV. ponendus, non liquet. Antonium & Johannem de Weſſenberg, fratres, de vico Liebensweiler, (*z*) ut & de caſtro Roppach (*a*) An. MCCCCLXXVIII. inveſtitos reperimus; quibus feudis brevi poſt vicus Cappel acceſſit. (*b*) Humbertus de Weſſenberg Anno MDXX. hujusque filii Jo. Jacobus & Jo. Caſparus An. MDLV. Jo. Chriſtophorus, ex Jo. Jacobo genitus, An. MDLXXIII. & MDXCVI. eorundem feudorum inveſtituram acceperunt. Gallica ſub periodo Humbertum patrem An. MDCLX. excepit Florianus; Florianum Rupertus filius An. MDCLXXXII. qui cum apud exteros ſtipendia mereret, anno ſequenti regia ſententia exutus eſt feudis; Alberto Allemanno, (*Lallemand*) Legionis Gallicæ Tribuno, in ejus locum ſuccedente. Res autem, interceſſione Magdalenæ de Kageneck, Ruperti de Weſſenberg viduæ, ex qua Rupertum Reinhardum reliquerat, jubente Regio judice, An. MDCXCVII. priſtinum in ſtatum reducta eſt. Ab An. MDCLXXXIV. Weſſenbergii Baronum de Ampringen titulo utuntur, quod Jo. Caſparus Baro de Ampringen, Ordinis Teut. Magiſter Princeps, Ducatus Sileſiæ Legatus Cæſareus, eos opum ac nominis ſui ſcripſerat heredes. Rupertus

(*n*) Supra pag. 577. med. Honeſtiſſimam miſſionem ſub initium anni MDLXII. cum annua 200. florenorum penſione à Ferdinando accepit.

(*o*) De quo pag. 265.

(*p*) Vicus hic, de quo pag. 272. cum villis Vogelgrien & Geiſſwaffer An. MDCCLVI. ab urbe Briſacenſi Waldnero Comiti venditus eſt.

(*q*) Urstis. *Chron. Baſil.* pag. 54.

(*r*) De quo ſupra pag. 48. §. LXXI.

(*s*) Codex feud. MS. Regiminis Enſisheim.

(*t*) Herrg. *Geneal. Habsb.* Tom. II. num. 260.

(*u*) Ibid. num. 421.

(*x*) Ibid. num. 447. Johannes de *Weſſenberc*, Nobilis, in literis Waltheri de Klingen, *monialibus* in Huſern datis, An. MCCLVI. ante Milites quosque legitur teſtis.

(*y*) *Merckwürdigk. der Landſch. Baſel* p. 1442.

(*z*) De quo pag. 36. med.

(*a*) Pag. 56. §. LXXXIII.

(*b*) Ibidem.

Rupertus Florianus Aulæ Elect. Saxonicæ à Conſiliis intimis & Ordinis Aquilæ Polonicæ Eques; Alex. Franciſcus in Capitulis Spirenſi & Wormat. Canonicus, hodieque florent.

## *ZU RHEIN.*

### §. DLII.

Latine *de Rheno*, Germanice *ze Rine*, ad Rhenum, ſcripſerunt veteres. Origo gentis ex Baſilea derivatur. Hugo de Reno & Wernerus, filius ejus, in Henrici VI. Rom. Regis diplomate, An. MCLXXXV. Baſilææ dato; (*c*) Johannes de Reno, Miles, in Epiſcopi Baſil. & Ulrici, Comitis Phirretarum, literis An. MCCXXX. & XXXV. leguntur teſtes. Cum Johanne Conradus & Rudolfus fratres de Reno in alio ejuſdem Ulrici Comitis inſtrumento An. MCCLXXI. comparent. (*d*) Hugonem ze *Rine* Præſul Baſil. Theobaldo, Phirretenſi Comiti, An. MCCLXXXI. ſponſorem obtulit. (*e*) Johannes Miles An. MCCXC. Burcardus Miles MCCCCXX. & Jacobus MCCCCLII. Baſilienſem, (*f*) Hertricus & Hugo, Milites, pater & filius, Anno MCCCLXIV. & LXXXV. Mulhuſinam (*g*) civitates ut Sculteti rexerunt & Conſules. Fridericus & Gaſparus Epiſcopalem Eccleſiæ Baſil. cathedram ſeculo XV. multos per annos ornarunt. (*h*) Hermannus Equitum S. Johannis per Germaniam Magiſter An. MCCCCXI. Baſilææ ſepultus eſt. (*i*)

Civitatis hujus honoribus ſub tempora mutatæ religionis excluſi Zu-Rheinii, de Domo Auſtriaca & Eccleſia Baſil. bene mereri continuarunt; quarum beneficio, uti ſupra oſtenſum, (*k*) plura Sundgoviæ loca poſſident. Curiam ſuam in Mulhauſen Jo. Sebaſtianus An. MDLIX. Auſtriacis obtulit.

Succeſſerunt ei Jacobus & Chriſtophorus filii An. MDLXXXVIII. per quos Zu-Rheiniorum ſtemma in duos ramos hodiernos, *Morſchwillerenſem* & *Pfaffſtadienſem*, abiit. Ex illa Jacobi nepos, Wilhelmus, ex hac Chriſtophori filius, Sebaſtianus, poſt pacem Weſtphalicam An. MDCLIII. à regio Alſatiæ ſenatu de feudis antea Auſtriacis Briſaci inveſtiti ſunt. (*l*)

Willielmi nepos, Franciſcus Joſephus, nunc caput familiæ, præter Franc. Antonium, Wormatienſis Eccleſiæ Canonicum, & Franc. Petrum, Ord. S. Johannis Equitem, procreavit filium natu maximum ſibi cognominem, ex quo natos vidit nepotes, Wilh. Jacobum, Canonicum Wurzburg. & Bruchſal. ac Franc. Joſephum. Sebaſtianus Jo. Franciſcum & Reinholdum genuit, ex quibus ille Pfaffſtadienſem continuavit, hic novam conditurus videbatur lineam, *Dornacenſem*, ex qua vero ſolus adhuc ſupereſt filius ejus, Wilh. Jacobus, Wormatienſis, Wurzburg. & Bruchſal. Canonicus; quum ex Jo. Franciſco duo nepotes ſuperſint, Philippus Jacobus, Legionis Waldneriange Pro-Tribunus, & Sebaſtianus, Aulæ Epiſcopalis Brundruti Mareſchallus. Ille tres filios habet, è quibus Philippus Legionis Eptiug. Centurio.

A Zu-Rheiniis hiſce diſtinguendi ſunt Nobiles, qui *am Rhyn* nominabantur, quosque Argentina circa An. MDXXX. Lucernam migraſſe, Bucelinus (*m*) refert. Henricus de Rheno, Collegiatæ S. Thomæ Argent. Theſaurarius, An. MCCCLV. & Arbogaſtus, Nicolai *Zum Rin*, Advocati olim in Gugenheim, filius, An. MD. Johannes de Rein, alias *Grünwald*, filius Adolfi, An. MDXLIX. Argentinæ vixerunt.

CORPORIS

(*c*) Herrg. *Genealog. Habsb.* Tom. II. num. 245.
(*d*) Ibidem num. 514.
(*e*) Ibid. num. 598.
(*f*) Urstis. *Chron. Baſil.* pag. 242.
(*g*) Heinr. Petri *Zu-Rheiniſche Chronica* MSS. MDCXL.
(*h*) Fridericus ab An. MCCCCXXXVII. ad An. MCCCCLI. Gaſparus ab An. MCCCCLXXIX. ad MDII. Cl. Sudani Baſilea ſacra pag. 306. ſqq.
(*i*) Tonjol.e *Monum. Baſil.* pag. 294.
(*k*) Pag. 39. fin.
(*l*) Literæ inveſtituræ ſtylo Germ. ſcriptæ ac ſigillo *Regiminis Superioris & Inferioris Alſatiæ* munitæ ſunt.
(*m*) Opp. Part. IV. pag. 227. Zurheinios cum his confundit Gauhen *Adels-Lexic.* Part. II. pag. 1879.

# CORPORIS EQUESTRIS ALSATIÆ INFER. NOBILES EX GERMANICA PERIODO.

## *ANDLAU.*

### §. DLIII.

Gens Alſatica, antiquitate, dignitate, opibus nulli Equeſtris Ordinis fecunda; cujus ſenior ex veteri Cæſarum privilegio, quod Carolus V. Imp. An. MDL. renovavit, *Equitis hereditarii S. R. Imperii* titulo gaudet. Primus, quem hiſtorica monumenta produnt, fuit *Otto de Andelaha Comes*, diplomatis monaſterio S. Blaſii à Conrado III. Imp. dati, An. MCL. teſtis. (*n*) Comitatum quendam ſibi Otto hic nomine Cæſaris haud dubie adminiſtravit. Rudolfus de *Andela* chartam fundationis monaſterii Trutenhuſani ſignavit An. MCLXXXI. Eberhardus *Dominus de Andelahe*, (*o*) civitati Arg. contra Waltherum Epiſcopum cum Landſpergiis opem ſuam An. MCCLXII. addixit. Eberhardi hujus filii, Rudolfus, Henricus & Eberhardus, *Milites de Andelach*, per Rudolfum I. Imp. de caſtro *Andela* An. MCCLXXIV. inveſtiti, (*p*) cum Duce Lothar. Friderico de lite quadam ſua per arbitros terminanda An. MCCLXXXVIII. convenerunt, in cujus rei inſtrumento autographo Andlavienſes, æque ac Dux Lothar. *nobiles viri* appellantur. Nimis longum eſſet recenſere viros, quos magno numero Domus hæc protulit, toga & ſago illuſtres, Eccleſiæ Principes, Abbates, (*q*) Abbatiſſas, (*r*) Præpoſitos, Teutonici & S. Johannis Ordinum Equites, (*s*) literarum patronos atque fautores inſignes. (*t*)

### §. DLIV.

Heinricus dictus *Stolzmann*, filius Rudolfi, Vicedomini Argent. qui caſtrum ſuum Andlau Eccleſiæ huic An. MCCCXLIV. in feudum obtulit, (*u*) per Waltherum & Petermannum filios duas lineas condidit, quarum prior, Huſiorum in feudis Auſtriacis per Hartungi de Domo filiam, Walthari uxorem, ſuccedens, (*x*) Alſatiæ ſuperiori illata eſt; poſterior, in Alſatia inferiore continuata, morte Alexandri A. MDCLXXIV. defecit.

A Walthero itaque & Lazaro, filio ejus, Auſtriaco Enſisheimii Advocato, omnes, quotquot nunc florent, Andlavii, in ſex ramos diviſi, deſcendunt. Lazarus ille, à Petro Hagenbachio, Caroli Audacis in Alſatia Advocato provinciali, A. MCCCCLXXIII. de feudis Auſtriacis inveſtitus, (*y*) Ludovicum & Johannem genuit, ante A. MDXXL defunctos. Ex Ludovico linea ſenior, quæ à *Kingersheimio* appellatur, exorta eſt, à Johanne reliquæ. Hic enim procreavit 1) Johannem II. cujus pronepos, Georgius Fridericus, An. MDCLXXV. mortuus, trium linearum, *Birſeck.* per Erneſtum Fridericum, *Andlavienſis* ſtrictius dictæ per Franc. Jacobum, *Wittenheimenſis* per Wolfg. Ludovicum, auctor extitit. 2) Lazarum II. patrem Ludovici III. qui *Homburgenſis*, & Theodorici, qui *Landavienſis* ſtirpium ſatores. Ex poſtrema hac Antonius, Corporis Equeſtris Alſatiæ infer. Senator, An. MDCCXXX. extinctus, Franc. Antonium, in Prætoriana Regis militia Exemptum, qui Advocatiam Keiſersbergenſem acquiſivit; (*z*) Armandum Gaſtonem, Regis Eleemoſynarium & Eccleſiæ Tull. Decanum; Leonorium Franc. exercituum regiorum Legatum, filios reliquit. Phil. Alexius, Capituli majoris Baſil. Præpoſitus nuper deceſſit. Ex Birſeckiana & Homburgenſi lineis in eodem Capitulo hodieque Canonici vivunt.

Inter

(*n*) Ap. Herrgott *Genealog. Habsburg.* Tom. 2. num. 227.

(*o*) *Eberhart der Herre von Andelahe.*

(*p*) Supra pag. 431. med.

(*q*) Murbaci Abbates creati ſunt Bartholomæus A. MCCCCXLVII. & Columbanus ab Andlau MDCLXII.

(*r*) Andlaviæ Abbatia princeps tres ex hac familia Abbatiſſas, Carharinam An. MCCCXLII. Sophiam MCCCCXLIV. Mariam Sophiam MDCCVIII. ſqq. habuit. S. Stephani, S. Odiliæ, aliasque feminarum Abbatias ſilentio hic tranſeo.

(*s*) Georgius Ordinis Teut. Commendator in Buchheim A. MDXXXIX. Arbogaſtus & Hermannus, fratres, Ord. S. Johannis Commendatores in Feldkirch & Baſilex fuerunt ſub initium ſec. XVII. imo Arbogaſtus Magiſter Ordinis ſui per Germaniam, adeoque Princeps Imperii, factus eſt.

(*t*) Georgius, Eccleſ. Baſil. & Lutenbacenſis Præpoſitus, primus Univerſitatis Baſil. Rector, Anno MCCCCLXVI. obiit. Tonjoi & *Monum. Baſil.* p. 9. Petrus de Andlo, Canonicus Colmar. ejuſdem Univerſitatis Vice-Cancellarius ſub idem tempus fuit, auctor libri de *Imperio Rom.*

(*u*) Supra pag 168.

(*x*) Vid. pag. 60. fin. & ſeq.

(*y*) In literis autograph. recenſentur caſtrum Wittenheim, vicus Kungersheim, à Werſico Bock de Stauffenberg emtus, curia in Enſisheim, vici Eſchholzwiler & Zumersheim, caſtrum in Battenheim, vicus Bellickin, curia in Giltwiler, vicus Kufar &c.

(*z*) Vid. pag. 594. §. CCXCVI.

Inter feuda, quæ poſſident, caſtra ſunt octo, unum oppidum, ac vici prope viginti. Singula hæc loca ſuo ordine indicavi. Pleraque erant vel Imperialia, (*a*) vel Auſtriaca, (*b*) quæ à Rege nunc utraque pendent. His Argentinenſis (*c*) & Baſilienſis (*d*) Epiſcopatuum; Andlavienſis (*e*) & Medianimonaſter. (*f*) Abbatiarum; ut & Lotharingica, Wirtenbergica, (*g*) Rappoltſteinenſia, (*h*) quædam accedunt.

Univerſa hæc feuda, indiviſa hactenus, feminis excluſis, ſoli poſſident mares. Andlavienſes olim, Principum & Eccleſiarum vaſalli, ſuam ipſi quoque curiam feudalem habuerunt. (*i*)

## *BERCKHEIM.*

### §. DLV.

Communem generis originem Berckhemios cum Andlaviis habere, ante trecentos fere jam annos ipſi Andlavienſes teſtati ſunt literis. (*k*). Inſignia, ut & plura bonæ olim communia inter eos extiterunt. Vicus, unde genti exortum eſt nomen, Andlaviæ proximus, hodie *Mittel-Bergheim.* (*l*) Lites varias inter Cunonem de *Berchem*, ſeniorem, qui Rudolfi I. Imp. Advocatus Alſatiæ fuerat, (*m*) & inter Andlavienſes fratres de multis in Andlaviæ valle alibique juribus, Otto de Ochſenſtein, Advocatus provinc. Alſatiæ, An. MCCLXXXII. ut arbiter decidit. Ad Berckhemios jus Advocatiæ, ad Andlavienſes Scultetatum vallis Andlaviæ ſpectaſſe, ex illius ævi inſtrumentis apparet. Gloria gentis, cujus ſtemma à ſec. XIII. Bucelinus (*n*) edidit, pacis bellique artibus feliciter continuata.

Omnia denique firmamenta ejus in Egenolfo, Jacobi filio, Smaſmanni nepote, poſita fuere, qui Mauritio ab Utenheim, avunculo ſuo, in vicis Innenheim & Kraut-Ergersheim An. MDCXVIII. ſucceſſit, trium filiorum parens, quorum ſinguli poſteros reliquerunt. Wilhelmus, Horburgenſi Comitatui præfectus, lineam *Jebsheimenſem*; Jo. Rudolfus *Kraut-Ergersheimianam*; Egenolfus *Rappoltſtivillanam* condiderunt; ex qua Phil. Fridericus, poſtremo Hanoviæ Comiti à Conſiliis ſecretioribus, Reginimis ejus & Cameræ Alſaticæ præſes fuit, idemque vicorum Almansweiler & Wittenweiler trans Rhenum partem ære ſuo comparavit. Hujus filius, Ludovicus Carolus, in Aula Bada-Durlacenſi nunc floret.

Ex Kraut-Ergersheimiana linea Franciſcus Samuel, inter Præfectos Legionis Regio-Germanicæ, (*Royal Allemand*) nuperque inter ſex Prætores Argent. receptus. Jebsheimenſis lineæ opes Georgius Fridericus auxit per conjugem, Jo. Jacobi de Breiten-Landenberg filiam, quæ Schoppenvillam, nobile Alſatiæ ſuperioris prædium, (*o*) ei attulit; mater Jo. Eberhardi, qui Jebsheimii agit improlis, ſucceſſorem habiturus ex fratre nepotem, Phil. Fridericum, in Legione Alſatica ſtipendia meritum.



(*a*) De quibus pag. 259. init. Sub Rudolfo I. Imp. caſtrum Andelo, pag. 431. med. ſub Wenceslao A. MCCLXXXVI. vicus Mittelbergheim; ſub Sigismunde A. MCCCXIV. homines in valle Andlau & vico Blienweiler, ſub Friderico IV. A. MCCCLXXIII. vici Bernhardsweiler, Reichsfelden, Zell & Nothalten, literis feudalibus primum inſerti leguntur.

(*b*) Præter Alſatica, de quibus pag. 442. med. & pag. 60. ſq. vicum Briſgoviæ Bellingheim Andlavienſes tenent. Safenheimium, de quo pag. 72. init. feudum quoque Auſtriacum, aliis pignori traditum, per quos ad Magnaci Comitem pervenerat, ſuo reluitionis jure denique uſi receperunt.

(*c*) De his pag. 268. ſq. Addendum eſt jus patronatus Benfeldæ cum decimis.

(*d*) Vicus Wittenheim, de cujus caſtro pag. 44. med.

(*e*) Pag. 262. med.

(*f*) A. MCCCCLXVI. Abbas Medianl monaſterii „ validis viris, Eberhardo, Petermanno ſeniori & Petermanno juniori, Armigeris de Andelo, omnes „ homines utriuſque ſexus, recedentes a conventibus „ & terminis (monaſterii ſui,) manentes vel ſe transferentes inter duo flumina Venchene (ſorte Fecht) „ & Bruſcam in partibus Alſacie, „ ſalvis aliorum juribus, in feudum dedit. Accedit his curia in Breitenbach.

(*g*) Decimæ & jus patronatus in Baldenheim.

(*h*) Vicus Dubolsheim, de quo pag. 261.

(*i*) Ad curiam hanc Judicium provinciale ſuperioris Alſatiæ Lutemannum de Utenheim A. MCCCXCI. miſit, quum is feudum caſtrenſe, Ludovico de Utenheim, Militi, in Bergheim habitanti, cuſtodiendis arcibus Andelo & Valkir a Petro & Rudolfo de Andelo, fratribus, olim datum, requireret.

(*k*) Literæ hæ in Wenckeri Diſſ. *de jure Tornamenti. Nobilium Argent.* ap. Senckenberg *Medulla.* Faſc. IV. p. 702.

(*l*) De quo pag. 207. ſq. Pars hujus vici, Werlini de Berckheim obitu vacans, Rudolfo de Andlau A. MCCCLXXXVI. per Wenceslaum Imp. in feudum tradita eſt.

(*m*) Vid. ſupra pag. 460. fin. ſub Adolfo Imp. idem vel alius Cuno de Bergheim Alſatiæ Præfes fuit, uti oſtenſum pag. 502. init.

(*n*) Opp. Part. III ſect. 2. pag 87.

(*o*) Prædium hoc idem Landenbergius pater, Principis Palatino-Birckenfeldenſis Conſiliarius, per Geldrichiam de Sigmarshofen, uxorem ſuam, acquerat. Vid. Leu *Lexic. Helvet.* T. XI. pag. 320.

## *BERNHOLD.*

### §. DLVI.

Bernholdii olim dicti sunt Silvestres, (*die Wilden*) & Silvestres Spesshardi. Gentis origo ex Comitatu Erpacensi Franconiæ, ubi castrum *Eschau* cum aliis bonis possederunt, Electoris Moguntini, Erpaci & Reineckii Comitum vasalli. Sigfridus, Friderici filius, Silvestris agnomen primus dimittens, Bernholdus ab Eschau dici maluit; pater Philippi & Georgii, quorum ille stirpem Franconicam continuavit, hic novam apud Alsatos condidit. (*p*) Hanoviæ Comites enim An. MDXXIX. in Alsatiam secutus, Hattensi primo, dein Lichtenbergensi castris præfectus, villam Kalenberg prope Lucelsteinium cum plena jurisdictione Anno MDLXXIX. ab illis Comitibus emit. Hunc in Præfectura Hattensi filius excepit cognominis, pater Georgii Alberti, qui Aulæ Hanoicæ Magister & Consiliarius An. MDCXLII. Buxovillæ sepultus est, atque Phil. Jacobi, in Ludovici XIII. exercitu Tribuni (*Colonel*) honores adepti, cui natus est Phil. Albertus, Civitatis Argent. Prætor. Ex hoc Sigfridus prodiit, in Regiis Galliæ exercitibus Campi-Marescallus, qui Godofredi, Rathsamhusiorum ad Lapidem postremi, filiam duxit uxorem; unde feuda regia foceri, quæ post ejus decessum An. MDCXC. Julius Ludovicus de Chamlay (*q*) acceperat, hoc mortuo impetravit. Feuda hæc vici Westhausen, (*r*) Rodern (*s*) & Nider-Otterott (*t*) ex semisse, cum curia in Rorsweiler, & dimidia parte castelli in Spechbach, (*u*) maximam partem olim Austriaca, componunt. In iis Sigfrido filius successit Antonius Sigfridus, qui in Legione Sueco-Gallica militavit Tribunus. Huic masculâ si defutura est proles, affinis ejus, Dagobertus à Wurmser, (*x*) ac Wurmsero idem si fatum contingeret, Jacobus *Pineau de Lucé*, Regius justitiæ, politiæ ac ærarii per Alsatiam Præfectus, in feudis illis spem succedendi obtinuerunt à Rege.

## *BERSTETT.*

### §. DLVII.

Antiquissimam nominis hujus gentilitii mentionem suppeditat membrana Maurimonasterii, quam Wido de *Berstetten* circa An. MCXX. testis signavit. Garsilius de Berstett An. MCXC. cum Abbatia Honaugiensi de quibusdam decimis transegit. Rudolfus de *Berstette*, aliique Milites, Petro Berstettio, factis cum eo inducis, ex urbe Argent. discedendi, vel in ea commorandi, libertatem permiserunt. Petri hujus filius, Miles, An. MCCCI. Dynastæ Ochsensteinensis vasallum sese profitetur. Hugo & Wiricus, Armigeri, An. MCCCLXXXIX. & MCCCC. in ecclesia vici Berstett sepulti sunt. Rulinus urbis Argent. Præturam An. MCCCCXVIII. gessit; ut & Joachimus, An. MDCXL. defunctus, pater Hug. Wirici, Aulæ Wirtenbergicæ Consiliarii & Magistri; Ernesti, turmæ equestris præfecti, in prœlio ad Rheinfeldam A. MDCXXXVIII. occisi, ut & Jo. Jacobi, cujus filium, Phil. Jacobum, nostra ætas Prætorem urbis Argent. ac Universitatis Cancellarium vidit, parentem Wilh. Jacobi, qui Prætoris Argent. locum quoque nunc occupat, & Phil. Reinhardi, qui Legionis Piccardianæ nuper Centurio gentem propagat. Præter vicos Berstett & Olvisheim, (*y*) partemque allodialem Hipshemii, feuda quædam à Rappoltsteinensi, Lichtenbergensi & Fleckensteinensi Dynastiis pendentia, tenent.

## *B O C K.*

### §. DLVIII.

Plures sunt in Germania hujus nominis gentes. (*z*) Alsaticæ auctorem constituunt Rupertum, à quo Ruperti Augiam ad Argentoratum circa An. MCC. nomen traxisse, fama est vetus. (*a*) Additur, nepotem ejus, Bechtoldum, dum Waltheri Episcopi Argent. castra sequeretur, An. MCCLXI. ad Colmariam occisum; hujusque



(*p*) De hac quoque agit Herzog. *Chron. Alsat.* Lib. VI. pag. 238. fq.
(*q*) *Marechal General de Logis des Armies du Roy.*
(*r*) De quo pag. 247. fin.
(*s*) Pag. 115. med.
(*t*) Pag. 258.
(*u*) Pag. 43. med.
(*x*) De quo infra inter Wurmseros,
(*y*) De quibus vid. pag. 169 med.
(*z*) Gauhen *Adels-Lexic.* Tom. I. pag. 169. fqq.
(*a*) Bucelinus *Germaniæ* Tom. II. ubi integram gentis hujus, uti vocat, Rhenanæ seu potius Alsaticæ, genealogiam, majore quam solet cura compositam, exhibet.

filium, Contadum, ab Argentinenſibus miſſum, ut pro Alberto I. Auſtriaco contra Adolfum Cæſarem pugnaret, reque feliciter geſta Moguntiæ An. MCCXCVIII. à victore creatum fuiſſe Militem. (*b*) Conrado Bock, Militi Argent. Mundatum Rubenenſe An. MCCCLXXXIV. fuit oppigneratum. (*c*) Fœcundiſſimam hanc ſtirpem plurimos in ramos excreviſſe, varia, quæ hinc inde occurrunt, Bockiorum agnomina docent: *Blæsheim*, *Bockſtein*, quod arcis in Gerſtheim (*d*) nomen; *Brunnat*, *Buchſtein*, *Erlenburg*, *Erſtein*, *Gerſtheim*, *Hagenau*, *Stauffenberg*. Inſuper Bœcklinos ex Bockiis prognatos infra oſtendam. Stauffenberga caſtrum fuit ganerbiale trans Rhenum, prope Offenburgum. Ex ramo hoc Jo. Erhardus Alſatiæ Auſtriacæ Advocatus legitur Anno MCCCCXXVII. (*e*) Werſicus caſtrum Jungholz An. MCCCCLXV. munivit, (*f*) indeque cum 600. armatis Lotharingiam invaſit, per vallem S. Gregorii cum inſigni præda redux. Fridericus Bock, Miles, & Petrus Schott, Conſularis, A. MCCCCLXXV. præfecti ſunt copiis, quas Argentina Helvetiis contra Burgundiæ Ducem auxilio miſit. (*g*) Blæsheimenſem prenes lineam Subadvocatia urbis Argent. erat, feudum Lichtenbergenſe; de quo Johannem & Nicolaum, Ulrici Bockii filios, An. MCCCCXII. inveſtitos reperio. Nicolai, Armigeri de Bledesheim, filii Armigeri, Stephanus & Ludovicus, Scultetus ille, hic Advocatus Argent. leguntur An. MCCCCLXIII.

## §. DLIX.

A Stephano iſto reliqui Bockii, præter Erlenburgicos, deſcendunt omnes. Filius ejus natu minimus, Johannes, ducta in matrimonium Urſula, Jacobi de Fleckenſtein & Veronicæ de Andlau filia, lineæ Gerſtheimenſis, quæ adhuc durat, auctor evaſit. Natu maximus, Jacobus, Blæsheimenſem per Fridericum, An. MDXLVIII. Blæsheimii ſepultum, continuavit, & Erlteinenſem inſtituit per Stephanum II. qui An. MDXIX. deceſſit. Erlteinenſis hic ramus in Jo. Ludovico, Ducis Bipontini venationi præfecto, & Jacobo fratribus, Stephani pronepotibus, qui ambo mortui ſunt cælibes, ante medium ſec. ſuper. exaruit. Idem accidit Blæsheimenſi, quum Friderici pronepos, Wolfg. Ludovicus, bis maritus, An. MDCXL. deceſſit improlis. Sed & Erlenburgicus cum Henrico, Georgii Jacobi, tricennalis Argentinenſium olim Prætoris, filio, poſt ſterile cum Agnete de Ruoſt matrimonium, biennio ante defecerat. Ab eo igitur tempore Gerſtheimenſis ſupereſt ſola; ex qua Johannes Bock, Prætor Argent. An. MDXLII. extinctus, Equitum veteri ritu creatorum in Alſatia poſtremus fuiſſe traditur. Hujus ex Ludovico fratre nepos cognominis, Ducis Saxo-Weimarienſis præfectus ſtabulo, An. MDLXXXV. obiit. Alter Ludovici filius, Fridericus, Knoblochiam & Fegersheimiam, utramque generis ſui poſtremam, duxit uxores, ex quibus nata numeroſa ſoboles, in Germania Italiaque, medio bello tricennali, pro Cæſare militans. Nicolaus Eberhardus Chriſtianum Fridericum ſuſcepit, cujus filii Antonius Eberhardus, Sigiſridus & Frid. Ferdinandus, mortuo patre, de feudis olim Imperialibus, Auſtriacis & Lotharingicis An. MDCLXXXVI. per Regem ſunt inveſtiti. (*b*) Anton. Eberhardus, tricennali Prætura Civitatis ac Univerſitatis Argent. Cancellariatu ſumma laude defunctus, Franciſcum Carolum & Fridericum Henricum filios reliquit, quorum ille eandem patris ſpartam nunc ornat, hic vegeta progenie illuſtrem ſuam continuat ſtirpem.

## *BOECKLIN.*

## §. DLX.

Bœcklinis noſtris cognomen à *Bœcklinsau*, inſula Rheni prope Kaylam, (*Kehl*) quæ pridem diſparuit, à Maximiliano I. Imp. An. MDXIII. tributum. A Bockiis Bœcklinos, diminutivum alterius nomen, deſcendere, veriſimillimum eſt. (*i*) Inſigne utriusque familiæ caper albus. Extant literæ feudales, quibus Bockios primum, dein Bœcklinos de iisdem bonis inveſtitos reperimus. Bernhardus Bock à Marchione Badenſi Nexus cum Bockiis.



(*b*) Herzog *Chron.* Lib. VI. p. 225.

(*c*) Beyler *Chron.* MS fol. 342.

(*d*) Johannes Bock ſenior, Miles Argent. Sigmundi Buckelin filius, dimidium vicum Gerſtheim cum A. MCCCXC. Zornio venderet, quem 12. ante annos ab Eberhardo Com. de Werdenberg & uxore ejus, Sophia de Hohen-Geroldseck & Lahr, emerat, arcem Bockſtein in vico illo ſitam ſibi ſervavit.

(*e*) *Merckwürdigkeiten der Landſchb. Baſel* pag. 1243.

(*f*) Vid. ſupra pag. 88. fin.

(*g*) Schilter *ad Königshov.* pag. 1113.

(*h*) In feudis Imperialibus caſtrum & vicus Blæſheim, de quo ſupra pag. 259. & reditus ex oppido Rosheim; in Auſtriacis pars decimarum in Epfich & prædium in Northauſen; in Lotharingicis certi ex ſalinis Duodeciaci, (*Dieuze*) S. Hippoliti oppido & vico Elſenheim, vel nummorum vel frugum, reditus computantur.

(*i*) Syſtemati tamen huic contrariatur Bœcklinorum ipſorum aſſertum, qui præteritis Alſatiæ Bockiis, ad Bœcklinos Sueviæ, a valle Utingenſi (*vom Utinger Thal*) cognominatos, originem ſuam retulerunt. Inſtrumenta hujus rei A. MCCCCLXXXII. & MCCCCLXXXIV. ſcripta vid. in Wenckeri *Diſſ. de Jure Torneamentor. Nobilium Argent.* ap. Senckens. *Meditat.* pag. 697. & 700.

vicum Kayl An. MCCCC. ac duodecennio poſt caſtrum Mœrburg ab Henrico, Geroldseckii & Lahræ Domino, in feudum accepit. Hæc trans Rhenum ſita. Atqui Bœcklini ſtirpis ſuæ conditorem producunt Bernhardum, & utrumque illud feudum hodieque poſſident. Bernhardus ille tum in Bockiorum, (*k*) tum in Bœcklinorum ſtemmate patrem, filiumque habuit Nicolaum; uxorem vero Eliſabetham, ex Manſiis à Manſenburg ortam. Ceterum alii quoque ante Bernhardum Bœcklini occurrunt; imo nomina *Bock* & *Bœcklin* promiſcue in literis illius ævi uſurpata obſervo. Bernhardus itaque; proximus Bœcklinorum fator, cui pleraſque ſuas poſſeſſiones (*l*) familia hæc debet, Johannem & Nicolaum filios, duarum ſtirpium auctores, reliquit.

## §. DLXI.

Lin. junior extincta.

Nicolai ſtirps paucis abhinc annis exciſa. Nati ex eo ſunt Wilhelmus Miles, urbis Argent. Prætor, Bernhardus & Gaſparus, qui in equeſtribus ludis, Stutgardiæ, Ingolſtadii, Onolzbaci An. MCCCCLXXXIV. ſeq. habitis, armati comparuerunt. (*m*) Ex Gaſparo, Buxovillæ Præfecto, An. MDV. mortuo, prodierunt Wolfgangus, D. Petri Jun. Præpoſitus, Claudius, Prætor Argent. & Nicolaus, Præfectus in Willtett. Claudio Wendelini *Zum Weyer*, gentis ſuæ poſtremi, ſoror nupſerat, unde filii ejus feudum Auſtr. in Endingen An. MDXLV. impetrarunt. Inter hos autem Claudii filios Wilhelmus erat, Eccleſiæ Magdeburg. Præpoſitus, Palatii Cæſarei Comes à Carolo V. Imp. creatus, cui inſignia ſua gentilitia cum jure feudorum & torneamentorum plures per Alſatiam familiæ debent.

Claudii ex Nicolao fratre nepos, Ulmannus, civitatis Argent. Prætor, *Wibolsheimenſem* & *Mœrburgenſem* lineas per Ludovicum & Jo. Conradum filios condidit. Poſteriorem Conradus Ulmannus, Jo. Conradi pronepos, Gieſſæ præfectus, ſub initium hujus ſeculi terminavit. Ludovicus autem Philippum & Nicolaum Fridericum cum procreaſſet, ille Wibolsheimenſem continuavit, hic novam inſtituit lineam, quæ *Kylenſis* dicta. Ex Philippo Jo. Chriſtophorus, Dachſteinii Præfectus, & Phil. Ulmannus, Equeſtris Alſatiæ Infer. Directorii An. MDCLIII. Senator, prodierunt.

Nicolaus Fridericus, Tribunus militum, An. MDCLVIII. deceſſit, proavus Franc. Aug. Ferdinandi, cum quo forte occiſo maſcula Nicolai Bœcklini ſtirps omnis An. MDCCLII. fuit ſepulta.

## §. DLXII.

Lin. ſenior ſuperſtes.

Retrogredimur igitur ad Johannem, alterum Bernhardi filium, ſtirpis adhuc florentis auctorem, cujus filius Wiricus ac Ludovicus nepos initio ſeculi XVI. urbis Argent. Prætores fuerunt. Stirpem autem continuavit Balthaſar, Wirici frater, avus Sebaſtiani, Ordinis S. Johannis Equitis, Jacobi, Præfecti in Marckolsheim, ac Ludovici. Jacobus, à Marchione Bad. Philiberto de vicis Wittenweiler & Almansweiler An. MDLXV. inveſtitus, Jo. Philippum genuit, in Prætura Argent. An. MDCXIV. vita defunctum, avum Phil. Joachimi, qui familiæ ſuæ nomine inveſtituram regiam An. MDCLXXXIII. ſuſcepit. Ex Ludovico, Jacobi fratre, Phil. Dietericus & Balthaſar II. nati ſunt. Illius filia Parthenii S. Stephani Argent. An. MDCXLVII. Abbatiſſa electa eſt. Filius, Phil. Ludovicus, per uxorem ſuam Sulzenſis hereditatis, quam Gaïlingii hodie poſſident, factus eſt particeps. Hæc Phil. Dieterici linea, à *Biſchofsheimio* cognomen ducens, cum Franc. Wolfgango An. MDCCXLIV. Pragæ extincta eſt.

Balthaſari II. filius, Jac. Chriſtophorus, Prætor Arg. An. MDCLXXXII. defunctus, per Phil. Chriſtophorum *Ruſtenſem*, & Phil. Chriſtianum, qui Johannis, Silveſtris ac Rheni Comitis, Mareſchallus caſtellum Ensweiler prope Morange Anno MDCLXXV. in feudum obtinuit, *Obenheimenſem* lineas formavit. Prior Anno MDCCLV. defecit; poſterior vero ſola in Phil. Chriſtiani nepote, Jac. Chriſtophori, Prætoris quoque Argent. filio, Franc. Jac. Chriſtiano, ejusque filio unico, Franciſco Friderico, ſpe gentis ſuæ ac feudorum omnium herede, nunc ſupereſt.

*BUCH.*

(*k*) Buceelin. *Germaniæ* Tom. II. ſect. II. pag. 62.

(*l*) Præter Kayl & Muerburg, quæ Bernhardum hunc in feudum recepiſſe dixi, vicos quoque Bilchofsheim prope Argentinam, Obenheim & Ruest, qui trans Rhenum ſitus, ab Eccleſia Argent. adeptus eſt.

(*m*) Wenckeb l. c. pag. 693. ſq.

## *BUCH.*

### §. DLXIII.

Caſtrum quidem hujus nominis in Helvetia, (*n*) Alſatiæ vicina, ſed familiæ, quam tractamus, origo ex Marchionatu Brandeburgico repetenda eſt. (*o*) Matriculæ Equeſtri Alſatiæ Philippus Ludovicus à Buch, Hanoico-Lichtenbergenſis in Wœrdt Præfectus, An. MDCLXXXI. defunctus, primus nomen inſcripſit. Ex Wurmſeria de Vendenheim, quæ Firdenhemii vici dimidiam partem deinceps emit, (*p*) filium cognominem reliquerat, patrem Jo. Renati Dieterici de Buch, qui Legionis Gallo-Suecanæ nuper Centurio fuit.

## *DETTLINGEN.*

### §. DLXIV.

Incunabula hujus gentis extra Alſatiam in vicino nobis Comitatu Eberſteinenſi trans Rhenum quærenda eſſe videntur. Cunradus, Meinlochus, Ethico & Otto fratres de *Tetellingen* An. MCCLXXII. pro ſalute defunctorum parentum & B. fratris ſui quosdam ex prædio Kartung, Ottonis de Eberſtein Comitis feudo, reditus Abbatiæ Omnium Sanctorum in nigra Silva donarunt. (*q*) Meinlochi, quod hic occurrit, nomen, in *Meinlach*, *Mylach*, *Meylach* poſtea converſum, familiæ Dettlingenſi uſitatiſſimum eſt & quaſi proprium inhæret.

Meinlacus de Dettlingen, hujus nominis in Alſatia primus, Agnetem, Johannis de Scharrach filiam, ducturus uxorem, An. MCCCCLXII. caſtrum Scharrach cum curia dominica ibidem, (*r*) à Philiberto Philippo Warambonio, Comite Rupenſi, Lucelſteinenſium in Dynaſtia Geroldseck ſucceſſore, (*s*) pro ſe & liberis ſuis utriusque ſexus in feudum accepit. Hujus filios, Meinlacum & Jacobum, Wilhelmus Dynaſta Rappoltſtein. ut Comitum Rupenſium tutor, A. MCCCCLXXIV. ſuoque poſtea nomine, quum Dynaſtiam Geroldseck ipſe conſecutus eſſet, An. MCCCCLXXVIII. de caſtro & vico Scharrachbergheim pleniſſime inveſtivit. An. MDXII. Jacobum filius excepit cognominis, ſub Bernhardi de Eritein & Jacobi de Oberkirch tutela conſtitutus, quo defuncto Fridericus Bock de Blæsheim pro filiis ejus, Jo. Jacobo, Meinlaco & Jo. Caſparo, inveſtituram Rappoltſteinenſem An. MDXLVII. ſuſcepit. Jo. Caſparus, emta decimarum parte in Trenheim, (*t*) ex Euphroſyna de Scheenau Anno MDCVII. quo obiit, (*u*) numeroſam progeniem reliquit; in qua Meilacus ille fuit, qui Wickersheimium ad Bruſcam familiæ ſuæ intuliſſe videbatur. (*x*)

Jo. Philippus, Meilaci frater, Stozhemii reſidens, Gerſtheim, Berſtett & Olvieheim vicorum, duplicis matrimonii jure, factus eſt particeps. Huic Meilacus ſucceſſit filius An. MDCLXXIX. pater Philippi Leopoldi, qui Regiorum Exercituum Pro-Legatus, (*Brigadier*) & Ordinis Regii pro virtute bellica nuper inſtituti Eques hodieque viget. Is fratrem habuit natu majorem, Chriſtianum Reinhartum, An. MDCCXLII. defunctum, qui Meilacum Chriſtianum & Phil. Leopoldum, militari quoque virtute conſpicuos, ex Dorothea de Oberkirch procreavit. Hi quartam Quazenhemii vici & tertiam caſtri in Biſchofsheim prope Roshemium partem jure materno nunc poſſident.

## *ECKBRECHT A DURCKHEIM.*

### §. DLXV.

Eckbrechti à Dürckheim, antiqua ſtirps, An. MCCXLVII. Wormatiæ jam Epiſcopum dederunt; (*y*) frequentibus dein Palatinæ Domus ſago & toga muneribus decorati

(*n*) Leu *Lexic. Helvet.* Tom. IV. pag. 392.

(*o*) De Buchiis vel Buckiis Mecklenburgi & Pomeraniæ Ducatuum vid. Gauhens *Adels-Lex.* T. I. p. 277.

(*p*) Supra pag. 264. fin.

(*q*) Charta ap. Schannat. *Vindem. Liter.* Collect. I. pag 146.

(*r*) Curiam & bona in Scharrachbergheim Hartungus de Scharrach A. MCCCXIV. partem caſtri Scharrach cum multis bonis Sigmundus de Scharrach, Milles, A. MCCCCXXXV. à Geroldseckiis Dynaſtis ſo tenere profeſſi ſunt. Tabular. familiæ Dettling.

(*s*) Vid. ſupra pag 619. med.

(*t*) A Volmaro de Bernshofen & uxore ejus, Richarda de Landſperg, A. MDXCVI.

(*u*) Sepultus in choro eccleſiæ Scharrachbergheim, una cum patre A. MDXLIV. & Meinlaco fratre A. MDLXXXIX. extinctis, ut epitaphia docent.

(*x*) Vid. ſupra pag. 265. init.

(*y*) Schannat *Hiſt. Wormat.* pag 376.

decorati ac divites tertis. (z) Orthographia *Dürckheim* & *Türckheim* promiſcua eſt. Duplex gentilitium nomen; *Eckbrecht*, quod ab auctoribus ſuis, *Durckheim*, quod à Leiningenſi ad Hardtam oppido (*a*) traxiſſe videntur. Stemma illorum inter gentes Rhenanas, quibus ante pacem Ryſvicenſem accenſebantur, HUMBRACHTUS (*b*) edidit. HERZOGIUS (*c*) plures, qui Ludis Equeſtribus interfuerunt, recenſet. Ante ſec. XVI. in plures ramos abierant, è quibus unicus ſupereſt, à Cunone deſcendens, qui per Johannis de Weitenmuhlen filiam, uxorem ſuam, An. MCCCCXLIV. feudi Imperialis Hagenoæ factus eſt compos. (*d*) Filio ejus, Heinrico *Eckebrecht de Duringheim*, Abbatia S. Walpurgis curiam domin. in Nehweiler An. MCCCCLXVII. vendidit. (*e*) Alter filius, Johannes, Eccleſiæ Baſil. Canonicus fuit. Heinrici filio, Wolffg. Eckbrechto de *Durrickheim*; Bipontino-Bitenſis Comes, caſtrum Schœneck & vicos ab illo pendentes An. MDXVII. in feudum contulit. (*f*) Sequuntur eodem ſec. Cunones duo, pater ac filius, Burggravius ille in Alzey, hic rei venaticæ Electoris Palat. Præfectus. Poſterior Johannem Wolffg. Caſimiri, Comitis Palat. patris Caroli Guſtavi, Regis Sueciæ, Ephorum genuit, An. MDCXXXVI. in caſtro Schœneck defunctum, qui ex Veronica de Fleckenſt. ſuſcepit Wolffg. Fridericum & Jo. Henricum, quorum ille in Electoris Palat. hic in Landgravii Haſſo-Darmſtad. militia Tribuni honores meriti ſunt. Prior patrimonio ſuo à Gallis ejectus An. MDCLXXVII. caſtrum Altorff ab Electore, donec pace Neomagenſi in ſua reſtitueretur, obtinuit, avus Chriſtiani Friderici An. MDCC. & Phil. Ludovici, An. MDCCVIII. natorum, qui multiplici prole, literis & armis exercitata, novas jam ſtirpes plantant.

Receptio Dürckhemiorum in Matriculam Nobilitatis Alſatiæ inferioris, ab Anno MDCLXIV. quæſita, nonniſi An. MDCXCIX. locum habuit. At Lichtenbergenſia eorum feuda Matriculæ huic inſcribi noluit Hanoviæ Comes. Pincernatum Abbatiæ Weiſſenburg. Dürckheimenſes ad tempus An. MCCCCLIII. poſtque elapſos undecim annos hereditarium à Philippo Abbate acceperunt.

## *FLACHSLAND.*

### §. DLXVI.

In Sundgovia. Gens vere Alſatica, à vico Sundgoviæ (*g*) nomen traheus. Wezelo de *Flachslandin*, Ulrici I. Phirretarum Comitis Miniſterialis, An. MCCXXXIII. ac præcedenti anno Manegoldus de *Flaſchlant* in Comitilæ Phirret. literis commemorantur. (*h*) An. MCCCXXXVII. Conradi de Flachslanden, Militis, qui caſtrum Freningen jure feudali poſſedit, (*i*) filii, Johannes & Nicolaus, Armigeri, aguato ſuo Johanni, Johannis filio, vicum Durmenach vendiderunt, ſeptennio poſt Auſtriacis, Phirretenſium heredibus, oblatum in feudum. (*k*) Seculo ſequenti Flachslandios Eccleſiæ & urbi Baſilienſi adſcriptos reperio. Johannes, Epiſcopalis Aulæ Magiſter, decimas in Kingersheim & Berenzweiler An. MCCCCXXVI. ab Eccleſia iſta in feudum accepit; cujus nepos cognominis, Conſul civitatis Baſil. de feudis Auſtriacis per Hagenbachium, Caroli Audacis in Alſatia Præfectum, una cum fratre ſuo Bernhardo A. MCCCCLXXIII. inveſtitus eſt. Inter hos medius vixit Johannes Wernherus, Eccleſiæ Moguntinæ Præpoſitus, Baſil. Decanus, Conſtantienſis Cuſtos.

Bernhardus ille Pantaleonem & Jo. Wernherum, progeniem habituros, genuit. Prioris linea in pronepotibus ejus, Martino & Rudolfo, quorum hic Abbatiæ Murbac. Capitularis erat, An. MDCXXV. diſparuit. Jo. Wernherus, templi Durmenacenſis inſtaurator, vir armis probe exercitatus, An. MDLIX. obiit, poſtquam ſeptem ex Jo. Jacobo natos vidiſſet nepotes, è quibus Jo. Wernherus, natu maximus, Briſaci vixit Conſul; Johannes Otmarus, An. MDCXI. Durmenaci ſepultus, & Johannes Henricus, numeroſa quoque ſobole ſtirpem contimarunt. Ex illo Caſparus & Paulus, Ordinis Teut. Equites, prodierunt; ex hoc Jo. Conradus, Regiminis Enſisheimenſis Aſſeſſor, cui Leopoldus Archidux Huningam An. MDCXXIII. oppigneravit.

§. DLXVII.

(z) De his vid. pag. 449. ſqq.

(a) *Durckheim an der Hardt*, cum quo communibus inſignibus utuntur. Poſſident hodieque feuda Leining.

(b) *Stamm-Taffeln der Rheiniſch. Ritterſch.* Tab. 136.

(c) CHRON. ALSAT. Lib. VI. pag. 239.

(d) Feudum hoc erat caſtrenſe, Johanni & Nicolao von der Weitenmuhlen, fratribus, poſt obitum Cunonis de Waſichenſt. à Carolo IV. Imp. A. MCCCLIX. collatum. Pervenit integrum ad Durckhemios A. MDXXI.

(e) Supra pag. 250. med.

(f) Supra pag. 349. med.

(g) De quo pag. 103. init.

(h) Ap. HERRGOTT *Genal. Habsb.* Tom. II. num. 296. ſq.

(i) Supra pag. 39.

(k) Supra pag. 36.

## §. DLXVII.

Auſtriacis per Suecos & Gallos Alſatia ſuperiore ejectis, Conradus in Epiſcopatum Argent. deſcendit; unde Flachslandiorum in *Tabernenſem & Durmenacenſem* lineas orta diviſio. Ex poſteriore, quæ jam defecit, Henricus Franc. ſub finem ſeculi ſuperioris Eccleſiæ Baſil. Præpoſitus fuit. Conradus ille, lineæ Tabernenſis, quæ hodie ſola ſubſiſtit, auctor, Mackenhemium ex parte, (*l*) & Schaffhuſium, (*m*) vicos allodiales, in Alſatia inferiore ære ſuo comparavit, parens Mariæ Cleophæ, quæ Anno MDCCVIII. octennis Abbatiſſa & Princeps Andlavienſis deceſſit, atque Franc. Antonii, qui cum patruelibus ſuis lineæ Durmenacenſis, Chriſtophoro Hannibale & Jo. Jacobo, de feudis Regiis An. MDCLXXV. inveſtitus eſt, ac patrimonio ſuo Duppichhemium An. MDCCXV. (*n*) uti filius ejus, Jo Henricus Joſephus, Epiſcopatus Argent. Vicedominus ac Regiminis Præſes, Stutzhemium & ex ſemiſſe Trenhemium, (*o*) vicos olim Imperiales, An. MDCCXXVI. adjecit. Filiorum ejus primus, Joſephus Conradus, Cravattenſibus Turmis Præfectus, An. MDCCLVI. deceſſit. Henricus, Turmæ Gallico-Naſſavienſis Centurio, & Jo. Baptiſta Antonius, Ordini Equeſtri Melitenſium adſcriptus, majorum ſuorum virtutes æmulantur. In Alſatia inferiore.

## *GAILING DE ALTHEIM.*

## §. DLXVIII.

Gens ad Mœnum olim florentiſſima, in Franconiam & Hanovienſem familias diviſa. Hanovienſis in duos ramos, Johanneum & Rudolphinum, abierat. Rudolphinus, in Comitatu Hanoviæ potens, An. MDCXII. cum Henrico defecit, uti Franconica ſtirps circa medium ſec. XVI. cum Alberto defecerat. (*p*) Supereſt itaque Johanneus ramus, per Hanoviæ Comites ſeculo ſuperiore in Alſatiam tranſlatus, cui cognomen ab *Altheim*; qui Præfecturæ Babenhuſanæ, ad Comitatum Hanovienſem ſpectantis, vicus eſt.

Henricus Chriſtophorus Gailing de Altheim, Magiſter Equitum, bello tricennali de Auſtriaca & Bavarica Domibus præclare meritus, Francofurti An. MDCL. extinctus, Alſatica ex conjuge, Jo. Philippi de Sulz filia, Phil. Henricum ſuſcepit, ab Hanoico-Lichtenbergenſi Comite Pfaffenhovio, Ingovillæ & Neovillæ deinceps præfectum. Is jure materno caſtellum Nider-Motherburg (*q*) & vicum Buesweiler (*r*) crevit: pater 1°. Heinrici Dieterici, qui Alſaticæ Legionis Tribunus An. MDCCXXI. obiit; 2°. Philippi Chriſtophori, ſummus in Hanoviæ Comitum aula condecorati honoribus, qui per Fleckenſteiniam conjugem filiis ſuis novas opes paravit. (*s*) 3°. Leopoldi Ludovici, qui Ducis Wirtenbergici à Conſiliis Sanctioribus & peculiaris lineæ, Babenhuſii ſtabilitæ, auctor fuit, octogenario major An. MDCCLI. defunctus.

Phil. Chriſtophorus liberis ſuis annumeravit Phil. Reinhardum, omnium Aulæ Buxovillanæ Collegiorum Præſidem, qui An. MDCCXLI. expiravit; Henricum Auguſtum, ejuſdem Aulæ Mareſchallum, An. MDCCL. extinctum, & Frider. Jacobum, quatuor filiorum parentem, qui per viginti annos Regi militavit; ſolus gentis ſuæ in Alſatia propagator.

## *HAFFNER DE WASSELNHEIM.*

## §. DLXIX.

Advocatos de Waſſelnheim inter familias emortuas ſupra (*t*) retulimus. Nunc de alia gente, à Waſſelnhemio cognominata, Haffneria, quæ adhuc durat, nobis agendum. Johannes *Havener*, Armiger de Waſſelnheim, ſub initium ſeculi XIV. inter Eccleſiæ Argent. vaſallos; ſtrenuus Miles Wilhelmus dictus *Haffener* de Waſſelnheim An. MCCCLVIII. comparet. Alius Wilhelmus ab An. MCCCXCIII. ad MCCCCXXVIII.

(*l*) Supra pag. 170. init.
(*m*) Pag. 264.
(*n*) De quo pag. 170. init.
(*o*) Vid. pag. 259.
(*p*) De hac vid. MAURER *Nachricht von der längſt erloſchenen Linie in Franken der noch florirenden Hoch-Adelich-Gailingiſchen Geſchlechts.* Extat in OETTERI *Hiſtoriſcher Bibliothec* pag. 51. ſqq.
Antiquitatem gentis Bulla Urbani IV. Pontificis Rom. A. MCCLXII. probat, qua de componenda inter Hanoviæ Dominum, Wigandum de Dudelsheim & Gellingum, Milites, lite, ſuper jus patronatus in Babenhauſen exorta, agitur.
(*q*) De quo pag. 256.
(*r*) Pag. 169. fin.
(*s*) Conf. pag. 246. & 626. fin.
(*t*) Pag. 675.

MCCCCXXVIII. Abbas ac Princeps Murbac. fuit. Bechtoldus Haffner, Miles, Rupertum Imp. A. MCCCCI. in Italiam comitatus eſt, ad Piſas occiſus. Johannes *Haffener de Wabſſelnheim*, Armiger, Capitulo S. Thomæ Argent. A. MCCCCXCI. quoſdam reditus vendidit. Validus Georgius Haffner A. MDXII. Argentinæ deceſſit, eique factus eſt pulſus campanarum provincialis. (*u*) Wolfgangus portionem ſuam caſtri Freudeneck A. MDXL. Bockiis vendidit; (*x*) avus Nicolai Jacobi, Præfecti Hanoico-Lichtenberg. in Weſthoſen, A. MDCLXXIX. defuncti, cujus filius cognominis, Sophiam de Andlau A. MDCLXXXI. duxit uxorem; ex qua natus eſt Franc. Reinhartus, parens Franc. Joſephi, cui Ordinis militaris S. Ludovici nunc Equiti filius unicus eſt Caſimirus, in Legione Anhaltino-Gallica cum patre ſtipendia merens.

## *HAINDEL.*

### §. DLXX.

Gentis Auſtriacæ, in plures ſtirpes diviſæ, (*y*) ramus ille, qui à *Breitenbruck*, Auſtriæ ſuperioris vico, cognomen traxit, religionis cauſa exul medio ſeculo ſuperiore in Alſatia conſedit. Chriſtophorus Ludovicus, Michaelis filius, Hieronymi nepos, A. MDCLXIX. mortuus, decennio ante vicos Rumolsweiler & Cosweiler, ex quo unica domus tum ſupererat, una cum caſtro Erlenburg, unde Haindeliis his novum agnomen, cœmit. (*z*) Per Croneggiam uxorem Jo. Matthiam, hic ſeptem filios procreavit, quorum nonnulli primariis aulæ Hanovio-Buxovillanæ honoribus adhibiti ſunt; at ſolus nunc ſupereſt natu minimus, gentis propagator, Phil. Auguſtus, in Legione Gallo-Bavarica olim Centurio.

## *HÜFFEL.*

### §. DLXXI.

Burcardi dicti Erbe, Militis Argent. filius, Burcardus Armiger, A. MCCCXXIII. Reinboldi dicti *Hüffelin*, Militis Arg. patrui ac tutoris ſui, conſenſu bona quædam alienavit; unde Hüffelios ab Erbiis, quod Herzogius (*a*) quoque ſtatuit, deſcendere intelligimus. Anno, qui præceſſit, Reinboldus ille inter Duodecim-viros legibus Argentinenſium ſcribendis anteſignanus occurrit. (*b*) Hannemannus dictus Hüffelin, Miles Argent. cum uxore ſua, Beatrice de Berckheim, An. MCCCXLV. Capitulo S. Thomæ reditus quoſdam vendidit. Idem fecit Werlinus Armiger An. MCCCCIV. qui cum Reinboldo Hüffelio, Milite, Senatui Argent. adſcriptus fuit. Reinboldum hunc Sigismundus Imp. An. MCCCCXIV. Philippus Warambonius, Comes Rupenſis, Lucceliteinenſium in Dynaſtia Geroldseck. ſucceſſor, Johannem, Hermannum aliosque Huffelios An. MCCCCLXII. Goſſonem & Paulum fratres Georgius de Ochſenſtein An. MCCCCLXXXI. de bonis quibuſdam feudalibus inveſtierunt. Henricus, Hermannus & Jo. Heinr. An. MDX. Jacobus & Heinricus An. MDXXIII. ſocietatis Nobilium Argent. ad Scalam altam leges jurarunt. Heinricus Benfeldenſem Præfecturam adminiſtravit, pater Jacobi, Præfecti in Marckolsheim; avus Jo. Heinrici, Præfecti in Waſſelnheim, An. MDCXXXV. defuncti, qui per uxorem ſuam, Eliſabetham de Windeck, novas opes novumque *Windeckii* (*c*) agnomen filiis ſuis conciliavit. Inter filios hos Jacobus Onolsbacenſis; Phil. Jacobus Lichtenavienſis Præfectus & Comitis Hanoviæ Conſiliarius intimus, ille MDCLXIX. hic triennio poſt obierunt. Ex poſteriore prodiit Fridericus Johannes, ad primarios militiæ honores apud Batavos evectus, æque ac filius ejus, Johannes; unde Huffelii, poſthabita patria ſua, in Belgio fœderato ſedem poſuerunt; fortunam virtutibus ſuis faventem experti.

## *ICHTERSHEIM.*

### §. DLXXII.

Aſcanius Albertini, Jo. Franciſci filius, ex oppido Senegallia Ducatus *Urbini* originem trahens, ſub Rudolfo II. Imp. in Germaniam appulit, & in Hungarici *primo*, dein

(*u*) *Ein Landläuten mit allen Klocken.*
(*x*) Supra pag. 263. init.
(*y*) Gauhens *Addit. Lexic.* Tom. I. voce *Haindel.*
(*z*) Supra pag. 263. med.
(*a*) Chron. Alsat. Lib. VI. pag. 167.
(*b*) Koenigshov. *Chron. Argent.* pag. 366.
(*c*) *Auf neuen Windeck.*

dein in tricennalis belli theatro ſtrenuus bellator comparuit; Leopoldo Archiduci, Ferdinandi II. Imp. fratri, qui Epiſcopus Argent. atque Imperialis Alſatiæ Advocatus fuerat, præcipue carus, à quo Benfeldenſis Præfecturæ vicum Ichtersheim (*d*) in feudum, biennioque poſt caſtrum & vicum Hochfelden (*e*) pignori accepit. Benfeldam munimentis formidabilem, juſſu Epiſcopi, reddidit, ſtumque Ichtershemii caſtrum, trihorio inde diſſitum, hac occaſione reſtituit. Auctor hic Albertinæ in Alſatia gentis, quæ ab eo tempore Ichtershemia dicitur, An. MDCXXXIX. Germershemii decedens, ex Walbronnia uxore Franc. Joſephum reliquit, San-Amarinæ vallis & Marckolsheimii, nec non Dimacharum alæ præfectum, An. MDCLXXX. in Eccleſia S. Amarini ſepultum; qui præter Franc. Rupertum, Franc. Bernhardi, Murbacenſis Capituli Decani, An. MDCCXXX. defuncti, & Mariæ Barbaræ, in Abbatiſſam Albæ Dominarum An. MDCCXV. electæ, parentem, filios procreavit 1) Jo. Franciſcum, ex quo nati ſunt Franc. Reinhartus An. MDCXCII. & Franc. Caroſus, Ord. S. Ludovici Eques. Ille ſtirpem ſuam continuavit per Franc. Carolum & Franc. Reinhartum, Legionis Alſaticæ Centuriones. 2) Franc. Joſephum, ſtipendiis Gallicis quoque clarum, qui Franc. Antonii, Equitum alæ præfecti, pater, Franc. Zenobii avus.

## *JOHAM DE MUNDOLSHEIM.*

### §. DLXXIII.

Familia hæc Argent. florem ſuum debet Conrado Johamio, Anſelmi filio, qui Begerianæ in feudis Imperialibus ſucceſſit. Mortuo nimirum Matthia Begero, (*f*) Matthias Held, Jur. Doct. & Procancellarius Imperii, vicos Mundolsheim & Mittelhausbergen (*g*) cum aliis bonis à Carolo V. Imp. An. MDXXXII. obtinuit, coſque Conrado iſti Johamio, annuente Cæſare, pro 4000. florenis quinquennio poſt vendidit. Vœlſchii, ſpem horum feudorum olim nacti, Johamiis excitarunt litem, quæ An. MDXLVIII. amice compoſita. Caſtrum Waldſperg & viculus Hohenburgweiler, in literis inveſtituræ comprehenſi, ad Johamios nunquam pervenerunt. Eidem Conrado Eraſmus, Epiſcopus Argent. Begerorum caſtellum in Geiſpolzheim (*h*) An. MDXLII. contulit. Conradi hujus filius, Philippus, ex Suſanna Mulnhemia natus, ex Dynaſtarum Barrenſium genere Barbaram duxit uxorem, parens Conradi, avus Jo. Conradi, proavus Phil. Conradi, qui An. MDXCV. genitus Phil. Conradum II. & Jo. Philippum, Civitatis Argent. Prætorem, filios reliquit, duarum familiarum conditores. 1) Prioris filius, Phil. Conradus III. Prætor Arg. cum Maria Sal. de Schauenburg An. MDCLXXVIII. nuptias celebravit, ex quibus prodiit Phil. Hannibal, in Prætura Arg. quoque A. MDCCXLVII. mortuus, & Phil. Henricus, qui per conjugem ſuam, Volziam de Altenau, Boffshemii ſedem accepit, pater Phil. Conradi, ex quo tres filii juvenes ſuperſunt. 2) Jo. Philippi filius, Phil. Ferdinandus, per conjugem ſuam, illuſtris Fleckenſteiniorum ſanguinis poſtremam, (*i*) Lembaci aliorumque ex illorum hereditate vicorum factus eſt particeps, Friderici Ferdinandi, Legionis Gallo-Marcanæ Centurionis, parens. Sed & alium gentis hujus ramum, qui pridem exaruit, Johannes, primi Conradi frater, An. MDXXXI. defunctus, formaverat. Nati ex eo fuere Henricus & Georgius, urbis Argent. Prætores; quorum ille Henricum, eodem munere vitaque An. MDLXXXVI. defunctum, (*k*) & Wilhelmum, Richovillæ Advocatum, reliquit.

## *KAGENECK.*

### §. DLXXIV.

Inter vetuſtas urbis Argent. familias Equeſtres ſuum quoque Kageneccii locum tuentur; à Kagiis ſive Cagonibus, quos ſupra extinctos retulimus, (*l*) omnino diverſi. In Curia Argent. Magiſtratus à quinque ſeculis primarii, in Eccleſiis Collegiatis Præpoſiti, in Principum & Dynaſtarum aulis valalli longa ſerie comparent.



(*d*) De quo pag. 171.
(*e*) Vid. pag. 247. init.
(*f*) Supra pag. 636. med.
(*g*) De quibus pag. 259. fin. Formula inveſtituræ, Conradi filiis An. MDLXXVII. conceſſæ, legitur in Moser *Reichs-Hofſtrafrt Proceß* Tom. 3. pag. 757. ſq.
(*h*) Pag. 165. med.
(*i*) Conf. pag. 626. fin.
(*k*) Programma funebre & elogium ejus tum ſcripſit Melch. Junius, Academiæ Argent. Rector.
(*l*) Pag. 652.

Nicolaus de Kageneck, Miles, cum Heſſone & Anſelmo, fratribus ſuis, à Dieterico, Waſſelnhemii Advocato, An. MCCVIII. feudum ſuſcepit; a cujus filio cognomine Kagenecciorum ſtemma Bucelinus (*m*) incipit, multis generationibus mancum & vitioſum. Gozlinus de *Kagenegge*, Civitatis Argent. Magiſter, in Friderici II. Imp. literis An. MCCXII. legitur. (*n*) Ita quoque Johannes, Nicolai I. nepos, An. MCCLXXI. inter quatuor Civitatis Argent. Magiſtros floruit, pater Cunonis, eodem munere An. MCCCVIII. conſpicui, & Nicolai junioris, Militis Argent. qui biennio ante juris monetandi particulam ab Epiſcopo Argent. conduxerat. Ex hoc natus Erhardus inter urbis Magiſtros ſive Prætores An. MCCCL. quoque receptus, & Reinboldus, cujus poſteritas ad An. MDXII. uſque duravit. Erhardus autem Johannem, de quo ſupra, (*o*) & Erhardum II. ex Mulnhemia conjuge ſuſcepit. Prioris linea per Johannem juniorem & Arbogaſtum, Prætorem Argent. An. MCCCCLXI. defunctum, continuata, ſub initium ſeculi XVI. defecit. Erhardi II. filius, Goſo, partem vici Hipsheim (*p*) a Wildgraviis An. MCCCXCIX. in feudum obtinuit; nepotes, Reimboldus II. & Thomas, Senatus Argent. decreto urbe hac An. MCCCCXX. ejecti fuerunt, ut illorum frater, Goſo, Eccleſiæ Thomanæ Præpoſitus, queritur literis. Thomas tamen ejuſdem Civitatis Prætor deinceps creatus eſt. Reimboldum vero Rupertus, Epiſcopus Arg. feudi, Friderici de Weſthus morte vacantis, An. MCCCCLVIII. una cum Kempfiis de Neuweiler participem reddidit. Is pater fuit Mauritii, An. MCCCLXXV. paulo ante prœlium Morat. inter Equites recepti, ut & Arbogaſti, qui in pugna Dornacenſi vexillum Argent. geſtas A. MCCCCXCIX. ut ipſæ Helvetiorum literæ fidem faciunt, fortiter occubuit.

Mauritius ille, An. MCCCCXCI. ſepultus, per Reimboldum III. & Philippum filios auctor eſt duarum linearum, Alſaticæ & Brisgoicæ, in quas Kageneccii hodie diviſi ſunt. Philippus & Bernhardi duo, id eſt, pater, filius ac nepos, Prætorio apud Argentinenſes honore conſpicui fuerunt. Bernhardi II. nepos fuit Georgius Franc. Ludanus, ad eundem Præturæ Magiſtratum evectus, pater Franc. Ant. Ludani, qui poſtremo Oratorii Omn. Sanctor. ex Proteſtantibus Præbendario, nobili de Rothenberg, An. MDCC. ſucceſſit; ut & Caroli Sigfridi atque Franc. Wolfg. Jacobi, quorum ille Franc. Ignatium Ludanum, Hagenoæ habitantem, hic Jac. Brunonem, inter prætorianos Regis milites agentem, procreavit. Altera ſtirps, ex Reimboldo prognata, noſtris temporibus novas in Brisgovia vires collegit. Jo. Heinricus Hermannus, L. B. de Kageneck, Jo. Friderici filius, Jo. Wilhelmi nepos, Auguſtæ Domus Auſtr. Conſiliarius intimus, ad Ordinis Teut. Præceptoratus, aliaque munera promotus, opes ſuas An. MDCCXLIII. fratris ſui, Georgii Reinhardi, *filio*, *Jo.* Friderico Fridolino reliquit, cujus ſplendidam Munzingæ ſedem Ludovicus XV. Friburgi obſidioni intentus, occupavit. Is pater eſt trium filiorum, fratrum Franc. Heinrici, Auguſtanæ & Aichſtett. Eccleſiarum Canonici.

## *KIRCHHEIM.*

### §. DLXXV.

Auctor gentis hujus, David à Kirchheim, Conſiliarius intimus Hanoico-Lichtenberg, & Buxovillæ Prætectus, à Ferdinando III. Imp. nobilitatus, ab Hanoico Comite feudis, quæ Sulzenſis ſtirpis excidio vacabant, maſculinis locupletatus, inde in Ordinem Equeſtrem Alſatiæ Inf. receptus, An. MDCLXXXIII. rebus humanis valedixit. Paternæ dignitatis heres, Phil. David, ex Reifchachia uxore Chriſtianum Philippum An. MDCLXXXI. ſuſcepit; patrem Franc. Chriſtiani Eleonori, Ord. S. Lud. Equitis ac Tribuni; nec non Joſephi Ferdinandi, turmæ Prætecti.

## *LANDSPERG.*

### §. DLXXVI.

Inter illuſtriores Alſatiæ Inf. gentes collocari meretur Landſpergica, quam, uti Andlavienſem, Dynaſtis olim æquiparatam reperio. Elogium ejus ineunte ſeculo ſup. ſcripſit Jo. Walchius. (*q*) Stemma ex chartis diligenter compoſitum Bucelinus (*r*) edidit.

Egelol-

(*m*) Opp. Tom. IV. pag. 128.
(*n*) Wencker *Collect. Archiv.* pag. 353. num. 3.
(*o*) Pag. 124.
(*p*) Vid. ſupra pag. 266. init.
(*q*) *Decas Fabular.* An. MDCIX. Argentinæ impreſſa, in delicat.
(*r*) Opp. Tom. II. ſect. 2. pag. 155. ſq.

Egelolpho & Conrado de *Landesberg* bona in Rosheim a Friderico, Sueviæ Duce, postea Cæsare, collata fuisse, Bertholdi Præpositi S. Thomæ Argent. literæ An. MCXLIV. testantur. Abbatissa S. Odiliæ, Herradis, decus gentis suæ, monasterium Truteuhus. An. MCLXXXII. fundavit; (*s*) cui novennio post strenuus Dom. Conradus, Miles de Landsperg, 40. marcas argenti donavit. Conrado huic fundum castri Landsperg Edelindis Abbatissa, quæ soror ejus putatur, An. MCC. proprium concessit. (*t*)

Egelolfum de *Lantſperg*, civem Argent. ab Henrico, Marchione Hachbergæ, captum, Fridericus II. Imp. An. MCCXII. liberum dimitti jussit. (*u*) Guntherus & Eberhardus fratres de *Landesbere*, Ecclesiæ Argent. ministeriales, instrumentum transactionis, cum eodem Imp. An. MCLXXXVI. factæ, testes signarunt. An. MCCLXII. Conradus, Guntherus, Wernherus & Walcherus, *Domini de Landesberg*, (*x*) cum civitate Argent. contra Waltherum Episcopum fœdus inierunt. Conradus, *Dominus de Landesperg*, cum filiis suis, Wernhero Milite, Anselmo, Johanne, Cunzelino, Eberhardo & Egenolfo, curiarum in Veldkirch & Hundisheim advocatiam, Ducis Lotharingiæ feudum, An. MCCLXXXIII. Mediano Monasterio resignavit; fratre ejus, Egelolfo, Præposito Spirensi S. Trinitatis, literas has sigillo suo muniente. (*y*) Oppidum suum Nider-Ehnheim Præpositus hic Egelolfus, Cunradus, Wernherus & Guntherus fratres; ut & Eberhardus ac Cunradus dictus *Barrer*, fratres, anno sequenti Episcopo Argent. obtulerunt in feudum. (*z*) Guntherum Episcopatus Argent. Vicedominum chartæ An. MCLXCIII. produnt. Johannes Armiger, Waltheri Militis filius, Sundhusium Wirtenbergicis Comitibus An. MCCC. obtulit, sociumque feudi hujus assumsit Henricum de Landesberg, dictum *Hucker*; a quo universi Landspergenses ævi sequentis descendunt. *Domini temporales in Barr* Heinricus & Conradus de Landsperg An. MCCCXXVIII. occurrunt. Sexennio post Johannem, Vicedomini filium, a matre sua dictum de *Twan*, Ludovicus Imp. de vico Zellenweiler investivit. (*a*) Lingolsheimium An. MCCCXLIV. familiæ huic illatum supra (*b*) ostendi. Eberhardus Ordinis S. Joh. in Dorlisheim Magister decennio post legitur. In charta divisionis bonorum Landspergensium An. MCCCLX. ex gente hac memorantur Cuno dictus *Witzigore* & Wernlinus fratres, Eberhardus d. *Krietſch* & Eberhardus, frater ejus; Heinricus dictus *Spender* & Cuno fratres; Conradus d. *Ranſſer*, Heinricus d. *Hacker*, Cuno *Jöler*. Sed & alia Landspergensium agnomina passim occurrunt, donec ex variis eorum lineis sola supereſſet illa, quæ Hackeriana dicebatur, ab Henrico, quem nominavi, Hackero descendens. Hic Nicolaum & Ottemannum filios reliquit, duarum, quæ ad nostram memoriam simul perstiterunt, familiarum conditores. De Ottmanni, quod jam defecerunt, primum, dein de Nicolai posteris agam.

## §. DLXXVII.

Ottmanni nepos, Henricus, Vicedominus Argentinensis, Anno MCCCLXXXI. defunctus, præter Johannem, in munere hoc succeſſorem, Fridericum Rhinoviæ & Georgium Keisersbergæ (*c*) Advocatos procreavit, per quos stirps hæc in ramos abiit. Ex Friderico natus est Jacobus J. U. D. Cameræ Imperialis primo Assessor, dein Comitatus Lucelstein. Præfectus; cujus ex fratre nepos, Sebastianus, Episcopatus Argent. absente in Synodo Trident. Erasmo Præsule, Rector ac Vicedominus, An. MDLXVII, neptis autem, Maria, S. Stephani Abbatissa, (*d*) An. MDLX. obiit. Sebastiani frater, Theodoricus, pater fuit Friderici, quem Dux Wirtenberg. Sundhusio ejecit; (*e*) unde ramus iste Fridericianus seculo sup. exaruit.

Georgius, alter Henrici Vicedomini filius, An. MCCCLXIII. ante patrem extinctus, Jacobum genuit, Advocatum in Ortenberg, cujus posteri, à *Mutzig*, ubi habitabant, agnomen sortiti, quinquaginta abhinc annis intermortui sunt; unde Düppichheimium ad Flachslandios pervenit. (*f*) Postremus, Georg. Ludovicus, Legionis Quadianæ Protribunus, Godofredo de Rathsamh. in feudo Regio An. MDCXC. succeſſerat.

Nicolaus, Ottmanni frater, stirpis majoris auctor, An. MCCCLXXII. cum sorore sua, Ludovico de Frundsperg nupta, de hereditate paterna per Friderici dem Andlau



(*s*) Supra pag. 451. fin.
(*t*) Vid. pag. 263.
(*u*) Wencker *Collect. Archiv.* pag. 353. num. 4.
(*x*) *Die Herren von Landesberg.*
(*y*) Belhomme *Hiſt. Mediani Monaſt.* pag. 341.
(*z*) Cf. supra pag. 170.
(*a*) Vid. pag. 260. init.
(*b*) Pag 259. med.
(*c*) Vid. pag. 592. init.
(*d*) Præter hanc Mariam Brigitta An MCCCX. Margaretha MCCCLXV. Brigitta MCCCXCVIII. Margaretha MDL. ex Landspergica gente Abbatissæ S. Steph. fuerunt.
(*e*) Supra 260. med.
(*f*) Vid. supra pag. 170. init.

Andlau tranſegit. Filii ejus cum agnatis ſuis pacem caſtrenſem in Landſperg An. MCCCXC. inierunt. Hannemannus Miles eorum ſolus lineam hanc per Eberhardum, An. MCCCCXXXIX. defunctum, continuavit; cujus pronepos, Wolfgangus, Epiſcopatus Argent. Vicedominus, Vir diſertus & politicarum rerum inſigniter peritus, An. MDXLVI. deceſſit; pater Guntheri, Equeſtris Alſatiæ Ordinis rebus præfecti; ex quo prodiit Hugo Theodoricus, Jo. Samuelis & Jo. Davidis parens, quorum ille in Ehnheim inferiore, hic in Zellenweiler ſedebat, uterque ante An. MDCLXX. extinctus. Ex priore natus eſt Wolfg. Sigismundus, qui An. MDCCXII. obiit, pater Jo. Sigismundi, avus Samſonis Ferdinandi, in Ehnheim inferiore habitantis, cui tres filii ſunt, Sigfridus Jo. Samſon, militiæ Centurio & Directorii Equeſtris Aſſeſſor; Carolus Frid. Henricus, Teutonici, & Franciſcus Maria, S. Johannis Ordinum Equites.

## *MÜLLENHEIM.*

### §. DLXXVIII.

Antiquiores ſcripſerunt *Mülnheim*; male juniores *Mülheim* & *Mühlheim*. Nominis origo incerta. Stirpis tanta fuit fœcunditas, ut rami ex ea profecti variis clypeorum ornamentis & XII. agnominibus, quæ novimus, (*g*) a ſe invicem diſtincti fuerint. Per Alſatiæ civitates, Hagenoam; Scheltadium, Roshemium, Molshemium, Muzigam, per caſtra & vicos diſperſi agebant; ſed præcipua illorum ſedes fuit Argentoratus, ubi de principatu urbis cum Zorniis aliquando contenderant. Rudolfus I. Imp. cum An. MCCLXXXIV. ad hanc urbem acceſſiſſet, Burchardi de Mülnheim hoſpitio uſus, nonnulla Imperii bona in Illwickersheim, Illkirch & Grafenſtaden ei oppignoravit. Henrico de Mülnheim vallis Albertina à Rudolfi hujus nepotibus, Ducibus Auſtriæ, An. MCCCXIV. oppignerata. (*b*) Idem ſorte Henricus Oratorium Omn. Sanctor. Argentinæ fundavit, (*i*) & à Ludovico Cæſare Geuderthemium, Reinboldo dicto Hiltebrand de Mülnheim antea oppigneratum, An. MCCCXXXVIII. in feudum accepit. (*k*) Ludovico enim Mülnhemii; æmulo ejus, Friderico, Zornii cum amicis ſuis adhæſerant. (*l*) Nobilitas Argent. in duas has partes diviſa magnam ſui ſtragem An. MCCCXXXII. mutuis cædibus perpeſſa eſt. (*m*) Eberlinus de Mülnh. jus patronatus Biſchofsheimii ab Ulrico, Alſatiæ Landgravio, An. MCCCXXXVI. tenuit in feudum. Henſelinus, Miles Argent. An. MCCCL. ex captivitate Lotharingica liberatus eſt. Henrico Gemariam, pignus Rappoltſteinenſe, Bruno Dynaſta, civitatis Argent. hoſtis, An. MCCCLXXXVIII. abſtulit. (*n*) Walterus, Præpoſitus Rinov. & Richovillæ Advocatus, An. MCCCXCI. adverſus Landgraviatus Alſatiæ ſuperioris judicia fœdus iniit. Seculo iſto XIV. Johannes, Ottemannus, Eberlinus, Reinboldus dictus Hiltenbrand, Henſelinus, Eberlinus junior, Waltherus junior, Johannes junior, Henricus, Johannes & Burcardus dicti de Rechberg, Milites, civitatis Argent. Magiſtri ſeu Prætores ex Mülnhemia gente memorantur. Alii vel Advocati, vel Burggravii, vel Collegiatarum Præpoſiti & Canonici tum ibidem vixerunt.

### §. DLXXIX.

Nec minori numero in Senatus Argent. Prætura ſeculo XV. Mülnhemii comparent, Wilhelmus, Johannes dictus de Ungern, Heinricus dictus de Landſperg, Waltherus, Nicolaus, Heinricus, Otto, Burcardus ſenior, Johannes, Ludovicus, Eberlinus, Theobaldus, Milites. Inter Nobiles, qui fractis partium ſuarum viribus, An. MCCCCXIX. Argentina Hagenoam fecellerant, octo Mülnhemii fuerunt, Henrici quatuor, Johannes, Burcardus, Bartholomæus & Waltherus, cum liberis ſuis. Cauſam abſentium in ſenatu Argent. egit Burcardus de Mülnheim, Miles, Scultetus Hagenoenſis. (*o*) Barbara & Clara Mulnhemiæ Haſcovienſi Monaſterio Abbatiſſæ præfuerunt. Mulnhemios, vici *Widenſol* (*p*) poſſeſſores, Petrus Hagenbachius, Caroli Audacis in Alſatia Præfectus, An. MCCCCLXXIV. multum vexavit. Contra Ducem illum ſexcentos milites Argent. Philippus à Mülnh. An. MCCCCLXXV. Cæſari Noveſium adduxit. Poſt Nancejenſe prælium, quo Carolus Dux periit, Miles creatus eſt Sigelinus de Mulnheim. Inde rariores fieri, pluresque Mülnhemiorum rami deficere

(*g*) Clypeos ornamentis variegatos vid. ap. Herzog. *Citron. Alſat.* Lib. VI. pag. 258. ſq. Agnomina autem hæc in chartis occurrunt: *Rechenberg*, *Landſperg*, *Roſenberg*, *Girbaden*, *Geidertheim*, *Word*, *Rauſſein*, *Hiltenbrand*, *Ungern*, *Lutold*, *Surer*, *Biſchoff*.

(*b*) Supra pag. 204. (*i*) Pag. 293. (*k*) Conf. pag. 228. init.

(*l*) Koenigshov. *Chron.* pag. 126.

(*m*) Monum. ap. S. Thomæ lapideum Schultetus *ad Kœnigsh.* pag. 1122.

(*n*) Ibid. pag. 758.

(*o*) Schilter *ad Kœnigsh.* pag. 810. ſqq.

(*p*) De quo pag. 76. med.

deficere cœperunt, ut mortuis ex Roſenbergenſi Ern. Friderico, Prætore Argent. & Philippo Andrea, patruelibus, An. MDCLXXXVI. ſolus denique remaneret Rechbergicus, ex quo Blaſius, Kolbshemii ſemiſſem poſſidens, armis & prudentia civili clarus, An. MDCLXVII. & patruelis ejus, Jo. Reinhartus, Prætor quoque Argent. An. MDCLXXXVI. deceſſerunt. Hic Lud. Henricum genuit, per quem Oratorium OO. SS. An. MDCC. ad Catholicos ſolos rediit; cujuſque filius, Joh. Jacobus, tricennalis urbis Argent. Prætor, An. MDCCLX. filium reliquit, qui militat Regi.

## *NEUENSTEIN.*

### §. DLXXX.

Caſtrum Neuenſtein in Epiſcopi Baſil. Præfectura *Zwingen* prope Thierſtein ſitum, (*q*) cujus poſſeſſores, gentilitium nomen inde ducentes, Mulhuſii & Soloduri ſeculo XIV. habitarunt, (*r*) Domus Auſtr. in Sundgovia Brisgoviaque vaſalli. Mulhuſii ædes illorum juſſu publico dirutæ ſunt An. MCCCLV. Rudolfus de Neuenſtein, civitatis Baſil. hoſtis, caſtri ſui ruinam An. MCCCCXII. promovit. (*s*) Ejusdem nominis Advocatus Rappoltivillæ An. MCCCCXXXII. occurrit. Valentinus, qui cum Johanne & Rudolfo fratribus An. MCCCCLXXVII. de feudis Auſtriacis inveſtitus eſt, biennio ante cohortem Baſil. ad obſidionem Noveſii Cæſari per Rhenum adduxerat. (*t*)

A Neuenſteiniis his deſcendere creduntur illi, qui in Suevia & Alſatia Inf. hodieque ſuperſunt; in Ortenavia præſertim à ſec. XIV. obvii. Horum ſator celebratur Henricus Rohrhartus ſive Rohartus à Neuenſtein, Oberkirchæ ſcultetus, An. MCCCXLIII. defunctus, qui præter Heinzmannum, cujus propago An. MCCCCLXX. intermortua eſt, Ruſelinum & Matthæum filios reliquit, duarum linearum auctores, quarum prior *Schultheiſſia*, poſterior *Robartina* dicta. Gerhardus *Robard de Newenſtein*, Armiger, Eccleſiæ Argent. fabricæ An. MCCCCLVI. equum legavit. Linea hæc cum Joh. Reichardo, Præfecto Lahræ, & Georgio fratribus, de feudis Epiſcopatus Argent. An. MDC. inveſtitis, interiit.

Ruſelinus dictus *Schulteiſſe de Newenſtein*, Armiger, An. MCCCXC. deceſſerat. Jo. Adamus, abnepos ejus, ſtirpem ſuam duobus ramis continuavit. Uterque enim filiorum, Jo. Jacobus & Jo. Conradus, Gebvillæ Præfectus, maſculâ progenie fuit auctus. 1) Prioris ex Jo. Adamo nepotes fuere Hermanus Theodonicus, Oberkirchæ Præfectus, & Jo. Georgius, militia clarus, qui An. MDCLXIII. ad Muzigam cælebs expiravit. Alius Jo. Jacobi ex Jo. Ludovico nepos, Georg. Wilhelmus, præter Jo. Rudolfum, Ord. Teut. Equitem, & Jac. Franciſcum, Canonicum Baſil. filium habuit Jo. Reinhartum, ad quem Franc. Fridericus de Neuenſtein, Molshemii degens, genus ſuum refert. 2) Jo. Conrado natus eſt Rudolfus, Ortenaviæ Advocatus provincialis, pater Wolfg. Ludovici, avus Franc. Erneſti, cujus nepotes in Ortenavia & in Aula Fürſtenbergica florent.

## *OBERKIRCH.*

### §. DLXXXI.

Bercwardus de *ſuperiori Eccleſia*, Sigefridus & Reinherus Milites, An. MCXXXV. traditionem Maurimonaſterio factam teſtimonio ſuo roborarunt. B. Miles dictus de *Oberenkirchen* in charta Medianimonaſterii An. MCCLVIII. legitur. Oberkirchenſes jus patronatus in Criegesheim & decimas in Biſchovisheim a ſe in ſubfeudum tenere, Ulricus Alſatiæ Inf. Landgravius An. MCCCXXXVI. teſtatur. Johannem & Burcardum fratres Abbatiſſa S. Odiliæ vaſallos ſuos, nec alibi quam ad Oberehnheimenſe ſculteti Imp. judicium, nobilibus deſtinatum, (*u*) deferendos eſſe, An. MCCCXCVII. teſtata eſt literis. Burcardum illum, mortuo Johanne fratre, Epiſcopus Argent. de caſtro Billſtein ac decimis An. MCCCCXIV. filium ejus Sigfridum de Keiſersbergenſi An. MCCCCLIII. inveſtivit. Heinricus de Oberkirch inter Canonicos Eccleſiæ majoris Baſil. An. MCCCCLXXIX. occurrit. (*x*) Carolus V. Imp. caſtrenſe



(*q*) Urstis. *Chron. Baſil.* pag. 18.
(*r*) Leu *Lex. Helvet.* Tom. XIV. pag. 110.
(*s*) Ibid. pag. 222. & *Merckwurdigk. der Landſch. Baſel* Part. XVI. pag. 1839. ſqq.
(*t*) Urstis. l. c. pag. 443.
(*u*) Vid. pag. 404. med.
(*x*) Urstis. *Chron. Baſil.* fol. 461.

ſtrenſe feudum in Oberehnheim Jacobo, Sigfridi nepoti, An. MDXXI. contulit. Jacobus hic Epiſcopalem Kocherſpergæ Præfecturam & aulæ Magiſterium adminiſtravit. Ultima Hohenburgenſis Abbatiſſa, Agnes de Oberkirch, An. MDXLII. fuit electa. Jacobi pronepos, Jo. Nicolaus, Corporis Equeſtris ſenator, à Leopoldo Imp. An. MDCLIX. inveſtitus, in numeroſa ſobole Jo. Wolfgangum procreavit, patrem Jo. Chriſtophori & Frid. Leopoldi, per quos duo rami exorti. Jo. Chriſtophorus Quatzenhemium; (*y*) filius ejus, Phil. Chriſtophorus, XV. vir Argent. per conjugem ſuam, Phil. Ludovici de Buch filiam, Firdenhemii partem (*z*) nuper acquiſivit. Huic duo nunc filii ſunt, ex quibus primogenitus, Carolus Sigfridus, Legionis Bipontinæ Centurio & urbis Argent. Conſtaflerius. Frid. Leopoldi quoque bini nepotes ſuperſunt, quorum natu major Legionis Bavaricæ Centurio & in Senatu Argent. Conſtaflerius.

## *RATHSAMHAUSEN.*

### §. DLXXXII.

Nomen Gentis à vico *Rozenhuſen*, ut vulgus ponuntiat, haud procul Seleſtadio. Vicus hic cum caſtro, qui primariam gentis ſedem conſtituerat olim, in ſuperiorem & inferiorem dividitur. Gens in duas ab antiquo familias abit; quarum una à *Lapide*, (*a*) altera ab *Ebenweyer* (*b*) cognomen traxit; majorum virtutibus inter paucas excellens & feudis utraque dives. Tam remota autem gentis hujus primordia ſunt, ut communis ſtirpium iſtarum conditor antiquitatis involutus ſit tenebris. R. de Razenhuſen Friderici II. Imp. privilegium, An. MCCXIX. Molsheimenſibus Hagenoæ datum; Philippus Miles chartam transactionis Ulrici I. Phirretarum Comitis cum Eccleſia Argent. An. MCCLI. teſtes ſiguarunt. Friderici duo, pater & filius, Philippus cum filio ſuo Hartmanno, Hartmannus cum filiis Ulrico & Hartmanno, de *Razenhuſen* omnes, An. MCCLXVII. de non alienando caſtro *Kunegesberc* (*c*) inter ſe convenerunt. A Waltheri Epiſcopi partibus cum ſtarent, terras illorum cives Argent. paulo ante vaſtaverant. (*d*) Sed Hugo de Racenhuſen, Miles, Henrico Epiſcopo, Waltheri ſucceſſori, bellum intulit, ſuſpenſum induciis, pro quibus prorogandis Senatus Argent. literas ad Epiſcopum ſcripſit.

Seculo XIV. Rathſamhuſios in quinque lineas diviſos, hasque agnominibus *Stein*, *Kunigsheim*, *Tryberg*, *Dicke*, *Ebenweiler* diſtinctas reperio. Poſtremum rarius tum occurrit; Rathſamhuſii iſtius lineæ gentilitio ſuo nomine quod fuiſſent contenti.

### §. DLXXXIII.

Ramus à Lapide. Dietericus Rathſamhuſius, Miles, dictus *Zu dem Steine*, Johannes de Rathſ. dictus *von Tryberg*, & Hartmannus de Rathſ. junior, dictus *von der Dicke*, An. MCCCLXV. una comparent agnati. Dietericus ille Dingshemii & Bollvillæ jus patronatus ab Eccleſia Argent. (*e*) Weſtlhuſium ab Auſtriacis, (*f*) Vallem Rupenſem ab Imperatore, (*g*) in feudum jam tenuit. Huic in prædio Sempacenſi cum duobus aliis Rathſamhuſiis occiſo, ſucceſſit Jeratheus filius, cum Hartungo de Rathſ. in *Kunigesheim* & Cunone, fratre ejus, An. MCCCLXXXVII. memoratus, qui Bartenheimium An. MCCCCII. acquiſivit; (*h*) pater Bernhardi, Præpoſiti Hafelac. Dieterici, Advocati in Bergheim, & Ulrici, cui Volmari, Dynaſtæ Ochſenſtein. filia nupſit. Uterque autem, Dietericus & Ulricus, poſteros reliquit. Jeratheus, Ulrici filius, An. MCCCCLXXVII. Girbadenſe Dominium ad ſe pertraxit. (*i*) Inter hunc & fratrem ejus, Dietericum Militem, nec non ipſorum ex Conrado fratre nepotes, Georgius, Epiſcopus Met. An. MCCCCLXXXIII. litem compoſuit. Conradi filius, Georgius, de bonis quibuſdam Eccleſiæ Argent. An. MDVIII. inveſtitus eſt. (*k*) Extinctæ huic Ulrici lineæ ſucceſſit mox Dietericiana, ex qua ortus Jo. Fridericus An. MDLXXXII. obiit, pater Samſonis, ultimi Dynaſtiæ Rupenſis poſſeſſoris, de quo ſupra. (*l*) Excepit eum An. MDCXXII. Georgius Fridericus, ex cujus numeroſa ſobole

(*y*) Supra pag. 264.
(*z*) Ibidem.
(*a*) Vernac. *Zum Stein*, quod nomen caſtri vallis Rupenſis, de quo pag. 206.
(*b*) Vid. pag. 235. Veteres rectius ſcripſerunt *Ebenweiler*.
(*c*) Intelligitur caſtellum vici *Kunigsheim*, hod. Kinsheim, qui Rathſamhuſiis brevi poſt a Rudolfo Cæſ. fuit oppignoratus. Vide ſupra pag. 271. init.
(*d*) KOENIGSHOV. *Chron.* pag. 247.
(*e*) Vid. pag. 168.
(*f*) Pag. 442. med.
(*g*) Pag. 445. med.
(*h*) Pag. 60. init ubi error typographicus latet in An. MCCCII.
(*i*) Supra pag. 171. init.
(*k*) Vid. pag. 130. §. CXIX.
(*l*) Pag. 207. init.

fobole Chirotheus Conſtantinus An. MDCLXXV. improlis, Georgius Godofredus An. MDCLXXXIX. deceſſit, relictis filiabus, quarum major natu Sigfrido de Bernhold nupſit. (*m*) Remanſerant quidem adhuc duo fratres, Phil. Sickartus & Chriſtophorus Wilhelmus, ſed mente capti, quare Rathſamhuſiorum ad Lapidem feuda An. MDCXC. jam in Chamlajum beneficio Regis tranſlata fuerunt.

## §. DLXXXIV.

Conditor rami, cui ab Ehenweyer cognomen, An. MCCC. vixit Hartmannus, cui tres filii erant, Fridericus, Egenolfus atque Philippus. Friderici lineam pronepotes ejus, Hartmannus & Theobaldus, An. MCCCLXVIII. terminarunt, unde feuda Ochſenſteinenſia illorum ad collaterales tranſierunt. (*n*) Philippi poſteritas quoque poſt An. MCCCCXX. extincta. Egenolfi heredes Ulricus, Alſatiæ Inf. Landgravius, ſuos in Pincernatu Epiſcopi Argent. vicarios, An. MCCCXXXVI. commorat. Nepos ejus, Johannes, tres vicos clientelæ Auſtr. poſſidens, (*o*) feudum ahenariorum (*p*) An. MCCCLXI. genti ſuæ primus acquiſivit. Hujus filii, Hartmannus; Egenolfus & Johannes, de caſtro Luzelburg, quod in Odiliano Monte fitum, & vico Otterode a Wenceſlao Imp. An. MCCCXCII. inveſtiti ſunt. (*q*) Iiſdem Egenolfo & Johanni fratribus vicus Weisweiler trans Rhenum An. MCCCCVII. oppigneratus eſt. (*r*) Johannis hujus nepos ac pronepos, uterque Conradus Dietericus dictus, ſculteti Imp. Seleſtadii (*s*) fuerunt. Poſterior vicum Widernheim An. MCCCCXCVIII. Muegiis vendidit. (*t*) Filium ejus Henricum & Lutelmannum nepotem inter Advocatiæ Keiſersbergenſis poſſeſſores hoc tempore deprehendimus. (*u*) Ramus ab Ehenweyer

Lutelmanni ſoror, Dorothea, Parthenii S. Stephani Abbatiſſa An. MDX. Argentinæ deceſſit. (*x*) Ipſe vero Jo. Henricum procreavit, proximum Rathſamhuſiorum, quotquot hodie ſuperſunt, per Jo. Georgium & Conrad. Dietericum filios, auctorem. Duo enim hinc enati ſunt rami majores, quorum prior *Eberzillanus*, poſterior *Wibolsheimenſis* vocatur. Fratres illi ſolenni pacta An. MDLXI. inter ſe convenerunt, ut familia ſenior, excluſis reliquis, inveſtituras feudorum requirat, patronatus & in ahenarios jura exerceat.

## §. DLXXXV.

Jo. Georgii filius, Jacobus, cum patrueli ſuo, Jo. Caſparo, An. MDLXXVI. in caſtra Proteſtantium tranſiit. Jacobi nepos, Wolfg. Georgius, ordinis Equeſtris Alſatiæ Inf. Senator, An. MDCXCV. defunctus, in prole ſua præter Jo. Wolfgangum, Aulæ Haſſo-Darmſtadienſis Collegiorum omnium Præſidem, & Henr. Jacobum, Legionis Alſaticæ Centurionem, in prole ſua numeravit Jac. Samſonem & Franc. Ludovicum; quorum ille, literis (*y*) & armis probe exercitatus, per uxorem ſuam, Sophiam Doroth. *von der Grün*, novas trans Rhenum opes (*z*) collegit, Nobilitatis Ortenavicæ factus hinc Præſes; (*a*) ut & filius ejus, Wolfg. Chriſtophorus, pater Chriſtiani Samſonis & Phil. Chriſtophori, qui in Alſatica & Bipontina Legionibus Centuriones. Lin. ſenior.

Franc. Ludovicus inter filios ſuos, militiæ honoribus maximam partem conſpicuos, Franc. Jacobum reliquit ac Leopoldum Samſonem; quorum priori Leop. Eberhard. natus eſt, & Jo. Bapt. Leopoldus nepos. Leopoldo Samſoni, à ductoris militiæ ad aulicos Bipontini & Haſſo-Darmſtadienſis Principum honores promoto, novisque feudis locupletato, (*b*) duo filii ſunt, Carolus & Ludovicus, ille militiæ Gall. hic Aulæ Buxovillanæ adſcriptus.

Ramo hoc non minus fœcundus eſt Wibolsheimenſis, à Conr. Dieterico, ejusque filio Jo. Caſparo deſcendens. Caſpari filius, Wolfg. Dietericus, Amplitudinis Equeſtris Alſatiæ Senator, An. MDCLIX. obiit; pater Jo. Godofredi, Dachſteinenſis Præfecti, avus Linea jun. Wibolsheimenſis.

(*m*) Vid. pag. 700.
(*n*) Supra pag. 236.
(*o*) Pag. 122 med.
(*p*) *Keßler-Lehns*, quod juriſdictionem in ahenarios per Alſatiam, Briſgoviam &c. comprehendit.
(*q*) Supra pag. 258. med.
(*r*) Pag. 233. fin.
(*s*) Pag. 182. med.
(*t*) Pag. 261.
(*u*) Pag. 592.
(*x*) Hanc aliæ ex Rathſamhuſia gente S. Stephani, Haſcoviæ, alibique Abbatiſſæ præceſſerant. Burcardus à Rathſ. An. MCCCCXXXVII. à parte Capituli Baſil. in Epiſcopum electus fuit. URSTIS. *Chronic. Baſil.* pag. 321.
(*y*) Magnis ſumptibus collegit Cimeliothecam, ex omni Hiſtoriæ naturalis & antiquitatis genere compoſitam, quæ in Rathſamhauſianis ædibus adhuc extat Argentorati.
(*z*) Inter quas vici Nonnenweyer & Neudorf.
(*a*) *Lexic. Baſil.* Supplem. Tom. II. pag. 758.
(*b*) Conf. ſupra pag. 236. med.

avus Frid. Caſimiri, militum Saxoniæ Tribuni. Sed & filium ille habuit Georg. Melchiorem, nepotemque Wolfgangum Dietericum, ex quo inter alios prodierunt Fridericus Caſimirus, qui ab An. MDCCLVI. Murbacenſis & Luderenſis Abbatiarum Abbas & Princeps; Phil. Henricus & Wolfgangus Franciſcus, multiplici ſobole prædiți. Prioris filii ſunt, 1) Jo. Conradus, Turmæ Naſſoicæ Præfectus, pater Franc. Wilh. Caſimiri, Ord. Melitenſis Equitis. 2) Jo. Philippus, qui Cohortis Electoris Bavar. Protribunus & Ord. S. Georgii Eques, ex Thoeringia Comitiſſa duos filios in Bavaria reliquit. 3) Franc. Antonius, Protribuni quoque gradum in Legione Naſſoica adeptus. Wolfg. Franciſcus autem genuit Jo. Ludovicum & Phil. Aug. Wolfgangum, Legionis Regio-Bavaricæ Centurionem.

Rathſamhuſios caſtris, vicis, villis, juribus, ab Imperio, (*c*) Domo Auſtriaca, (*d*) Electore Palatino, (*e*) Duce Wirtenbergico, (*f*) Baſil. (*g*) & Argentinenſi (*h*) Eccleſiis, Lichtenbergæ (*i*) & Rappoltſteinii (*k*) Dynaſtis ante longam annorum ſeriem in feudum acceptis, communitos eſſe, ex narratis colligimus. Illi ad Lapidem Kageneccios, hi ab Ehenweyer Hüffelios Nobiles inter vaſallos ſuos numerarunt.

## *REICHII DE PLATZ.*

### §. DLXXXVI.

Reichii de Platz, ex Comitatu Tirolenſi oriundi, inter majores ſuos numerant Clementem, Saltzburgicæ Legionis Tribunum; patrem Chriſtophori Leopoldi, trirenium præfecti, avum Jo. Georgii, Legionis Bada-Imperialis Protribuni; cujus filius Jo. Wernherus, Leopoldo Wilh. Archiduci & Epiſcopo Argent. carus, Benfeldenſem in Alſatia Præfecturam obtinuit, poſteaque Matriculæ Nobilitatis Alſaticæ An. MDCLXI. inſcriptus & inter Corporis hujus Præſides cooptatus fuit. In his ei dignitatibus ſucceſſit filius, Franc. Erneſtus, rei venaticæ Epiſcopatus Argent. inſuper Præfectus, An. MDCCXLIX. defunctus; pater Jo. Philippi, & Franc. Conradi; quorum ille in Epiſcopatus, hic in Corporis Equeſtris muneribus partem excepit.

Jo. Wernherus prædium nobile in Stilla emit; Franc. Erneſtus partem vici Düttelnheim cum aliis Muckenſturmiorum bonis ab Epiſcopo Argent. in feudum accepit.

## *ROEDER A DIERSPURG.*

### §. DLXXXVII.

Frequentes ſunt per Germaniam Rœderorum gentes, a ſe invicem diverſæ. (*l*) Noſtros Ortenavia peperit, interque ſuos Alſatia aliquando recepit. Partem ſtemmatis eorum genealogici Bucelinus (*m*) vulgavit. Burcardus Miles dictus *Reder* chartam Epiſcopi Spir. pro monaſterio omnium Sanctor. Stollhovæ, quæ ad Rœderos pertinebat, An. MCCXLVI. teſtis ſignavit. Albertus dictus Röder, Miles, caſtrum *Hohenroden* ab Eccleſia Argent. tenuit An. MCCCXXXVI. Idem Albertus Röderus *Miles de Neuweiler* (hod. *Neuweyer* trans Rhenum) in chartis appellatur. Tum quoque Johannes & Arbogaſtus dicti Röder, fratres Armigeri, reſidentes in caſtro *Rodeck*, (*n*) occurrunt. Sunt alii de *Reinichen* dicti. Agnomen *Dierſperg* ſive *Tierſperg* Rœderis ſerius acceſſit. Fuerant olim Nobiles Dierſpurgenſes à Rœderis diſtincti. Andreas Rœder, Præfectus Lahræ, caſtrum hoc Carolo, Marchioni Badenſi, poſt medium ſec. XV. in feudum obtulit. Ortenaviæ Advocatus provincialis An. MCCCCLXXXII. Egenolfus Rœderus, ejuſdemque nominis Prætor ab An. MDXVIII. ad MDL. Argentorati floruit. Magdalena monaſterii S. Stephani Abbatiſſa

(*c*) De his pag. 258. §. CCCCLXXVII.
(*d*) Pertinet huc vicus Grufenheim, de quo pag. 72. §. CX. ut & bona in Morsweiler & Katzenthal, de quibus pag 104.
(*e*) Caſtrum Lucelburg pag. 258. Jus in Ahenarios &c.
(*f*) Vid. pag. 260.
(*g*) De hoc pag. 262. init.
(*h*) Feudum caſtrenſe in Keſtenholz ab Anno MCCCCXI. aliique.
(*i*) Caſtrum & novem vici, de quibus p. 235. ſq.
(*k*) Curia libera cum bonis in Heſſenheim ab An. MCCCXVIII.
(*l*) Gauhene *Adels-Lexic.* Tom. II. p. 1915. ſqq.
(*m*) Opp. Tom. II. ſect. 2. pag. 215.
(*n*) Caſtrum hoc, feudum Badenſe, extincta Rœderorum linea, quæ inde cognomen ducebat, medio ſec. XVI. ad Neuenſteinios, de quibus ſupra pag. 711. pervenit.

tiſſa ibidem An. MDXIX. electa eſt. Franciſcus Sebaſtianus, Georgii filius, An. MDCLVI. in Prætura quoque Argent. deceſſit; cujus poſteri & agnati, relicta Alſatia, in patriam ſuam Ortenaviam redierunt; ubi hodieque in tres lineas diviſi perſiſtunt, Matriculæ tamen Equeſtri Alſatiæ adhuc inſcripti.

## *SCHOENAU.*

### §. DLXXXVIII.

Schœnau, caſtrum & vicus, in media Alſatia ſiti ad Rhenum. (*o*) Gens inde appellata poſſeſſiones ultra Rhenum, in Ortenavia & Brisgovia acquiſivit. Henricus de *Schœnowe* Wilhelmi Vicedomini ſponſor; Jacobus, Henrici filius, obſes civitati Argent. An. MCCLXIII. oblatus eſt. Jacobus & Hartmannus de Schœnowe, Milites, Lobegaliis ab Epiſcopo Argent. captis An. MCCCXVI. idem præſtiterunt officium. Decennio poſt Hartmannus Miles dictus *Hurus*, Johannes dict. *Cuonemann*, & Johannes dict. *Menſelin*, in Schœnaviis occurrunt. In Codice MSt. Eccleſiæ Argent. tum temporis exarato hæc legimus: „Heinricus de Schönnowe habet in feodo ab „ Eccleſia Argent. officium Dapiferatus cum ſuis attinentiis, ad quod ſpectant VII. agri „ viniferi, ſiti in Mollesheim, & XXII. ſolidi denar. de cenſibus. Item habet has „ perſonas jure homagii, ratione dicti officii, ſibi adſtrictas, videlicet Götzonem de „ Rymuntheim & ejus fratres, Wernhertum & Berth. Milites de Hüſern, in Pfaffen„ heim reſidentes; Gerhardum & Burchardum Milites dictos Schöbe; Liebencellarium, „ qui habet officium piſcatorum; ... Bertholdum Ruſes, qui habet jus fluminis Bruſæ „ de ponte S. Thomæ uſque ad pontem S. Stephani in Argentina, & jus quod dici„ tur *Berbrot* ... Item advocatiam in villa Burrenheim ... item advocatiam curiæ S. „ Stephani in Sahſenheim. „

An. MCCCLXIV. Albertus de Schœnau agnato ſuo, Jacobo, Advocato Rubeacenſi, (*p*) ſuam Saſenheimii & Linckheimii partem vendidit. In prælio Sempacenſi An. MCCCLXXXVI. quatuor Schœnavii, Hugo & Petrus, filius ejus, Rudolfus & Walcherus fratres, occubuere. Cum Erhardo & Georgio de Schœnau Lutoldus Miles, Jac. & Thomas de Rauſtein in feudorum Rappoltſtein. ſocietatem A. MCCCCXXXVII. admiſſi ſunt. Seculo XVI Ludovicus Ortenaviæ Advocatus provincialis floruit. Nati ex fratre ejus, Melchiore, Jo. Otmarus & Jo. Rudolfus An. MDXCI. ut & Jo. Otmari filius, Jo. Baptiſta, An. MDCXXX. à Dynaſtis Rappoltſtein. inveſtiti ſunt. Baptiſta hoc quadriennio poſt ſine maſcula prole extincto, vicus Bchlenheim, allodialis quod eſſet, per filiam ejus ad Holzapfelios, (*q*) feuda autem ad aliam Schœnaviorum lineam tranſierunt.

Stirps illa in quatuor tum ramos abierat, à *Zell*, *Schwerſtatt*, *Wehr* & *Oeſchgen*, locis trans Rhenum ſitis, cognomen ducentes. Ex Zellenſi prodiit Jo. Franciſcus, Marci Jacobi filius, Epiſcopus Baſil. An. MDCLVI. defunctus, cujus patruelis, Jo. Ludovicus & Franc. Rudolfus, in eadem Eccleſia vixerunt Canonici. Alii non pauci hujus ſtirpis vel Teutonico vel Melitenſi Ordinibus fuerunt adſcripti. In Melitenſi hodie militant Franciſcus Philippus, Commendator Uberlingæ, & Franciſcus Xaverius, Franciſci Ignatii, qui allodialem nuper Hagenbachiorum hereditatem adiit, fratres.

## *WANGEN.*

### §. DLXXXIX.

Origo nominis à caſtro & oppidulo Wangen, de quo ſupra. (*r*) Tabulam genealogicam BUCELINUS (*s*) edidit. In chartis noſtris primus gentis occurrit Hecel de Wangen, Maurimonaſterii Miniſterialis A. MCCXLVII. idemque Abbatiæ Neovillar. pro Hugone, Dagsburgi Comite, An. MCCLVIII. obſes. Peregrino *Advocato* de Wangen Henricus Epiſc. Argent. pro defenſis Eccleſiæ juribus An. MCCXLVII. ſex vicorum reditus, 70. marcis argenti redimendos, oppigneravit. Octennio poſt de juribus Advocatiæ in Schiltigheim inter Abbatiam S. Stephani & Wangios Milites tranſactum. Anſelmus de Wangen An. MCCLVII. cum uxore ſua, Engelhardi Militis de Hagenowe ſorore, bona ad rivulum Robach ſita novo monaſterio Vallis S. Mariæ confecravit.



(*o*) Vid. pag. 261.
(*p*) De quo ſupra pag. 91. not.
(*q*) Conf. pag. 268.
(*r*) Pag. 267. ſq.
(*s*) Opp. Tom. II. ſect. 2.

consecravit. Hartungus, cui Sophia de Rappoltſtein nupſerat, feudum caſtrenſe in Oberehnheim An. MCCLXXX. à Rudolfo Imp. accepit. (*t*) Fridericus, Imperialis Colmariæ Scultetus, (*u*) vicum Zeinheim, pignus Cæſareum, An. MCCCXVIII. Epiſcopo Argent. tradidit. (*x*) Henricus Miles & Peregrinus de Wangen inter Eccleſiæ hujus vaſallos tum temporis comparent. (*y*) Brigitta S. Stephani Abbatiſſa Anno MCCCXXVIII. obiit. (*z*) Hartungus Miles Bernhardivillam civitati Ehnheim. An. MCCCLIV. reddere coactus eſt. (*a*) Hartungi hujus filius, Erhardus, matrimonio cum Geroldseckia felix, (*b*) gentem ſuam non parum extulit; quæ à pronepotibus ejus, Georgio & Hartungo, duas in lineas diviſa. Poſterioris nepos, Hartmannus, An. MDLXXXVIII. Scultetus Imp. Hagenoæ deceſſit, eodemque munere functus eſt filius ejus, Fridericus, in cujus nepotibus linea hæc periit.

## §. DXC.

Georgii nepos, Georgius II. Epiſcopi Argent. aulæ Magiſter, Marcæ Maurimonaſterienſis partem, à majoribus ſuis alienatam, An. MDXXXVII. redemit; (*c*) pater Chriſtophori, ex quo nati ſunt 1) Georgius Theodoricus, Ortenaviæ Advocatus provincialis & Leopoldi Archiducis, Epiſcopi Argent. Camerarius, à quo Principe ſuo Minvershemium (*d*) dono accepit; 2) Jacobus Chriſtophorus, Ordinis Equeſtris Alt. Inf. Director, An. MDCLVII. mortuus; 3) Georgius Eraſmus, ſtipendiis militaribus inſignis. Jac. Chriſtophori proles, Franc. Chriſtophorus, Epiſcopatus Argent. Vicedominus, *Argentinenſium*, Jo. Fridericus *Hagenoenſium*, quæ adhuc ſuperſunt, lineas condiderunt. Facta inter fratres hos bonorum diviſione, Minvershemium juniori Ludovicus XIV. An. MDCLXXII. confirmavit, eidemque Oſteiniorum, in hottico degentium, feuda Alſatica An. MDCLXXXI. adſcripſit. Jus patronatus Minvershemii, feudum Palatinum, decennio poſt regia inveſtitura Wangiis quoque collatum eſt. Jo. Friderici per Jo. Joſephum nepos, Jo. Jacobus Dominicus, An. MDCCLIV. decedens, filium ſui nominis reliquit.

Lineæ Argent. nunc caput eſt Jo. Ludovicus Albertus, Equeſtris Ordinis Directorum ſenior, Franc. Dominici filius, Franc. Chriſtophori nepos, cui tres filii ſunt, Conradus Beat. Ludovicus, regiorum exercituum Campi-Mareſchallus, Legionis Alſaticæ Tribunus; Franc. Ludovicus Fridericus, Canonicus & Archidiaconus Baſilienſis; Franc. Carolus, Melitenſis Ordinis Eques. (*e*)

## *WEITERSHEIM.*

## §. DXCI.

Gentis nomen à vico Imperiali Alſatiæ, (*f*) ex quo in vicina Hagenoæ & Brocomagi caſtra Weitershemii recepti ſunt Milites. Conradus de *Wittersheim*, Miles, cum filio ſuo Bertholdo Henrici, Alſatiæ Landgravii, literas, Neoburgenſi Abbatiæ datas, An. MCCXXXVI. teſtis ſignavit. Bertholdus & Johannes ſenior de *Wittersheim*, Milites de *Brumat*, An. MCCCXXII. occurrunt. Bertholdus & Conradus, Armigeri, filii quondam Bertholdi, dicti de Wittersheim, Militis, reſidentes in Brumat, à Carolo IV. Imp. An. MCCCLV. feudum impetrarunt Hagenoæ, quod Johanni Weitersheimio An. MCCCCV. ampliatum & in caſtrenſe feudum fuit converſum. Alius hujus nominis, Eccleſiæ Selſenſis Præpoſitus, An. MDXXIII. obiit. (*g*) Wilhelmus, Geuderthemii habitare ſolitus, An. MDLV. Oberkirchenſem Epiſcopi Argent. Præfecturam rexit. Filii ejus, Jac. Chriſtophorus, Sebaſtianus & Philippus cum patrueli ſuo, Balthaſare, Ballibronnæ præfecto, de feudo caſtrenſi Hagenoæ à Rudolfo II. Imp. inveſtiti ſunt. (*h*) At ſolus illorum Philippus ſtirpem continuavit, quæ per nepotem ejus, Bertholdum, An. MDCLXXXIV. extinctum, in duos ramos diviſa. Nam præter Georg. Balthaſarem, Ord. Teutonici Commendatorem in Alſchhauſen, Phil. Bertholdum & Bertholdum filios reliquit, ex quibus orti

(*t*) Supra pag. 403.
(*u*) Pag. 171. fin.
(*x*) Vid. pag. 141.
(*y*) Supra pag 268. not.
(*z*) Huberi *Bericht von S. Stephan* pag. 139.
(*a*) Vid pag. 271. fin.
(*b*) Supra pag. 214. med. & 621.
(*c*) Pag. 215.
(*d*) Pag. 256. med.
(*e*) A Wangiis his diverſi fuerunt Degelini de Wangen, ex Suevia in Alſatiam ſup. progreſſi, ex quibus Jo. Georgius, Præfectus in Landſer, Verena & Eliſabetha ſorores, Ochmarshemii Abbatiſſæ ſec. XVI. floruerunt. Ad hos ſpectare videntur Ulricus & Jacobus fratres de Wangen, qui jus ſuum in Herſperg Abbatiæ Olſpergenſi An. MCCLXX. reſignaſſe leguntur, apud Mabrag. *Geneal. Habsb.* Cod. diplom. num. 506.
(*f*) De quo ſupra pag. 256. med.
(*g*) Bucelinus *German.* Part. 2. pag. 271.
(*h*) Moser *Reichs-Hofraths Procegl* tom. 3, pag. 882.

orti ſunt ei nepotes: ex poſteriore Carolus Eugenius militiæ Danicæ Tribunus, ex priore Leopoldus Henricus, Ordinis S. Ludovici Eques, propagator gentis.

## *WETZEL DE MARSILIA.*

### §. DXCII.

Inter veteres Ordinis Equeſtris Argentorati familias Wetzelii quoque comparent, quibus à *Marſilia* cognomen. Genealogicum eorum ſchema BUCELINUS (*i*) protulit. *Wetzelo* & Henricus, *Marſilii* filius, urbis regimini An. MCCXXXVII. admoti; (*k*) Henrico, *filio Marſilii*, ejusque liberis, Epiſcopus Argent. decennio poſt, Henrici Raſp. Anti-Cæſaris nomine; bona in Vendenheim nexu feudali contulit. Auctorum gentis, Wezelonis & Marſilii, prænomina in gentilitia nomina commutata paulatim fuiſſe, ex dictis apparet. Henricus & Wetzelo Arnigeri, Henrici *Wetzelouis Marſilii*, Militis Argent. filii, fratris ſui, Johannis Militis, liberorum tutelam A. MCCCXXVII. geſſerunt. Heinzmanno Reinboldus de Windeck feudum Odenheimenſe, quod Cuno de Huneſteld refutaverat, An. MCCCLIX. conceſſit. Civitatis Argent. Magiſter Reimboldus fuit, Heinzmanni hujus filius, pater Henrici, qui genuit Johannem, Collegiatæ S. Petri ſenioris Decanum; Jacobum, Scultetum Argent. An. MDXXIV. defunctum, atque Philippum, reſidentem Andlaviæ. Jacobi linea ſeculo ſuperiore periit; Philippus per Martinum & Alexandrum nepotes duas condidit lineas, quarum prior An. MDCCXXII. quoque fuit deleta; poſterior in Chriſtiani Eberhardi, Alexandri pronepotis, qui cohortis prætorianæ Ducis Wirtenberg. præfectus An. MDCCXLIV. obiit, filiis, Jo. Ludovico & Phil. Reinhardo, Ducis Mecklenburgo-Strelic. Puncerna, adhuc perdurat.

## *WURMSER.*

### §. DXCIII.

Wurmſeros, qui & *Wormſeri* dicuntur, non Alſatas eſſe origine, ſed ex Rhætorum Bormio, Germanice *Worms*, per Helvetiam Argentoratum deſcendiſſe, traditio eſt, quam Alberti I. Imp. charta An. MCCCVIII. firmare videtur, qua *ſtrenuo viro, Bernhardo dicto Wurmſer, Militi*, feudum in Rordorff, Comitatus Helvetio-Badenſis vico, (*l*) rogante Johanne, filio Hermanni dicti Kuchenmeiſter, Conſiliario ſuo, contulit. A Bernhardo hoc procul dubio deſcendit Bernhardus ille Wurmſerus, (*m*) qui cum fratribus ſuis, Jacobo & Volzone, ut & Caſparo de Urendorff, Milite, Vendenheimium (*n*) à Capitulo majore Argent. An. MCCCLVI. pignori accepit. Is Friderico IV. Imp. à Conſiliis & in coronatione Romana Aulæ præfectus, An. MCCCLXXX. deceſſit, pater Nicolai, creati à Carolo Audace Equitis, qui cum maſcula ſobole careret, gentis ſuæ ſtori conſulens effecit, ut quæ poſſidebat feuda, pignora & allodia, ad patrueles ſuos potius, quam ad filias & alienos, tranſirent. Inter patrueles hos erant Valentinus Jacobi, & Jacobus Volzonis filii, quorum prior *Schafftolsheim.* poſterior *Vendenheim.* lineas condiderunt.

Schafftolshemium Valentinus familiæ ſuæ primus intulit, (*o*) ad An. MDXII. uſque ſuperſtes. Ex Adelheide Andlavia numeroſam ſobolem & in hac Bernhardum ſuſcepit, doctrina, itineribus, rebusque geſtis illuſtrem. Extat autographum inſtrumenti, quo Catharina, Cypri Regina, *nobilem & inſignem Militem D. Bernhardum Wurmſer*, per Cyprum Hieroſolymam ſacrum iter ſuſcipientem, ſacri Ordinis ſui inſignibus ſe muniviſſe teſtatur. Hic Friderici, Electoris Palat. Conſiliarius cum Principe ſuo An. MDXIX. in Hiſpaniam miſſus eſt, ut Carolo V. Imperialem nuntiaret electionem. Novis hinc inſignium ornamentis ornatus ad ſpleudidiorem longe vitæ fortem properabat, cum præmatura mors Heidelbergæ An. MDXXI. ipſum opprimeret. (*p*) Ex fratre ejus, Jacobo, Marckolsheimii Præfecto, Georgius prodiit, avus Georgii, qui lineæ ſuæ poſtremus An. MDCXLIII. expiravit.



(*i*) *German.* Part. II. ſect. 2. pag.
(*k*) SCHILTER in Præfat. ad *Kœnigshov.*
(*l*) LEU *Lexic. Helvet.* Tom. XV. pag. 412.
(*m*) Conf. BUCELINUS *Germania* Part. II. ſect. 2. pag. 294.
(*n*) De quo pag. 172.
(*o*) Vid. pag. 168. med.
(*p*) BERNHARDI WURMSERI A SCHAFFTALSHEIM & Hartmanni ab Eppingen *Practica Obſervationes forenſes*, Coloniæ 1607. & Francof. 1658. editæ ſunt. Bernhardum hunc impenſe laudat IRENICUS præfat. ad *Exeget. Germ.* An. 1518. ſcripta.

## §. DXCIV.

Jacobus, Volzonis filius, lineæ Vendenheim. auctor, præter Nicolaum, Collegiatæ S. Thomæ Præpositum, tres, qui prolem suscepерunt, filios reliquit, Bernhardum, Wolfgangum & Jacobum; quibus Maximilianus Imp. bannum sanguinis An. MDXVII. Carolus V. vectigal in Vendenheim An. MDXXI. permisit. (*q*) Bernhardus ille, Eques auratus, ac vicennalis Argentinensium Prætor, An. MDXXIII. cum tribus aliis urbium legatis ad Cæsarem in Hispaniam profectus est, Civitatum, quibus Electores ac Principes nonnulli suffragium denegaverant, causam acturus. (*r*) Contra Turcas, Viudobonam obsidentes, An. MDXXIX. turmæ 400. equitum præfectus, nec non ductor auxiliarium Argent. deinceps in Hungaria pugnavit. Polleritas ejus in abnepote, Carolo Ludovico, An. MDCCXII. periit.

Qui hodie supersunt Wurmseri, à Bernhardi fratribus, Wolfgango & Jacobo, defcendunt, in duas lineas, *Sunthusianam* & *Vendenheim.* divisi. Wolfgangus ille, Wilhelmi Furstenbergici Legatus, in expeditione Italica An. MDXXIX. fortiter occubuit, pater Wolfg. Sigismundi, qui Jacobo Sturmio, viro summo, in Prætura Arg. An. MDLIV. datus successor, multis ad Cæsares, Comitia & Principes Imperii legationibus functus, novisque feudis locupletatus An. MDLXXIV. decessit. (*s*) Filius ejus, Jo. Jacobus, Electoris Brandenburg. Consiliarius & Ecclesiæ Argent. Judex Aulicus, Jo. Jacobum & Jo. Reichardum, in Ducis Wirtenberg. Aula claros, reliquit; quorum prior Sundhusium An. MDCXII. in feudum accepit; (*t*) parens Dagoberti, Corporis Equestris Alsatiæ Inf. qui fuit Director. Eodem in Ortenaviæ Nobilitate gradu conspicuus fuit Franc. Jacobus, Dagoberti nepos, ex quo nati sunt Christ. Franciscus Jacobus, Ord. Teut. Eques, & Dagobertus Sigmundus, regiorum Exercituum Pro-Legatus. Horum patruus, Frid. Dagobertus, turmæ equitum olim, nunc rei veneticæ Ducis Wirtenberg. in Alsatia præfectus est.

## §. DXCV.

Vendenheimensis ramus, à Jacobo incipiens, per Wolfgangum, Prætorem Arg. & Jacobum juniorem, ex itinere Hierosolymitano S. Sepulcri Equitem, iterum fuit divisus. Posterioris filii, Georgius Jacobus & Nicolaus Ludovicus, ut & Philippus Jacobus nepos, inter urbis Argent. Prætores seculo superiore cooptati fuerunt. Ex Philippo Jacobus Fridericus ortus est, Regiminis Buxovillani Præses, quocum Jacobi junioris propago interiit.

Wolfgangus, alter Jacobi senioris filius, præter Nicolaum Jacobum, in Prætura Argent. An. MDCXX. vita defunctum, Jo. Ludovicum genuit, patrem Nicolai Erhardi, Tribuni militum in proelio Nordling. Anno MDCXXXIV. occisi, nec non Jo. Jacobi, qui ex Ottone Reinharto nepotem cognominem vidit, ad Prætoris & Cancellarii Universitatis Argent. honores evectum, in quibus ei filius successit Jo. Ludovicus, frater Jacobi Reinharti, ex cujus filiis duo Alsaticæ Legioni Centuriones adscripti. Sed & Jo. Ludovicus filium reliquit, Christianum Ludovicum, qui regiorum exercituum Campi-Marefchallus, copiarum Germanicarum Regi militantium Inspector, Ordinisque virtutis bellicæ Commeudator, gentem suam hodie illustrat.

## *ZORN.*

## §. DXCVI.

Spectatissima inter Prætorias Argentorati familias Zorniorum profapia est; pleni laudis eorum civitatis annales. Nicolao Zornio, copiarum ad proelium Hugsbergense An. MCCLXII. duci, libertatem suam; (*u*) nepotibus ejus, cum Mulnheniis de principatu certantibus, (*x*) mutatam Reipublicæ formam (*y*) urbs debuit. Tanta vero hujus gentis fuit fœcunditas, ut prope viginti cognomina, quibus à se invicem lineæ discernerentur, inventa fuerint. (*z*) Supersunt adhuc rami duo, à *Plobsheim* & à *Bulach*

(*q*) Moser *Reichs-Hofraths Proceß* Tom. 3. pag. 890.
(*r*) Oratio Vallifoleti ad Cæsarem habita, ap. Datt *de Pace publ.* pag. 807.
(*s*) Elogium ejus vid. in dedicat. Johannis Walchii *Decadis Fabular.* 1609. editæ.
(*t*) Supra pag. 260. med.
(*u*) Koenigshov. *Chron.* pag. 250. Conf. *supra* pag. 308. fin.
(*x*) Supra pag. 303.
(*y*) Vid. pag. 309.
(*z*) Nominabo potiores ordine, quo defecerunt, lineas: 1) *Rauscher*, ex qua Henfelinus, Henfelini dicti *Zornius ufs Rauscher*, Militis filius, sub initium sec.

*Bulach* dicti, qui etsi à seculo XIII. discreti, feudorum tamen communione gaudent. Illi canis effigie, uti Lappii, hi manubrio ensis clypeum suum exornant. Antequam à Plobshemio ductum agnomen, Zorniorum ille ramus à munere, quo apud Argentinenses functus est, *Schultheiss* nuncupari suevit.

Nicolao dicto Zorn, *Sculteto* Argent. Eberhardus Marscalcus quinque libras denar. in moneta Argent. consensu Henrici Episcopi, ut domini directi, an. MCCLXV. vendidit. Nicolao & Johanni dictis Zorn, Militibus Argent. Rudolfus I. Imp. viginti libras ex tributo Cæsareo oppidi Oberehnheim. An. MCCLXXV. in feudum dedit, quod adhuc obtinet. Nicolao seniori vicus Ensheim (*a*) ab Ulrico, Alsatiæ Infer. Landgravio, ejusque fratribus, (*b*) An. MCCXCVII. jure feudali quoque collatus est. Filius ejus cognominis, Sculletus Arg. decimas & agros in Gebolzheim ab Ettendorffiis Dynastis An. MCCCII. eodem nactus est jure. (*c*) Sed & feudum castrense Ortenbergicum Nicolaus ille Sculletus à Friderico & Leopoldo fratribus, Austriæ Ducibus, A. MCCCIX. impetravit. Quinquennio post curiam & jus patronatus vici Selersheimi, feudum Imperiale, à Frundsbergiis Militibus centum & decem marcis argenti coëmit. Lichtenbergenses denique Dynastæ, Hannemannus & Ludovicus, An. MCCCXXV. eidem Nicolao reditus frugum in Schulckendorff concesserunt in feudum. Patet hinc, quanta virtutis Zorniorum apud Alsatas fuerit existimatio, quum tot feudis à tot Proceribus tam brevi temporis spatio fuerint cumulati. Filius Nicolai, Bechtoldus Miles, ob cognatos quosdam suos neci datos, Friburgensi Brisgoviæ civitati iratus, collectam armatorum manum Egoni Comiti, Friburgum oppugnanti, An. MCCCLXVI. adduxit, infignisque victoriæ factus est particeps. (*d*)

## §. DXCVII.

Auctas Zorniorum possessiones, proprias & feudales, seculo sequenti reperio. Acceptis à Bernhardo, Marchione Badensi, ducentis denariorum libris, bona sua in Offenheim An. MCCCCIV. ei obtulerunt, facti hinc vasalli Badenses. Decennio post accessit Plobshemium, pignus Imperii. (*e*) Martino dicto Zorn, Johannis Militis filio, & uxori ejus, Johannis de Mittelhus & Gertrudis de Endingen filiæ, ad quam tertia pars vici Hürtigheim spectabat, reliquam vici hujus partem Thomas de Endingen, Armiger, An. MCCCCI. donavit. (*f*) Martinus ille, Prætor & dux Argentinensium, ab Armaniacis ad Marlejam mox vulneratus periit. (*g*) Hugsbergam superiorem Smalmannus, Dynasta Rappoltstein. post Jo. Zornii de Eckerich obitum, in Zornios Sculletos A. MCCCCXLVI. transtulit. (*h*) Bertholdus Zorn, dictus *Schultheiss*, juramentum advocatiæ vici hujus Capitulo S. Thomæ An. MCCCCLI. præstitit; qui cum patruelı suo Johanni dicto Schultheiss, nec non Ludovico, Adamo & Martino Zornis, Martini filiis, de molendino quatuor rotarum in urbe Argent. investitus est.

Adamus ille, Ducis Lotharingici militiæ præfectus, post prœlium Moratense An. MCCCCLXXVI. Miles creatus, An. MDXIX. Prætor Argent. decessit; avus Jo. Adami & Wolfg. Dieterici, qui dimidiam partem vici Hürtigheim Philippo, Hanoico-Lichtenberg. Comiti, An. MDLXV. obtulerunt in feudum. (*i*) Decennio ante Carolus V. Imp. Zorniis à Plobsheim jus gabellæ vini in vicis suis permiserat. Jo. Adamus quidem reliquit filios, è quibus Adamus Prætor & Cancellarius Argent. A. MDCXXIII. obiit. At sola Wolfg. Dieterici propago ad nos descendit. Sebastianus, filius ejus, Wolfg. Dietericus & Car. Ludovicus, nepotes, nec non Georg. Dietericus & Wolfg. Fridericus, pronepotes, Præturæ Argent. admoti sunt omnes. Ex posttremo nati sunt 1) Frid. Augustus, Regis Pol. & Electoris Saxoniæ Camerarius, cujus filius cognominis Gedani vivit. 2) Sigmundus Diet. Tribunus Wirtenberg. pater quinque filiorum adhuc superstitum, quorum natu maximus, Frid. Ludovicus, Legionis Gallo-Succ. Centurio, nunc Magistratui Argent. adscriptus; Maximil. Augustus, Ord. Mariæ Theresiæ Eques & Legionis tormentariæ Austriacorum Tribunus; Sigm. Dietericus, iisdem in Ducatu Wirtenberg. honoribus fulgens.



sec. XV. obiit. 2) *Ruxendorffii* MCCCXVI. 3) *Weiss-Zorn*, quæ cum Stephano & Bechtoldo, SS. Petri Sen. & Thomæ Canonicis, Johannis Militis filiis, post An. MCCCCXXXVI. periit. 4) *Heiland* MCCCCXLII. 5) *Ripein* MCCCCLXIX. 6) *Pamphile* circa MCCCCLXXX. 7) *Juxgorm* Mauritius Miles & Ludovicus Armiger poltregni MDXVIII. 8) *Wagersburg* post An. MDXXI. 9) *Lappe*, a cane, insignibus impositio, sic dicti, MDXXXI. 10) *Eckerich* & *Epfich* medio sec. XVI. 11) Dunzenheim MDLXIV. 12) *Zum Riet*. Nicolaus, Jacobi Armigeri & Prætoris Argent. filius, Friburgi Brisgoviæ decessit MDLXXXI. Herzogius *Chron. Alsat.* Lib. VI. pag. 295. sqq. varias insignium species exhibet, quibus usæ sunt diversæ Zorniorum lineæ.

(*a*) De quo pag. 170. med.
(*b*) Qui erant Egelolfus & Philippus, renuntiantes exceptioni, *dua ei gefchehen ware, dieweile wir Pfaffen waren*.
(*c*) Vicum hunc, de quo supra pag 147. Thomas de Endingen, Thomæ pater, ab Engelhardo de Hohenstein, Armigero, An. MCCLXXIV. quinquentis au eis emerat.
(*d*) Episcopus Argent. a quo duo feuda posteriora nunc pendent, An. MDLVII. Bulachios quoque ad illa admisit.
(*e*) Koenigshov. *Chron.* pag. 317.
(*f*) Vid. pag. 258.
(*g*) Schilter *ad Kanigshov.* pag. 930.
(*h*) De quo vico pag. 261.
(*i*) Supra pag. 238. fin.

## §. DXCVIII.

Bulach. Alter Zorniorum ramus, à *Bulach* cognominatus, per Nicolai Militis & Prætoris Argent. An. MCCCXLIX. electi, (*k*) filios, Johannem & Nicolaum, Milites, in duas, quæ adhuc durant, divisus est lineas.

Johannis filius, Rudolfus, instrumentum transactionis, qua Nobilitas à civibus expulsa in urbem recepta est, An. MCCCCXXII. signavit, (*l*) postquam ipsi castrum Ramstein tumultu isto fuisset ereptum. (*m*) Osthusium à Sigismundo Imperatore An. MCCCCXXXVI. in feudum recepit; (*n*) pater Nicolai Prætoris, An. MCCCCXCI. defuncti, avus Gaspari Militis, qui cum Smalmanno, Dynasta Rappoltstein. iter sacrum in Palæstinam suscepit. Gasparis Ludovicum, hic Joachimum genuit; cujus nepos, Jo. Ludovicus, Benfeldæ Præfectus, An. MDCLXIV. decessit; avus Josephi Antonii, qui Gerstheuii habitans duobus filiis, toga & sago merentibus, lineam suam continuat.

Retrogredior ad Nicolaum, alterius Bulachiorum lineæ auctorem; ex qua Hugelinus Comitem Blamantonum An. MCCCLXIII. ex terris suis captivum abduxit. (*o*) Nic. Bernhardus ab Episcopo Argent. varios pecuniæ & frugum reditus Argentinæ & Geispolzheimii An. MCCCCXLIV. obtinuit. Georgius Ortenaviæ Advocatus provincialis, An. MDLXVII. decessit. Hujus ex fratre nepos, Sebastianus, quatuor filios suscepit: Hugonem Fridericum, Ducis Bipont. Consiliarium intimum; Georgium, Equestris Alsatiæ Inter. Corporis Directorem; Franciscum Ludovicum & Nicolaum Conradum, in Wirtenbergica & Onolsbacensi Aulis seculo sup. floreutes. Lineam solus propagavit Fr. Ludovicus, pater 1) Georgii Lud. qui strenua Benfeldæ contra Suecos defensione inclaruit; (*p*) 2) Ferdinandi, cujus nepos fuit Carolus Ferdinandus, Prætor Argent. An. MDCCLIX. extinctus, ut & Georgius Reinhartus, Ordinis virtutis bellicæ Eques, Dorolsheimii sedens, duorum filiorum genitor, qui in Legione Alsatica militant Regi.

## *ZUCKMANTEL.*

## §. DXCIX.

Oppidum hujus nominis in Silesia est, in Alsatia progenies, quæ Brumati sedem cum Weitersheimiis habuit, eademque insignia fervat, (*q*) Dynastis Lichtenbergensibus ab antiquo adscripta. Johannes dictus Zuckmantel, senior, Miles de Brumat, Wilhelmi Militis filius, Ludovico de Eckendorff & Ottoni de Hochfelden, Ottomanni filio, in castello Eckendorff & jure decimarum succedendi spem à Dynastis Lichtenberg. An. MCCCLXV. impetravit. Is Nicolai de Grostein, Militis, filiam cum duxisset uxorem, vicum Wintzenheim, feudum quoque Lichtenbergense, per eam accepit; (*r*) pater Johannis junioris, cui vivus magnam bonorum suorum partem An. MCCCLXXIV. tradidit. Johannes hic, dictus Zuckmantel, Miles, nonnulla in Wintzenheim ex materna hereditate monasterio S. Claræ Argent. Anno MCCCCVII. vendidit, Hartungum & Walramum, Arnigeros, reliquens. Posterioris filius cognominis, Præfectus in Brumat, à Jacobo, Comite Lichtenbergensi, Anno MCCCCLXXV. ad feudum decimarum in Bernsheim, quo Georgius de Lamperthein fruebatur, admissus est. Successit ei Gasparus filius, pater Agnetis, Abbatissæ Hohenburg. An. MDXXV. & Jacobi Christophori, cujus nepos, Johannes Walramus, urbis Argent. Prætor, An. MDCXIII. obiit. Natus ex eo Johannes Philippus cum Johannis Georgii Baronis à Seebach, militiæ Hispan. ducis, (*s*) sorore matrimonium inivit, unde castrum & vicus Osthofen, castellum in Ergersheim, aliæque Seebachiorum possessiones ad filium ejus pervenerunt, Johannem Georgium, qui sororem suam, Johanni Ludovico de Landsperg nuptam, hereditatis hujus participem reddidit. Sed exclusis Landspergiis & quibuscunque aliis, Franciscus Antonius, Johannis Georgii filius, Regiminis Episcopi Argent. sententia, à Regio Senatu confirmata, solus Seebachiorum legitimus heres pronuntiatus est. (*t*) Genuit ille sui nominis filium, regiorum nunc exercituum Pro-Legatum, ex Regia ad Electorem Palat. legatione & Ziegenhaynio, Hassiæ munimento, contra hostes nuper strenue defensio, illustrem.

ALSATIÆ

(*k*) Kornigshov. *Chron.* pag. 295.
(*l*) Schilter ibid. pag. 881.
(*m*) Supra pag. 202.
(*n*) Vid. pag. 442. med. Feudum hoc toti Zoriorum genti per secutas Imperatorum investituras competit.
(*o*) Kornigshov. pag. 332.
(*p*) Conf. pag. 152.
(*q*) Vid. Herzog. *Chron. Alsat.* Lib. VI. p. 294.
(*r*) Tabular. Zuckmantel. Conf. supra pag. 216.
(*s*) Hic An. MDCLII. obiit, linea sua ex Thuringia fec. XVI. in Alsatiam progressa, ultimus. Gaumen *Adels-Lexic.* Tom. II. pag. 2305.
(*t*) Conf. supra pag. 172. init. Franc. Antonii hujus majores, paternos atque maternos, exhibet Bucelinus Opp. Tom. IV. pag. 477.

# ALSATIÆ ILLUSTRATÆ PERIODUS GALLICA.

## §. I.

CElticam, Romanam, Francicamque Periodos in priore *Alſatiæ Illuſtratæ* Volumine non modo indicavi, ſed & peculiaribus libris ſollicite diſtinxi. Romanorum non minus ac Francorum dominatio terris illis, ex quibus Alſatia ſub Merovingis coalut, novam plane rerum induxerat faciem. Non eadem Germanicæ Gallicæque Periodorum ratio eſt. Tam arcto hæ vinculo, tam continuo & indiſſolubili inter ſe nexu cohærent, ut alteram ſi ab altera divellas, omnium Dynaſtiarum, Dominiorum & Civitatum, quin & Familiarum in medio rerum curſu abrumpatur hiſtoria. Ordinis ratio.

Itaque de Lectorum meorum ſecurus judicio, ſingulas Geographicæ atque Genealogicæ partium materias à ſeculo IX. ad noſtra uſque tempora, ordine non interrupto, deſcripſi.

Annus MDCXLVIII. eſt, quo Cæſar, Imperium & Auſtriaca Domus jura ſua in Alſatiam ad Gallici Regni tranſtulerunt Coronam. Gallica heic Periodus incipit. Tria enim illa luſtra, quæ hunc pacis Monaſterienſis annum præceſſerant, dubiam incerti Alſatiæ ſtatus epocham conſtituerunt. Sueci ab An. MDCXXXII. Alſatiæ magna parte potiti, Gallis eam, excepta Benfelda, poſt biennium tradiderant. Gallia Bernhardo Vinarienſi, Regiis ſuſtentato ſtipendiis, Alſatiam tradidit, (a) quæ interveniente hujus Principis morte, An. MDCXXXIX. per Gallicos occupata eſt duces, donec ſolenni pacis Monaſterio-Weſtphalicæ formula Galliæ omnino relinqueretur. Periodi initium.

§. II.

(a) *Memoires pour l'Hiſt. du Card. de Richelieu* Tome II. pag. 257. Conventio Ludovici XIII. Anno MDCXXXV. d. 27. Oct. cum Bernharde Duce, vid. apud Laguerue *Hiſt. du Mariſchal de Guebriant*, Probat. pag. 4. Leonard *Traité* Tom. III. p. 49.

## §. II.

Status publicus.

Ab hoc demum tempore firmus certusque perſtitit Alſatiæ ſtatus, quæ à Regibus Galliæ fugatos togatosque, per temporum intervalla, Rectores accepit. Illi *Gubernatores*, hi *Intendentes* vocati. Illis præcipue rerum militarium cura, his juſtitiæ, politiæ & ærarii (*b*) adminiſtratio incumbit. Hoc modo Alſatia, ſub Romanis per Præſides & Quæſtores, ſub Francis per Duces olim & Comites gubernata & recta, poſtquam, extincto Ducatu, per quadringentos circiter annos libera Imperii fuiſſet Provincia, ſub Periodo Gallica veteris Ducum & Comitum provincialium formulæ ſpeciem apud ſe vidit renaſci; niſi Miſſis Dominicis aut Cameræ Nuntiis ex Caroliugico ævo Intendentes Galliæ novæ verius, quam provincialibus Comitibus, compares.

Autonomia Germaniæ, adeoque & Alſatiæ Procerum per ſecula creſcente, Landgravialium judiciorum tam imminuta auctoritas eſt, ut Alſatia tranſeunte ad Gallos, nec in Superioſe, nec in Inferiore ullum ejus ſupereſſet veſtigium. De ſuperioris Alſatiæ provinciali judicio An. MCCCCXXXI. Sigiſmundus Imp. ordinaverat, ut ad illud non modo ex Comitum & Baronum ordine, ſed & ex Equeſtri aſſeſſores admitterentur, utque ternis vicibus judicium haberetur per annum. Fridericus IV. Imp. alio diplomate An. MCCCCLIV. juſſit, ut tempore pacis Landgravialis mallus in Augia *Frumenan* prope oppidum Enſisheim, belli vero & tempeſtatis cauſa celebraretur in oppido. Idem Imperator An. MCCCCLXV. mandavit, ut judicium hoc ex novem Aſſeſſoribus, quorum quinque ex ordine Equeſtri, quatuor ex civico, componeretur, qui ſingulis annis judicarent per triduum. (*c*) Verum & hic mallus Cæſareus temporis tractu in Auſtriacum converſus eſt, non modo quod Alſatiæ ſtatus à Landgravialibus mallis pedetentim exempti, ſed & quod Auſtriaca Domus, occupato Phirretenſi Comitatu in Sundgovia dominans, vicinos Imperii Status, Eccleſiaſticos & Civiles, ſibi quoque obnoxios reddidit; unde Enſisheimenſis Regiminis crevit auctoritas. Hoc Gallica ſub periodo, poſt diſtractam Briſgoviam, primo Briſacum, inde in oppidum S. Ludovici, denique Colmariam tranſlatum, atque in ſupremum Alſatiæ Tribunal converſum eſt. (*d*)

*Gubernatores*, *Intendentes*, ut & *Præſides* ſupremi Conſilii, uno laterculo expreſſi. Excipiunt hos Familiæ nobiles, quæ ſub periodo Gallica fortunarum ſuarum ſedem in Alſatia fixerunt, vel matriculæ Nobilium inſcripti ſunt. Ultimo loco diviſionem Alſatiæ in Subdelegationes & Balivatus, atque in Balivatibus numerum patrumfamilias ſubjunxi.

(*b*) *Intendant de Juſtice, Police & Finances.*
(*c*) Hæc ex autographis Chartophyl. Oenipont.
(*d*) Viciſſitudines hujus Senatus pag. 28. expoſui. Hodiernam ejus indolem vid. pag. 379.

PRÆFECTI

# PRÆFECTI REGII ALSATIÆ SAGATI ET TOGATI.

| | GUBERNATORES. | INTENDENTES. | PRÆSIDES. |
|---|---|---|---|
| 1648. | HENRICUS DE LOTHARINGIA, Comes de HARCOURT. (a) | DE BAUSSAN, Libellorum supplic. Magister. | HENRICUS DE LOTHAR. idem, qui Gubernator. |
| 1656. | . . . . . | CAROLUS COLBERT DE CROISSY, dein Secretarius Status. | Idem COLBERT, ab An. 1658. |
| 1659. | JULIUS MAZARINIUS, Cardinalis. | | |
| 1661. | ARMANDUS CAR. Dux MAZARINIUS. (b) | | |
| 1662. | . . . . . | CAROLUS COLBERT. | Idem, dein Parlamenti Metensis Præses. |
| 1670. | . . . . . | PONCET DE LA RIVIERE, Libellor. suppl. Mag. | Idem. |
| 1674. | . . . . . | JACOBUS DE LA GRANGE. (c) | JO. FAVIER. |
| 1682. | . . . . . | . . . . . | CLAUDIUS LE LABOUREUR. |
| 1698. | . . . . . | CLAUDIUS DE LA FOND, Libellor. suppl. Magister. | |
| 1700. | . . . . . | LE PELLETIER DE LA HOUSSAYE, dein Redituum Reg. administrator. | NICOLAUS DE CORBERON, dein Consil. Status. |
| 1713. | NICOLAUS DU BLÉ, Marchio D'HUXELLES, dein Marescballus Franciæ. (d) | | |
| 1716. | . . . . . | NICOLAUS PROSPER BAUYN D'ANGERVILLIERS, dein Secretarius Status. (e) | |
| 1723. | . . . . . | . . . . . | NICOL. DE CORBERON, Nicol. filius, dein Consil. Status. |
| 1724. | . . . . . | LUD. AUG. ACHILLES DE HARLEY, Consil. Stat. | |
| 1728. | . . . . . | PAULUS SPIRITUS FEYDEAU DE BROU, Consiliarius Status. | |
| 1730. | ELEONORUS DU MAINE Comes DU BOURG, Marescballus Franciæ. | | |
| 1739. | FRANCISCUS DE FRANQUETOT Dux DE COIGNY, Marescb. Franciæ. | | |
| 1743. | . . . . . | BIDÉ DE LA GRANVILLE, post Consiliarius Status. | |
| 1744. | . . . . . | BARTHOL. DE VANOLLES, post Consil. Status. | |
| 1747. | . . . . . | . . . . . | CHRISTOPHORUS DE KLINGLIN. |
| 1750. | . . . . . | MAIGRET DE SERILLY. | |
| 1753. | . . . . . | JAC. PINEAU DE LUCÉ, Libell. supplic. Magister. | |
| 1759. | JOH. BAPTISTA FRANC. DES MARESTS, Marchio DE MAILLEBOIS, Marescballus Franciæ. | | |



(a) De quo vid. pag. 579.
(b) Ibidem. Conf. pag. 54.
(c) Fundos ab eo in Alsatia comparatos vid. p. 71.
(d) De Rothenburgensi Dynastia, quam accepit à Rege, vid. pag. 55.
(e) Dynastia Rupisvallensi locupletatus pag. 207.

§. III.

Nobiles Alſatiæ Gallicæ expoſiturus gentes, initium narrationis à Roſiis facio, quippe qui Marchionis axiomate ornati. Reliquæ alphabetico ordine ſequuntur, & quidem primo Alſatiæ ſuperioris, dein inferioris Familiæ.

## *ROSEN.*

Gens Roſiorum Livonica, magnis belli ducibus ferax, fortiſſimos Alſatiæ Galliæque viros transmiſit, in poſteris adhuc ſuperſtites. Perantiquam & illuſtrem eorum originem Caroli XII. Regis Sueciæ, Petri I. Imp. Ruſſiæ, ipſiusque Equeſtris Livoniæ Corporis literæ, quæ adſunt, teſtatam faciunt.

Tres fratres, Ottonis de Roſen, Dom. in *Gros-Ropp*, filii, Waldemarus, Reinholdus & Johannes, bello tricennali per Suecos in Alſatiam delati ſunt. Waldemarus, dictus *Audax*, (*f*) An. MDCXXXVIII. ad Thannas occubuit. Uxor mortis ejus, Reinholdus frater, cruento prœlio hoſtes proſtravit. Johannem Bernhardus Dux Vinar. iiſdem mox Thanuis præfecit. (*g*) Superavit hos felicitate Reinholdus, ductor equitum, in Suecorum primo, dein in Vinarienſi, denique in Gallico exercitibus ſtipendia meritus. An. MDCXLIX. Ludovicus XIV. cum Dynaſtia Bollvillana (*h*) copiarum ſuarum Legati honores ei contulit, Alſatiæque triennio poſt, abſente Gubernatore Harcurtio, cuſtodem præfecit; ubi Dynaſtiam Herrenſtein poſſeſſionibus ſuis Reinholdus adjecerat. (*i*)

Ex Margaretha Eppia, An. MDCXXXVII. Argentorati ducta uxore, duas is filias reliquit, Mariam Sophiam & Johannam Renatam, quæ Roſiis agnatis, prior quidem Conrado de Roſen, Dom. in *Klein-Ropp*, An. MDCLX. poſterior Georgio Chriſtophoro de Roſen, dicto ab *Hoch-Roſen*, An. MDCLXII. in matrimonium collocatæ.

Conradus ille, Fabiani filius, Reinholdi heres, ab inferioribus militiæ gradibus ad ſummos Mareſchalli Franciæ honores evectus, (*k*) An. MDCCXV. octoginta & ſeptem annos natus Bollvillæ deceſſit; pater Reinholdi Caroli, Regiorum exercituum Legati, qui ex Beatrice Octavia, Grammontii Comitiſſa, ſuſcepit Armandum, *Marchionis* & paterna Legati dignitate, cum An. MDCCXLIX. Pariſiis extingueretur, conſpicuum; cujus matrimonio Dynaſtia Rothenburgenſis, pluresque in Burgundiæ Comitatu terræ (*l*) ad Roſios pervenerunt. Ex matrimonio ito prodiit Eugenius Octavius Aug. Marchio, turmæ Gallo-Wirtenbergicæ præfectus.

§. IV.

## *ANTHES.*

Anthes de *Oberbruck* Bladolzhemii & Nambshemii vicorum (*m*) ſunt poſſeſſores. Iisdem Fuggeri Comites allodia ſua A. MDCCXXXI. vendiderunt. Franc. Henr. ab A. MDCCLIV. ſupremi Alſatiæ Senatus aſſeſſor eſt; quam dignitatem accepit à patre.

## *BARBAUD.*

Barbaud de *Florimont*, quod Sundgoviæ Dominium poſſident, (*n*) ex Comitatu Montisbeliard. oriundi.

## *BERGERET.*

Joſephus Balthaſar de Bergeret Reichweiler (*o*) & Morſchweiler caſtra cum aliis bonis ac juribus An. MDCCXXX. à Rege in feudum accepit, quæ Huxelli, Franciæ Mareſchalli, vacabat morte.

*BESENWALD.*

(*f*) Vulgo *der tolle Roſen.*
(*g*) Supra pag. 43. §. LXII. Appellatur ab Alſatis *der truumme Roſen.*
(*h*) Vid. pag. 103. §. CLXXIII.
(*i*) Conf. pag. 220.
(*k*) Vita ejus legitur in ANSELME *Hiſt. Genealogique de France* Tom. VII. pag. 656.
(*l*) Conf. pag. 55. med. & 103. med.
(*m*) De quibus pag. 58. & 72.
(*n*) Supra pag. 51. init.
(*o*) De quo pag. 441. med. In feudo hoc Huxelius Marchio Huberto Nicolao de Reinach, Campi-Mareſchallo, An. MDCXCVI. ſucceſſerat.

## *BESENWALD.*

Beſenwaldii, militari gloria illuſtres, (*p*) Soloduro in Alſatiam delati, Brunſtatt, ubi reſident, Riedisheim & Didenheim vicos (*q*) à ſeculo ſuperiore poſſident.

## *BETZ.*

Betzii de *Fillern*, à viculo prope Altkircham nomen habentes, ex Fueſſen, Epiſcopatus Auguſtani ad Licum oppido, in Alſatiam perveniſſe ſe tradunt. Caput familiæ Legionis Alſaticæ Centuriæ præfectus eſt.

## *CLEBSATTEL.*

Hi Dynaſtiæ Thannenſi ab An. MDCLXXXIV. præfecti ſunt. Franciſcus Anton. Chriſtoph. ære ſuo advocatiam Traubac. (*r*) ac per uxorem Sennhemii partem (*s*) acquiſivit.

§. V.

## *CLERI.*

Helvetio - Friburgenſes (*t*) origine, Bockiis atque Truchſeſſiis de Rheinfelden affines.

## *COINTET.*

Cointet de Filain, advocatiæ urbis Enſisheimenſis jure feudali compotes. (*u*) An. MDCXXXIII. Franc. Leopoldus & Car. Ferdinandus de Cointet, ſub matris ſuæ, Eliſabethæ Kempfiæ de Angrætt, tutela conſtituti, Arbogaſti de Andlau feuda accepere.

## *FERIET.*

Cæſar de Feriet An. MDCXCIV. ex Lotharingia in Alſatiam tranſivit, ſupremi Regis ſenatus ibidem factus aſſeſſor. Eodem munere filius ejus, Carolus Cæſar, ab An. MDCCXLVII. fungitur. Joſephus Baro de Feriet, Domicus *du Dordal*, ſupremi Lotharingiæ Tribunalis ſenator, An. MDCCXXXVI. feudum Lotharing. ad Ruſtios olim ſpectans, Hunavillæ impetravit. (*x*)

## *GOHR.*

In Marchionatu Braudenburg. incunabula ſua ponunt. Leopoldus Elias, Pro-Tribunus, ducta Reinachia uxore, Domiſii Sennhemiani factus eſt particeps. (*y*) Nuper Equeſtri Alſatiæ Inf. matriculæ Car. Joſ. Antonius inſcriptus eſt.

## *HOEN DE DILLENBURG.*

Antonius, Legionis Alſaticæ Centurio, Mulnhemiam uxorem An. MDCLVII. Rappoltivillæ duxit, cujus nepos, Phil. Fridericus, nobili Bebelnhemii prædio polt Weſthuſios atque Dormenzios gaudet.

## *MALTZEN.*

Illuſtre in Pomeraniæ, Mecklenburgi & Sileſiæ Ducatibus nomen. (*z*) Johannes Lambertus, Adolphi filius, Ord. S. Ludovici Eques, An. MDCCL. Colmariæ defunctus, ex Walcurtia conjuge quatuor filios reliquit.



(*p*) Lvu *Lexic. Helvet.* voce *Beſenval.*
(*q*) Vid. pag. 39. & ſq.
(*r*) Pag. 44. init.
(*s*) Pag. 65. §. XCIX.
(*t*) De Clerin, apud Friburgenſes ſec. XVI. florentibus, vid. Lvu *Lexic. Helvet.* Tom. V. pag. 344.
(*u*) Supra pag. 67. med.
(*x*) *Eſſuy de Recueil d'Arrets notables* pag. 145.
(*y*) Pag. 65. med.
(*z*) Gaumen *Adelt.-Lexic.* in voc. *Moltzaan, Maltzaan.*

§. VI.

## *MARSILLI.*

Franciſcus *Michaut du Tronſſet* de Marſilli, ex Nivernenſi Galliæ provincia ortus, in Gallica militia Sub-Tribunus Briſaci, An. MDCLII. Julianam, Philippi Truchſeſſii de Rheinfelden, Præfecti Thannenſis ſub Archiducibus, filiam, duxit uxorem; unde Franciſcus filius, Lalandianæ turmæ Centurio, prodit. Hujus itidem filius Franciſcus Bernhardus, Wirtenbergicæ equitum phalangis Pro-Tribunus, poſt 42. ſtipendia Thannis in caſtello Cattenbach cœlibem vitam agit.

## *NARDINI.*

Nardini, ex Scotia in Belgium, & hinc in Comitatum Burgundiæ olim tranſlati, extinctis Wirtenberga-Montisbeliardæ Ducibus, in quorum Aula floruerant, in Alſatiam deſcenderunt.

## *PESCHERT.*

Peſcherii, advocatiæ Keiſersbergenſis & Enſisheimenſis antehac poſſeſſores, (*a*) Staffelfelda nunc gaudent, (*b*) Regiis in exercitibus cum laude militantes.

§. VII.

## *POLTIER.*

Franciſcus de Poltier, ex agro Leodicenſi ortus, cum Bernhardo Vinarienſi bello tricennali in Alſatiam venit, turmæ Witgenſteinenſis, dein Roſianæ, Præfectus. An. MDCXLIII. matrimonium inivit cum Barbara Linckia de Thurnburg, generoſæ hujus gentis poſtrema, atque dominii in vico Heuſeren, unde agnomen ſumtum, herede. Deſcendit hinc Henricus Ferdinandus, Gallo-Bavaricæ Legionis Centurio, qui Anno MDCCXXIX. Mariam Sabinam Truchſeſſiam de Rheinfelden duxit uxorem, ex qua tres filii nati, militantes Regi.

## *REUTNER.*

Reutner de *Weil*, Helveticæ originis familia, in Durmenach, Sundgoviæ vico, nunc habens ſedem, varia bona à Rege in feudum tenet, de quibus poſt Georgium Wilh. fratrem Jo. Carolus ſuo ac fratris defuncti filiorum nomine An. MDCXCIX. inveſtitus eſt. Beatus Conradus inter primarios ordinis Teut. Equites hodie comparet; Joſephus, frater ejus, militiæ ditionis Brundrutanæ præeſt; (*c*) numeroſæ ſobolis parens.

## *RIBOULET.*

Phil. Antonius *Riboulet de Laubelle* juriſdictionem inferiorem & decimas frugum in *Auxelle haut*, (*d*) cum bonis alibi ſitis, poſt Heydemburgios & horum ſucceſſores, Dominos de Frotey, An. MDCCIII. à Rege in feudum accepit.

## *STADEL.*

Stadel de *Fontenelle*, poſſeſſores vici hujus nominis, qui à Veſontinis jure hereditario ad ipſos devenit. (*e*)

§. VIII.

## *DE LA TOUCHE.*

Jacobus ex familia hac Dimacharum præfectus, variis in bonis feudalibus, per Sundgoviam diſperſis & à caſtro Altkirch ex parte pendentibus, A. MDCLXXXI. Zottiis, in hoſtico degentibus, beneficio Regis ſucceſſit, Henrico filio An. MDCXCVI. ea relinquens. Annam Eliſabetham Ludovicus XIV. Othmarshemii Abbatiſſam conſtituit An. MDCXCII. Proſapiam ſuam nunc ornat Carolus Joſephus, Regis exercituum Legatus, ipſiusque ad Boruſſiæ Regem nuper Orator.

*VIGNACOURT.*

(*a*) Pag. 67. med. & pag. 594. fin.
(*b*) Vid. pag. 70. med.
(*c*) Vulgo *Landtzaugmann.*
(*d*) De vico hoc pag. 48. §. LXXI.
(*e*) Conf. pag. 47. fin.

### *VIGNACOURT.*

Robertus de Vignacourt, Eques, Sufanæ Legionis Tribunus vicarius, Brundruti & S. Urfani oppidis à Rege præfectus, A. MDCXLI. Mœrfpergæ Dynaſtiam dono accepit, An. MDCLIV. converſam in feudum. (*f*) Hunc An. MDCLXXXIII. defunctum agnatus ejus excepit, Antonius. De illuſtri hac proſapia, ex qua duo Equitum Melitenſium prodiere Magiſtri, legendi ſunt annales Campaniæ Franciæ, ubi ea prognata.

### *WALCOURT.*

Ex Comitatu Namurcenſi, ubi hujus nominis oppidum, natales ſuos Walcurtii derivant. Simon, turmæ Gallicæ præfectus, ducta ex Munſterolio ſanguine uxore An. MDCXXXIV. in Alſatia conſedit; hujusque pronepos, Jo. Henr. Ferdinandus, An. MDCCXL. in ſupremum Alſatiæ Senatum aſſeſſor receptus eſt.

## FAMILIÆ NOBILES EQUESTRI ALSATIÆ INF. MATRICULÆ GALLICA SUB PERIODO INSCRIPTÆ.

### *BIRCKWALD.*

§. IX.

Gabriel *du Terrier*, Normannus, Tabernis Alſatiæ à Ludovico XIII. bello tricennali præfectus, ex familia Andlavienſi duxit uxorem, Abbatiæ Andlav. feudo *Birckwald*, (*g*) unde cognomen aſſumſit, & vico *Pfulgriesheim* (*h*) locupletatus. Terras has filia ejus, Sabina Richardis, marito ſuo, Carolo *Dupré de Dortal*, attulit, cujus pater Conſiliarius ac Theſaurarius Ducis Lotharingiæ fuerat. Carolus hic Birckwaldiorum condidit gentem. Ordinis Equeſtris Alſatiæ Inf. laterculo An. MDCLXXXIV. inſcriptus, ac novennio poſt in XVvirale Magiſtratus Argent. Collegium; uti filius ejus, Wolfgangus Ludovicus, inter ſupremi Alſatiæ Tribunalis, Colmariæ ſtabiliti, Aſſeſſores nobiles, nec non Equeſtris Alſatiæ Inf. Ordinis Directores An. MDCC. cooptatus eſt. Filius Johannes Baptiſta An. MDCCLXI. inter ſex Prætores Argent. receptus.

### *CALLAGHAN.*

Originis Hibernicæ familia, cum Jacobo II. Rege in Galliam translata, ex qua Ludovicus Dionyſius, Marchionis Bad. à Conſiliis ſanctioribus & rei venaticæ præfectus, in Nobilitatis Alſatiæ Inf. Ordinem An. MDCCLVII. receptus eſt.

### *DIETRICH.*

Johannes Dietrich, Conſul Argentinenſis, Jo. Nicolai Senatoris filius, Johannis Tredecimviri nepos, Dominici Conſulis pronepos, à Ludovico XV. diplomate nobilitatis An. MDCCLXI. ob merita avorum & propria ornatus eſt; paulo poſt Ordini Equeſtri Alſatiæ Inf. adſcriptus. Eodem ille anno oppidum *Reichshofen* ab Imperatore Franciſco I. coëmit, & Oberbronnenſis Dynaſtiæ partem fibi comparavit; pater Johannis & Philippi Friderici filiorum, quos ex Amalia Anna Dorothea Hermannia ſuſcepit.

### *FALCKENHATN.*

§. X.

Illuſtris Falckenhayniorum apud Sileſios proſapia (*i*) ſeculo hoc Alſatiæ illata eſt. Georgius de Falckenhayn, Ducis Lignicenſis à Conſiliis, Fridericum, Ducis Brunſvic. ad Cæſarem Legatum, qui Comitis dignitate ornatus eſt, ac Sigiſmundum, Anno MDCLIX. mortuum, filios reliquit. Sigiſmundi filius cognominis ſtirpem in Sileſia continuavit, Franciſcus & Rudolfus vero, noſtras in oras delati, duas ſorores, Magdalenam & Helenam, Phil. Jacobi Holzapfelii de Herxheim filias, duxerunt uxores. Ille exercitus Imp. Commiſſarius primarius, patrui inſtar Comes creatus, relictis in Auſtria filiis ac nepotibus, An. MDCXCI. deceſſit: hic per Franc. Antonium, Anno MDCCXIX. ex Sileſia, ut Holzapfelianam hereditatem adiret, in Alſatiam vocatum,



(*f*) Vid. ſupra pag. 35. §. LI.
(*g*) De quo pag. 263. init.
(*h*) Pag. 264. med.
(*i*) Gauhim *Adels-Lexic*, Tom. I. pag 519.

biennioque poſt Equeſtri Nobilitatis noſtræ matriculæ inſcriptum, lineæ Alſaticæ factus eſt auctor; quam Rud. Fridericus & Carolus Guſtavus, Tribuni militum & Ordinis virtutis bellicæ Equites, Franc. Antonii A. MDCCLIX. extincti ſoboles, hodie exornant.

## *FORSTNER.*

### §. XI.

Chriſtophorus, Ducis Wirtenberg. Cancellarius, Lud. Chriſtophorum, in Aula Montisbeliard. variis honoribus conſpicuum; hic An. MDCXC. decedens ex Johamia de Mundolsheim quatuor filios reliquit, quibus à vico *Dambenoy* cognomen. Forſtneri matriculæ Equeſtri Alſaticæ An. MDCCXXXVI. inſcripti ſunt.

## *GAIL.*

Henricus Andreas de Gail, Ferdinandi II. Imp. Conſiliarius, Andreæ Gailii, ex Weſtphalia orti, Maximiliani & Rudolfi II. Imperatorum Conſil. Aul. pluribus legationibus clari, filius, accepto in Oberehnheim feudo Imperiali, quod Mœrſpergenſes Barones poſſederant, (*k*) fortunarum ſuarum ſedem in Alſatia fixit; pater 1) Egonis, Conſiliarii Imperialis, qui Equeſtri Alſatiæ Inf. matriculæ An. MDCLXII. inſcriptus eſt; 2) Jo. Andreæ, Prætoris Regii in Oberehnheim. Prioris lineam hodie continuat Jacobus Andreas, Ortenavicæ Nobilitatis Director. A poſteriore deſcendit nepos, Joſephus Andreas, qui civitatis Argent. nunc Prætor. Vicos Mulhauſen (*l*) & Altorff (*m*) Eccleſiæ Argent. acceptos Gailii retulerunt. Feudis accedunt allodia, in quibus vicorum Gertheim, Berſtett & Olvisheim condominium.

## *GAYOT.*

### §. XII.

Italicæ originis familia, ex qua Johannes Gayot, Bononienſis, relicta patria in agrum Lugdunenſem circa An. MCCCC. progreſſus, ob rei ſericæ tractandæ peritiam à Rege Galliæ ornatus eſt literis; parens Antonii, Catharini, Stephani & Johannis, qui ſinguli ſuas lineas condiderunt. A Johanne Gayoti Alſatiæ deſcendunt. Inter poſteros ejus Ludovicus, Eduardi filius, Petri nepos, rei bellicæ Commiſſarius, Niceæ primum, dein in Alſatia, ibidemque Regii Intendentis Vicarius perpetuus fuit; ex quo natus eſt 1°. Franciſcus Maria de Gayot, qui patri in muneribus ſucceſſit, nunc Conſiliarius Status & à quadriennio Regiorum in Germania exercituum Intendens generalis. 2°. Felix Anna Gayot de Belombre, ſuperiore bello Bohemico commeatibus exercituum præfectus. Uterque literas Nobilitatis An. MDCCLV. à Rege accepit, earumque virtute Equeſtri Alſatiæ Inf. matriculæ inſcriptus eſt. Franciſci Mariæ filius, Felix Ludovicus, rei militaris Commiſſarius Regius eſt.

## *GLAUBITZ.*

### §. XIII.

Nobilis apud Sileſios Glaubiziorum proſapia in lineas diverſas abiit, (*n*) ex quibus illa, cui ab *Altengabel* agnomen, ſtipendiis Gallicis allecta, apud Alſatas conſedit. Leopoldus Oſwaldus, Oſwaldi, Protribuni & Hanoviæ Præfecti, A. MDCLXXI. defuncti, filius, ex Bœcklina de Bœcklinsau ſuſceptus, quinquaginta hos ante annos Argentinenſium Prætor floruit; hujusque ex fratre nepos, Auguſtus Sigmundus, Tribuni militum honores adeptus, caſtrum Kogenheim prope Benfeldam Anno MDCCXXV. ære ſuo comparavit; pater Chriſtiani Sigmundi, Regiorum exercituum Campi-Mareſchalli, qui Equeſtri Alſatiæ Inf. Corpori An. MDCCLIX. membrum acceſſit.

## *GÜNTZER.*

### §. XIV.

Ferdinandus II. Imp. An. MDCXXVIII. nobilitatis literas, à Rege Galliæ *deinceps* renovatas, Güntzeris dedit; Leopoldus Imp. reditus feudales iis conceſſit. Johannes Chriſtophorus, civitatis Argent. Syndicus, à Ludovico XIV. cum Kempferis Plobshemium

(*k*) Feudum hoc conſtat decimis vini in Oberehnheim & agro, qui vulgo *Kornerfeld* dicitur. Literæ inveſtituræ extant ab An. MDCXX.

(*l*) De quo pag. 171. med.
(*m*) Vid. 172. §. CCC.
(*n*) GAUHEN *Adels-Lexic.* Tom. I. pag. 656.

Plobshemium dono accepit; (o) An. MDCXCV. defunctus: pater 1) Jo. Chriſtophori, cujus filii, Jo. Chriſtophorus & Jo. Claudius, Ordinis S. Ludovici Equites, Anno MDCCLVI. Equeſtri matriculæ inſcripti ſunt. 2) Johannis, eidem matriculæ Anno MDCCXXXVI. illati, qui Marchionis Bada-Durlac. Conſiliarius intimus, inde Regius ad Electorem Bavariæ & Circulum Sueviæ legatus An. MDCCLII. Argentorati obiit. Filius ejus, Carolus Guil. Maximil. turmæ equitum præfectus, propaginem ſuam continuat.

## *HATSEL.*

Jo. Gaſparus Hatſelius meritis ſuis gentilitiam nobilitatem An. MDCCXI. & Subadvocati provincialis Alſatiæ munus anno ſequenti literis regiis; caſtra Frundsberg & Nider-Rœdern ab Electore Palatino in feudum accepit. Equeſtri Alſat. Inſ. matriculæ An. MDCCXXXV. inſcriptus tres filios reliquit, ex quibus Antonius ſubadvocatia iſta An. MDCCLII. pro annua penſione ceſſit. (p)

## *KLINGLIN.*

### §. XV.

Johannes de Klinglin, Johannis filius, Archiducum in Provinciis anterioribus Theſaurarius ac ærarii Præſes, (q) filium reliquit Franciſcum, qui Regios inter Alſatiæ Senatores, Enſishemii ſedentes, An. MDCLXII. receptus eſt, pater Jo. Baptiſtæ ac Franc. Romani, quorum hic ejuſdem Senatus ſupremi, Colmariam tranſlati, ſecundarius Præſes; ille Equeſtri Alſatiæ Inferioris Nobilium matriculæ An. MDCCII. inſcriptus, & Regiis civitatis Arg. Prætor An. MDCCVI. creatus fuit. An. MDCCXIII. regio conſenſu Hatſtadienſium olim feuda, ut caſtrum medium Egisheim, vicos Oberheringheim, Ober-Ensheim, Holzweiler & Wickersweiler; (r) nec non vicos Bilsheim & Zillisheim, (s) ex pignoribus regia in feuda tum primum converſos, idem Jo. Baptiſta coëmit; quem, An. MDCCXXV. defunctum, in Prætura regia Argentinæ filius excepit Franc. Joſephus, uti patruum in ſupremo Alſatiæ Senatu A. MDCCXIX. exceperat Chriſtophorus. Ille Illkircham & Graſenſtadium, urbis Argent. vicos, An. MDCCXXXV. pro Hœnheim, Eccleſiæ Argent. feudo; (ſſ) annoque ſequenti vicum Rietweiler, (t) una cum fratre obtinuit; in dicto Alſatiæ Senatu Equeſtris Aſſeſſor, & ab A. MDCCXLIV. Conſiliarii Status honoribus ornatus, A. MDCCLIII. deceſſit; Franc. Chriſtophorum, patrem Joſephi, in Alſatica Legione Centurionis; & Jacobum, dictum de Hadſtatt, militiæ honoribus in Bullionea Legione conſpicuum, relinquens. Chriſtophorus, Franc. Joſephi frater, Præſidis primarii gradum An. MDCCXLVII. adeptus, Mariam Annam Comitiſſam de Froberg duxit uxorem. Soror autem Equiti Andlavienſi primum, dein Franciæ Mareſchallo *Du Bourg*, Alſat. Gubernatori, nupſit.

## *MACKAU.*

### §. XVI.

Proſapia hæc Leodienſis originis eſt. Franc. Wilhelmus Baro de Mackau fortunarum ſuarum ſedem Argentinæ fixit, Academiæ Equeſtri ibidem præfectus, inde in Collegium VI. Prætorum civitatis receptus, An. MDCCIII. Nobilitatis Infer. inſcriptus caſtro. Catharinam ille Barbaram ab Ichtersheim An. MDCLXXVI. duxit uxorem; ex qua Franciſcus Joſephus Mackau de Hürtigheim, patris in muneribus publicis ſucceſſor, militaribus quoque officiis clarus, An. MDCCLI. defunctus. Filius ejus, Ludovicus Eleonorus, Regius ad Imperii Germanici Comitia ab aliquot annis Legatus eſt. Bona Mackaviorum, caſtellum in Fegersheim, partemque vici Hürtigheim, (u) ſupra indicavimus.

## *OCAHAN.*

Hibernica ſtirps, quæ Jacobi II. Regis partes ſecuta ſeculo ſup. in Galliam transivit. Johannes Ocahanius, Ordinis S. Lazari Eques, Corporis Equeſtris Alſatiæ Inſ. inter ſocios An. MDCCV. cooptatus, decennioque poſt vico Boſſenheim, Eccleſiæ Argent. beneficio, locupletatus, (x) in multiplici prole Fridericum Carolum reliquit, qui Corporis illius Equeſtris Præſidum unus.

*SANDERSLEBEN.*

(o) Vid. pag. 268.
(p) Supra pag. 580.
(q) Laguille *Hiſt. d'Alſace* Tom. II. pag. 207.
(r) De his locis vid. pag. 72. §. CIX. ſq.
(s) Vid. pag. 40. §. LVIII. & pag. 217.
(ſſ) Supra pag. 269.
(t) Spes ſucceſſionis eis data jam erat à Rege An. MDCCXXVII. Conf. pag. 72. §. CX.
(u) Pag. 736.
(x) Vid. ſupra pag. 169.

## *SANDERSLEBEN.*

§. XVII.

Origo gentis ex Ducatu Magdeburgico, ubi hujus nominis vicus, major & minor, cum aliis locis ad eam jure feudali ſpectavit. Jo. Heinricus de Sandersleben A. MDCL. venditis bonis patrimonialibus in Comitatum Glacii ſe contulit, pater Jo. Henrici, cujus filius in Auſtria Inf. ſupereſt rei militari præfectus, & Jo. Ludovici, qui Legioni Cæſareo-Wirtenbergicæ adſcriptus Centurio, Tribuni fui, Leopoldi Eberhardi, Principis Montisbeliard. gratiam adeo ſibi conciliavit, ut Conſiliarii ejus intimi dein ornaretur elogio. Montisbeliardæ An. MDCCXIX. extinctus duos filios reliquit, Carolum Leopoldum & Ferdinandum Eberhardum, à Ludovico XV. *Comitum de Coligny* axiomate inſignitos. Comitatum iſtum, in Burgundiæ Comitatu ſitum, prior poſſidet fratrum. Poſterior Baldenhemium aliasque Alſatiæ terras, (*y*) Chamlaji obitu An. MDCCXIX. vacantes. Hic Corpori Equeſtri Alſatiæ Inf. An. MDCCXXXII. acceſſit. Ex Waldneria de Freunditein An. MDCCXLVII. natus ei filius, Mauritius Theodatus.

## *SCHENCK DE SCHMIDBURG.*

Nicolaus de Schmidburg, Miles, inter Pares Curiæ feudalis Trevir. A. MCCCXLII. occurrit. (*z*) Archiepiſcopatus hujus Pincernatum adepti, *Schenck* (Pincernæ) de Schmidb. nuncupati ſunt. Tabulam eorum Genealogicam Humbrachtus (*a*) inter Familias Rhenanas edidit. Primus in Alſatia conſedit Jo. Ludovicus, rei ſilvaticæ Palatino-Veldentinæ præfectus, An. MDCLXVII. defunctus, pater Frid. Ludovici, venatorum Hanoico-Lichtenberg. præſidis, qui per conjugem ſuam, Magdalenam de Waltmanshauſen, nobili prædio in Ingweiler locupletatus, dein An. MDCLXXVII. in Ordinem Equeſtrem Alſatiæ Inf. brevique poſt in XV. virale Magiſtratus Argent. Collegium receptus. Prodiit ex eo Jo. Reinhardus, cujus nunc filius Ingovillæ ſtirpem continuat.

## *SPON.*

§. XVIII.

Jo. Franciſcus à Spon, ex nobili ſtirpe Moguntina, in Alſatiam ſec. ſup. translata, ortus, (*b*) à Carolo VII. Imp. cui ab Epiſtolis ſecretis erat, An. MDCCXLII. liberi Baronis gradu, ad poſteros ejus tranſituro, ornatus eſt. Dignitatem hanc Ludovicus XV. anno ſequenti pro Gallia firmavit. Miſſus à Cæſare ad Aulam Berolin. legatus, inde redux Comitatus Forbac. partem acquiſivit, (*c*) quam Sereniſſ. Bipontii Duci nuper reliquit. An. MDCCLIX. civitatis Argent. Syndicus atque Cancellariæ Director à Rege conſtitutus, brevique poſt Equeſtri Alſatiæ Inf. matriculæ inſcriptus eſt; pater Franc. Nicolai, qui in ſupremo Alſatiæ Tribunali Orator cauſarum.

## *STREITT AB IMMENDINGEN.*

Vicus Immendingen ad Danubium prope Duttlingani circa An. MCCCCXC. enuptus, familiæ huic agnomen dedit, quæ à *Panheim* antea cognominata fuerat. Johannem Streit de Panheim inter Armigeros, cum Schaffrido Comite Leining. à Dynaſta Lichtenberg. An. MCCCCLI. captos, Herzogius (*d*) recenſet. Georgius Streit, Antonii filius, An. MDXC. mortuus; Utwilerenſi profapiæ in feudo caſtrenſi Hagenæ ſucceſſit. (*e*) Georgius Rudolfus A. MDCLXXVI. in Equeſtrem Alſatiæ Inf. Ordinem, dein An. MDCLXXXVIII. inter Prætores urbis Argent. Catholicorum primus, paulo ante mortem, cooptatus eſt. Filius ejus, Franc. Ignatius, Corporis Equeſtris Director, An. MDCC. deceſſit; pater Franc. Antonii, eadem nunc dignitate conſpicui; ut & Joſephi Ignatii, qui Electoris Colon. nuper à Cubiculo & Epiſcopatus Monaſter. Marſchallus quatuor filios ſuſcepit.

## *WEBER.*

Philippus Michael Weber, Regiminis Elector. Palat. Conſiliarius, enuptis bonis Hatſeliorum feudalibus & allodialibus, inter quæ caſtellum Rœderenſe (*f*) & Geisberga prope Weiſſenburgum, impetratisque Nobilitatis literis, Ordinis Equeſtris Alſatiæ cataſtro An. MDCCXLVII. inſcriptus eſt.

NOBILES

(*y*) Conf. ſupra pag. 75.
(*z*) Hontheim *Hiſt. Trevir.* Tom. II. pag. 148.
(*a*) *Stamm-Taffeln der Rhein. Ritterſchafft* Tab. 257. ſq.
(*b*) Literæ nobilitatis à Matthia Imp. datæ memorantur in Car. VII. Imp. diplomate A. MDCCXLII.
(*c*) Vide ſupra pag. 240.
(*d*) *Chron. Alſat.* Lib. V. pag. 24.
(*e*) Ibid. Lib. IX. p. 150.
(*f*) De quo pag. 241.

## NOBILES ALSATIÆ NON INSCRIPTI MATRICULÆ.

### *LOEWENHAUPT.*

§. XIX.

Adamus Comes de Lœwenhaupt, Caroli Æmilii, Suecorum belli ducis, filius, Gallicorum exercituum Prolegatus, Legionis Regio-Bavaricæ cum Delphinia junctæ Tribunus, Ordinisque militaris Enſiferorum Sneciæ Commendator, ut & Francici Ordinis *pro virtute bellica* Eques, An. MDCCLI. in Alſatia ſedem fixit, ubi Oberbronnenſis Dynaſtiæ particeps factus matrimonio, (*g*) Regiaque Hagenbachiorum feuda, familiæ hujus interitu vacantia, nuper impetravit; præſtantiſſimæ indolis filii, Auguſti Comitis, parens.

### *LUZELBURG.*

Seculo XII. Comites Militesque de Lucelburg extitiſſe, qui à Vogeſi Alſatici caſtro ſuum duxerint nomen, ſupra indicavi. (*h*) Militum Lucelburgicorum progenies, multis decoribus ornata, in Alſatia, Lotharingia, Saxonia, Bavaria, Suevia, hodieque floret. Bernhardum, qui ſub initium ſeculi XIV. vixit, fatorem omnium, tres Egenolfi excipiunt, quorum ſecundus ab Epiſcopo Argent. Tabernis, tertius à Duce Lotharingiæ Sarburgo præfecti fuerunt. Poſterior cum fratre ſuo Johanne, multisque ſociis, Ludovico, Dynaſtæ Lichtenberg. An. MCCCCXIV. bellum indixit. (*i*) In Sarburgi Præfectura Egenolfo II. Henricus ſucceſſit filius, & Fridericus nepos, qui Epiſcopi Argent. Aulæ Magiſterium An. MDXXXIII. quoque exercuit; parens Antonii & Bernhardi, quorum prior *Sarburgicam*, poſterior *Sareckianam* ſtirpes condiderunt.

§. XX.

Antonius, in militia Gallica Tribuni gradum adeptus, Principatus Saxoniæ Vinarienſis dein conſtitutus eſt Rector. Inter plurimos ejus filios, poſt Philippum Egelolfum, Ligæ Catholicæ Tribunum, A. MDCXVII. interfectum, tres, qui ſequuntur, poſteritatem reliquerunt. 1) Fridericus Wilhelmus, qui alæ equitum in Gallia Præfectus An. MDLXXXVIII. occubuit, ſexennio ante ad conventum Nobilitatis Alſaticæ Argentinam vocatus; poſthumi pater, Antonii Richardi, An. MDCXVII. Taberuis ſepulti; avus Friderici Wilhelmi, Tribuni Cæſarei, qui An. MDCLXV. in Caſtro Paſſavienſi *Oberhauß* mortuus. 2) Erneſtus Chriſtophorus, ad Willſtadium An. MDCXXXII. occiſus, pater Antonii, qui Duci Wirtenbergico addictus Oberkirchæ Præfecturam, quæ in manibus Wirtenbergenſium tum fuerat, adminiſtravit, atque ex tertia conjuge, Eliſabetha de Berſtett, An. MDCXLII. ducta, Erneſtum Chriſtoph. ſuſcepit, qui lineæ hujus in Ducatu Wirtenbergico continuator circa A. MDCCXVIII. deceſſit. (*k*) 3) Wiegandus ab *Imlingen* dictus, An. MDCLII. obiit; cujus ex filiis Carolus, Gallici exercitus Prolegatus, An. MDCLXXVI. in Flandria periit. Anton. Michael vero Jacobum Antonium, Auguſti III. Regis Poloniæ & Electoris Sax. Ephorum, Oratorem ad Cæſarem & exercituum ejus Legatum, An. MDCCXXIX. defunctum; nec non Franc. Joſephum, Ord. S. Ludovici Equitem, produxit. Ex hoc natus eſt Antonius Joſephus, Comes de Luzelburg, Gallica in militia Tribunus. Hæc de Sarburgica ſtirpe.

Altera linea, quæ Sareckiana vocatur, à Bernhardo condita, per filios ejus, Wernherum & Waltherum, in duos quoque abiit ramos. Wernherus enim, rei venaticæ Electoris Saxoniæ præfectus, An. MDCXVII. defunctus, filios ſuos ac nepotes in Saxonia reliquit. (*l*) Waltherus autem, Gubernator Sarburgi, præter Frid. Wilhelmum, Ord. Teutonici Equitem, procreavit Petrum Erneſtum, qui in Archiducis, Epiſcopi Argent. Aula inclaruit; ex quo prodierunt Henricus Wilhelmus, auctor lineæ Bavaricæ, & Wilh. Erneſtus, cujus filius Waltherus, Legionis Alemanno-Gallicæ Pro-Tribunus fuit; nepos autem Carolus Gallicorum exercituum noſtro ævo Legatus eſt.



(*g*) Vid. ſupra pag. 239. fin.
(*h*) Pag. 618. §. 357. Bernhardus & Johannes de Luzelburg An. MCCCCV. ab Epiſcopo Met. de feudo caſtri hujus Luzelburg inveſtiti fuer. Conf. ſupra pag. 199.

(*i*) Herzog. *Chron. Alſat.* Lib. V. pag. 13.
(*k*) Gauhens *Adel-Lexic.* Tom. I. pag. 1287.
(*l*) De his vid. Gaumen loc. cit. pag. 1288.

§. XXI.

Krebsii de Bach, à Jo. Adolpho, Marchionis Bad. Cancellario, defcendentes, cui in compenſationem operæ, in Weſtphalicæ Pacis negotio præſtitæ, duo dati ſunt vici. (*m*) Ex filio ejus, Adolpho, An. MDCXCVIII. mortuo, Georgius Ignatius prodiit, urbis Hagenoenſis Magiſter.

Schwengsfeldii, caſtelli Grünſtein, quod inhabitant, Dynaſtiæ Rappoltſtein. beneficio poſſeſſores; (*n*) unus ex illis inter Præfectos eſt Legionis Alſaticæ.

Vicethumii ab Egersberg, ex Miſnia oriundi, (*o*) Fleckenſteinenſis hereditatis creverunt partem. (*p*)

Wimpfii, de quibus in Hagenoa. (*q*) Quinque fratres militaribus ornati gradibus in exercitibus Gallicis merent.

Worstattii, duorum Advocatiæ Alſaticæ vicorum ab An. MDCCVIII. compotes, (*r*) Niedheimerianæ genti An. MCCL. in Schirhofio ſucceſſerunt. (*s*)

## NOBILES EX ALSATIA DIGRESSI.

### *OSTEIN.*

§. XXII.

Hennemannus ab Oſtein Abbatiæ Murbac. vaſallus fec. XIV. comparet. Petrus eidem Abbatiæ An. MCCCCXXX. præfuit Princeps. Inde cum Megeris de Huningen, Flachslandiis, Hagenbachiis, Ramſteiniis &c. affinitate conjuncti, Eccleſiæ Baſil. difficillimis Germaniæ temporibus Præſulem dederunt Jo. Henricum, (*t*) cujus fratres fuere Jo. Georgius, Auſtriacus Enſishemii Præfectus & Conſiliarius, Delſpergæ Anno MDCXXXV. extinctus; Jo. Dietericus, Jo. Theobaldi, Advocati in Birſeck, per Eſterarn de Schauenburg genitor, quem cum liberis ac nepotibus ejus Humbrachtus (*u*) in Oſteiniis omiſit.

Jo. Georgii filius, Jo. Jacobus, Aulæ Epiſcopi Baſil. Magiſter, ex Dalbergia uxore Jo. Franc. Sebaſtianum procreavit, cui in Aula Moguntina hærenti univerſa, quibus in Alſatia fruebatur, feuda, Baſilienſia, Murbacenſia, Rappoltſteinenſia, A. MDCLXXXI. juſſu Regis ablata, poſtque XVII. annos, ad pacis Riſvicenſis formulam, ſupremo Alſatiæ ſenatu pronuntiante, reſtituta ſunt. (*x*) Is feudis his, in quibus caſtellum Oſteinenſe erat, (*y*) brevi poſt venditis, Alſatiæ perpetuo valedixit, feliciſſimus multiplicis ſobolis pater; ex qua Eminentiſſimus Jo. Frid. Carolus An. MDCCXLIII. ad ſolium Archiepiſcopale & Electorale Mogunt. promotus eſt.

### *BETTENDORFF.*

§. XXIII.

Bettendorffii, Circuli Rhenani Milites, (*z*) in Alſatiam Inf. antehac progreſſi & Equeſtri matriculæ inſcripti, indeque in patriam ſuam reverſi ſunt. Jo. Fridericus, Jo. Chriſtophori ex Haffneria de Waſſelnheim, Alſatica conjuge, filius, Comitis Hanoico-Lichtenberg. Conſiliarius & Præfectus in Wolfisheim, An. MDCLII. obiit; pater Georgii Wilhelmi & Franc. Reinhardi, qui in Badenſi & Moguntina claruerunt Aulis, Alſatiæ, ubi pars caſtelli Ernolsheim ad eos ſpectabat, valedicentes cum poſteris.

*GREMP*

(*m*) Conf. pag. 256. med.
(*n*) Supra pag. 436.
(*o*) Gauhen *Adels-Lexic.* Tom. II. pag. 1680.
(*p*) Vid. pag. 246. med.
(*q*) Pag. 356. not.
(*r*) Pag. 256.
(*s*) Pag. 259. fin.
(*t*) Ab An. MDCXXVIII. ad MDCXLVI. *Epitaphium eorum verum in Epiſcopatu Baſil. Præſule Jo. Henrico ab Oſtein geſtarum* MSt. Bibliotheca mea aſſervat.
(*u*) *Stamm-Taffeln der Rheiniſchen Ritterſchaft* Tab. 259.
(*x*) *Notes & Arrets du Conſeil Souverain d'Alſace* pag. 185.
(*y*) Supra pag. 69. fin.
(*z*) Humbracht Tab. 152. ſq.

### *GREMP DE FREUDENSTEIN.*

Ludovicus Gremp, Stutgardienſis, celebris JCtus & Reip. Argent. Conſiliarius, An. MDLXXXIII. Brumati ſepultus eſt. (*a*) Ex agnatis ejus Chriſtophorus, Buxovillæ Præfectus, An. MDCXXXVII. obiit; avus Phil. Chriſtophori, An. MD. XCVII. extincti, cujus filius, Phil. Fridericus, Landgravii Haſſo-Darmſtad. Conſiliarius intimus.

### *ULM.*

§. XXIV.

Gens antiqua Sueviæ, ab urbe Imperiali Ulma nomen ducens, (*b*) cum ſub initium ſeculi ſuperioris Vice-Cancellarium Imperio Jo. Ludovicum, & Abbatiæ Campidonenſi Principem dediſſet Henricum, *Baronis* illuſtrata eſt titulo; ſimulque novas in Alſatia poſſeſſiones, Stutzhemium atque Trenhemium ex parte, (*c*) à Rudolfo II. Imp. An. MDCIII. in feudum accepit. Jo. Ludovico ſucceſſit Gallus, filius ejus, quo defuncto Jo. Lud. Menradus, Galli ex fratre nepos, An. MDCLXXXVIII. à Rege Galliæ ea lege, ut in Alſatia habitaret, inveſtitus eſt; pater Antonii, qui ſimilem inveſtituram An. MDCCII. obtinuit; Equeſtri Alſatiæ Inſ. ob feuda hæc An. MDCCXVI. inſcriptus matriculæ. At decennio poſt, uti ſupra docui, feuda iſta Flachslandiis vendita ſunt; Ulmii Barones redierunt ad Suevos.

Alia Ulmiorum linea in Nider-Hagenthal, Sundgoviæ vico, conſederat. Hæc deſcendebat à Johanne de Ulm, qui Marchionis Bada-Durlac. Conſiliarius Anno MDCXVIII. Balilleæ deceſſit. Jac. Chriſtophorus caſtellum Steineck cum aliis bonis à Friderico V. Marchione An. MDCXXV. in feudum obtinuit; filius, Franc. Chriſtophorus, An. MDCLXXVII. Hagenthalii mortuus, avus fuit Franc. Caroli Antonii, cum quo linea hæc nuper ſepulta eſt.

### *ZINTHII DE KENZINGEN.*

Hi quoque Alſatiæ ſuperioris cives & incolæ per duo ſecula fuerunt; Hungerſteiniorum Nobilium in feudis Murbacenſibus An. MDV. ſucceſſores; quorum alii Gebvillæ, alii Pfaffenhemii, alii in caſtro Hungerſtein habitarunt. Leodegarius, Julii filius, An. MDCC. Abbatiæ Murbac. Decanus electus eſt. Hujus agnati inveſtituras ab An. MDCLV. cum neglexiſſent, atque ex Alſatia in Bavariam conceſſiſſent, Regii ſenatus ſententia An. MDCCXXXIV. ſuis exuti ſunt feudis. (*d*)

# GEOGRAPHICA ALSATIÆ GALLICÆ DELINEATIO

## PER SUBDELEGATIONES ET BALLIVATUS.

§. XXV.

Ad Galliæ regnum Alſatia quum tranſiviſſet Auſtriaca, Colberti Croiſſii, ſecundi Intendentis Provinciæ, juſſu, de Eccleſiaſtico & Politico ejus ſtatu Commentariolos, An. MDCLVI. & MDCLVII. Gallico idiomate conſcripſit Roſſelangius, natione Lotharingus; qui poſtea in Nancejana Computorum Camera factus eſt Procurator Generalis. Commentarii hi in lucem nunquam prodierunt. Imperfectum eſt opus, ab extero, Germanicæ linguæ & hiſtoriæ ignaro, obiter confectum.

Roſſelangianis ſucceſſerunt Commentarii pleniores, quos circa Pacis Riſwicenſis tempora, vigeſimo quarto Adminiſtrationis ſuæ anno, perfecit Grangius, Alſatiæ Intendens, Ulrici Obrechti aliorumque auxilio ſuffultus; unde multæ obſervationes politicæ, lectu dignæ, in illis occurrunt. Commentarii hi, Gallico ſermone, ut Roſſelangiani, conſcripti, in Bibliothecis Alſaticis hinc inde occurrunt. Tertium locum temporis ratione tenent Commentarii Houſſæani; quos communi omnium Galliæ Intendentium exemplo, Ludovici XIV. juſſu, in uſum Burgundiæ Ducis, An. MDCXCVIII. con-



(*a*) Adami *Vitæ Jurisconsultor.* p. 118.
(*b*) Bucelinus Tom. II. sect. 2. pag. 273.
(*c*) Supra pag. 259.
(*d*) *Notes d'Arrets* pag. 366.

cinnavit Houſſæus (e) Intendens; prolixos ſatis & amplos. Servantur illi quidem in Chartophylacio Regio Lutetiæ. Sed ante hos quadraginta annos Boulainvillierius Comes omnes iſtos Provinciarum Commentarios Mſſ. in epitomen redegit, quæ tamen in tria formæ majoris volumina excrevit, Londini primum, inde minori forma in Gallia non ſemel recuſa. (f) Comparet ibi quoque deſcriptio Alſatiæ; ſed tot erroribus hiſtoricis & geographicis referta, tanta nominum locorum & perſonarum corruptione, ut Lector, rerum peritus, in Alſatia illa Alſatiam quæſiturus ſit. Sed ab eo tempore, quo tres Commentarii, quos enumeravi, confecti ſunt, magna rerum Alſaticarum immutatio facta eſt. Numerus incolarum duplo major evaſit. Villæ multæ in vicos converſæ; vici minores æquiparati majoribus; burgi oppidorum ſpeciem induerunt. Ipſis oppidis hinc inde aliquid augmenti vel ſplendoris acceſſit. Omnia hæc autem ut appareant clarius, hodiernum & priſtinum Alſatiæ ſtatum & vires ejus ſummatim propoſiturus ſum.

## CIVITATES REGIÆ.

| | Foci (*Faux*). MDCCXX. | MDCCL. |
|---|---|---|
| ARGENTINA cum Ruperti Augia | 9118. | 9634. |
| Hos inter Magiſtratus juriſdictioni ſubſunt | | |
| 1. Cives Tribubus adſcripti | 6362. | |
| 2. Inquilini non cives | 2595. | |
| 3. Capite cenſi | 412. | |
| Exemti à juriſdictione Magiſtratus | | |
| 1. Ex Ordine Militari foci | 30. | |
| 2. Ex Ordine Eccleſiaſtico ſeculari | 115. | |
| 3. Ex Ordine Equeſtri | 40. | |
| 4. Ex illis, qui cenſus, vectigalia, commeatus Regios procurant; Fabricæ, Equili & Hoſpitali Regiis adſcripti | 80. | |
| | 9634. foci. | |
| Hominibus quinque in ſocum computatis oritur numerus incolarum | 48170. | |
| His accedunt in Collegio, Seminario, Præceptoria, in Monaſteriis utriuſque ſexus viventes | 500. | |
| In Noſodochio, Orphanotrophio, Ergaſtulis Civitatis | 1200. | |
| | 49870. homines. | |
| NB. Omitto heic Cives Academicos & præſidiarios milites. Harum tempore pacis minimum 5000. computantur. | | |
| HAGENOA | 479. | 678. |
| Schirrieth, Kaltenhauſen | 76. | 85. |
| COLMARIA | 1480. | 1716. |
| SELESTADIUM cum vico Kiensheim | 1292. | 1484. |
| WEISSENBURGUM | 496. | 485. |
| Schweigen, Weiler | 89. | 143. |
| LANDAVIA | 706. | 893. |
| Damheim, Nuſſdorff, Queichheim | 123. | 227. |
| OBERENNHEIM cum vico Bernhardsweiler | 828. | 963. |
| ROSHEIM | 320. | 436. |
| MUNSTER | 176. | 296. |
| Muhlbach, Mezeral | 134. | 215. |
| Breitenbach, Sondernah | 139. | 191. |
| Sultzern, Stoswihr | 149. | 228. |
| Hohenroth, Lautenbach, Eſchbach | 73. | 94. |
| KEISERSBERGA | 265. | 351. |
| TURINGHEIM | 156. | 162. |
| *MUNIMENTA REGIA.* | | |
| HUNINGA | 90. | 132. |
| NOVUM BRISACUM | 308. | 305. |
| FORTALITIUM LUDOVICI (*Fort-Louis*) | 352. | 321. |

I. SUBDE-

(e) *De la Houſſaye.* In ſynoptica tabula Gubernatorum, Intendentium, quam pag. 723. exhibet, operarum errore factum, ut annus Æræ MDCC. paulo altius, quam debuiſſet, poneretur.

(f) *Etat de la France par le Comte de* Boulainvilliers, 8vo. MDCCXXVII. VI. Voll.

# I. SUBDELEGATIO BELFORTENSIS.

## I°. BALLIVATUS BELFORT.

### *MAZARINIÆ DOMUS.*

| | Foci. MDCCXX. | MDCCL. |
|---|---|---|
| BELFORT oppidum cum agro | 363. | 520. |
| Perouse, Offemont | 64. | 92. |
| Chatenoy, Vourvenans, Bermont, Botans, Dampierre &c. | 68. | 148. |
| Cravanche, Baviller | 27. | 42. |
| Bethonviller, La Grange, Buc | 29. | 47. |
| Angeot, La Riviere, Vautiermont, S. Côme, Novillar, Rechotte, Autrage, Eſchene | 200. | 219. |
| Danjuſtin, Andelnans, Sevenans, Leuppe, Moval, Tretudans, Dorans | 124. | 164. |
| Chevremont, Petite Croix, Beſoncourt | 170. | 179. |
| Chaux, Valdhoy, Sermamagny, Evette, La Chapelle ſous Chaux, Eloy, Auxelle haut | 160. | 409. |
| Giromagny, Le Puix, Weſemont, Rougegoutte, Gromagny | 144. | 367. |
| Argeſans, Banvillar, Urſerey | 38. | 89. |
| Meroux, Vezelois | 96. | 150. |
| Eſtuffont le haut, Eſtuffont le bas, Anjoutey, Petit Magny | 56. | 160. |
| Bourg, La Magdelaine | | 29. |
| Brebotte | 17. | 36. |

### *POSSESSIONES MIXTÆ.*

| | | |
|---|---|---|
| Pfaffans, La Colonge, Menoncourt, Eguenigue, Roppe, Deſſney, Vetreigne | 117. | 273. |
| Fontenelle | 15. | 15. |
| Auxelle bas | 21. | 58. |
| Eſſert | 30. | 54. |
| La Chapelle ſous Rougemont | 29. | 60. |
| Fouſſemagne, Frais, Cuneliere | 35. | 45. |

## II°. BALLIVATUS DELENSIS.

### *MAZARINIÆ DOMUS.*

| | | |
|---|---|---|
| DATTENRIED (*Dele*) oppidum | 64. | 124. |
| S. Dizier, Croix, Feſche-l'Egliſe, Villar-le-ſec, Lebetain, Montbouton, Beaucourt | 86. | 198. |
| Rechefy, Seppois le haut, Boncourt | 51. | 126. |
| Faverey, Borogne, Joricherey | 94. | 145. |
| Gronne, Recouvrance, Boron, Velleſcot | 55. | 126. |
| Dannemarie, Gommersdorf, Wolfersdorf, Ratzweiler, Oelbach | 122. | 207. |
| Ober-Traubach, Nider-Traubach, Gevenatt | 126. | 140. |
| Falckweiler, Hecken, Sternenberg | 45. | 75. |
| Bretten, Beſſemagny, Brechaumont, Eſteimbe | 91. | 116. |

### *POSSESSIONES ALIORUM.*

| | | |
|---|---|---|
| Florimont (*Blumenberg*) oppidulum | 23. | 40. |
| Courcelle, Courtelevant, Le Puis, Chavenatte, Schwertz | 108. | 178. |
| Montreux (*Monſterol*) caſtrum, Montreux le vieux, Montreux le jeune, vici | 51. | 71. |
| Bretagne, Chavanne le petit, Chavanne le grand, Lutran, Romagny, Magny | 136. | 217. |
| Grandvillar, Thiancourt | 80. | 98. |
| Morvillar, Meſirey | 19. | 43. |
| Montjoye, Vaufrey, Indeviller, Bremoncourt, Montancy, Le Faulx, Montorſin, Le Bail, Fueſſe, Richebourg &c. | 112. | 200. |
| Levoncourt, Courtavon, Largue | 89. | 133. |
| Froide-Fontaine, Charmois, Valdieu | 40. | 115. |

## III°. BALLIVATUS MASONIS MONAST. ET ROTHENBURGICUS.

| | Foci. MDCCXX. | MDCCL. |
|---|---|---|
| MASMUNSTER (*Masevaux*) oppidum | 160. | 170. |
| Seben, Dolleren, Rimbach, Oberbruck, Wegſcheid, Kirchberg | 95. | 250. |
| Stecken, Niderbruck, Sicker, Hubach, Oberburbach | 45. | 109. |
| Auw, Sendheim, Niderburbach, Gebenbach | 92. | 224. |
| Rothenburg (*Rougemont*), Le Val, La petite Fontaine, Felon, S. Germain, Roumagny | 75. | 191. |

## IV°. BALLIVATUS PHIRRETENSIS

### *MAZARINIÆ DOMUS.*

| | | |
|---|---|---|
| PFIRT (*Ferrette*) oppidum | 51. | 55. |
| Wolffsweiler, Lauter, Rœdersdorf, Kiffis, Sondersdorf, Lüxdorf | 218. | 266. |
| Mernach, Alt-Pfirt, Keſtlach, Dürlisdorf, Winckel, Liebsdorf, Mos | 258. | 381. |
| Pferterhauſen, Biſel | 91. | 120. |
| Ober-Muſpach, Nider-Muſpach, Mittel-Muſpach, Knœringen, Volckenſperg | 131. | 239. |
| Grentzingen, Steinſulz, Rappolzweiler, Rieſpach, Waltighofen | 190. | 233. |
| Buxweiler, Werenzhauſen, Fislis, Lünſtorf, Betlach | 154. | 210. |
| Oltingen, Blozheim | 141. | 156. |
| Veltpach, Niderlarg | 37. | 48. |

### *POSSESSIONES ALIORUM.*

| | | |
|---|---|---|
| Leimen, Pietersthal, Buſchweiler | 120. | 170. |
| Ober-Hagenthal, Nider-Hagenthal, Neuwiller, Oberdorf | 113. | 130. |
| Liebensweiler, Wenzweiler | 49. | 58. |
| Bendorf, Hægenheim, Dürmenach | 105. | 202. |
| Heſingen | 67. | 131. |
| Hægenheim, Burgfelden | 62. | 134. |

## V°. BALLIVATUS ALTKIRCHENSIS

### *MAZARINIÆ DOMUS.*

| | | |
|---|---|---|
| ALTKIRCH oppidum | 91. | 166. |
| Largitzen, Uberſtraſs, Friefen, Hündlingen, Strutt, Mertzen | 133. | 244. |
| Willer, S. Ulrich, Altenach, Fillern, Manſpach | 109. | 200. |
| Huntzbach, Berensweiler, Franckenheim, Hausgauen | 117. | 196. |
| Swobach, Zæſingen, Waldbach, Heuwiller | 102. | 161. |
| Tagsdorf, Emlingen, Weitersdorf, Wahlen | 91. | 208. |
| Tagolsheim, Ober-Morſchweiler, Aſpach | 98. | 122. |
| Bettendorf, Hirtzbach, Henſſingen | 91. | 158. |
| Ballersdorf, Illfurth, Hochſtett | 197. | 241. |

### *POSSESSIONES ALIORUM.*

| | | |
|---|---|---|
| Hagenbach, Karſpach | 95. | 123. |

## VI°. BALLIVATUS BRUNSTADIENSIS

### *VARIORUM.*

| | | |
|---|---|---|
| BRUNSTATT, Riedisheim, Didenheim | 171. | 331. |
| Pfaffſtatt, Dornach, Nider-Morſchweiler | 122. | 210. |
| Heydweiler, Freningen, Luemſchweiler | 98. | 182. |
| Ober-Steinbrunn, Nider-Steinbrunn | 107. | 209. |
| Lauterbach, Zillisheim | 95. | 172. |
| HUNINGA ſupra. | | |

## II. SUBDELEGATIO COLMARIENSIS.

COLMARIA, MUNSTER, KEISERSBERGA, TURINGHEIM, BRISACUM, Civitates Regiæ, de quibus supra.

### I°. BALLIVATUS THANNENSIS

*MAZARINIÆ DOMUS.*

| | Foci. MDCCXX. | MDCCL. |
|---|---|---|
| THANN oppidum | 350. | 545. |
| Hohenrodern, Leimbach, Ramersmatt | 104. | 210. |
| Ober-Aſpach, Nider-Aſpach, Alt-Thann | 93. | 205. |
| Ober-Burnhaupten, Nider-Burnhaupten, Giltweiler | 155. | 260. |
| Ammerzweiler, Bernweiler, Galfingen, Ober-Spechbach, Nider-Spechbach, Enſchingen, Breunighofen | 223. | 286. |
| Balſchweiler, Uberkümm, Butweiler, Eglingen | 99. | 165. |
| Ober-Sultzbach, Nider-Sultzbach, Diefmatt, Morzweiler | 87. | 205. |
| Reiningen, Riſpach | 104. | 171. |
| Iſenheim, Retersheim, Merxheim | 156. | 235. |

*POSSESSIONES ALIORUM.*

| | | |
|---|---|---|
| SENNHEIM (*Cernay*) oppidum, & vicus Steinbach | 205. | 342. |
| Schweighauſen, Berweiler | 79. | 168. |
| Michelbach, Munweiler, Rimbach | 45. | 95. |
| Staffelfelden, Witolsheim | 78. | 142. |

### II°. BALLIVATUS ENSISHEIM. ET S. CRUCIS.

| | | |
|---|---|---|
| ENSISHEIM oppidum | 249. | 251. |
| Rulesheim vicus | 54. | 102. |
| Hatſtatt, Vögtlinshofen | 120. | 166. |
| Herlisheim, Sulzbach, Hufern | 186. | 230. |
| Ober-Heringheim, Nider-Heringheim, Ober-Ensheim, Nider-Ensheim | 154. | 226. |
| Holzweiler, Wickersweiler, Bilsheim | 70. | 85. |
| Biesheim, Veſſenheim, Nambsheim | 188. | 223. |
| Meyenheim, Grufenheim, Rietweiler, Widenſol | 140. | 185. |
| S. CROIX oppidulum | 84. | 132. |
| Ammersweyer oppidum | 271. | 348. |
| Kiensheim oppidum | 125. | 142. |
| Ingersheim, Katzenthal | 141. | 266. |
| Winzenheim, Morſchweiler | 198. | 281. |
| Sigolsheim, Lagelnheim | 97. | 172. |

### III°. BALLIVATUS LANDSERIANUS

*MARCHIONIS DE GOUVERNET.*

| | | |
|---|---|---|
| LANDSER | 66. | 94. |
| Randolzweiler, Kötzingen, Geiſpitzen, Waltenheim, Ober-Magſtatt, Nider-Magſtatt | 170. | 355. |
| Kappellen, Ufheim, Bartenheim, Stetten, Helfranzkirch | 215. | 377. |
| Ober-Michelbach, Nider-Michelbach, Ober-Ranſpach, Nider-Ranſpach, Attnansweiler | 159. | 279. |
| Dietweiler, Schlierbach | 103. | 169. |
| Kembs, Brubach | 72. | 166. |
| Bladolzheim | 85. | 131. |
| Habsheim | 133. | 145. |
| Rixheim | 133. | 205. |
| Sawisheim, Battenheim, Baltersheim | 122. | 167. |
| Othmarsheim | 55. | 108. |
| Bantzenheim, Rumersheim, Hirzfelden, Teſſenheim, Munchhauſen | 192. | 343. |
| Neudorff, Roggenhauſen | 69. | 191. |

*POSSES-*

| *POSSESSIONES ALIORUM.* | Foci. MDCCXX. | MDCCL. |
|---|---|---|
| La Chauſſée (Germ. *der Neue Weg*) Abbatiæ Othmarsheimenſis | 15. | 29. |
| Brinckheim | 21. | 47. |
| Sirentz | 65. | 112. |

## IV°. BALLIVATUS ESCHOLZWEILER
### *FAMILIÆ ANDLAVIENSIS.*

| | | |
|---|---|---|
| Eſcholzweiler | 76. | 139. |
| Zimmersheim, Nüfern, Landau, Homburg | 90. | 246. |
| Wittenheim, Kingersheim, Saſenheim | 104. | 145. |

## V°. BALLIVATUS BOLLVILLENSIS
### *MARCHIONIS DE ROSEN.*

| | | |
|---|---|---|
| Bollweiler & Bulversheim | 36. | 89. |
| Feldkirch, Ungersheim | 96. | 152. |
| Regisheim | 81. | 147. |
| Heimbsbrunn, Flachsland | 90. | 181. |

## VI°. BALLIVATUS GEBVILLENSIS
### *ABBATIÆ MURBAC.*

| | | |
|---|---|---|
| GEBWEILER oppidum | 295. | 410. |
| Bühel, Lautenbach-Zell, Sengern, Bergholtz, Bergholtz-Zell | 196. | 233. |
| Watweiler oppidum | 110. | 103. |
| Uffholtz | 141. | 120. |
| S. Amarini oppidulum & vallis inferior, 16. viculos complectens | 292. | 542. |
| Greuth, Odern, Velleringen | 138. | 225. |
| Lautenbach & Linthal, Collegiatæ Lautenbacenſis vici | 76. | 181. |

## VII°. BALLIVATUS RUFACENSIS
### *EPISCOPI ARGENT.*

| | | |
|---|---|---|
| RUFACH civitas cum dimidia parte vici Weſthalten | 392. | 712. |
| Pfaffenheim cum 2. viculis | 155. | 272. |
| Gebersweiler | 176. | 255. |
| Sultzmatt cum dimidia parte vici Weſthalten | 219. | 398. |
| Orſchweiler, Gundolzheim | 141. | 264. |
| SULTZ oppidum | 280. | 471. |
| Hartmanswеiler | 60. | 103. |
| Rimbach-Zell | 20. | 35. |
| EGISHEIM oppidum | 135. | 245. |
| Wettelsheim, Ober-Morſchweiler | 112. | 186. |

## VIII°. BALLIVATUS HORBURG. ET RICHOVILL.
### *DUCIS WIRTENBERGICI.*

| | | |
|---|---|---|
| REICHENWEYER oppidum | 195. | 342. |
| Horburg, Andolsheim | 73. | 143. |
| Sundhoſen, Appenweyer | 87. | 138. |
| Wolfgangsheim, Algolsheim, Volgelsheim | 81. | 148. |
| Dürren-Entzen, Muntzenheim | 47. | 107. |
| Forſtweyer, Biſchweyer | 34. | 62. |
| Hunnaweyer | 72. | 116. |
| Bebelnheim, Mittelweyer | 116. | 245. |
| Oltheim, Altweyer | 67. | 158. |

IX°. BALLIVATUS

## IX°. BALLIVATUS RAPPOLTSTEIN.

*DOMUS PALATINO-BIPONTINÆ.*

| | Focl. MDCCXX. | MDCCL. |
|---|---|---|
| RAPPOLTSWEILER (*Ribeauwiller*) oppidum | 522. | 574. |
| Thannenkirch | 28. | 40. |
| Gemar, Illheuſern | 126. | 127. |
| Heidolsheim, Muſig, Onenheim | 90. | 67. |
| BERGHEIM oppidum | 267. | 301. |
| Rorſchweyer, Rodern | 106. | 137. |
| Zellenberg, Bennweyer | 88. | 147. |
| Hauſen, Weiler | 58. | 99. |
| Heiterheim, Ruſſenhardt | 86. | 137. |
| Balgau, Weckolsheim | 51. | 87. |
| Wihr, Walbach, Zimmerbach | 104. | 112. |
| Ginſpach, Griſpach, Waſſerburg | 88. | 110. |
| Orbey (*Urbis*) parochia | 162. | 329. |
| Freland (*Urbach*) parochia | 40. | 80. |
| La Poutroye (*Schuierlach*) parochia | 62. | 120. |
| Le Bonhomme (*Diedolshauſen*) parochia | 34. | 40. |
| La Baroche (*Zell*) parochia | 29. | 54. |
| S. Marie aux mines (*Markirch*) Præfectura | 72. | 304. |

## III. SUBDELEGATIO SELESTADIENSIS.

SELESTADIUM, Civitas Regia, de qua ſupra.

### I°. BALLIVATUS VILLERENSIS

*MARCHIONUM A MOSA.*

| | | |
|---|---|---|
| Scherweiler, Dieffenthal | 223. | 316. |
| Petersholtz, Hohwart | 29. | 49. |
| Weiler, (*Viller*) Trimbach | 96. | 174. |
| Erlenbach, Baſſenberg | 102. | 143. |
| Lalay, Charpe, Urbeys | 50. | 77. |
| S. Martin, Meiſengott, Steige | 148. | 232. |
| Breitenbach | 84. | 142. |
| Colroy, Roſchbach &c. | 98. | 117. |
| Saales, Neubourg, Bruche | 86. | 137. |
| Orſchweiler *Baronum à Sickingen* | | 69. |

### II°. BALLIVATUS MARCKOLSHEIM.

*EPISCOPI ARGENT.*

| | | |
|---|---|---|
| Marckolsheim | 96. | 102. |
| Urſenheim, Baltzenheim, Artzenheim | 64. | 58. |
| Elſenheim, Heſſenheim | 58. | 47. |
| Richtolsheim, Schwabsheim | 25. | 24. |

## IV. SUBDELEGATIO ARGENTINENSIS

### I°. BALLIVATUS DACHSTEIN.

*EPISCOPATUS ARGENT.*

| | | |
|---|---|---|
| MOLSHEIM, oppidum cum vicis Avelsheim, Sultz, Bibelnheim | 211. | 407. |
| Gresweiler, Roſenweiler | 69. | 106. |
| Biſchofsheim | 100. | 159. |
| Griesheim, Altorff, Arnoldsheim | 133. | 192. |
| Ergersheim, Wolcksheim | 119. | 193. |
| Thalheim, Bergbietenheim | 130. | 195. |

| | Foci MDCCXX. | MDCCL. |
|---|---|---|
| Hindisheim | 110. | 122. |
| Lipsheim, Holtzheim, Hürtigheim | 83. | 98. |
| Dachstein | 58. | 60. |

## IIº. BALLIVATUS MUTZIG ET SCHIRMECK.

| | | |
|---|---|---|
| MUTZIG | 230. | 309. |
| Schirmeck & Wackenbach | 57. | 74. |
| Dingsheim, Still, Heiligenberg | 124. | 190. |
| Ober-Haslach, Nieder-Haslach, Urmat | 81. | 138. |
| Lutzelhausen, Netzenbach, Wich, Herspach, Grendelbruch | 72. | 145. |
| Ober-Otterott, Raus, Berenbach, Natsweiler | 70 | 126. |

## IIIº. BALLIVATUS BENFELDENSIS.

| | | |
|---|---|---|
| BENFELDA oppidum | 117. | 127. |
| DAMBACH oppidum | 330. | 429. |
| Epfich | 142. | 196. |
| Eichhofen, S. Peter, Kerzfelden | 124. | 147. |
| Stotzheim | 91. | 133. |
| Itersweiler, Mittelberckheim | 17. | 25. |
| Hüttenheim, Sermersheim | 121. | 166. |
| Kogenheim | 77. | 109. |
| RHEINAU oppidum, Sand, Matzenheim, Schæfersheim, Leimersheim, Northausen, Herbolzheim &c. | 636. | 801. |

## IVº. BALLIVATUS WANTZENAUGIENSIS.

| | | |
|---|---|---|
| Wantzenau | 251. | 260. |
| Gambsheim & Bettenhofen | 99. | 183. |
| Reichstett, Killstett, Suvelweyersheim | 239. | 219. |
| Weyersheim ad Turrim | 221. | 152. |

## Vº. BALLIVATUS CAPITULI MAJORIS ARGENT.

| | | |
|---|---|---|
| KESTENTOLTZ (*Chatenoy*) | 193. | 304. |
| Ebersheim | 102. | 131. |
| Breitenau, Fouchy, Neufbois, Hirzelbach, Diefenbach, Neukirch, S. Moritz | 122. | 194. |
| ERSTEIN, Krafft, Eschau | 226. | 318. |
| BERSCH oppidulum, S. Nabor | 140. | 247. |
| Geifpoltzheim, Lampertheim | 273. | 380. |

## VIº. BALLIVATUS BARRENSIS *CIVITATIS ARGENTINENSIS.*

| | | |
|---|---|---|
| BARR | 411. | 529. |
| Mittelbergheim | 95. | 89. |
| Gertweiler, Heiligenstein | 187. | 183. |
| Gockswciler & Burgheim | 85. | 105. |

## VIIº. BALLIVATUS WASSELNHEIMENSIS ET MARLEJENSIS.

| | | |
|---|---|---|
| Waffelnheim | 270. | 368. |
| Marlen | 132. | 217. |
| Flexberg, Friedesheim, Zehnacker | 66. | 99. |

## VIIIº. BALLIVATUS DORLISHEIMENSIS.

| | | |
|---|---|---|
| Dorlisheim | 171. | 237. |
| Illwickersheim | 44. | 90. |

Schiltigheim

| | Foci. MDCCXX. | MDCCL. |
|---|---|---|
| Schiltigheim | 135. | 226. |
| Ittenheim, Handschuchheim, Nider-Hausbergen | 109. | 115. |
| Hœnheim | 50. | 63. |
| Illkirch & Grafenstaden | 153. | 180. |
| Eckbolzheim *Capituli Thom.* | 81. | 89. |
| Virdenheim | 38. | 39. |

## IX°. BALLIVATUS BUXOVILLANUS

### *DYNASTIÆ LICHTENBERGENSIS.*

| | | |
|---|---|---|
| BUCHSWEILER oppidum cum agro | 316. | 352. |
| Bolfelshausen, Henhausen, Kirweiler, Riedheim | 97. | 108. |
| Breunsheim, Gottesheim, Geisweiler | 78. | 88. |
| Menchenhofen, Griesbach, Utweiler, Nieder-Sultzbach | 81. | 114. |
| Hattmatt, Imsheim, Melsheim | 121. | 165. |
| Duntzenheim, Reitweiler, Gimbrett | 95. | 110. |
| Ernolsheim | 84. | 100. |
| Ringendorf, Wichersheim, Wilshausen | 66. | 69. |
| Hoh-Azenheim, Hoh-Franckenheim, Zebersdorf | 57. | 63. |
| Dürningen, Wiellenheim | 27. | 57. |

## X°. BALLIVATUS PFAFFENHOVIENSIS.

| | | |
|---|---|---|
| PFAFFENHOFEN oppidum | 92. | 97. |
| Altorff, Eckendorf | 55. | 51. |
| Engweiler, Bischholz | 50. | 59. |
| Ober-Motern, Nieder-Motern, Olfweiler | 148. | 188. |
| Schwindrazheim, Schalckendorf | 115. | 125. |

## XI°. BALLIVATUS INGOVILLANUS.

| | | |
|---|---|---|
| INGWEILER oppidum | 104. | 176. |
| Mietesheim, Ober-Sulzbach, Wimmenau | 85. | 115. |
| Schillersdorf, Ingenheim, Reippertweiler | 93. | 114. |
| Lichtenberg castrum & vicus | 58. | 80. |
| Neuweiler | 138. | 172. |

## XII°. BALLIVATUS BROCOMAGENSIS.

| | | |
|---|---|---|
| BRUMATH | 165. | 172. |
| Gries, Krautweiler, Bietlenheim | 83. | 104. |
| Hœrdt, Kurtzenhausen | 146. | 192. |
| Weitbruch, Geidertheim | 127. | 160. |
| Eckwersheim, Waltenheim, Mittelhausen | 146. | 164. |

## XIII°. BALLIVATUS WESTHOVIENSIS.

| | | |
|---|---|---|
| WESTHOFEN | 225. | 330. |
| Balbronn | 29. | 110. |
| Trenheim, Wolsheim, Ahlenweiler | 87. | 92. |
| Hengweiler, Reinhards-Münster | 23. | 35. |
| Wolfisheim, Hangenbietenheim | 120. | 109. |

## XIV°. BALLIVATUS OFFENDORFIANUS.

| | | |
|---|---|---|
| Offendorf | 84. | 141. |
| Herrlisheim | 180. | 211. |
| Drufenheim | 64. | 112. |
| Oberhofen, Rohrweiler | 65. | 101. |
| Morsbronn, Eberbach, Nieder-Steinbach | 95. | 92. |

## XV°. BALLIVATUS RUPISVALLENSIS
*RUFECCII DUCIS.*

| | Foci. MDCCXX. | MDCCL. |
|---|---|---|
| Rothau, Neuvillers, Hautegoutte, Vildersbach | 31. | 78. |
| Solbach, Fouday, Trouchy, Valdersbach, Bellefoſſe, Belmont | 54. | 101. |

## XVI°. BALLIVATUS GIRBADENSIS
*ROHANÆO-SUBISIÆ DOMUS.*

| | | |
|---|---|---|
| Artolsheim, Mulbach | 70. | 71. |
| Mahlkirch, Laubenheim | 44. | 48. |

## XVII°. BALLIVATUS ORDINIS EQUESTRIS.

| | | |
|---|---|---|
| Achenheim & Schæfolsheim | 132. | 138. |
| ANDLAU oppidum | 198. | 228. |
| Baldenheim, Behlenheim | 50. | 74. |
| Bernhardsweiler, Bliensweiler, Nothalten, Zell, S. Blaiſe, Bliensbach | 81. | 114. |
| Berſtett & Olvisheim | 64. | 105. |
| Birckwald, Odratzheim, Furchhauſen | 86. | 84. |
| Biſchofsheim, Irmſtett | 137. | 163. |
| Blæsheim & Gerſtheim | 179. | 190. |
| Boffsheim & Widernheim | 76. | 80. |
| Boſſenheim, Utenheim, Werd | 44. | 54. |
| Botzheim, Bræſeqbieſen, Kunheim | 52. | 66. |
| Buesvveiler, Mühlhauſen | 39. | 60. |
| Breuſchvvickersheim, Kolbsheim | 98. | 94. |
| Düpolzheim, Düttdenheim | 101. | 131. |
| Düppichheim, Mackenheim | 93. | 123. |
| Ensheim, Oberhausbergen, Oſthauſen | 142. | 174. |
| Eſchau & Wibolsheim | 77. | 95. |
| Fegersheim & Ohnenheim | 68. | 77. |
| Hipsheim, Ichtrazheim | 52. | 61. |
| Hürtigheim, Quatzenheim, Veſſenheim | 76. | 97. |
| Jebsheim, Innenheim, Kraut-Ergersheim | 219. | 260. |
| Ittersvveiler, Mittel-Berckheim, Reichsfelden | 112. | 120. |
| Lingolsheim, Meiſtratzheim, Zellvveiler | 243. | 322. |
| Mietersholtz, Ehenvveyer, Rathſamhauſen | 62. | 100. |
| Mundolsheim, Mittelhausbergen | 85. | 97. |
| Nider-Ehnheim | 94. | 155. |
| Niderotterott, Neudörffel | 48. | 82. |
| Oſthofen, Winzenheim | 88. | 106. |
| Pfulgriesheim, Landersheim, Schürhoffen | 61. | 71. |
| Plobsheim, Obenheim | 89. | 110. |
| Rumolsvveiler, Coſſvveiler | 76. | 97. |
| Saſſenheim, Schœnau | 47. | 82. |
| Schaffhauſen, Stützheim, Trenheim | 84. | 113. |
| Scharrachbergheim, Schnersheim, Schvveinheim | 112. | 153. |
| Sundhauſen, Vendenheim | 150. | 214. |
| Valff, Stotzheim, Weſthauſen | 136. | 190. |
| Wilvisheim, Wivershein | 40. | 52. |

# V. SUBDELEGATIO TABERNENSIS.

## I°. BALLIVATUS TABERNENSIS.
*EPISCOPATUS ARGENTINENSIS.*

| | | |
|---|---|---|
| TABERNÆ (*Saverne*) civitas | 263. | 258. |
| Sornhoſen, Steinburg, Waldolvisheim | 95. | 161. |

Klein-Gœff.

| | Foci. MDCCXX. | MDCCL. |
|---|---|---|
| Klein-Gœfft, Ottersweiler, Monsweiler | 58. | 92. |
| Altenheim, Ottersthal | 54. | 78. |

## IIo. BALLIVATUS KOCHERSPERG
### *EJUSDEM EPISCOPATUS.*

| | | |
|---|---|---|
| Gugenheim, Rohr, Kuenheim | 87. | 113. |
| Dürningen | 17. | 49. |
| Ginsheim, Pfetisheim | 44. | 57. |
| Truchtersheim, Criechesheim, Dingsheim, Offenheim | 110. | 131. |
| Dossenheim, Klein-Franckenheim, Avenheim, Neugartheim | 64. | 94. |
| Utelnheim, Wilgotheim, Zeinheim, Rangenheim, Mittelkurtz | 83. | 123. |
| Knœrsheim, Westhausen, Jedersweiler, Kraftatt | 102. | 128. |
| Meinolsheim, Lupsltein, Leutenheim | 82. | 103. |
| Fridolsheim, Sessolsheim | 53. | 64. |

## IIIo. BALLIVATUS ABBATIÆ S. JOH.

| | | |
|---|---|---|
| S. Johann, Eckardsweiler | 88. | 150. |

## IVo. BALLIVATUS MAURIMONASTERIENSIS.

| | | |
|---|---|---|
| MAURI-MONASTERIUM oppidum | 151. | 217. |
| Lochweiler, Reutenburg, Singrist | 132. | 183. |
| Sahlenthal, Dimsthal, Hegenheim, Thal, Gothenhausen | 95. | 197. |

## Vo. BALLIVATUS ABBATIÆ NEOBURGENSIS.

| | | |
|---|---|---|
| Daugendorf, Dunnenheim | 50. | 86. |
| Ulweiler, Nider-Altorf | 58. | 75. |

## VIo. BALLIVATUS OBERBRONNENSIS.

| | | |
|---|---|---|
| OBERBRONN | 80. | 95. |
| Zinsweiler, Urweiler, Merzweiler | 100. | 217. |
| Gumprechtshofen, Rothbach, Weinburg | 48. | 126. |
| Sparsbach, Erckartsweiler, Zittersheim | 20. | 49. |
| Niederbronn | 60. | 126. |
| Guntershofen, Utenhofen, Griesbach &c. | 71. | 105. |

## VIIo. BALLIVATUS REICHSHOVIENSIS
### *JO. DIETERICHII, COS. ARGENT. emptione 1761.*

| | | |
|---|---|---|
| REICHSHOFEN oppidum | 130. | 185. |

## VIIIo. BALLIVATUS BISCHWEILER.

| | | |
|---|---|---|
| BISCHWEILER | 232. | 294. |
| Hanhofen | 39. | 55. |
| Schweickhausen | 40. | 100. |

## IXo. BALLIVATUS DAGESBURGENSIS
### *DOMUS LEINING.*

| | | |
|---|---|---|
| Dagsburg &c. | 40. | 96. |
| Walschied, Elberswiler, Voyer, Hohgœfft &c. | 111. | 355. |

## X°. BALLIVATUS DETTWEILER
*MARCHIONIS DE ROSEN.*

| | Foci. MDCCXX. | MDCCL. |
|---|---|---|
| Dettweiler | 86. | 122. |
| Dofenheim & Rofenweiler | 104. | 121. |

## XI°. BALLIVATUS LUZELSTEINENSIS
*PALATINÆ DOMUS.*

| | | |
|---|---|---|
| LUCELSTEIN oppidulum | 38. | 90. |
| Weinburg | 45. | 60. |
| Lohr, Petersbach, Frohnmühl, Diefenbach, Hinsberg, Puberg, Wingen | 61. | 146. |
| Hambach, Volsburg, Busweiler, Roftey | 70. | 173. |
| Bettweiler, Durftel, Adamsweiler, Gungweiler | 45. | 94. |
| Behrlingen, Pfaltzweyer, Wefchem, Crauffthal, Schœnberg, Efchberg | 59. | 144. |
| Hanckvweiler, Wintersberg, Zillingen, Strude, Hansmanshoff | 70. | 116. |

## XII°. BALLIVATUS HAGENOENSIS

| | | |
|---|---|---|
| Batzendorf, Wintershaufen, Hœchftett | 60. | 98. |
| Berftheim, Nider-Schæffelsheim, Bernsheim, Wahlenheim, Kriegesheim & Rottelsheim | 110. | 173. |
| Mummenheim, Mutzenhaufen, Rumersheim, Bilsheim, Mittel-Schæffelsheim, Dangolsheim | 224. | 266. |
| Kittelsheim, Wingersheim, Boffendorff, Lixhaufen, Scherlenheim | 202. | 287. |
| Ettendorf, Morfchweiler, Ringeldorf, Graffendorf, Uberach, Kindweiler | 190. | 251. |
| Bitfchhofen, Walck, Hüttendorf, Efchbach, Hegeney | 119. | 147. |
| Forftheim, Gunftett, Surburg, Suffelnheim | 240. | 437. |
| Münversheim, Weitersheim, Gebolzheim, Ohlungen & Keffendorf | 103. | 141. |
| Hochfelden | 115. | 176. |
| Dirrenbach, Walpurg | 91. | 143. |

# VI. SUBDELEGATIO WEISSENBURGENSIS.

WEISSENBURG Civitas cum duobus vicis fupra.

## I°. BALLIVATUS ALTENSTAD. ET SAN-REMIGIANUS
*EPISCOPI SPIRENSIS.*

| | | |
|---|---|---|
| Altenftatt & Schweighofen | 80. | 125. |
| Schleithal | 140. | 231. |
| Ober-Seebach | 110. | 138. |
| Schlettenbach &c. | 47. | 55. |
| Steinfeld, Kapsweyer | 130. | 265. |

## II°. BALLIVATUS SCHOENECK.
*FAMILIÆ DURCKHEIM.*

| | | |
|---|---|---|
| Dambach, Neunhofen | 31. | 48. |
| Frœfchweiler, Efelshaufen, Lienenhaufen | 59. | 77. |
| Langenfultzbach, Winftein, Neudorff, Bufenberg | 74. | 121. |

## III°. BALLIVATUS BARBELSTEIN.
*FAMILIÆ WALDENBURG.*

| | | |
|---|---|---|
| Bobenthal, Erlenbach &c. | 62. | 70. |

## VII. SUBDELEGATIO LANDAVIENSIS.

LANDAU Civitas cum tribus vicis supra.
FORT-LOUIS ibid.

### I°. BALLIVATUS WOERDENSIS
*DYNASTIÆ LICHTENBERG.*

| | Foci. MDCCXX. | MDCCL. |
|---|---|---|
| WOERDT oppidulum | 101. | 115. |
| Gœrstdorf, Mitschdorf, Lampertsloch | 119. | 166. |
| Preuschdorf, Dieffenbach | 92. | 116. |
| Oberndorf, Spachbach, Griesbach | 37. | 40. |

### II°. BALLIVATUS HATTENSIS
*EJUSDEM DYNASTIÆ.*

| | | |
|---|---|---|
| Hatten | 114. | 188. |
| Rittershofen | 68. | 113. |
| Oberbetschdorf, Niederbetschdorf | 90. | 172. |
| Schwabweiler, Reimersweiler, Kühlendorf | 82. | 102. |
| Leutersweiler, Bühl | 44. | 80. |

### III°. BALLIVATUS KUTZENHAUSEN
*PRINCIPUM DARMSTADIENSIUM.*

| | | |
|---|---|---|
| Ober-Kutzenhausen, Nieder-Kutzenhausen | 68. | 105. |
| Hœlsloch, Merckweiler, Mattstall | 46. | 65. |

### IV°. BALLIVATUS FLECKENSTEINENSIS
*ROHANÆO-SUBISIÆ DOMUS.*

| | | |
|---|---|---|
| Sulz | 43. | 80. |
| Hermersweiler, Retschweiler, Memmelshofen, Lusan | 91. | 155. |
| Nieder-Rœdern | 48. | 75. |
| Eberbach, Wintzenbach, Ober-Lauterbach, Kretweiler | 147. | 198. |
| Roschwog & Giesenheim, Roppenheim | 103. | 155. |
| Forstfelden, Kauchenheim | 32. | 53. |
| Runzenheim, Avenheim, Stattmatten | 75. | 140. |
| Dalhunden, Denckelsheim, Sessenheim | 71. | 133. |

*POSSESSIONES ALIORUM.*

| | | |
|---|---|---|
| Weitersweiler & Zutzendorf | 107. | 151. |
| Hochweiler & Drachenbrunn | 41. | 56. |
| Lembach | 40. | 78. |
| Trimbach, Nieder-Seebach | 56. | 63. |
| Riedfelz, Ingenheim | 82. | 138. |

### V°. BALLIVATUS BEINHEIMENSIS
*BADENSIS DOMUS.*

| | | |
|---|---|---|
| BEINHEIM oppidum | 58. | 138. |
| Littenheim, Neuhæusel | 44. | 78. |

## VIo. BALLIVATUS LAUTERBURGENSIS
### *EPISCOPATUS SPIRENSIS.*

| | Foci. MDCCXX. | MDCCL. |
|---|---|---|
| LAUTERBURG oppidum | 100. | 259. |
| Jockrim oppidum | 32. | 107. |
| Rhein-Zabern | 60. | 165. |
| Mothern, Neweiler | 70. | 167. |
| Scheibenhart, Nieder-Lauterbach | 90. | 178. |
| Salmbach, Siegen, Keidenburg | 92. | 204. |
| Aſchbach, Stundweiler, Ober-Rœdern | 79. | 156. |
| Büchelberg, Scheid, Hatzenbühl | 112. | 292. |
| Heyna, Rülzheim, Herxheim, Herxheimweyer | 265. | 591. |

## VIIo. BALLIVATUS MADENBURGENSIS
### *EJUSDEM EPISCOPATUS.*

| | | |
|---|---|---|
| Artzheim | 70. | 98. |
| Eſchbach, Ranſchbach, Waldhambach, Waldrorbach | 65. | 149. |

## VIIIo. BALLIVATUS DHANENSIS
### *EJUSDEM EPISC.*

| | | |
|---|---|---|
| Dhan, Havenſtein, Fiſchbach | 59. | 143. |
| Bruchweiler, Erfweiler, Schindhart, Hinder-Weidenthal | 30. | 83. |

## IXo. BALLIVATUS GUTENBERG.
### *DUCIS BIPONTINI.*

| | | |
|---|---|---|
| Minfeld, Freckenfeld | 179. | 270. |
| Kandel, Minderſchlag, Hefel | 213. | 374. |
| Nider-Otterbach, Ober-Otterbach, Volmersweiler | 133. | 257. |
| Rechtenbach, Dœrrenbach, Manchweiler | 135. | 263. |

## Xo. BALLIVATUS HOHENBURG.
### *FAMILIÆ SICKINGENSIS.*

| | | |
|---|---|---|
| Wingen & Klimbach | 30. | 47. |
| In focorum cenſum referendi nunc quoque ſunt Canonici ſeculares extra Argentinam, (Argentinenſes enim jam ſupra enumeravimus) Belforti, Thannis, Lautenbaci, Colmariæ, S. Leonhardi, Hafelaci, Tabernis, Neovillæ, Hagenoæ, Weiſſenburgi, Landaviæ | 106. | 106. |
| Addendi his ſunt Teutonici & Melit. Ordinum Commendatores Rufaci, Sulzæ, Rixhemii, Andlaviæ, Weiſſenburgi | 5. | 5. |
| *Summa focorum Chriſtianorum per Alſatiam* | 60841. | 86113. |

Apparet hinc triginta annorum ſpatio 25308. adeoque ſingulis decenniis 8436. focis auctam eſſe Alſatiam.

# JUDÆI.

Christianorum Alsatiæ focos excipiunt Judaici, 460. à decem annis adaucti, quos per Civitates Regias & Ballivatus ordine supra servato recenseo.

| | | |
|---|---|---|
| Hagenoæ, Weissenburgi, Landaviæ | 80. | Foci. |
| Oberehnheimii, Roshemii, Turinghemii | 59. | |
| In Fortalitio Ludoviciano | 13. | |
| In Ballivatu Beltortensi & Delensi | 28. | |
| Phirretensi | 219. | |
| Altkirch. & Brunstadiensi | 120. | |
| Thannensi | 63. | |
| Ensisheim. & S. Crucis | 207. | |
| Landser. & Eschölzvillensi | 115. | |
| Bollvill. & Gebvillensi | 74. | |
| Rufacensi | 83. | |
| Horburg. & Rappoltsteinensi | 92. | |
| Villerensi & Marckolsheimensi | 26. | |
| Dachsteinensi & Mutzig. | 46. | |
| Benfeldensi | 51. | 2585. |
| Dorlisheimensi | 5. | |
| Buxovill. & Pfaffenhoviensi | 102. | |
| Brocomag. Weithovienſi & Offendorff. | 100. | |
| Equestris Ordinis | 582. | |
| Tabernensi & Maurimonaster. | 42. | |
| Neoburgensi | 15. | |
| Oberbronnensi | 72. | |
| Reichshoviano | 21. | |
| Dettvillerensi | 20. | |
| Lucelsteinensi | 6. | |
| Hagenoensi | 152. | |
| Schœnecksano | 13. | |
| Fleckensteinensi | 153. | |
| Lauterburgensi | 26. | |

*Summa focorum omnium An.* 1750. . . . . 8869.

Computatis in singulos focos quinque capitibus vel personis, exsurgit hinc incolarum Alsatiæ numerus . . . . . 44349.

His denique addendæ sunt utriusque sexus personæ Ecclesiasticæ, quæ in Abbatiis & Monasteriis unà vivunt, non per focos, sed singulatim computandæ.

| | |
|---|---|
| Canonissæ Abbatiarum Masonis-Monasterii, Othmarshemii, Andlaviæ | 40. |
| S. Joh. Hierosol. Commendator & Sacerdotes Argentinæ | 14. |
| Hospitalis S. Spiritus Commendator & Sacerdotes Stephansfeldæ | 6. |
| Benedictini Abbatiar. Murbaci, S. Gregorii, Ebershemii, Altorffii, Maurimonasterii, ut & Prioratuum Thierbaci, S. Marci, Feldkirchæ | 120. |
| Moniales ejusd. Ord. Abbatiarum S. Joh. & Biblisheimii | 31. |
| Bernhardini vel Cistercienses Abbatiarum Lucellæ, Pairis, Neoburgi | 74. |
| Moniales ejusd. Ord. Abbatiæ Regispont. | 18. |
| Canonici Regulares S. Augustini in Abbatia Marbach & Argentinæ | 23. |
| Canonici S. Antonii in Ilcnheim, ad Tres Spicas, Argentinæ | 28. |
| Moniales Visitationis Argentinæ | 38. |
| Augustiniani Monachi Colmariæ, Rappoltivillæ, Hagenoæ, Weissenburgi, Landaviæ | 65. |
| Moniales ejusd. Ord. Argentinæ, Tabernis | 70. |
| Præmonstratenses Weinbaci, S. Odiliæ, Hagenoæ | 19. |
| Carthusiani Molshemii | 20. |
| Soc Jesu Sacerdotes Ensisheimii, Colmariæ, Selestadii, Argentinæ, Molshemii, Hagenoæ; nec non in Residentiis S. Morandi, Oelbergæ, Rubeaci | 174. |
| Dominicani Gebvillæ, Colmariæ, Selestadii, Hagenoæ | 68. |
| Moniales ejusd. Ord. in Alt-Thann, Schœnensteinbach, Gebvillæ, Colmariæ, Selestadii, Argentinæ | 190. |

| | |
|---|---|
| Conventuales (*Cordeliers*) Thannis, Markirchæ, Hagenoæ - - | 32. |
| Recollecti S. Franc. Luppaci, Rubeaci, Schauenbergæ, Keifersbergæ, Seleſtadii, Elegiæ, Biſchenbergæ, Hermolsheimii, Argentinæ, Tabernis, Neovillæ - - - - - - - - - | 156. |
| Capucini Belforti, Landferæ, Blotzheimii, Thannis, Enſisheimii, Sulzæ, Colmariæ, Neo-Briſaci, Weinbaci, Seleſtadii, Oberehnheimii, Waſſelnheimii, Molsheimii, Argentinæ, Hagenoæ, Fortalitiii Ludovici, Weiſſenburgi, Landaviæ - - - - - | 270. |
| Moniales S. Claræ Alſpaci - - - - - - - | 26. |
| Cœleſtinæ Hagenoæ - - - - - - - - | 30. |
| Tertiariæ Enſisheimii, Hagenoæ - - - - - - | 42. |
| *Summa ſingulorum* . . . | 1554. |

Ita prodit univerſorum Alſatiæ incolarum, Chriſtianorum & Judæorum, numerus . . . . . 445044.

Alſatia, ſub quatuor Diœceſibus, Veſontina, Baſilienſi, Argentinenſi, Spirenſi, conſtituta, prope ſeptingentas & quinquaginta parochiales Eccleſias comprehendit, è quibus quarta circiter pars Auguſtanam Confeſſionem profitetur.

Recenſus hic Alſatici populi non omnem comprehendit Alſatiam, quam *Novam*, ſed quam *Mediam* vocamus; niſi quod ex nova, quæ à Lutari ad Queicham porrigitur, Spirenſis Epiſcopatus ditiones & Gutenbergica Ducis Bipontini Prælectura adjectæ ſint.

# SERIES TABULARUM
## ÆRI INCISARUM.


Altkirch, Phirretum, Thannæ - - - - - - Pag. 34.
Belfortum, Huninga - - - - - - - - pag. 45.
Enſisheimium, Gebvilla - - - - - - - pag. 65.
Rufacum, Novum Briſacum - - - - - - pag. 79.
Tabernæ, Buxovilla - - - - - - - - pag. 136.
Molshemium, Benfelda - - - - - - - pag. 143.
Fort-Louis, Lauterburg - - - - - - - pag. 244.
Argentina Tabb. II. - - - - - - - - pag. 288.
Hagenoa, vetus & nova, - - - - - - - pag. 352.
Colmaria, vetus & nova, - - - - - - - pag. 364.
Seleſtadium, vetus & novum, - - - - - - pag. 379.
Weiſſenburgum, vetus & novum, - - - - - pag. 387.
Landavia, vetus & nova, - - - - - - - pag. 397.
Oberehnheim, Rosheim - - - - - - - pag. 402.
Munſter, Turingheim - - - - - - - - pag. 409.
Keiſersberga, Rappoltivilla - - - - - - pag. 415.
Nummi Alſatici Tabb. III. - - - - - - pag. 458.
Monumenta Landgraviorum Alſatiæ Sup. Tabb. II. pag. 512.
Monumenta Landgraviorum Alſatiæ Infer. Tabb. II. pag. 533.
Inſignia Comitum & Dynaſtarum Alſatiæ - - pag. 609.
Berchtoldus de Waldner, Eques Auratus - - pag. 633.

# SERIES TABULARUM GENEALOGICARUM.


Vignieriani, Eccard. & Herrgott. ſyſtematum comparatio p. 464.

Etichoneæ Gentis Familia prior, Luitfridigenæ . . p. 465.

Etichoneæ Gentis Familia poſterior, Eberhardigenæ . p. 474.

Comites Werdenſes . . . . . p. 520.

Sueviæ & Alſatiæ Duces . . . . . p. 539.

Comites Phirretenſes, Barones de Mœrſperg . . p. 609.

Comites & Dyn. de Horburg, Barones de Bollweiler p. 612.

Dynaſtæ Rappoltſteinenſes . . . . . p. 613.

Comites Lucelſteinenſes, Dynaſtæ à Geroldseck . . p. 618.

Dynaſtæ Ochſenſteinenſes, Dynaſtæ de Lichtenberg . p. 622.

Dynaſtæ de Fleckenſtein . . . . . p. 625.


CONSPECTUS

# CONSPECTUS TOMI II.

## ALSATIA GERMANICA,


1) *SECTIO GEOGRAPHICO-POLITICA*, ubi
(1) Generatim pag. 1.
(2) Speciatim
A. *Ducatus Alſatiæ* pag. 9.
B. *Landgraviatus Superior*
A) Ipſe Landgraviatus pag. 12.
B) Terræ in eo comprehenſæ
(A) Auſtriacæ
a) Comitatus Phirretenſis p. 32.
*a.* Vetus p. 33.
*b.* Novus p. 44.
b) Dynaſtiæ variæ
*a.* Landſeriana p. 56.
*b.* Maſoniana p. 63.
*c.* Sennheim, Enſisheim p. 64.
*d.* Iſenheimenſis p. 68.
(B) Non Auſtriacæ, ubi
I°. Comitatus
a) Egisheimenſis p. 72.
b) Horburgenſis cuni Dynaſtia Richovill. p. 74.
II°. Mundatum Rubeacenſe, ubi
a) Tres Præfecturæ ejus p. 78.
b) Curia feudalis p. 87.
III°. Murbacenſis Abbatiæ Territorium,
a) Tres Præfecturæ p. 92.
b) Curia feudalis p. 100.
IV°. Dynaſtiæ
a) Bollvillana p. 102.
b) Landſpurgenſis p. 103.
c) Rappoltſteinenſis, in VII. Præfecturas diviſa, p. 108.
C. *Landgraviatus Inferior*
A) Ipſe cum Pagis p. 126.
B) Terræ in eo comprehenſæ
(A) Eccleſiæ Argentinenſis
1. Epiſcopales, in VII. Præfecturas diviſæ, p. 135.
2. Capitulares p. 162.
3. Curia feudalis p. 165.
(B) Eccleſiæ Spirenſis
1) Veteres p. 172.
2) Novæ p. 175.
(C) Palatinæ
a) Electorales p. 178.
b) Bipontinæ p. 185.
(D) Comitatus p. 192.
1. Werdenſis p. 193.
2. Dagesburgenſis p. 194.
3. Luceſteinenſis p. 196.
(E) Dynaſtiæ
1. Vileriana p. 201.
2. Rupisvallenſis p. 206.
3. Barrenſis p. 207.
4. Waſſelnheimenſis p. 209.
5. Marlejenſis p. 210.
6. Maurimonaſterienſis p. 212.
7. Ochſenſteinenſis p. 215.
8. Hunenburgica p. 218.
9. Herrenſteinenſis p. 219.
10. Lichtenbergenſis, cujus

a) Præfecturæ p. 221.
b) Curia feudalis p. 235.
11. Oberbronnenſis p. 237.
12. Fleckenſteinenſis p. 240.
13. Schœneckiana p. 249.
(F) Advocatiæ provincialis vici p. 253.
(G) Dominia varia
a) Feudalia p. 257.
b) Allodialia
*a.* Nobilium p. 263.
*b.* Eccleſiarum p. 266.
c) Mixta Civitatum liberarum p. 268.
D. *Civitates Imperiales utriusque Landgraviatus.*
1. Generatim p. 275.
2. Speciatim
α) Argentina p. 288.
β) Hagenoa p. 353.
γ) Colmaria p. 364.
δ) Seleſtadium p. 379.
ε) Weiſſenburgum p. 387.
ζ) Landavia p. 397.
η) Oberehnheim p. 402.
ϑ) Roshemium p. 407.
ι) Monaſterium p. 409.
κ) Keiſersberga p. 415.
λ) Turinghemium p. 419.
μ) Mulhuſium p. 422.
E. *Spicilegium Geographicum*
a) De Mundato Weiſſenburg. p. 429.
b) De Caſtris p. 430.
c) De Monaſteriis p. 447.
d) De Vicis deſtructis p. 454.
II) *SECTIO GENEALOGICO-HISTORICA*, p. 459.
A. Etichonidæ continuati, de quibus
α) Syſtemata varia p. 460.
β) Luitfridigenæ p. 465.
γ) Eberhardigenæ
a. Egisheimio-Dagsburgici p. 474.
b. Egisheimio-Lotharingi p. 492.
B. Magiſtratus Alſatiæ,
(A) Veteris
1. Togati
a) Landgravii Alſatiæ Sup. p. 496.
b) Landgravii Alſatiæ Inf. p. 515.
2. Sagati
(a) Duces p. 539.
(b) Advocati
α) Imperiales, ubi
*a.* Provinciales p. 557.
*b.* Keiſersbergenſes p. 590.
β) Auſtriaci p. 594.
(B) Novæ, ubi
1. Duces Franciæ Orientalis p. 601.
2. Spirigoviæ Comites & Advocati provinciales p. 605.
C. Comites atque Dynaſtæ p. 608.
1. Alſatiæ Superioris, ubi
a) Phirretenſes p. 609.
b) Mœrſpergenſes p. 610.
c) Horburgenſes p. 611.
d) Bollvillani p. 612.
e) Rappoltſteinenſes p. 613.
f) Girſpergenſes p. 616.
2. Alſatiæ Inferioris, ubi
a) Lucelburgenſes p. 617.
b) Lucelſteinenſes p. 618.
c) Ochſenſteinenſes p. 619.
d) Geroldseckii p. 620.

e) Hunebur-

e) Huneburgenſes p. 621.
f) Lichtenbergenſes p. 623.
g) Fleckenſteinenſes p. 625.
h) Ettendorfii p. 627.
i) Peregrini p. 628.
D. Nobilitas Inferior
1. Generatim p. 629.
2. Nobiles ipſi,
α) Extincti p. 634.
β) Superſtites, de quibus
a. Generatim, ubi de Ordine Equeſtri p. 629.
b. Speciatim
a) Superioris Alſatiæ p. 686.
b) Interioris Alſatiæ p. 698.

ALSATIA GALLICA,

I) Præfecti Regii p. 723.
II) Nobilitas p. 724.
III) Diviſio in Subdelegationes &c.

# INDEX AUCTORUM.

Signum (*), numero paginæ hujus operis præmiſſum; Auctorem ibidem explicatum vel illuſtratum; ſignum (†) vero Auctoris emendationem vel confutationem, denotat.

## A.

Acta in Cauſa Fiſcalis contra Pfaltz & Seltz 182.
- - Judicialia contra Leiningen 225.
- - Murenſia 31. * 495.
- - Memorialia in puncto juramenti &c. 284.
- - MSS. Antiſtitii Baſil. 342.
*Actes de la paix de Nimegue* 284.
- - - - *d'Utrecht* 317.
Adami Relatio de Pacificat. Weſtphal. 26.
Adamus Bremensis 329.
Adelboldi vita Henrici S. 306. 544.
Adlzreiter annales Bojor. 529.
Adumbratio jurium Prælecturæ Hagenoenſis 263. f. 564.
Ægidius Aureæ Vallis geſta Epiſcoporum Leod. 480.
Æneæ Sylvii Epiſtolæ 312.
Agathias de Imperio Juſtiniani 275.
Alberici Chronicon 332. * 480. * 484. † 488.
Albertus Argent. 17. † 33. 37. &c. * 565. † 619. 620. 623. 624. 650. 654. * 695.
- - Stadiensis 11. * 63. † 189. 631.
Albini Chronicon Miſn. 23.
Albrecht *Hiſtorie von Hohenburg* † 208.
Alt, (*Baron*) *Hiſtoire des Suiſſes* 513.
Altingii Hiſt. Eccleſ. Palat. 182.
Andelo (Petr. de) de Imper. Rom. Germ. † 19. * 698.
Andler Corpus conſtitut. 316.
Annales Bertiniani 9.
- - Colmarienſes † 12. † 33. 37. &c. * 56. * 95. * 109. * 184. † 202. * 329. * 367. * 407. 622. † 624. 632. 634. 642. 653. 655.
- - Hildesheimenſes 188.
Asselme *Hiſt. Genealog. de France* 54. &c. † 473.
Argentin. Eccleſiæ agenda 342.
Aristotelis Opera 68.
Arnisæus de Republ. † 339.
Arnoldus Lubec. Chron. Slav. 551.
Arnulphus de ſchiſmate poſt Honorii II. deceſſum 461.
*Arrêts notables du Conſeil d'Alſace* 51. 60. &c.
Artopoei de redintegratione bonorum uxoris 326.
Athenæus 513.
Aventini Annales Bojor. 2.

## B.

Baldericus Noviomensis Chron. Cameracenſe 480.
Balthasar (Jo. Frid.) de Judiciis S. R. Imp. 24.
Baluzii Capitularia 275. 630.
Bartholini Auſtria ſive de Bello Norico 353. &c.
Baumann de conſortio Imperii &c. 502.
Bayoni Hiſtor. Mediani monaſt. 8. * 113. † 483. † 492. * 493.
Beck not. ad *Urſtiſii* Epit. Hiſt. Baſil. * 473.

Beck de Confeſſ. fidei Baſil. Eccleſiæ 341.
Becka (Jo. de) Chronic. * 189.
Becmann Hiſt. Anhalt. 550.
Belhomme (Humb.) Hiſtor. Med. monaſterii 113. &c. * 163. * 171. 642.
Belli Laurea Auſtr. 174. 363.
Benoit *Origine de la Maiſon de Lorraine* 373.
- - *Hiſtoire de Metz* † 489.
- - *Hiſtoire de Toul* 306. 359. &c. † 495.
*Bericht vom Adel in Teutſchland* 130. 620.
- - *von der Beveſtigung Strasburg* 291. 304.
Berleri Chronicon Mſc. * 41. 73. &c. 701.
Bernardini Faſti Lucellenſes 14. 35. 65. 507.
- - de miraculis S. Regulæ in Kienſheim 73. 105. 623.
Bernegger (Matthias) Quæſtiones miſcell. ex Tacito 339.
- - (Jo. Calp.) Forma Reip. Arg. 338.
- - - - - Ultimum vale 340.
- - - - - Particula Territorii Arg. 265.
Bertoldus Constant. 419. 483.
Besoldi Politica † 339.
- - Democratia † 339.
- - Docum. Wirtenberg. 624.
Beyrlini Antiquitates Palatinæ † 128. † 184. † 188.
Bibrau (Sigiſm. de) Differt. de jure Baronum 21.
Bipontinæ Domus in terras Veldentini jus 186.
le Blanc *Traité des Monnoyes de France* 419.
Blarkorivo (Petri de) Nauceis 508.
Blondelli (David.) Genealogiæ Franc. plenior aſſertio † 3. † 5. † 13. † 28. † 470. † 490. † 532. † 597.
Blum Proceſſus Cameralis 369.
Bluntschli Memorabilia Tigurina * 333.
Bodinus de Republ. † 339.
Boecleri Diplomata Friderici IV. 241.
- - Oratio ſecularis de Typograph. † 344. † 348.
- - Notitia Imperii † 278.
- - de Civil. Imperii † 278.
Boehmii Diſſ. de Hadwige Suevorum ducæ 542.
Boell Chron. Mſſ. Weiſſenburg. 395.
Bonanni Hiſtor. Templi Vaticani 292.
Bougeant *Hiſt. du Traité de Weſtphalie* 27.
Bouteroue *Recherches ſur les Monnoyes de France* 321.
Brachelii Hiſt. Univerſ. 315. 363. &c.
Breviculum jurium Epiſcop. Argent. * 329.
Brodhagii carmen ſeculare Collegii Guilielmit. 345.
Brunfels Catecheſis puerorum 344.
Bruno Hiſt. belli Saxon. 547.
Bruschii Chronologia Monaſter. German. 388. † 483.
Bucelini Germania Topo-Chrono-ſtemmatograph. † 459. † 464. 529. † 610. 629. 688. † 691. &c.
- - Gallo-Flandria 480.
Buceri Scripta Anglicana 210. 342.
Buchelii notæ ad *Hedam* † 534.
Buchinger vid. Bernardini.
Buckisch Obſervat. ad Inſtrum. pacis Oſnabrug. 24.
Buderus de XII. viralibus judiciis 127.
- - de Capitulationibus Epiſcoporum Germ. 332.
Bühler (Seb.) Chron. Mſc. Argent. 299.
Bünau (Comes de) *Reichs-Hiſtorie* * 601.
*Bündniſſe und Verträge der Helvetiſchen Nation* 427.
Burcardus de Fricka Cataſtrum Mſc. bonorum Auſtriacorum 17. 62. * 66.
Burchardi Libri Decretorum 613.
Burgermeister Cod. Diplom. Equeſtr. 681.
- - Bibliotheca Equeſtr. 683.
Butkens *Trophées de Brabant* 482. 491. &c.

## C.

Calmet *Hiſtoire de Lorraine* 32. 45. &c. † 461. * 477. † 485. † 489. † 493.
- - *Diſcours ſur les Comtes de Metz* † 486.
Canglus Differt. ad Joinvillam 632.
Capito Comment. ad *Habacuc* 344.
Capitulare Caroli M. * 534.
Carafa German. ſacra reſtaur. 315. 362.
Carben (Petri à) Diſſ. de beneficio ceſſionis 326.
*Carlsruher Sammlungen* 437.
Cassan *Recherche des droits du Roi* † 328.
Cellarii Geographia nova 7. * 126.
Cellii Laudes Horologii Argent. 292.
Champier (Symphor.) *Chronique du Royaume d'Auſtraſie* † 464.
Chapeauville adnot. ad Ægid. Leod. 489.
Chemnitz *Schwediſcher Krieg* 34. 45. &c. * 378.
Chesnii Bibliotheca Cluniacenſis 8.
- - *Hiſtoire de Bourgogne* 474.
- - - - - *de Bar le Duc* 495.
- - - - - *de Luxembourg* 481. * 493.
Chevillier *Origine de l'Imprimerie de Paris* 375.
Chifletii Alſatia vindicata † 13. † 15. 27. † 28. † 509. † 587.
- - Lumina prærogat. ad Vindic. Hiſp. † 3. * 470. † 532.
- - Commentar. Lothar. 5.
- - Stemma Auſtriacum * 464.
- - Lilium Franc. 324.
- - Veſontio 358.
Chronica Auſtralis † 12. * 492.
Chronicon Belgii magnum 10. 631.
- - S. Bertini * 495.
- - Cameracenſe * 492.
- - Colmarienſe * 57. 89. &c. * 164.
- - S. Galli † 540.
- - Gottwicenſe 79.
- - S. Gregorii 74. 411.
- - Laurishamenſe 226.
- - Lutrenſe 396.
- - Magdeburgenſe 188.
- - Novientenſe * 41. * 75. * 79.
- - S. Pantal. † 549.

Chronicon Thannenſe Mſc. 63. 77.
- - S. Vitoni Virdun. 332.
Ciaconii Hiſt. Pontif. Rom. 452.
Clussrath 331.
Coccejı (Henr.) Diſſ. de fund. in territorio jurisdictione † 10.
- - Prudentia Juris publ. † 25. 278. 682.
Coccii Dagobertus 91. 237. † 461.
Codex feudorum Regim. Enſisheim. Mſc. 55. f. &c. * 61.
*Colmar (Statt) Municipal-Recht* * 373.
Colombiere (*Vulſon de la*) *Science Heroique* 30.
Columella 68.
Comines *Memoires* † 598.
Commentarii Academ. Regiæ Inſcript. 347.
Conradi Urspergensis Chron. 11. 41. &c. † 140. † 604.
- - de Fabaria de caſibus Monaſt. S. Galli 353.
Conring de Civit. Imperii 19.
- - de Urbibus Germaniæ 309.
- - de Republ. Imperii 329.
- - Academicæ Antiquitates 345.
Conſilia Argentin. 228.
Cortreji Corpus Juris publ. 179. &c. † 247.
*Coûtumes générales du Baillage d'Allemagne* 240.
Crameri *Deduction des Leining-Dagsburg. Erbfolgungs-Recht* 16.
Crantzii (Albert.) Metropolis 602.
Crollius de Weſtraſia * 126. † 196.
Crusii Annales Suev. * 353. * 693.
Cuspiniani Auſtria 23.

## D.

D'Achery Spicilegium 195. 205.
Dasypodii Heron Mechanicus 292.
Datt de pace publica 12. &c. * 68. † 278. 680.
Decius (Lud.) de Sigiſmundi Regis temporibus † 387.
Deductio Spir. Eccleſiæ pro S. Lamberto 126.
*Deduction des droits du Roi de Pologne ſur la Seigneurie de Lichtenberg* 235.
- - *wegen beyden Statten Weiſſenburg und Landau* 391.
Deliciæ Urbis Bernæ * 333.
*Deſcrizione di Roma moderna* 452.
Dietherri Continuatio Theſ. Befoldi 42.
Diogenes Laertius 68.
Didier *Hiſtoire des negociations de Nimegue* 284.
Ditmari Merseburg. Chronicon * 6. * 10. 11. &c. * 327. * 601.
Dominici (Ant.) Aſſertor Gallicus † 470.
- - Orig. & Genealog. Comitum de Habsburg 513.
Duellii (Raym.) Fridericus Auſtr. 502.
Dunod *Memoires du Comté de Bourgogne* 53. f.
- - *Hiſtoire de l'Egliſe de Beſançon* 332.

## E.

Eberdorffer de Hasélbach Chron. Auſtriæ 505. † 527.
Eccardi Comment. Franc. Orient. † 175. * 601.
- - Orig. Habsburg. 80. 306. * 459. † 465.
- - Corp. Hiſtor. * 376.
Eisengrein Chron. Epiſc. Spir. 319.
Eisenschmidt de pond. & menſ. 292.
Electa Juris publ. Palat. * 179. 217.
Elychnii Relatio ex Parnaſſo 386.
Engelsüss *Weimariſcher Feldzug* 43.
Enſisheimenſis Reginimis Codex feudalis, vid. Codex.
Erasmi Roterod. Epiſtolæ 341.
- - de copia verborum & rerum 344.
Estoris Electa Juris publ. Haſſiaci 22.
Etterlin Hiſt. Helvet. 18. 218.
Eyben (ab) de Stylo curiæ 19.

## F.

Fabius 513.
Fabri *Staats-Cantzley* 200.
- - (Felix) Hiſtor. Helvet. 416.
Fabricius 23.
Factum unionis Præpoſituræ Weiſſenburg. 173.
- - *pour la Princeſſe de Heſſe Hombourg* 130.
- - *pour la Baroneſſe de Sinclair* 216.
- - *pour le Prince d'Oettingen* 15. 129.
- - *pour le Magiſtrat de Colmar contre l'Abbé Bellot* 366.
Falckenstein Antiquit. Nordgaviæ 2.
- - Cod. Diplom. Nordgav. 545.
Fatio Diſſ. de Rudolpho Habsburg. 473.
Febure (*Chantereau le*) *Conſidérations ſur la Genealogie de Lorraine* † 464.
Felibien Hiſtoire de l'Abbaye de S. Denys * 123. 273.
Fischlini memoria Theolog. Wirtenberg. 362.
Fisen Hiſtor. Leodienſ. 487. 489.
Fragmentum Hiſt. Anonymi Urſtiſianum 74.
Franckii (Seb.) Chronicon † 328.
Francopolita *von dem Kœnigreich Auſtraſien* 126.
*Frantzöſiſche Plünderung der Statt Weiſſenburg* 396.
Fredegarius 343.
Freheri Origines Palat. 7. 179. 415. * 629.
- - Scriptores Rerum Germanicarum 226. * 227. 395. &c.
- - de legitima tutela 416.
Frencelius (Salom.) 350.
Fridius (J. Ulr.) de libertatibus civitatis Argent. † 328.
Fries *Abhandlung vom Pfeiffergericht* 318.
Frischlini Laudes horologii Argent. 292.
Fritsch (Ahaſv.) Electa Juris publ. 319.
- - Adnot. ad pacificat. Noviomag. 380.
Frodoardus 2.

FROISSART *Hiſt. & Chronique memorable* 4. * 9. * 567. † 328.
FUGGERI *Oeſterreichiſcher Ehrenſpiegel* † 12. 22. &c. * 473. 507.
FURSTENBERGER Chron. Mulhuſ. Mſc. † 422.
FURSTENERIUS de Suprematu † 10.

## G.

GÆRTNER (Car. Willh.) *Weſtphäliſche Friedens-Cantzley* 26.
GALLAND (Aug.) *du Franc Alleu* 630.
Gallia Chriſtiana * 43. * 77. * 104. * 138. 163. &c. * 165. 621. * 622.
GAMBS de Triga privilegiorum Reip. Argent. 313.
- - - de bonis laudem. 326.
GASSARI Annales Augsburg. 618.
GASSENDI vita Peireſcii † 470.
GASTELIUS de Statu publ. Europæ † 20.
GAUHEN *Adels-Lexicon* 611. 693. † 697. 700. 703. 706. &c.
GEBAUER *Leben Keiſer Richards* 308. 560.
GEBVILER de Sacrilegii ultione † 263. * 353.
- - - Panegyr. Carolin. * 41. 142. † 328. † 348. * 387.
- - - Epitome ortus Archiducum Auſtriæ † 328. † 461.
- - - Vita S. Odiliæ † 462. † 464.
GELENII (Ægid.) de Colonia Agripp. 135. * 324.
GENDRE *Antiquités de la Maiſon de France* † 465.
GENTILIS de Patriciis 309.
Genua Liguſt. 358.
GERBRANDI DE LEYDIS Hiſtoria 495.
GERDESII Scrm. Antiq. 342.
GERVASII TILBERIENSIS Otia Imp. 10.
GESNER de Lapidibus figuratis † 68.
- - - Bibliotheca 361.
GEWOLDI addit. ad Hundii Metrop. Salisb. 550.
GLAFEY anecdota Caroli IV. Imp. diplomata 104. * 105. * 165. * 182. 356. &c. 624.
GODEFREDI (Theodor.) *Genealogie des Ducs de Lorraine* † 464.
- - - *Origine de la Maiſon d'Autriche* * 464. † 470.
- - - (Jac.) de jure præcedentiæ † 470.
GODEFRIDI COLON. Chron. 189.
GOLDASTI Conſtitutiones Imper. † 318. 352.
- - - Scriptores Rerum Alemannicarum 8. 16. 539. † 540.
GOLLUT *Memoires de la Rep. Sequanoiſe* * 22. 24. &c.
GRAMAYE (Jo. Bapt) Hiſt. Namurc. * 487.
GREGORIUS TURON. 343.
GRIBNERI (Mich. Henr.) Opuſc. Jur. publ. † 21.
GROPP (Ignat.) Monum. Sepulcr. Eccleſiæ Ebracenſis 550.
GRUPEN (Chriſtian. Ulr.) Diſceptat. forenſes 21.
GUDENI (Val. Ferd.) Cod. Diplomaticus Mogunt. 184. 531.
GUDENI Sylloge Diplomat. 226. 359.
GUICHENON *Hiſtoire de Breſſe* † 53.
- - - *Hiſtoire de Savoye* 21.
- - - Bibliotheca Sebuſiana 492.
GUILIELMI DE NANGIACO geſta Phil. III. * 9.
GUILLIMANNI Habsburgica * 12. † 15. 20. &c. * 21. † 31. † 65. † 95. † 201. † 230. † 462. ſqq. † 466. ſq. † 520. † 532. ſq.
- - - de Epiſc. Argent. 19. &c. † 306. † 327. † 548. ſq. * 622.
- - - de Rebus Helvetiorum 108.
- - - de Conradi Salici ſtemmate * 459. * ff.
GULERI (Jo.) Rhætia 108. &c.
GUNDLING (Nic. Hier.) de feudis vexilli 21.
- - - *Reichshiſtorie* * 460.
- - - de Statu German. ſub Conr. I. * 602.
GÜNTHERI Ligurinus 551.
GÜRTLERI Hiſtor. Templar. 380.

## H.

HAAS (Jodoci) Concio inauguralis 366.
HACHENBERGII (Pauli) Hiſt. Friderici I. Elect. Palat. † 196.
HAFFNER (Franc.) *Solothurner Hiſt. Schauplatz* 595.
HAHN (Sim. Frid.) *Teutſche Reichs-Hiſtorie* † 470. 546.
- - - Diſſ. de Regno Arelat. 5. 327.
HAMELMANN *Oldenburg. Chronick* 513.
HAMM Burggraviatus Ubio-Agripp. 332.
HAN *Seekragendes Flüſſ* 137. 210.
HANSSELMANN *Diplom. Beweiß der Landeshoheit des Hohenlohiſchen Hauſes* 359. 476. * 548.
HARDT (Herm. von der) Acta Concilii Conſtant. 312.
HARTMANNI Annales Heremi Deiparæ 31. 59. &c. † 541. † 550.
HEDA de Epiſc. Ultraject. * 534.
HEER (Ruſt.) Anonymus Murenſis denudatus 463.
HEIDERI (Dan.) *Ausführung der Reichsſtatt Lindau* 12.
- - - *von den Reichsvogteyen* 277.
HEINECCIUS de Sigillis 21. * 138. * 535.
HELMOLDI Chron. Slavorum 550.
HELYOT *Hiſt. des Ordres Monaſt.* 296. 355.
HENELIUS de Ærario 304.
HENNINGES Theatrum genealog. † 459. † 532.
HEPIDANNUS † 540.
HERLIBERGER *Topographie der Eydgenoſſchafft* 119.
HERMANNUS CONTRACTUS * 492. † 540.
- - - JANUENSIS Contin. Chron. Martini Minoritæ * 376.
- - - - Flores temporum † 306.
HERRGOTT Genealog. Habsburg. † 5. † 13. * 17. * 21. † 34. † 49. * 55. * 59. * 65. † 79. † 108. † 201. † 465. † 467. † 476. † 498. † 540. ſq. † 620. &c.
- - - Monumenta Auſtr. 30.
HERTIUS de jure Landgrav. Haſſiæ in Ducatum Brabant 22.
- - - de Superior. territorii 278.

Hertius de ſpecial. Rebuspubl. 278.
Herttenstein Diſſ. de Ducatu Suev. 539.
Herwarti Ludovic. Bavarus defenſus 529.
Harzoo Chron. Alſat. 21. &c. * 77. † 111. † 134. † 148. † 185. † 189. † 193. † 196. † 207. † 221. † 227. ff. † 230. † 237. † 249. f. † 255. † 274. † 289. † 306. † 311. † 324. * 353. † 381. † 525. † 532. † 569. † 576. † 596. &c.
Heumanni (Chr. Aug.) Bibliotheca 345.
Heuteri (Ponti) Opera Hiſt. Burgundica, Auſtriaca &c. * 22. † 532.
Hoenns Lexicon Topographicum Circuli Franconiæ 22.
Hoeping (Theodor.) de jure Inſignium †30.
Hontheim Hiſt. Trevirenſis 248. 332. &c. * 626. 644.
Horatius 513.
Horn (Caſp. Henr.) de Burggraviis Magdeburgicis 566.
Hospiniani Hiſtor. ſacramentar. 341.
Hottingeri Specul. Tigur. 553.
Hozierius ad Vignierium 470.
Hroswitha de geſtis Ottonum 541.
Huber (Jo.) *Bericht von S. Wilhelm, S. Stephan* &c. 296. 345. † 533. 695. &c.
Hübneri Tabul. Genealog. * 460. † 499.
Hvoo (Car.) Sacræ Antiq. monumenta 31. &c. * 75. † 77. † 106. † 115. † 418. 622. 653.
- - Annales Præmonſtrat. 354.
- - *Origine de la Maiſon de Lorraine* 130. * 464.
- - (Ludolf.) de Statu Regionum Germaniæ 276. 278.
Humbracht *Stammtafeln der Rheiniſchen Ritterſchafft* 704. &c.
Hund (Wigul.) *Bayriſch. Stammbaum* 630.


## I.


Jansonii Mercurius Gallo-Belg. 315.
Ichtersheim Topographia Alſatiæ 167.
Imhof Notit. Procerum Imperii 529.
Indagine (Jo. ab) *Beſchreibung der Statt Nürnberg* 354.
Joannis Orat. de Trifels 186.
- - Orat. de Hornbaco 126.
- - Orat. de Biponto *ibid.*
- - Rer. Mogunt. Scriptores 188.
- - Spicileg. Tabul. vet. 6. 185. &c.
- - Miſcell. Hiſt. Palat. 7. 185. &c.
Jongelini Notitia Abbatiarum Ord. Ciſterc. 450.
Irenici Exegeſis German. 7. † 63. 110. &c. * 237. † 324. † 402. 717.
Iselii Lexicon Hiſtoricum † 61. † 64.
Itterus de feudis Imperii * 21.
Junckeri Geographia medii ævi † 9.
Junii (Melch.) Programma 707.


## K.


Kayser (Jo. Petr.) *Schauplatz der Statt Heydelberg* 182.
Kemmerich Introd. ad Jus publ. Imp. 838.
Khevenhiller Annales Ferdinandei 362.
Kieffer de Domo Habsburgo-Auſtr. 16.
Klein (Nicol.) *Einweyhung-Predigt* 373.
Kleinlauel Chron. Arg. Miſc. 289. 314.
Knebel Chron. Miſc. 24. 598. &c.
Knichen Velit. apologet. de jure territor. † 278.
Knipschild de Jurib. Civitat. Imper. 42. &c. † 278. † 407.
- - de Juribus Nobilitatis 682.
Koeleri (Jo. Dav.) Diſſ. de fatis Ducatus Allemann. 12. 546. &c.
- - *Ehrenrettung Gutteubergs* 349. † 348.
- - de Familia Aug. Francon. 540. &c. * 602.
Koendig Elenchus Privilegiorum Ciſterc. 48. 57.
Koenigshoven Chron. Alſat. * 22. * 31. 32. &c. † 111. † 136. † 289. † 292. † 299. † 311. † 318. † 329. † 402. † 407. † 525. † 529. † 596. * 621. 622. * 623. &c.
Kogmann Chron. Miſc. 302.
Koppii Vindiciæ Actor. Murenſ. † 468.
Kreydenmann *von der Reichs-Ritterſchafft in Schwaben* 683.
Kuchenbecker (Jo. Phil.) Analecta Haſſiaca 22.
Kugler (Henr.) Chron. Miſc. 315.
Kulpis ad Monzamban. 27.


## L.


Labbei Collect. Concil. 307. 482.
- - Bibliotheca Manuſcript. 332. * 604.
Laboureur *Hiſtoire du Mareschal de Guebriant* 721.
Laguille *Hiſt. d'Alſace* 6. 41. &c. † 113. * 175. † 196. † 465. † 533. † 568. † 622. &c.
Lambecii Commentar. Bibliothecæ Vindobonenſis 12.
Lamberti Schafnaburg. Chron. † 4. 11.
*Landau (der Statt) Gerichtsordnung* 400.
Lanoii (Paul.) Chron. Citizenſe 23. * 68.
Langueti (Hub.) Epiſtolæ 137.
Latomi Relat. Hiſtor. 328.
Lavateri Hiſtoria ſacramentaria 341.
Laufferi Hiſt. Helvet. 36. 285. &c. † 427.
Lazii Commentar. Genealog. Auſtr. † 30. † 32. † 461.
- - de Republ. Rom. 12.
- - de Migrationibus Gentium † 464. † 532.
Leckdeigii Not. Miſc. ad Eberi Calendarium 577.
Lederlini Diſſ. de Galeis veterum 535.
Lehmanni Chron. Spir. 6. † 7. 123. &c. † 311. † 319. * 608. † 632. 640.
Leibnizii Cod. Diplom. Jur. gent. * 23. 189. 349. &c. † 564.
- - Scriptor. Brunſvicenſ. 181. 366. &c. * 629.
Leodius (Hub. Th.) Hiſt. ſedit. ruſtic. 395.
Leonard *Recueil des Traités de paix* 200. 315. 379. 721.

Lequile Domus Auſtriaca * 460. f.
Lerch Nobilitatis S. R. I. antiquitas &c. 127. 280. † 532. 658.
Lersner *Franckfurter Chronic* 318.
Leu *Helvetiſches Lexicon* * 333. 460. †463. * 626. † 689. * 699. 703. &c.
Leuber *Magdeburg. Stapel* 7.
Leuckfeld Antiquitates Walckenried. *21. * 519.
- - - - - - Ilfeld. * 21.
- - - - - - Blanckenburg. * *ibid.*
Leuschenring Diſſert. de Fonte medicato Niderbronnenſi 238.
Lexicon Hiſtoricum Baſil. † 422. † 463.
Limnæi Jus publ. 18. † 20. † 318. † 339.
Livius 535.
Londorf Acta publ. 284. 343. &c. 682.
- - contin. Sleidani 314.
Longuerue *Deſcription de la France* † 199.
Lotichii Res German. 315. 363. † 406.
Lucæ *Graffenſaal* 430. 628.
Luckii Annales Rappoltſtein. Mſc. 119. 122. &c. † 532.
- - Heraldica Mſc. 134. 202.
- - Collect. Geneal. Mſc. 689.
Ludewig Diſſ. de Conrado I. † 10.
- - de impari nexu Civitatum 277. f. † 328.
- - Reliquiæ Mſſc. 181. 306.
- - Opuſc. miſcell. * 601.
- - Notæ ad Auream Bullam 362.
- - Germania Princeps * 377.
Luitprandi Hiſtor. * 10. 305.
Lunig *Reichs-Archiv* 6. 78. &c. † 279. † 307. 682.
- - Spicileg. Eccleſ. 358. f.
- - Theſaur. juris Comitum 353.
Lycosthenis Elenchus Script. 353.

## M.

Mabillon Annales Benedict. * 233.
- - Acta S. Benedicti 8. 72. * 475. † 602.
- - de Re Diplomatica † 319. 370.
- - Itin. Germ. † 470.
Maderi Antiquit. Brunſvic. 277.
Magerus de Advocatia armata 408.
Maittaire Annales Typograph. 348.
Malleoli (Fel.) Dialogus de Suitenfibus † 92.
Mallincrot de Archicancellariis S. R. I. † 564. f. † 623.
- - de Ortu Artis Typograph. † 237.
- - de Viris illuſtr. † 481.
Manlii Chron. Conſtant. apud *Piſtorium* 366. 689.
Mare (Nic. *de la*) *Traité de la Police* 289.
Martene Theſ. Anecdot. 3. 41. &c.
- - Collect. vet. Monum. ampliſſima 340. * 602.
Martini Flores temporum 306.
Mascovii Corpus Jur. publici † 20.
- - Commentarius de Rebus Imperii * 601.
Matthæus Westmonaster. 452.
Matthiæ (Chriſt.) Syſtema polit. 339.
Maurers *Nachricht vom Gailingiſchen Geſchlecht* * 705.
Mauritius de Judicio Aulico 24.
Mechovia (Matth. de) Chronicon Polon. 387.
*Medailles de Louis le Grand* 45.
Meibomii Script. Rerum Germ. 19. 188.
- - Chron. Riddagshuſ. 12.
Meichelbeck Hiſt. Friſing. 565.
Meister *Notariats-Spiegel* 326.
*Memoire pour le Prince de Heſſe contre le Roi de Pologne* 235.
- - *pour le Chapitre de l'Egliſe de Colmar* 366.
- - *de Madame de Montpenſier* 378.
*Memoires pour l'Hiſt. du Cardinal de Richelieu* 721.
*Memoriale der vereinigten Reichsſtatten* 284.
Menetrier *Origine des ornemens des Armoiries* 30. 513. &c.
Menckenii Scriptor. Rerum Germ. 625.
Mentel (Jac.) de vera Typographiæ origine † 348.
*Merckwürdigkeiten der Landſchafft Baſel* 110. 686. 687. 693. * 694. 696. 701.
Meriani Topographia Alſat. 115. 241. &c.
- - *Genealog. des Hauſſes Baden* 466.
Meurisse *Hiſtoire des Evêques de Metz* * 108. 199. 221. &c. † 451. † 490.
Meyeri Annales Flandr. 480.
Meyern (Godofr. à) Acta pacis Weſtphal. 26. f.
Middendorp de Academiis 508.
Miegii Monumenta 128. 184. 396.
Miræi Opera 3. 196.
Modii Pandect. Triumphal. † 476.
Mollingeri Diſſ. de pariete communi 338.
Monstrelet *Chroniques* 273.
du Mont *Corps Diplomatique* 11. 78. &c.
Moreri *Dictionnaire Hiſtorique* † 155.
Moriz *Abhandl. vom Urſprung der Reichsſtatten* 552.
Moscherosch Imago Reip. Argent. 314. 344. &c.
Moser *Reichshoffraths-Proceß* 397. 404. 660. 695. &c.
- - Specimen Würtemberg. Diplom. 515.
Muegii (Seb.) Chron. Argent. Mſc. 14. 132.
Muller *von der Evangel. Statten Proteſtation* 341.
- - *Reichs-Tags Theatr.* 679.
Munsteri Coſmographia 7. † 23. 63. &c. * 68. † 75. * 353. † 366. † 387. † 461.
Muos de jure Advocatiæ Rhinovienſis Monaſterii 462.
Muratori *Annali d'Italia* 3.
- - Antiquitat. Ital. 469.
Murschel Flos Reip. Argent. † 324.
Mutii Chron. Germ. 12. 20.

## N.

Naucleri Chronographia † 461. † 532.
Necrologium Fuldenſe * 603.
*Negociations ſecretes de Munſter* 26.

Nesselii

Nesselii Catalogus Codd. Mſc. Biblioth. Cæſar. †461.
Neuheuseri Delineatio Status Eccleſiæ Argent. 295.
Nicolai de Chirothecarum uſu 318.
Nobilitatis Germanicæ libertas contra Wirtenb. 681.
- - Rhenanæ Ordinationes * 685.
Noldenius (Joſ.) de ſtatu Nob. †20. *683.
Nullitas reunionis Alſaticæ 284. &c.


## O.


Obrechti (Ulr.) Academica 266.
- - Diſſ. de Imp. Rom. 14.
- - Prodrom. Rer. Alſat. †11. 15. &c. †20. f. †281. †307. †327. †402. †465. †521. †530. †532. f. *548. †562.
- - (Georg.) *Gedenck-Rede* 295. 344.
Odilonis vita S. Adelheidis 8. 181.
*Oeſterreichiſche Beantwortung der Chur-Bayeriſchen Ausführung* &c. 596.
Ohlenschlager *Staatsgeſchichte des Röm. Keyſerthums* ſec. XIV. 502.
*Ordonnances des Rois de France* 341.
Otto de S. Blasio 36. 188. &c.
- - Frisingensis de Rebus geſtis Friderici I. Imp. * 8.
- - (Jac.) notæ ad Beat. Rhenanum †379.


## P.


Pacis Monaſterienſis formula * 25. 26. *28. 32. &c.
- - Oſnabrugenſis 27.
- - Pyrenæa 27. 32.
- - Riſwicenſis 75.
- - Vindobonenſis 29.
Pantaleon Chron. de Viris illuſtr. Germ. 599.
Papebrochii Vitæ Sanctorum 41.
Pappi Confutatio Beutheri †342.
Parei Hiſt. Bavarico-Palat. 573.
Parerga Gœttingenſia 132. 194. †524.
Paris (Matth.) Hiſt. Angl. †188.
Particula territorii Argent. 259.
Paulinus de Advocat. Monaſt. *21.
Paurmeister de Juriſdictione 276.
Peireskii Acta Murenſia †463.
Pelisson *Lettres Hiſtoriques* 378.
Peltre *vie de S. Odile* 403.
Perard *Recueil de pieces ſervant à l'Hiſtoire de Bourgogne* 277. 305. 619.
Pesler de Gentis Auſtr. Ducatu in Suevia 555.
Petri Suevia Eccleſiaſtica 557.
Petri & Furstenbergii Chron. Mulhuſ. Mſc. 39. f. &c.
- - *zu-Rheiniſche Chron.* Mſc. 697.
Petrus Argent. 417.
- - Crinitus de Bello Ruſticano 396.
Peutingeri Sermones convivales * 387.
Pezii (Hier.) Scriptor. Auſtriac. 509.
- - (Bern.) de Etymo nom. Habsb. †463.
Pfanner (Tob.) Hiſt. Comitiorum 24.





Pfanner Hiſt. pacis Weſtphalicæ 28. 315.
Pfeffinger ad Vitriarium 22. †361. †532.
Picart *Hiſtoire de Toul* 76. 113.
Piespordii Stemma Habsburgo-Auſtriac. †461.
Pirckhaimeri Opera 277. 509.
Pistorii Scriptores Rer. Germ. 5. 22. 629.
Plinii Hiſt. Naturalis 68.
Ploennies de Miniſterial. † 631.
Plutarchus de Placitis Philoſophor. 68.
Pontani Hiſtoria Geldriæ 21.
Pufendorf Res Brandenburg. 284.
- - Res Suecicæ 26. ſq. * 378.


## R.


Radevicus 324.
Radius (C. H.) Diſſ. de Comitum Rappoltſtein. origine &c. 18. 119.
Rappii (Jac.) Diarium Mſc. 378.
Raynaldi Annales Eccleſ. 553.
Rebdorff Annales 502.
Receſſus Imperii 20. 42. &c. 679.
*Recueil des Arrêts de réunion* 185. 215.
- - *d'Ordonnances d'Alſace* 28. 33. &c. * 67.
Reginonis Chron. 5. * 10. †540.
- - Continuator † 2. † 603.
Rehm Diſſ. de Curiis Dominicalibus 128.
- - de donation. inter virum & uxorem 326.
Reinking de Regimine feculari † 20.
*Relation über dem Preſentations-Actu Herzogs Mazarini* 284.
Repertorium Juris publ. & feudal. * 333.
Reuber Scriptores Rerum German. 353.
Reusner de Urb. Imper. 353. 364. &c.
Rhenani (Beati) Res Germaniæ † 366. * 367. † 383. † 387.
Richerii Senoniensis Chronicon * 78. 124. &c. * 203. † 211. * 219. * 263. * 268. * 376. * 407. † 423. 623. 652.
Ricobaldus Ferrar. Hiſtor. Imp. Germ. 555.
Rittershusii Exeg. Hiſt. Geneal. † 563. † 610.
Roeslin *Elſaß und Wasgauiſch Gebürg* * 361.
Roo (Gerh. à) Annales Auſtriaci 12. 89. 179. † 532.
Rosieres (Franc. de) Stemmata Lotharingiæ † 4. † 464. † 490.
Roussel *Hiſtoire de Verdun* 480.
Rousset *Interêts des Puiſſances de l'Europe* 273.
Rulandus de Commiſſ. † 20.
Ruyr *Antiquités de la Voſge* † 72. 76. &c. † 201. † 204. † 464.
Rymer Acta publ. Angl. 188. 358.


## S.


Sagittarius de antiq. Statu Thuringiæ 22.
- - *Hiſt. der Grafſchafft Gleichen* 611.
Sainte-Marthe *Hiſtoire genealogique de la France* 474.

Sattler *Geſchichte des Herzogthums Wirtemberg* 547.
Schadæi Deſcript. ſummi Argent. Templi † 73. 292. &c. † 327.
- - Chron. Mſc. 292.
- - Continuatio Sleidani 342.
Schannat Hiſtoria Wormat. 7. 139. &c. 620. 703.
- - Vindem. Literar. 624. 693. 703.
Schardii Scriptores Rerum German. 252.
Scheidii (Jo. Frid.) Diſſ. de jure Rappoltſtein. in Muſicos 14.
- - (Chr. Lud.) Orig. Guelf. 630. 693.
Schelhorn Amœn. Litterar. 342. 348.
Scherii Gigantomachia Manſfeld. 578.
Schilterі Cod. juris feudalis Alemann. 21. &c. 128. † 361. 655.
- - ad Kœnigshovium † 20. * 31. 89. &c. † 209. † 270. † 307. † 348. † 465. † 470. † 622. &c.
- - Jus publicum 217. 278. &c.
- - Gloſſarium Teuton. † 7. 13. &c. † 127. † 193. † 230. † 524. 624.
- - Scripton Rer. German. 63. 625.
- - Conſilia Argent. 326.
Schlegel vita Caſp. Aquilæ 252.
Schlerier Delin. Argentuariæ arcis 74.
Schmid (Jo.) *Predigt von der Buchdruckerey* † 348.
Schmid (Frider.) Hiſtoria Reformationis Argent. Mſc. 341.
Schneideri (Balthaſ.) Apologia Colmar. 378.
Schoenlebenius Diſſ. de Domo Habsburg. * 471.
Schotti (Petri) Opuſcula 341.
Schragii (Frid.) nullitas reunionis Alſaticæ † 25. 28.
- - Libertas Argentorat. ſtylo Riſwicenſi non expuncta 28. 316.
- - (Ad.) *von Erfind. der Buchdr.* † 348.
Schurzfleischii Principium Moſellæ Auſonii 1. † 13. † 20. † 32. † 330. † 532. &c.
- - de rebus Badenſ. * 19.
Schüz de ſtatu rei Roman. † 20.
*Schwarzach* contra *Baden* 625.
Schweder de pari nexu civitatum Imper. † 278.
Scioppii Diſſ. de Arbore Aniciana 461.
Scriptores Rer. Baſil. minores 51.
Scultetі Annales Evang. 361. 400.
Sebizii Appendix Chronolog. ad Orationes ſeculares 344. 639. 641. 652.
Seifridi Arbor Aniciana † 461.
Senckenberg Selecta Juris & Hiſt. 313. 603.
- - de ſucceſſ. filiar. in regnis &c. 624.
Serarii Rer. Mogunt. Scriptores 226. f.
Sigebertus Gemblacensis 165. &c. * 492.
Silberradii notæ ad Heineccii Hiſtoriam Juris 327.
Simler de Republ. Helvet. 285. 423. &c. 689.
Simonis Hiſtoria Epiſc. Spirenſ. 127. 173.
Sleidanus 341. 359. &c. * 402.
*Sommaire pour M. le Duc de Chatillon* 580.
Sommersberg (Frid. Wilh. de) Scriptores Rer. Sileſiacar. 530.
Sotvelli Bibliotheca Societ. Jeſu 145.
Spangenberg *Adelſpiegel* 16. † 318. † 532.
- - *Hennenbergiſche Chronica* 19.
- - *Querfurtiſche Chronica* 566.
- - *Chron. der Grafen zu Hohſtein-Schaumb.* * 21.
Specklini Tabula Geograph. Alſat. † 274.
- - - Collectanea Mſc. † 162. 223. 292. &c. † 348.
Speculum Saxonicum 318.
- - Suevicum 325.
Speidelii Speculum Obſervat. 24. 127. &c.
Spelmanni Gloſſarium 12.
Spener (Jac. Car.) Hiſt. Germ. pragmatica 8. 28.
- - Jus publ. Germ. † 20.
- - (Ph. Jac.) Opus Heraldicum † 30. † 134. 196. &c. * 324. † 531. † 610. &c.
*Speyeriſchen Hochſtiffts gerechtſamen Ausführung* 603.
Spicilegium antiq. Palat. cis Rhenum 127. † 181.
Spiegelii (Jac.) notæ ad Bartholini Auſtriad. † 379.
Spon *Hiſtoire de Geneve* 332.
Stapff Vindiciæ ſuperioritatis Auſtriæ in Briſgovia 512. &c.
*Statuts & Privileges de la Nobleſſe de la Baſſe-Alſace* 682.
Stephanus (Joach.) de Juriſdict. * 276.
Stettler Annales *vom Nuchtland* † 22.
Steyerer Hiſt. Alberti Sapientis, Ducis Auſtr. 12. 20. &c. * 62. * 377. 690.
*Strasburg. Gegenerklärung* 209. f. &c.
- - *Policey-Ordnung* 327.
- - *Raths-Ordnung* 326.
Straussii Diſſ. de Rudolpho Suevico Anticæſare 547.
Struve de Allodiis Imperii 184.
- - Corpus Juris publici 8. 28. † 361.
- - Formula ſucceſſionis Palat. 200.
- - *Pfältziſche Kirchenhiſtorie* 182.
- - Corpus Hiſtoriæ German. * 601.
- - Introductio in notitiam Rei litter. † 348.
- - de doctis Impoſtoribus † 685.
Stumpf *Schweitzer-Chronic* 16. 22. &c. † 423. † 427. † 462.
- - *Beſchreibung des Conciliums zu Coſtnitz* 107.
Sturm (Caſp.) *Bericht von dem Sicking. Krieg* 174. 253.
- - (Jo.) Anti-Pappus 341. 344.
- - Vita Beati Rhenani 154.
- - de Ludis literariis recte aperiendis 344.
Sudani Baſilea Sacra 697.
Suizeri Chronolog. Helvet. 310.
*Summariſche Ausführung der Landvogtey Hagenau* 280. 282. &c.
Surii Vitæ Sanctorum 602.
Swertii Scriptores Rer. Belg. 495.


## T.


Taboris Paratitla 326.
Tacitus *ibid.*

Tentzel *von Erfindung der Buchdrucker-Kunſt* † 348.
Teulfi Chronicon 461.
Theatrum Europæum 58. &c. † 62. 692.
Theobaldi, Regis Navarræ, carmina 491.
Thomassini Diſciplina Eccleſ. 534.
Thuani Hiſtor. † 3. † 162. 314.
Thucelii Electa Juris publici 21.
Tonjolæ Monumenta Baſil. 697. 698.
Tolneri Hiſtoria Palat. † 8. † 179. † 183. † 188. ſ. * 603. 629.
- - Codex Diplom. Palat. 7. 256. &c. † 448. 629.
Traditiones Fuldenſes * 230.
Trier de Arte Heraldica 30.
Trithemii Chronicon Hirſaugienſe * 68. 120. &c. † 301. † 532. * 559. † 598. 619.
- - Chronicon Sponheim. † 199. † 559.
- - de Rebus geſtis Friderici Palatini 176. 245. &c.
Tschudii (Ægid.) Delineat. Helvet. vet. 8. † 14. 38.
- - Chron. Helvet. 359. 694.
- - (Dom.) Origo Comitum de Habsb. 463.

## V.

Vadianus de Colleg. & Monaſt. Germ. 633.
Valesii Notitia Galliar. 633.
Valladier *Buſtique de l'Abbaye de S. Arnoul* 489.
Varennes *Roi d'Armes* 30.
Vegetius de re milit. 290. 513.
Verus (Lucius) Apocalypſis pro innocentia Cæſarum 227.
Uffenbach de Conſilio Imp. Aulico 24.
Ughelli Italia Sacra † 41. 522.
Vignier (Nic.) *Hiſtoire des Comtes & Ducs de Luxembourg* † 30.
- - *Bibliotheque Hiſtoriale* 490.
- - (Hier.) *Origine des Maiſons d'Alſace* * 464. * 468. † 475.
Villani (Giov.) *Hiſtorie Fiorentine* 555.
Ville-Hardouin (*Geofr. de*) *de la Conquête de Conſtantinople* * 632.
Villerii (Petr.) Apologia Eccleſiarum Belg. 342.
Vincentii Bellovacensis Specula 349.
Vitæ Paparum Avenion. 318.
Vitriarii Jus publ. † 680.
Vitruvii Architect. 288.
Volaterranus (Raphael) 350.
Volzyr (Nic.) *Hiſtoire de la Victoire contre les Lutheriens* * 9.
*Vorſtellung der Hanau-Lichtenberg. Reichslehen* 223.
Vredii (Oliv.) Sigilla Com. Flandriæ 21.
Urstisii Epitome Hiſt. Baſil. † 61.
Urstisii Chron. Baſil. 4. 22. &c. † 61. * 68. † 108. † 423. † 427. † 514. † 599. 663. &c.
- - Scriptores Rerum Germanicarum 41. 80. &c. * 115. 635.

## W.

Walchii (Jo.) Decas Fabularum 708. 718.
Walteri Chron. Argent. Mſc. 351.
Waltramus de Unitate Eccleſiæ 518.
*Wangiſche Ehrenrettung* 264.
Wasserburgii Antiquit. Belg. 76. † 464.
Wegelin *Bericht von der Land-Vogtey Schwaben* 505. 555.
Wehneri Obſervat. Pract. 194.
Weingartenſe Chronicon 21.
*Weiſſenburger Policeyordnung* 390.
Wencker (Jac.) ad Mallinkrot. de Archi-Cancell. 182. 678.
- - de Pfalburgeris 110. 114. &c. 624.
- - Apparat. Archiv. 181. 623. 625.
- - de Ulsburgeris 14. 92. &c. † 307. 621. 623. 624. 625.
- - *von Glevenburgern* 333.
- - Diſſ. de Jure Torneamentor. Nobilitatis Argent. 683. 699. 701. 702.
- - (Jac. nepos) Diſſert. de ſolennibus in Germania Nundinis 318.
Wibaldi Codex Epiſtolarum 548.
Wiberti Vita Leonis IX. 5. 72. &c. * 476.
Wimphelingii Epitome Rer. German. 72.
- - de Epiſcopis Argent. † 73. † 113. 143. &c. † 348. 633.
- - Germania cis Rhenum † 324.
Winckelmanni Chron. Haſſiæ 221.
Wion de Familia Aniciana † 461.
Witichindi Annales 11. * 601. 630.
Wipponis Vita Conr. Salici 5. * 10. 72. &c.
Wormii Faſti Danici 513.
Wurmseri a Schafftalsh. Practicæ Obſervationes 717.
Wurtzii Diſſ. de bonis conjugum illatis 326.

## X.

Xylandri laudes Horologii Argent. 292.

## Z.

Zeileri Itinerarium Germaniæ 304.
- - Topograph. Palat. Rhen. † 126. † 188.
- - Topograph. Alſat. 143. 174.
- - de X. Circulis Imperii Germ.
Zellii (Matth.) Catecheſis 341.

# INDEX RERUM.

## A.


*Aab, Aba, Ach* 79.

Abt' Reg. Sculteti Enſisheim. 67.

*Aberzheim* vicus 160.

*Abrevviller* vicus 195.

Academiæ Alſatiæ 145. 182. 344. 346.

Acetum commercium 174.

*Achen* vicus 199.

*Achenheim* vicus 167. ſq. 684. Familia nobilis 634. Henricus 644.

Aciduæ Alſatiæ 89. 96. 358.

*Adamsweiler* vicus 198.

*Adelbertsheim* vicus 160.

*Adelhartesbovern* 270.

Adelheidis Proprium 180.

S. Adelphi Eccleſia 224.

Adelheim, familia nobilis 634. Georgius 209. Gerzo 209. 573. Stephanus 209. Zeiſolf 209. poſſeſſiones 176. 209.

*Adelshofen* vicus deſtructus 270. 454.

*Adern* vicus 98.

Adgratiandi jus 325.

Adminiſtratorium jus 283.

Adolphi Imp. res geſtæ in Alſatia 109. 359. 371. 399. privilegia 369.

*Adolsheim* vicus deſtructus 454.

*Ahraxhofen* villa 168. 270.

Advocati provinciales Alſatiæ 557. ſqq. 581. poſſeſſiones 253. 282. 424. Austriaci 594. Spirigoviæ 607.

Advocatia Andlavienſis 486. Argentinæ civitatis 329. Bernſteinenſis 135. Enſisheimenſis 67. Keyſersbergenſis 584. 590. Maſonis Monaſterii 64. Murbacenſis 92. Rubeacenſis 17. 90. Sennheimenſis 65. Vallis S. Amarini 27. 25. 97. Watvillenſis 96. Weiſſenburgenſis 398.

Advocatia Imperialis 277. origo 281. Vici 253.

Advocatorum poteſtas 277.

Ærarii jus 325.

S. Agnetis monaſterium 294. 299.

Ahenaiorum feudum 713.

*Ahrweiler* vicus 229.

*Alaneberg* monaſterium 448.

Alba Dominorum, monaſterium 410.

Alba flumen 415. Familia nobilis 442. 604.

S. Albani monaſterii bona 74. 262. 272.

*Albe* vicus 503.

Albertina vallis 162. 201. 710.

Alberti I. Imp. res geſtæ in Alſatia 359. 371. 502.

Albertus Argentinensis 343.

Albertus Magnus ibid.

*Albertsweiler* vicus 186. 401.

Albiburgum 587.

Albinagii jus 339.

*Albrechtsthal* 201.

Alburii 78.

Albus Lacus 123.

*Alep* 153.

Alemannia 552. Duces 539.

Alemannica Lex 325.

S. Alexandri Prioratus 270.

*Algolsheim* viculus 75.

Aliswilre 86. 91.

Allmendæ 352.

*Almendberren* 337.

*Almanrweiler* vicus 699. 702.

Altheimenſis Comes 185.

*Altrichsweibre* 86. 91.

Alſacenſis pagus 31.

Alsatia Germanica 1. num terra Rhenenſis 8. extenſio varia 7.

Alsatiæ Ducatus 10. à Suevico ſeparatus 545. Duces 555.

*Alſtroweiler* vicus deſtructus 85. ſq. 454. Familia nobilis 96. 634.

Alsgaudia Alſatiæ ademta 5.

*Altbach* monaſterium 73. 415. 448. ſub advocatia Alſatiæ 282. poſſeſſiones 104. 106.

*Altbatter à Caldenburg* 222.

*Altingen* vicus 240.

Altæ Silvæ monaſterium 408. advocatia 199. poſſeſſiones 270.

Altavilla (Jacobus) 155.

*Altbeinheim* capella 245.

*Altdhan* caſtrum 174.

*Altenberg* rupes 197.

*Altenach* vicus 38. Familia 43.

*Altenax* caſtellum 267. 431. 674.

*Altenbach* viculus 98.

*Altenberg* mons 270.

*Altenberg* caſtrum 462.

*Altencaſtel* caſtrum 108. Familia nobilis 634.

*Altenheim* v. Altheim.

*Altenſtatt* vicus 176. 187. 429.

*Alterrweiler* villa deſtructa 153. 454. decimæ 301.

Altheimenſe Concilium 2. 539.

*Altheim* vicus deſtructus 78, 110. 115. 212. 215, 414.

*Altglaſſhatt* villa 240.

Altkirche caſtrum 32. ſq. 37. 412. oppidum 37. 272. Dynaſtia 33. 37. ſqq.

*Altmunſterol* vicus 51.

*Altorf* caſtellum 177. villa 267, vicus 125. 132. 146. 172. 198. 225. officina monetaria 321. judicium 16. monaſterium 448. 476. ſq. 517. poſſeſſiones 14. Familia nobilis 180. 634. Johannes 155. 251. Cuno 177. Erpfenius 233.

*Altzfirt* 34.

*Altſtatt* vid. Altenſtatt.

*Alſtingen* vicus 240.

*Altshaun* vicus 41. 43. monaſterium 413.

*Alrweyer* vicus 77. ſq.

*Alrwindeck* caſtrum 248.

*Alrwinſtein* caſtrum 232. 251.

Amalricus, Epiſcopus Spirenſis, 394.

S. Amandi capella 146.

S. Amarini oppidum 97. 276. vallis 97. Familia nobilis 634.

*Amertsweiler* caſtellum 431. vicus 33. 43. 166.

*Amman* 335.

*Ammeiſter* 310. 335.

*Ammerſweyer* oppidum 104. 117. 121. 276. 286.

*Amolsern* vicus 125. Familia nobilis 634. Johannes 202. Ludovicus 202. 432. 597.

*Ampferbach* viculus 421.

*Ampringen* vid. Weſſenberg.

Anabaptiſtæ 77. 124. 386.

*Analesberg* monaſterium 448.

Anatomicum Theatrum Argent. 302. 346.

Andelacha 79.

*Andelaus* caſtellum 168.

*Andelsani* vicus 47.

Andlau Abbatia 282. poſſeſſiones ejus 149. 169. 194. 196. 203. 211. 262. ſq. 271. 308. 448. oppidulum 262. 276. 684. Familia nobilis 698. Adelheidis 294. 717. Anna Dorothea 671. Arbogaſtus 725. Columbanus 61. Eberhardus 218. 207. 432. 551. Eberlinus 138. Henricus 431. 506. Joh. Jacobus 86. Lazarus 21. Ludovicus 194. Petrus 239. 374. 505. Rudolphus 145. 169. 431. 506. 571. Sophia 706. Waltherus 44. 52. 61. Wolfius 447. Bona familiæ 36. 40. 60. 72. 132. 138. ſq. 148. 158. 168. ſqq. 172. 207. 1. 258. 261. 1. 288. 691.

*Andolsheim* vid. Anfolsheim.

Andreæ (Jacobus) 361.
S. Andreæ Ecclesia 296.
Angelorum vallis, monasterium, 450.
Angelus, signum monetæ, 320.
*Angest* castellum 431. vicus 47.
D'Angervilliers (Nicol. Prosper) Intendens 723. possessiones 58. 207.
Anglorum invasio in Alsatiam 211.
*Angrett* castrum 92. 100. 260. 438. Familia nobilis vid. Grætt & Kempf.
Angusta vallis 195.
Anhaltinus Princeps dux exercitus Argentinensis 349.
*Anjoutey* vicus 48.
Anisi plantatio 351.
*Anleite* 382. 393.
*Annuttingen* villa 166.
Anselmus (Thomas) Typographus 361.
Ansoaldus Abbas S. Gregorii 74.
*Ansoldisheim* vicus 74. Familia nob. 614. 121. Adamus 117. Conradus & Fridericus ibid. Jacobus 261. Reinboldus 526. Sigfridus 74.
Anthes familia nobilis 724. possessiones 58. 60. 71. 204.
Antigrapha Episcoporum 332.
S. Antonii capella 96. hospitale 410. præceptoria Ilsenheim. 69. 453. possessiones 70. Canonici 293.
Anweiler oppidum 7. 178. 189. 276. 401. 552. præfectura 185. 189.
Apertutæ jus 324.
Apiacum vid. *Epfich.*
Apiaria silva vid. *Bienwald.*
S. Apollinaris monasterium 57. 450.
Appellandi jus 325.
*Appenheim* vicus 184.
*Appenweyer* vicus 74.
Aquila, signum Imperii 513. monetæ 320. urblum Imperialium 181. 191.
Aquileja monasterium 212. 52.
S. Arbogasti monasterium 299. possessiones 169. 270.
*Arcenheim* vicus 159.
Arces prædatoriæ in Alsatia 11. 430. Arcium Alsatiæ numerus 275. conf. *Castra.*
D'Arcriac 58.
Archiofficiales Imperii 540.
Architectura Romana 288.
Archivi jus 324.
Arckelianum monumentum 534.
*Arckenweiler* vicus destructus 183. 454.
Ardenenses Comites 480.
Ardolii lapides 203. 209.
Argentina, Alsatiæ metropolis. 288. fqq. Libera semper & immediata 277. 327. Non Ducalis 10. Non Landgravialis 15. Non Episcopalis 228. Non sub Advocatia provine. 282. Amplificata sæpius 289. Gallis tradita 316. 319. Typographiæ inventrix 346.
Argentinæ infantia 306. adolescentia 307. juventus 309. Cives & incolæ 301. 310. 734. Jura & privilegia 318. 324. Nummi 322. Insignia *ibid.* Statuta 324. Regimen & Senatus 332. fqq. Religio 340. fqq. Literæ 341. fqq. Res militaris 349. Memorabilia 351. Ager *ibid.* Dominia & feuda 268. fqq. 333. 405.
Argentinensis Comes 332.
Argentinensis Ecclesiæ ditiones in Alsatia fupcr. 78. fqq; inferiore 335. fqq. trans Rhenum 161. Curia feudalis 165. fqq. Jura in urbe Argent. 328. fqq. Landgraviatus 334. Episcopatus limes 241. Aula 303. Officiales 166. 528. 715. Capitulum 162. 292. Seminarium 176. 183. 593.
*Argsjant* vicus 48.
Armadus architectus 291.
Arialbinnum 422.
Aries ligneus 355.
Armamentarium Argent. 304. 349.
*Armbrusser*, fam. nob. 615. porta 354.
Armentaci in Alsatia 93. 273. &c.
Armigeri 612.
Arnoaldus (Beatus) 386.
*Arnoldsheim* vicus 146.
Arnoldus, Abbas Murbacensis 30. Bajoariæ Dux 10.
*Arnsberg* castrum 132. 176. 232. 234. 274. 431. 528. Familia nobilis vid. *Fuller.*
*Arnstorf*, familia nobilis 635.
*Artolsheim* vicus 272.
*Arxenheim* vicus 159.
*Arxse* familia 389. Kucharius 595.
*Aschbach* vicus 38. 42. 43. 174.
Asiatium Alsatiæ nomen 9.
*Assenheim* vicus 179.
Assisiæ majoratus 46. fq.
*Attmannweiler* vicus 57.
*An* quid? 227. 277. vicus 64.
S. Aubin possessiones 269.
*Aubure* 78.
Aucuparius (Thomas) 344.
Audaldovillare 273.
Avelana vicus 149.
*Auebheim* vicus 146. 167.
*Avendsberg* castrum 460.
*Auenheim* vicus 129. 141. 193. 233. 244. Familia nobilis 635. Wilhelmus 141.
Augia Regia 154.
Augustana Confessio 341.
S. Augustini Ordin. monasteria 98. 116. 136. 143. 179. 294. 299. 354. fq. 367. 381. 389. 397. fq. 403. fq. 422. 449. fqq. 458. fq.
Augustovia Alsatiæ ablata 5.
S. Aurelize parochia 291.
Aurifices celebres 375.
*Aurichtermeister* 328.
*Aussay* Alsatiæ nomen 9.
Autiregæ 311.
Austriæ Duces 537. Advocati Alsatiæ 576. Landgravii Alsatiæ 700. fqq. eorum titulus 504. Advocatia 288. Feuda 70 105. 107. 112. 117. 432. 442. fq. Ditiones 69. fq. 74. 89. 106. 114. 121. fq. 166. 201. f. 210. 227. 437. 475. 600. harum divisio 505. fqq.
*Autrage* vicus 47.
*Auew* vicus 64.
Auwelin (Alb.) 122.
*Auxelle haut* vicus 48. *Auxelle bas* 431.
*Azzenheim* vicus 222.


# B.


Baarcnsis Landgraviatus 16.
Babenhufiana præfectura 221.
Bacchus ruftici tumultus auctor 395.
*Bach* vid. Krebs.
*Buchwach* 79.
Bacillus fummæ potestatis symbolum 318.
*Baden* Helvet. 166. Familia nobilis 60. 615.
Badenses Marchiones 460. possessiones in Alsatia 63. 73. 112. 114. 177. 179. 181. 196. 233. 242. fqq. 248. fq. 259. 269. 305. 352. 733.
Bader (Johannes) 400.
*Baer* familia 81.
*Bærenbach* castrum 161. 432. vicus 149. fq. 175. 212. 236. 429. Burcardus 161. Johannes *ibid.*
*Bærenbronn* villa 252.
Bærenfels familia nob. 16. 61. 686. Conradus & Johannes 613. Lutoldus 100.
*Bærenthal* vicus 171. 234.
*Le Bail* viculus 52.
Bajoaricus Ducatus 10.
*Balbronn* castellum 431. vicus 229. Familia nobilis 615. Hartmannus 239. Rudolfus 436. Werlinus 170. Wernherus 229. 664.
*Baldeck* familia nob. 117.
*Baldenheim* vicus 75.
*Baldolsheim* vicus 159.
*Baldgau* vicus 117. Familia nobilis 615.
Ballivatus 579. Hagenoensis 281. Belfortensis 735.
*Ballersdorf* vicus 38. Familia nobilis 635.
Balnea 146.
*Balon* mons 45.
*Balschwiller* vicus 44. Familia nobilis 635.
*Baltersdorf* vicus 38.
*Baltersheim* vicus 58.
*Baltzenheim* vicus 159.
Bambergensis Ecclesiæ feuda Alsatica 109.
Bambergensium mercatorum immunitas 318.

*Bamlier* vicus 48.
*Ban de la Roche* 206.
*Bauck* familia Weissenb. 389.
Baner (Melch.) 67.
Bannecker (Henricus 127. 388. 606.
Bannus sanguinis 330.
*Bauerwein* 307.
*Bautzenheim* vicus 59. 62.
*Bauviller* vicus 48.
*Bapst de Boßenheim* familia nobilis 169. 635. 654. Conradus 505. Johannes Rudolfus 70. Leonhardus 156. 171. Nicolaus 24. Petrus 505. Theobaldus 171. *de Utratzheim* familia nobilis 615. 661. Clementia 662. Fridericus 670. Jacobus 662.
S. Barbaræ Capella 303.
Barraud familia nobilis 724. poſſeſſiones 51. ſq.
*Barbetroth* præfectura 185. ſq. vicus 186.
*Barbenſtein* caſtrum 177. 412.
*Barbenſtein* caſtrum 75.
*Barby* mons *ibid.*
*Bardeſtette* 192.
*Barochе* vicus 121. 123.
Baronatus 12.
Baar caſtrum 139. 421. oppidulum 207. Dynaſtia 9. 163. 178. 207. 216. 323. 353. Familia nob. 635.
Bartenſium Comitum origo 483.
*Bartenheim* vicus 57. 59. 712.
Barth (Joh. Henr.) 347.
S. Bartholomæi Capella 421.
*Baſeler* familia nobilis 635.
Baſelgova Alſatiæ decima 5.
*Baſtwind* familia nobilis 635.
Baſilea urbs Burgundica 4. obſeſſa 36.
Baſilienſis Eccleſiæ bona Alſat. 50. 110. 123. 444. 446. Feuda 36. 56. 61. 104. 108. 118. 122. 248. 262. 266. 429.
*Baſunier* familia 52.
*Baſſenberg* vicus 206. ſq.
*Battenheim* vicus 58. 678. caſtrum 698.
*Batzenslorf* vicus 254. Familia nobilis 636. Anſelmus 129. 244. 268. 538. Hugo 254.
*Baucourt* vicus 50.
*Baubart* familia nobilis 636.
*Baviller* caſtrum 421. vicus 47. 56.
*Baumann* familia nobilis 636.
*Baumgarten* monaſterium 450. poſſeſſiones 163. ſq. 203. 387.
*Baumgarter* familia nobilis 636.
de Baussan Intendens Alſat. 732.
*Bayer de Bopparten* 161. 216. Henricus 572.
Bayer (Hieronymus) 414.
Beatus Rhenanus 386.
*Beblenheim* vicus 77. 116. Familia nobilis 636. Philippus, Ulricus & Waltherus 368.
*Bechthold* familia nobilis 636. Johannes 345.
*Becker* de Spira, Johannes 266. Nicolaus 177.
Benedictus 344.
*Bente* quid? 309.
Begardi 300.
*Beger de Blyberg* 636. Jacobus 270. 657. *de Geißbolzheim* 636. 645. Albrecht 412. Caſparus 591. Conradus 581. Henricus 112. 114. Jacobus 266. Johannes 141. 256. Matthias 191. 707. Melchior 270 Familiæ poſſeſſiones 140. 156. 158. 165. 211. 259. 237. 446.
*Biggelingen* villa deſtructa 183.
Begine 241. 300. 398. 401.
*Beheinſtein* caſtrum 156. 167. 432. Familia nobilis 156. 167. 636.
*Behlenheim* vid. Belheim.
*Behren* vicus 240.
*Behrlingen* vicus 198.
*Beinheim* caſtrum 412. oppidum 129. 243. ſq. 647.
*Beiſſ* caſtrum 432. vicus 40.
Beleſus ſigulus 238.
Beleus mons 45. 92.
Belfort caſtrum 44. 432. oppidum 6. 36. 45. 276. Dynaſtia 44. ſqq.
*Belfuſt* vicus 206.
*Belheim* vicus 179. 184. 193. 268. 684. 715. Nobiles 636.
Bella 521. 564. Argent. 308. 311. 349. Colmar. 376. Hagenoæ 362. tricenale 315. 385. 396. 402. 406. 409. Obolarium 427. Seleſtadii 384. Rutilanum 385. 395. Monaſterienſia 414. ſq. Burgund. 508. ſq. Mulhuſina 426.
*Belleſaſſe* vicus 206.
*Bellenborn* vicus 429.
*Bellickheim* vicus 183. caſtrum 698.
*Bellinſtein* vicus 648.
Belliprati Abbatiæ fundatio 486.
Bellus (Martinus) pictor 375.
*Belmont* vicus 47. 206.
*Bendorf* vicus 36.
S. Benedicti Ord. monaſteria 110. 164. 176. 216. 366. 387. 409. 448 ad 453.
Benfelden oppidum 151. 276. caſtrum 432. Præfectura 151. Familia nobilis 636.
*Bennweyer* vicus 78. 89. 116.
Berchtoldus Cameræ nuncius 9.
*Berchheim* vid. Bergheim.
*Berenzweiler* vicus 38.
*Berer* familia nobilis 636.
*Bergbietenheim* vicus 132. 146. 276. caſtrum 432.
*Bergen* 177. 180.
Beregart familia nobilis 724. 443.
Berghauptii 172.
Bergheim oppidum 73. 113. 276. vicus 207. 218. 623. Familia nob. 699. Beatrix 706. Catharina 667. Cuno 130. 156. ſq. 168. 524. Rudolfus 212. 248. Wernherus 39. bona familiæ 112. 164. 208. 219. 259. 408.
*Bergholtz* caſtrum 432. vicus 94. Familia nob. 636.
*Bergholtz-zell* vicus 95.
*Bergwies* vicus 184.
Bergzabern oppidum 7. 185. caſtrum 432. Præfectura 185.
Berler (Maternus) 82.
*Berlin* familia nobilis 636.
*Bermont* vicus 47.
*Bernbach* vid Bærenbsch.
Bernbegger (Tob.) 264.
Bernenſium in Alſatia poſſeſſiones 123. 366.
*Bernhardswerder* vicus 42. 259. 271. 406. 684. 716.
Bernhardus Vinarienſis 721.
Bernhold familia nobilis 700. Albertus 318. poſſeſſiones 43. 198. 257. ſq. 445.
*Bernsheim* vicus 254. 720.
*Bernſtein* caſtrum 151. 191. 432.
*Berrzweiler* vicus 43.
*Berolsheim* 663.
*Berolzweiler* vicus 100.
*Berſch* oppidulum 164. 276. Familia nobilis 617. Johannes 629. 676.
*Berſtein* 167. 250. Familia nobilis 156.
Berstett vicus 169. 192. ſq. 264. 684. 703. Familia nobilis 700. Henricus 171. 405. Hugo 161. 618. Joachimus 123. Wiricus 150. 628.
*Berſtheim* vicus 254.
Bertha Burgundiæ Regina 71. 127.
Bertholdi Comitatus 162.
Bertholdus, Abbas Lucellenſis 37. Epiſcopus Argentinenſis 41. 165. Tullenſis 123.
*Berſich* familia nobilis 637.
*Berſichweiler* vicus 271.
*Berwart* familia nobilis 637.
*Berwarſtein* caſtrum 177. 412. Familia nobilis 637.
*Berweiler* 100.
Besenwald familia nob. 40. 725. Martinus 39.
*Beſoncourt* 47. 51. 56.
*Beſſenhofen* familia nobilis 637.
*Bethonweiler* 47. 55.
*Betiken* vicus 694.
*Betlach* vicus 34.
*Betoncourt* 104.
*Beiſchheim* familia nobilis 617.
Betschold (Johannes) Conſul Argentinenſis 310.
*Betther* vicus deſtructus 142. 454.
Bettendorf familia nob. 172. 224. 712. vicus 38.
*Bettenhofen* vicus 160.
*Bettensdorf* 133. 821.
*Betting* vicus 240.
*Bettweiler* 169. 198.
Betz de Filleren 40. 725.
*Beurneviller* 52.
*Beyer* vid. Bayer.

**Biberach** familia nobilis 70. 114. Reding 115.
**Biblenheim** viculus 146.
Bibliotheca Argentinenſis 146.
Bilisheimenſe monaſterium 250. 449.
**Bickenbach** vid. Fleckenſtein.
**Biegger** 330.
**Bienwald** 174. 241.
**Bieren** vicus 148.
**Biethein** caſtrum 432. vicus 272. 696.
**Bietenheim** vicus 146. Familia nobilis 637. Johannes 141. Rudolfus 252.
**Bieterlingen** vicus deſtructus 454.
**Bieterthan** 36. Familia nobilis 637.
**Bietlenheim** vicus 228.
**Biſſenheim** 272.
**Bild** familia nobilis 269.
**Bildſtein** vicus 240.
**Bilgerin** familia nobilis 637.
**Billigheim** oppidum 178. 181.
Billungus, Scultetus Hagenoenſis 359.
**Bilsheim** vicus 254 257.
**Biſſtein** caſtrum 78. 202. 275. 432. 711. Familia nobilis 637.
**Bilsteinheim** familia nobilis 637.
**Bindern** vicus 158.
BIORNCLOVIUS, Legatus Sueciæ 27.
BIPONTINA terræ vid. Palatinæ.
Bipontini Duces, Adolphus Jo. 187. 190. Alexander 187. Chriſtianus 191. 616. Fridericus 191. Guſt. Sam. 187. 190. Joh. Caſimirus & Johannes 187. Ludovicus Niger 177. 574. Stephanus 7. 188. Wolfgangus 187. 191.
Bipontinus Comitatus 184.
**Birckenbach** vicus 184.
BIRCKWALD caſtrum 263. 433. 684. Familia nob. 727.
**Birlenbach** vicus 187.
**Birlingen** vicus deſtructus 454.
Birſa fluvius 14.
**Birſen** vicus deſtructus 454.
**Birſingen** vicus 121. 198.
**Biſchcberg** 145. monaſterium 453.
**Biſchingen** vicus 47.
**Biſchofsheim** vicus 132. 145. 169. 233. 684. 702. Familia nobilis 617. 654. Walfridus 164.
**Biſcholtz** vicus 226.
**Biſchweiler** 190. 253.
**Biſchweyer** viculus 75.
**Biſel** vicus 34.
**Biſt** caſtrum 49.
Bitenfis Dynaſtia 273. Comites 638. vid. Bipontini.
BITSCH (Caſpar) 161. Fridericus 233.
**Bitſchhofen** vicus 177. 255.
**Bitſchweiler** vicus 98.
**Bladolzheim** vicus 57. 59. 724. caſtrum 433. Præpoſitura 450. 454. Familia nobilis 627.
Blamontani Comites vel **Blanckenberg**. 89. 237. Adelheidis 527. Henricus 114. Johanna 222. ſq. Theobaldus 214.
**Blanckenborn** vicus 184.
S. Blaſii vici 124. 169. 684. monaſterium 450.
**Blatzheim** vicus 57. 62.
**Blencklin** familia nobilis 627.
**Bleſheim** caſtrum 433. vicus 259. 684. 701.
**Blitzerg** vid. Beger & Bock.
**Block** familia nobilis 638.
**Blicker** vid. Rotenburg.
**Blide** caſtrum 156. 433. Familia nobilis 638. Burchardus 433. 524. Rudolfus 524.
**Blidenfeld** monaſterium 183. 273.
**Blienſbach** vicubus 169. 684.
**Bliensweiler** 156. 259. 684. 699. vicus deſtructus 75. 90. 454. Familia nobilis 86. 638. Cuntzmann 368. Dietericus 75. Jo. Jacobus 384. Petermann 368.
Blienſwilenſe Judicium 327.
**Blindach** rivulus 106.
**Blindſtatt** 136.
**Blifchbovve** pagus 126.
**Blitterſdorf** 180.
**Blixberg** vid. Plixberg.
**Blochmont** caſtrum 13. 35. 433.
Blochholtzii 253.
**Blodelsheim** vicus 59.
**Blozheim** vicus 57.
**Bluenhein** 91.
**Blumel** Nobiles 638. 646.
**Blumenau** Nobiles 299. 638. Dietmarus 219. Johannes 140. 167.
**Blumenberg** caſtrum 33. 50. 276. 433. Dynaſtia 9. 64. 103.
**Blumeneck** familia nobilis 738. Rudolfus 54.
**Blumenſtein** caſtrum 274. 433. Familia nobilis 638. Anſelmus 250.
**Blutgericht** 330.
**Bobenthal** vicus 275. 277. 288. 429.
**Bobingen** vicus 179.
**Bock** de **Bietheim** & **Gerſtheim** familia nobilis 700. 271. 265. 330. 433. 444. Adamus 320. Bernhardus 164. 263. Conradus 148. 160. 220. Fridericus 209. 636. Jacobus 638. Johannes 163. 171. 191. 674. Jo. Conradus 194. Nicolaus 259. 268. Rupertus 252. Stephanus 146. Ulricus 155. 331. Wolfhelmus 320.
*de Erlenburg*, Eucharius 263.
*de Staufſenberg* 88. Agatha 694. Conradus 100. Johannes 694. Werficus 415. 694. 698.
**Bockſtein** caſtrum 701.
**Bodersweyer** 233.
**Bocklin** familia nobilis 701. 169. 171. ſq. 229. 216. Bernhardus 156. Conradus 265. Wilhelmus 156.
**Bodigheim** familia nob. 215. Georgius Dietericus 248.
**Bodmſtein** vid. Beheimſtein.
**Boicher** mons 45. 85. 92.
**Bosll** (Balthaſar) 395. vicus 50.
**Boſe haut** 105.
**Boſenbliesheim** vicus 260. 684.
**Boſſheim** vicus 265. 684. Familia nobilis 658.
**Bogner** familia nobilis 628. 356. 389. Diemarus 264.
**Bohart** vid. Bauhart.
**Bois du Plain** vicus 52. *l'Abbaiſe* villa 273.
**Boland** familia nobilis 230. Wernherus 181.
**Bollenbach** vicus 172.
**Bollenberg** 102.
**Bollweiler** Dynaſtia 102. 724. caſtrum 102. 433. vicus 168. 276. Dynaſtæ 612. Bernhardus 23. Burcardus 102. 506. Gerhardus 630. Johannes 63. Margaretha 103. 104. Nicolaus 50. 64. 103. 280. 579. Petrus 51. 98. 102. 505. 595. Rudolphus 67. 600.
**Boſſenheim** caſtrum 236. 433. vicus 231. 269. 684. Familia nobilis 225. 638.
**Boncourt** caſtrum 433. vicus 50.
**Bones** (Hieron.) 371. ſq. Johannes 398.
**Bongarden** vicus deſtructus 58. 414.
**Bonbomme** vicus 122. ſq. vallis 415.
Bonifacii villare 118.
**Bonne Fontaine** 203.
**Born** fam. nob. 639. Frieſchmannus 237. Lambertus 230. Wilhelmus 236.
**Bornheim** vicus 184.
**Borogne** caſtrum 433. vicus 50.
**Boron** vicus 50.
**Borre** caſtrum 139. Familia nobilis 638. Waltherus 241.
**Boſchbauſen** vicus 222.
Boſonisvillæ monaſterium 226. 439. ſq.
**Boſſelbach** villa 161.
**Boſſendorf** 198. 255.
Boſſia domus 102.
**Boſſweiler** 253.
**Bosans** vicus 47.
**Botenburg** vicus deſtructus 270. 454.
**Botzheim** vicus 262. 684. Familia nobilis 638. 269. Johannes 383. 568. Michael 161. 171. Wilhelmus 258.
BOULAINVILLIER 734.

*Bourg* vicus 48.
DU BOURG (Eleonorus Comes) Gubernator Alsat. 723.
Brabantia feudum Imperii 229. Ducum pretensiones 196. 289.
Brackii 198.
Branckhorst (Jo. Franc.) Comes 352.
*Brandeck* familia nobilis 632.
*Brandscheid* familia nobilis *ibid.*
Brandtleinii 172.
BRANT (Sebastianus) 344.
Braunii 256.
*la Brasse* ecclesia 46.
*Brechlingen* vicus 209. sq.
*Brechter* vid. Brechter.
*Breitenacker* familia nobilis 264. 389.
*Breitenau* vicus 168.
*Breitenbach* vicus 203. 274. 411.
*Breitenberg* castrum 169.
*Breitenheim* vicus destructus 112. 454.
*Breiten-Landenberg* vid. Landenberg.
*Breitenstein* 274.
*Breitenwasenhof* villa 238.
*Breitschad* 60.
*Breitschlost* silva 220.
*Breitwis* vicus 185.
Brembdii 404.
*Bremelbach* vicus 187.
*Bremoncourt* vicus 12.
Brephotrophium Argentinense 303.
*Bretagne*, *Bretz* vicus 51.
*Bretten* vicus 43.
*Breuning* familia 246. 356.
*Breunsheim* vicus 222.
*Breuschwickersheim* vicus 265. 684.
BRIOT (Nicolaus) monetarius 321.
Brisicum novum 76. 722.
Brisicum vetus in Alsatia situm 4. Cameræ Regiæ fedes 28. Imperio Germ. restitutum 317. possessiones 272. 432.
Brisgoviæ Landgraviatus 16.
*Britzthal* vallis 150.
*Brodbeck* familia 419.
*Broc* Marchio 271.
Brocomagus vid. Brumat.
*Broger* familia nobilis 639. 656.
*Brognard* vicus 47.
Brolium Argentinense 305.
*La Broque* vicus 147.
BROU (Paul. Spir. de) Intendens 723.
*Bruch* vicus 203.
*Bruchweiler* viculus 274.
*zur Brucken* castrum 445. Bertschmann *ibid.*
*Bruderhof* 308.
*Bruderthor* 354.
BRUGES (Franc.) 75.
BRUMAT Præfectura 226. castrum 131. 433. oppidulum 275. 362. 528. Familia nob. 639. v. Bock.
*Brumbach* vicus 691. Familia nobilis 639.
*Brumbereh* 271.
*Brunckheim* viculus 60.
*Brunegeidorf* 131.
BRUNFELSIUS (Otto) 344.
*Brunigbofen* castrum 433. vicus 43. Familia nobilis 50. 422. 639.
*Brunigesheim* vicus 222.
*Brunn* vicus 51. conf. Born.
*Brunnhaupten* vicus 33.
Brunner (Leonhard.) 400.
*Brunnstatt* castrum 39. 70. 413. vicus 39. 428. 725.
Brusa fluvius 201. 288. villa 203. Familia nob. 639.
Brusana vallis 147.
*Brusscheck* castrum 352. 433.
*Bube* familia nobilis 639. Albertus 167.
*Bubendorf* 50.
*Buc* vicus 47.
BUCERUS (Martinus) 342. sq. 344. sq. 386. 394.
BUCH familia nobilis 264. 703.
*Bucheck* castrum 85. 433. Familia nobilis 76.
*Buchelberg* vicus 174.
BUCHINGER (Michael) 375. init.
Buchsgavienſis Landgraviatus 16.
*Buchsiter* famil. nob. 639. Agnes 643. Nicol. Frid. 651.
BUCHSWEILER oppidum 221. 276. castrum 33. 433. vicus 34. Familia nobilis 639.
*Buel* villa destructa 214. 454.
*Buer* vicus destructus 216. 454.
*Buersweiler* vicus 169. 684. 705.
*Bubel* vici 94. 126. 231. 246. 248. 677. Familia nobilis 639.
BULACH familia nobilis vid. Zorn.
*Bulwersheim* vicus 102.
*Bumann* familia nobilis 636.
*Bundenthal* vicus 177. 429.
Burcardus, Dux Alsatiæ 9. sq.
BURCARDUS (Johannes) 341.
*Burchberg* mons 436.
*Burchhardsweiler* vicus 43.
*Burckweiler* vicus 185.
Buren vici destructi 214. 236. 253. 454.
*Burg* 429.
*Burgalben* vicus 224.
Burgenſes Hagenoviæ 356.
*Burgfelden* villa 61.
Burggravii 256. Argentinenſes 330. Nuremberg. 166. 259. Nobilis fam. 94. 639. 643. 651. 660. sq. 671. *de Dorolsheim* Anſelmus 150. Burcardus 660. Gerungus 150. Henricus 270. Johannes 150. 170. *de Hittenheim* Burcardus 167. 167. Johannes 167. *de Ollsbofen* 146. 156. Egelnolfus *ibid.* Johannes 172. Wilhelmus 159. 172. 214. 672. *de Sultzmatt* Wernherus 82. 91. *de Werde* Gervandus 525. Johannes 525. 535.
*Burgheim* vicus 73. 207. sq. Familia nobilis 639.
*Burghof* castrum 232. 433.
*Burgleben* 356.
*Burgmannen* *ibid.*
Burgundiæ Comitatus 3. 5. Landgraviatus 16. 499.
Burgundica Alsatiæ Austr. epocha 22.
*Burgvogt* 285. 557.
*Burne* vid. Born.
*Burner* vicus destructus 271. 387. 454.
*Burnhaupten* 42.
*Burrenheim* villa 168.
*Buschbach* vicus 240.
*Buschweiler* vicus 36.
*Busenberg* vicus 242.
*Busenweiler* vicus 167.
Busnang (Conradus de) 139. 151. 153.
*Bussingen* vicus 55.
*Bussweiler* vicus 198.
*Butteil* 357.
*Buxenheim* castrum 60. 433. 648. Familia nob. 118. 637. 639. Henricus 56. Johannes 56. Otto 56. 616.
*Buttel* 330.
*Buttelnheim* villa 166.
*Butzweiler* castrum & vicus 44. 433.
BUXOVILLANA Præfectura 221. conf. Buchsweiler.
*Buxweiler* vicus 34.
*Buxenheim* vicus destructus 454.

## C.

Cabilonenſium possessiones 177.
*Cadenborn* vicus 240.
Cæpæ femina 351.
*Cagen* vid. Kage.
Calbenſes Comites 481.
Calendarii variatio 343.
CALLAGHAN familia nobilis 727.
Calvinifmi historia 425.
CALVINUS (Johannes) Professor Argentinæ 342.
Camera Imperii 358. computorum Enſisheim. 28.
Cameracum 358.
Camerale judicium 393.
Camerarii, Dietricus 219. Elisabetha 220. Johannes 219. 224. *de Dalberg* 219. 248. *de Wildenbolz* 225.
Camerarius Ecclesiæ Argentinenſis 92. 132.
*Cammergeld* 319.
Campanæ memorabiles 318. 354.
Cancellaria Argent. 303. 316.
Candelabra templorum 387.
*Canton* 227.

# INDEX RERUM.


*Capell* vici 158. 161. ſq. 166. 649. 696.
Capella Imperii 256.
Capellæ Argentinenſes 301.
*Capelen* vicus 186.
*Capellſchen* vicus 48.
Capitanei 594. Alſatiæ Auſtr. 24.
CAPITO (Wolfgangus) 341. 344. 361.
Capitulum Argentinenſe 292.
*Cappeler* familia nobilis 640.
*Cappel-Kirch* 402.
Capucinorum monaſteria 46. 57. ſq. 86. 294. 353. 367. 381. 399. 398. 403. 413.
*Carlsthatte* officina vitriaria 195.
Carmelitarum monaſteria 299.
CAROLI IV, Imp. res geſtæ in Alſatia 278. 310. 359. 371. 377. 382. 384. 391. 605. ſqq.
CAROLI V. Imp. titulus 20. res geſtæ in Alſatia 313. 371. 384. 393. 509. 575.
Caroli Ducis Burgundiæ res in Alſatia 22. ſq. 382.
Carolus Simplex non Alſatiæ Dominus 2.
Carthuſianorum monaſteria 143. 299.
Caſtelium 142.
*Caſtel* familia nobilis 640.
Caſtellani Imperatorum 282.
Caſtilioncnſe caſtrum 249.
Caſtinetum caſtrum 131. 163. 439. Monaſterium 453. Vicus 2. 47. 131. 163. 167. 514. Officina monetaria 320.
CÆSTRA Alſatiæ 430.
Cataractæ Argent. 299.
S. Catharinæ Capella 32. 41. Monaſterium 299. 303. 367.
*Catharinenburg* caſtrum 186. ſqq. 433.
Caumontius *de la Force* (Jac.) Mareſch. Franciæ 98.
Cellarius (Johannes) 174.
Cenſorium Judicium 317.
Ceraunius lapis 69.
*Cernay* vid. Sennheim.
Ceſſionis beneficium 336.
*de Chantlay* (Jul. Lud.) 75. 139. 171. 257. ſq. 700.
*Champ du feu* 206.
*La Chapelle* vicus 48. 56.
*Charmon* vicus 47.
*Charpe* vicus 202.
Chartariæ officinæ 210. 411.
CHASTILLON (Duces de) Advocati Alſatiæ 580. 628.
*Chatenoy* 131. 163.
*Chavanne* vicus 51.
*Chavennate* vicus 51.
*Chaux* vicus 48.
*les Chefaux* vicus 52.
*Cheerenmont* vicus 47.
Chirotheca ſymbolum 118.
*Chriſtian* familia nobilis 640.
S. Chriſtophori Eccleſia 45.
*Churnacht* 338.
Cipparius & cippus 330.
*Citadelle* Argent. 291.
CIVITATES IMPERIALES 275. 277. ſqq. Earum Dominia 268. onera 284.
S. Clara monaſteria 73. 300. 415. 422. 448.
*Clermont*, dè Clasmontc 221.
Clava Colmarienſis 170.
Clauſtriacum monaſterium 451.
CLERSATEL familia nobilis 725. 104.
CLEBURG caſtrum 477. ſq. 186. 433. præfectura 185. vicus 429.
Cleggovienſis Comitatus 462, Landgraviatus 16. 500.
CLERI familia nobilis 725.
Clericorum ſucceſſio 286.
*Climont* mons 201.
*Clingen* vicus 183. Fam. nobilis Waltherus 696.
Clingenſe monaſterium 127. 183. poſſeſſiones 173. ſq. 178. 251 feuda 217.
Clopfsberg (Johannes de) 233.
*Cloſemann* familia nobilis 640.
*Cloſner* familia nobilis *ibid.* Fridericus 343.
Clypeus militaris 19 515.
Codex legum Argentinenſium 325.
Cœleſtinæ 355.
Cœmeterria 364.
Cognomina nobilium 469.
COIGNY (Franciſcus Dux) Gubernat. Alſ. 723.



COINTET familia nobilis 725. 67. 70.
COLBERT (Carolus) Intendens Alſ. 723. Caroloſ de Croiſſy *ibid.* & 733.
Colerus (Chriſtophorus) 374.
*Coligny* Comites 25. 710.
Collegium Medicum Argent. 345.
*Collermüre* 167.
Colli judicium 330.
*Colfrenthal* 196.
*Colmar* familia nobilis 640. 224.
COLMARIA civitas Imperialis 164. ſqq. origo ejus 276. fœdus Conſilii Regii 28. 722. poſſeſſiones 72. 90. 108 121. ſq.
Colmarienſes Annales 367.
*Colmar-Rappert* 369.
*in Colonge* vicus 202.
Coloniæ civitatis comitiva 329.
Colonienſia feuda 242.
*Colroy* vicus 203.
Columbra curtis 121. 127. 517.
*S. Come* vicus 47.
Comes Argentinenſis 332. patriæ 519. provincialis vid. Landgrav.
COMITATUS Alſatiæ 31. 156. 192.
COMITES Alſatiæ 608. Spirigovie 605.
Comitia 185. 192.
Comitis Imperialis officium 189. poteſtas 277.
Comitiva Cæſarea Epiſcoporum 329. 489.
Comitum Bannus 162. 194. Comitum diverſitas 12.
Commercium in Alſatia 162. 175.
Conchenſis Abbatiæ poſſeſſiones 280.
Concordia caſtellum 187. mons 140.
Concordiæ formula 322.
*Conflantzley* Baronia 101.
Confluentiæ civitatis inſignia 325.
Confœderationes 502.
Conjugalis ſocietatis initium 326.
Conjugum bona 172. donationes 326. ſucceſſio 388.
CONRADINUS, Dux Alſatiæ, 553. ſq.
CONRADI II Imp. res in Alſatia geſtæ 307. 514. ſq. nummus 322.
CONRADI III. Imp. res in Alſatia geſtæ 89. 359. 552. ſq. privilegia 317. 569.
CONRADI, Sueviæ & Alſatiæ Duces, 543. 545. 551. Franciæ Orient. 601. ſqq.
Conretum vicus 201.
Conſenſus Theologorum Argent. 342.
*Conſtein* 105. Familia nobilis 633.
Conſilium Regium Alſatiæ 28.
*Conſtaffler* 313. 316.
Conſtantienſis Eccleſiæ poſſeſſiones 366.
Conſul Argentinenſis 335.
*Contrafakterey* 336.
Conventionale jus 481.
Conventus Eccleſiaſticus Argentinenſis 145.
DE CORBERON (Nicolai) Præſides Conſ. Reg. 723. 44.
Coriandri ſemina 351.
Cornu Alberti Habsburg. 499. ebuineum Landgraviorum 512.
Cornum uſus 513.
Corona Dagoberti 387.
Coronæ vallis 212.
Correſpondentes 115.
*S. Croix* vicus 47.
*Coſweiler* vicus 212. 216. 263. 621. 684. 706.
*Courreelle* villa 51.
*Courrlevant* villa *ibid.*
*Courrlevont* 51.
*Craffhatte* vicus 142. 193.
Crantii Principis poſſeſſiones 274.
*Crapbuche* vicus 47. caſtrum 433.
*Crauelthal* monaſterium 451. vicus 198. 451.
Cræ caſtrum 168. 422.
Creditorum concurſus 326.
*Creperii* vicus 180.
*Crieshesheim*, Criegesheim, vicus 141. 178.
*Criegesbach* 274.
Criminalia judicia 286.
Crœningenſes Nobiles 40.
Cuevericum regnum 127.
*Croix* vicus 50. 273.

*Cronenburg* caſtrum 211. 432.
Cronsfeldenſes Comites 132.
*Croſweiler* familia nobilis 646.
Croyæ Ducum poſſeſſiones 198.
S. Crucis caſtrum 432. capella 119. eccleſia 296. monaſterium 73. 448. oppidum 71. 89. 128. 178. 193. 276. 375. Ballivatus 737.
Cruzerus (Johannes) 140.
Crypto-Calviniani Argent. 342.
*Cunctiere* vicus 50.
*Cunenheim* vicus 75.
*Cunigersheim* 91.
*Cunigersheim* 271.
*Cunne* familia nobilis 640.
Cunonis comitatus 65.
Cunonis villa 105.
*Cunſin* vicus 105.
*Cuppenheim* oppidum 177.
Curia feudalis Epiſcopi Argentinenſis 165. Lichtenberg. 235.
Curia Senatus Argentinenſis 303. Nobilium 333.

# D.

*Dabo* 194.
Dachstein caſtrum 143. 414. oppidum 141. 276. Præfectura 135. 142. Ballivatus 739. Familia nobilis 640. 678.
Dadarinſis ager 49.
*Dadenried* vid. Dela.
Dagsburg Comitatus 192. 194. caſtrum 170. 194. 415. Comites 72. 491. 537. Gertrudis 195. Heilwigis 479. Hermannus 480. Hugo 74. 89. 149. 221. 366. 436. 448. Ludovicus 448. 479. Spanehildis 491. Poſſeſſiones 170. 219. 432.
Dagobertorum fabula 128.
Dagſtulenſis Dynaſtia 248.
*Dahn* Advocatia 49.
*Dal* v. *Thal*.
*Dalberg* v. Camerarii.
*Dalheim* vicus 146. 166. Familia nobilis 640. Petrus 573. Rabanus 417.
*Dalhunden* vicus 129. 244. 538. 636.
*Dambach* oppidum 153. 167. 276. vicus 236. 249. ſq. 252. decimæ 301. Familia nobilis 640. 654. 661. Johannes 141.
*Damerkirch* vicus 43.
*Damheim* vicus 272. 398. 401.
*Dampierre* vicus 47.
*Dan*, *Danne* vid. *Thann*.
*Dancratsheim* vicus 254. ſq.
*Dangolsheim* vicus 244. 254.
Danhauer (Joh. Conradus) 145.
Danhauerianum ſtipendium 346.
*Danſſin* vicus 47.
*Danvis* familia nobilis 640.
*Danſtatt* vicus 177.
*Dantz* familia nobilis 640.
*Dartweiler* caſtrum & vicus 201. 275. 414.
Dapiferatus Epiſcop. Argentinenſis 132. 198. 715.
*Dartzfer* lacus 564.
Darmſtadienſium Principum poſſeſſiones 234. 249.
Daſypodius (Conradus) Mathematicus 292. 344.
*Datzenried* v. Dela. Familia nobilis 640.
*Dangemont* vicus 266.
Debita Cameræ Enſisheimenſis 28.
Decani Collegii Med. Argent. 345.
Decapolis Alſatiæ 278. ſqq.
Decius (Ludovicus) 195.
Deckeri Typographi 275.
*Deckweiler* vicus deſtructus 44. 455.
Degelini vid. Wangen.
S. Deicolus 475.
*Deinheim* vicus deſtructus 72. 375. 455. Familia nobilis 641.
Deinſpergenſes 217.
Dela caſtrum 33. 48. 434. oppidum 49. 101. 276. Ballivatus 48. 715.
*Demadrys* familiæ poſſeſſiones 288.
*Denckelsheim* vicus 129. 244.
S. Deodati Eccleſiæ poſſeſſiones 74. 77.
Deputatorum Collegium Argent. 337.
*Derſch* (Johannes à) 188.
S. Deſiderii majoratus 49. ſq.
*Deſmarais* familiæ poſſeſſiones 41.
*Deſney* vicus 51.
*Deſſenheim* vicus vid. Teſſenh. Familia nobilis 641.
*Dettenheim* vicus 179.
Dettlingen familia nobilis 703. Benigna Salome 265. Meilacus 152. 261.
Dettweiler vicus 219. ſq. Ballivatus 743.
*Deutſchmann* familia nobilis 641. 151.
*Deutſch-Riembach* vicus 272.
Dhan caſtrum 174. 434. viculus 174. Ballivatus 746. Præceptoratus Ord. Teutonici 226. 453.
Dicke Dynaſtæ 168. 262. 526. 629. Alexander 524. Johannes 48. Walterus 435. 568. Werlinus 417.
*Didenheim* vicus 40. 725. Familia nobilis 172.
*Diebolsheim* vicus 241. 654. 699.
*Diebolsthauſen* vicus 133.
*Diefenbach* vici 133. 163. 198. 230. 411.
*Diefenthal* vicus 202.
*Diefmats* vicus 44.
*Diemaringen* familia nobilis 641.
*Dierbach* vicus 186.
*Dierisberg* (Wiricus à) 594.
*Dierisheim* vicus 233.
Dieteri vid. Rosheim.
Dietrich familia Argent. 251. 269. Johannes 743.
*Dietweiler* vicus 57.
*Dimmthal* vicus 212. 214.
*Dinckelsheim* vicus 244.
*Dingsheim* vicus deſtructus 90. Epiſc. Arg. vici 141. 148. 191. Familia nobilis 641. Burcardus 141.
S. Dionyſii Abbatiæ poſſeſſiones 273. 301.
*Dirckesſtein* familia nobilis 645.
Directorium ord. Equeſtris Alſatiæ inf. 340. 684.
*Dirlin* familia nobilis 640.
*Dornleim* familia nobilis 566. Prioratus 196.
Diſpenſatores v. *Spender*.
*Dittling* vicus 240.
Dives v. *Reich*.
*S. Dizier* vicus 50.
*Dorrenbach* vicus 190.
*Dold* familia nobilis 641.
*Dolleren* vicus 145.
Dominia Alſatiæ 257.
Dominicanorum monaſteria 110. 294. ſq. 299. 354. ſq. 381. 451. 453. 747.
de Dotto vid. *Hatt*.
*Dompeter* vicus 214.
Donauer (Fridericus) hæreſiarcha 340.
*Donnersberg* mons 126.
*Donnerſtein* 68.
*Donnſchleri* vicus 234.
*Dorant* vicus 47.
*Dorlisheim* v. Dorolsheim.
*Dormenza* familia nobilis 83. 725.
*Dornach* caſtrum & vicus 19. 434. 642. Familia nobilis 642. 671. Ulricus 166.
*Dornenburg* caſtellum 204. 434.
Dornheuſeri 158.
Dorolsheim vicus 269 353. Ballivatus 740. Familia nobilis vid. Burgeravii.
*Doſenheim* vicus 210.
*Doſſenheim* vicus 141. 193. Familia nobilis 641.
*Douzlert geſeſſe* 437.
*Drachenfels* vicus 246.
*Drachenſtein* caſtrum 251. 434. Ganerbiatus 398. Familia nobilis 641. 140 Anſelmus & Eberhardus 251.
Draſo inquilit r hæreticorum 340.
*Dratt* (Chriſtoph. de) 192. 435. Joh 177. 252. 412.
*Draxlorf* familia nobilis 64.
*Drey-Egisheim* caſtrum 258. 434.
*Dreyzehen* familia nobilis 641. Andreas 346.
Dringenberg (Ludovicus) 386.
*Driveis* vid Triſels.
*Droit de communauté* 277.
*Druhtersheim* 193. vid. Truchtersheim.
*Druſchweiler* vicus 186. 189.
*Druſenheim* vicus 232. Familia nobilis 641.
*Dubisheim* vid. Duppichheim.
*Dubolsheim* vid. Diebolsheim.
Ducatus Alſatiæ 9. ſqq. a Suevico ſeparatus 545.

Ducas

Duces Alſatiæ 501. 539. 555. Franciæ orientalis 601.
*Duchingen* vicus 248.
Ducili judicium 383.
*Dumanhuger* familia nobilis 641.
*Dumenaz* 187.
*Dumenheim* vicus deſtructus 117. 455. caſtrum 434. Familia nobilis 641.
*Dumholder* familia nobilis 642. Dietericus 651.
*Dumtenheim* vicus 134. 267. 522.
*Dungesheim* vid. Dingsheim.
*Duntzenheim* vicus 122. Familia nobili 648.
*Duppichheim* vicus 170. 684. 705. 709.
Durbachii nobiles 224.
*Durckheim* v. Eckbrecht.
*Duringen* vicus 55.
*Durlender* familia nobilis 642. 644. Henricus 525.
*Durlisdorf* vicus 14.
*Durrenach* caſtrum 36. 434. vicus 704.
*Durningen* vicus 140. 191. 223. Familia nobilis 642. Burcardus, &c. 140.
*Durren-Entzen* viculus 75.
*Durren-Logelnheim* vicus deſtructus 118. 455.
Durrii vid. Roshcim. -
*Durſtel* vicus 198.
*Dutſchmann* v. Richter.
*Dutzenheim* vicus 167. 169. ſq. 684. 714.
Dynastæ Alſatiæ 608. eorum origo 631. peregrini 628.
Dynastia Alſatiæ Inferioris 201.

## E.

*Ebel* familia nobilis 642.
*Eberbach* vicus 180. 230. 241.
Eberhardus Comes 49. 192.
*Eberſmunſtatt* monaſterium 110. 453.
*Eberntbal* 432.
*Eberſheim* vicus 164. 166. Advocatia 162. Familia nobilis 642.
*Eberſheim-Munſter* Abbatia 84. 106. 146. 156. ſqq. 161. 169. 179. 186. 220. Vicus 157.
Eberſtini Comites, Bernhardus 161. 241. 412. 571. Henricus 167. Johannes 53. Joh. Jacobus 840. Otto 701. Wilhelmus 177.
Eccleſia ſubra 702.
Eccleſiarum allodia 266.
Eccleſiaſtica judicia 332.
*Ech* terminatio vocum 249.
*Echardsweiler* vicus 138. 231.
Eckbrecht de Durckheim familia nobilis 703. 856. Algotus 568. Alhemius 251. Cuno 252. 677. Hammannus 142. Henricus 250. 252. 432. 628. Hertwigus 251. ſq. Petrus 412.
*Eckholzheim* vicus 267. 645. Familia nobilis 642.
*Eckenbach* Alſatiæ ſuperioris limes 15. 106. 115.
*Eckendorf* caſtellum 226. 434. 720. vicus 132. 225.
Eckenſtein Typographus 149.
*Eckerich* caſtrum 123. 271. 414. vicus 124. Familia nobilis 642. vid. Waiſeler.
*Eckwerthein* vicus 218. 227. ſq. 239. Familia nobilis 642. vid. Marx.
*Edelknecht*, Armigeri 612.
*Edenburg* vicus deſtructus 455.
*Edigheſen* vicus 451.
Egisheim caſtra 71. 86. 434. 475. oppidum 86. 90. 276. An Landgraviatus ſuper. caput 15. Advocatia 70. Comitatus 72. Comites 474. 496. 122. Carolus 366. Gerhardus 133. Hedwigis 58. 72. 449. Henricus 475. Hugo 89. Stephania 609. Udalricus 609. Wernherus 475. Familia nobilis 475. 642.
*Eglingen* vicus 44.
*Eguenigue* vicus 15.
*Eberweyer* caſtrum 215. 434. 684.
*Ehnheim* inferius vid. *Niederehnheim*; ſuperius vid. *Oberehnheim*.
Ehrmann (Jo. Chriſt.) 345.
*Eich* familia nobilis 643. dux Argent. 308.
*Eichelberg* vicus deſtructus 216. 455. Familia nobilis 643. Burcardus 270.
*zu der Eichen* vicus 47.
Eicheſtein (Jo. Jacobus) Monetarius 321.
*Eichhofen* vicus 156.
*Eilbenſtein* familia nobilis 643.
*Einerbach* rivus 147.
*Einartzhauſen* caſtrum 199. vid. *Pfaltzburg*.
Einſidlenſe monaſterium 80.
*Elſweiler* vicus deſtructus 58. 234. 455.
*Ei* vicus 153.
*Elbersdorf* vicus deſtructus 229. 455.
*Elbertsweiler* vicus 295. 694.
*Elchesheim* 177.
Elegia 153.
Elcon 168.
*Eley* vicus 231. 253. 294.
S. Eliſabethæ monaſteria 294. 299.
*Ellenweiler* vicus deſtructus 130. 455. Monaſterium 453. Familia nobilis 641.
Ellus fluvius 74.
*Elnhart* familia nobilis 643.
*Eloy* vicus 48.
*Elſaß* familia nobilis 643. vid. Alſatia.
*Elſenheim* vicus 259. Nobiles 168.
Elsgaudia 14.
*Elvert* (Jo.) 198.
*Emlingen* vicus 38.
*Emm* (*auf der*) capella 411.
*Emmenhofen* familia nobilis, Rollius 115.
Emunitas 17. inferior 429. Rubeacenſis 78.
*Endingen* familia noblis 643. 708. Rudolfus 211. ſq. Thomas 150. 719.
*Engaſt* familia nobilis 643.
*Engelbrecht* familia nobilis 643.
*Engelburg* caſtrum 40. 434.
*Engellandiſch Hof* 352.
*Engelſpach* villa 203.
*Engenthal* 195.
*Engweiler* vicus 101. 125. 226. 252.
*Enrweiler* caſtrum & vicus deſtructi 44.
*Enſisheingen* vicus & caſtrum dirutum 42.
*Enshein* vicus 225. 230. 270. 294. 275. 527. 684. Familia nobilis 619. 641.
Ensisheim oppidum 65. 276. 717. Mundati ſuperioris pars 98. ſedes Conſilii regii 28.
Enſisheimenſe Regimen 80. ſqq. 722. Ballivatus 717.
*Epfich*, Epiſcum vicus 115. 167. caſtrum 431. Familia nobilis 643. 678. Dietſchius 259. Dietericus 116. Johannes 136. Ludovicus *ibid.*
Epiſcopales civitates 276.
Epiſcopi Alſatiæ 15.
Epiſcoporum juriſdictio 277. 329. jus monetandi 319.
Epochæ Alſatiæ Germanicæ 3.
*Eppenbrunn* vicus 234.
*Eppenſtein* Nobiles, Gotefridus 136. Sifridus *ibid.*
Ertingen familia nobilis 686. Henricus 35. 506. Hermannus 23. 35. 508. 598. Johannes 81. Puliantus 60.
Equeſtria corpora 685.
Equites aurati 631.
Erbacenſes Comites, Georgius 287. 576. Eberhardus 576.
*Erbe* familia nobilis 643. 706 Burcardus 650. Johannes 88. 268. Walterus 572.
Erbius (Matthias) 110.
*Erbisheim* vicus deſtructus 41. 455.
Erehangerus Cameræ nuncius 9.
*Erchartsweiler* vicus 238.
Erckenbaldi Epiſcopi Argent. nummus 322.
*Erenberg* Nobiles, Henricus 436. Johannes 137.
*Erſweiler* viculus 174.
Ergaſtulum Argent. 305.
*Ergersheim* vicus 146. 666. 674. 720. Familia nobilis 643. 678.
S. Erhardi capella 301. Hoſpitale 403.
Erlacenſis præpoſitus (Wilh.) 182.
*Erlenbach* vici 183. 202. ſq. 242. 429. 435. Wilhelmus 266.
*Erlenbronn* vicus 214.
*Erlenburg* caſtrum 263. 435. 657. 706.
*Erlenhopf* villa 232.
*Erlin* familia nobilis 643. Johannes 106. Nicolaus *ibid.*
*Erlingen* vicus 199.

Ensericus Morolius 128.
*Entzolsheim* castellum 435. 752. vicus 146. 223.
*Epstein* vicus 164. 276. 511. castrum 138. 131. 340. 435. 444. Familia nobilis 635. 644. Bernhardus 703.
Erstinensis Abbatiæ posselliones 112. 159. 218. 261.
Erstenberger (Andreas) 206.
*Erthurg* castrum 138.
Erthalii Nobiles 169.
Ervinus a Steinbach 292.
*Eschan* insula 164. vicus 235. 684. Familia nobilis 700. Monasterium vid. Hasovia.
*Eschbach* vicus 174. 185. sq. 255. 411.
*Eschberg* vicus 198. 451.
*Eschelmer* viculus 123.
*Eschenau* familia nob. 437. 644. Fabianus & Ludovicus 191.
*Eschene* vicus 47.
*Eschery* vid. Eckirch.
Escholtzweiler vicus 60. 698. Ballivatus 718.
*Eschthausen* vicus 250.
*Esse* quid? 322.
*Essert* vicus 56.
*Estdatte* vicus 41.
*Estevenant* 46.
*Estophin* castrum 130. 205.
*Eststein* vicus 48.
Etichonidarum possessiones 64. stirpes 464. sqq.
Eticonidarum possessiones 64. stirpes 464. sqq.
Eticonidarum possessiones 64. stirpes 464. sqq.
Etic

*Franckreich* castrum 435.
*Franckweiler* vicus 186.
Francofurtenses nundinæ 338.
*Francs-maçons* 338
*Franenau* 722.
*Frauenhauß* 293.
*Freckenfeld* vicus 190. 191.
*Freland* vicus 21.
*Freschweiler* vicus ignotus 212.
*Freyingen* caſtrum 18. ſq. 435.
*Freydeberg* v. Schorp.
*Freydeneck* caſtrum 261. 149. 435. 706.
*Freydenſtein* caſtrum 277.
Freveler (Johannes) 60.
*Freyersſtein* caſtrum 87. 190. 435.
*Freybof* 19. 42. 460.
*Freyſpach* vicus 228.
*Freyſtett* vicus 273.
Friburgenſis Academiæ origo 50*.
Friburger (Michael) Typographus 375.
Friburgum Alſatiæ ædemta 5.
Frid (Jo. Jac.) 146.
*Fridberg* caſtrum 97 435.
*Friderici* familia nobilis 644.
Friderici I. Imp. res geſtæ in Alſatia 198. 353. ſqq. 359. 370. 401. 549 ſq.
Friderici II. Imp. res geſtæ in Alſatia 319. 370. 411. 552. 554.
Friderici III. Reg. R. res geſtæ in Alſatia 359. 371. 384. 502
Friderici IV. Imp. res geſtæ in Alſatia 312. 359. 371.
Friderici, Suevix & Alſatiæ Duces 547. ſqq.
*Fridolsheim* vicus 142. 191. 209. ſq.
*Fridrichsbuhel* 179.
Fridung (Conr.) 70.
Frics (Jo.) 139.
*Friſen* vicus 38.
*Friſesheim* vicus 118.
Frigidæ vallis monaſterium 92. 413.
Frigidi fontis-prioratus 60. 460.
Fromeri Baronis 55. Barones & Comites 687. ſq. Carolus 58 Hamannus 595. Johannes 377. 595. Theodoricus 23.
*Frunſperg* vid. Frundſperg.
Frundsberg (Joh. Leonhardus) 345.
*Fryſchen* vicus 234.
*Fryſchweiler* vicus 250. 252. 411. 638.
*Frohnwaldt* vicus 198.
*Froide-Fontaine* vicus 50.
*Fruidenal* 92.
*Frunzell* viculus 411.
*Fryſtbach* caſtrum 59. 435.
*Frundſperg* caſtrum 241. 249. 435. Familia nobilis 644. Eberlinus 435. 622. Elifabetha 240. 435. Ludovicus 241. 436. 447. 709. Symundus 447.
*Fuchſe* vicus 52.
Fuggeri Comites 62. 774. Chriſtophorus Rudolfus 51. 204. Franc. Ernelius 102. Joh. Ernelius 60. 103. 204. Joh. Jacobus 32. 69. Raimundus 40.
*Fulkersgeshein* vid. Pfulgriesheim.
*Fulle* familia nobilis 644. ſq.
*Fullengarten* villa 221.
*Fulrodisvillare* 373.
*Furchhauſen* vicus 216. 236. 674. 684.
*Furlach* v. Forlach.
Furſtenbergici Comites 151. 172. Ego 76. Jac. Ludovicus 107. Wilhelmus 214.
*Furſteneck* caſtrum 101.

## G.

Gachnang (Jo. de) 59.
Gail familia nobilis 728. 403.
Gailing familia nobilis 705. 236. 246.
Galea inſignium 324.
*Galſingen* vicus 43.
S. Galli monaſterium 58. Capella 101. villa 214.
Gallica Alſatiæ periodus. 721.
Gallus (Jodocus) 82.
Gambs (Lud. Jac.) 242.
*Gamsheim* vicus 160.
Ganerbiatus 681.
*Garence* 362.
*Gau* 127. 685.
*Gaubisingen* vicus 240.
Gautier Cof. Weiſſenb 242.
Gayot familia nobilis 728. 305.
*Gebesheim* vicus 63.
*Gebersweiler* vicus 81. 82. caſtrum 168 436.
*Gebolzheim* vicus 249. 719 Familia nobilis 644.
Gebweiler oppidum 92. 276. Bellivatus 738. Familia nobilis 645. Crafio 96. 667.
Gebwilerus (Hieronymus) 94. 344. 361. 368.
*Giſſe* vicus 212.
*Gadertheim* vicus 678. 710.
Geigeri 270
Geil de Geilſperg 40.
Geilerus (Johannes) 341. 344.
*Geilweiler* villa 185.
*Geisburg* caſtellum 419.
*Geiſsberg* vicus 47.
*Geisbauſen* viculus 98.
*Geiſſoltzheim* vici 57. 112. 165. 720. caſtrum 165. 436. 707. Familia nobilis 645.
*Geisweiler* vicus 233 261.
*Gemar* oppidulum 111. 132. 276. 710.
Genevenſis diœceſis 5. Comes 332.
*Gensbach* 228.
*Genſperg* villa 149.
Genua camera Imperii 348.
S. Georgii Eccleſia Hagenoæ 354. Nanceii 302. Curia dominica 264.
Gerardde 126.
Gerbelius (Nicolaus) 344.
*Gerbweiler* 92.
Gerhardus Comes 131. 192.
Gerlaci villa 236.
S. Germani vici 54. ſq. 429. villa deſtructa 455. caſtrum 176 247. 436.
Germanica Alſatiæ Perindus 8.
Germersheim oppidum 127. 178. 401. Præfectura 178.
de Gernsheim (Petrus) 347. ſq.
Gerolsecк caſtra 212. ſq. 436. Dynaſtæ 620. Adelheidis 214. Burchhardus 112. ſq. 675. Eliſabetha 112. Gangolfus 600. Gebhardus 212. 214. Henricus 444 Hermannus 560. Hugo 138. 141. Johannes 141. 214. Kunigunda 214. Simon 211. Volmarus 214. Waltamus 211. Wolfherus 144. 146. 164. 167. 422. 605. 626. ſq. 660.
*Gerſchweiler* vicus deſtructus 14. 435.
*Gerſdorf* vicus 230 276.
*Gerſpach* vicus 233.
*Geyſpheim* vicus 265. 684. 701. 703. caſtrum 436.
*Gertringat* (Henricus de) 412. 591.
*Gertweiler* vicus 207. ſq.
Gerungi Cnmitatus 193.
*Gerut* vicus 98. 163.
Geſelini 77.
Geſslingeri 224.
*Gentersheim* vicus 227 ſq. Familia nobilis 645.
*Geonaut* vicus 41.
*Geweshein* vicus 61.
*Geyling* vid. Gailing.
Geyeri Nubiles 71.
*Gezog* jus 217. 327.
*Gickerweiler* viculus deſtructus 222. 455.
Gilbevillare (Phil. de) 113.
*S. Gilg* capella 121.
*Gilgenberg* vid. *Iner.*
*Gilrweiler* vicus 43.
*Gimbrat* vicus 221. Familia nobilis 645.
*Glasheim* villa 140.
*Gisſpach* vicus 130. 4 2. 648. 695.
*Girhaun* caſtrum 150. 170. 195. ſq. 436. Familia nobilis 645. Diceticus 167. 645. Erlewinus 594. Waltheius 271. 308.
*Giromagny* vicus 48
*Girſperg*, *Girſpurg* caſtrum 109. 119. 282. 436. Familia nobilis 616. Dieticus 119. 368. Otto 121.
Gifelberti Comitatus 127.
*Giſselsheim* vicus 129. 243. ſq.

*Glashalde* mons 219.
*Glaskempten* villa 214.
GLAUBITZ familia nobilis 728. 261.
*Glückorbach* vicus 184.
*Gleiffenzell* vicus 184.
*Gleiffweiler* vicus 185.
*Gleven*, *Gleveer*, haltati 235.
*Gliers* caſtrum 52. 436. vid. Froberg.
*Glockelsberg* 259.
Glutzii Solodur. 58.
*Gnadenthal* monaſterium 452.
*Gnypping* vid. Knipping.
Gockilinga caſtrum 182.
*Gockweiler* vicus 207.
*Godramſtein* præfectura 183. Gerayda 127. Familia nobilis 183.
*Gœcklingen* vicus 184.
*Godersheim* familia nobilis 645.
*Goffi* vicus 138. 195. ſq. Familia nobilis 645.
*Golmitz* familia nobilis 246.
GOHR familia nobilis 725. 41. 61.
*Goldbach* monaſterium 411. viculus 98.
Gol (Jo. Car) 146. Johannes 374.
Gollen (Wilh. à) 271.
*Gomersheim* vicus 248. Familia nobilis 432.
*Gommersdorf* vicus 41.
*Gondrechanges* vicus 198.
*Goneſſe* vicus 206.
S. Gorgonii capella 165.
*Goſſe de Gufſinberg* familia nobilis 645. Gerwicus 665.
Goſſelini 269. 405. 645.
*Goſſelingen* vicus 125 198.
*Goſſinar* familia nobilis 645.
*Gotelingen* villa 166.
*Gotheshauſen* vicus 212. 214.
Gotſchalckii 389.
*Gottesheim* vicus 193 222. 261. Fridericus 313. Matthias 238 362. 678.
*Gottesthal* monaſterium 453.
*Gotterweiler* 208
GOUVERNEUR (Marchiones de) 62. 628.
Graduale judicium 392. 429.
*Graffendhan* caſtrum 174. 416.
*Gratt ab Angratt* familia nobilis 634. 645. Bartholus 100. Egidius 260. Hanemannus 102. Johannes 100.
*Graf* familia nobilis 645.
*Grafenhauſen* vicus 162.
*Grafenhuitzlin* 162.
*Grafenhof* 162. 194.
*Grafenthalen* vicus 269. 641.
*Grammont* (Beatrix Octavia de) 724. Comitatus 103.
Granarium Argentinenſe 304.
*Grandfſchberhof* villa 232.
Grandvillenſe monaſterium 4. 476.
*Grandvillart* oppidulum & caſtrum 50. 52. 436 645. Familia nobilis 645. 38. 56. Henricus & Johannes Jacobus 52. Theobaldus 47.
*Grange* vicus 47.
GRANGE (Jac. de la) Intendens 51. 71. 257. 723. 714.
Granvella (Nic. de) 58.
GRANVILLE (Bide de la Intendens 723.
*Graffendorf* vicus 255. Familia nobilis 645.
*Graſſon* mons 61.
Gratia Dei formula 21.
*Grauthbaum* vicus 233.
*Greenſtein* (Nic. de) 151.
Gregoriana vallis 218. 409. Abbatia 118. 285, 361. 366. ſq. 319. ſq.
*Greiff* familia 356.
Greiffenaugia 160.
*Greiffenſtein* caſtrum 139. 167. 436. 646. Familia nobilis 646. 116. Eberhardus 167 Eberlinus 139. 167. 212. 224. 672. Georgius 139 Heſſo *ibid.* Mesibodus *ibid.* Petermamus *ibid.* Wilhelmus 167.
*Gremp de Freudenſtein* 733.
*Grendelbruch* vicus 149. ſq.
*Grentzingen* vicus 34.
*Grepern* vid. Kretweiler.
*Gresweiler* vicus 245.
*Grete* quid? 360.
*Gretzingen* caſtrum 177.
*Grevenhauſen* vicus 185.
*Grunch* vicus 98.
Grieninger (Bartholomæus) Typographus 245.
*Griet* vicus 217. Familia nobilis 646.
*Grietbach* vicus 161. 221. 230. 239.
*Grietheim* vicus 141. 145.
S. Grimmaen 136.
Grindalius Angliæ primas 210.
*Griſa* vicus 227.
*Griſbach* vicus 120. 411. 648.
*Gronagey* vicus 48.
*Gronne* vicus 50.
*Groſſein* familia nobilis 646. Agnes 656. Goetzius 125. 668. Nicolaus 330. 619.
Groſſi Argentinenſes 370. 322.
*Grorweiler* familia nobilis 646.
*Grube* vicus 161.
*Gruis* (Hugo de) 405.
*Grun* vicus 51.
*Grundruhr* quid? 308.
*Grunenberg* familia nobilis 646. Anſelmus 243.
Grunenſis vallis 23.
*Grunerwart* 291.
Gruninger Typographus 349.
*Grunſtadt* oppidum 177.
*Grunſtein* caſtellum 156. 261. 436.
*Grunſtheim* vicus 72. 714.
Gryneus (Jacobus) 342.
Gryfeæ ſorores 355.
GUBERNATORES Alſatiæ 722. ſq.
Guermangii 237.
*Gugenheim* vicus 140. 167. 217. caſtrum 436. Familia nobilis 646.
Guida (Johannes) 314.
S. Guidonis facellum 365.
S. Guillelmi parochia 296. Collegium 345. monaſterium 302.
*Guilliſtatt* vicus 211.
*Guirigotte* v lla 201.
*Gumprechtshofen* vicus 111. 238. ſq.
S. Gundberti habitatio 203.
*Gundersichingen* vicus 198.
*Gundesheim* villa 140 168.
*Gundolfsheim*, *Gundelsheim* vicus 84. 91. 616. caſtrum 416. Familia nobilis 616. Sigfridus 119. 122. 285. 371. Wernherus 168.
*Gungweiler* vicus 198.
*Gunſtel* villa 231.
*Gunſtett* vicus 228. 256.
*Guntershofen* vicus 219.
GUNTZER familia nobilis 728. 352. Chriſtophorus 268. 316.
*Gurtzer* familia nobilis 636.
Guſtenhofer Alchimiſta 325.
*Guſtermum* 201.
GUTENBERG (Johannes) inventor Typographiæ 246. caſtrum 178. 289. 436. Balliva tus 746. Familia nobilis 646.
*Guttenburg* caſtrum 122.
*Guttenhauſen* curia 408.
*Gutesheim* 18.
Gymnaſia 122. 144. 355.
*Gypſel* mons 419.
Gypſi fodinæ 227. 419.

## H.

Haas (Jodocus) 174.
*Haiseracker* villa 216. 239.
Habrecht (Iſaac. & Jaſ.) artifices 292.
HABSBURG caſtrum 18. 460. Comites 18. 459. *Adelbertus* 19. 202. 469. 472. Albertus 17. 36. ſq 349. 472. Eberhardus 499. Eppo 101. Gottfridus 17. 36. 67. Hartmannus 66. Johannes 31. 54. ſq. 59. 135. 527. Otto 469. Rathodus 32. Rudolfus 11. ſqq. 17. ſq. 56. ſq. 59. 472. 499. Wernherus 18. 101. 468. ſq. poſſeſſiones 90. 96. 99. 142. 145. 159. 163. ſq. 168.

*Habrbeim*

*Halsheim* vicus 58. 276.
*Hachimette* vicubus 112. 415.
*Hacke de Schweighausen* familia nobilis 38. 646. 668. Cunemannus 44. Fridericus 23. Jo. Ludovicus 40.
*Hacker* vid. Landsperg.
HADSTATT-caſtrum 91. 437. 695. vicus 70. 90. Familia nobilis 70. ſq. 91. 646 Antonius 572. Chriſtophorus 51. 231. Conrad Gutmann 648. Conrad Wernherus 70. 120. 181. 660. ſq. Cuno 88. Cunzemannus 202. Epo 88. 101. 171. Fridericus 88. 124. 202. 261. 431. 598. 597. Hanemannus 88. 414. 595. Henricus 67. 88. 202. Johannes 271. 417. 594. Lucardis 648 Nicolaus 88. Sigiſmundus 177. Symon 417. Vigilius 120. Waſſerius 501. Wernherus 88. 101. 119. 457. Wilhelmus 592.
*Hagenheim* viel 36. 61. 214.
Hagendratis diviſio 326. jura 173.
*Hafungen* vicus 61.
HAFNER DE WASSELNHEIM familia nobilis 705. Georgius 251 Wolfgangus *ibid.*
*Hage* familia nobilis 647.
*Hagelsbolen* 152.
*Hagelſchloß* caſtrum 417.
HAGENAU Civitas Imp. 153. ſqq. 734. oppignerata 554. Dominia ejus 270. Fœdera 278. ſq. Sculteti 559. ſq. Silva 161.
*Hagenbach* caſtrum & vicus 38. 437. 731. oppidum 179. 277. Familia nobilis 647. Jo. Chriſtophorus 411. Petrus 22. 201. 202. 593. 598. Stephanus 23.
*Hageneck* caſtrum 260. 417. Familia nobilis 647.
Hagenoenſis præfectura 178. 281. vid. Advocatia provinc. Balliv atus 744.
*Hagenthal* 36. Familia nobilis 647.
Hahn (Jo. Jac.) 116.
HAINDEL DE BERTENBRUCK familia nobilis 706. 212. 263.
*Haldenburg* caſtrum 308. 349. 417.
*Halle* familia nobilis 647.
Halleri 197. 417.
*Hallweil* familia nobilis 18. Burcardus 60. Johannes 594. Thuringus 18. 57. 62. 91. 598. 598.
*Hamgericht* 330.
*Hammayen* (Henricus de) 267.
*Hambach* vicus 198.
*Hamelsbach* 274.
*Hammerſtein* familia nobilis 647.
Han (Jodocus) 81. Vitus 361.
HANAU Comites 628. Frid. Caſimirus 228. Ludovicus 646. Jo. Reinh. 215. 222. 226 234. 249. 330. Philippus 215. 229. 234. Familia Equeſtris 646.
*Hanckenweiler* vicus 198.
*Handſchuhheim* vicus 250. 353. Dietericus 436.
*Hanebach* rivulus 63.
*Hanenheim* familia nobilis 647.
*Hanf* officina virtuaria 203.
*Hangenbietenheim* vicus 228. Familia nobilis 647.
*Hanlinſen* vicus 190. 192. 253.
*Hannmanshof* villa 198.
*Harburg* v. *Horburg.*
HARCOURT (Henricus Comes de) Gubernator Alſatiæ 284. 579. 723.
Harderi 73. Guilielmus 372.
*Hardt* ſilva 17. 31. 61. 66. 69. 250. 497.
HARLEY (Lud. Aug. Achill. de) Intendens 723.
Harleſton eques Anglus 311.
*Harnaſch* de *Weitkirchen* (Gerhardus) 258. 274.
*Harſt* familia 251. 389.
*Hartberg* vicus 195.
Hartenfels caſtrum 662.
*Hartbauſen* viculus 270. 361. Familia 520.
*Hartmannsweiler* vicus 86. 684. 696. caſtrum 437.
Hafcovia monaſterium 81. 84. 156. 161. ſq. 168.
*Haſelach* vicus 79. 149 172. 249. vallis 147. Familia nobilis 647. Collegiata 146. 148. 150. 211. 746.
*Haſelau* vicus 199.
*Haſelbach* rivus 147.
*Haſelburg* vicus 199.
*Haſen* a *Lauſen* familia 259. 441.
*Haſenburg* (Ulricus Theobaldus de) 535.
*Haſeneckerhof* villa 214.
Haſſiacus Landgraviatus 21.
Haſtatus miles 235.
HATSEL familia nobilis 729. Gaſparus 580.
*Haſtatt* vid. *Hadſtatt.*
HATTEN vicus 120. 133. 231. caſtrum 437. Ballivatus 745.
Hattgovia pagus 126. 230. 240.
*Hattisheim* vicus deſtructus 165. 455.
*Hattmannsdorf* familia nobilis 39. 512. Wernherus 23. 67.
*Hattmatt* vicus 220. 223. Familia nobilis 647. Sigfridus 222.
*Hatzenbuhl* 174.
*Hauke* viculus 195.
*Hauenſtein* viculus 174.
*Haunoeſſer* familia nobilis 648.
*Hauſen* vicus 216. 220. caſtrum 437. villa deſtructa 44. 455.
*Hauß* vid. *Haus.*
*Hausgauen* vicus 38.
*Hausgenoſſen* 321. 393.
*Hausgereuth* vicus 223.
*Hautegoutte* villa 206.
*Hautefeſte* vid. Alta ſilva.
*Hattenbutter* 123.
*Hauwart* familia nobilis 648.
*Hayngeraude* 127. 398.
*Heiſtorf* vicus 51.
Hechinga Sueviæ oppidum 131.
*Hechen* vicus 47.
Hecker familia Hagenoæ 356.
HEDIO (Caſparus) 341. 344. ſq.
Heerbrandus (Philippus) paſtor Hagenoenſis 368.
*Heſel* vicus 190.
*Hegency* vicus 255.
*Hegenheim* vicus 212. 214.
Heggovienſis Landgraviatus 16.
*Hegle* caſtrum 270. 437.
*Heidecke* (Conradus de) 174. 272. Johannes 272.
Heidelberga caſtrum 7.
*Heidelin* familia nobilis 648.
*Heiden* familia 258.
*Heidenbolwerck* 291.
*Heidenhabein* vicus 112.
*Heidenweiler* caſtrum 38. ſq. 438. Familia nobilis 39. 648.
*Heilenbach* vicus 248.
*Heilige Creutz* oppidum 80.
*Heiligenberg* vicus 148. 150.
*Heiligenforſt* 362. 518.
*Heiligenſtein* vicus 207. ſq. Familia nobilis 648. Guezius 100.
Heilmannus (Andreas) 246.
*Heilsbruck* monaſterium 451.
*Heimburger* 402.
*Heimersdorf* caſtrum 38. 437. vicus 52.
*Heimsbrunn* caſtrum 437. vicus 102. Familia nobilis 628.
*Heinich* vicus 174.
*Heiterheim* vicus 117. 503. 651.
*Heldenſtein* vicus 248.
S. Helenæ eccleſia 206.
*Helfant* familia Weiſſenburg. 380.
*Helfenſtein* familia nobilis 648. Johannes 139.
*Helgrantzbirch* vicus 57.
*Heller*, moneta 722.
Heller (Jo.) Conſ. Argent. 246.
*Helmſtein* (Degenhardus de) 558.
*Helmsmungereuth* vicus 169.
*Helmſingen* vicus 223.
Helmſtadii fam ilia Landav. 398.
Helvetica confeſſio 241.
Helvetici fœderis occaſio 18. 427.
Helvetus Romanorum 102.
*Hemmenburen* villa deſtructa 214. 216. 455.
*Henckenſtiehen* feudum Imp. 356. 405.
*Henbeim* vid. *Henheim.*
*Henflingen* vicus 38.
*Hengenweiler* vicus 214. 239.
Henneberg Comitatus 19.
Hennequin Baro. 262.
HENRICUS I. Rex Germ. 306. 540.
HENRICI II. Imp. res in Alſatia 142. 306. ſq. 497.

Henrici III. Imp. res in Alsatia 307. 497.
Henrici IV. Imp. res in Alsatia gestæ 128. 498. 547. nummus 222.
Henrici V. Imp. res in Alsatia gestæ 307. 609.
Henrici VI. Imp. res in Alsatia gestæ 10. 307. 358. 492.
Henrici VII. Imp. res in Alsatia 144. 359. 171. 425.
Henrici II. Galliæ Regis res in Alsatia gestæ 313. 359. 396.
*Herbolzheim* vicus 133. 158. 253. castrum 437. monasterium 256.
*Herckheim* vicus 69.
*Herde* villa 120. 166. 179. 228.
Herdense monasterium 127. 178. fq. 186. 449.
*Herfbach* pagus 97.
*Hergerszweiler* viculus 186.
*Hergesheim* 177.
*Heringheim* castrum 437. Familia nobilis 648. 71. Anna 659. Paternannus 308.
Herlinus Mathemat. 344.
*Herlisheim* alibi 349. 438. oppidulum 87. 375. vicus 231. 270.
Hermannus Dux Suevix 11. 306. 540. fqq.
*Hermannsweiler* vicus 242.
*Hermolsheim* vicus 148. 150. 106. monasterium 454. Familia nobilis 649.
*Herolfingen* 108.
*Herolzhurst* vicus 125. 198.
*Herrlen* vicus 158.
*Herrental* monasterium 450.
*Herrenstheck* castrum 95. 97. 438.
Herrenstein Dynastia 210. 724. castrum 105. 249. 253. 418. Familia nobilis 649. Hugo 562. Ulricus 260. 270.
Hervicus architectus 291.
*Herspach* vicus 149.
*Hert* vid. Herde.
*Hertenberg* castrum 83. 438.
*Hertenfels* castrum 82. 108. 438.
*Hertwart* familia nobilis 62. Bartholomæus 59. Joh. Henricus 560. pufillitones 44. 59. fq. 62.
*Herxheim* vicus 174.
*Herxheimweyer* vicus 174.
Herzog (Hermhardus) 595.
*Hefingen* castrum & vicus 61. 101. 438.
*Heslingen* vicus 249.
*Hesse* familia nobilis 649.
*Heslisherst* vicus 233.
*Heslzheim* vicus 159.
*Hetzelshlag* vicus 117.
*Hetzel* familia nobilis 649.
Heus familia 201. 270.
*Heusletten* familia nobilis 649.
*Heuweiler* vicus 38.
*Heyna* vicus 174.
*Hilspach* villa 185.
*Hilsenhausen* vicus 109.
*Hilsheim*, *Hilzesa* vicus 158.
Hiltrius Architectus 202.
*Himmelsheim* vicus destructus 192. 455.
*Hinlisheim* vicus 133. 136. castrum 438. Familia nobilis 649.
*Hinsberg* vicus 198.
*Hingrie* villa 273.
*Hinterschlopf* castrum 258.
*Hinterwaldenthal* viculus 174. 189.
S. Hippolyti oppidum 114. 125. 128. 130. 133. 237. 273. 504. prioratus 272. rupes 53.
*Hipfelmann* familia nobilis 649.
*Hipsheim*, Hipfensheim 266. 101. 132. 171. 194. 604. 708.
*Hirfingense* monasterium 73.
*Hirsingen* castrum & vicus 38. 52. 438.
*Hirtzheim* 171.
*Hirtzbach* castrum 78. 438. vicus 38. Familia nobilis 649. 422. Johannes 23. 56.
*Hirtzelbach* vicus 103.
*Hirtzenstein* castrum 95. 100. 438.
*Hirtzfeld* vicus 59. 91.
*Hirtzthal* vicus 138. 248.
Historiæ Regis jura in Alsatia 587.
Hilfense monasterium 175. 479.
*Hitzenheim* vid. *Huttenheim*.
Hochbergenses Marchiones 63. 233.
*Hochdorf* villa 166. 432.
*Hochfeld* campus 206.
*Hochfelden* castrum 216. 438. vicus 256. 263. 518. 700. Familia nobilis 648. fq. 699. Otto 659. Volrzo 269.
Hochhausen castrum & vicus 177.
Hochfpira rivus 127.
*Hochstatt* familia nobilis 649.
*Hochstet* vicus 38.
*Hochstetter* familia 65. 356.
*Hochweiler* castrum & vicus 236. 242. 246.
*Hochzard* (Johannes) 191.
*Hochzlatz* vicus 254.
*Hoffen* vicus 101.
*Hoisloch* vicus 248. fq.
Hoen à Tillenburg familia nobilis 725. 77.
*Hoinberg* castrum 110.
*Hombrun* vicus 167. 169. 171. 269. 659. Familia nobilis 650 Adelbertus 171.
*Hordt* vid. *Herde*.
*Hoffen* vicus 177. 186. 236. 248. 253.
Hofmannus (Grato) 386.
Hofmeister (Johannes) 374.
*Hofwart* de *Kirchheim* 212. 236. Johannes 139. 105. 575. Eberhardus 253.
*Hohenbir* (Alb. Wolfius de) 233.
*Hogarck* caltrum 433.
*Hoh-Andlau* caltrum 168.
*Hohazenheim* caltrum & vicus 222.
*Hoh Barr* caltrum 139. 431.
Hohbuhn vicus 222.
*Hohenack* vicus 234.
*Hohenack* caltrum 121. 22. 41. 73. 104. 415. 418. Familia nobilis 649. Gertrudis 122. Theodoricus *ibid.*
Hohenberg Comites 204. 460. Agnes 76. Albertus 324. 426. 471. 564. Anna 473. Burcardus 473. Hugo 257. 327. 384. 564. Rudolfus 166. 564. Wyckardus 252.
Honenburg Dominium 253. Caltrum 428. 516. Familia nobilis vid. *Puller*. Monasterium 152. 158. 194. 270. 239. 301. 493. 498. 551.
*Hohenburgweiler* vicus 707.
*Hohenck* (Philippus Franciscus de) 177.
*Hohenfeld* 124.
*Hohenfels* caltrum 167. 216. 249. fq. 274. 428. Dynastia 252. Familia nobilis 649. 267. Johannes 250.
*Hohenforst* vid. Alta filva.
*Hohenjoch* familia nobilis 260. Adamus 47. Casparus 40. 47.
*Hohenlhus* (Philippus de) 247.
*Hohenkirch* Ecclesia 60. vicus destructus 58. 60. 455.
Hohenlolca Domus 232. 476.
*Hohenrieder* familia nobilis 649. 604. Barbara 602. Conradus 267. Rudolfus 241.
*Hohenrodt* caltrum 167. 714.
*Hohenrodern* vicus 41. 43.
*Hohenrupf* caltrum 95. 438.
*Hohenstart* familia nobilis 398.
*Hohenstatten* caltrum 547.
Hohenstattonum poffeffiones 352. 367. 379.
*Hohenstein* caltrum 150. 167. 438. Familia nobilis 619. 123. 132. 270. fq. 454. 561. Albertus 260. Anfelmus 248. 527. Antonius 126. Burcardus 150. 167. 170. Cunemannus 232. Dietericus 128. 140. Engelhardus 233. Georgius 146. 150. 442. Henricus 86. 145. 151. 170. 260. 269. Jacobus 112. 141. 146. 154. 407. Johannes 170. 568. Philippus 302. Rudolfus 140. 142. 150. fq. 165. 170. 219. 393. 571. Wilhelmus 142.
*Hohenvolkren* Principum origo 460.
*Hohrmannsheim* vicus 232.
*Hohrquift* vicus 138. 195.
*Hohrkirch* vicus 233.
*Hohrod* vicus 411.
*Hohrwart* vicus 203. 291.
*Hollar* villa 186.
*Holtzapfel* de *Herzheim* 650. 187. 265. 268. 715. Anna Ludovica 203. Henricus 574. Johannes Henricus 211. Johannes Jacobus 445.
*Holtzburg* villa 186.

*Holzhausen* vicus 232.
*Holtzheim* vicus 147. 167. Familia nobilis 650.
*Holtzwoyer* vicus 71. 375.
Homberge Comites 110. Ita 470. Ludovicus 167. Rudolfus 167. Wernherus *ibid.*
*Hombourg* vicus 60. castrum 349.
Homicidarum pœna 373.
*Honau* familia nobilis 650. vicus 195. fq. Capitulum 154. 231. 243.
*Honcourt* vid. Hugshoven.
Horburg Comitatus 74. 127. Ballivatus 738. Dynastæ & Comites 611. 87. Burcardus 25. 115. 159. 164. Conradus vel Cuno 71. 96. 106. Walterus 25. 76. 80. 96. 99. 115. 159. Waltherus Symon 99.
Hornbacenſis Abbatia 210.
*Hornberg* caſtrum 349.
Horneck familia 127. 398.
Horologium Argentinenſe 292.
Hoſpitalia 45. 301. 355. 368.
Houssays (de la) Intendens 723. 734.
*Heyer* familia nobilis 650.
*Hubach* vicus 6.
Hupfel familia nobilis 705. Reinboldus 160. 325. Hugo Comes 192. 475. fqq.
Hugonis (Johannes) 336.
*Hugsbergen* vicus 201. inferior 270. medius 259. ſuperior 719. Familia nobilis 650. Henricus 636.
*Hugshofen* Abbatia 448. 402. fq. 630.
*Hugſtein* caſtrum 94. 448.
Huiner (Samſon) 418.
*Huiſt* vicus 224.
*Humbrecht* familia nobilis 650.
*Hunawyer* vicus 77. 117. 275. Familia nobilis 650. 119.
*Hund* familia nobilis 224.
*Hunderſtein* caſtrum 167. vicus 132. 146. 194.
*Hunderwiire* villa deſtructa 293. 455.
*Hundingen* vicus 38.
Hunnebug Dynaſtia 218. caſtrum 232. 439. Dynaſtæ 621. Adelheidis 469. Catharina 218. 246. Fridericus 371. 562. Johannes 218. Wernherus 296.
*Hungerpfuhlerhof* villa 224.
*Hungerſtein* caſtrum 94. 100. 446. Familia nobilis 650. Andreas 402. Bertholdus 100. Conradus 94. Diethchius 405. Petrus 100. Wilhelmus 90. 117. 688.
Hunnigem munimentum Alſatiæ 59. 704. 734. Familia nobilis vid. *Meyer.*
*Hunnbach* vicus 38. 186.
*Hunnfeld* familia nobilis 651.
*Hunſingen* (Henricus de) 567.
Hurmingenſes Comites 204. 460.
*Hurtigheim* vicus 147. 171. 236. 684. 719. Familia nobilis 651.
*Hus, Haus, de Domo*, familia nobilis 648. 58. 69. 94. Dietericus 40. 100. 248. Fridericus 87. Hammannus 120. 595. Hartungus 44. 698. Henricus 155. Johannes 40. 69. Joh. Ulricus 44. 69. 121. Nico aus 500. 596. Ulricus 62. 445. Urſula 443.
*Huſen* caſtrum 152. 439.
*Huſenburg* caſtrum 100. 439. Familia nobilis 656. Johannes 161.
*Huſern* viculus 90. 98. Milites 715. monaſterium 452.
*Huttendorf* vicus 255. Familia nobilis 651.
*Huttengericht* 338.
*Huttenheim* vicus 157. caſtrum 167. 439. Familia nobilis vid. Burggravii.
*les Huttes* villa 206.
Huxelles (Nicolaus) Gubernator Alſatiæ 723. 55.

## I.

S. Jacobi Capella 301. Hoſpitale 355. 408.
*Jagerhofen* villa deſtructa 242. 455.
*Jagerthal* 251.
*Iberg* familia nobilis 651.
Ichtersheim caſtrum 439. vicus 171. 684. 702. Familia nobilis 651. 706. Afcanius Albertinus 257.



*Jebsheim* caſtrum & vicus 112. 439. 684.
*Jederswiler* vicus 142. 216.
Jettetten caſtrum 55. 82. 439. Familia nobilis 689. Caſpar 55. Henricus 95.
Jeſuitarum Collegia 67. 82. 144. fq. 293. 355. 366. 880. 437. 747.
*Jettingen* vicus 38.
*Ibersheim* vicus 185.
*Ibburg* 269.
*Ilfurch* vicus 38. caſtrum 439.
*Ilhauſen* caſtrum 269. 422.
*Ilbenſeren* vicus 112.
*Illingen* vicus 174.
*Illkirch* vicus 171. 368. 353. 643. Johannes 210.
*Illwickersheim* caſtrum 439. vicus 208. fq. 353. 643.
*Ilzach* caſtrum 40. 260. 439. vicus 40. 427. fq. Familia nobilis 637. 651. Ofwaldus 127.
Ilumudesheim 518.
Imer de Gilgenberg (Johannes) 24. 600.
Imperatores Germaniæ 555. 209.
Imperii Civitates 277. feuda 216. 225. 257. 323. 431. 699.
*Impflingen* victus 183.
*Inchein* vicus 223.
*Inlpach* vicus 224.
*Inſtal* caſtellum 198. 439.
Incendia 351. 362. 409.
Incrementa Civitatum 276.
*Indecillaes* vicus 52.
*Ingebrecht* familia nobilis 651.
*Ingelheim* (Barbara de) 248. Urſula *ibid.*
*Ingelſod* caſtrum 421. Advocatia 46. fq.
*Ingenuarisheim* vicus deſtructus 104. 402. 455.
*Ingenheim* caſtrum 419. vicus 136. 139. 225. Familia nobilis 651. Henricus 572. Jacobus 147. Nicolaus Jacobus 263.
Ingenui 650.
*Ingersheim* vicus 104.
*Ingolsheim* vicus 187.
Ingweiler oppidum 223. Ballivatus 741.
*Immenheim* vicus deſtructus 259. 666. 674. 684. 699.
*Inrhein* vicus 184.
Inſignia Imperii 138. 356. Landgraviatus ſuperioris 23. inferioris 174. Civitatum 391. Argentinenſia 322. Colmarienſia 391. Militum 632.
Interdictes Alſatiæ 722. fq.
Inter Mercatores familia nobilis 674.
*Jochgrim* oppidum 173. 276. caſtrum 439.
Jœrger (Nic.) 210.
Johan a Mundolsheim familia nobilis 707. Elisabethu 649. Urſula 641.
*S. Johann.* vicus deſtructus 267. 457.
S. Johannis capella 301. monaſterium 450. 138 207. 299. parochiæ 293. 388. fq. 406. præceptoria 86. 261. 285. 293. 366. 380. 388. 422.
*Joncherey* vicus 50.
Jovis mons 126.
*Irlingenberg* villa 166.
*Irmiſtett* vicelus 236. 684.
*Iſenburg* caſtrum 68. 79. 439. Familia nobilis 651. Ludovicus 186. Rudolfus 116. Wernmannus 368. Wilhelmus 116.
*Iſenbachel* rivulus 278.
*Iſenhutſeet* vicelus 223.
Isenheim Dynaſtia 68. 101. caſtrum & vicus 69. Familia nobilis 648. 651. Johannes 100. præceptoria 452. 95. 101.
*Iſenreein* mons 272.
*Iſtein* caſtrum 505.
*Ittenheim* vicus 270. 353. Familia nobilis 652.
*Ittenweiler* monaſterium 452.
*Ittenweyer* vicus 157. 259. 654.
*Itzingen* vicus deſtructus 397. 455.
Judæorum fata 77. 81. 323. 343. 350. 368. 381. 394. 400. 406. 408. 426. ſepulturæ 88. 408. numerus 747.
*Judenbretter* familia nobilis 652.
*Judenburg* caſtrum 122. 4-9.
Judices provinciales 502. 506.
Judicia Eccleſiaſtica 332. Provincialia 25. 127. 500. 503.
Judicium foreſtale 410. Graduale 392. Lapidariorum 338. Monetarium 321.

*Jugenhege* (Guntherus de) 451.
*Jung* familia nobilis 652.
*Jungholtz* caſtrum 88. 439. 652. 694. 701. vicus 276. Familia nobilis 652. Conradus vel Cuno 88. 102. 117. Egenolfus 88. Johannes *ibid.* Wernherus 88.
*Jungzorn* (Nicolaus) 433. Reinboldus *ibid.*
Juralius mons 14.
Juriſprudentia Argent. 325. 327. Colmar. 373. Weiſſenburg. 394.
Jus circa ſacra 282.
Jusjurandum Advocatorum 286. civium Argentinenſium 338.
*S. Juſtin* vicus deſtructus 197. 456.

# K.

*Kalbelin* familia nobilis 652.
*Kage* familia nobilis 652, 673. Albertus 143. 271. Bernhardus 525. Conradus 648. Johannes 116. Wernherus 666.
*Kagenburg* caſtrum 271.
*Kagenreck* familia nobilis 707. 404. Anſelmus 628. Gotzlinus 334. Goſſelinus 628. Johannes 124. 667. Kunigundis 636. Magdalena 696. Nicolaus 636. Wilhelmus 655. poſſeſſiones eorum 266. 269. 352.
*Kagenfels* caſtrum 271. 406. 439.
*Kagenheim* vicus 157.
*Kahlifey* villa 234.
*Kalb* vid. *Schauenburg.*
*Kalbsgaſſe* familia nobilis 652.
*Kaltenberg* villa 700.
*Kaltenbronn* vicus & monaſterium 450.
*Kaltenhauſen* vicus 270.
*Kaltenthal* monaſterium 453.
*Kaltfeſch* familia nobilis 652.
*Kaltweyler* vicus deſtructus 455.
*Kaudel* vicus 190.
*Kanel* familia nobilis 652.
*Kapſweyer* vicus 126. 247. 429.
*Karle* familia nobilis 652.
*Karſpach* caſtellum 39. 439.
*Kaſtenwogt* 557.
*Kaſtenbach* ſubrubium 42.
*Katzenbach* vicus 104.
*Katzenthal* vicus 104. 121.
*Katzenweiler* vicus deſtructus 104. ſq. 455.
*Katzewangen* vicus deſtructus 116. 455. Familia nobilis 116.
*Kauchenheim* vicus 128. 243. ſq.
*Kayl*, *Kehl* fortalitium 291. vicus 702.
*Kefenach* vicus 187. 236. 248. 253.
*Keffendorf* vicus 256.
*Keidesberg* vicus 174.
KEISERSBERG caſtrum 78. 285. 439. Civitas Imperialis 275. ſqq. 415. 734 Advocatia 284. 104. Advocati 590. Familia nobilis 652. Conradus 102. Henricus 368. 417. Waltherus 103. 427. Werlinus 427.
*Kellerey* 184.
*Kember* familia nobilis 658. Dietericus 145. 167. Waltherus 145. Wernherus *ibid.*
*Kembs* vicus 61. 266. 693.
KEMPF familia nobilis 258. 652. *ab Angrast* 689. Cæſar Carolus 100. Daniel *ibid.*
*Kentzingen* oppidum 262.
*Kerbach* vicus 240.
*Kerling* (Marc.) 212.
Kermannus Architectus 291.
*Kertzenmeiſter* quid? 415.
*Kertzfelden* villa 156. Familia nobilis 652. Stehelinus 526.
*Keſſelbach* vicus 180. 183.
*Keſſelsdorf* vicus 183.
*Keſſelring* familia 104. 366.
Keſsler (Thomas) 375.
*Keſslerleben* 713.
*Kettenbultz* vid. Caſtinetum. Familia nobilis 652. Fridericus 519. Regenhardus *ibid.*
*Kefflach* vicus 34.
Keſtler (Theob.) 214.
*Kettenheim* familia nobilis 652.
*Ketterich* villa 234.
*Ketzersgrub* 340.
*Ketzmannsbruck* 116.
Kiburg Comitatus 308. Comites 431. 499. Hartmannus 166.
*Kiderlin* vinum 92.
*Kientzberg* caſtrum 130.
*Kientzheim* oppidum 73. 105. 276. caſtrum 439. Familia nobilis 653. Cuno 105. Heſſo *ibid.* Hennemannus 116.
*Kiffis* vicus 24.
*Kilendorf* vicus 231.
*Kilſtett* vicus 160.
*Kindweiler* vicus 255. Familia nobilis 653.
*Kintzheim* vicus 271. caſtrum 387. 439.
*Kippenheim* familia nobilis 224. 653. Albertus 145.
*Kipper und Wipper muntz* 136.
*Kirchberg* vicus 63. 125. 198.
*Kirchbuhel* viculus 411.
*Kirchheim* vicus 177. 211. 227. Familia nobilis 708. vid. *Horwart.*
*Kirchel* familia nobilis 653. Conradus 140. Elisabetha 677.
*Kirprich* vicus 125. 198.
*Kirweiler* vicus 177. 223. Familia nobilis 653.
*Kittelſheim* vicus 255. Familia vid. *Richter.*
Klebſattel 44. 65. vid. Clebſattel.
*Kleinbrunnen* vicus 54.
*Kleincreutz* vicus 47.
*Kleincuntz* familia nobilis 356. 191.
*Klein-Einſiedeln* 63.
*Klein-Fiſchlingen* vicus 179.
*Klein-Franckenheim* vicus 141.
*Klein-Franckreich* caſtrum 435.
*Klein-Gaſſt* vicus 136. 138.
*Klein-Leberau* vicus 124.
*Klein-Lutzel* monaſterium 450.
*Klein-Ochſenſtein* caſtrum 236.
*Klein-Pfaffenheim* viculus 83.
*Klein-Rappoltſtein* viculus 123.
*Klein-Roslen* vicus 240.
*Klein-Rumpach* vicus 273.
*Klein-Steinfeld* vicus 176.
*Kleinſteinhauſen* vicus 252.
*Klein-Wiſſentau* vicus deletus 219. ſq. 456.
*Klette* familia nobilis 653.
*Kleinbach* vicus 253.
*Klingen* vid. *Clingen.*
*Klingenthal* 407.
KLINGLIN familia nobilis 729. Baptiſta 339. Chriſtophorus 723. Franc. Joſephus 339. 437. Poſſeſſiones 56. 71. ſq. 171. 257. 269. 437.
*Klockler* de Munchenſtein 267.
*Klofsmann* familia nobilis 640.
Klug (Thomas) 118.
Knapp (Joh) 160.
*Knipping* familia nobilis 653.
*Knittelsheim* vicus 179. Familia nobilis 653.
*Knobelsberg* caſtrum 236. 439.
*Knobloch* familia nobilis 653.
Knod familia 437.
*Knoringen* vicus 184. Familia nobilis 653.
*Knorrsheim* vicus 242. 193.
KOCHERSBERG caſtrum 140. 440. præfectura 339. 316. Ballivatus 743.
*Konig Arnleder* 368.
*Konigsberg* caſtrum 66. 120. 128. 130. 133. 712.
*Konigsbruck* monaſterium 451. vicus 126.
*Konigsberg* caſtrum 275. 440. Dominium 205.
*Konigshofen* vicus deſtructus 270. 352. 456. 654. Familia nobilis 653. Jacobus 345. offenſa 352.
*Konigsleue* 188.
Kœnigsmann (Robertus) 351.
*Konigſtuhl* rupes 126.
*Kogenheim* vicus 157. 261. caſtrum 440. Familia nobilis 654.
*Kolbsheim* caſtrum 440. vicus 265. 684. Familia nobilis 654. 678. Cuno 205. Henricus 143. Luitoldus 404. 432.
*Kolweiler* vicus 156.
Koppii 264.

Korck vicus 233.
Kornmanni Argent. 264.
Kræmer concionator 425.
Kraffa villa 164.
Krantz de Geilpoltzheim 645. Bechtoldus 252. Johannes ibid. Wolfgangus 207.
Kraffast vicus 142.
Kratzen mons 63.
Krautergersheim vicus 259. 652. 684. 699.
Krautweiler 227.
Kraz caſtrum 168. ſq.
Kress de Bach Nobiles 635, 731. Joh. Adolphus 256. 439.
Kreilser familia nobilis 654. Conradus 439.
Kreiſweiler vicus 180. 243.
Krenckingen caſtrum 55.
Kreſt familia nobilis 654. Georgius 394.
Krieg (Sigismundus) 250.
Kriegesheim vicus 193. 254.
Kroltzberg familia nobilis 634.
Kroppen vicus 234.
Krotz-Mitzvach 318.
Kronenburg caſtrum 269. vid. Cronenburg.
Krug (Jo. Reinh.) 242.
Kuart viculus 179.
Kuchelii Argent. 404.
Kuchenmeiſter dux exercitus Argeut. 308.
Kugelberg vicus 219. ſq.
Kuhla Baro 239.
Kuhlendorf vicus 126. 131.
Kungersheim vicus 44. 698.
Kunsheim vicus 75. 140. 260. 684. Familia nobilis 654. Johannes 255.
Kunigsheim vicus 162. 271. Familia nobilis 654.
Kunigshof 209.
Kunzaha 79.
Kurnagel familia nobilis 654. Geſelinus 352. Johannes 658.
Kürſner (Conradus) 82.
Kurtz familia nobilis 654.
Kurtzenhauſen vicus 227.
Kurtzenrode vicus 199.
Kuſt familia nobilis 654.
Kutterer (Jo. de) 51.
Kutzenhausen præfectura 248. Ballivatus 745.


## L.


Labgurger (Claudius le) 856. 723.
Lach vicus 203.
Ladhof 304.
Lagelsheim vicus 90. 106. Familia nobilis 654. Clewlin 368. Werlin ibid.
Laicorum ſepultura 534.
Laley vicus 203.
Lambsheim vicus 177. Familia nobilis 654. 657.
Lampertsloch vicus 230.
Lampertheim vicus 165. Familia 654. 171. 250. 254. 356. Georgius 720. Theobaldus 858.
S. Lamperti monaſterium 127. 603.
Lancea militum 235.
Landau vicus 50. 66.
Landavia Civitas Imperialis 307. ſqq. 6. 276. 283. 401. 579. 734. Urbis poſſeſſiones 174. 273.
Landbach rivus 124. 272.
Landbuttel 513.
Landeck caſtrum 128. 178. 184. 440. Dynaſtia 184. 217. Familia nobilis 654. 174. David 24. Philippus 118.
Landenberg familia nobilis 689. 50. 83. 100. ſq. 269. 431. Jo. Jacobus 699. Petrus 40. Rudolfus 325.
Landersheim vicus 263. 684.
Landgerichte 16. 25. 127. 245. 358. 361.
Landgraben 272.
Landgraviatus 12. 21. 126.
Landgraviatus Alſatiæ Superior 12. 19. 23. 25. Inferior 126. 128. 133. ſq.
Landgravii Alſatiæ 530. Superioris 496. 471. Judicia eorum 24. 722. Inſignia 29. 60. Monumenta 512. Inferioris, Alſatiæ 515. ſq. 205. 222. 225. ſq. 231. ſq. 238. 244. 246. Monumenta eorum 533.
Landrecht 325.
Landſchaden a Steinach 405. Conradus 219. Eliſabetha ibid.
Landscron caſtrum 36. 62. 440. 691.
Landsax caſtrum & Dynaſtia 56. Ballivatus 737. monaſterium 453. oppidum 270.
Landsperg caſtrum 103. 263. Familia nobilis 708. 125. 132. 145. ſq. 158. 170. 198. 210. 222. 236. 251. 270. Anna Maria 649. Burcardus 98. 248. Conradus 77. 260. 263. 407. Dietericus 264. Eberlinus 405. Edelindis 263. Egenolfus 652. Fridericus 211. 220. Georgius 592. Guntherus 160. 209. 296. Hartmutus 98. Henricus 151. 153. 194. 259. Herradis 451. Jacobus 148. 663. Johannes 171. 260. 265. 571. 592. Joh. Fridericus 214. ſq. Margaretha 294. Nicolaus 571. Petrus 505. Richarda 703. Samſon 145. Veronica 671. Wolfius 147. Joh. Ludovicus 730.
Landspurg caſtrum 103. 285. Dynaſtia 103. 375. 420.
Landvogte 557. vid. Advocati provinciales.
Landvogtey Hagenau 281. vid. Advocatia provinc.
Langen-Kandel vicus 199.
Langen-Schleithal vicus 175.
Langen-Sultzbach vicus 236. 250. 252. 275.
Langenwaſen viculus 123.
Langii 270. 397.
Langenweilare vicus deſtructus 456. 516.
Langmeyer 50.
Lantoldus comes 466.
Lapidariorum judicium 338.
Lapis caſtrum 206. 712.
Lapis ceraunius 68.
Lapp (Nicolaus) 265. Zorniorum ſtirps 719.
Larg familia nobilis 655.
Larga Romanorum 38.
Largutzen vicus 38.
Largue vicus 37.
Laubach caſtrum 84.
Laubeck caſtrum 84. 440.
Laubengericht 361.
Laubenheim vicus 170.
Lauberwalt villa 135.
Laubgaſſen vid. Lobegaſſen.
Lauterſteit caſtrum 253. Familia nobilis 655.
Laufenburgenſes Comites 500.
S. Laurentii parochia 293.
Laurisham enſe monaſterium 226.
Laufanenſis dioeceſis 5.
Lautenbach vicus 101.
Lautenbach-Zell 94.
Lautenbacher-Hof viculus 274.
Lauter vicus 54.
Lauterbach Prioratus 40. 450.
Lauterburg caſtrum & oppidum 173. Ballivatus 740.
Lauterſchwan vicus 429
S. Lazari Ordo 412. Noſocomium 302.
Leberau vicus 122. 272.
Leberthal 121. 123. 272.
Lebetain vicus 50.
Lebraha amnis 79. 272.
Leckdeig (Paulus) 424.
Legati Argentinenſes 314.
Legelthurſt vicus 235.
S. Leger vicus deſtructus 38. 457.
Legſtatt 42.
Leima amnis 123.
Leimbach vicus 41. 43.
Leimen vicus 30. vallis judicium 25.
Leimersheim vicus 156. 179. caſtrum 440.
Leimsweiler vicus 186.
Leiningenſes Comites 174. 177. 184. 190. 214. 251. 628. Emicho 181. 185. ſq. 227. 268. 272. 297. 401. 570. 572. 606. Fridericus 16. 140. ſq. 161. 170. 196. 229. 232. 401. 570. Gottfridus 287. 383. Hamannus 240. Henricus 571. Heſſo 16. Johannes 161. ſq. 212. 217. Johannes Ludovicus 239. Ludovicus 140. Philippus 235. 239.

Schaffridus 148. 217. 227. fq. 290. Simon 196, 491.
*Leiterberg* familia nobilis 655.
Leitersperger (Jo.) 245.
*Leitzelthal* vicus 234.
*Lembach* vicus 240. 252. 707.
Lemberg caſtrum & Præfectura 234.
*Lengenberg* vicus deſtructus 75. 456.
*Lenoncourt* 25.
*Lentzel* familia nobilis 655.
Leobardi villa 213.
S. Leodegarii Eccleſia 92. 410.
S. Leonhardi capella 83. Collegiata 450. 259.
Leu IX. Papa 430. ſq.
*Leutberg* 194.
Leporen vallis 122.
Leproſoria 355. 368.
Leuchtenberg. Landgraviatus 22.
Leucopolis 287.
*Leuppe* vicus 47.
*Leutenheim* vicus 142.
*Leuterweiler* vicus 126. 231.
*Leuteiheim* vicus 233.
Leyen familia nobilis 107. Nicolaus 593.
Libertas Civitatum 227. ſq.
Liberi homines 630.
Lichtenau oppidum & Præfectura 233.
Lichtenberg caſtrum & Dynaſtia 221. ſq. vicus 225, 276. Dynaſtæ 622. 140, 161, 172, 190, 212, 256, 708, 352. eorum inſignia 196. Curia feud. 235. ſq. 254. 258. 421. Adelheidis 532. Agnes 527. 532. Catharina 657. Conradus 201. 526, 627. Cunigunda 218. Hanemannus 131. ſq. 223. Henricus 323. 627. Hermannus 564 Jacobus 221, 230, 252. 303. 319. 320. Johannes 130. 201, 219. 222. ſqq. 229. ſq. 233. 235. 249. 435. 526. ſqq. 530. 532. 562. 565. 570. Ludovicus, Ludemannus 131. ſq. 148. 151. 219. 232. ſq. 264. 329. 525. 530. 554. 573. 629. Sigismundus 223. 231. 238. Simon 120. Stefanna 528 Sybotho 562.
*Lichtenfels* familia nobilis 655. 44. Joh. Georgius 261.
*Lichtenſtein* familia nobilis 655. 18. 512.
*Lichtenthal* monaſterium 451.
*Liebenberg* 166.
*Liebenſtein* caſtrum 33. 36. 440. Familia nobilis 655. Burcardus 36.
*Liebensweiler* 30. 696.
*Liebenzeller* familia nobilis 308. 655. Reinboldus 524. 559.
*Lieberg* 166.
*Liebtdorf* vicus 34.
*Liemenhauſen* viculus 250.
*Liepach* vicus 234.
*Lieſtal* oppidum 110.
*Lievre* rivus 273.
*Ligenbach* rivulus 274.
Lilia Francica 324. monetæ Argent. 320. 324.
Limburg familia nobilis 186.
Limites Alſatiæ 3. ſqq.
Limpurgenſe monaſterium 604.
Linck familia nobilis 70. Sebaſtianus Guil. 385.
*Linckenheim* vicus deſtructus 456.
*Linden* vicus 43.
*Lindow* vicus deſtructus 216. 456.
Lingeville (Chriſtoph.) 62.
*Lingolsheim* vicus 259. 684. 709. caſtrum 259. 347. Familia nobilis 655.
*Liningen* familia nobilis 655.
*Linthal* vicus 101.
*Lintzaugen* caſtrum & vicus deſtructus 239. 456.
*Linx* vicus 233.
*Lipsheim* vicus 147.
Literæ in Alſatia cultæ 341. 361. 374. 386.
*Littenheim* vicus 244.
*Liverſel* rivulus 272. villa 125.
*Lixhauſen* vicus 255.
*Lobecke* caſtrum 84.
Lobedenburg (Hartm. Comes de) 185.
*Lobegaſſen* familia nobilis 655. 83. 94. Hanemannus 102. Johannes 257. 371. 445. Richardus 94.
*Lobſan* vicus 242.
*Lochbaum* 157.
*Lochweiler* vicus 212. ſq.
Lœben (Chriſtoph. Melch. de) 258.
*Løfelin* familia nobilis 656.
*Lœwenberg* caſtrum 35. 440. Familia nobilis 656. 244. præpoſitura 450.
Loewenhaupt (Adamus Comes) 239. 731.
*Lœwenſtein* caſtrum 236. 253. 349. Familia nobilis 655. Ludovicus 575. Sigfridus 241. 435. Wolframus 253.
*Lohr* vicus 198.
*Loingebern* vicus deſtructus 216.
*Lollbruder* 300.
*Lombard* familia nobilis 656.
*Longtrait* vicus 123.
*Lorch* monaſterium 131.
Lotharius Sax. Imp. 307. 549.
Lotharingiæ Ducum origo 460. 475. 492. Adelbertus 492. ſq. Catolus 112. 137. 152. ſq. 200. 214. 232. 250 273. Franciſcus 475. Friderieus 130. 217. 469. 472. 483. Gerhardus 131. 273. 475. 494. ſq. Godefridus 480. Johannes 131. 219. Leopoldus 273. Matthæus 45. 130. 203. 217. 238. 273. 491. 590. Rudolphus 77. Simon 519. Theobaldus 409. 432. 489. ſq. Theodoricus 495. Tertæ Alſaticæ 273. 122. 125. 224. Feuds 169. 74. 77. ſq. 89. 128. 226. 238. ſqq. 250. 252. 407. 534.
*S. Louis* oppidum 76.
*Lubendorf* vicus 35.
Lucé (Jac. Pineau de) 723. *Præf.*
Lucelburg caſtra 212. 199. 253. 260. 713. Comites 617. Petrus 322. 270. Reinoldus 361. 459. 534. Familia equeſtr. 731. 125. 169. 198. 237. 263. Bernhardus 451. Egenulfus 139. Fridericus ibid. Hermannus 618. Johannes 451.
Lucella monaſterium 450. 506. Poſſeſſiones ejus 35. 40. 57. 81. 106. 422. 452.
Lucelſtein caſtrum, oppidum & Comitatus 196. ſqq. Comites 618. Burcardus 79. 88. 162. ſq. 197. ſq. 214. 262. Henricus 197. 214. Hugo 112. 197. 627. Jacobus 163. 214. Volmarus 197. 669. Walpurgis 211. Wilhelmus 163. 197. Familia equeſtris 656.
Lucerna Helvetiæ 69. 101.
Lucidæ vallis monaſter. 451. 624.
*S. Luckar* vicus 38.
*Luckenheim* familia nob. 656.
S. Ludovici oppidulum 28. 76. parochia 292. 302.
Ludovici Fortalitium 244. 734.
Ludovicus Germanicus 306.
Ludovicus Infans 179. 306. 605. Ultramarinus 306.
Ludovicus Bavarus Imp. 179. 310. 371. 399. 502. 503. ſqq. 591. 607.
Ludovicus XIV. Rex. 27. 59. 62. ſqq. 107. 197. 204. 258. ſq. 284. 288. 293. 302. 316. 378. 388. 397. 579. 615. ſq. 682.
Ludovicus XV. Rex 103. 317. 360. 594. 696.
*Luemſchweiler* caſtrum 38. ſq.
*Lufendorf* vid. Lubendorf.
*Lumbhard* familia nobilis 656.
*Lumersheim* vid. Leimersheim.
*Lunſtorf* vicus 34
Lupfen (Comites de) 75. 628. Georgius 107. Joachimus *ibid.* Johannes 105. 107. 122. 421. 571. 597. Sigismundus 40. 42. 106. ſq.
*Lupſtein* vicus 142. 192. ſq. 518. Familia nobilis 656. Hugo 145. Martinus 141.
S. Lupi familia nobilis 50. Stephanus 51.
*Luppach* monaſterium 452.
*Lupan* vicus 242. 248.
*Lutenbach* vicus 91. 411. monaſterium 448. capitulum 91. Mangoldus 548.
*Lutenheim* vicus vid. Leutenheim. Familia nobilis 656.
*Luteran* caſtrum 440.
Lutersdorf (Petrus de) 110.
*Luterſweiler* vid. Leutersweiler.
Lutheraniſmus in Alſatia 361. 373. 385. 394. 400. 406. 414. 418. 748.
Lutishofen (Henr. de) 99.
Lutra monaſterium 475. ſq.
*Lutran*, *Lutter* vicus 51.
*Lutweiler* vicus 253.
*Lutzelburg* vid. Lucelburg.
*Lutzelhard* caſtrum 232. 323. 274. 440. 675. vic. 244.

*Lutzen-*

*Lutzelhausen* vicus 149. fq.
Lutzelſtein vid. Luceſtein.
*Lxxdorf* vicus 34.
Luxemburgi Duces 328. Advocati Alſatiæ 282. 287. 568. 587.
Lycoſthenes (Conradus) 82.

## M.

Mackau de Hurtigheim 729. 736.
*Mackenheim* vicus 170. 684. 705.
Madenburg caſtrum & Præfectura 174. Ballivatus 746.
*Magde* familia nob. 656. 263. Cunzelinus 302. Jacobus 270. Thomas 150.
Mægerer (Theobaldus) 47.
S. Magdalenæ capella 411. 450. monaſteria 294. 299. 355.
*La Magdelaine* vicus 48.
*Magdenburg* vid. Madenburg.
Magela amnis 147. 407.
Magnac Comitum poſſeſſiones 72.
*Magny* vicus 51.
*Mahlkirch* vicus 170.
Majeſtaticum jus 282.
Maillebois (Jo. Bapt. Franc. de) 723.
Majus (Johannes) 386.
*Maler* familia nobilis 656. Ennelin 649. Johannes *ibid.*
Malli Landgraviales 21. 722.
*Malmerſbach* viculus 98.
*Maſch* vicus 177.
Malzen familia nobilis 725.
*Maudreuille* vicus 47.
Manicampus præfectus belli 122.
*Manſe* familia nobilis 656. Elſäbetha 702. Sigismundus 154.
Mansfeldii Comitis res in Alſatia geſtæ 137. 363. 409.
*Manſpach* vicus 38.
*Marbach* monaſterium 449. 76. 82. ſq.
Marbachius (Johannes) 342. 345.
Marca argenti 37.
Marca Germaniensis 112. Maurimonaſterienſis 112. 716.
S. Marci Eleemoſynaria 302. monaſterium 83. 167. 299. 355. præpoſitura 91.
Marcianum ſtipendium 340.
Marckolsheim oppidulum 150. 276. Ballivatus 739. vicus deſtructus 456.
Mareſchalli Epiſcopatus Argent. 622. Landgraviatus ſup. 18. 508. Hagenoæ 300. 724. Weiſſenburgi 392. Landaviæ 400. Curiæ Rom. 687. ſq.
S. Margarethæ eccleſia 138. monaſterium 167. 294. 299.
S. Mariæ in fodinis 124. ad Quercum eccleſia 230.
S. Mariæ virginis imago 323. eccleſia 272. monaſterium 449. ſq. facellum in Tufenbach 110.
S. Mariæ Magdalenæ capella 94.
*Mariembrunn* monaſterium 452.
*Marienthal* monaſterium 355. 452.
*Mariville* 104.
Markirch Præfectura 123. 739. burgus 124.
Marlet caſtrum, vicus & dynaſtia 210. 353. Familia nobilis 657.
Marquis 13.
Marsilli familia nob. 726.
*S. Martin* vicus 203.
S. Martini Eccleſia 97. 296. 365. Hoſpitale 355.
*Martinsburg* 76. 441.
*Martinsburger* 214.
*Marx ab Eckwersheim* familia nobilis 642. 652. 657. Nicolaus 262. poſſeſſiones 156. 187. 205. 444.
Mauchenheim oppidum 63. 276. Dynaſtia 32. 63. 103. Ballivatus 736. Familia nobilis 657. 48. 67. 97. Burcardus 505. Chriſtophorus 63. ſq. 70. 103. Johannes 103. Joh. Erhardus 427. Ludovicus 599.
Maſo Dux fictus 63.
*Maubra* rivulus 374.
Mauricola Imperii 280. 358. 384. nobilitatis Alſatiæ inf. 684.
*Mattſtall* vicus 248.
*Mauzenheim* vicus 133. 158. Familia nobilis 657. Nibelingus 594. Ottemannus 594. Walcherus 526.
*Mauchenheim* vicus deſtructus 456.
Maulbrunnenſe monaſterium 456.
Maurimonasterii Abbatia 138. ſqq. 210. ſqq. 215. 217. 229. 262. ſq. 305. Marca 112. oppidum 213. 276. Ballivatus 742.
S. Mauritii capella 301. eccleſia 262. villa 167.
*Mauron* caſtrum 52. 441.
Maximiliani I. Imp. res in Alſatia geſtæ 509. 312. 359. 369. 371. 399. 574. ſq.
Mazarini (Jul.) Card. 54. 284. 579. 723. Armandus Carolus *ibid.*
*Maziller de Fouquerolle* 198.
*Mechtersheim* vicus 184.
Mediani-Monaſterii poſſeſſiones 113. 146. 170. 407.
*Merſchwein* familia nobilis 657. Jacobus 654. Nicolaus 110. Suſanna 654.
Meginradi cella 60.
*Meige* de *Weſthofen* familia nobilis 657. Hugo 648. Johannes 263. Wilhelmus 229.
*Meinolfsheim* vicus 142. 193.
*Meiſengut* vicus 303.
*Meiſenheim* vicus 172.
*Meiſenthal* vicus 242.
*Meiſterjenger* 346.
*Meiſtersheim* vicus 170. 684. Familia nobilis 651.
*Meiſterzug* 372.
Melitenſis Præcept. 86. vid. S. Johannis.
*Mellich* vicus 252.
*Melsheim* vicus 192. 223. 518.
*Memmelshofen* vicus 242.
*Memprechtshofen* vicus 223.
*Menchenhofen* vicus deſtructus 222.
*Menchweiler* 189.
*Mendelsloch* vicus deſtructus 38. 51. 456.
*Mengen* familia nobilis 657.
*Menglat* vicus 51.
*Menoncourt* vicus 55.
Mentelius (Johannes) Typographus 348.
Mercatus 37. 185. 247. 318. 398. 437.
Merckel (Johannes) 394.
*Merckelsheim* 69.
*Merckweiler* vicus 248. ſq.
Mergensheim (Elſäbetha de) 83.
*Merienheim* vicus 106. 185.
*Mernach* vicus 34.
*Merouæ* vicus 48.
*Mersheim* vicus deſtructus 58. 456.
Mersheufer Architectus 291.
*Mertbach* villa 106.
*Mertzen* vicus 38.
*Mertzweiler* vicus 237.
*Merxheim* vicus 69. ſq.
*Mefroy* vicus 52.
Metallifodinæ Alſaticæ 48. 99. 125. 409.
Metenſes Comites vid. *Dagsburg.*
Metenſis Epiſcopi jura in Alſatia 195. 198. ſq. 224. 229. 235. 272. ſq. 269. Feuda 262. 118. 138. 212. ſq. 216. 219. 222. ſq. 228. ſq. 236. ſqq. 270.
*Metzeral* vicus 411.
Metzger familia 389.
Meuſchen (Jo. Gerh.) 306.
Meuse (March. de) 204.
*Mewart* familia nobilis 658.
*Meye* familia nobilis 657. Henricus 112.
*Meyenhart* vicus deſtructus 57. 456.
*Meyenheim* caſtrum 82. 441. vicus 66. 70. 90. ſq. Familia nobilis 657. Matthias 167.
*Meyenheimerweiler* vicus deſtructus 456.
*Meyer* de *Huningen* familia nobilis 658. Johannes 38.
Meyer (Matthæus) 346.
Meyerhoferi 138. 147.
*Meyerthum* 38.
*Mezgenbars* vicus deſtructus 58.
*Meyweyer* vicus deſtructus 104. 456.
S. Michaelis capella 301. 355. eccleſia 389. monaſterium 448.
*Michelbach* monaſterium 452. vicus 44. 57.
*Michelfeld* monaſterium 57. 452.
Micyllus (Vitus) 361.
*Miesterholtz* vicus 235. 684.
*Miesterhim* vicus 225. 239. Familia nobilis 658.

*Milendre* castrum 48. 441.
Miles 630. sqq.
*Milltach* vicus 150.
*Miltey* Advocatia 166.
*Minkche* villa 274.
*Mindesschlag* vicus 190.
*Minfeld* castrum 441. vicus 7. 190. 193.
Miniſterjales 630.
*Minnewiler* castrum 104. 122. 441.
Minoritarum monaſteria 354. 381. 422.
Minnewilre 71. 99.
Minversheim vicus 256. 716.
*Mirmelberg* monaſterium 448.
*Miſerach* 52.
*Miſſbach* familia nobilis 658. 147.
Miſli regii 358. 722.
*Miſſelbdorf* vicus 199.
*Mittelbergheim* vicus 157. 207. 259. 684. 699.
*Mittelbrunn* vicus 199.
*Mittelburg* caſtrum 71. 83.
*Mittelhausbergen* vicus 259. 684. 707.
*Mittelhauſen* caſtrum 441. vicus 227. Familia nobilis 658. 224. 404. Albertus 227. Felix 141. 263. Hugo 352. Johannes 270.
*Mittelkurtz* vicus 141.
*Mittel-Schaffelsheim* vicus 254.
*Mittelſchor* vicus 203.
*Mittelweyer* vicus 77. Familia nobilis 658.
*Mitzach* viculus 98.
Mock (Johannes) Monetarius 321.
*Modenbach* vicus 183.
*Modenheim* vicus deſtructus 40. 427. ſq. 456.
*Manchheimer* familia nobilis 210. 248. Henricus, Matthias, Simon 223.
*Marburg* caſtrum 702.
*Morenbrunn* monaſterium 452.
*Morringen* vicus 48.
*Morſbrunn* vicus 230.
*Morſch* 177.
Mosssperg caſtrum & Dynaſtia 35. 727. Dynaſtæ 610. Caſparus 6, 15, 18. 39. 51. 102. 112. 399. 509. 575. 599. Clara 694. Conradus 36. 54. 424. Jacobus 368. 406. Johannes 69. 88. Johannes Jacobus 54. 575. Petrus 22. 54. 424. 598.
Mœſlinger (Phil.) 264.
Moguntinæ Eccleſiæ feuda 131. 226. 403. Synodi 340.
*Molau* viculus 98.
*Molckenburg* caſtrum 112. 441.
Molendina Argenrinenſia 305.
Molsheim oppidum 143. 166. 276. 739. Advocatia 167. Familia nobilis 658.
Monachi, *Munch*, familiæ nobiles 637. 677. Bertoldus 139. 435. Burcardus 60. 63. 116. 266. 371. 501. 591. 596. Conradus 377. Fridericus 140. 168. Gertrudis 264. Happo 426. Henricus 63. Johannes 60. 263. 657. Joh. Thuringus 35. Relindis 657.
Monasteria Alſatiæ 447.
Monaſterienſis pacis acta 26. Abbatia & vallis vid. Gregoriana.
Monaſterium oppidum vid. Munſter.
Monetandi jus 42. 115. 319. 358. 369. 382. 432. 543. modus 321.
Monetariorum privilegia 320. tribunal 340.
*Monron* caſtrum 52.
*Montancy* vicus 52.
Montauſier, Dux 115.
*Montbouton* vicus 50.
Montclar (Joſeph. Baro de) 579. 105. 107.
*Montjoye* vid. Froberg.
Montisbeliardi Comitatus 5. 21. Comitum origo 483. 609. Henricus 52. Johanna 33. 44. ſqq. 54. 107. 610. Rainaldus, Reginaldus 33. 45. ſq. 52. Richardus 49. Theodoricus 45. 80. 449. 609.
*Montnoiron* vicus 52.
*Montorſin* vicus 52.
*Montplaiſir* villa 273.
*Montreuil* vid. Munſterol.
Monumenta Landgraviatus inferioris 528. 533. ſuperioris 512.
S. Morandi monaſterium 449. præpoſitiva 110.
*Morbey* villa 221.
*Morsfeld* 92.
*Morsglock* 318.
*Morimont* vid. Mœrſperg.
*S. Moritz* vicus 163.
*Moritzheim* vicus 38.
*Morle* villa 186.
*Mornatbrunnen* villa 189.
*Morsberg* 166.
*Morrweiler* vici 39. 52. 73. 87. 104. 107. 121. 255. 285. 443. 642. 724. caſtrum 724. Familia nobilis 658.
Mortenaviæ Comites 540.
*Mortzweiler* vicus 44.
*Morvillar* caſtrum & vicus 52.
*Mos* vicus 34.
*Moſch* viculus 98.
*Moſchbach* viculus 98.
*Moſſelbach* rivulus 212.
*Moſung* familia nobilis 658. Johannes 258. Paulus *ibid.*
*Moterbrunn* villa 228.
Muterer (Henricus) 394.
*Mutheren* caſtellum 634. vicus 174.
*Moval* vicus 47.
*Muckenbach* villa 149. ſq.
*Muckenſchopf* vicus 233.
*Mueg* familia nobilis 658. Jacobus 265. Johannes Paulus 269. Ludovicus 265. Suſanna Eliſabetha 265. Wilh. Sebaſtianus *ibid.*
*Muffenheim* vicus 180. 183.
Muha caſtrum 481. Comitatus 490.
*Muhlbach* vici 149. 170. 411.
*Muhlenthal* vicus 224.
Muhlhausen civitas 422. ſqq. 148. 166. 276. ſq. poſſeſſiones 39. ſq. Vicus 171. 174. 226. 352. 684. vicus deſtructus 397. 401. 456. caſtrum 441. Familia nobilis 659.
*Muhlhofen* vicus 186. 247. Familia nobilis 398. Simon 432.
Mullenheim familia nobilis 710. Agnes 652. 657. 667. Blaſius 207. 297. Burcardus 218. 412. 572. 670. Catharina 638. Cuno 505. Daniel 146. Georgius Fridericus 137. Gertrudis 422. Henricus 111. 114. 204. 212. 267. 293. 331. 370. 565. Heintzelin 638. Margaretha 652. Nicolaus 667. Suſanna 707. Waltherus 191. 228. 264. 597. Wigelina 652. poſſeſſiones 143. 145. 147. 151. 202. 260. 265.
*Multrecte* Nobiles 659.
*Multvirsheim* vicus 256. Nobiles 659.
*Mummenheim* vicus 192. 254. Nobiles 659.
*Munch* vid. Monachi.
*Munchendorf* caſtrum 36. 441. 695.
*Munchenglin* caſtrum 35.
*Munchhauſen* vicus 59. 62. 180. 183.
*Munchheimer* vid. Mœnchheimer.
*Munchhof* villa 36. 148. vicus 112.
*Munchsheim* 75.
*Munchweiler* vicus 234.
Mundatum Rubeacenſe 79. Weiſenburgenſe 173. 429.
*Mundat-Gericht* 392.
*Mundat-Rechs* 429.
*Mundatsheim* vicus 259. 349. 684. 707.
Munſtio urbium 290.
*Munolrweiler* vicus 136. 139. 171. 646.
Munster civitas Imp. 404. 734. Fœdera ejus 278. ſq.
*Munſterol* caſtrum 51. 441. Defiderius 51. Fridericus 47. 51. 505. Guido 51. Johannes 22. 38. 51.
Munthart (Paulus) 247.
Muntzenberg (Philippus de) 186.
*Muntzenheim* vicus 75.
*Muntzgenoſſen* 321.
*Muntzherren* 321.
*Murweiler* caſtrum & vicus 71.
Murbacensis Abbatiæ Terræ 92. ſqq. 49. 59. 61. 69. 76. 158. 446. Feuda 39. 58. 62. 71. 90. ſq. 118. 117. ſqq. 124. 133. 226.
*Murbach* fluviolus 94.
*Murnhart* familia nobilis 659. 171. Andreas 167. Bernhardus 130. Burcardus 167. Theobaldus 165. 167. 265.
Murrho (Caſparus & Sebaſtianus) 347.

*Murfel* familia nobilis 659.
*Muſeler* familia nobilis 659. 228.
Muſici Alſatiæ 192.
*Muſig* vicus 112.
*Mutbach* vicus 273.
*Muſpach* vicus 34.
*Mutenz* 167.
*Muttenheim* vicus 132.
*Mutzenhauſen* vicus 192. 254.
*Mutzig* oppidum 147. 150. 166. 276. Familia nobilis 655.

## N.

*S. Nabor* vicus 169.
*Nagel* familia nobilis 659. 264. Johannes 270. 591. Luitfridus 180. 251.
*Nageſtall* vieulus 411.
*Namibrheim* caſtrum & vicus 71. 118. 724.
Namurcenſes Comites 482.
*Nape* familia nobilis 659.
NARDIN familia nobilis 726.
*Nartz* vicus 156.
Naſoviæ Comites 115. 261.
*Naſweiler* vicus 149.
Naufragii jus 308.
S. Nazarii monaſterium 131. 227.
Neffii 389.
*Nebweiler* victus 174. 250.
Nellenburg (Wolframus de) 436.
Neoburgenſe monaſterium vid. Neuburg.
Neoſtadium Spiritigoviæ 127.
Neovilla vid. Neuweiler.
Nefer (Petrus) 59.
*Netzenbach* vicus 149.
*Neu-Bebeim* vicus 180.
NEUBURG monaſterium 450. Ballivatus 743. poſſeſſiones 148. 230. 232. 255. 266. 270. 274. 363. 452. 522. ſq. caſtrum 180. vicus 243.
*Neuburgweiler* vicus 180.
*Neucaſtel* caſtrum 7. 186.
*Neudhan* caſtrum 174.
*Neuderſtein* vieulus 78.
*Neudorf* vicus 180. 216. 265. 713.
*Neuenburg* caſtrum 166. ſq. Familia nobilis 58. 659. Henricus 60. Petrus 167.
*Neuenfels* familia nobilis 660.
NEUENSTEIN caſtrum 694. Familia nobilis 711. 161. 263. Valentinus 117.
*Neuſbois* vicus 163.
*Neuſineiz* vicus 47.
*Neugartheim* vicus 141.
*Neuglaſhütt* vicus 240.
*Neuhauſen* vicus 98. Familia nobilis 259.
*Neuheuſel* vicus 245.
*Neukirch* vicus deſtructus 163. 456.
*Neuland* villa deſtructa 233.
*Neumuhl* vicus 233.
*Neunhofen* vicus 236. 249. 252. 272.
*Neuweiler* oppidum 219. 223. 276. Eccleſiæ Collegiatæ poſſeſſiones 198. 220. 222. ſqq. 226. 246. 257. 262. 305. Familia nob. 224. Vici 36. 206. 223. 250.
*Neu-Winſtein* caſtrum 232. 251.
*Newhofen* 249.
*Nibelung* familia nobilis 660. Walterus 525.
*Nicol* familia nobilis 660.
S. Nicolai capella 301. monaſterium 110. 299. 449. 453. parochia 295. prioratus 54.
Nicotiana herba 351. 362.
*Nideck* caſtrum 132. 150. 441. Familia nobilis 660.
*Nider-Altorf* vicus 267.
*Nider-Aſpach* vicus 43.
*Nider-Aſſel* caſtrum 431. vicus 48.
*Niderbetſchdorf* vicus 126. 231.
*Niderbruck* vicus 63.
*Niderbrunn* caſtrum 441. vicus 130. 132. 216. 238. ſq. præfectura 238.
*Niderburbach* vicus 64.
*Niderburg* caſtellum 269. 441.
*Nider-Burnhaupten* vicus 43.
*Niderdorf* vicus 111.
*Nider-Ehnheim* vicus 170. 276. 402. 684.
*Nider-Enſisheim* vicus 75. 695.
*Nider-Hagenthal* 36.
*Nider-Haslach* 150.
*Nider-Haubergen* vicus 261. 270.
*Nider-Herzogheim* vicus 71.
*Niderhof* 360.
*Nider-Kutzenhauſen* vicus 248. ſq. 252.
*Niderlarg* vicus 34.
*Nider-Lauterbach* vicus 174.
*Nidermagſtatt* 57.
*Nidermagſtatt* vicus 248. 252.
*Nidermichelbach* 57.
*Nidermorſchweiler* 39. 104.
*Nidermotern* vicus 216. 218. 225.
*Nidermotersberg* caſtrum 225. 230. 442. 705.
*Nidernweiler* caſtrum 108.
*Nider-Otterbach* vicus 190.
*Nider-Otterots* vicus 258. 684. 700.
*Nider-Ranſpach* 57.
*Nider-Rudern* caſtrum 243. 442. vicus 180.
*Nider-Schaffeltheim* vicus 254.
*Nider-Schaffheim* vicus 172.
*Nider-Seebach* vicus 240.
*Niderſept* vicus 50. 431.
*Nider-Spechbach* vicus 43.
*Nider-Steinbach* vicus 218. 230. 248.
*Nider-Steinbrunn* vicus 60. 694.
*Nider-Sultzbach* vicus 44. 222.
*Nider-Traubach* vicus 43.
*Nider-Wackenbach* 150.
*Nider-Werde* caſtrum 132.
*Niedheiner* à Waſenburg fam. nobilis 660. 236. 259. Joh. Jacobus 437.
*Niffern* viculus deſtructus 237. 264. 456.
Niger lacus 123.
Nigra factio 372.
Nigri (Theobaldus) 296.
Nivea vallis 194.
Nobiles à caſtris nominati 32. 521.
NOBILITAS Alſatiæ 629. ſqq. allodiales ejus poſſeſſiones 263.
Nobilitatis Germaniæ gradus 19.
Nomina vicorum 458.
*Nonnmay* vicus 47.
*Nonnenweiler* vicus 158. 268. 265. 713.
*Nope* vid. Nape.
*Noppenau* vicus 161. 694.
*Nordgaſſe* familia nobilis 660. Conradus 675. Hugo 83. 108. Sifcrmannus 71.
Nordgovia pagus Alſatiæ 126. 192. 516.
*Nordwintd* familia nobilis 634. 660. Burcardus 97. Henricinus *ibid.* Johannes 97. ſq. 211. Rudolfus 368. Wilhelmus 97.
Norlbergæ origines 354. jura 323. foreſta 363. mercatorum immunitas 318. Burggravii 166. 259.
*Northauſen* caſtrum 349. vicus 156. Fam. nob. 660.
*Northeim* vicus 211. Familia nobilis 660.
*Nothalten* vicus 157. 259. 684. 699.
*Notweiler* vicus 188.
*Novillar* vicus 47. 223.
*Nuſern* vici 60. 132. 273. 264. 698. Familia nobilis 600. Rotlichus 61.
*Nugarten* familia nobilis 660.
*Numeney* Militcs 121.
NUMMI Argentinenſes 322. Colmar. 369. Hagenoenſes 358. Mulhuſini 423. Phirret. 610. Weiſſenburg. 390.
Nuncii Cameræ 358. aboliti 539.
Nundinæ 43. 46. 318. 357. 369. 390. 404. 412. Conf. Mercatus.
*Nuſtdorf* vicus 174. 272. 401.
*Nyperg* (Engelhardus de) 191. Johannes *ibid.*

## O.

*Obernheim* vicus 130. 171. 684. 702.
*Ober-Aſpach* vicus 43.
*Ober-Bergheim* 113.
*Ober-Betſchdorf* vicus 126. 231.
OBERBRONN vicus 218. 237. Dynaſtia 216. 237. 743.

*Oberbruck* vicus 62.
*Oberburchach* vicus *ibid.*
*Oberburg* 54.
*Ober - Burnbaupten* vicus 43.
*Oberburnheim* vicus deſtructus 356. 397.
*Oberchein* vicus 177.
*Oberdorf* vicus 36. 109. 125. 177.
Ober-Ehnheim civitas 402. ſqq. poſſeſſiones ejus 271. feodeia 278. ſq. caſtrum 403.
*Ober - Ensheim* vicus 71.
*Oberefeh* vicus & caſtrum 248.
*Ober - Eſslingen* vicus 177.
*Obergayſt* de Molsheim fam. nob. 661. Sigfridus 146.
*Obergericht* 174.
*Ober - Hagenthal* 36.
*Ober - Hawbergen* 261.
*Oberhauſen* vicus 180.
*Oberheyngrayde* 127.
*Ober - Heringheim* vicus 71.
*Ober - Herſpach* vicus 150.
*Ober - Hochſtatt* vicus 184.
*Oberhofen* vicus 177. 184. 232. 429. Curia domin. 60.
*Oberhutten* vicus 123.
Oberkirch oppidum 161. Caſtrum 406. Villa deſtructa 153. 301. 405. 456. Familia nobilis 711. 170. 404. Anna 667. Barcardus 212. Dorothea 702. Jacobus 233. 702. Johannes 405. 667. Rudolfus 86. Sigfridus 213.
*Ober - Kutzenhauſen* vicus 248. ſq.
*Ober - Lauterbach* vicus 180. 243.
*Obermagſtatt* vicus 57.
*Obermattſtall* vicus deſtructus 248. 456.
*Obernnichebach* 57.
*Obermoſchweyer* vicus 38. 87.
*Obermunsheim* caſtrum 177.
*Obermotern* vicus 177. 225.
*Oberndorf* vicus 133. 230.
*Ober - Otterbach* vicus 190.
*Ober - Rauſpach* 57.
*Ober - Ratſamhauſen* 75.
*Ober - Rædern* 174. 243.
*Ober - Rotbach* vicus 206.
*Ober - Seebach* vicus 175. 429.
*Oberſept* vicus 50.
*Ober - Sorn* vicus deſtructus 456.
*Ober - Spechbach* vicus 43.
*Oberſtauffen* vicus 48.
*Oberſteigen* monaſterium 195. 452.
*Ober - Steinbach* vicus 234.
*Ober - Steinbronn* vicus 60.
*Ober - Sultz* 84.
*Ober - Sultzbach* vicus 44. 223.
*Ober - Tyaubach* vicus 43.
*Ober - Waſenheim* caſtrum 233.
*Obmann* 279.
Obrecht (Georgius) 327. 351. Ulricus 339. 734.
*Obrechtsthal* 201.
Ochaman familia nobilis 739. 169. 236.
Ochsenſtein caſtrum 215. 236. 349. Dynaſtia 215. Dynaſtæ 619. 167. 184. 268. Clara 217. Georgius 216. ſqq. 225. 227. 238. Johannes 130. 147. 151. 176. 211. 216. 238. 250. 505. 503. 596. Margaretha 215. Mena 217. 237. ſq. Otto vel Ortemannus 6. 130. 201. ſq. 211. 216. ſqq. 232. 236. 250. 253. 201. 281. 308. 387. 473. 502. 526. 558. 562. 594. 607. 610. Philippus 238. Rudolfus 207. 214. 216. ſq. 238. 503. Ulricus 238. Volmarus 216. 238. Familia Equeſtris 661.
*Odelshofen* vicus 233.
*Odern* caſtrum & viculus 98.
*Odrazheim* vicus 211. 216. 265. 666. 684.
Oechſel (Johannes) 386.
Oehringenſis collegiata 476.
*Oelbach* vicus 42.
*Oelenberg* monaſterium 449.
Oenipontanum tribunal 24.
Oettingenses Comites, Landgravii Alſatiæ Inferioris 128. ſq. 529. ſq. Fridericus 244. Ludovici 244. 251.
*Oettingen* vicus 240.
*Offenbach* vicus 184.
*Offenburg* 166.
Offenburger (Hartmannus) 60. Hermannus 424.
*Offenheim* 719.
Offendorf præfectura 231. Ballivatus 741. vicus 130. 133.
Officia Landgraviatus Inf. 532. Superioris 582.
Officialis Epiſcopi Baſilienſis 37.
Officinæ chartariæ 210. 411. Eli ferrei 418. monetariæ 304. 382. vitriariæ 97. ſq. 195. 248.
*Offweiler* vicus 226. 252. 275.
*Ohlungen* vicus 256.
*Ohrenheim* vicus 236. 684.
Oluna annals 99.
*Olweiler* 84.
*Oltingen* caſtrum 665. vicus 34.
*Olnheim* vicus 169. 192. 264. 684. 700. 703. Familia nobilis 661.
*Omweiler* caſtrum 87.
Omnium Sanctorum monaſterium 161. 693. Oratorium 239. 711. ſq.
*Onenheim* vicus 112. ſq. 621.
Onera civitatum Imper. 280. 370.
Onolsbacenſes Marchiones 259.
Opiliones Alſatiæ 389.
Oppida Alſatiæ 275.
*Orbey* vici 73. 98. 123. vallis 121. 415.
Organum Argent. Eccleſiæ 292.
Orphanotrophium Argent. 303.
Orſan (Sigiſmundus de) 48.
*Orſchweiler* vici 84. 172. 205. 210. Fam. nob. 661.
Ortenaviæ Advocatia 283.
*Ortenberg* caſtrum 201. 349. 719. Familia nob. 35. 601. Gabriel 56. 62. Wilhelmus 201. 204. 448.
*Ortermeiſter* officium 221.
*Ortzenweiler* vicus deſtructus 41.
*Oſterwoihre* vicus deſtructus 192. 456.
*Oſenbach* viculus 84.
*Oſenbir* viculus *ibid.*
Oſtarius (Jacobus) 344.
Ostein caſtellum 101. viculus 69. Familia nobilis 732. 69. 716.
*Oſthauſen* caſtrum 442. vicus 257. 684.
*Oſtheim* vicus 77.
*Oſthofen* caſtrum & vicus 171. 229. 442. 684. 720. Familia nobilis vid. Burggravii.
*Oſthus* vicus 134. 194. 720.
*S. Oſwald* 269.
*Oſtweiler* familia nobilis 661.
*Otenckel* vicus deſtructus 352.
Otfridus monachus 304.
*Othmarsheim* vicus 58. 179. monaſterium 449. Familia nobilis 661.
Otomarus 344.
*Ottendurf* vicus 35.
*Otterbach* vicus 147. Familia nobilis 251.
*Otterott* vici 258. 445. 713.
*Otterthuhel* 106.
*Otterstdorf* vicus 180.
*Otterstheim* vicus 179.
*Otterstthal* vicus 136. 239.
*Otterweiler* vicus 138. 212.
*Ottfriderich* familia nobilis 661.
Otto M. Imp. 180. 306. 466. 540. ſq. nummus 322.
Otto II. Imp. 190. 306. 542. nummus 322.
Otto III. Imp. 193. 543.
Otto IV. Imp. 359. 551. ſigillum 188.
Otto (Marcus) 346.
Ottonis Comitatus 31.
*Oye* vicus deſtructus 47.

# P.

Pagi Alſatiæ 31. 126.
*Pairis* Abbatia 73. 451. Abbatiæ bona 76. 82. 116. 123. 367. 420.
*Paiova* 303.
Palatina in Alſatia terræ 178. 127. 177. 197. ſq. Electorales 178. ſqq. 89. 127. 175. 208. 216. 256. 429. 432. Feuda 200. 169. 174. 177. 211. ſq. 222. 231. 241. 243. 251. 262. 435. ſq. Sponitone vel Birckenfeld. 185. ſqq. 127. 200. 239. 242. 429. 616. Feuda 246. 250.
Palatinatus novus 7.

Palatini Electores, Advocati Alſatiæ 282. 570, ſqq.
Palatinorum Comitum origo 460.
Palatium Colm. 308. Hagenoæ 355.
Palmarius (Georgius) 110.
Paludana familia 52. 619.
*Pamphilus* familia nobilis 668.
S. Pantaleonis caſtrum 176.
Pappus (Johannes) 342. 345.
*Pappi* vid. Bapſt.
*Pardebach* villa 186.
Pariſienſe monaſterium 73. 451. poſſeſſiones ejus 76. 82. 116. 123. 307. 420.
Parma familia nobilis 662.
Paſſavienſis exercitus 315.
Paternacenſe monaſteriom 121. 157. 366. 517.
Patricii 339. 653.
S. Pauli caſtrum 176.
Pax publica 281. 527. 566. ſq.
Pelcus mons 85.
Pelicanus (Conradus) 82.
Penningi Argentinenſes 320.
Peribolum 290.
Perleonianum ſyſtema 460.
*Perouſe* vicus 34. 47. 53. 55.
Peschery familia nobilis 726. 67. 70. 288.
Peſtalotzi (Paulus) 137.
Peſtes 351. 367. 654.
*S. Peter* vicus 150. Familia nobilis 662.
*Peterlin* familia nobilis 662.
*Peterüngen* vid. Paterniae.
*Peterſbach* vicus 198.
*Peterſtromer-Hof* villa 234.
*Peterſholtz* vicus 203.
*Peterſthal* villa 161.
*Petit Lievre* 124.
*Petite-Croix* vicus 47.
*Petite Fontaine* vicus 54.
*Petite Pierre* vid. Lucelſtein.
*Petit Magny* vicus 48.
S. Petri Eccleſia Colmar. 285.
S. Petri Junioris Eccleſia 192. 293. 296. 517. Senioris 194. 198. 241. 293. 296. Prioratus 108. 121. 285. 366.
S. Petronellæ capella 301.
Petrolei fons 230.
Peyger (Henricus) 164. vid. Bayer.
*Peyn* ſyſtema Genealogicum 463.
*Pfaff* familia nobilis 662.
*Pfaffans* vicus 55.
*Pfaffenbrunn* villa 230.
*Pfaffenheim* vicus 81. ſq. 167. Familia nobilis 662. Hanemannus 168. Petrus 106.
Pfaffenhofen oppidum 177. 216. 218. 225. Ballivatus 741. Familia nobilis 225.
*Pfaffenholtz* villa deſtructa 223.
*Pfaffenlapp* familia nobilis 662. 148. 259. Cuno 160. Matthias 635.
Pfaffenſis parochia 47. ſq. 54. ſq.
*Pfaffenthurn* 266.
*Pfaffſtatt* vicus 39. 428.
*Pfalburger* 289. 308.
*Pfalta* 303.
*Pfaltzburg* oppidum 3. 109.
*Pfaltzerweyer* vicus 198.
*Pfeffingen* villa 55. 167. Dynaſtia 61.
*Pfeiler* familia nobilis 662.
*Pfenningthurn* 304.
*Pfeterhauſen* vicus 34. majoratus 55.
*Pfettisbüren* vicus 140. 192. Familia nobilis 662. Conradus 140. Johannes 146. 649.
Pfirt Comitatus 5. 9. 18. 32. ſqq. 127. 503. 691. Dynaſtia 33. Ballivatus 736. caſtrum 32. 442. oppidum 34. Comites 609. 483. Adelheidis 502. Berchtoldus 57. Clementia 691. Fridericus 32. 34. 41. 49. 449. 451. 484. 617. Hertzlanda 217. 620. Johanna 17. 32. 41. 503. 564. 595. Ludovicus 41. 471. Stephana 670. Theobaldus 34. 39. 41. 43. 47. 50. 55. 74. 83. 102. 122. 502. 562. Ulricus 14. 33. ſq. 38. ſq. 43. ſqq. 49. 56. 104. 122. 281. 445. 568. 564. Urſula 52. 564. Familia equeſtris 690. Jo. Adamus 40. Ulmannus 39. 566. 595. monaſterium 449.
Pflug (Cæſar) 69.



Pforr (Jo. Wernherus) 23. 72.
*Pforta* vicus 171. 180.
*Pfulgriesheim* vicus 264. 684.
Pfyl (Joh.) 153.
Philippi (Petrus) 296. 348.
Philippus Imp. 358. 552.
Philippi IV. Regis Hiſp. in Alſatiam jura 27. 587.
Philippus Elector Palatinus 178. 574.
*Philippsburg* caſtellum 232. vicus 234.
Phirretum vid. Pfirt.
Phonaſci Argentinenſes 346.
Phyniæ hoſpitale 301.
*S. Pierre aux bois* 203.
*Pieterthal, Pieterthum* 36.
Pincernæ vid. Schenck.
Pincernatus Landgraviatus ſuperioris 18. 509. Epiſcopatus Argent. 528.
*Pirmenſens* vicus 224.
Piſtores Alſatiæ 220. Hochfeldenſes 257.
Placita 31. 149. 155.
Planta familia nobilis 34.
*Plantzſcher* familia nobilis 662.
*Plapperts Krieg* 427.
Platææ Argentinenſes 305.
*Pleiſſweiler* vicus 183.
*Plieburg* caſtrum 120. 285. 648. Familia nobilis 116. 819.
*Plobsheim* caſtrum & vicus 258. 684. 719.
Poculum ſymbolicum 318.
Pœnitentium monaſterium 294. 355.
Polheim (Carolus de) 51.
*Polcey-Gericht* 337.
Pollio (Symphorianus) 296. 341.
*Polweiler* vid. Bollweiler.
Poltier familia nobilis 726.
Pomarium monaſterium 450.
Pons ſalutis monaſterium 451.
Portinna legio 39.
*la Poutroye* vicus 123.
Prædeſtinatianiſmus 342.
Prædicatorum monaſteria 93. ſq. 389. vid. Dominicani.
Præfectura Hagenoenſis vid. Advocatia provinc.
Præmonſtratenſium Prioratus 239. 354.
Præsides Conſilii Regii Alſat. 723.
Præſides Conventus Eccleſiaſtici Argent. 345.
Prætores Regii 329. 360.
*Prechter* familia nobilis 639. Fridericus 276.
Prechterianæ fundationes 303. 346.
*Preſſeneck* caſtrum 82.
*Preuſchdorf* vicus 230.
Principatus Alſatiæ 504. Murbacenſis 101. Selſenſis 180.
Principes Taciti 127.
Procuratores rerum Imperialium 558.
Proœdria civitatum Imp. Alſatiæ 280.
Proprium Adelheidis 180.
Provincia 212.
Pruſſiæ Typographus 349.
*Puberg* vicus 198.
*le Puis* vicus 51. 48.
*de Puiſſieux* (Roger. Marchio) 60.
Pullanus (Philippus) 137.
*Puller de Hohenburg* familia nobilis 649. Anna 17. Burcardus 267. Eberhardus 242. Eliſabeth 253. Henricus 294. 301. Hugo 456. Johannes 187. 242. Margaretha 253. Reinhardus 253. Richardus 149. 187. 264. Rudolfus 166. Wiricus 145. ſq. 148. 151. 154. 160. ſq. 165. 187. 253. 264. 438.

## Q.

*Quatelbach* foſſa 65.
Quaterniones Imperii 19.
Quatuor turres caſtellum 176. 247.
*Quazenheim* vicus 264. 684. 712. Fam. nobilis 662.
*Quich* fluvius 6.
*Quich-Hambach* viculus 186.
*Quichheim* vicus 272. 401.
*Querbach* vicus 233.
ad Quercus Eccleſia 388. monaſterium 454.
Quindecimviri Argentinenſes 336.

*Quinsfen* quid 321.
Quintner de Sarburg familia nobilis 662.
S. Quirini Advocatia 199. cella 479. præpositura 195, 448.

# R.

Raginerius Dux Lotharingiæ 4.
*Ramberg* familia nobilis 662, 398. Eberhardus 217. sq.
*Rammermatt* vicus 41. 43.
*Ramspach* vicus 57.
*Ramstein* castra 171, 201, sq. 251, 720. Familia nobilis 38. 662. Anna 671. Conradus 220. Henricus 22. Jacobus 715. Johannes 506. Philippus 171. Rudolfus 62. Thomas 715. Thuringus 688. Wernherus 155. possessiones 34. 40. 230. 261. 270. 420.
Ranckvillanum judicium 10.
*Rand* vicus 141. Familia nobilis 663.
*Randoltsweiler* vicus 57.
*Rangenberg* collis 41. 43.
*Rangenheim* vicus 141.
*Rantzunger* vicus 203.
*Ranspach* vicus 98. 174.
Rapertivilla 108.
Rappius (Thomas) 344.
Rappoltivilla oppidum 109.
Rappoltstein castrum 108. 443. Dynastia 108. Ballivatus 739. Dynastæ 613. Anselmus 90. 105. 109. 111. 118. sq. 107. 376. 526. 629. Bertha 526. Bruno 106. 109. sqq. 115. sq. 118. sq. 122. 562. Eberhardus 112. 118. 187. 214. Egenolfus 112. 286. 592. Henricus 105. 109. sq. 112. sqq. 116. 118. sq. 122. 502. Hermannus 111. 122. Hertzlanda 628. Johannes 109. 111. 114. 132. 287. 445. 528. Joh. Jacobus 39. 32. Maximinus 106. 111. 120. Schmasmannus 112. 117. 434. 507. 571. sq. 597. Ulricus 86. 109. sq. 115. 121. 412. 434. 526. 628. Wilhelmus 24. 114. 117. 214. 287. 592. 597. sq. Pesula activa 260. 102. 156. pastura 645. Vasalli *ibid.*
*Rappoltsweiler* vicus 34.
Rastilisus Rector Alsatiæ 354.
*Rastelsdorf* vicus 30. 693. Familia nobilis 663. Johannes 89. Ludovicus 657. Ulricus 36. Wernherus 66. 89. 426. 596.
Rathsamhausen vicus 235. 684. Familia nobilis 712. sq. Ramus *à Lapide* 50. 65. 139. 222. 440. Christophorus Constantinus 130. Dietericus vel Theodoricus 112. 141. 168. 442. 445. 505. Georgius 130. 600. Jeratheus 60. 171. 571. Joh. Fridericus 207. Mauritius 112. Samso 207. Ramus *ab Ehrenberger* 712. 235. 258. 434. Conr. Dietericus 265. 382. Egenolfus 3. 233. 258. 271. 412. 571. Fridericus 145. Hartmannus 236. 258. 271. Henricus 505. 592. Jacobus 112. 141. Johannes 105. 112. 232. 230. 258. 572. Leopoldus Samso 239. 236. Lutelmannus 236. 260. 412. 571. 592. Petrus 505. Philippus 271. Theobaldus 236. Ulricus 658.
*Ratotsheim* vicus 132.
Ratperg vid. Rotberg
*Ratzenburg* castrum 502.
*Ratzweiler* vicus 43.
Raugravius (Phil.) 437.
*Ravviler* vicus 115.
*Reese* vicus 149. sq.
Raufch (Adolfus) 237.
*Raufchenburg* castrum *ibid.*
Rebe (Marchio de) 107.
Rebenthal 295.
*Rebflock* fam. nob. 663. Heilka 667. Jo. Gabriel 263.
*Rechberg* familia nobilis 663, 224. Chriftophorus 37. Conradus 576. Johannes 426.
*Rechefy* vicus 50.
Recettus Imperii 325.
*Rechotte* vicus 47.
*Rechtenbach* vicus 190. 429.
Recollecti vid. Franciscani.
*Recouvrance* vicus 50.
Regalia 324. Landgraviatus 18.
Regimorte (Baptista de) Prætor Argentinensis 339.
*Regenbaasen* vicus deftructus 78. 110. 457.
Regenfperg (Lutoldus de) 502.
*Regenheim* vicus 67. Familia nobilis 663. Henricus 506. Jacobus 60. 84. Petrus 426. fq.
Regifponcana Abbatia 451. poffeffiones 230. fq. 243. 254. fq.
Regisvilla 271. 352.
S. Regulæ ecclefia 73. 105.
Reich de Platz fam. nob. 714. 169. fq. 172. 353.
Reich de Reichenstein familia nobilis 691. Jacobus 687. Johannes 657. Marcus 36. fq. Petrus 23. 63.
*Reichenau* familia nobilis 663.
*Reichenberg* caftrum 115. 202. 275. Fam. nob. 663. Hugo 202. 439. Walcherus 76.
*Reichenftein* caftrum 77. 349. 691.
Reichenweyer vid. Richevilla.
*Reichsdorf* vicus 134. 429.
*Reichsfelden* vicus 259. 684. 699.
Reichshofen oppidum 167. 192. 217. 238. 274. 742. Familia nobilis 663.
*Reichsfteet* vicus 100.
*Reichsvogtey Keyfersberg* 284.
*Reichsweiler* caftrum 443. 724. Familia nobilis 648. Johannes Ulricus 100.
*Reiffengerichs* 330.
*Reimbrechtsweiler*, *Reinnersweiler* vicus 126. 231.
Reinach familia nobilis 691. 42. 50. 60. 94. 172. Erhardus 39. 42. Franc. Joſephus 38. 443. Fridericus 505. Guntherus *ibid.* Hamannus 102. Hubertus Nicolaus 55. Joh. Chriftophorus 3^a. Joh. Georgius 512. Joh. Henricus 51. Joh. Wilhelmus 512. Ludovicus 51. Philippus Carolus *ibid.* Ruffmannus 505. Sigifmundus 67. Ulricus 505.
*Reinholdilin* familia nobilis 256. 664.
*Reinech* caftrum deftructum 36. 63. 443.
*Reinhardshof* villa 234.
*Reinhardsmunfter* vicus 216. 239.
*Reiningen* vicus 44.
*Reinftett* vicus 160. Familia nobilis 664.
*Reipertsweiler* vicus 225.
Reipolskirchii 267.
Reifenbachius 246.
Reifer (Fridericus) 340.
*Reifsackerhof* villa 239.
*Reifsel* vicus 234.
Reifsteifen (Phil. Jac.) 264.
*Reitershofen* vicus 133.
*Reitenweiler* vicus 223.
Religio Olvidata Argent. 340. Colmariæ 373. Hagenoæ 361. Keifersbergæ 418. Landaviæ 400. Monafterii 414. Oberehnheimii 406. Selestadii 385. Weiffenburgi 394.
S. Remigii caftrum 175. 443.
*Rench* flumen & oppidulum 161.
*Renchenbach* villa deftructa 233.
*Renchenhochenhof* villa *ibid.*
*Renchingen* caftrum 177.
*Renner* familia nobilis 664.
*Renrupt* vicus 203.
*Rentingen* vicus 125, 198. Familia nobilis 664.
*Reppe* vicus 44.
Refchii 419.
*Retersheim* vicus 69. fq.
*Retersweiler* vicus 242.
*Refchbovveiler* vicus *ibid.*
Reuniones Cameræ Briſcanenſis 28.
*Reutenberg* vicus 212. fq. Familia nobilis 664. Burcardus 213. Ortolfus *ibid.*
Reutner de Weil familia nobilis 726.
Rex Chori 292.
*Rexen* vid. *Regenheim.*
*Rheinau* oppidum 154. 162. 166. 276. Familia nobilis 664. Bertholdus 143. Capitulum 244. 293. præceptoria 257.
*Rheingrafen* 291.
*Rheinzabern* oppidum 173.
Rhenanus (Beatus) 155. 386.
Rhenenſis terra 8.
Rheni alluviones 154. Emiſſarius 291. pons 244. 258. 291. 322.
de Rheno familia nob. vid. *Zu Rhein.*
Rhenus limes Alſatiæ 4.

*Rhinfelden* oppidum 62.
*Ribaugotste* viculus 123.
*Ribeauppierre* vid. Rappoltſtein.
*Ribeauwiller* 109.
RIBOLDT familia nobilis 726.
RICHARDUS Imp. 304. 357. 359. 384. 553.
Richardus Rex Angliæ 188.
*Richebourg* vicus 52.
*Richeſſen* vicus 159.
*Richenbach* monaſterium 167.
S. Richildis 76.
RICHOVILLA oppidum & Dynaſtia *ibid.*
*Richsheim* vicus 58.
*Richter* familia nobilis 664. Hermannus 151. Hugo 158. Jacobus *ibid.* Johannes 252. Nicolaus 147. 160. ſq. Wolfius 252.
*Richtolsheim* vicus 159.
Richwinus Epiſcopus Argentinenſis 2.
*Ridingen* vicus 125.
*Ried* prædium 309.
*Riedelberg* vicus 234.
Riedenſis comitatus 129. 192. pagus 243. 531.
*Riedheim* vicus 222.
Riedisheim vicus 39. 428. 725.
Riegel (Fruthmannus) 537. Henricus *ibid.*
*Riesbach* vicus 24.
*Riet* familia nobilis vid. *Hoberriet.*
*Rietfeltz* vicus 208. 388. 429.
*Rietweiler* vicus 73. 666.
*Riff* familia nob. 664. Adamus 152. Johannes 346.
Riffenberg (Conradus de) 179.
*Rimbach* vicus 63.
*Rimbachzell* viculus 86. 684.
*Rimberg* familia nobilis 664. 696.
*Rimbſheim* vicus deſtructus 457.
*Rimmenheim* familia nobilis 664. 715.
*Rindsheim* vicus 129.
*Ringeldorf* vicus 255.
*Ringelſtein* caſtra 61. 195. ſq. Familia nobilis 664.
*Ringendorf* vicus 132. 177. 222. 672.
*Ringsheim* vicus 162.
*Ripoltzweiler* vicus 132.
*Rippelin* familia nobilis 664.
Ripuarius Ducatus 9.
*Riſche* ſilva 157.
*Riſpach* vicus 44.
*Ritter* 321. de Urendorf familia nobilis 356. 665. 674. Emericus 264. Hermannus 161.
*Rittergericht* 393.
*Ritterhaus* 432.
*Rittersbofen* vicus 126. 231.
RIVIERE (Poncet de la) Intendens Alſ. 723. vicus 47.
*Rixheim* vicus 58.
Rixingenſes Comites 522.
Rocha 431. Comitatus 53.
*Rode* vicus 177. 187.
*Rodenbach* villa 185.
*Rodern* vicus 113. 115. 126. 700.
*Rodersheim* vicus 166. 168. 407. 518. Familia nobilis 408. 644. Henricus 170.
RODOLF A THIERSBERG familia nobilis 714. de Rodeck 161. 670.
*Rodersdorf* vicus 34.
*Rodern* caſtrum 231. quæſtura 243.
*Roſchdirn* vicus 56.
Roſelin (Heliſæus) 361.
*Roſlingen* familia nobilis 664. Cuno 417.
Roſſelmann (Johannes) 371. 376.
Roſtelenſes Dynaſtæ 63. Theodoricus 630.
Roſtelin (Emanuel) 377.
*Roggenhauſen* vicus deſtructus 110. 457.
Rohanæo-Subiſii Duces 247. 628.
*Rohr* viculus 140.
*Rohrbach* caſtellum 252. vicus 183. 252. 646.
*Rohrweiler* vicus 133. 231.
*Romagney* vicus 52. 54.
Romanicum idioma 54. 78. 123. 149. 195. 206.
Romanum jus 329.
*Romersheim* 254.
*Romont* caſtrum 125.
*Roppach*, *Roppe* caſtrum 56. 442. 696. vicus 57. 665. Familia nobilis 665. 48. Franciſcus 56. Franc. Conradus 56. Franc. Leop. 443. Maria Ludovica 56.
*Roppenheim* vicus 129. 243.
*Rorahe* 107.
*Rorburg* caſtrum 644. Familia nobilis 643.
*Rorenderlin* familia nobilis 655.
*Rorſchbrugger* vicus 112. 115. 575.
Roſa inſigne 358. 408.
Roſarii capella 117.
*Roſchbach* vicus 205.
*Roſchweng* vicus 129. 243. Judicium 134. 245. 530.
*Roſemons* vid. Rofenheig.
ROSEN Marchiones 724. Conradus 64. 103. Johannes 43. 51. 69. Reinhardus 220. Reinholdus 100. 103. 220.
Roſenbaumii 356.
*Roſenberg*, *Roſenfels* caſtrum 48.
*Roſenburg* caſtrum 229. 443.
*Roſengarten* 291.
*Roſenkranz* capella 117.
*Roſenthal* vallis 48.
*Roſenweiler* vicus 145. 220.
*Roſtelden* vicus 158.
ROSHEIM Civitas Imperialis 377. 407. Fam. nobilis 665. 678. Clara Eliſabetha 433. Groshaus *ibid.* Ludovicus 638.
*Rotheinweiler* vicus 145. 170.
*Rothoje* pagus 128.
Roſtelangus 733.
*Roſthof* 354.
*Roſtiſch* familia nobilis 665.
*Roſtimarck* familia nobilis *ibid.*
*Roſtweng* vicus 177.
*Roſtey* vicus 198.
*Rotach* amnis 79.
*Rotbach* vicus 238.
ROTBERG familia nobilis 693.
Rotenburgius (Vitus) 386.
*Roth de Roſenberg* familia nobilis 665. Johannes 60.
*Rothaine* rivulus 206.
*Rothau* vicus 150. 206.
ROTHENBURG caſtra 54. 274. Dynaſtia 54. 689. 724. Familia nobilis 665. Conradus Alexander 55. Nicolaus Fridericus 64. Reinhardus 171. Walthetus 630.
*Rotbweiler* familia nobilis 665. 242.
*Rotpach* vid. Roppach.
*Rotz* vicus 187. 439.
*Rotzelsheim* vicus 254.
*Rotterisdorf* vicus 36. Henricus 88.
*Rotterſhofen* vicus 231.
ROUFFC Duces 207. 628.
*Rougegoutte* vicus 48.
*Rougemont* vid. Rothenborg.
*Rouxje* vicus 149.
Rubiæ tinctorum cultura 227. 362.
Rubra factio 372.
*Ruebling* vicus 240.
Rudaihngius (Johannes) 344.
*Ruderbach* 38.
*Rudingen* 108.
RUDOLFI I. Imp. res in Alſatia geſtæ 11. 17. 57. 108. 179. 307. 349. 359. 370. 399. 473. 700. Status 209. 309. 501. 513.
Rudolfi Habsburgi Comites 472. 499. ſqq.
Rudolfus Galliæ Rex 2.
Rudolfus III. Burgundiæ Rex 5. 306.
Rudolfus Dux Sueviæ & Alſatiæ 547.
Rudolfus Dux Auſtriæ 20. 34. 41. 504. 566.
*Ruebling* vicus 240.
*Rueſt* vicus 172. 702. Familia nob. 666. Agnes 72. 701. Cunzemannus 372. Fridericus 101. Johannes 372. Martinus 308. Sufanna 674. poſſeſſiones 40. 44. 76. 125. 438.
RUFACH oppidum 79. Baillivatus 738. Fam. nob. 666.
*Rugesheim* familia nobilis 666.
*Ruhebaucherhof* villa 234.
*Ruhenderlin* familia nobilis 666. Michael 268.
*Ruhsheim* familia nobilis 666.
*Ruhtzheim* vicus 174.
*Rumbach* vici 188. 273.
Rumel familia 408.
*Rumelnheim* familia nobilis 666. Agnes 663. Cunemannus 674. Cuno 663. Nicolaus 259.
*Rumerſheim* vicus 59. 254. Fam. nobilis 666. 404.

*Rumolrweiler* vicus 211. fq. 216. 263. 621. 706.
Rupenſis Comitatus 53. Dynaſtia 206. Comites 214. 619.
*Rupersberg* caſtrum 248.
Ruperti augia 167. 261. 352. 700.
*Rupertsweiler* vicus 234.
RUPERTUS Imperator 321. 570. ſq.
Rupes caſtrum 52. 206.
RUPISVALLENSIS Dynaſtia 206. 712. Ballivatus 742.
Ruſchius (Adolfus) typographus 349.
Rulinger (Sixtus) 343.
*Ruffenhaus* vicus 117.
Rufticorum tumultus 136. 384. ſq. 395.
*Rutebé* vicus 223.
Ruzæus Marchio Subadvocatus Alſatiæ 579.
Ryenſis familia 53.
Rymberg (Johannes de) 397.

## S.

*Saales* vicus 203.
Saccitæ fratres 293.
*Sachſenheim* vicus 663.
Sacra vid. Religio.
Særingius mons 92.
*Sahlenthal* vicus 142.
Saintlo (Johannes) 345.
Salamancka vid. *Oranberg.*
Salbertina foreſta 46.
Saletio Romanorum 181.
Salici Imperatores 307.
*Salmbach* vicus 174.
Salmis caſtrum 206. Comites 166. Johannes 150.
*Salſey* vicus 203.
Salzbrugga 273.
*Salzheim* vicus 403.
Saltzmann (Joh. Rudolfus) 345.
*Saltzwag* villa 234.
S. Salvatoris monaſterium 159.
Salvius Legatus Sueciæ 27.
*Sand* vicus 134. 153. 231.
SANDERSLEBEN familia nobilis 730. 75.
Sanguinis judicium 330.
Sanguinis ſacri capella 302.
*Sanct Blid* vid. S. Hippoliti.
San-Victorini Nobiles 275.
Sapidus (Johannes) 344. 386.
Saporoſa amnis 45.
*Sappenheim* vicus deſtructus 59. 457.
Sarzpontanus Comes (Simon) 226.
Sarburg oppidum 195. Familia nob. vid. Quintner.
Sareck caſtrum 198. 237. 248. 675.
*Sarrenthal* vicus 189.
Sarna caſtrum 502.
Sarwerdenſes Comites 139. Conrados 122. Henricus 262.
*Satbach* vicus 161.
*Satbachwalden* vicus *ibid.*
*Saſſenheim* vicus 72. 691.
*Saſſenheim* vicus 261. 684. 699.
*Savourenſe* amnis 45.
Saur (Joh. Jac.) 272.
Saufenbergenſis Landgraviatus 16.
*Sauſſenheim* vicus 177.
*Sawisheim* vicus 58.
Saxoniæ Ducatus 10. Electus Frid. Auguſtus 235. Comes Mauritius 237.
Scabini 337. 360. 400.
Scara flumen 201.
Schadæus (Elias) 345.
*Schæffelsheim* vid. Schafolsheim.
*Schæferhof* viculus 195.
*Schæfersheim* vicus 101. 132. 158.
*Schafbach* villa 240.
*Schafgiefen* caſtrum 125.
*Schafhauſen* vicus 180. 264. 684. 705. villa deſtructa 214. 457.
*Schafholtsheim* caſtrum & vicus 168. 684. 717. Familia nobilis 652. 666. Johannes 150. 258. ſq. 402. 567. Wilhelmus 532.
*Schakkendorf* vicus 132. 225. 719. Fam. nob. 667.
*Schaller* familia nobilis 666. Johannes 506.
Schallerianum ſtipendium 346.
*Schanlin* viculus deſtructus 268. 457.
*Scharfenberg* caſtrum 139. 177. 213. 444. Bertholdus 272. Henricus *ibid.*
*Scharfeneck* caſtrum 256. 444. præfectura 186. Henricus 256.
*Scharrach* caſtrum 261. 444. 703. Familia nob. 667. 703.
*Scharrachbergheim* vicus 166. 218. 261. 684. 703.
Schaub (Gotlius) 229.
Schaubertus 204.
*Schauenberg* monaſterium 83. 454.
SCHAUENBURG familia nobilis 94. 693. Georgius 223. Maria Salome 707. Suſanna 649. Theobaldus 88. poſſeſſiones 69. ſqq. 87. ſqq. 100. 261. 375.
*Schedel* familia nobilis 666.
*Schebenhart* vicus 174. Meingotz *ibid.*
*Schein* vicus 174. Familia 350. 359. Andreas 258. Jo. Valentinus 345.
Schellenberg (Dionyſius de) 215. Maria Anna 267.
*Schenck* familia nobilis 661. 667. Anſtettius 405. Bertholdus 670. Leonhardus 405. Waltherus 405. 676.
SCHENCK DE SCHMIDTBURG familia nobilis 730.
Schenckhecher (Johannes) 342. 346.
*Scherlenheim* vicus 255.
*Scherzheim* vicus 223.
*Scherweiler* vicus 202. Familia nobilis 634.
*Schwerlenhof* villa 239.
Schiffmann (Jo. Adam) 346.
*Schillersdorf* vicus 235. 239.
Schilling de Surburg familia 256.
Schillinger (Jo. Jac.) 210.
Schiltacha 79.
*Schiltzeck* caſtrum 166.
*Schiltzheim* vicus 270. 352. ſq. Advocatia 715. Familia nobilis 667.
*Schimbart* viculus 174.
*Schirein* vicus 270.
*Schirdorf* vicus 259. 660. 684. 732.
SCHIRMECK caſtrum & præfectura 147. Ballivatus 740.
*Schirmen* villa 106.
*Schirmgericht* 337.
*Schirrieth* vicus 270.
*Schlatte* familia nobilis 667.
Schlecht (Rembold) 306. 343.
*Schlegeler Krieg* 310.
*Schleithal* vicus 175. 439.
*Schlettenbach* vicus 175. 177. 188.
*Schleuſt* vicus 172.
Schlick (Caſpar) 120. 229.
*Schlierbach* vicus 57. 66. Familia nobilis 667.
Schmalfteiviu miles 251.
Schmidt (Johannes) 345. Sebaſtianus *ibid.*
*Schmeetbal* 195.
Schneider (Jo. Balthaſar) 375.
*Schnerstheim* vicus 215. 262. 646. 684.
Schnetzer de Kronſingen (Henricus) 55.
Schnewelin de Krantznow (Conradus) 23.
Schnidlauch familia nobilis 398. Conradus 400.
*Schnierlach* vicus 123.
*Schoffengericht* 301. 392. *Schuffenmeiſter* 335.
Schoefferus (Petrus) Typographus 347.
Schoen (Martinus) pictor 375.
SCHOENAU vicus 158. 261. 684. Familia nobilis 715. 83. Euphroſyna 702. Helena Chriſtina 174. Henricus 158. 168. Jacobus 91. 201. Peterm annus 368. Reinboldus 141. Rudolfus 261.
Schoenbeck (Wolfg.) 44. 65.
*Schonberg* vicus 198 206. caſtrum 33. 70. Familia nobilis 667. Chriſtophorus 23. Dietricus 191. Johannes 246.
*Schonburg* 187.
SCHONECK caſtrum 236. 249. 704. Dynaſtia 249. Ballivatus 744. Familia nobilis 667. Reinboldus 168. 270.
*Schonecken* vicus 240.
*Schonenbruch* vicus deſtructus 150. 457.
*Schonenſteinbach* monaſterium 451.
*Schorr* familia nobilis 668. 715. Burcardus 159.
*Schorpflin* familia nobilis 667.

Schœr (Petrus) 266.
*Schopfheim* caſtrum 168.
Schornſtett (Nicolaus de) 161.
*Schorp* familia nobilis 668.
*Schorr* familia nobilis 356. 668. Johannes 250. Petrus 344.
*Schotten* vicus deſtructus 150. 457.
Schoup vid. Schoep.
*Schranckenfelt* caſtrum 88. Fam. nob. 668. Johannes 88.
Schuler (Johannes) 374.
*Schulthejß* familia nobilis 615. 668. Nicolaus 268.
Schutterus (Matthias) Typographus 344. 349. 386.
*Schurhofen* vid. Schirhofen.
Schutterenſis Abbatia 88.
*Schwab* familia nobilis 668.
Schwabenburg (Catharina de) 233.
*Schwabsbirlen* vicus 159.
*Schwalcweiler* vicus 126. 231.
*Schwalcweiler* villa deſtructa 214. 457.
*Schwechenheim* vicus 184. Richwinus *ibid.*
*Schwan* familia nobilis 668.
*Schwanau* caſtrum 164. 349. 444.
*Schwarber* familia nobilis 668. Bertholdus 529. Johannes 270. 656. Petrus 310. 341. Reinboldus 655.
Schwartzacenſis Abbatia 222. 226. 232. 254. ſq.
*Schwartzbach* viculus 149.
*Schwartze Partey* 372.
Schwartzenberge Dynaſtæ 70. Johannes 140.
*Schwartzenburg* caſtrum 266. 282. 444.
Schwartzetdii 387.
Schwebelius 251. Johannes 344.
*Schweffelbrunn* 255.
*Schweicht* vicus 234.
*Schweigen* vicus 174. ſq. 247. 272. 429.
*Schweighauſen* caſtrum 33. 44. eccleſiæ 254. vici 101. 239. 262. 363. 548. Fam. nob. vid. Hacke.
*Schweighofen* vicus 175.
*Schweinheim* vicus 216. 265. 696. Fam. nob. 668. Conradus 672.
*Schweinsbach* capella 411.
*Schweinung* familia nobilis 669.
Schweinfurt Archidiaconus 201.
Schwandi familia 629. Lazarus 107. 120. 287. 593. Waltherus 44. Wilhelmus 105. 107. 593.
Schwendfeld Nobiles 732. poſſeſſiones 152. 436.
Schwengfeldianiſmus 400.
*Schwerta* vicus 51. Familia nobilis 669.
*Schwindraxheim* vicus 226. Familia nobilis 669.
*Schwobach* vicus 38.
*Schwoarbrief* 258. *Schwoarlag* 373. 405.
*Schynach* familia nobilis 669.
Sclopetorum fabrica 407.
Sculteti 230. 371. Imperiales 277. 286. 359. 383. 424. Familia nobilis vid. Schultheiß.
*Seben* vicus 62.
*Sebenthal* vallis *ibid.*
Sebitzius (Johannes) 345. Melchior *ibid.*
Sebuſiburgum 287.
Secerius (Johannes) Typographus 361.
*Seckingen* familia nobilis 669.
Sedunenſis diœceſis 5.
*Seebach* familia nobilis 669. Johannes Georgius 178. 720. Magdalena 657.
*Seel* vicus 202.
*Seelbofen* villa deſtructa 183. 225. 403. ſq. prioratus 450.
Seidenſticker (Paulus) 385.
*Seinſel* caſtrum 631. vicus 237.
*Selden* monaſterium 166.
*Seldenowe* 181.
*Seldingen* 177.
Selestadium Civitas Imp. 379. ſqq. 714. officina monetaria 321. fœdera ejus 278. poſſeſſiones 271. ſchola 344.
Salsa monaſterium 180. 448. poſſeſſiones ejus 157. 178. 190. ſqq. 243. ſq. 350. 354. 517. ſq. Civitas 181. ſqq. 7. ſq. 178. 276. ſq.
*Seltzbach* fluvius 15. 126.
Senatus Regius Alſatiæ 379. Argent. 333. ſq. Colmar. 372. Hagenoenſis 360. Keiſerberg. 418. Landav. 400. Monaſter. 413. Mulhuſ. 424. Oberehnheim. 405. Rotheimenſis 408. Seleſtad. 383. Turingheim. 421. Weiſſenburg. 392.

*Sendenbach* viculus 411.
*Sendtheim* vicus 64.
*Senebredde* villa 516.
*Sengern* vicus 94.
Senne de Munningen (Hartmannus) 168.
Senonenſium oppidum 64. 166. 276. Advocatia 33.
Senonienſis Abbatia 272.
*Seppois* vicus 50.
S. Sepulchri capella 31.
Sepultura in templis 534.
Serailly (Maigret de) Intendens 723.
Serinus (Chriſtianus) 374.
*Sermamagny* vicus 48.
*Sermersheim* vicus 157.
*Sernhofen* viculus 138.
Servientus Legatus Galliæ 26.
Servitutis nota 203.
*Seſſenheim* vicus 139. 244. 719.
*Seſſisheim* 70.
*Seſſolsheim* vicus 142. Familia nobilis 356. 669.
*Sevenant* vicus 47.
S. Severini facellum 116.
*Sibelslingen* vicus 184. ſq.
*Sibenbach* vicus deſtructus 150. 457.
*Sicke* familia nobilis 669.
*Sicker* vicus 63.
Sickingen familia nobilis 236. Franciſcus 174. 197. 199. 205. 252. ſq. 398. 438. Franciſcus Conradus 438. Johannes 219. ſq. Michael 670. Reinhartus 241. 387. 432. 570. ſq. Reinhartus Hofwartus 430. Schweighardus 147. 219. 248. 253. Schweighardus Johannes 205.
*Siegen* vicus 174.
Sierck (Arnoldus de) 253. 628.
*Sierlenheim* vicus deſtructus 192. 457. 518.
Sigebertus Landgravius Alſatiæ Inf. 126.
Sigebertinum ſyſtema 461.
*Sigenow* (Matthias de) 506. 597.
Sigilla 135. 323. 507. 514. 535. uſus eorum 499.
S. Sigiſmundi monaſterium 75. 83.
Sigismundi Imp. res in Alſatia geſtæ 311. 357. 507. 571. 597.
*Sigoltheim* vicus 106. 117. Fam. nobilis 669. 678.
Silberad (Elias) 345.
Silbermann organorum conſtructor 392.
Silveſtres Comites, Conradus 228. 250. Emico 138. 447. 524. Fridericus 230.
Similer (Johannes) 343.
*Simpten* vicus 234.
Sinclarius Baro (Lud.) 239.
*Sindelsberg* monaſterium 212. ſq. 450.
*Sindelshofen* villa 214.
*Singrijt* vicus 212.
*La Sirene* 75.
Sirenïæ partes 588.
*Sirentz* vicus 60.
Siſgovia ab Alſatia avulſa 5. Landgraviatus 16.
Sleidanus (Johannes) 314.
*Slettenbach* vicus 439. 432.
Sletto gigas 379.
Smalcaldicum fœdus 313.
*Smalenstal* 274.
Smalti minera 125.
*Steerstheim* 262.
Socinus (Ambroſius) 374. Nicolaus *ibid.*
Societates Nobilium 681.
Soda vicus 48.
Sodalitas literaria 341. 386.
*Sogren* caſtrum 33. 52.
Solaria feuda 12.
*Solbach* viculus 296.
Soldan (Nic.) 158.
A Sole (Matthæus & Hugo) 59.
*Sondernah* vicus 411.
*Sonderndheim* vicus 179.
*Sonderndorf* vicus 34. Familia nobilis 669.
*Sond* vicus 51.
*Sope* caſtrum 445. vicus 44.
S. Sophiæ capella 301.
Sorna rivus 15.
*Sornhofen* vicus 136. 138.
Soror pro fratria 467.
*Spachbach* vicus 230.
*Spath* familia nobilis 669.

*Sparrbach* vicus 238.
*Specbbach* caſtrum 445. Familia nobilis 669.
Speculæ Argent. 291.
Speculum Suevicum 325.
*Speicbern* vicus 240.
*Spender* familia nobilis 669. Johannes 648. Nicolaus 352. Reinboldus 150. Waltherus 295.
*Speyberg* caſtrum 168.
*Spiegel* familia nobilis 670. Waltherus 160. Jacobus 386.
*Spiegelberg* caſtrum 84.
Spira civitas 282, ejus comitiva 329. infignia 323. poſſeſſiones 401. rivus 127.
Spirensis Epiſcopatus Terræ 172. ſqq. 127. 179. 186. ſq. 190. 224. 243. 251. ſq. 272. 398. ſq. 401. Feuda 232. 234. 251. ſq.
Spirgovia comitatus 193. advocati 607. comites 605. pagus 127.
*Spitzenberg* caſtrum 203.
Spon familia nobilis 730. 240.
*Sponeck* familia nobilis 670.
Sponheimenſes Comites, Eberhardus 363. Walravus 243.
Sporer de Eptingen (Burcardus) 382.
Spuriorum inſignia 535.
Stabulum Argentinenſe 304.
*Snackmatten* vicus 244.
Stadel familia nobilis 726.
*Stadelhof* curia 211.
Stadler (Jacobus) 509.
*Staffelfelden* caſtrum & vicus 70.
*Staffelgericht* 333. 392.
*Stahl* familia nobilis 50. de Weſthofen, Fridericus 150. 271. Werlinus 267.
Stahleck (Henricus de) 559.
*Stallgeld* 337.
*Stambach* rivulus 273.
*Stambrunn* fons 273.
Stamheim (Waltherus de) 368.
Stamler de Keiſersberg (Helmann) 105.
*Stampemont* vicus 203.
Stangii vid. *Rotbeim.*
Stanislaus Poloniæ Rex 317. 397.
*Staatmatten* vicus 129. 244.
Status Alſatiæ 601. eorum debita 28.
Statuta civitatum 272.
*Staufen* familia nobilis 547. 670. Leo 600. poſſeſſiones 44. 60. 102.
*Staufenberg* caſtrum 701. collis 43.
*Steckebor* familia nobilis 670.
*Stecke* vicus 63.
*Stebelin* familia nobilis 670.
*Steige* vicus 203.
Steigenſe monaſterium 136. 195. ſq.
*Stein* caſtrum 109. 445. Familia nobilis 670.
*Steinbach* vici 65. 149. 166. 172. 234. 252. 273. Conradus 263. Petermannus 377.
Steinbach (Martinus) fanaticus 385.
*Steinberg* 166.
*Steinbrunn* caſtrum 445. vicus 60. Familia nobilis 60. 672.
*Steinburg* caſtrum & vicus 138.
*Steinburgbor* familia nobilis 670.
Steincallenfels familia nobilis 176. 198. 246.
*Steinfeld* vicus 176. 247. 432.
*Steinfeltz* vicus 177. 187. 429.
*Steinfultz* vicus 34.
*Steinthal* 206.
Steinungus miles 414.
*Steinweiler* vicus 183. 193. Albertus 183. Theodoricus *ibid.*
Stella inſignium 535.
*Stemberg* vicus 203.
*Stenfel* vicus 125. 198.
S. Stephani eccleſia 293. ſq. 388. 408. 422. feuda ejus 217. poſſeſſiones 142. 169. 265. 267. ſq.
*Stephansbrunn* villa 234.
*Stephansburg* Advocatia 168.
*Stephansfelden* præceptoria 227. 282. 451.
*Sternenberg* vicus 34.
*Stetten* vicus 57. Waltherus 371.
*Stettmeiſter* 337. ſq. 360. 372. 413. 418. 383.
Steura Imperialis civitatum 280.
*Stickerrbach* villa 234.
*Still* vicus 148. 550. Familia nobilis 670.
*Stillbach* amnis 147.
Stimmer (Tobias) pictor 292.
Stipendia Argentinenſium 346.
*Stirngen* villa 240.
Stivagienſis Abbatia 367.
*Stockbotten*, *Stockgericht*, *Stockwaart* 330.
*Stockweier* villa 185.
*Stæv* de *Staremburg* familia nobilis 671. 56. 94. Humbertus 101. Johannes Burcardus 121. Martinus 24. 67. Rudolfus 100. Theobaldus 415. Ulricus 96. Wilhelmus 506.
*Staverbach* vicus deſtructus 150. 457.
*Staverenburg* caſtra 98. 101. 121.
*S. Staverget* vicus 50.
*Staufer* familia nobilis 670. Godefridus 352.
*Staufenhofen* oppidum 677. 714. Familia nobilis 242.
*Staufenbrunn* villa 240.
*Staverbach* vicus deſtructus 150.
*Staverkenſon* viculus 98.
*Staverwihr* vicus 411.
*Staverenheim* vicus 156. 259. 261. 684.
Strahlenheim (Comes de) 240.
Straminum oppidum 76.
Strasberg (Adelheidis de) 76.
Strasburg Civitas vid. Argentina; caſtrum 121. Familia nobilis 624. 343.
Straufs (Leonhardus) 135.
Streiff (Henel) 253. Wilhelmus 261.
*Streits* vicus 38.
Strelitz ab Immendingen, familia nob. 730. Chriſtoph. 40.
*Strobſtatt* 76.
*Strobſtil* familia nobilis 671. Anſelmus 594. Johannes *ibid.*
*Strude* vicus 198.
*Studenweeg* familia nobilis 671.
Stulingen Landgraviatus 16. Familia nobilis 117.
*Stundweiler* vicus 174.
*Sturm* familia nobilis 671. 170. 265. Fridericus 218. Goſſe 139. Hedwig 222. Jacobus 313. ſq. 344. Margaretha 643. Petrus 313. Philippus 237.
Sturm (Johannes) 211. 342. 344.
Sturtzelii de Buchheim 117. 512. Albertus 595. Conradus 18. 51. 71. 509. 592. Jacobus 24. poſſeſſiones 117. 512.
*Sturtzelbronn* monaſterium 282. 450. 519. poſſeſſiones 235. 230. 249. ſq.
*Stutzheim* vicus 259. 663. 684. 705. Familia nobilis 671. 117. Egenolfus 259. Nicolaus 384.
Suartius Abbas 274.
Subadvocati Alſatiæ 282. 581. officium eorum 573. 577.
Subtilienſe monaſterium 367.
Succorum res geſtæ in Alſatia 32. 43. 152. 148. 363. 315. 377. 385. 511.
Suavia Ducatus 10. ſq. 545. Duces 539. 555.
*Suffelnheim* vicus 256. Fridericus *ibid.*
Suffragium in Comitiis 391. Civitatum 277. Landgraviatus ſup. 19.
Sulcerus (Simon) 342.
*Sulger* familia nobilis 148. 671.
Sulphureus fons 255.
Sultz oppidum 73. 84. 276. 738. caſtrum 445. Vici 126. 146. 241. monaſterium 453. Familiæ nobiles 85. 671. 443. Conradus 236. Jacobus 169. Wilhelmus 96. Wolfius 169. Comites 55. 659.
*Sultzbach* amnis 147. caſtrum 445. 671. oppidulum 89. 245. 276. 375. vici 44. Familia nobilis 671. 47. Baldramus 237. Carolus 368. Theobaldus 445.
*Sultzerheim* vicus 411.
*Sultzmatt* caſtrum 445. vicus 83. 167. Familia nobilis 671.
*Sundebruch* vicus deſtructus 150. 457.
Sundgoviæ Pagus 9. 31. Comites 536.
*Sundhauſen* vicus 100. 684. 709. 718. vicus deſtructus 165. 457.
*Sundhofen* vicus 74. Fritſchmannus 368. Rulmannus *ibid.*
*Sunebrief* 327.
*Sunrer* familia nobilis 671.
*Sunthrim* villa 181.

*Suntheim* villa destructa 81. 84. 457. præceptoratus 452.
Superioritas territorialis 10. 278.
Suppliicii feudum 356.
Sura amnis 126.
*Surburg* vicus 126. 256. 248. Collegiata 354. Familia nobilis 671.
*Sure* vicus 130.
Surgandii 83.
*Surger* vid. Sulger.
*Surlatre*, *Surlattes* viculus 124.
*Surlin* familia nobilis 672.
*Surmont* vicus 52.
*Sussé* familia nobilis 672.
*Suvetwegersheim* vicus 160.
Suze (Gasp. Comes de la) 45.
*Symbach* vicus destructus 150.

## T.

Tabernacula Lapicidarum 338.
TABERNÆ Alsaticæ oppidum 136. 173. 276. Montanæ 185. Rhenanæ 173.
TABERNENSIS præfectura 135. fq. Ballivatus 742.
*Tagesburg* vid. *Dagsburg*.
*Tagolsheim* vicus 38.
*Tagsdorf* vicus 38.
*Talheim* vid. *Dalheim*.
*Tambach* vid. *Dambach*.
Tannerode (Bertholdus de) 281. 558. fq.
*Tauflein* caſtrum 174.
Taſſilo Bavariæ Dux 121.
*Taubersland* vicus 265.
Taulerus (Johannes) 341. 343.
Taupadel (Axel) 37. 58.
Taurellus (Jacobus) 386.
Taxfelden (Theobaldus de) 38.
Teccenſes Duces 567. 595.
Telonarius Argentinenſis 331. Familia vid. Zoller.
Templariorum curtis 380.
Templi imago in inſignibus 323.
Templum Argentinenſe 292.
*Tenchel* mons 111.
Terminus pro Marca 212.
Terræ motus 351.
*Terrier* (Gabriel du) 263. 727.
Territoriale jus 283.
Tertiariæ monſales 355.
*Teſſenheim* vicus 59.
Tetrapolitana Confeſſio 341.
Teubler (Andreas) 47.
Teutonici Ordinis præceptoriæ 82. 94. 299. poſſeſſiones 201. 226. 267. fq. 388. 416. 422. 429. 452. fq.
*Thal* vicus 212. 214.
*Thalheim* vid. *Dalheim*.
THANN oppidum 41. fqq. 166. Dynaſtia 40. Ballivatus 737. Collegiata 97. Monaſterium 453. Fam. nobilis 264. 640. 672. Bernhardus 242. Chriſtophorus *ibid.* Conradus 41. Fridericus 675. 694. Gottfridus 209. Henricus 174. 242. 244. Johannes 175. 241. fq. 244. Nicolaus 574. Philippus 241. Ulricus *ibid.* Waltherus 209. 571. 573.
*Thannenkirch* vicus 111.
*Thannet* viculus 123.
*Thöringen* familia nobilis 672. Johannes 222.
S. Thomæ Epiſcopus 41.
Theobaldus Rex Navarræ 491.
Theodori (Jacobi) patria 186.
Theodoricus Comes provincialis 13. 485. 519.
*Thiancourt* vicus 52.
Thierſtecenſis eccleſia 80. 85. 451.
Thierſteinii Comites 35. fq. Henricus 62. 205. Hermannus 422. Johannes 52. 597. fq. Ita 470. Oſwaldus 23. 114. 205. 598. Rudolfus 469. Wilhelmus 205. Walthartus 469. 471.
S. Thomæ Eccleſia Colleg. 295. poſſeſſiones 146. 261. 267. 270. 625. fqq.
*Thor* familia nobilis 672.
*Thorsberg* 126.
*Thumbausen* vicus 180. 183.
Thura fluvius 40. 97. 364.
*Thurnburg* caſtellum 104.
*Thiefenthal* caſtrum 192.
Tielerus (Stephanus) 344.
*Tierbuelf* capella 59.
*Tiernheim* vicus deſtructus 59. 455.
*Tiltermunſter* vicus 216.
Tirolenſis Comitatus 507.
Titulorum luxuries 522.
Toggenburg (Fridericus Comes de) 110.
Torneamenta 359.
TOUCHE (de la) familia nobilis 726.
Trajectus Rheni 155.
*Trats* vid. Dratt.
*Traubach* caſtellum 43.
Trecentumviri Argentinenſes 337.
Tredecemviri 335.
Treitlingeri 352.
*Trenheim* vicus 150. 239. 259. 443. 655. 684. 705.
Trepeler (Johannes) 242. 607.
Tres rupes caſtrum 158.
Tres ſpicæ prioratus 123. 453.
*Tretudant* vicus 47.
*Treubel* familia nobilis 672. Adolfus 674. Johannes *ibid.* poſſeſſiones 145. 163. 258.
Trevirienſis Eccleſiæ poſſeſſiones 246. 248. Comitiva 332.
Tribunal ſupremum Alſatiæ 28. 722.
Tribuni caſtellum Romanorum 173.
Tribus Argentinæ civitatis 333. Colmariæ 368. Hagenoæ 356. Seleſtadii 381.
Tribuum judicia 337.
*Trifels* caſtrum 7. 128. 178. 188. 401.
*Trimbach* vicus 203. 246.
*Trinckſtuben* 368.
S. Trinitatis eccleſia 367.
*Trotter* familia nobilis 672.
*Trouchi* villa 206.
*Truchenbach* vicus 203.
TRUCHSSESS familia nobilis 694. Franciſcus 60. Johannes 62. poſſeſſiones 71. 74. fqq. 84. 264. 267.
*Truchtersheim* vicus 140.
*Truiben* vicus 234.
*Truſenheim* vid. *Druſenheim*.
S. Truperti Advocatia 476.
*Truttenhuſen* monaſterium 208. 404. 451.
*Tſcha* vicus 48.
Tubingenſes Comites 208. Rudolfus 166. Sophia 145.
Tullenſis Eccleſiæ poſſeſſiones 113.
*Tullier* vid. Froberg.
*Tuntzbalder* vid. Dunebolder.
*Tunnenheim* 267.
*Turant* familia nobilis 672.
*Turckheim* oppidum vid. Turingheim; Familia nobilis vid. Eckbrecht.
Turenius Marefchallus Franciæ 161. 170. 415. 421.
Turgoviæ Landgraviatus 500.
Turicenſe oppidum 11. monaſterium 105.
TURINGHEIM Civitas Imp. 419. fqq. 104. 120. 278. fq. 285. fq. Familia nobilis 672.
Turonenſis nummus 182.
*Turquoiſtein* caſtrum 195. 219.
Turres munitionum 290.
Turris templi Argentinenſis 292.
Tufenbaccenſe Sacellum 110.
Tutelare judicium 337.
*Twinger* familia nobilis 679. Burcardus 310.
Typographi illuſtres 349. 361. 375.
Typographiæ inventio 237. 359. 346.

## V.

*Vachterberg* vicus 206.
Vadegotiæ Abbatiæ poſſeſſiones 345. 521.
*le Val* vicus 54.
*Valdroy* vicus 48.
*Val d'Orbey* 73.
*Valderbach* vicus 206.
S. Valentini monaſterium 79. capella 301.
*Vaſſy* caſtrum 169. vicus 172. 109. 684.
Vallis Alſatiæ 458. Amariniana 97. Andlavienſis 168.

Bruſcana 147. Clingenſis 407. Florida 95. Gregoriana 118. 409. Leberia 123. Maſoniana 63. Orbeana 121. 416. Roſemontana 45. 48. Rupenſis 206. Vileriana 201. Uterina 185.

Vallis Angelorum monaſterium 450. Vallis Dei monaſt. 453. Vallis Gratiæ monaſt. 452.

VANOLLES (Barthol. de) Intendens 723.

Varembonia familia 53. 198.

Vasgovienſis equeſtris ordo 126.

*Vaufrey* vicus 52.

*Vauſiermont* vicus 47.

*Uberach* vicus 455.

*Uberechlingen* vicus deſtructus 150. 457.

Uberheuw (Maurit.) 346.

*Uberkumm* vicus 44.

*Uberſcher* vicus deſtructus 163. 457.

*Uberſtroß* vicus 38.

*Uchtersheim* vicus 171.

*Uchterweiler* vicus 157.

*Uchtrasheim* familia nobilis 635. 651.

Udenheimii oppidi privilegia 399.

*Vechenheim* vicus 243.

*Vegersheim* vid. Fegersheim.

*S. Veits Tantz* 351.

*Veldkirch* vicus 34. 248. ſq. monaſterium 105. 451.

Veldentiæ Comites, Eliſabetha 185. Fridericus 7. Georgius 6. 557. Georgius Guſtavus 207. Georgius Johannes 198. ſqq. 207. Henricus 146. 211. 444. Leopoldus Ludovicus 200. 207. Rupertus 177. 200.

*Veldkirch* eccleſiæ 76. 406. vicus 102. Familia nobilis 673. Waltherus 102.

*Veldlingen* vicus 98.

*Velleringen* vicus 98.

*Velleſtet* vicus 50.

Vendelini Augia 159.

*Vendenheim* vicus 172. 684. 717.

*Venet* familia nobilis 673.

Veneterum hoſpitale 202.

Vennerius tribunus militum 377.

*Verunis* vicus 52.

Velonſio camera Imperii 358.

Vefontina dioeceſis in Alſatia 15. 748.

*Veſſenheim* vicus 267. 684. Familia nobilis 673.

Veltenberg (Johannes de) 568.

*Vetreigne* vicus 55.

Vetus frumentum familia nob. vid. Viruekorn.

Vexilli gerendi jus 48. 324.

*Uffheim* vicus 57.

*Uffholtz* vicus 95. ſq. Familia nobilis 673. Rudolfus 499.

*Uffrich* Comitatus 129. Pagus 243.

*Uffweiler* familia nobilis 673.

*Uhrweiler*, vicus 237.

Vie per Vogeſum 138. 458.

VICE DESTRUCTI 454.

*Vicomté d'Aucrois* 13.

Vicus Julius Romanorum 179.

*Viertel* 127.

*Viertheim* caſtellum 176. vicus deſtructus 457.

Vigintiumviri 336.

VIGNACOURT familia nobilis 727. 35. 39.

Vignerii ſyſtema Genealogicum 464.

*Villersbach* vicus 206.

*Vitri* oppidum 201. 203.

VILLERNIUS Dynaſta 201. vallis 103. 114. 162. 201.

Villa quid ſignificat 45. 213. 458.

*Villar le ſec* vicus deſtructus 47. 50. 457.

*Ville de paille* 70.

Villinger de Schœnenberg familia nobilis 90. Carolus 106. Chriſtophorus 23. Jacobus 106. 386.

Vilwill (Bertramus de) 260.

Vina Alſatiæ 6. 41. 77. 92. 120. 202. 302 375. 419.

Vindoniſſe Comites 462.

*Vinningen* vicus 234.

Vinſtingen Dynaſtæ 118. 199. 210. 249. Burcardus 131. ſq. 205. 229. 310. 595. Dieterr. us 130. Henricus 166. 377. 562. Hugelmannus 135. 321. Johannes 271. 368. 426. 565. Ulricus 132. 146. 214. 224. 227. 246. 568. Wilhelmus 209.

*Virdenheim* vid. Firdenheim.

Virginis collis 299.

*Virneburg* familia nobilis 673.

Virodunenſes Comites 480.

Vifchbeck (Lucas) 271.

Viſitationis B. Virginis monaſterium 294.

S. Viti chorea 351.

Vitriariæ officinæ 195. 248.

*Vitringen* vicus 240.

Vituli vid. Kelbelin.

VIZETUM, Vicedomini, familiæ nobiles 673. ab Egersberg 732. 176. 242. Henrica 294. Ignatius Lud. 246. Rudolfus 506. Wilhelmus 671.

Vivarius peregrinorum 94.

*Vivians* familia nobilis 673.

*Ulenburg* caſtrum 161. Familia nobilis 673.

ULM vicus 161. Familia nobilis 733. Poſſeſſiones 229. 259. 443. Civitas Sueviæ 311. 323.

S. *Ulrich* prioratus 38. 452. capella 301. caſtrum 109.

S. Ulricus Epiſcopus Auguſtanus 542.

Ultimum vale 340.

*Ulweiler* vicus 237. 267.

*Ungersheim* vicus 67. 102. Familia nobilis 94. 674. Henricus 93. Wilhelmus *ibid.*

*Ungerſtein* vid. Hungerſtein.

Univerſitas Argentinenſis 344.

*Unter den Kauffleuten* familia nobilis 674.

*Unterbuſten* vicus 123.

*Unterlinden* monaſterium 367.

*Unterwich* vicus 150.

*Vogtlinshofen* vicus 70. 90. ſq.

*Vaiſch* familia nobilis 674. 259. 270. 443.

*Vogelbach* vicus 97.

Vogelsberger (Sebaſtianus) 396.

Vogeſus mons 3. Pagus 126.

Vogt familia nobilis 137. 269.

*Voichemberg* vicus 34.

*Voilungsgerichte* 393. 400.

*Volgelsheim* viculus 75. Familia nobilis 674. Heſſo 75. Regenhardus *ibid.*

*Volgericht* 400.

*Volding* 392.

Volmarus (Georgius) 362.

*Volmersweiler* vicus 150.

*Voltburg* vicus 198.

*Volta* ab *Altenau* familia nobilis 674. 141. 171. 236. Eva 641. Jacobus 265. Joh. Henricus 641. Phil. Jacobus 265. Rudolfus 246. 255. Wolfgangus 139.

Voſagus vid. Vogeſus.

*Vouvemans* vicus 47.

*Voyer* vicus 195.

*Vrai coſte* villa 273.

*Urbach* vicus 123. 206.

S. Urbani vallis 73. 122.

*Urbis* vicus 98. 123.

Urbes vid. Civitates.

*Urendorf* vid. Ritter.

*Urnuis* vicus 149. ſq.

*Urſenheim* vicus 159.

*Urſperg* vicus 48.

Urslingenſes Duces 612. Reinholdus 112.

Urunciæ Romanorum 40. 65.

*Uerweiler* vicus 237.

Uſenberg Dynaſtæ 232. Dynaſtæ 120. Clevlin 368. Fridericus 233. Johannes 238.

*Uſſburger* 308.

*Uſweiler* vicus deſtructus 44.

*Utenheim* vicus 141. 210.

*Utenheim* vicus 121. 172. 684. Familia nobilis 674. 259. 270. ſq. Henricus 665. Johannes 150. 162. 242. Kunemannus 405. 571. Ludovicus 169. Lutemannus 506. Mauritius 699. Rudolfus 525. Sibylla 667. Stephanus 158.

*Utenhofen* vicus 239.

Uterina vallis 178. 185.

*Uttingen* vicus deſtructus 193. 475.

Uttonis Comitatus 31.

*Urweiler* vicus 222. Familia nobilis 675. 431. Catharina 156. 652. Eva 248. Fritſchmannus 171.


## W.


*Wachenborn* vicus 125. 198.

*Wackenbach* vicus 149.

Wadegaſſen vid. Vadegotia.

*Waſſerling* palatium 98.

*Wafflet* ab *Eckerich* familia nobilis 134. 642. Henricus 202. 383. Nicolaus 405.
*Waffenheim* vicus destructus 73. 90. 167. 457. monasterium 89. 448. 479.
*Wagenburg* castrum 83.
Wagner (Bernhardus) 345.
*Wabien* vicus 38.
*Wahlenburg* turris 72. sq.
*Wahlenheim* vicus 254.
*Walbach* vicus 119. castrum 260. Familia nobilis 675. 432. Beatrix 649.
*Walch* familia nobilis 675.
Walcourt familia nobilis 726. 76.
*Walck* vicus 255.
*Waldbach* vicus 38.
*Waldeck* castrum 36. 446. 673. Familia 356. Adolfus Comes 524.
*Waldenberg* castrum 166. 446.
Waldenburg (Baronum de) possessiones 174. 177. 252. 267. 429.
Waldenſes combuſti 240.
*Waldhambach* viculus 174.
Waldnes à Freundſtein 695. 94. 423. Anaſtaſius 100. Bertoldus 633. Chriſtophorus 599. Conradus 39. 500. Crafto 505. Dagobertus 216. Hermannus 13. 21. 100. 595. Joh. Jacobus 24. 60. 79. Joh. Theobaldus 445. 577. Wilhelmus 34. 43. 89. 98. 102.
*Waldolwisheim* vicus 90. 136. 138. 141. 193. Fam. nobilis 675.
*Waldrabach* vicus 174. 252.
*Waldshofen* villa 214.
*Waleck* caſtrum 274.
*Walsheim* vicus 254.
Waller (Hieron.) 61.
Walljacob Architectus 291.
*Walpurg* vicus 176.
S. Walpurgis capella 301. monaſterium 8. 176. 250. 449.
*Walſchied* vicus 195.
Walsdorfii 398.
*Walſperg* caſtrum 258. 349. 446. 707.
*Waltenheim* vicus 57. 227. Familia nobilis 282. 675. Burcardus 630. Cuno 41. Ebelinus 661. Elikindis *ibid.* Henricus 171. 666. Reinoldus 171.
*Walterſbach* vicus 150.
*Waltersperg* vicus 47.
*Waltzhofen* vicus 34. 446.
*Waltorf* vicus 253.
Wambold (Eberhardus) 258.
Wangen oppidum 217. 267. Familia nobilis 715. 168. Albertus 452. Barbara 649. Bernhardus 215. Burcardus 140. 150. Chriſtophorus 215. Erhardus 214. 435. Fridericus 141. 215. 371. 563. Georgius 215. 403. Hartungus 117. 215. 262. 268. 271. 366. 403. 435. 648. Henricus 268. 672. Johannes 151. 215. 573. Peregrinus 142. 268. Stephanus 215. Waltherus 403. Wolfius 215. Zacharias Hermannus 203.
*Wangenburg* caſtra 262. 267. 446.
*Wantzel* vicus deſtructus 163. 166.
Wantzenaugia præfectura 159. 316. Ballivatus 740.
*Warſpach* villa 429.
*Warte* 168.
*Wartenberg* caſtrum 167. 220.
Wartenfels (Johannes de) 266. Nicolaus 502.
*Waſenburg* caſtrum 230. 660.
*Waſenſtein* caſtrum 218. 230. 233. 248. 253. Familia nobilis 675. Cuno 232. Engelhardus 218. Fridericus 218. Johannes 242. 246. 253. Semannus 218.
Waſgovia pagus 9. 126. 685.
Wasselnheim caſtrum & vicus 845. 209. 634. Dynaſtæ 209. 323. 353. Familia nobilis 210. 648. 675. Anſelmus 169. 210. Culmannus 146. Heſſo 169. 210. Johannes 218. Wilhelmus 618.
*Waſſerburg* caſtrum & vicus 120.
*Waſſerfall* monaſterium 453.
*Waſſerſteltzen* caſtrum 83. 446.
*Vatweiler* oppidum 17. 95. 276. Familia nobilis 675. 97. Henricus 446. Hermannus 446. Johannes 686.
Waudani montis Comites 495.
Webelnheim (Bernhardus de) 266.
Weber familia nobilis 730.
*Weckenthal* caſtrum 100.
*Wechmund* turris 72.
*Weckolsheim* vicus 117.
*Wege* vicus deſtructus 148. 167.
Wegelin (Thomas) 345.
*Wegeinburg* caſtrum 7. 178. 187. 349. præfectura 185. 187.
*Weggenberg* caſtrum 446.
*Weglichbild* vicus 63.
*Weichbildsrecht* vicus 236.
*Weichbildes Recht* 326.
*Weichersheim* familia nobilis 676. Bertoldus 168. 228. Johannes 259. 430. 651. Ludovicus 143. 150. Volmarus 218. 509.
*Weil* vicus 125.
Weilandii 270.
*Weiler* vici 38. 98. 117. 130. 176. 203. 227. 272. 420. Familia nobilis 658. Erhardus 432.
*Weilerthal* 162. 201.
*Weinbach* monaſterium 285. 453.
*Weinberg* vicus 198. 238.
*Weinegg* vid. Wineck.
Weinemer (Lucas) 210. 263.
*Weingarten* vicus 179. Otto 177.
Weingartenſe judicium 16.
*Weinſtein* vid. Winſtein.
*Weitbroddin* familia nobilis 676.
*Weithein* vicus 177.
*Weitkirchen* caſtrum 251. Familia nobilis vid. Harnaſch.
*Weitlingen* vicus 198.
*Weiß* flumen 415.
Weissenburg Civitas Imp. 387. ſqq. 6. ſq. 277. ſqq. 724. Abbatia 172. 282. 388.
Weiſſenburg. Mundatum 439. 175. ſq. vallum 173.
Weiſſenhorn (Henricus) 557.
*Weiſſer* officium 393.
*Weiſſweiler* caſtrum & vicus 233. 713.
*Weitbruch* vicus 227.
*Weitenmahl* (Dietericus de) 570. Johannes 252. 704. Nicolaus 704. Stislaus 256. 530. 566. ſqq.
*Weitersdorf* vicus 38.
Weitersheim vicus 258. Familia nobilis 716. 227. Phil. Beckholdus 265.
*Weitersweiler* caſtrum & vicus 245.
*Welbingen* vicus 125.
Wellinger (Johannes) 38.
*Welſch-Bollenbach* vicus 172.
*Welſchengreten* vicus 50. 53.
*Welſchenlarg* vicus 35.
*Welſch-Meyerthum* 43.
*Welſch-Morſchweiler* 52.
*Welſch-Steinbach* 42.
Wenceslai Imp. res in Alſatia geſtæ 43. 381. 569. ſq. 587. ſqq.
Wenceslaus Dux Luxemb. Advocatus Alſat. 567. ſq.
Wenckenkern 262.
*Wendilinſax* 359.
Wenſeri 222.
*Wentzweiler* vicus 36.
*Wepfermann de Barr* familia nobilis 207. 676. Henricus 405. Johannes *ibid.*
Werd caſtrum 128. 131. ſqq. 172. 193. 684. Conf. Werth & Werd. Comitatus 9. 21. 192. ſq. 522. Comites 128. 531. 537. Adelheidis 528. Agnes 527. Egenolfus 526. Ellina 528. Elſa 526. Henricus 21. 521. ſq. 526. Henricus Sigebertus 533. Hugo 522. Johannes 222. 515. 526. ſqq. 534. ſq. Philippus 526. 533. Sigeberta 522. Sigebertus 21. 452. 520. ſqq. 526. Sigismundus 527. 534. Suſanna 526. Theodoricus 522. Ulricus 164. 526. 533. Familia Equeſtris 676. Conf. Buregravii.
Werdenberg (Fridericus Comes de) 151.
*Werentzhauſen* vicus 34.
Werlin (Nicolaus) 270.
Wernherus Epiſcopus Argent. 18. 32. 322. 467.
Wernigerodæ Comites 21.
*Werſcholtz* vicus 98.
*Werth* vicus 180. 684.
Wertheim (Michael Comes de) 109.

*V Veſchem* vicus 198.
*V Veſtemont* vicus 48.
Wessenberg familia nobilis 696. 56. Conradus 118. Heſſo 469.
*V Veſthalten* vicus 84.
*V Veſthauſen* vici 17. 142. 218. 257. 442. 669. 700. 712. Familia nobilis 676. Agnes 641. Cuno 368. Fridericus 708.
*V Veſtheim* vicus 133.
Westhofen oppidulum 166. 229. Baliivatus 742. Familia nobilis 643. 676.
Weſtphalica judicia 312. 399. Pax 35 ſqq. 284.
Weſtraſia, Weſtria 126. 196. Nobilitas ejus 681. ſq.
*V Vettelsbrunn* vicus 73. 67. 87. Familia nobilis 676. Jacobus 71. Johannes 260.
Wetzal de Marſilia 717. 74. 145. 257. Clara 642. Henricus 535. 642. 670. Reinboldus 112.
Wetzilonis Comitatus 137.
Wey ( Carolus ) 48. Johannes 145.
*V Veyer* oppidulum 118.
*V Veyersburg* caſtra 124. 214. 447. 667.
*V Veyersheim* vicus 160. 166. 169. 195. Familia nobilis 677.
*V Veyher* vicus 195.
*V Veyler* vicus deſtructus 226.
*V Viboltsheim* vicus 235. ſq. 684.
*V Vich* amnis 147. vicus 149. ſq.
*V Vickersheim* caſtrum 269. 349. vicus 223. 265. Familia nobilis vid. Weickersheim.
*V Vickersweiler* vicus 71. 99. 375.
*V Vickhauſel* 291.
Wickram ( Conradus ) 421. Petrus 341. 421.
*V Vide* familia nobilis 677. 270.
*V Videlbrunn* vicus deſtructus 176.
*V Videneck* familia nobilis 677.
*V Videnfol* vicus 76. 710.
*V Vidersheim* vicus 265. 684. 713.
*V Viegenbach* vicus deletus 243.
Wiel ( Thomas ) 414.
*V Vihr* oppidulum 118. 247.
*V Vilde* familia nobilis 700.
*V Vildengath* villa 238.
*V Wildenſtein* caſtrum 98. 102. Fam. nobilis 168.
Wildgravii de Kirchberg, Emico 139. Fridericus 266. Johannes 171. 266. 573.
Wildſperg ( Fridericus de ) 168. Gertrudis 264.
*V Viler* oppidulum 118. 276. caſtrum 166. ſq. vici deleti 115. 247. 455.
*V Viler im loch* 212. ſq.
*V Vilgoltshauſen* vicus 222.
*V Vilgotsheim* vicus 141.
S. Wilhelmi vicus 124. monaſterium 153. ſq. 296. 355.
Wilhelmus Imp. 357. 369. 524. 553.
Wilhelmus de Marburg Architectus 305.
Wilkumm familia 270.
Willemanni 419. ( Petrus ) 44.
*V Viller* vicus 38. conf. Wiler, Weiler.
*V Villingshuſen* vicus deſtructus 192. 457.
*V Viſen* vicus 263.
*V Viſthauſen* vicus 223.
*V Viſperg* vicus 159.
*V Viſtets* vicus 233.
*V Vilten* vicus 141.
*V Vilxheim* vicus 132. 684. Familia nobilis 356.
*V Vimmenau* vicus 225.
Wimpf Nubiles 356. 732.
Wimphelingius ( Jacobus ) 386.
*V Vinbach* vid. Weinbach.
Winnda familia nobilis 100.
*V Vinckel* vicus 34.
*V Vinckenfels* 189.
Winckler ( Hennemann ) 69.
*V Vindeberg* ( Sigismundus de ) 219.
*V Vindeck* caſtra 166. 350. 374. 349. Familia nobilis 677. Bertholdus 158. 168. 245. Conradus 253. Eliſabetha 706. Jacobus 248. Reinboldus 253. 717. Reinhardus 509. Wenceslaus 229.
*V Vinden* villa 179. 186. 199.
*V Vindheim* vicus 236. 253.
*V Vineck* caſtrum 33. 41. 73. 104. 122. 447. Reinhardus 693.
*V Vingen* vicus 198. 253.
*V Wingersheim* vicus 255. Familia nobilis 677.
*V Vinsfelden* viculus 83.
*V Vinſtein* caſtrum 232. 251. 362. 447. viculus 251. Familia nobilis 677. 250. Fridericus 217. 447. Johannes Otterag 233. Petrus 627. Wernherus 447. Wilhelmus 231.
*V Vinterbach* familia nobilis 677.
*V Vinterberg* vicus 198.
*V Vinterisdorf* vicus 180.
*V Vinterishauſen* vicus 254.
*V Vinterthur* 166. Familia nobilis 677, Conradus 676. Eckbrechtus 205.
*V Vintzenbach* vicus 180. 243.
*V Vintzenheim* vici 104. 107. 120. 236. 285. 684. 720. Familia nobilis 678. Conradus 104. Wetzelo 96.
*V Vintzim* vicus 214.
*V Virich* familia nobilis 679. Johannes 674. Petrus 265.
Wirtenberge Comites & Duces 308. 628. Eberhardus 310. Fridericus Aug. 240. Ulricus 174. 232. 488. poſſeſſiones eorum 40. 78. 98. ſq. 102. 131. 161. 177. Bellum 310. Feuda 260.
*V Viſwald* vicus 48.
*V Vitkiſau* Comitatus 32. 74. 611.
*V Vitolsheim* vicus 44.
*V Vitpach* vicus 232. 227.
*V Vitſchluſt* caſtrum 250.
*V Vittenheim* caſtrum & vicus 44. 91. 698. ſq. Familia nobilis 433. 648. 678. Bentz 368. Burcardus *ibid.* Conradus 14. 117. 503. Cuno 368. Cunzemannus 116. Goſſe 506. Hanemannus 116. Henricus 368. 372. Hugo 368. Johannes 567. Nicolaus 368. Nokerus 451. Vincentius 117. Werlinus 368.
*V Vittenweiler* vicus 699.
*V Vivertheim* vicus 264. 684.
*V Vallenheim* vicus 223.
Worb oppidum 230. 276. Ballivatus 745. Conf. Werd
*V Voffenheim* vid Waffenheim.
Wolckenſtein ( Mox. Felix Comes de ) 312.
*V Volckheim* vicus 146. Familia nobilis 678.
Wolfelinus Sculetus Hagenoenſis 359. Alſatiæ Advocatus 211. 276. 281. 364. Sculptor 82.
*V Volff* familia nobilis 643. 678. Johannes 186. Thomas 344.
*V Volfgangsheim* vicus 74. Familia nobilis 678.
Wolfhard ( Conradus ) 82.
*V Volfsheim* caſtrum & vicus 228. Familia nob. 678.
*V Volfskirchen* vicus 199.
*V Volfsgereihal* 195.
*V Voll* vicus 592.
Wolframi Comitatus 193. 606.
*V Volmersheim* vicus 184.
*V Volſchweier* vicus 34.
*V Volsheim* vicus 216. 229.
Wormatia civitas 311. 382 Comitiva 329. Pagus 2. 9. mercatorum immunitas 218.
Worstatt Nobiles 732. Theodorus 437. poſſeſſiones 256. 259. 437.
Wreden ( Baro de ) 183.
*V Vulfertheim* vicus 102. Familia nobilis 655.
*V Vunnenberg* familia nobilis 678. 423.
*V Vunnenheim* viculus 86.
*V Vurm* ab Erſtenberg familia nobilis 678. 228.
Wurmser familia nobilis 717. 148. 264. 269. ſq. Bernhardus 161. 371. Jacobus 260. Johannes Jacobus 259. Nicolaus 161. Nicolaus Jacobus 323.
Wurtenberg vid. Wirtenberg.
*S. V Vyden* 267.
*V Vybe* vid. Wey.

# Y.

*Yberg* familia nobilis 651.
*Yſert* vid. Illfurth.
*Yſenburg* 79.
*Yſenbeim* Dynaſtia vid. Iſenheim. Familia nobilis 651.

# Z.


Zabern oppidum 173. vid. Tabernæ Alſat. Familia nobilis 679.
*Zafingen* vicus 82.
*Zaerweiler* vicus 52.
Zaringiæ Duces 11. 460. 466. Bertoldus 483. 547. ſq.
*Zeteler* familia nobilis 669.
*Zedlitz* familia nobilis 255.
Zehndler ( Henr. ) 156.
*Zehnacker* vicus 210. Familia nobilis 679. Hartmannus 210.
*Zeinheim* vicus 141. 193. 258. 716.
*Zeitheim* vicus 179. 253.
*Zeitkam* vicus 179. Familia 398.
*Zeiweiler* vicus 253.
*Zell* vici 121. 123. 259. 684. 699. vicus deſtructus 458.
*Zellenberg* oppidulum 78. 85. 89. 115. Familia nobilis 679.
*Zellenweiler* vicus 260. 275. 684. 709.
Zellius ( Matthias ) 341.
*Zembs* rivulus 259.
Zenta 127.
Zentgraf ( Joh. Joachimus ) 345.
*Ze Rhein* vid. Zu Rhein.
Zeringen vid. Zaringen.
*Zeſſingen* familia nobilis 679. 60.
Ziegler à Ziegelberg 505. Fridericus 208. Maximilianus 208. Nicolaus 134. 163. 191. 208.
*Zierolshofen* vicus 233.
Zilgenberg ( Bernhardus de ) 23.
*Zilhanſen* caſtrum 83. 447.
*Zillingen* vicus 196. 198.
*Zillisheim* caſtrum 95. vicus 40.
*Zimmerbach* vicus 119. ſq. 421. 695.
Zimmerer ( Joh. ) 269.
*Zimmerſheim* vicus 60. 698.
*Zinfingen* vicus 240.
*Zinzweiler* vicus 237. 233.
Zinth à Kentzingen 733. Franc. Joachimus & Georgius 100. Jacobus 355.
*Zitterbeim* vicus 238.
*Zobel* familia nobilis 679. 60.
*Zuberdorf* vicus 223.
*Zuler* familia nobilis 679.
Zollernus Comes Fridericus 151. 161.
Zorn familia nobilis 718. Adamus 162. Bertholdus 151. 650. Caſparus 632. Claudius 162. Georgius 442. Hugo 157. 661. Jacobus 301. Johannes 124. 700. 597. Ludovicus 598. Nicolaus 268. 309. 436. 527. 560. 563. 627. 632. Nicolaus Bernhardus 442. 571. Phya 638. Rudolfus 442. poſſeſſiones 142. 194 267. 270. 701. de *Bulach* 202. 261. ab *Breitch* 152. 162. 167. 258. 273. 382.
*Zſchaffoy* ( Pancrat. de ) 47.
Zuckmantel de Brumat 720. Balthaſar 265. Johannes 646.
*Zugrecht* 327.
*Zunsenser* 327.
Zu Rhein familia nobilis 697. 60. ſq. Hugo 506. Johannes 61. 426. Reinh. Wilhelmus 39. Sebaſtianus *ibid.*
Zur Lauben ( Beatus Jacobus ) 204.
*Zuzendorf* vicus 142. 245. ſq. Conradus 246. Johannes *ibid.*
*Zwevybrucken* familia nobilis 252. Conf. Bipont.
*Zwinger* familia nobilis 679.
Zwinglius 342. 373. 425.
*Zwvaiſer* 335.